

3KI
081 172

~~10-1-19~~
10-1-19





ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ
ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟΥ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ



026000334616



15KI
D8L 1



Handwritten signature or initials, possibly 'C. B.', located in the lower center of the page.



ibidem
Annales Thucydid. et Xenophont.



Apud. est. 141045




DE VETERIBUS GRÆCORUM ROMANORUMQUE CYCLIS,

Obiterque
De Cyclo *JUDÆORUM* ætate *Christi*,
Dissertationes decem,
Cum *Tabulis* necessariis.

Inferuntur *Tabulis* *Fragmenta Veterum inedita*,
ad rem spectantia *Chronologicam*.

Opus *Historiæ veteri*, tam *Græcæ*, quam *Romanæ*,
quam & *Sacræ* quoque, necessarium.

Ab *HENRICO DODWELLO* A.M. *Dubliniensi*.



OXONIA,
E THEATRO SHELDONIANO. Prostant apud *Benj. Tooke*
ad Medii Templi Portam in Vico *Fleetstreet* dicto MDCCL.




EXCULTISSIMO AMICISSIMOQUE DOMINO,

D^{no} FRANCISCO CHERRIO

S. P. D.


HENRICUS DODWELLUS.



EN tibi, Socie *Studiorum* jucundissime, communium nostrorum studiorum *fructus*, Te quidem, collatisque in me beneficiis *indignos*; sed qui tamen meam saltem testentur, apud *posterios*, in Te *gratitudinem* atque *observantiam*. Revocabunt tibi hæc identidem in memoriam *noctes* nostras, non *Atticas*, sed *Shottesbrochianas*. Revocabunt *tuam*, etiam postquam fatis concessero, DODWELLUM. Nec erunt *Tibi*, hoc ipso nomine, ut opinor, ingrata, quod *Amici* memoriam refricatura sint, utut aliud *nihil* haberent quo possit res Literaria publica aliquatenus juvari. Id mihi me polliceri posse videor si Te recte novi; si simplicem *Tuam*, & sine fraude, vel furo, *Amicitiam*. Et tamen de *re ipsa* Te *judicem* habeo *testemque* exceptione majorem. Expertus ipse nosti quam sit in re *Antiquaria* omni necessaria *Chronologia*, ut cum *judicio* quispiam



fructuque in ea versetur. Expertus nosti quam sint & *illa* necessaria ad Chronologiam *veterem* quæ in hoc Opere tractamus. Expertus nosti quanta superfit, *messis* potius, quam *Spicilegium*, post *Eruditissimos*, hujus superiorisque ævi *Chronologos*. Expertus nosti ex illorum Chronologorum *Exemplis* quam sint in his literis *faciles errores*, imo quam *vitatu difficiles*. Spero itaque futurum, ut *lapsuum* veniam *faciliorem* consecuturus sim cum *tantis lapsuum ducibus*. Et vicissim spero, si quid *recte* dixerò, aut si *minus*, quam doctiores, *absurde*, non *mibi* fore, sed *Deo*, adscribendum. Tu interim vale, *Amicitieque* nostræ memor vive. Scribebam Tuæ *Shottisbrochie* anno *Æræ Christianæ* receptæ, qua quidem à *Januario* censetur, MDCCI°. sed MDCC°. qua à *Martii Juliani* die numeratur XXV°. pro calculo *Ecclesiæ* nostræ *Anglicanæ*, ipsisque *Calendis Februariis*.




DIS-



DISSERTATIO I.

Cycli Metonici, qualis in nostris legitur tabulis, usus asseritur Civilis.

A Certioribus temporibus ad incertiora progrediendum. §. I. Certiora illa tempora a Cycli Metonici temporibus incipiunt. §. II. Cycli Metonici usus Civilis asseritur è Diodoro. §. III. Exinde etiam quod primus anni à Solstitio Æstivo initium in Civilem usum deduxerit Meton. §. IV. Exinde etiam quod festorum Civilium causa institutus fuerit Metonis ille Cyclos. §. V. Idem probatur è testimoniis Dionysii Halicarnassæi, Festi Avieni, & Arati. §. VI. Lunares erant, ut Metonici, sic etiam Civiles Atheniensium menses. §. VII. Nec id probant, quod voluit Scaliger, exempla in contrarium allata. §. VIII. Annus Civilis Prytaniarum erat, idemque Lunaris. Nulli in anno Prytaniarum, quos commentus est Scaliger, dies ἄραροι. Nedum in alio illo, quem finxit idem, ab anno Prytaniarum, diversum. §. IX. Erat sane Prytaniarum annus Civilis; nec duplices in eadem Rep. menses Civilium mensum nominibus appellandi. §. X. Nihil favet Scaligero locus Demosthenis in Timotheum. §. XI. Nec locus alius ejusdem Demosthenis in Midiam. §. XII. Conveniunt omnia formæ anni Lunaris Metonicæ, quæ pro Solaris anni Argumentis habent nuperi Chronologi. Imprimis illud, quod ita cum Noviluniis & Pleniluniis Cœlestibus convenerint Novilunia & Plenilunia Metonica, ut tamen nonnihil invicem discreparint. §. XIII. De anno etiam Metonico verius erat, quod dies complectebatur 360, quam de Solari proprie sic dicto, aut de alio quovis Lunari. §. XIV. Punctis Zodiaci affixi censebantur menses etiam Metonici. Sed tantum Populariter. §. XV. Solstitium Æstivum ab initio Hecatombæonis censebatur duntaxat Populare. §. XVI. Sic etiam Solstitium Hyemale ab initio Gamelionis, itidem Populare. §. XVII. Nulli, his temporibus, in usu menses Solares. Ne quidem pro sententia Scaligeri, vel Petiti. §. XVIII. Exemplis probatur usus Cycli Metonici Civilis. E tempore Excidii Trojani secundum Dionysium Halicarnassæum. §. XIX. Eclipsis Solis anno Cycli II^o. nec in Civile Novilunium incidit, nec ab eo longe aberat, ut in nostris habetur tabulis. §. XX. Non erat Eclipsis illa quam ex Aristophane ejusque Scholiaste colligit Petitus. Aut certe non Lunaris. §. XXI. Eclipsis anno Cycli VII^o. Martii Juliani die XXI^o. cum nostris tabulis convenit accuratissime. §. XXII. Ex Eclipsi Lunari in Clade Nicæ Sicula. §. XXIII. De Eclipsibus Xenophonteis. §. XXIV. Ex Eclipsi Lunari



Lunari à Ptolemæo memorata Olymp. xcix. 2. §. XXV. *Ex alia ejusdem anni Eclipsi Lunari ab eodem Ptolemæo memorata.* §. XXVI. *E tertia Eclipsi, itidem Lunari, ex eodem Ptolemæo.* §. XXVII. *Ex Eclipsi Lunari quæ præcessit prælium Alexandri M. ad Gaugamela.* §. XXVIII. *Hic Observ. 1^a. in locum secundi Boedromionis, semper exemtilis, susceptum fuisse exemtilem, pro Cycli lege, non antecedentem, sed forte proxime sequentem, qui proinde numerabatur.* §. XXIX. *Observ. 2^a. Dies Juliani in tabulis nostris notati à Solis occasu ad noctem mediam diei Attico respondent. Inde novus dies Julianus eidem diei Attico convenit.* §. XXX. *Observ. 3^a. Redundabant rationes Metonicæ in Cycli fine.* §. XXXI. *Ad Gemini verba, à Petavio in contrarium objecta, Respondetur.* §. XXXII. *Embolimorum situs & numerus in Cyclo Metonico integro, adversus Scaligerum & Petavium, asseruntur.* §. XXXIII. *Embolimorum situs astruitur, etiam ex Historia.* §. XXXIV. *Etiam in recentiorum Enneadecaeteride noster apparet Embolimorum situs, si recte constituatur caput.* §. XXXV. *Facilis erat illa Cycli capitis mutatio propter Principis initium sub cuius Imperio cæpit Enneadecaeteridis usus Ecclesiasticus.* §. XXXVI. *Situs exemtilium contra Scaligerum & Petavium asseritur.* §. XXXVII. *Locus Pollucis suppletus è MS.* §. XXXVIII. *Explicatur locus veteris in Aristophanem Scholiastis, & Ciceronis in Verrem.* §. XXXIX. *Cycli Metonici tabulæ integræ recte à nobis exhibentur, non unicæ, ut olim, Enneadecaeteridis.* §. XL. *Enneadecaeteris Metonica (quanquam non rediret in orbem cum Enneadecaeteride Juliana) erat tamen eatenus integra quatenus mensium Lunarum similem ubique, & sibi consentaneum, circuitum reddebat.* §. XLI. *Eatenus etiam, qua dies quoque integros in rationibus Solaribus, pro Metonis sententia, complectebatur. Cur itaque majorem quoque illum annorum 152. Cyclum fecerit Meton.* §. XLII. *Qua methodo dies in Periodo Metonica ad dies in Periodo Juliana redigendi sint.* §. XLIII. *In capite Cycli Metonici Jul. xvi. defenditur Petavium adversus Scaligerum.* §. XLIV. Pag. 1.

DISSERTATIO II.

Usus Cycli Calippici astruitur, itidem Civilis.

Usus Cycli Calippici Civilis asseritur exemplis. Paophi 16 & Posideon 25 anno Nabonassari 454°, & primæ Periodi Calippicæ 36°, respondent Decembris 20 & 21. §. I. Tybi 5 & Elaphebolionis 15 anno Nab. eodem & primæ Periodi Calippicæ eodem, conveniunt Martii Juliani diei 9° & 10°. §. II. Athyr 29 & Anthesterionis 8, pro priori parte, itidem cum Jan. 29. anno Nab. 465°, & primæ Periodi Calippicæ 47°. §. III. Thoth 7 & Pyanepionis 26 cum Nov. 9, pro posteriori parte, coalescunt, anno Nab. 466°, & primi Periodi Calippicæ 48°. §. IV. Obiter locus Pyanepionis in anno Attico vus, tempore saltem Timocharidis, asseritur adversus Petavium. §. V. Initium Epochæ



Epocha Nabonaffaræ à Feb. 26. anni Varroniani Juliani VII. §. VI. Initium diei Ægyptii duplex: Civile aliud, à Mane; aliud Astronomicum, à Meridie. §. VII. Anno, quo Athenas expugnavit Sulla, Varroniano 66^o. (qui cum Periodi Calippicæ anno 15^o. concurrebat) idem erat Anthelsterion. I. & Martii vet. I. uterque idem cum Januarii Juliani 18. Recte, pro tabulis nostris. §. VIII. Ex hoc Sullæ loco falsissima Veterum de anni Græci Romanique commissione Ratiocinia. Male inde collegerunt eundem fuisse cum Martio Juliano Græcum Anthelsterionem. §. IX. Male item Septembrem Metageitnioni respondisse ex æquo, aliosque (pro eodem exemplo) utrobique menses. §. X. Male etiam inde Januarium Romanum cum Posideone contulit Plutarchus. Falsa illa series universa mensium Romanorum Atticorumque ex illis ratiociniis, sibi invicem commissorum. §. XI. Observata est ab Atheniensibus Periodus Calippica ad tempora Dionysii Halicarnassæi, annumque U. C. Varronianum. 747. §. XII. Senatusconsultum in honorem Hyrcani Romæ decretum Sept. 26. anni Varroniani 707ⁱ, publicatum in Syria Jul. 20. anni Varron. 708ⁱ. §. XIII. Annus ille Publicationis erat Hyrcano Ethnarchiæ 9^{us}. Origo Ethnarchiæ ab anno Varroniano 699^o. affecto arcessendo. §. XIV. Proinde Mart. 22. à quo cæpit Munychion. 11. ann. Varronian. 708. Olymp. 183^z. 11^o, Archon erat Agathocles. §. XV. Græci recentiores anni Attici mensiumque imperitissimi. §. XVI. Etiam diu ante Epiphanium in desuetudinem abierant formæ annorum mensiumque veterum apud Athenienses. §. XVII. Etiam ante Plutarchum. §. XVIII. Et ante Josephum. §. XIX. Plinii Kalendarium Coeleste restituitur, pro mente Sofigenis (ut videtur) atque Cæsaris. §. XX. Romani Astronomiæ admodum imperiti. Primus illorum de anno Attico congrua loquitur major Plinius. Sub Æræ ergo Christianæ initium mutatio facta mensium Atticorum Lunarium in Solares. §. XXI. Verba Plutarchus Veterum de suis temporibus, ipse quasi de suis dicta quandoque recitat, ut fecit in Gellii verbis Macrobius. §. XXII. Vetera facta Athenienses mensibus olim Lunaribus affixa servarunt etiam in mensibus Solaribus. Quinam menses Romani Solares mensibus Atticis Solaribus responderint. §. XXIII. Nihil faciunt ad anni formam Lunarem hebdomades Lunæ à Gellio memoratæ. Hebdomades Prytaniarum non dierum erant, sed virorum. §. XXIV. Illæ tamen ipsæ nullæ ætate Gellii. Hebdomades in honorem Apollinis, quarum meminit Gellius, menstruæ fuisse videntur, & Lunæ appellari poterant, etiam in forma mensium Solari. §. XXV. Diem quidem unum Metonicis rationibus detraxit Calippus. Anni autem initium utrique idem, uti etiam situs Embolimorum, & dierum exemptilium intervalla. §. XXVI. Exemptiles à singularum Enneadecaeteridum initiis non numeravit, pro Metonis exemplo, Calippus. §. XXVII. Nec à Cycli universi initio ad finem usque continuas. Sed primæ Enneadecaeteridi seorsim numeratæ exemptilem suam tribuit additiam. Reliquas à secundæ Enneadecaeteridis initio exemptiles ad finem usque Cycli continuas numeravit. §. XXVIII. Pag. 63.



DISSERTATIO. III.

De Cyclis Atheniensium Metone antiquioribus.

Non fuit apud Græcos adeo antiqua, quam ipsi gloriantur, Astronomia.

§. I. *Ne quidem potuit apud Græcos temporibus Regum Persarum antiquior esse Astronomia, sub quibus primi scripserunt Græcorum Historici, & rerum Naturalium studiosi Philosophi.* §. II. *Nullæ Græcis, nedum Romanis, Observationes antiquiores illis quæ in Epocha habitæ sunt Nabonassærea. Et ne quidem Babylonis. Eclipses in ortu & conceptione Romuli non erant Historicæ.* §. III. *Serius Epocha Nabonassærea Judæis, Ægyptiis & Græcis, primum Asiæ Colonis, tum deinde in ipsa Græcia & Italia, tandem Romanis innotuit Astronomia.* §. IV. *Eclipsium doctrina tam apud Græcos, quam Latinos, quam Ægyptios, Æra Nabonassærea recentior.* §. V. *Ne quidem adhuc Zodiaci obliquitas illis innotuerat Eclipsium doctrinæ plane necessaria. Primus illam cognovit, & Eclipsim Solatam prædixit, Thales.* §. VI. *Obliquitatem Zodiaci novit Hesiodus, qui ex hac aliisque notis Thaleti coævus fuisse videtur.* §. VII. *Quod Acasti Archontis Atheniensis temporibus assignetur Hesiodus, id nullo factum est Historiæ, quod fidem mereatur, testimonio.* §. VIII. *Homerus ipse post Olymp. 23. floruit. Probatur hoc testimoniis Theopompi & Euphorionis. Item ex ætate Arctini, Midæ, Aristæ Proconnesii, Terpandri.* §. IX. *Item ex ætate Lycurgi, qui junior Olympiadibus fuisse probatur.* §. X. *Ex ætate etiam Epimenidis.* §. XI. *Constitutur finis Epimenidis ex ætate Pythagoræ, cujus Chronologia omnis hic explicatur.* §. XII. *Hermodamantem Creophilum audivit Pythagoras, Creophyli, qui Homeri hospes fuerat, ἑτοίμοιο.* §. XIII. *Parum verisimile est tam antiquum fuisse, quam vulgo fertur, Homerum.* §. XIV. *Prima Scriptorum Homeri cura sub Lycurgo, Solone, Pisistrato & Hipparcho.* §. XV. *Ex Agone (cujus fides asseritur) coævi probantur Homerus & Hesiodus.* §. XVI. *Agonem illum post Olymp. 29. 1. fuisse oportet. Et satis congrue, pro ætate etiam Homeri.* §. XVII. *Junior Homero fuisse videtur Hesiodus.* §. XVIII. *A Solonis Magistratu Olymp. 46. 3. Cycli initium arcessendum.* §. XIX. *Anni tempestatibus affixi erant Solonis menses, quales sine Cyclorum Arte esse non poterant.* §. XX. *Forma Anni mensiumque ante Thaletem.* §. XXI. *Cyclus antiquissimus ipsius, ut videtur, Thaletis.* §. XXII. *In anno Solonis menses alternis pleni & cavi. Et quidem ita ut pleni præcederent.* §. XXIII. *In mensibus hujus Anni cavis dies mensis 29^{us}, non 30^{us}, eximi solebat.* §. XXIV. *Cycli omnes ex Oraculis nati, quæ ipsa Thaletis temporibus non erant antiquiora.* §. XXV. *Cycli, post Thaletis illum, antiquissimi, Tetraetericus & Octaetericus; Isque duplex, vel mensium 4. mutilorum, vel 3. integrorum.* §. XXVI. *Cyclum Metonicum Cyclus Heccædecætericus proxime antecessit. Is qualis fuerit, explicatur.* §. XXVII.

Cycli



Cycli Heccædecaeterici Novilunia emendavit Meton non pro suis, sed illius, qui Cyclum illum considerat, hypothefibus. §. XXVIII. Initium Cycli Heccædecaeterici constituitur Feb. Juliani dies vrus. anni Varroniani 258. §. XXIX. Cycli Heccædecaeterici Auctor Harpalus. §. XXX. Fallitur Censorinus qui alium Solaris anni modum Harpalo tribuit ab eo quem secutus est Auctor Cycli Heccædecaeterici. §. XXXI. Cyclus primus Atheniensium à Solone constitutus cœpit Feb. Julian. xviii anni Varroniani 162. §. XXXII. Octaeteris Cleostrati Embolimorum integrorum, quæ Cyclum Harpali proxime præcessit, cœpit anno Varroniano 210. §. XXXIII. In Cyclis Harpalo prioribus pariter respondent Kalendaria. Desunt tamen Exempla quibus evinci possit recte se habere. §. XXXIV. Proximus ante Metonem Archon Apseudes ne quidem semestris. Et superiores inde Archontes cum annis potius Julianis quam cum Olympicis concurrebant. §. XXXV. Tempore Solonis quatuor tantummodo Tribus & Prytaniæ, quarum tempora ad Chronologiam minime necessaria. §. XXXVI. Ab Olymp. lxxvii. Tribus & Prytaniæ decem, quomodo per Anni menses distributa in Tetraeteride. §. XXXVII. Quomodo in Octaeteride Cleostrati & Heccædecaeteride Harpali. §. XXXVIII. Ab Olymp. cxviii. 3. Tribus xii, & Prytaniæ proinde menstruæ. §. XXXIX. Postea duæ primæ Tribus Antigonis & Demetriæ à Ptolemæo & Attalo appellatæ Ptolemæis & Attalis. Mansit tamen titulus Sacerdotis in Prytaniæ præfide. §. XL. Archontes illi Sacerdotes, non Anni, sed Prytaniæ, Eponymi. §. XLI. Sortium usus in Prytaniis, non ad Prytaniarum ordinem constituendum; sed ut deligerentur ἐ Πρυτανίᾳ Πεδέροι, & ἐ Πρωτόποις Ἐπιστάται. §. XLII. Prytaniarum Ἐπιστάται decem contribules eligebant, & quibus septem eligendi erant secundi generis Ἐπιστάται qui rerum gerendarum Potestatem habebant. §. XLIII. Ἐπιστάτης Πρωτόποιον tam Senatui quam Populi Comitibus præerat; novemque alios ex aliis, præter Πρυτανίᾳ, Tribubus, & singulis singulos, deligebat. §. XLIV. Rursus probatur fixas fuisse Prytanias. Ἐπιστάτης Πρωτόποιον unico per annum die Prytaniæ præerat. §. XLV. Pag. III.

DISSERTATIO. IV.

De Cyclis Olympiadum civilibus.

Cognitio anni Olympici utilis. §. I. Anni Olympici mensibus constabant Lunaribus. §. II. Initium anni Olympici, qua Epocha erat, à proximo post Solstitium Novilunio Civili. §. III. Cyclum Octaetericum apud Elidenses receptum fuisse probatur è Scholiaste Pindari. §. IV. Idem etiam probatur ex Africano & Censorino. §. V. Idem etiam Elidensibus, communesque cum reliquis Græcis, videntur fuisse Cycli ante Octaetericum. §. VI. Communes fuisse aliis etiam Argumentis asseritur. §. VII. Idem Testimoniis firmatur Gemini, Herodoti, Ciceronis, Censorini. §. VIII. Cycli etiam Metonis & Calippi recepti



ab Elidenfis. Hoc innuit Scholiastes Pindari. §. IX. Explicatur locus difficilis Africani de Octaeteride. §. X. Atheniensium Cyclos tam Metonis quam Calippi secuti sunt Elidenfes. Eisdemque imitabantur in forma Solari etiam Juliana. §. XI. Metonis & Calippi Cyclos in Olympiadum supputationibus supponit Africanus. §. XII. Mensis Elidenfis IX^{us}. Elaphius, XII^{us}. Apollonius, Embolimus Parthenius. §. XIII. Olympias LXX^a. cum mense Attico concurrebat Hecatombæone. §. XIV. Poterat similiter Hecatombæoni satis commode respondere Olympias CVI^a. §. XV. Non erant Olympia Elidenfia quorum meminit Cicero, sed ludi Apollinares. §. XVI. Statio tempore, *Ær.* Christian. ann. xcv^o. cum Julio Romano concurrebat mensis primus Elidenfis. §. XVII.

Pag. 202.

DISSERTATIO. V.

Cycli Delphici, & Bœotici.

Ab Olymp. XLIX. numerari cœpta Pythiades Tetraetericæ, quæ Tetraeteridum initia occupabant. §. I. Annis Olympiadum secundis respondebant Pythiades, sed exeuntibus. Mense agebantur Delphico Buisio qui Attico respondebat Munychioni. §. II. Cyclo utebantur Delphenfes eodem, quo veteres Romani, trium Octaeteridum, dierum numero quotannis dispari, & mutilis Embolimis. §. III. Eundem Cyclum Bœotis usurpatum fuisse colligitur à Plutarcho. §. IV. Ab anni U. C. Varronianæ 212. Januar. XXVII. cœpit Cyclus ille Bœoticus. §. V. Cœpit annus Delphicus ab initio mensis Bœotici quarti. §. VI. Hic Cyclus vel ab ipso Pythagora, vel à Pythagoræo aliquo, fuisse videtur. Sed mensis in eo nullus major tricenario. §. VII. Satis apte convenit cum tempore ipsius Pythagoræ. §. VIII. Cycli alii Bœotici & Delphici Cyclo prædicto antiquiores. §. IX. De morte Hesiodi à Stesichori filii ætate, atque Phaleridis. §. X. Ætas hæc recentior Hesiodi satis apte convenit cum notis Hesiodi Chronologicis. §. XI. Idem anni Bœotici initium, tempore Hesiodi, ac postea. §. XII. Si quem novum Cyclum post prædictum, & ante Metonicum, usurparint Delphenfes & Bœoti; is fuerit forte Oenopidis Chii. §. XIII. Postea Metonicum usurpasse videntur. §. XIV. Medius autem fuisse videtur, inter Cyclum Harpali & Metonis, Cyclus Oenopidis. §. XV. Committuntur cum Cyclis prædictis Cyclus Bœoticus, Metonicus & Calippicus. §. XVI. I^{us}. Bœotorum mensis Bucatius, vel Bucerius, idem postea cum Januario Juliano. §. XVII. Male Lenæonem Hesiodum Seldenus cum Attico contulit Anthesterione. §. XVIII. II^{us}. Bœotorum mensis Hermæus, idem cum Attico Anthesterione. §. XIX. Tertius Prostatarius, idem cum Elaphebolione. §. XX. Septimus Hippodromius, idem cum Hecatombæone. §. XXI. Octavus Panemus, idem cum Metageitnionem. §. XXII. Decimus Alalcomenius, idem



idem cum Mæmaeterione. §. XXIII. Undecimus mensis Damatrius, idem cum Pyanepfione. §. XXIV. Oracula Delphica olim annua, Buzii VII^o. ut & alia quoque Græciæ pleraque. Deinde menstrua. §. XXV.

Pag. 235.

DISSERTATIO VI.

De ludis Isthmicis, & Corinthiorum Siculorumque Cyclis.

Isthmia mense Attico Hecatombæone fere medio *agi solita.* §. I. Isthmia duplicia: alia Olympiadum annis primis ineuntibus; alia tertiis, sed mediis. §. II. Anni Isthmiorum formam sequebantur Cyclorum Corinthiorum. §. III. Cycli Corinthiorum ante Metonem iidem fuisse videntur qui Atheniensium. §. IV. Eodem Cyclo, nempe Metonico, usi sunt Corinthii, Syracusani, & Athenienses, anno Cycli Metonici 28^o. §. V. Item anno Cycli 86^o. §. VI. Et anno Cycli Metonici 93. §. VII. Inde factum ut menses Attici noti fuerint Carthaginienfibus. §. VIII. Qui Cyclum Metonicum receperant, eosdem etiam Calippicum recepisse verisimillimum est. §. IX. Anni Corinthii Siculique initium ab eo mense qui Attico respondebat Boedromioni, post ortum Caniculæ. §. X. Mensis ergo Isthmicus non erat anni Corinthii primus. Ita mensibus Atticis respondere vix poterant. Sed (quod ad Kalendarium attinebat) idem illis, quod Atheniensibus, initium. §. XI. Achæi postea (quibus accensiti Corinthii) annum à Pleiadum ortu, mense Juliano Maio, inchoabant. §. XII. Ante Olymp. 134. 3. novum hoc anni initium ne quidem recipere poterant Corinthii. §. XIII. Ne tum quidem receptum fuisse verisimile est præterquam in rebus Achæiæ universæ communibus. §. XIV. Cyclis introductis sæpe mutari solebant initia Magistratuum, non mutatis Kalendaris. §. XV. Mensis Corinthius primus Panemus, ultimus Carnius. Reliqui ignoti. §. XVI. Prima Isthmia Olymp. 49. 3. §. XVII. Dies Isthmiorum mensis, ut videtur, Isthmii XII^{ta}. §. XVIII. Ex Isthmiis statuitur tempus Afclepiorum Epidauri. §. XIX.

Pag. 280.

DISSERTATIO VII.

De Nemeis, & Cyclis Argolicis.

Nemea annis Olympiadum primis & tertiis. §. I. Nemea annorum Olympicorum primorum Hiberna, tertiorum Æstiva. §. II. Respondetur ad Argumenta Petiti secundis tertiisque Olympiadum annis Nemea statuentis. §. III. Etiam Isthmia Olympicorum annorum primorum Æstiva, tertiorum Hiberna. Tempus quo Ἀρχοαίτης scripsit Aristoteles. §. IV. Nemea Æstiva XII^{ta}. Panemi, non Corinthii, sed Argolici, & proinde Macedonici, qui Attico Metageitnioni respondebat.



bat. §. V. Macedonico potius, Panemo, quam suo, verisimile est ipsos etiam acturos fuisse Corinthios. §. VI. Nemeorum Hyemalium tempus. Uti etiam Isthmiorum tam Æstivorum quam etiam Hyemalium. §. VII. Quid sit apud Xenophontem Isthmiorum ἀπορίας & μῆνας ἀπορίαν. §. VIII. Initium anni Argolici, ut videtur, à Vere. §. IX. In forma anni Argolici Solari, Nemea Æstiva Aug. 12. Hiberna Feb. 12. §. X. Cycli Argolici iidem, ut videtur, cum Atticis; & ab iisdem exordiis. §. XI. Pag. 299.

DISSERTATIO VIII.

De Cyclis Laconicis, deque Magistratibus à Xenophonte memoratis, ad finem usque Belli Peloponnesiaci.

Græcæ Historiæ universæ inservit Lacedæmoniorum Chronologia. §. I. Menses Lunares & Periodos usurpabant etiam Lacedæmonii. §. II. Et quidem Periodum Octaetericam. §. III. Tempore Belli Peloponnesiaci Octaeteris illa Emboliorum integrorum. Et pro modo Heccædecaeteridis potius quam Enneadecaeteridis. §. IV. Anni Laconici initium à proximo post Æquinoctium Autumnale Novilunio. §. V. Anno Præturam Arati præcedente cæpit Octaeteris Laconica. §. VI. Prima post Cyclum Metonicum Octaeteris Laconica cæpit Olymp. LXXXVIII. 4. §. VII. Octaeteridis anno VIII^o. Artemisii XXVII. concurrebat cum Elaphebolion. XXV. Metonico. §. VIII. Primus ergo dies hujus Octaeteridis erat Octobris Juliani dies VIII^{us}. §. IX. Emendatur Explicaturque locus difficilis Thucydidis. §. X. Octaeteridem suam Lacedæmonii ad vera, pro Principis Harpali, Novilunia revocaverant, pariter ac Athenienses. §. XI. Mutilorum Emboliorum Octaeteridem, tempore prælii Marathonii, usurpabant Lacedæmonii. §. XII. Post tempora Metonis forte Octaeteridem retinuerunt, sed pro hypothésibus Eudoxi emendatam. §. XIII. Qualem illam Eudoxi emendationem fuisse verisimillimum sit. §. XIV. Alia ratio qua efficere poterant, ne à Coelo dissentirent Civilia Novilunia. §. XV. Gerastus VI^{us}. Lacedæmoniorum mensis, VII^{us}. Artemisius, VIII^{us}. forte Phliasius. §. XVI. X^{us}. Hecatombæus. §. XVII. XI^{us}. Carnius. §. XVIII. Xenophontis annui Magistratus non à Xenophonte, sed ab Interpolatoribus. Et tamen qui recte constituentur, utiles. §. XIX. Nullas inter Historiam Thucydidis & Xenophontis hiatus. §. XX. Perit Nauarchus Mindarus Olymp. 92. 2. exeunte. §. XXI. Is annus probatur fuisse Belli XXII^{us}. cuius tamen initium desideratur in hodierno Xenophonte. §. XXII. In anno Belli XXIII^o. designando, errores, non Xenophontis, sed Interpolatoris. §. XXIII. Annus Belli XXIV^{us}. Alius juniorque Interpolator numeros annorum addidit. Non ipse certe Xenophon. §. XXIV. Annus Belli XXV^{us}. Xenophonteus à primo Xenophontis Interpolatore non observatus, quo rediit Alcibiades. §. XXV. Annus Belli XXVI^{us}. stabilitur. Unde orti fuerint Interpolatorum



torum errores. §. XXVI. Hoc anno Nauarchia decessit Lyfander, ini-
vit autem Callicratidas. §. XXVII. Anni xxviii. notæ. Lyfander
Erisoræus. Cyri reditus. Darii Nothi mors. §. XXVIII. Annum eun-
dem, ex utraque parte, firmant notæ aliæ: ortus Dionysii, cædes
Callicratidæ. §. XXIX. Hoc ipso anno, mense (ut videtur) Posideo-
ne, Athenienses ad Ægospotamos vicit Lyfander. §. XXX. Non po-
tuit Bello xxviii. annos integros concedere Xenophon, ut fecit In-
terpolator. §. XXXI. Tertius fuisse videtur, mediusque inter supra
dictos, Interpolator qui hunc errorem Textui Xenophontis inseruit.
§. XXXII. Pag. 315.

DISSERTATIO. IX.

De Cyclis Macedonum, obiterque etiam de Judaicis.

*Idem fuisse videntur Macedonibus antiquissimis Cycli atque Athenien-
sibus. §. I. Idem præterea, his antiquis temporibus, Macedonibus at-
que Atheniensibus anni Civilis, ut videtur, initium. §. II. Situs men-
sium atque modus idem apud Macedonas atque Athenienses. §. III.
Idem apud utrosque locus mensium Embolimorum. §. IV. Mensium
plurium dies sextos pro eodem die habebant posteri juniores Epheme-
ridum Alexandri consarcinatores. §. V. E junioris falsarii ratiociniis,
& quidem falsis, natæ illæ fuisse videntur Ephemerides. §. VI. Non-
dum antiquioribus hisce temporibus usus anni Macedonici Solaris
Ufferiani. §. VII. Imo ne quidem esse potuit. §. VIII. Male Cl. No-
rifius menses Macedonum Lunares credidit tricenarios. §. IX. Re-
centior anno Juliano fuerit oportet annus Macedonicus Solaris Uffe-
rianus. §. X. Epocha Antiochenorum Aetiaca Romanarum in Urbe
illa antiquissima, multis tamen annis Victoria ipsa recentior. Senior
alia illa quam à Julii Cæsaris initio deduxerunt. §. XI. Post Epochas
Orientalium Romanas cæpit apud illos anni forma Romana. §. XII.
Paulo post prædictas Epochas Orientalium Parapegmata cum Kalen-
dario constat commissa esse Juliano. §. XIII. In priori Epocha Juli-
um cum Augusto confudisse videntur Antiocheni. §. XIV. Chaldæi
Cyclo Lunari Calippico usi diu post tempora Alexandri M. §. XV.
Anno Seleucidarum 67. Novemb. xiv. cæpit Apellæus, Lunaris sci-
licet. §. XVI. Ann. Seleucid. 75. Oct. xvi. cæpit Dius. §. XVII.
Ann. Seleucid. 82. & post ann. Epochæ ejusdem 75^m. in locum Dy-
stri retrocesserat Xanthicus. §. XVIII. Variorum in mensibus Mace-
donicis ordinum tempora & rationes. §. XIX. Hoc anno Chaldæo-
rum 82. Feb. xxvi. cæpit Xanthicus. §. XX. Menses Judæorum men-
sibus Macedonum respondebant, etiam Lunaribus. §. XXI. Et men-
sium Macedonicorum Lunarium diebus mensium Judaicorum Lu-
narium etiam dies. §. XXII. Ann. Seleucid. 148. Casleu xxv. erat
Sabbaticus. §. XXIII. Ann. Seleucid. 182. proxime Sabbatum seque-
batur Pentecoste. §. XXIV. Ann. U. C. Varron. 691. Tifri x^{us}. erat
Sabba-*



Sabbaticus. §. XXV. *Ann.* Varron. 717. Tifri x. Oct. vii. Hesiodi M. in Regno Natalis. §. XXVI. *Pro nostri Cycli rationibus passus fuerit Dominus noster* Mart. xxvi. *Ær.* Vulg. 34. fortassis. §. XXVII. *Cædes Hierosolymitanorum à Floro Artemisii xvi. ann.* Chr. 66. non Sabbato, sed feria v^a. §. XXVIII. *Non Sabbato casus est Pontifex Ananias.* §. XXIX. *Hoc anno* Chr. 66. Tifri Judaici dies xxii. Lunaris cum xxii. Hyperberetæi concurrebat, proinde Lunaris. §. XXX. *Idem, hoc in loco Josephi, Hyperberetæus, qui in Originibus.* §. XXXI. *Non est necesse ut xxxi. dierum hic fuerit Hyperberetæus.* §. XXXII. *Capta Jotapata ann.* Chr. 67. Panemi 1^o. forte Sabbatico. §. XXXIII. *Alia Exempla quibus cum Lunaribus Judæorum rationibus conveniunt menses Macedonici.* §. XXXIV. *Gorpizæ viii^{us}. quo expugnata est à Tito Urbs Hierosolymitana, ann.* Chr. 70. erat, pro Solaris anni *Kalendario Sabbaticus.* §. XXXV. *Illo Seculo exploratum est triduo à Cœlestibus Civilia discrepasse Novilunia.* §. XXXVI. *Sed vitium illud ante Urbis Excidium correxerunt, atque ita fecerunt ut ann.* Chr. 70. Gorpizæ viii^{us}. fuerit, in Cyclo etiam Lunari, Sabbaticus. §. XXXVII. *Alia, & fortasse melior, explicatio diei, quo expugnata est Urbs Jotapatena.* §. XXXVIII. *Biduum è rationibus Macedonum Calippicis detractum anno U. C. Varr. 728. Triduum ab anno Varr. 804. Christi 51. §. XXXIX. Sabbatum, ante quod Crucifixus est Dominus, proprie erat dies ipse Paschatis, quod tamen illo anno fortassis in Sabbatum incidit Hebdomadale.* §. XL. *Hinc obiter ostenditur Pentecosten Sabbatum δευτερεπαιον recte fuisse appellandam.* §. XLI. *Hodiernus Judæorum Cyclus ex illorum natus ratiociniis, multoque recentior Originibus Christianis.* §. XLII. *Hanc Epocham Seleucidarum Urbes à suis annorum Civilium initiis numerabant.* §. XLIII. *Multa ita ut Diem primum numerarent, à quacunque demum tempestate annum ordirentur.* *De Dio Corinthio, 2 Macc. xi. 21.* §. XLIV. *Discrimen inter Auctores Librorum Maccabæicorum in annis Seleucidarum supputandis.* §. XLV. *Annus Macedonicus Solaris Ufferianus, non ab anno Juliano, sed à Chaldæorum Parapegmate, oriundus.* §. XLVI. Pag. 362.

DISSERTATIO X.

De antiquis Romanorum Cyclis.

Cum Siciliae Prætor esset Verres, deerant in Kalendario Romano duo (major minorque) Merkedonii. §. I. *Cum Græcorum Civili Novilunio concurrebant anno Varron. 683. Kalendæ veteris Martii.* §. II. *Augusti natalis Septembris Juliani die xxiii. Veteris autem Novembris ix. anno Varronian. 691.* §. III. *Utrumque Augusti Natalem videtur designasse Virgilius.* §. IV. *Non pugnat, quod sub Capricorno natus fuerit Augustus.* §. V. *Recte se habebat, illis quoque temporibus, Parapegma Romanum, unde Natalem, pro Solaris anni rationibus,*



*bus, haufit Augustus. §. VI. Romanum hoc Solaris anni Parapegma omnino antiquiffimum. Cœpitque fortaffis à Tauro, Aprilis Juliani 18. §. VII. Veris initium in antiquiffimo illo Parapegmate à die 7. 8. vel 9. Februarii Juliani. §. VIII. Æftatis initium Maii Juliani 9. vel 10. §. IX. Autumni initium Aug. 7. vel 8. §. X. Hyemis initium Novemb. 10. vel 11. §. XI. Ex his tempeftatum limitibus probatur anno Varroniano 586. duos defuiffe Merkedonios. §. XII. Ad veteris Romani Parapegmatis Solaris modum Kalendarium reformavit Julius. §. XIII. Pro his Parapegmatis normis intelligendæ tempeftates anni Livianæ, & vetuftiorum Livio Auctorum. §. XIV. Inter ann. Varr. 677. & 706. bini deerant Merkedonii. §. XV. Forte ante ann. 653. & post ann. 586. fuppletus fuerit minoris formæ Merkedonius. §. XVI. Anno 663. duo deerant Merkedonii. §. XVII. Anno certe 586. duos defuiffe Merkedonios rurfus probatur. §. XVIII. Diem à Veteribus intercalatum ad diem anni veteris 355^m. male retulit Macrobius. §. XIX. Quomodo fufpectos dies Romani veteres à Nundinis averterint. §. XX. Anno Varroniano 586. Martii xxix^{us}. erat Nundinalis. §. XXI. Alius quam qui ab illo numerabatur octavus illo anno Nundinalis eſſe non potuit. §. XXII. Medio inter Conſules Æmilium Lepidumque ſpatio duo prætermiſſi fuiſſe videntur majoris formæ Merkedonii. §. XXIII. Nonæ nullæ propter Nundinas exemptæ ante annum Varron. 583. Et ne tum quidem Nonæ menſis Intercalaris. Kalendaræ Januariæ nullæ ante Lepidum. §. XXIV. Nonarum exemptio propter Nundinas non erat diutina. §. XXV. Cœpit, ut videtur, anno Varron. 583. §. XXVI. Merkedonius anni Varroniani 586, ut videtur, omiſſus. §. XXVII. Finis eximendi Nonas, propter Nundinas, anno Varroniano 588. §. XXVIII. Non tamen Nonæ omnes, propter Nundinas, eximi ſolebant. §. XXIX. Inter Nundinas Æmilianas & Lepidianas nihil juvant Nundinæ ad explorandos Merkedonios. §. XXX. Nullum eſſe poſt Conſulatum Æmilii anno Varron. 586. in *Historia Romana* anni defectum probatur è Quinquenniis Cenſoriis. §. XXXI. In ludis ſuis *Secularibus* Auguſtus annum unum dedita opera omiſit. §. XXXII. Anno Varron. 586. non ſuperiori, Conſulatum geſſit Æmilius. §. XXXIII. Hinc plenos habemus *Faſtos* ad annum U. C. Varr. 580. §. XXXIV. Inde etiam ad ann. Varr. 570. §. XXXV. Incertum eſt anni Varr. 568. an 572. omiſſus fuerit Merkedonius. §. XXXVI. Ann. Varr. 568. & 567. loco Merkedoniorum majoris & minoris, qui antea deerant, ſuppleti fuiſſe videntur Merkedonii minores duo. Inde factum ut eadem tunc redierint Nundinæ quæ ætate Lepidi. §. XXXVII. Ad ann. Varr. 560. pleni anni, & pleni etiam Merkedonii. §. XXXVIII. Male Scaliger, his etiam temporibus, anni tempeſtates perversas credidit propter vitioſas Pontificum intercalationes. §. XXXIX. Non eſt neceſſe ut votum Verni pecoris ann. Varr. 559. ſolutum propterea iterandum fuerit, quod Vernam tempeſtatem pervertiſſent additi omiſſive, præter Cycli legem, Merkedonii. §. XL. Annus nullus in *Faſtis* deficit ad ann. Varr. 555. Ver primum Livianum ad Æquinoctium pertingit. §. XLI.*



Pleni *Fasti ad ann.* Varr. 551. §. XLII. *Etiam ad ann.* Varr. 547.
Nisi quod ann. Varr. 548. *abfuerit fortasse Merkedonius.* §. XLIII.
Male Livius ann. U. C. Varr. 547. *cum ludis commisit Olympiis.*
 §. XLIV. *Observatio necessaria in committendis invicem Græcorum*
Romanorumque Annalibus. §. XLV. *Hinc ad ann.* 540. Varr. *Fasti*
pleni, quo tempore Nundinarum modum Æmilianum receptum fu-
isse probabile est. §. XLVI. *Recte se habent anni* Varr. 539. & 538.
 §. XLVII. *Anno* Varr. 537. *pleni certe videntur fuisse Merkedonii.*
 §. XLVIII. *Hinc intervalla Fastorum plena sunt usque ad initium*
Belli Punici i. ann. Varr. 490. §. XLIX. *Hic U. C. annus* Varr. 490.
partim concurrebat cum Olymp. cxxviii. 4. delinente, partim cum
Olymp. cxxix. i. incipiente. §. L. *Hoc tempore, medio aliquo die in-*
ter Mart. xvii. & xxiii. Consulatus iniri solebat. Post annum autem
Varr. 502. ad init. Belli Punici ii. à mense fortasse Maio. §. LI.
Anno fortasse 494. suppletus Merkedonius olim debito loco detractus.
 §. LII. *Recte se habere hucusque Fastos probatur ex intervallis fide*
dignissimis. §. LIII. *Probatur item è diebus triumphalibus, qui pro-*
inde non fuerint Nundinales. §. LIV. *Argumenta in contrarium non*
id, quod videntur probare, necessario evincunt. §. LV. *Ante Fabium*
Pictorem primum Scriptorem, erant tamen Historiæ Romanæ monu-
menta fide digna. §. LVI. *Fasti integri sunt ad finem Belli cum Pyr-*
rho, qui fuit anno Varroniano 479. §. LVII. *Urbis Conditiæ Epo-*
cham Varronianam omnium accuratissimam fuisse probabile est. §.
 LVIII. *Epocham Catonianam secuti Dionysius Halicarnassæus atque*
Livius; Varronianam Dio Cassius, & certe major Plinius, Censori-
nus item & Velleius. §. LIX. *Male Plinius duos annos inserit inter*
annum Varr. 474. & 479. §. LX. *Pyrrhi res in Romanos gestæ ali-*
unde suis temporibus asseruntur. §. LXI. *Idem Plinii error refellitur*
è Polybio. §. LXII. *Recte se habent Fasti à Bello Pyrrhi ad annum*
Varronianum 460. §. LXIII. *Ab anno U. C. Varroniano 363. Kalen-*
dis Quinctilibus inibant annui. Magistratus. §. LXIV. *Ad annum*
Epochæ suæ 450. recte se habebant Fasti Varroniani. §. LXV. *Recte*
item se habebant hucusque Nundinæ. De anno Var. 472. refellitur
Sigonius. §. LXVI. *Plinius Catonianas rationes aliquando suis immi-*
scet Varronianis. §. LXVII. *Annorum Varronianorum 447. & 448.*
Consules apud Veteres suspecti. §. LXVIII. *Dictaturam annuam*
anni Varr. 445. omisit Livius, & (pro Fabii Pictoris rationibus)
etiam Diodorus. §. LXIX. *Fasti integri ad annum Varron. 435.*
Nempe pro rationibus Varronianis, quæ (Consulum temporibus)
cædem sunt cum Capitolinis. §. LXX. *Recte se habent ad annum us-*
que Varr. 425. §. LXXI. *De annorum Civilium, his temporibus, ex-*
ordiis. §. LXXII. *Miscet aliquando Livius cum suis rationibus ra-*
tiones Epochæ Fabianæ. Quæ quales fuerint, obiter ostenditur. §.
 LXXIII. *Unde fluxerint tanta in Historia Romana antiquissima*
discordiæ. Annales primi non per Coss. sed per Templorum clavos.
 §. LXXIV. *Clavi illi Templorum postea à junioribus cum sui Tem-*
poris Fastis Consularibus committebantur, primo mutilis, tum de-
inde



inde paulatim fincerioribus. §. LXXV. Clavorum Capitolorum origo aliis ab ipso censetur Regifugio; rectius autem ab aliis à tertio arcessitur post Regifugium anno. §. LXXVI. Quibus ratiociniis processerint Varroniani in Fastis receptis ad fidem Archivorum Quindecimviralium exigendis. §. LXXVII. Inter ann. Varr. 419. & 425. Coss. qui in Fastis hodiernis desiderantur, inseruit Pighius. Et recte. §. LXXVIII. Sed anno Vatroniano 423. inserendi erant, non anno illo quo volebat Pighius. §. LXXIX. Illos Consules agnovit etiam Livius, sed rejectis annuis Dictaturis. Recte autem hic etiam se habet Epochæ Varronianæ. §. LXXX. Epocham hic Catonianam sequatur Livius, Polybianam Cornelius Nepos. §. LXXXI. Annus eruitur Fastis receptis Ep. Varronian. 378. inserendus. Annus præterea Epochæ Varr. 383. in Fastis Fabianis omissus. §. LXXXII. Camilli post Urbem captam Dictatura ne quidem potuit esse annua. §. LXXXIII. Natalem Aristotelis anno U. C. 370. statuit Gellius. Pro Epochæ scilicet Varronianæ. §. LXXXIV. Annus inter annum Varr. 310. & 354. nullus inferi potuit, ut male hæcenus crediderunt inferendum Viri docti. §. LXXXV. Post annum Varr. 305^m. annum. 3^m. Decemvirorum addiderunt Catoniani omissum à Varron. §. LXXXVI. Post Decemviros usque ad ann. Varr. 418^m. uno anno auctior Varronianæ est Epochæ Catonianæ. Omissæ à Catonianis tres annuæ Dictaturæ. §. LXXXVII. Refellit sententia Cl. Rubenii de anno ante ann. Varr. 328. inferendo. §. LXXXVIII. Post Decemviros ad annum usque Varr. 363. Idibus Decembribus inibant annui Magistratus. Inde ad ann. Varr. 425. plerumque Quinctilibus Calendis. §. LXXXIX. Confirmantur prædicta è diebus illorum Temporum triumphalibus. §. XC. Varronianam Epocham sequitur nonnunquam Gellius; nonnunquam Polybianam, vel Cornelii Nepotis. §. XCI. Censuram successio explicatur. Livius emendatur. Stabilitur inde Epochæ Varronianæ. §. XCII. Primi Decemviri Martium pro primo anni Cyclici mense statuebant numerandum, & Januarii è Martii loco in illum, quem obtinet hodieque, moverunt. §. XCIII. De Intercalando Populum rogabant, non ipsi Decemviri, sed potius Coss. Et quidem pro Varronianis, primus eorum Intercalaris anno erat Epochæ suæ 306; pro Catonianis, anno 308. §. XCIV. Non tamen cæpit à Decemviris mos ipse mensis Intercalaris. §. XCV. Inde Fasti recepti integri sunt usque ad Regifugium. §. XCVI. Exordia anni Romani Civilis ante Decemviros. §. XCVII. Primi Coss. mense Januario inibant, & spatium annum in Magistratu superabant. §. XCVIII. Firmantur prædicta è diebus horum Temporum non-Nundinalibus. §. XCIX. Anni Lunaris, apud Romanos, usus, non à Numa, sed à Tarquinio potius Superbo. §. C. Nec multo juniores erant Cycli, quem Pompilianum appellant, emendationes. §. CI. Argumenta Catonianorum expenduntur. De tabulis Censoriis. De temporibus Aristodemi Cumani. De legatione in Siciliam sub Gelone. §. CII. Post Catonem, & tamen ante Varronem, scripserunt plerique Romanorum Annalium conditores. Proinde Catoni magis addicti. §. CIII. Constituntur Fasti Epochæ Polybianæ.



Polybianæ. *Idem* Cornelii etiam Nepotis & Lutatii. §. CIV. *Constituuntur* Fasti *Epochæ* Fabianæ. §. CV. *Reliquorum Veterum Epochæ* Fastis *destituta*, & pluribus erroribus *obnoxia*. §. CVI. *Satis apte convenit hæc* Cyclorum Lunarium *apud Romanos origo cum superius tradita Historia* Astronomiæ. §. CVII. *Annus* decimestris *sub Romulo fictitijs, nisi fuerit Solaris, nondum inventa forma mensium* Lunarium. §. CVIII. *Annus* Rusticus *sidereus omnium fuisse videtur antiquissimus*. §. CIX. *Historia Romana ante Romulum nulla fide digna. Vel Romuli ipsius fortasse dubia*. §. CX. Pag. 443.

Tabulæ Chronologicæ.

Chronologia Attica ante Cyclos Lunares, pro Canonibus Eusebii, Regum Archontumque ad Olymp. XLV. 4. Pag. 683.
 Æra Attica, pro sententia Marmoris Oxoniensis. p. 696.

Tabulæ Atticæ ad tres Dissertationes priores.

- I. *Kalendarium Atticum antiquissimum ante Archontem Solonem*. p. 700.
- II. *Tetraeteris Solaris omnium antiquissimâ ante Archontem Solonem, & post Olymp. forte VIII^m. I^m*. p. 700.
- III. *Kalendarium mensium Lunarium in Tetraeteride Solonis, & in Octaeteride etiam antiquissima*. p. 701.
- IV. *Prytaniæ ab ann. U.C. Varr. 162. ad ann. U.C. 209. inclus.* p. 702.
- V. *Cycli mensium Lunarium I^{us}. & II^{us}. Solonis Tetraetericus, & aliorum Octaetericus, quibus commune erat Kalendarium supradictum cum Prytaniis etiam supra posit.* p. 703.
- VI. *Kalendarium mensium Lunarium in Octaeteride Cleostrati, quæ mensibus Embolimis constabat integris*. p. 705.
- VII. *Prytaniæ Tribuum IV. in Octaeteride Cleostrati, ab ann. U.C. Varr. 210. ad ann. U. C. 245. inclusive*. p. 705.
- VIII. *Prytaniæ Tribuum X. ab anno Varr. U. C. 246. & Archonte Clisthene, quæ reliqua hujus Cycli parte ita præerant*. p. 706.
- IX. *Cyclus mensium Lunarium III^{us}. Cleostrati Octaetericus è mensibus Embolimis integris, ab ann. Varr. 210.* p. 706.
- X. *Cyclus mensium Lunarium IV^{us}. Harpali Heccadecaetericus, Ab ann. U. C. Varr. 258.* p. 708.
- XI. *Archontes à Cyclo Lunari 1^o. ad Metonicum*. p. 713.
- XII. *Cyclus mensium Lunarium V^{us}. Metonis Enneadecaetericus, integer autem annorum CLII. Kalendarium, inclusis diebus exentilibus.* p. 714.
Cyclus ipse ab ann. U. C. Varr. 322². Olymp. LXXXVII. I. p. 715.
- XIII. *Cyclus mensium Lunarium VI^{us}. Calippi, dimidijs Metonici. Proinde quatuor Enneadecaeteridum, annorum autem LXXVI.* p. 716.
- XIV. *Archontes Cycli Metonici & Calippici Iⁱ. ad Ol. cxxix. I.* p. 724.
- XV. *Com-* p. 728.



XV. *Commissio* Epocharum ante Christ. U. C. Varr. & Olympiadum cum annis Cyclorum Calippicorum ab initio Cycli Calippici II. ante Chr. 25 $\frac{1}{2}$. U. C. Varr. 50 $\frac{3}{4}$. Olymp. cxxxI. 3. ad finem Cycli Calippici VII. ann. Chr. 12 $\frac{1}{2}$. U. C. 81 $\frac{1}{2}$. Olymp. ccxxvi. 2. cum Archontibus hoc spatio repertis. p. 732.

XVI. *Regum Atticorum, Archontumque series Alphabetica*, cum annis quibus honorem quisque inivit, *Periodi*, ante annuos Archontes, *Juliana*; postea v \acute{e} ro *Olympiadum*. p. 737.

Fragmenta *inedita* quibus mentio *Archontum* habetur. p. 742.

Tabulae ad Dissert. IV^{am}.

I. *Cyclorum Elidenstium, atque Olympionicarum*, pro serie temporis. p. 743.

II. *Olympionicarum, Ludorum, &c. Olympicorum Tabula Alphabetica*. p. 762.

Tabulae Delphicae & Baeoticae ad Diss. V^{am}.

I. *Tetraeteris forte Solaris Baeotorum omnium antiquissima*. p. 777.

II. *Cyclus Tetraetericus Baeotorum Delphorumque Lunaris, cum Pythionicis* ab ann. U. C. Varr. 168. &c. p. 778.

III. *Cyclus e triplici conflatus Octaeteride cum Pythionicis* ab ann. U. C. Varr. 212. p. 779.

IV. *Cyclus Oenopidis Pythagoraei annorum LIX. triplicis Octaeteridis vitis sanandis, ut videtur, excogitatus*. p. 782.

V. *Cyclus Metonicus Baeoticus, ab ann. U. C. Varr. 323*. p. 785.

VI. *Cyclus Baeotorum Calippicus, ab ann. U. C. Varr. 425*. p. 790.

VII. *Pythiades reliquae sub Cyclis Metonico & Calippico, cum Pythionicis, & Deli Magistratibus & Baeotiae*. p. 795.

VIII. *Pythionicarum, Ludorumque &c. Tabula Alphabetica*. p. 796.

Μεσομερικῶν Fragmentum & Scholiorum *Joannis Tzetzi* e Bibliotheca *Jacobaea*. Cum *Notis*. p. 799.

Tabulae Corinthiaca Siculaeque, ad Diss. VI^{am}.

I. *Tetraeteris Solaris Corinthiorum & Siculorum, ab ann. U. C. Varr. 15 $\frac{8}{9}$* . p. 812.

II. III. *Tetraeteris eorundem Lunaris, quae duplicata Octaeteridem fecit, ab ann. U. C. Varr. 16 $\frac{2}{3}$* . p. 813.

IV. *Octaeteris eorundem Lunaris Cleostratea ex Embolimis integris, ab ann. U. C. Varr. 21 $\frac{7}{9}$* . p. 813.

V. *Octaeteris eorundem quae duplicata Heccaeteridem conflavit Harpaleam, ab ann. Varr. 25 $\frac{8}{9}$* . p. 814.

VI. *Enneacædaeterides eorundem Metonicae quae octies repetitæ Periodum fecerunt annorum CLII. ab ann. U. C. Varr. 323*. p. 814.

VII. *Enneacædaeterides eorundem Calippicae, quae quater repetitæ Periodum fecerunt annorum LXXVI. ab ann. U. C. Varr. 42 $\frac{1}{2}$* . p. 819.

Tabulae



Tabulæ ad Diff. vi^m. & vii^m. de Ludis *Isthmiis & Nemeis*. p. 823.
Isthmionicarum, Nemeonicarum, & Ludorum &c. Tabula Alphabe-
tica. p. 824.

Tabulæ *Laconicæ* ad Diff. viii^m.

- I. Octaeteris I^a. Embolimorum *mutilorum*, ab ann. U. C. *Varr.* 26 $\frac{1}{2}$.
Olymp. 7 $\frac{1}{2}$. 4. p. 828.
- II. Octaeteris II^a. Embolimorum *integrorum* ab ann. U. C. *Varr.* 31 $\frac{1}{2}$.
Olymp. 8 $\frac{1}{2}$. 4. p. 829.
- III. Octaeteris III^a. à novo *initio* ann. U. C. *Varr.* 32 $\frac{1}{2}$. *Ol.* 8 $\frac{1}{2}$. 4. p. 830.
- IV. Octaeteris IV. vel *Cyclus* potius *novemdecim Octaeteridum*, pro
mensis *Lunaris* modo *Metonico*, ab ann. U. C. *Varr.* 33 $\frac{3}{4}$. *Olymp.* 9 $\frac{3}{4}$. 4.
per *Cyclum Metonicum integrum* annorum *CLII*. p. 831.

Tabulæ *Chaldaeorum Babyloniorum* sub *Seleucidis* ad Diff. ix^m.

- Menses *Macedonici* cum *Atticis*, commissi, ad *Olymp.* *cxii*. p. 838.
- Cyclus Chaldaeorum Babyloniorum* sub *Seleucidis Macedonibus*, cujus
meminit *Ptolemæus*, & *Lib. II^{us}. Maccabaicorum*, commissus cum
annis *Nabonassari & Olympiadum*. Ubi etiam docetur quo *die Ju-*
liano cœperit *Thoth* anni cujusque *Nabonassarei*. Incipit ab anno
Nabonassari 495. *Olymp.* 131. $\frac{3}{4}$. p. 839.
- Cyclus idem*, ab alio tamen anni *Civilis initio*, cum *mensibus* commissus
Judaicis, in usum *Libri Maccabaici prioris, & Josephi*, ad Epochas
U. C. Varronianam & Seleucidarum. Adduntur annis *Varronianis*
Literæ Dominicales. Incipit ann. U. C. *Varr.* 50 $\frac{1}{2}$. *DC.* anno *Se-*
leucidarum 59. p. 843.
- Anni *Seleucidarum*, post *Cyclum supradictum*, commissi cum *Varronia-*
nis. In *Varronianis* subjunguntur *Literæ Dominicales*, in annis *Se-*
leucidarum anni *Cycli Calippici*. Incipit ab ann. U. C. *Varr.* 577. *GF.* *Se-*
leucidarum 135. *Cycli autem Calippici novi* 1^o ad ann. *Chr.* 91. *B.* p. 847.

Tabulæ *Romanæ* ad Diff. x^m.


- I. *Kalendarium Romanum* forte *antiquissimum*. p. 851.
- II. *Cyclus* I^{us}. *Octaetericus* huic *Kalendario* respondens, ab ann. U. C.
Varr. 23 $\frac{1}{4}$. p. 851.
- III. *Kalendaria* alia ante *Decemviros*. p. 852.
- IV. *Parapegma Romanum* à *Martio Juliano* cum *Literis Nundinalibus*
& *Flavii Scribæ Fastis*, & *mensibus Romanorum Parapegmaticis* com-
missum. In quo unico intuitu apparet, quo *die Parapegmatico* cœpe-
rint anni *Lunares* singuli per *Cyclum universum* ann. *xxiv*. p. 853.
- V. *Cyclus Lunaris* *Pythagoræorum vetustissimus* pro modo *Kalendarii*
prioris. p. 859.
- VI. *Cyclus Lunaris* *Pythagoræorum recentior*, pro modo *Kalendarii*
posterioris. p. 860.
- VII. *Kalendarium* post *Decemviros*, ab ann. U. C. *Varr.* 306. p. 861.
- VIII. *Cy-*



- VIII. *Cyclus Lunaris Pythagoræorum recentissimus pro modo hujus Kalendarii.* p. 862.
Mercedoniorum præter Cycli legem, intercalatorum omniſſorumve locus, & numerus. p. 863.
De Nundinis. Cyclorum quatuor Nundinales Epactæ. p. 864.
 IX. *Nundinarum primarum anni uniuscujusque series ab ann. U. C. Varr. 24⁴ ad ann. Varr. 707.* p. 865.
 X. *Nundinarum menstruarum series ante ann. Varr. 306.* p. 869.
Nundinarum primarum series cum intercalarentur Mercedonii, seu majoris formæ fuerint, seu minoris. p. 870.
 XI. *Nundinarum menstruarum Tabula ad ann. Varr. 306.* p. 871.
 XII. *Nundinarum in Martio primarum dies, tam in annis Communibus, quam in Intercalaribus; seu unicus fuisset intercalatus Mercedonius, seu duo, & cujuscunque demum formæ fuissent Mercedonii.* p. 873.
 XIII. *Facti Urbis Conditæ, secundum varias illius Epochas, Varronianam, Capitolinam, Catonianam (quæ eadem Dionysii erat Halicarnassæi & Livii) Polybianam, Fabianam (nempe Fabii Pictoris Historici Romanorum omnium antiquissimi,) cum annis Olympiadum (quæ Epochæ fixa erat) commisi. Ut unico intuitu constet quo Olympiadis anno inierint annui quique Romanorum Magistratus, pro harum Epocharum Romanarum singulis hypotheseibus.* p. 875.
Facti Regum Romanorum secundum varias U. C. Epochas. p. 879.
Facti Magistratum Romanorum annuorum post Regifugium, secundum varias U. C. Epochas, ad ann. Varr. 456. Ol. 120³. p. 889.
Tempora Anni varia quibus inierint annui Romanorum Magistratus uno intuitu representatâ. p. 902.

ADDENDA.

- Ad Pag. 126. l. 6. de ætate *Hesiodi.* p. 903.
 Ad p. 129. l. 36. de ætate *Mida & Homeri.* p. 909.
 Ad p. 826. de tempore *Hegesarchi Tritæensis Arcadici quo Isthmuis vicerit & Nemæis.* p. 916.



d



A D



A D
LECTOREM.

MUltis jam *annis* Prælum exercuit hoc nostrum, qualecunque nunc demum prodit, Opus. *Moram* fecit aliquantisper *Bellum* conatibus *literariis* infestum, aliæque è Bello *natae* difficultates. Proinde non est cur miretur Lector in multis Nos sententiam *mutasse*. Republicæ *Literariæ* maxime interest ut idem faciamus omnes, quicumque *bonis literis* nomen damus, *causa* nimirum ita *exigente*. Operam porro suam absolvit jam *Typographus* in *Annalibus* nostris tam *Thucydideis* quam *Xenophonteis*. Hos ergo *brevi* expectabit Lector. Obstet, quo minus *una* prodeant, *Auctarium* de *ætate Phalaridis*, & *Pythagoræ*. Fecerunt ut hoc à Nobis expectetur, Cl. *Bentleii* ejusque *Adversarii* de *Phalaride* eruditissimæ lucubrationes. Nec erit *mora* hæc, ut opinor, admodum *diutina*.





DISSERTATIO

Cycli *Metonici*, qualis in nostris legitur
tabulis, usus asseritur *Civilis*.

A Certioribus temporibus ad incertiora progrediendum. §. I. Certiora illa tempora à Cycli Metonici temporibus incipiunt. §. II. Cycli Metonici usus Civilis asseritur è Diodoro. §. III. Exinde etiam quod primus anni à Solstitio Æstivo initium in Civilem usum deduxerit Meton. §. IV. Exinde etiam quod festorum Civilium causa institutus fuerit Metonis ille Cyclos. §. V. Idem probatur è testimoniis Dionysii Halicarnassæi, Festi Avieni, & Arati. §. VI. Lunares erant, ut Metonici, sic etiam Civiles Atheniensium menses. §. VII. Nec id probant, quod voluit Scaliger, exempla in contrarium allata. §. VIII. Annus Civilis Prytaniarum erat, idemque Lunaris. Nulli in anno Prytaniarum, quos commentus est Scaliger, dies ἀναρχοι. Nedum in alio illo, quem finxit idem, ab anno Prytaniarum, diversum. §. IX. Erat sane Prytaniarum annus Civilis; nec duplices in eadem Rep. menses Civilium mensium nominibus appellandi. §. X. Nihil favet Scaligero locus Demosthenis in Timotheum. §. XI. Nec locus alius ejusdem Demosthenis in Midiam. §. XII. Conveniunt omnia forme anni Lunaris Metonicæ, quæ pro Solaris anni Argumentis habent nuperi Chronologi. Imprimis illud, quod ita cum Noviluniis & Pleniluniis Coelestibus convenerint Novilunia & Plenilunia Metonica, ut tamen nonnihil invicem discreparint. §. XIII. De anno etiam Metonico verius erat, quod dies complectebatur 360, quam de Solari proprie sic dicto, aut de alio quovis Lunari. §. XIV. Punctis Zodiaci affixi censebantur menses etiam Metonici. Sed tantum Populariter. §. XV. Solstitium Æstivum ab initio Hecatombæonis censebatur duntaxat Populare. §. XVI. Sic etiam Solstitium Hyemale ab initio Gamelionis, itidem Populare. §. XVII. Nulli, his temporibus, in usu menses Solares. Ne quidem pro sententia Scaligeri,

A

vel



Diff. I. Usus Cycli Metonici Civilis.

vel Petiti. §. XVIII. Exemplis probatur usus Cycli Metonici Civilis. E tempore Excidii Trojani secundum Dionysium Halicarnassæum. §. XIX. Eclipsis Solis anno Cycli II^o. nec in Civile Novilunium incidit, nec ab eo longe aberat, ut in nostris habetur tabulis. §. XX. Non erat Eclipsis illa quam ex Aristophane ejusque Scholiaste colligit Petitus. Aut certe non Lunaris. §. XXI. Eclipsis anno Cycli VIII^o. Martii Juliani die XXI^o. cum nostris tabulis convenit accuratissime. §. XXII. Ex Eclipsi Lunari in Clade Niciæ Siculâ. §. XXIII. De Eclipsibus Xenophon- teis. §. XXIV. Ex Eclipsi Lunari à Ptolemæo memorata Olymp. xcix. 2. §. XXV. Ex alia ejusdem anni Eclipsi Lunari ab eodem Ptolemæo memorata. §. XXVI. E tertia Eclipsi, itidem Lunari, ex eodem Ptolemæo. §. XXVII. Ex Eclipsi Lunari que præcessit prælium Alexandri M. ad Gaugamela. §. XXVIII. Hic Observ. 1^a. in locum secundi Boedromionis, semper exemtilis, suffectum fuisse exemtilem, pro Cycli lege, non antecedentem, sed forte proxime sequentem, qui proinde numerabatur. §. XXIX. Observ. 2^a. Dies Juliani in tabulis nostris notati à Solis occasu ad noctem mediam diei Attico respondent. Inde novus dies Julianus eidem diei Attico convenit. §. XXX. Observ. 3^a. Redundabant rationes Metonicae in Cycli fine. §. XXXI. Ad Gemini verba, à Petavio in contrarium objecta, Respondetur. §. XXXII. Embolimorum situs & numerus in Cyclo Metonico integro, adversus Scaligerum & Petavium, asseruntur. §. XXXIII. Embolimorum situs astruitur, etiam ex Historia. §. XXXIV. Etiam in recentiorum Enneadecaeteride noster apparet Embolimorum situs, si recte constituatur caput. §. XXXV. Facilis erat illa Cycli capitis mutatio propter Principis initium sub cujus Imperio cæpit Enneadecaeteridis usus Ecclesiasticus. §. XXXVI. Situs exemtilium contra Scaligerum & Petavium asseritur. §. XXXVII. Locus Pollucis suppletus è MS. §. XXXVIII. Explicatur locus veteris in Aristophanem Scholiastis, & Ciceronis in Verrem. §. XXXIX. Cycli Metonici tabule integræ recte à nobis exhibentur, non unicæ, ut olim, Enneadecaeteridis. §. XL. Enneadecaeteris Metonica (quanquam non rediret in orbem cum Enneadecaeteride Juliana) erat tamen eatenus integra quatenus mensum Lunarium similem ubique, & sibi consentaneum, circuitum reddebat. §. XLI. Eatenus etiam, qua dies quoque integros in rationibus Solaribus, pro Metonis sententia, compledebatur. Cur itaque majorem quoque



que illum annorum 152. Cyclum fecerit Meton. §. XLII.
 Qua methodo dies in Periodo *Metonica* ad dies in Periodo
Juliana redigendi sint. §. XLIII. In capite Cycli *Metonici*
 Jul. XVI. defenditur Petavius aduersus *Scaligerum*. §. XLIV.

DE Anni *Græci* forma *veteri* acturi non eadem tamen Sect. I.
A Certioribus
temporibus ad
incertiora pro-
grediendum. progrediemur methodo qua usos hactenus vide-
 mus Chronologorum eruditissimos. Illorum pleriq;
 à temporibus orsi *antiquissimis* gradum inde fece-
 runt ad tempora *recentiora*. Recte quidem illi, si quidem tem-
 pora omnia fuissent ex æquo explorata. Nunc autem aliter
 se res habet. Nec enim quo *antiquiora* sunt, eo sunt etiam *ex-
 ploratoria*, sed quo *experimenta* plura exhibent quæ possint cum
 forma hodie notissima componi committique, *Juliana*. Cum
 enim tempora Argumentis indaganda sunt, non hic *Antiqui-
 tas*, sed *certitudo* potius erit potissimum observanda. Ut scili-
 cet è *certioribus* magis incertiora, quam vicissim ex antiqui-
 oribus *recentiora*, colligamus. Sunt autem illa tempora omnium
certissima quorum *coæva* tenemus, nec *dubiæ fidei*, monumenta;
 non certe illa quorum *coæva* nec hodie habemus testimonia,
 nec legimus unquam *Antiquos* qui *coævorum* quæ unquam ex-
 titerint, vel *mentionem* ullibi, nedum *verba*, conseruarint. Illa
 inquam, tempora quæ non modo *testes* hodieque retinent ex-
 ceptione majores, sed res etiam *gestas* testantur temporum cha-
 racteribus in natura certissimis insignitas; quæ nempe *mensium*
Græcorum *quotis* diebus ita designantur, ut possint etiam de-
 signari in forma *Juliana* dies, qui & *illis*, & sibi etiam *invicem*,
 ex pari intervallo respondeant. His enim constitutis, & exem-
 plorum numero *sibi* respondentium comprobatis, inde nor-
 mas lucrabimur quibus tuto judicari possit quid sit de tem-
 poribus aliis, seu *recentioribus*, seu etiam *antiquioribus* statuen-
 dum, quorum vel *nulla* prorsus, aut non tanta *copia* vel *fide*
 retinemus *exempla*. Sic enim optime procedent, & firmissima
 omnium ratiocinia. Contra vacillare oportebat Chronologo-
 rum illam juniorum omnem Argumentationem quæ tempora
 quidem *juniora*, sed melius tamen *explorata*, ad *origines* exigebat
remotissimas pariter atque *incompertissimas*.

Sunt autem illa tempora maxime omnium *manifesta* quæ Sect. II.
Certiora illa
tempora à Cycli
Metonici tempo-
ribus incipiunt. *exempla* suppeditent *plurima* atque *luculentissima* è motibus *coeli*
Astronomicis, cum forma anni *Juliani* conferenda. Cum scilicet
 magnos jam progressus fecisset *Astronomia*, essentque adeo Astro-
 nomorum



nomorum Observationes accuratissima. Erant autem illa *Græciæ* potissimum *florentis*. Hoc enim præsertim spatio *Historiam Græciæ* locupletissimam habemus, & vim etiam maximam Observationum *Astronomicarum*. Dubitant tamen Chronologi quæ illa forma *anni* fuerit, aut quis annorum *Cyclus*, qui hoc intervallo apud *Græcos* obtinuerit. Ego *Cyclum* illum non alium fuisse arbitror quam *Metonis* illum & *Calippi*, qui in locum *Metonici* successit, erroresque *Metonis* emendavit, pro eodem exemplo quo *Meton* ipse decessorum errores in *Cyclo* antea recepto etiam ipse emendaverat. *Cyclos* autem illos tam *Metonis* quam *Calippi* tales intelligimus quales descripsit *Geminus*, & è *Gemino* nostræ quoque repræsentant *tabulæ*. Quod propterea monendum esse duximus, quod audaciores fuerint, quam oportebat, Chronologi juniores Eruditissimi in *Gemini* mente ad suas hypotheses exigenda; & ne *mentem* quidem ejus in nonnullis fuerint affecuti. Hæc *tempora* erant *Scriptorum*, præsertim *Historicorum*, proventu, celeberrima. Nec sane *Historicum Metone* antiquiorem prorsus ullum, qui hodieque extet, habemus, & paucissimorum *nomina* etiam apud antiquos legimus qui cœva monumenta, ante *Metonem*, in *Scripta* redegerint. Sed quia alia omnia à nobis sentiunt juniores, ut opinor, ad unum omnes; proinde sententiam nostram sigillatim comprobabimus, primo de temporibus *Cycli Metonici*, tum de aliis etiam illis quibus *Cycli Metonici emendatio* à *Calippo* instituta recepta est.

Sect. III.
Cycli *Metonici*
usus *Civilis* asseritur è *Diodoro*.
L. XII. Ol.
86. 4.

Et quidem de *Cyclo Metonico* satis, ut existimo, manifesta sunt verba *Diodori*, quæ tamen mirum nondum observasse viros alioquin oculatissimos. Sic enim ille: ^α Διὸ μέγιστα καθ' ἡμᾶς χρόνων οἱ πλείεσσι τῶν Ἑλλήνων χρόνοι τῆ ἐννεακαιδεκατηερίδι εἰς ψεύδονται τῆ ἀληθείας. Hic sane dicit plerisque *Græcorum Enneadecaeteridis* rationem observasse ad *sua* usque *tempora*. Itaque *Græcorum plerorumque* censu *Athenienses* exclusisse necesse est qui aliter sentiunt Chronologi. Ideone credibile erit *Cyclum* ab *Atheniensi* cive excogitatum, alios plerisque observasse *Græcos*, præter *Athenienses*; civis autem *sui* inventum solos *Metonis* neglexisse *cives*? Ne ita rem fuisse suspicemur, facit hoc ipso in loco *Diodorus*, quo *Scirrhophorionis* die *xiii^a*. *Cyclum Metonis* incepisse testatur. Quis enim dubitat quin *Civilis*, apud *Athenienses*, mensis nomen fuerit *Scirrhophorion*? Non ita certe loqui solent *Astronomi*, ut menses plane *fictitios* aut *Cælestes* mensium *Civilium* nominibus designarent.



gnarent. *Criona* quidem memorant & *Taurona*; non *alium* à *Civilibus Hecatombæonem* aut *Metageitnionem*. Hac certe mensum serie ad quam spectat *Scirrhophorion*, *συνάλλαγματα* sua & *ἱερόσματα* & *gesta omnia publica* insigniunt coævi illorum temporum *Athenienses*. Non utique ita facturi si alii fuissent quam *Civiles* menses illi, si alii ab *Atheniensibus*, si alii quam *legitimi* publicisque *Atheniensium* moribus recepti. Nec vero ullus est veterum qui *duplicem* unquam fuisse doceat *Scirrhophorionem*. Ne quidem hodie *Lunares* Ecclesiæ *Paschalesque* menses *Civilium* mensium *nominibus* appellamus. Ne quidem *locum* mensis *Paschalis* uno aliquo *Civili* mense designamus, sed *duobus*, quod & in aliis omnibus facimus quoties menses *Lunares* cum *Civilibus* & *Solaribus* committimus *Fulianis*. Frustra ergo *morem* illum *hodiernum* traxit eo *Petavius*. Cur porro *Cyclum* suum à *Scirrhophorionis* die certo arcesseret *Meton*, nisi anni *Civilis* jam olim receptos errores fuisset emendaturus? Id certe ea ipsa causa fecit, uti mox videbimus. Itaque *Civilem* utramque formam fuisse necesse est, tam scilicet illam quam *correxit Meton*, quam & *illam qua correxit. Civilis* enim illa fuerit oportet quæ *Scirrhophorionem* à veris *Lunæ* rationibus dimoverit, uti etiam illa quæ *mensē Civilem* cum vero *Lunæ* motu in concordiam redegerit. Idem præterea etiam exinde colligo, quod observationum *Astronomicarum* menses quidem *Atticos*, hoc ipso *Cycli Metonici* intervallo retulerit è *Timocharide Ptolemæus*; non item *dies* mensium *quotos*, quos tamen perpetuo designavit in recentioribus illo *Cycli Calippici* Observationibus. Cur illud, quæso, nisi quia formam anni *Solaris* aliam in *Cyclo Metonis* illo observaverat *Ptolemæus* ab ea ad quam suas ipse *Observationes* exegerat *Timocharis*, ad quam suas etiam exigere solebat ipse *Ptolemæus*? Formam enim anni *Solaris* illam supponebat *Meton* quæ præter dies 365. *partes* præterea diei novendecenas quinque completebatur. Illud autem *Cycli Metonici* fere proprium fuisse è *Gemino* facile colligimus. Modum enim anni *Solaris Fulianum* supponunt tam *superior* ille *Metone* *Cyclus Octennalis*, quam & nova quoque illa *Cycli Metonici emendatio* à *Metonis* successore *Calippo*. Usum certe *Cycli Metonici Civilem* supponit in calculis illis mos ille *Ptolemæi*. *Observationes* enim postea, vigente *Calippi* *Cyclo*, factas modo jam anni *Solaris* eodem quo usi sunt, (non quidem in annis *singulis*, sed in anno tamen suo *magno* qui annorum receptorum 1461. circuitu constabat);



stabat) quos sequitur *Ptolemæus*, *Ægyptii*; non jam amplius duntaxat mensibus, sed quotis etiam mensium diebus, designavit.

Sect. IV.
Exinde etiam
quod primus
anni à *Solstitio*
Æstivo initium
in *Civilem* usum
deduxerit *Me-*
ton.

Idem præterea arguit, quod *Solstitium Æstivum* à *Metone* observatum testetur *Ptolemæus*. Nec enim eo id animo factum, ut superiores de *Solstitio Æstivo* observationes emendaret. "Ἐνεκεν μὲν ἔν παλαιότητι, εἰ τε ἰσὸς τῶν πρὸς Μετόνα ἢ Εὐκλήμονα πετηρημένων θέρωναι τροπῆι &c. ἰφίλοιεν ἂν εἰς τὴ σύγκρισιν τῶν κατ' ἡμᾶς γεγραμμένων πρὸς Ἀλαμβάνου. *Ptol. Μεγ. Σύντ. L. III. c. 2. p. 62.* Rursus: Κὰν πρὸς τῶν ἰσὸς τῶν πρὸς Μετόνα τε ἢ Εὐκλήμονα πετηρημένων θέρωναι τροπῆι, ὡς ὀλοχερέστερον ἀναγεγραμμένον τῶν σύγκρισιν παλαιότητι ἔνεκεν ποιησώμεθα, &c. *Ibid.* Prima enim illa est atque omnium antiquissima observatio *Solstitii Æstivi*,

earum scilicet quæ à *Græcis* factæ sunt, præsertim *Atheniensibus*, quarum memoriam conservavit *Ptolemæus*. Aliam tamen aliquam antiquiorem fuisse necesse erat, si saltem aliqua fuisset, per novam illam Observationem à *Metone* corrigenda. Cur itaque nulla illius mentio in antiquissima illa *Astronomicarum Observationum* supellectile qua suas *Astronomicas hypotheses* fulciebant *Metone* juniores *Astronomi*? Cur nulla saltem erroris mentio quem tandem correxerit ipse *Meton*? Cur ne quidem ulla discriminis inter sententiam *Metonis* antiquiorumque *Metone Astronomorum*? Cur porro nulla *Metonis* emendatio, propter errorem *Solstitii*, (siquis fuisset in superiori Cyclo *Solstitii* error) sed propter dies mensium à veris *Noviluniis*, pro superioris Cycli hypothesibus, erroneos? Inde intelligimus *Solstitii* adinveniendi consilium non fuisse ut *Solstitii* error aliquis emendaretur, sed propter mutatum anni *Civilis* initium. Olim enim, cum à *Solstitio* hiberno, seu *bruma*, iniret *Civilis* annus; fatis erat *Solstitii* hiberni designatio ut proximo à *Solstitio* *Novilunio* novi anni primus mensis iniret, ex quo nimirum menses in *Civilem* usum recepti fuissent *Lunares*. Postea cum ab alio *Solstitio*, nimirum *Æstivo*, annum auspiciari placeret; verum deinde illius etiam *Solstitii* tempus erat ab *Astronomis* explorandum. Non quidem ut ab ipso *Solstitio* annum exordirentur, sed ab illo potius, quod *Solstitium* illud proxime excipiebat, *Novilunio*. Olim certe à *Solstitio* hiberno fuisse anni *Atheniensis* initium vel è mensis *Embolimi* situ fatis constat. *Posideonem* enim non *Scirrhophorionem* duplicem fuisse prodit *Inschriftio Sponiana*, prodit etiam *Ptolemæus*. Accedit disertum ^a *Macrobii* testimonium: *Omni autem (inquit) interkalatione mensis Februarius deputatus est, quoniam is ultimus anni erat. Quod etiam*

^a *Macrob.* Saturn. L. I. c. 13.



etiam ipsum de Græcorum imitatione faciebant. Nam & illi ultimo anni sui mensi superfluos interserebant dies, ut refert Glaucippus qui de Sacris Atheniensium scribit. Nihil (ut hoc obiter observem) cum Scaligeri diebus ad summum binis commune habent superflui Macrobiani dies quos cum mense Romanorum veterum Embolimo, confert ipse Macrobius, Merkedonio. Imo mensem fuisse vel è nomine ipso *Posideonis* colligitur, communi scilicet cum mense Græcorum *Posideone ordinario*; colligitur è *Gemino* qui mensem meminit *Embolimorum*, non item dierum additiorum quos nullos ferunt illius rationes accuratissimæ. *Mutilus* ille quidem esse potuit, ut fuit Romanorum *Merkedonius*. Etiam quinque Ægyptiorum *Epagomenas mensis* aliquando nomine venire fateor. Qui autem *biduum*, qui *diem unicum*, mensem appellarit, neminem è veteribus testem proferre potuit *Scaliger*, tam scilicet imparem *Lunari Syzygiæ*, unde mensis vel ipsum nomen emanavit. Itaque *Civilis* anni, non *fictitii* atque *Astronomici*, illa erat *intercalatio* quæ in mensem incidebat, non *fictitium* utique sed *Civilem*. Et tamen certum est ab initio usque Cycli Metonici à *Solstitio*, non *hiberno*, sed *æstivo*, iniisse annuos *Atheniensium Archontas*. Hoc nos docet ipso Belli *Peloponnesiaci* initio *Thucydides*, quod primo coepit Cycli Metonici anno ad exitum vergente. Cum enim secundo veris mense contigerint *Thebanorum* infidiæ in *Platæam*, tum tamen contigisse testatur scriptor ^a accuratissimus, cum duo ^{a Thucyd. l. II. c. 2.} etiamnum superessent Magistratus menses *Atheniensium Archonti Pythodoro*. Ne jam ad recentiora moris illius testimonia descendamus. Ante Cyclum Metonicum, qui *Solstitio Æstivo* inierit, Magistratus *Atheniensis* annui memoriam nullam habemus. Imo *Solstitio Hiberno Harpalum* Cycli sui annum inchoasse testem habemus *Festum Avienum* sic enim ille de *Metone*:

*Sed primæva Meton exordia sumfit ab anno,
Torreret rutilo cum Phæbus sidere Canerum:
Cingula cum veheret pelagus procul Orionis,
Et cum cæruleo flagraret sirius astro.*

De *Harpalo* ita:

*Nam quæ Solem hiberna novem putat æthere volvi,
Ut spatium Lunæ redeat, vetus Harpalus, ipsam
Ocyus in sedes momentaque prisca reducit.*

Cum *hibernis* novem designat *Harpali Octennium* (quod idem Græcis appellatur *Enneaeteris*) quo spatium Lunæ redire oportuerit,



tuerit, facilis erat, cur ita loqueretur, illa *ratio*, quod primus *Meton* Civilis Anni *initium* ab illo, quod obtinuit postea, Solstitio *Æstivo* deduxisset, antea scilicet à *bruma* inire soliti, obtinente Cyclo *Harpali Octaeterico*. E quibus omnibus facile colligimus *Metoni* primo novum illud anni *initium* esse tribuendum; nec de anno hæc intelligenda esse *Astronomico*, sed *Civili*. Nec sane prorsus video cur ab alio *Solstitio* Observationes suas arcesserent *Astronomi* quam ab eo unde *Civilium* etiam *Festorum initia* procedebant; aut cur à *Solstitiis* potius quam ab *Æquinoctiis*. Perinde enim habet à quocunque tandem puncto Circuli *initium* deduxeris. Longe tamen frequentius ab *Æquinoctio* quam ab utrovis *Solstitio* *Zodiaci* gradus numerant *Astronomi*. Utcunque tamen *Civilem* illam fuisse *Anni* formam, docent *Avieni* verba illa alia in hanc sententiam disertissima:

*Tenuit rem Græcia solere
Protinus & longos inventam misit in annos.*

Uti etiam *Arati* illa:

Τὰ γὰρ σωμαίδηται ἤδη
Ἐννεακαίδεκα κύκλα Φαιενῶν ἡελίοιο.

Protinus ab ipsis *Metonis* temporibus obtinuisse *Metonis* *Cyclum* indicavit, ni fallor, *Avienus*. Nec apud suos duntaxat cives *Athenienses*, sed apud alios etiam *Græcos* celebratum, significat *Aratus*.

Sect. V.
Exinde etiam
quod *festorum*
Civilium causa
institutus fuerit
Metonis ille *Cy-*
clus.
a *Gem. Elem.*
Astron. c. 6. p.
32. Edit. *Petav.*

Denique *Civilem* *Cycli* usum evincunt ipsa illa *Oracula* quibus *Geminus* *Cyclorum* omnium originem tribuit, quibus *Solis* *Lunæque* motus invicem conciliabantur, præsertim *Octennialium*. Sic enim ille: τὸ γὰρ ὑπὸ τῶν νόμων καὶ τῶν χρησμάτων ἀρχηγελλόμενον, τὸ γίνεσθαι κατὰ γ', ἡγουν τὰ πάτρια, μῶνας, ἡμέρας, ἐνιαυτῶν. Manifestum est hoc in loco, *Oraculis* hæc tria præcipientibus etiam *Leges* accessisse idem præcipientes quod & illa præceperant *Oracula*. Quis autem dubitare potest quin de usu *Civili* *Leges* saltem fuerint intelligendæ? Addit deinde *Geminus*: τὸ δὲ λαβὼν ἅπαντες οἱ Ἕλληες τῶν τῶν μὲν ἐνιαυτῶν συμφώνως ἄλλαν τῶν ἡλίου τὰς δὲ ἡμέρας καὶ τῶν μῶνας τῆς σελήνης. Hinc etiam constat *Græcos*, & *Græcos* quidem omnes, hæc *Oracula*, quasi in communem omnium usum edita, fuisse interpretatos. Vix ergo est quod dubitemus quin *Græcorum* fuerint, &



& quidem *omnium*, communes illæ *Leges* quæ *Oraculorum* decreta sanciverint. Gentem ergo *Græcam* nullam fuisse verisimile est, quæ non *Cyclorum* illorum *Oðennalium* (de quibus *Oracula* illa interpretatur ipse *Geminus*) aliquem observaverit. Saltem earum quæ *Commune Amphictyonum* Concilium in *Sacris* agnoscebant. Cur itaque *Athenienses* excludemus *Græciæ* principes? Cur ab *illorum* *Cyclorum* usu illos arcebitur qui à suis præsertim *civibus Atheniensibus* excogitati sunt? Hæc illi certe eo potissimum consilio ne errarent nimium à *Solaris* anni modo recepti apud illos *Deorum festi*, nec *tempore* suo, nec *rite*, si ita erravissent, celebrandi. Erant autem in *Civili* usu *festi*, & certis *mensium Civilium* diebus affixi. Ipsi itaque ne nimium errarent, & errore illo simul in *piaculum* inciderent; danda proinde opera erat ne *Civiles* festorum *mensis* à *Zodiaci* norma nimium aberrarent. Vix autem est quod dubitemus *Oraculis* illis *paruisse* *Secula* (de quibus loquimur) antiqua *Oraculorum observantissima*, gentemque (de qua agimus) *Atheniensem* Religionis, siqua alia, laude certe celeberrimam. Præsertim cum ratio nulla sit cur illos suspicemur, hac tam facili in causa, fuisse cervicosos. Ergo in *civilem* usum *Græcorum* recepta est primo *Ogdoas*, quæ prima *mensis Lunares* integros intercalabat, teste *Gemino*. Successit *Cyclus* ille *decem sedecennalium*, annorumque *CLX*, *Oðennii* vitiis *corrigendis* excogitatus, qui tamen vitia illa emendare non poterat, ni fuisset etiam ipse, pro *Oðennii* exemplo, in usu *Græcorum civili*. Faciebant certe, ut & ille reciperetur, eadem rationes, ne *festi* *Deorum tempore* non *legitimo* celebrarentur. Nec alio, profecto, consilio *Cyclum* illum novum instituisse videntur *Astronomi*, quam placandi *numinis*, *Oraculique* examplissimè *adimplendi*. Inutili prorsus opera, ni suas etiam partes in *Civilium* mensium usu, pro illorum consilio, formando, præstitisset *Respublica*. Successit porro *Cyclus* ille, de quo loquimur, *Metonis*, *Cycli Sedecennalis* erroribus emendandis destinatus, ut *Metonis* etiam lapsus sanabat *Cyclo* suo *Calippus*, pro *decesorum* exemplo in illius locum sufficiens, & in usum pariter *civilem* proinde recipiendus.

Et quidem *Diodori* testimonium disertum firmat *Dionysius Halicarnassæus*, vel Auctor ille, quem secutus est ipse *Dionysius*, antiquior *Dionysio*. *Diem* designat ille *Excidii Trojanani* ὅθεν ἔλεγε φθίνοντες μὲν ὁ αὐτοῦ ἀρχαίων, ὡς Ἀθηναίων. (inquit) ἡ δὲ πόλις ἄρχοντος. Si *Ephori* illa verba fuerint, ut credunt *Viri docti*;

Sect. VI.

Idem probatur è testimonio *Dionysii Halicarnassæi*, *Festi Avieni* & *Arati*.
a *Dionys. Hal.*
L.I. *Ant. Rom.*



docti; ita *Metonicum* Cyclum in publico *Atheniensium* & *Civili* usu fuisse convincent. Et sane nostris Cycli *Metonici* tabulis convenire mox ostensuri sumus. Sin potius illa fuerint *Dionysii*; ita *Calippici* saltem Cycli *civilem* apud *Athenienses* usum ostendent, & fortasse etiam *Metonici*, quæ idem erat quem *Calippus* emendavit, si è tabulis potius *Metonicis* diem *Excidii Trojani* designarit *Dionysius*. Firmat etiam *Festi Avieni* testimonium aliud pariter disertum. Sunt enim ejus verba illa de hoc *Metonis* Cyclo agentis:

Tenuit non Græcia solers
PROTINUS, & longos inventam misit in annos,
Inseditque animis.

De *Græcis* loquitur in genere, pro exemplo utriusque, tam *Diodori* quam *Gemini*, quorum hic *Græcis omnibus*, ille *plerisque* morem illum tribuit Cycli *Metonici*, ne temere verba illa illis excidisse suspicemur. Nec *moram* prorsus agnoscit ullam, quam vult ^a *Scaliger*, quin mox ab observato *Metonis* Solstitio *Æstivo*, anno *Archontis* proxime sequentis in morem apud *Græcos*, nonnullos saltem, transierit. Oblitus nimirum fuerat *Scaliger* se *secundi* quoque anni *Metonici* Eclipsin cum suis quoque Cycli *Metonici* tabulis conciliaffe. Certe antiquiorem fuisse necesse est Archonte *Aminia*, cujus Magistratu *Νεφέλας* suas docuit (unde contrarium elicuit *Scaliger*) *Aristophanes*. Nec illud modo. *Longos* etiam *in annos* inventum à *Metone* Cyclum *misisse Græcos*, idem testis est locupletissimus. Hoc etiam, pro exemplo *Diodori*, qui ad *sua* usque tempora testatur observatum, ut infra videbimus. Nec alio referenda verba illa, ut videtur, ^b *Arati*:

^a *Scal. Em.*
Temp. L. II.

^b *Arat. Pha-*
nom.

Τὰ γὰρ σωμαίειδα ἤδη
 Ἐνεακαίδεκα κύκλα φαεινῶν ἡλίου.

Quæ enim illa tanta *celebritas* si duntaxat *Astronomorum*, non item *Civium*, fuisset ille *Cyclus*? Imo suo quoque tempore, *ἤδη*, celebratum, *σωμαίειδα*, prodit *Aratus*, non *peritiorum* tantummodo, verum etiam *vulgi*, præconiis.

Seft. VII.
Lunares erant,
 ut *Metonici*, sic
 etiam *civiles*
Atheniensium
mensis.

Erat certe annus *Atheniensium Civilis* talis, ut ex aliis etiam intelligimus veterum testimoniis, qualem nostræ repræsentant Cycli *Metonici* tabulæ. Ita scilicet *Lunaris*, ut proxime ad
 Lunæ



Lunæ veras rationes accederet, & tamen nonnunquam à *Lunæ* rationibus, pro *civilium* mensium censu (qui diebus constabant *integris*) variarent. *Lunares* fuisse, jam olim contra *Scaligerum* antiquissimorum Auctorum testimonio probavit *Petav.* Sc. *Herodoti, Gemini, Plutarchi, Solini, Censorini, Macrobi, Ulpiani, & Theonis.* Potuit uterque, tam *Scaliger* scilicet, quam etiam ipse ^a *Petavius*, exinde didicisse, quod *Eclipses*, quarum memoriam habemus, illorum temporum, ad unam omnes in mensium *Civilium* vel *media* vel *initia* inciderint, vel non longe inde aberrarint. Sic enim *Novilunia* mensium *Civilium* plerumque *initis*, *Plenilunia* autem *mediis* convenerint. Uterque hoc de *Eclipsibus* illis agnoscit quarum meminit *Ptolemæus*, qui tamen mensium *Atticorum Civilium* nominibus illas designavit. Incidunt enim *Eclipses* illæ *Lunares* in menses *medios*, ut & ipsi observarunt, & mox ipsi è nostris *tabulis* observabimus accuratius. Itaque *Metonici* erant, & *Posideon* ille simplex, & *Scirrhophorion*, & *Posideon prior*, quibus *Eclipses* illas *antiquissimi* designarunt *Astronomi.* Quidni ergo *Civilis* etiam fuerit *Scirrhophorion* ille à cuius XIII^o. die *Cyclum* suum arcessivit ipse *Meton*? Idem observare poterant viri illi maximi, & in *aliis* etiam illorum temporum *Noviluniis* atque *Pleniluniis.* *Eclipsin Solis* memorat ^b *Thucydides* anno Belli *Peloponnesiaci* I^o. Cycli *Metonici* II^o. *νεμυλία κατὰ σελεύην.* Inde colligimus aliud illud fuisse *Novilunium* à *Novilunio Civili*, hoc nempe nomine *νεμυλία κατὰ σελεύην* à *Civili Novilunio* distinguendum. Colligimus etiam *rarum* fuisse, præterque *morem*, quod hoc *Annalibus* suis dignam censuerit Auctor, siquando *Novilunium κατὰ σελεύην* aliud fuisset à *Novilunio Civili.* Scio aliter verba illa *Thucydidis* intellexisse viros eruditissimos. Sed minus, ut opinor, ad mentem Auctoris, cui animus erat observare quam cito novus ille *Cyclus* ad *Lunæ* motus cum *Sole* conciliandos institutus à *vero* tamen aberrasset *Novilunio.* Prorsus inepte, si ne quidem, pro conditoris consilio, *Cycli menses* fuissent *Lunares.* Idem *Thucydides* aliam etiam *Eclipsim Solis* refert anno Belli VIII^o. ineunte. *Cycli* itidem VIII^o. sed deficiente. ^c *τὸ Πηγγορμίδος θέρους, ἐθύς.* Itaque initio primi mensis *vernalis*, à quo initium *Æstatis Thucydideæ* semestris. Nec enim est quod dubitemus quin per *Civiles* menses *Æstates* suas *Hyemesque semestres* censuerint *Athenienses.* Proinde nec tum quidem aberravit *Novilunium* ad *Solis* *Eclipsim* necessarium à *Civili* mensis illo, quod censebatur, *Novilunio.* Imo

^a *Petav. Doctr. Temp. L. I. c. 4, 5. Et Append. ad Uranolog. L. IV. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 10. 12. 13.*

^b *Thucyd. L. II. c. 28.*

^c *L. IV. c. 52.*



convenit, ut è nostris infra ostendemus tabulis, accuratissime. Sic etiam *Munychionis* diei XVI Πανσελίων tribuit ^a *Plutarchus*. Et cum *Antheſterionis* die itidem XVI *Plenilunium* committit ^b *Æſchines*. Πανσελίων enim verbis appellat diſertiffimis, quod ipſo illo in loco dixerat fuiſſe εἰς τὴν σελιώνην. Sic etiam viſtoriam *Chabriæ* ad *Naxum Boedromionis* Πανσελιών tribuit in *Camilli* vita *Plutarchus*, quam tamen illius menſis diei XVI^o aſſignat non ipſe tantummodo *Plutarchus* in vita *Phocionis*, verum etiam ^c *Polyænus*. Fuit illa *Olympiadis* CI^a. anno primo. Et menſis etiam *Civilis medio* convenit Eclipſis *Lunæ Nicææ* fatalis, anno Belli *Peloponneſiaci* XIX^o, ut in *Annalibus* ostendemus *Thucydideis*. Nec vero fortuitum hoc, præterve *Cycli*, quo uſi ſunt, *Civilis*, conſilium fuiſſe, aliunde conſtat è ^d *Diodoro* & ^e *Plutarcho*. Mendacii enim teſtis ille convictus eſt qui ſe *υψηλῶς Alcibiadem* agnoviſſe profitebatur ſtatuas *Mercuriales* media nocte confringentem. Plane hîc ſupponitur à *Civilium* menſium *initiiſ* aliena fuiſſe *plenilunia*. Nec enim de menſibus aliis quam *Civilibus* locutum fuiſſe veriſimile eſt pro *Tribunali* teſtem. *Plutarchus* ἐν τῷ καὶ νέων fuiſſe dicit quo nomine *ἑταράδα Solon* in Legibus ſuis inſigniverat. Non aliam utique quam *Civilem*. Mirum eſt ſane in contrarium torqueri hoc à ^f *Scaligero* teſtimonium. Quasi *verum* illi teſtati fuiſſent, & *verum* adeo fuiſſet in *Novilunio* *Civili* *Plenilunium*, qui tamen falſi teſtimonii illo ipſo nomine convicti ſunt, quod *Plenilunium* cum *Civili* commiſſent *Novilunio*. Hos fere legimus hiſce *Cycli Metonici* temporibus, apud bonæ fidei Auctores, *Ætatis Lunæ* characteres *Aſtronomicos* cum menſium *Atticorum* diebus *Civilibus* committendos, alios *ineunte*, alios *exeunte*, illius *Cycli* uſu. Qui, cum è tot annorum intervallo examuffim ſibi reſpondeant; proinde docent ne *mediorum* quidem menſium *Lunas* à menſium *Lunarium Civilium* rationibus fuiſſe alienas. Hæc ſane vera eſſe non poterant, ſi vel *Solaris* fuiſſet annus *Civilis*, dierum, ut volunt nonnulli, 360. vel ut voluit *Scaliger* 362. vel ſi *Lunaris* is fuiſſet, pro modo illo quem fuiſſe arbitrantur nuperi Chronologi, nempe dierum quotannis 354, exceptis annis *intercalaribus*, qui dies perpetuo complectebantur 384.

Sect. VIII. Scio teſtimonia proferri à *Scaligero* è quibus conſtare arbitratus eſt *Novilunia* nonnunquam longe à menſium *Civilium* *initiiſ*, *Plenilunia* autem à *mediis* aberraffe. Perperam tamen, & incaſſum omnia. De teſtimonio in cauſa *Alcibiadis* modo vidimus.

^a *Plutarch.* de *Glor. Athen.*
^b *Æſchin.* contr. *Creeph.* p. 443. 444.
^c *Polyen.* *Strateg.* L. III.
^d *Diodor.* L. XIII. *Ol.* 91. 2.
^e *Plutarch.* *Alcibiad.*
^f *Scalig.* *Emend.* *Temp.* L. I. cap. de ann. æquab. min. *Græcor.* Et *Canon.* *Ilagog.* L. III. in cap. VII.



vidimus. Nec magis facit ad causam quam tuetur *Scaliger*, locus ^a *Plutarchi* in *Camillo*, quo victoriam *Chabrie* ad *Naxum* ^a *Plutarch. Camill.* *Boedromionis* πέμπτη φθίνουσι videtur assignare *Plutarchus*, quam tamen eodem loco δεῖ πινυμένωον contigisse testatur. Jam enim observarunt alii, ^b suspectam esse loci illius lectionem, vel potius *punctationem*. Ἐκτῆ enim Ἰπὶ δέκα *Chabriam* testatur *vicisse* ^c *Polyænus*. Ἐκτῆ Ἰπὶ δέκα δινοχόημα illius victoriæ nomine dedisse testatur in vita *Phocionis* ipse *Plutarchus*. Et Ἐκτῆ δινοχόημα illud idem in Libro de *Gloria Atheniensium* tribuit *Plutarchus*, è loco alio in vita *Phocionis* proculdubio supplendus. Et quidem Ἐκτῆ Ἰπὶ δέκα correxerat ipse *Xylander*. Sic autem novum præbebunt loca illa *Plutarchi* exemplum de *Plenilunio* in mensem *medium* conferendo, ut modò observavimus. Et sane πέμπτη illa φθίνουσι nihil quicquam habet commune cum *Chabrie* victoria ad *Naxum*, sed convenit potius cum *Alexandri* victoria ad *Arbela*, ut mox ostensuri sumus. Pariter manifestus est *Scaligeri* error *Eclipsim Lunæ* cum victoria *Alexandri* ad *Arbela* conjungentis, & cum *Mysteriorum* die *Boedromionis* xx°, (quem credidit solum fuisse *Mysteriorum*) ut ex infra dicendis etiam constabit. Nihil porro attinet ad tempora *Cycli Metonici* dies ille *Scirrhophorionis* xiii^{us}, unde *Cycli* sui *originem* deduxit *Meton*, sed ad *Cyclum* potius *præcedentem*. Is autem *Cyclus Novilunio* ad mensium *Civilium* *initia* non antea reduxit quam *Cyclo* *integro* *evoluto* *novi* *Cycli* *exordium* iniret. Hæc etiam infra luculentius apparebunt. *Thucydidis* νεμυρία κατὰ σελεύην ita prope aberat à *Civili Novilunio* ut nostram potius sententiam plane confirmet. Alia autem exempla nulla habuit *Scaliger* quæ proferret in contrarium.

Qualis autem annus *Atheniensium Civilis* fuerit, nescio an aliunde melius intelligi possit quam è *Tribuum Prytaniis*. Decem fuisse tribus constat à temporibus *Solonis* ad tempora *Antigoni Magni* & *Demetrii Poliorcetæ*. Hoc intervallo concluditur *Metonica* *Periodus* *universa*, atque *initium Calippicæ*. Ne dubitemus quin annus ille quem supponunt *decem* *tribuum Prytaniæ*, idem *Civilis* fuerit tempore *Periodi Metonica*. His *Prytaniis* xxxv duntaxat dies assignavit Auctor *Argumenti* *Orationis Demosthenis* in *Androtionem*, quicumque demum is fuerit, seu *Ulpianus*, sive *Libanius*. Decem ergo istiusmodi *Prytaniis* numerum dierum explevit 350. Supererant præterea ad modum anni, quem conficiebant, *Lunaris* dies 4, quos δεχαιρεσίους

Sect. IX.
Annus Civilis
Prytaniarum e-
rat, idemq; Lu-
naris. Nulli, in
anno Prytania-
rum, quos com-
mentus est *Scaliger*, dies ἀναρ-
χοι. Nedum in
alio illo, quem
fixit idem, ab
anno Prytania-
rum, *diversum*.



Diff. I. Ufus Cycli *Metonici* Civilis.

& ἀναρχία tribuit Auctor. Quasi nimirum per illos dies ἀναρχίας fuisset *Attica*. Inde *Scaligero* ansa dierum ἀναρχῶν, quos tamen ille duos tantummodo, non quatuor, fuisse censuit; & præter numerum dierum ἀρχικῶν non 350, sed 360. Utrumque præter mentem unici, quem è tota Antiquitate testem ἀναρχίας advocaverat, Auctoris. Biduo certe suo nullam prorsus tribuit ἀναρχίαν, qui tamen solus bidui meminit addiditii a *Cicero*. in *Verr.* ² *Cicero*. Et quæ tandem bidui ἀναρχία in anno illo *Civili* esse potuit quem totum alium à *Prytaniarum* anno ἀρχικῶ confinxit *Scaliger*? Quæ nempe solius bidui ἀναρχία cum totus esset ab ἀρχῶν muneribus alienus? Illud sane manifestum est Auctori Argumenti in *Androtionem* illi annum alium nullum ob oculos fuisse quam *Lunarem*. Et quidem illum longe alium à *Scaligerano*. Ut proinde perperam dies illos supra numerum, quos appellavit Auctor ἀναρχῆς, ad annum suum retulerit *Scaliger*, qui ad *Solarem* propius, quam ad *Lunarem*, accessit; quamvis ne *Solaris* quidem fuerit appellandus. Sed dies δεχμαρσιῶν nemo præterea alius unquam ἀναρχῆς appellavit. Neque unquam fuisse verisimile est *Comitia* ulla sine præsidibus Magistratibus. Ne quidem illa quæ sequentis anni Magistratibus creandis destinata sunt. Apud *Romanos* *Comitiis Consularibus* semper præerat vel *Dictator*, vel *Consul*, vel si elapsum esset Magistratus tempus, *Interrex*, qui *Atheniensium Prytaniarum* προεδρῆ examussim respondebat. Uterque scilicet è βουλῇ vel *Senatu*. Uterque sorte designatus ut *Populi Comitiis* præesset. Uterque etiam in diem, ut ex *interregno Senatus* constat annuo post mortem *Romuli*. Nec sane meminit vir in omne ævum celeberrimus quanto *Reipublicæ periculo* fuissent *armatorum* partibus studentium *Comitia* sine præside Magistratu. Ne quidem illud in mentem revocavit, quanta fuerit illorum temporum seu *Religio*, seu *Superstitio*, ne præessent unquam *Reipublicæ vitio* creati *Magistratus*. *Romanos* certe ita creatos sæpe à *Senatu* ad *abdicationem* coactos legimus. *Vitio* autem creati censebantur qui vel nullis crearentur, vel *adversis* auspiciis. *Auspicia* nulla nisi sub *Magistratu*, cujus erant *Auspicia*, & quidem legitimo, & rite constituto. Facebant ergo dies illi ἀναρχοι non alio referendi quam ad Auctoris errorem. Prodit ille certe suam in rebus *Atticis* imperitiam, cum & *menses Embolimos* comminiscitur tertio quoque anno intercalari solitos, & modum mensis *Embolimi* talem qui dies complecteretur 33. Hoc autem in loco cur dies illos ἀναρχῆς



xous statueret, error erat admodum proclivis. Nempe *Prytanias* ille nullas illis auctiores agnovit quæ *diebus* constabant 35. Hisce *decies* repetitis cum superessent ad formam anni Lunaris dies alii præterea 4, proinde illos censuit *ἀνάρχους*. Sed quod nescivit ille, id nos docent alii accuratiores ^a *Auctores*. Nempe duplices fuisse *Prytanias*, alias quales novit ille dierum 35, alias dierum 36. Et quidem *quatuor* tribuum ^b *priorum auctiores*, sex vero reliquarum *breviores* fuisse *Prytanias*. Ita nulli restabunt dies *ἀνάρχοι* in modo anni Lunaris illo qui diebus constabat 354. Sed modum anni *Lunaris* vulgatissimi nos docent hodierna illa monumenta. Sunt, fa-
 teor, in tabulis nostris anni nonnulli ordinarii qui diebus constabantur 355. His quales fuerint *Prytanias*, non docent. Non tamen proinde colligendum nullos fuisse istiusmodi in Cyclo *Metonico* annos. Certe præter annos illos vulgatissimos alii præterea erant in Cyclo *Lunari* necessarii anni *Embolimæi*, quibus tamen quis fuerit *Prytaniarum* modus nulli docent qui exstant hodieque testes. Facili tamen *ratiocinio* colligimus è prioris anni exemplo, quales etiam fuisse oportuerit anni *Embolimæi* *Prytanias*. Mense enim *Embolimo* per decem tribus distributo, *terni* accedent singulis tribuum *Prytaniis*. Sic annis *Embolimæis* *Prytanias* dierum fuerint vel 38, vel 39. Simili ergo *ratiocinio* in anno *Lunari* minori dierum 355, quinque tribuum priorum fuerint dierum 36 *Prytanias*. Idem dicendum de annis *Embolimæis* dierum 383 & 385. priorum tribuum *Prytaniis* vel 3, vel 5, dies 39 fuisse assignandos. Aliam ab his *Prytaniam* memorat Auctor *Etymologici Magni*, dierum scilicet 30. Numerus ille, si recte se habeat, tunc, ni fallor, obtinuerit, cum ad numerum *duodenarium* auctæ fuissent ipsæ tribus. Tum enim singulis *mensibus* (qui erant, inclusis *exemptilibus*, omnes *tricenarii*) singulæ respondebant etiam *Prytanias*. Idque ^b *Plutarchi*, ^c *Ammonii*, ^d *Pollucis* disertis discimus testimoniis. Ita quidem illæ, ut *continuae* fuerint *Prytanias*, & per menses tenuerint continuos; non dierum singulorum totidem circulos absolvent, quot erant singulis *Prytaniis* assignandi dies, ut voluit ^e *Scaliger*, utque videtur voluisse Auctor *Argumenti in Androtionem*, quem *Scaliger* erroris ducem est secutus, nimis profecto ab illis Originibus remotum. Certe *continuas* obtinuisse *Prytanias*, testis omni exceptione major, de suis saltem *temporibus* est ^f *Demosthenes*. Apud illum *ψήφισμα* legimus, *ἴπ' τῆς*

^a *Suidas & Phot. Lex. MS. in voc. Πρυταν. Et Hieropocraton ib.*

^b *Plutarch. Deimet.*

^c *Amm.*

^d *Poll. Onom. l. VIII.*

^e *Scalig. Emend. Temp. l. II. c. I.*

^f *Demosth. in Timocrat. p. 776. 777.*

πρωτης



πρώτης Πρυτανείας (quam tribus *Pandionidos* πρώτης postea fuisse docet) τῇ ἐνδεκάτῃ, quam tamen postea ἐνδεκάτῃ & ἑκατομβέωντος μὲντος, idem docet fuisse *Demosthenes*. *Continuos* illos *Prytanias* dies fuisse necesse est, cum primæ *Prytanie* dies XI^{us} cum *primi mensis* die concurreret itidem XI^o. Nihil hoc exemplo potest esse manifestius. Sed vero *Lunarem* fuisse anni hujus constitutionem universam, id quoque longe manifestissimum est.

Sect. X.
Erat sane *Prytaniarum* annus *Civilis*; nec *duplices* in eadem *Rep. menses* *Civilium* mensium *nomibus* appellandi.

Neque porro est cur dubitemus quin *Civilem* annum (qualis per illa tempora obtinuit) *universum* exhausterint illæ *tribuum Prytanie*. Erat enim βελῆ illa 500 *πρυτανέων* *annua*, atque *anni*, ad quem deligebantur, *propria*, ut *sui anni* ψηφισματα omnia per *Prytanias* designarentur; cum *alio* autem *anno* nihil quicquam commune habere poterant qui in *unicum* duntaxat *annum* fuissent designati. Dies ἀναρχεὺς veluti fictitios jam rejiciendos ostendimus; nec aliunde quam ex *Auctoris* recentioris errore natos probavimus. Ita *Civilem* annum *integrum* tenuerint *Prytanie*. Sed vero *Magistratum* annis designari solebant gesta omnia *publica* pariter atque *privata*. Eiusdem proinde formæ *annis* concludenda, quibus & ipsi *Magistratus*. Erant præterea ad multarum causarum *Jura* admodum necessaria *annorum* certa *initia* & *finis*. Præcipue vero in *locationibus* atque *stipendiis*. Nec aliter æqua illa esse poterant, ni fuissent partibus *litigantibus*, qualescunque demum illæ fuissent, *communis*. Itaque necessarium erat ut de *anni mensisque* modo præciperent *Legumlatores*, frustra tamen id facturi ni modum illum observare tenerentur præfecti *Judiciis Magistratus*. Quomodo autem illi formam *legitimam* ab *aliis* exigent, si *aliam* ipsi in *Magistratu suo* observassent? *Privatorum* certe *contractibus* nocuisset, si quam *ignotam* *Reipublicæ* formam in *contractibus* scripssissent *contractuum Auctores*, cessuram utique formæ *publicæ*, cum res esset agenda pro *Tribunali*. Nec vero ullam *Legem* e tota *Antiquitate* profert *Scaliger* quâ his incommodis fuerit occursum, quæ tamen eò magis necessaria fuisset si forma illa alia à *legitima* fuisset nihilominus apud *vulgus* receptissima. Quòd porro *duplices* fuisse arbitratur *Scaliger* eorundem *nominum menses*, exempli gratia, duplicem *Hecatombæonem* &c. *Solarem* alium, alium *Lunarem*; ita fuit *Antiquis* ignotum, ut ne quidem *juniorum* aliquo fulciatur exemplo. Nos qui *Solarem* annum *Civilem* observamus, *mensẽ Paschalem*, qui *Lunaris* est, nun-



nunquam pro alio habemus Martio aut Aprili, cujus pars aliqua in Civilem modo Martium incurrit, modo in Aprilem.

Sed testes advocat è veteribus sententiæ suæ Scaliger, quorum tamen nullus id, quod vult ipse, disertis verbis memorat. Nullus aliud anni Civilis initium ab initio Magistratum atque Prytaniarum. Nullus aliunde anni Attici exordium arcessit quam ab initio Civilis Hecatombæonis. Nullus Hecatombæonem alium, aliumve quemvis mensum Atticum, agnoscit à Civili. Tam longe abest ab eo ut cognominem alium mensum agnoscat alio, quam Civilis, mensis initio. Menses Atheniensium qui Solares appellavit, ne quidem unicum habet ex Antiquitate universa testem, cum tamen multos jam dederimus qui Lunares illos agnoverint. Itaque quæ inde elicitur vir memoria immortalis dignissimus, ea suis potius debuit rationibus, quam disertis veterum testimoniis. Verba Oratoris ita se habent:

Καὶ ἔστι οἱ χρόνοι ἡσῶν περὶ Θαρρηλιῶνα μῶνα ἐπὶ Ἀρεῖς ἄρχοντες. Τῷ δὲ ὑστέρῳ ἐστὶ ἀφικνωμένου Φιλῶνδος &c. Et quidem sequentem annum ibidem Orator per sequentem designat Archontem Alcisthenem. Hoc enim Archonte rediisse Philondam probat è tabulis Trapeziticis. Inde collegit Scaliger vulgari Scirrhophorione iniisse Alcisthenem qui tamen Hecatombæone inierit anni Prytaniis aptati. Idque è suis confirmat tabulis quæ Hecatombæonis Metonici initium Scirrhophorionis vulgaris diei assignaverant xi°. Inde scilicet erroris occasio quod Scirrhophorionem illum veterem, à cuius die xiii°. Hecatombæonem suum arcessivit, teste Diodoro, Meton, adhuc (post Metonem) crediderit in usu fuisse Civilis. Sed nihil tale tradunt veteres. Nihil tale Demosthenem vel sensisse, vel sentire potuisse, verisimile est. Nusquam dicit ille sequentem annum, quo Archon erat Alcisthenes, vel Scirrhophorione cœpisse, vel mense illo qui proxime sequebatur mensum (cujus proxime meminerat) Thargelionem. Imo mense qui proximus à Thargelione numerabatur, vix potuit redire Philondas. Thargelione enim iter suum ad Regem Persarum susceperat ipse Timotheus. Tunc autem Macedoniam, ut ligna inde promissa adveheret, nondum concesserat Philondas. Sic Orator de Timotheo: * ὅτι μὲν γὰρ συνέ-

Sect. XI.
Nihil favet Scaligero locus Demosthenis in Timotheum.

a Demosth. Orat. in Timoth. p. 1077.

b Scalig. Emend. Temp. L. II. c. 1. Vid. Teav. Doct. Temp. L. II. c. 1.

* Pag. 1081.

σησεν, ἐδέπω τὰ ξύλα ἤκεν, ἀλλ' ἐμελλεν ἐπ' αὐτῷ ὁ Φιλῶνδας τὴν πρῆσαν ποιῆσαι ὅτε δ' ἤκε τὰ ξύλα ἄγων, ἔτι μὲν ἀπεδήμα. Nihil plane est quod miremur si spatium temporis plusquam menstruum itineri tanto infumserit Philondas.

C

Nec



Sect. XII.
Nec locus alius ejusdem
Demosthenis in
Midiam.
a *Demosth.* in
Mid. p. 617.

Nec magis faciebat ad consilium *Scaligeri* locus Oratoris alius in *Midiam*. Verba ibi *Demosthenis* de *Midia* illa sunt: ^a Φουλάδας τῶν τελευταίων ἡμέραν τῆς διατητῶν, τῶν τῆς Θαρηγλιῶν ἢ τῆς Σκιροφοριῶν ἢ γνησιῶν &c. Quæ verba ita intellexit *Scaliger*, quasi *Scirrhophorion Prytaniarum Metonicus* nunc in exeuntem incidere *Populi Thargelionem*, nunc autem in *Scirophorionem* ineuntem. Rectè nimirum ille si de uno eodemque διατητῶν die ultimo locutus fuisset Orator. *Duplicem* autem arbitrorum diem intellexit *Demosthenes* spatio menstruo invicem distitum, utrumque fraudi *Midie* satis opportunum; alium quo officio discedebant; alium quo, post 30 dies a deposito officio numerandos, jam non erant amplius Accusationibus obnoxii. Hoc etiam die cedebant officio Πρυτάνεις, ipsi quoque deinde gestæ in officio Reipublicæ rationibus obnoxii, per spatium aliud similiter menstruum. *Ulpianus*: ^b ἐξίονθ' δὲ τῆς ἐνιαυτῆς, πρῶτον ἀπὸ τῆς διατητῶν ἤρχοντο. μικρότερα γὰρ ἢ τὰ ὑπ' αὐτῶν διοικέμενα. Loquitur ibi de examine ἑσθιωῶν post gestum Magistratum arbitrorum. Et cum primùm arbitros rationem dicit officii peracti reddidisse anno exeunte; alios fuisse innuit *Magistratus*, qui, anno exacto, examen subituri erant, majores arbitris Πρυτάνεις. Sic mensis *Thargelionis* fine, sub Neomeniam *Scirrhophorionis*, utique *Lunaris*, exuto Magistratu, ἑσθιωῶν erant διατητῶν. Id voluit, opinor, illis verbis *Ulpianus*: ἔστι δὲ ἐν τῷ Σκιροφοριῶν τὰς εὐθίας ἐδίδοσαν, ὅς ἢ ἐνδέκαθ' μὴν παρ' Ἀθηνάϊοις. Intelligi verba illa non possunt nisi de mense illo qui vere erat XI^{us}. & de *Neomeniâ* quæ illum proximè excipiebat quæ spectabat ad *Scirophorionem*. Ita rectè mense *Scirophorione* εὐθίας dederint qui officio discesserant fine mensis superioris *Thargelionis*, qui verè anni erat XI^{us}. Sic itaque suppleri locus potest ad mentem, ut videtur, *Ulpiani*: ἔστι δὲ ἐν τῷ Σκιροφοριῶν τὰς εὐθίας ἐδίδοσαν, [Θαρηγλιῶν ἢ τελευταίων ἢ γνησιῶν ἀπειπάντες] ὅς ἢ ἐνδέκαθ' μὴν παρ' Ἀθηνάϊοις. His certè, aut similibus, verbis si concipiatur sententia, rectè præcedent omnia. Hoc ergo ipso deposito Magistratûs die *Stratonem* potuit accusare *Midias*, qui tamen *Scirophorione* mense examen subiturus, infidias proinde nullas metuebat ante diem illius mensis primum, præsertim nullâ legitimâ citatione in iudicium vocatus. Sic fieri potuit, de quo dubitat *Demosthenes*, ut *Thargelione* *Stratonem* *Midias* accusârit. Propendet tamen in eam sententiam *Ulpianus*, ut *Scirophorione* potius exeunte, securum jam ab Accusationis metu *Stratonem* *Midias* circum-

b In loc.



circumvenerit. Sic enim postea: Μειδίας ἔν κακούργως ἐφύλαξε τὴν πελοπόννησον ἡμέραν τὴν πρὸς Σκιρροφόρων, ἡμέρας ἐν τῷ ἔτει, ἡμέρας δὲ νερμηνίαν, νομίζουσι. Καὶ τότε ἦκε. Καὶ διὰ τὸ ἐνίοι τῶν διακτητῶν ἐκ ἡπλώτων ἐπὶ πρὸς εὐθυίας, νομίζοντες ἐκβεβηκέναι τὴν μίαν ὅπερ ἔπαυε καὶ ὁ στρατών. Idque simplicitati & ἀπραγμοσύνη *Stratonis* Oratorem tribuisse observavit postea idem *Ulpianus*, quod non admodum laborarit, πότε μὲν ἔνη καὶ νέα esset, πότε δὲ νερμηνία. Sic in diem *ultimum* examinis inciderit dolus ille *Midiae*, non jam *Thargelionis*, sed *Scirrhophorionis* ultimum. *Ultimum* nimirum jam mensis illius quo concludendum erat διακτητῶν examen, quique jam cum *Thargelione* præcedenti commune nihil habere potuit, sed cum sequenti potius *Hecatombæone*, si τετρακάδα pro νερμηνία habuerit *Straton*. Pariter tamen apta fuit fraudi *Midiae* illa quoque τετρακάς. Nec enim locus erat *Stratoni* suæ causæ defendendæ post elapsos jam examinis dies. Nec locus iudicibus *Prytaneis* sui, si quem sensit, erroris corrigendi, mox utique à Magistratu discessuris. Constat certe vel ex hoc ipso *Ulpiani* loco *Thargelionis* ultimo, iusto ante *Scirrhophorionis* τετρακάδα mense Magistratum abdicasse διακτητῆς. *Prytaneas* autem *Judices* hac ipsa *Scirrhophorionis* τετρακάδι abdicasse docet ^a *Plato*: *Ἐπειδὴν μέλλῃ νέος ἐνιαυτός* ^a *Plato*. L. VI. *μετὰ τριῶν προπῆς τῷ Ἰπλίοντι μηνὶ γίνεσθαι, τῆς τῆς ἡμέρας τῆς προπῆς* ^a *Plato*. L. VI. *πάντας ἅπας τὰς Ἀρχοντας συνελθεῖν εἰς ἐν ἱερόν.* de Legib.

Nec enim alius ille mensis esse potuit ab *Hecatombæone*, qui proxime *Solstitium Æstivum* excipiebat; nec alius à *Scirrhophorionis* die ultimo dies ille qui *Hecatombæonis* primum proxime præcessit. Dubitat ergo *Rhetor* utro illorum dierum *Metonicorum* dolus iste *Midiae* processerit. Non autem de uno eodemque die dubitat (ut vult *Scaliger*) utri mensium sit Civilium assignandus, *Thargelioni*, an potius *Scirrhophorioni*. Nec locum error ille potuit habere de τετρακάδι, ad præcedentemne mensē, an ad sequentem, spectarit, præterquam in uniusmodi mensibus. Nec porro faciebant ad fraudem *Midiae* *Thargelionis* *Scirrhophorionis* *Civiles* alii ab illis quibus Magistratum exuebant tam διακτητῆς quam *πρυτάνεις*, quos jam *Lunares* (ne quidem refragante *Scaliger*) fuisse probavimus. Nec enim de alio *Thargelione* cavere oportebat *Stratonem*, aut *Scirrhophorionem* quam de illis quibus examen *mensuum* ab exuto Magistratu coepturum vel inchoandum erat, vel finiendum. *Magistratus* modo *Thargelionem*, *Scirrhophorionem*que, observasset *Strato*; fraudi illi per *Leges* non fuisset locus, si qui alii fuissent ab his diversi, in



Populi tamen usu, *Thargelion* aut *Scirrhophorion*. Ne jam dicam, maximam sane fuisse *Stratonis simplicitatem*, si de ea *Scirrhophorionis* Triacade dubitasset, *Thargelionis*ne fuisset *Popularis* an *Scirrhophorionis*, quæ illo saltem, quo res illa est gesta, anno, in diem *Thargelionis Civilis* incidisset XII^m. per tabulas *Scaligeri*, tam longe nimirum ab illorum mensium *confinitis*. Quod porro huc traducit *Scaliger* de *Thucydidis* *νεμηνία κατὰ σελλώνη*, mox explicabimus. Nullum itaque hucusque vestigium mensium aliorum, qui *Civilium* mensium *nominibus* insignirentur quam *Lunarium*.

Sect. XIII.

Conveniunt omnia formæ anni *Lunaris Metonice*, quæ pro *Solaris* anni Argumentis habent nuperi Chronologi. Imprimis illud, quod ita cum *Noviluniis & Pleniluniis Cælestibus* convenerint *Novilunia & Plenilunia Metonica*, ut tamen non nihil invicem discreparint. a *Thucyd.* L. II. c. 28.

Convenit præterea cum forma illorum temporum *populari* forma anni *Metonici*, quod recte de *Metonico* anno *veteres* locutiones illas possent pro Principiis suis usurpare, quas pro *Solaris* anni Argumentis habent nuperi Chronologi. Sic erant nimirum *mensēs*, pro Astronomorum qui Cyclum illum condiderant consilio *Lunares*, ut non semper tamen accurate *Solares* Eclipses *Metonicis* responderint *Noviluniis*, nec *Lunares mediis* mensium eorundem *diebus*. Hoc innuit *Thucydides* forma illa *νεμηνία κατὰ σελλώνη*, qua scilicet opponitur *νεμηνία* simpliciter ita dictæ. Sic enim *Thucydides* anno Belli *Peloponnesiaci* 1^o. affecto, Cycli *Metonici* 11^o. tantummodo inchoato: τὴ δ' αὐτῆ θέρης νεμηνία κατὰ σελλώνη (ὡς περ καὶ μόνον δοκεῖ εἶναι γίνεσθαι διωατὸν) ὁ ἥλιος ἐξέλιπε μετὰ μεσημβρίαν, ἔπαλιν ἀνεπληρώθη, γνόμῳ μνησείδης, καὶ ἀστέρων πινῶν ἐκφανέντων. Jam nuper admodum, ut apparet, constitutus fuerat *Cyclus Metonicus*. Innuit ergo his verbis *Thucydides* aliam fuisse ab hac *νεομηνία* in *Populi* usu vulgarem *Neomeniam*. Lunarem utique pro Cycli lege jam recepta, cujus tamen *error* insigni illa, & in vulgi etiam oculos incurrente, *Eclipsis Solaris* observatione fuerit corrigendus. Proinde *Lunarem* supponit illam, è Cycli artificum consilio, *νεομηνία* apud vulgus receptam, alioqui ne quidem *Νεομηνίας* nomine appellandam quæ *Lunæ* novam faciem designat, nec veræ *Lunaris νεομηνίας* accuratiori observatione corrigendam. Hinc illa cura veræ *Νεομηνίας* confirmandæ, ex *Eclipsis Solaris* recepta jam, etiam apud vulgus, Lege quæ in verbis *Thucydidis* illis apparet, ὡς περ καὶ μόνον δοκεῖ εἶναι γίνεσθαι διωατὸν. Ne scilicet errorem *Novilunii* à vulgo recepti aliunde quam ex *Eclipsium Solarium* doctrina, ipsa quoque etiam apud vulgus jam explorata, convinceret. *Solarium* enim *Eclipsium* causas jam vulgo innotuisse constat. *Lunarium* causas ad cladem usque *Nicie*, Bellique hujus annum XIX^m. nondum, vulgo saltem, innotuisse docet in

Nicie



Nicie vita *Plutarchus*. Nec sane alios in hoc Cyclo præterquam *Noviluniorum* errores observatos memorat *Thucydides*. *Νεφελίων* apud illum legimus duplicem, aliam simplicem, aliam κατὰ σελήνην, quarum diversitas ex Eclipsium *Solarium* doctrina potuit intelligi. In *Πανσελήνις* discrimen istiusmodi nullum observavit, quod scilicet aliunde disci non potuit quam ex Eclipsibus *Lunaribus* nondum apud *vulgus* exploratis. Nec sane singularem illam fuisse *Thucydidis* observationem, peritiorumque *Astronomorum* propriam, evincunt verba ^a *Aristophanis* quibus reprehenduntur hoc nomine *Athenienses*, quod dies non agerent secundum *Lunam*, ἀλλὰ ἄνω τε καὶ κάτω ἐκυδοῖσθαι. Sic invicem cohærent illa cum observatione illa *Thucydidis*, ut plane consentaneum sit non aliunde fuisse oriunda. Præsertim cum & coram *vulgo*, & *vulgi* nomine, nec multis ab Eclipsi illa annis, illa prodiderit *Aristophanes*, & Argumento in vulgi etiam observationem incidente. Perperam autem illa, atque prorsus ἀπεσθονόσως in aliam anni formam cavillatus fuisset *Aristophanes* quam in *Lunarem*, quæque *mensēs Lunares*, pro cœlestium *Φάσεων* apparentiis supputasse, saltem præ se ferebat. Perperam item in illam quæ nondum illam *Reipublicæ* approbationem meruisset ut in usum *Civilem* reciperetur. Imo *Populum* verbis illis perstringit Poeta, non *Astronomos*. Erat ergo forma anni jam *Civilis*, etiam illis temporibus, *Lunaris*. Talis tamen illa, ut Eclipsis *Solaris* quæ anno Belli 1^o. Cycli 11^o. contigit, aliena fuerit à *Neomenia Civilis*; alia vero quæ Belli anno evenit viii^o. in ipsam *Neomeniam Civilem* inciderit; in reliquis deinde *utriusque* *Luminaris* Eclipsibus ita *Cœli* apparentiis convenerit, ut nullis deinde locum fecerit de Cycli errore querelis, teste *Diodoro Siculo*. Ita hæc omnia nec *Solarem* annum *Atheniensium Civilem* illis temporibus fuisse probant, nec *Lunarem* alium à *Metonico*; ut contra nostras *Cycli Metonici tabulas* confirmant, tam pro mente *Metonis*, quam pro illorum temporum *Historiis*, fuisse verissimas.

Pro alio anni *Attici Civilis Solaris* Argumento habent viri docti, quod in anno tunc recepto dies 360 agnoscant cœvi illorum temporum *Scriptores*. Multa esse fateor huc spectantia veterum testimonia. Melius tamen illa cum *Metonica* forma convenient quam cum eorum hypothesebus qui aliam quamvis inde colligunt. Palam est nec *Solarem* esse nec *Lunarem* illum anni modum. Ne quidem, pro sententia *Scaligeri*, *Solarem*,

^a *Aristoph. Nubib.*

Sect. XIV.

De anno etiam *Metonico* verius erat, quod dies complectebatur 360 quam de *Solari* proprie sic dicto, aut de alio quovis *Lunari*.



larem, qualem is in suis instituit *Tetraeteridibus*. Itaque pro rotundo numerum illum habeant necesse est. Sic ad utramvis formam aptabitur: si quidem *rotundus* numerus *deficere* censeatur, ad *Solarem*; sin potius *excedere*, ad *Lunarem*. Nec adeo quicquam inde colligetur, quæ demum forma fuerit anni *Attici Civilis*. Erat tamen hoc in anno *Cycli Metonici* communi verissimum, si quidem accedant ad dierum *Civilium* numerum dies etiam, per *Cycli* legem, *exemptiles*. Nec abhorrebat ab hujus *Cycli* originibus ut *numerarentur* etiam *dies* qui *eximebantur*. Cum enim primum menses *Lunares* in usum reciperent *Athenienses*, mensium illorum is ipse modus credebatur, quasi essent omnes *tricenarii*, qui hodieque retinetur in mensibus *Embolimis*, qui tamen omnes habentur pro *Lunariibus*. Mensium *Lunarium* primus creditur apud *Athenienses* Auctor fuisse *Solon*. Is autem quales menses *Lunares* introduxerit, docet *Herodotus*. *Cyclum* instituit ille *trietericum* binis annis conflatum, quorum alter mensibus constabat XII. alter, accedente in censum *Embolimo*, XIII. *tricenariis* omnibus. Nam in anno *communi* dies numerat 360, in *Embolimæo* 390. *Lunæ* *Cyclus* ille fuerit oportet quo annis alternis locum habere credebatur *Embolimus*. Natus videlicet è *crassioribus*, minusque accuratis, antiquiorum observationibus. Nempe animadverterunt *biennii* spatio *alternis* XII. & XIII. *Lunas*. Inde manifestum est non alium quam *Lunarem* annum illum esse potuisse qui *alternis* duodecim tredecimque constabat mensibus. Sed *Herodotum*, fateor, suspectum habuit

^a *Scaliger*. ^b *Gemino* tamen idem quod *Herodotus* asserenti nihil habuit quod opponeret. Errorem suum postea correxit ipse *Solon* qui mensis *τριακάδα* primus *ἐννὴν ἢ νέαν* appellavit. Vidit nimirum diem mensis *tricesimum* nunc *veteris* fuisse, nunc *novæ Lunæ*. *Μῆνη* enim utraque intelligitur, tam *ἐννὴν* quam *νέα*. Ne dubitemus verum *Lunæ* motum, nova illa appellatione, ob oculos fuisse. Inde locus mensibus *cavis*, quod *majorum* illum, quam par erat, mensis *Lunaris* modum deinde didicissent. *Cavi* autem facti sunt detractis diebus quos *ἐξαίρεσιμους* appellat *Geminus*: appellat etiam *Aristoteles*. ^c *Geminus* verbis illis de *Periodis Metonis & Calippi*: εἰδὲ ΕΞΑΙΡΕΣΙΜΟΣ ἢ τριακὰς διὰ παντός, ἀλλ' ἢ διὰ τὴν ἑξῆς ἡμερῶν πίπτουσα ἐξαίρεσιμος λέγεται. Innuat nimirum in anni forma quæ *alternis* menses plenos *cavosque* complectebatur, *perpetuum* illud fuisse quod in mensibus *cavis* *τριακὰς* esset *ἐξαίρεσιμος*. Sic etiam *Mnemonem*

^a Scalig. Em. Temp. L. I. C. ult.
^b Gemin. c. 6. p. 34.

^c Gem. c. 6. p. 38.



nem *Rhodium* tyrannum *Lampsacenum* VI. dierum quotannis stipendia militibus negasse testatur ^a *Aristoteles* ΕΞΑΙ-
 ΡΕΣΙΜΟΙΣ λέγων. Forma illa anni quæ *quotannis* VI dies eximebat *veteris* erat *Octaeteridis*, & longe antiquior *Metone*. Nec enim primus illos *excogitavit Meton*, sed *pauciores* illos, quam in prioribus *Cyclis*, numeravit. Sic tamen cavi facti menses, ut & *dies* ipsi qui *eximebantur*, suum nihilominus in ordine dierum *tricenario* locum retinuerint, nec *proximus* ad eum qui sequebatur dies, sed *tertius* à præcedenti numeraretur. Ita factum ut in anno illorum temporum, etiam *Lunari*, qui *vere* totidem diebus *non* constabat, 360 tamen dies semper numerarentur. Sic in *Periodo Metonica Enneadecaeterica* quæ dies, detractis *exemtilibus*, complectebatur duntaxat 6940, 7050 tamen numerat *Geminus*. Sic etiam apud *Lampsacenos* numeratos fuisse VI mensium *cavorum* dies ἐξαιρούμεν exinde colligimus, quod primus *Mnemon* dies illos à stipendiis exclusit. Recte ergo *Veteres*, & consentaneæ, quoties de numero *dierum* annuo fermo esset, hunc potius *numerum* quam alium quemvis adhibebant. Erat enim hic in annis *Cycli Metonici* communis perpetuus, qualis præterea alius erat nullus. Demtis enim *exemtilibus* nunc diebus constabant 355, nunc tantummodo 354. *Solarem* certe intelligere ne quidem potuit ^b *Aristoteles*, cum numerum *dierum* 72 pro parte 5a. habet anni, qualis tunc in more erat, *Attici*. *Solarem* enim annum, ætate *Aristotelis*, diebus constabant 365, cujus pars quinta erant dies 73. Vel inde constat de anno *Solari* rotundo intelligi illa ne quidem potuisse.

Aliud præterea Argumentum in eandem sententiam deducit *Cl. Petrus*, quod *Solstitiis* atque *Æquinoctiis*, similibusque *Zodiaci* punctis certi assignentur in anno *Attico* *menses*. Inde collegit vir ^c *Doctissimus*, *æquabiles* fuisse, ut loquitur, *Atheniensium* *menses*, qui fixum semper locum in *Zodiaco* tenerent. Nec vidit interim quam id malè conveniret cum suis *Tetraeteridum* rationibus quæ nec ipsæ magis in calculis *mensuris* cum *Zodiaco* paria faciunt quam *menses Lunares*. Vera quidem fuisset illa & solida sequela, si perpetuo, singulisque *Cycli* annis *Cycli* *menses* *Zodiaci* *signis* respondissent. Sed rem ita se habuisse nulli testantur illorum temporum *Auctores*. Ut tamen tandem aliquando responderent, id operæ dederat ipse *Meton*, id *Cyclorum* *Metone antiquiorum* conditores. Præsertim ut, *Cyclo* evoluto, redirent ad *puncta*, unde

^a *Aristotel. Oeconomic. II.*

^b *Aristotel. de Hist. Animal. L. VI. c. 20.*

^c *Sect. XV. Punctis Zodiaci affixi censentur menses etiam Metonici. Sed tantum Populaviter.*

^c 3. *c Paris. Eclog. Chronol. L. IV.*



^a *Plin. Nat. Hist.*
XVIII. 25.

unde Cyclos suos fuissent exorsi, *Cardinalia*. Id quoties fieret, ne reliqui quidem menses à certis in *Zodiaco* limitibus, pro illo saltem anno, variabant. Itaque de *primo* Cycli anno, quem maxime ob oculos habebant Cyclosum conditores, intelligenda illa esse videntur omnia. Et quidem pro receptis illorum temporum *Parapegmatibus*, quæ tamen invicem fuisse diversissima, jam olim observavit ^a *Plinius*, etiam in *iisdem locis*. Inde manifestum est quantæ esse possent, de rebus etiam *iisdem*, eorundem Auctorum discrepantiæ, nobis tamen in tanta monumentorum clade, & post tot etiam elapsa secula, penitus inexplorata. Sic equidem dicendum existimarem, si de *veris* illa *Solstitiis* intelligenda essent atque *Æquinoctiis*, quæ certe fixa atque immota nulla observari possunt præterquam in forma examuffim *Solari*, qualem nec *Scaliger* in *Lunaris* formæ locum reposuit, nec *Petitus*. Quod si *Populariter* observata fuerint; ita fatis fuisset si non longe discessissent *Civilia Solstitia* atque *Æquinoctia* à *punctis* *Solstitiorum* *Æquinoctiorumque Cardinalibus* in *Zodiaco*. Et quidem ita observata fuisse necesse erat festa omnia de quibus præceperant Oracula à *Gemino* memorata. *Lunares* enim menses præceperant illa. Sic tamen ut sua quæque tempestate Festa redirent. Itaque per *menses* illæ censendæ erant *tempestates*. Ita nimirum, ut exceptis *Embolimæis* terni menses singulis *tempestatibus* essent assignandi. Sed vero à *Zodiaci* punctis illæ censebantur *Tempestates*, vel *Signorum* coelestium *initiiis*, vel *mediis*, vel *finibus*, vel *punctis* ejusdem *Cardinalibus*. Tantum vero aberat ut *punctis* illis *Zodiaci* respondere possent perpetuo menses *Lunares*, ut ne *Civiles* quidem, quales unquam in usu erant *Solares*, accurate responderint. Inde *Astronomorum* illud inventum menses *Cœlestes* ipsis *Cœlestium* *Signorum* nominibus insigniendi, *Crionos*, *Tauronos*, &c. Quod scilicet nulli essent *Civiles* menses ipsorum usibus fatis idonei. Quare *Popularis* fuerit oportet illa *Tempestatum* designatio, *Popularisque* adeo *Festorum* certis mensium diebus affixorum per *Tempestates*, mensium opera, distributio. Sic itaque *Atheniensibus*, qui *Hecatombæonem* suum *proxima* à *Solstitio* *Æstivo* *Neomenia* auspicabantur, *Solstitium* *Æstivum* *Populare* fuerit perpetuum primus *Hecatombæonis*, qui *verum* *Solstitium* nunc ita præcedebat, nunc sequebatur, ut proinde nunquam mense integro ab eo distaret, *proximumque* adeo *Populariter* censeretur. Sic itaque *Populare* *Æquinoctium* tertio inde mense



mense primus fuerit *Mæmactæronis*, *Populare Solstitium Hibernum* primus *Gamelionis*, *Æquinoctium vernum Populare* primus *Munychionis*. Et cum loca alia in *Zodiaco* dierum numero ab his *punctis Cardinalibus* constituerentur; ita proinde colligendum erat quibus *diebus Civilibus* responderent, *initio* sumto ab his mensium *Civilium* *initiiis*. Hæc de *Solstitiis* testantur loca illa veterum à *Petito* prolata.

Fieri enim non potest ut in *Hecatombæonem* verum *Solstitium* inciderit. Ne quidem pro sententia *Metonis*. *Solstitium Æstivum* à *Metone* observatum nos docebit *Ptolemæus Junii* die *xxviii*^o. Certe ante *Hecatombæonem*, quocumque demum modo supputetur. *Archonte* enim *Observationem* illam factam tradit *Apseude*. Sed vero *Hecatombæone* proximo jam *Archon* erat alius, unde *Meton* Cycli sui initium duxit, *Pythodorus*. *Lunarem* porro, qui idem *Metonicus* erat, *Hecatombæonem* à die *Julii* *xvi*^o. post *Solstitium* *xviii*^o. nostræ accessunt *tabulæ*. Adhuc remotior fuerit oportet anni ante *Metonici Hecatombæon*, quem *Scaliger Civilem* esse voluit, ab eodem illo *Solstitio*. Coepit enim *Lunaris Hecatombæon* die *Scirrhophorionis veteris* *xiii*^o. teste *Diodoro*. Deerant inde ad finem *Scirrhophorionis* dies ad minimum *xvii*. si vel *cazum* illum supponamus *Scirrhophorionem*. Ita abfuerit *proximus* ille, si quis fuisset, *Hecatombæon* à *Solstitio* diebus ad minimum *xxxv*. ipso Cycli *Metonici capite*, plusquam *mense* vel *Embolimo*, vel *Solari*, quod tamen de *Hecatombæone Civili* falsissimum esse convincunt omnia illorum temporum monumenta. Utcunque tamen *Solstitio Æstivo* seriolem fuisse *Hecatombæonem*, evincunt verba ^a *Platonis*, qui novi anni *initium* illi *mensi* tribuit qui ipsum illud *Solstitium* sequebatur. Hæc ille non de uno aliquo certo *anno* docet, ut proinde *perpetuum* fuisse simul innuat. Convenit etiam *Auctor* accuratissimus *Dionysius Halicarnassæus* qui *Trojæ* *Excidium Thargelionis* ^b *ἡμέραν Θάργελιον* *xvii*^o. diei tribuit *πρότερον τῆς Ἰερηνῆς ἡμέρας*. Inde ad *finem* anni numerat dies alios præterea *xx*. *μὲν ἢ ἡμέρας*. Et, ne dubitemus de numerorum sinceritate, dies in universum ab *Urbis Excidio* ad anni *finem* numerat *xxxvii*. Recte nimirum si dies ipse *Excidii* à numero excludatur. Paulo aliter ^c *Plutarchus* qui *ἡμέραν Θάργελιον* *Urbis incendium* assignat. Accedit *Plutarcho* *Auctor* præstantissimus *Chronici Marmorei Oxoniensis*. Et *Auctores* sententiæ suæ *Ephorum*, *Callisthenem*, *Damastem*, & *Phylarchum*, adduxit ipse *Plutarchus*. Aliam tamen *Callisthenis*

Secl. XVI.
Solstitium Æstivum ab initio Hecatombæonis censetur duntaxat Populare.

a Plato L. vi. de Legib.

b Dionys. Halic. Hist. Rom. L. I. p. 51.

c Plutarch. in Camill.

D



sthenis lectionem profert vetus Scholiastes in *Euripidis Helenam* è *Fulvio Ursino* à *Scaligero* prolatus, nempe ὀγδὼλε φθίνοντος, quam etiam confirmat *Clemens Alexandrinus*. Sed ferri potest etiam ἑβδομή φθίνοντος non incommode, si de die ipso intelligatur ante ἑβδομήν XVII^o. ante finem anni XXXVII^o. Id vero extra Controversiam ponit *Dionysius*, dies ab *Æstivo Solstitio* ad illius anni finem fuisse numerandos xx. Hoc quo pacto intelligendum sit mox videbimus. Addit *Dionysius* diem illum fuisse *Thargelionis*, ὡς Ἀθλωαῖοι τὰς χεῖρας ἄγασσι. Vix equidem ad alium quam *Civilem* annum verba illa retulerimus, seu ipsius *Dionysii* fuerint, seu potius *Auctoris*, quem in his secutus fuerit, fortassis *Ephori*. Illud manifestum est in *Scirrhophorionem Civilem* illud incidisse *Solstitium*. Et vel ex intervallo illo plusquam medio post *Solstitium*, satis apparet, frequentius in *Scirrhophorionem*, quam in *Hecatombæonem Solstitium* ipsum incidere oportuisse. Plane ut è nostris constat *Cycli Metonici* tabulis. In *mobili* autem *Solstitio* illi potius *mensi* assignandum erat *Solstitium*, in quem frequentius incidebat. Et tamen qui *Solstitium Hecatombæoni* tribuunt, diferta Veterum sunt à *Petito* observata testimonia. ^b *Aristoteli* tantundem valent ὡς τὸ ἑκατομβαιῶνα, ac ὡς τὸ ἑποπῆς. ^c *Theophrasto* idem τὸ Σκίρροφωριῶν ἔστι ἑκατομβαιῶν, ac πρὸς ἑποπῶν μικρὸν ἢ πρὸς ἑποπῆς. Hæc si cum illis, quæ jam probavimus, conjungantur; constabit manifesto *Solstitii* nomine apud *Athenienses* intelligi solitum non diem illum quo Sol gradum *Zodiaci Cardinalem* quotannis ingressus est sed *mensis* potius illius diem primum qui *Cycli initio* proximus erat *Solstitio Zodiaci*. Hoc autem sensu nihil vetat, etiam in *Cyclo mensium Lunarium fixum* tamen *immutumque* fuisse *Solstitium*.

Convenit porro, quod non *Posideoni*, ut vult *Scaliger*, sed *Gamelioni* *Solstitium alterum*, seu *brumam*, sexto nimirum ab *Hecatombæone* *mensi*, tribuant iidem veteres. Ita ^d *Aristoteli* partus qui ὡς τὸ Ποσειδεῶνα fuit, idem πρὸς τῶν ἑποπῶν fuisse asseritur. Idem ^e *Philosophus* *Cometam* qui mense *Gamelione* apparuit, ὡς τὸ ἑποπῆς ὄντος τῆς ἡλίου χειμερινῆς apparuisse testatur. Mense ergo *Gamelione* *Solstitium hyemale* censebatur. Sic tamen ut illo ipso mense *affecto* *Solstitium* jam *elapsum* haberetur. Sic enim ^f *Theophrastus* tempus *arationis* quod *Gamelioni* tribuerat, idem tamen πρὸς ἑποπῆς χειμερινῆς ipse constituit. Vel inde manifestum est *mensi* illi *ineunti* potius, quam *affecto*, *Solstitium* fuisse assignatum. Adde præterea ipsi *mensis initia*

a ap. Scalig. L.V. Em. Temp. P. 378.

b Aristot. Hist. Anim. L.V.C.II.
c Theophrast. L. IV. Hist. Plant. c. 12.

Sect. XVII.
Sic etiam Solstitium hyemale ab initio Gamelionis, itidem Populare.
d Aristot. Hist. Anim. L. V. C. 9.
e Arist. Meteor. L. I. C. 6.

f Theophrast. L. VII. C. I.



initio attributum, & quidem *Lunaris*. Hoc docet ^a *Diodorus* a Diodor. Sic. l. XIV. p. 305. Edit. Hannov. 1604. ann. 3^o *Ol.* xcvi^a. quo loco duas ejusdem temporis notas conjungit, *ἡροπὰς χειμερινὰς & νύκτα ἀσέλλων*. Νὺξ illa ἀσέλλων si *Novilunium* ipsum non fuit, certe à *Novilunio* longe abesse vix potuit. Imo longe verisimilius est ipsum fuisse *Novilunium*. Itaque *Gamelionis* *πρώτη ἡμερὰ* pro *Solstitio* hiberno ab *Atheniensibus* habebatur. *Populari* scilicet. *Verum* enim *Solstitium* haberi non potuit ab illorum temporum *Astronomis*. Et frustra adeo ^b *Scaliger* *Veterum* sententiam, de *vero* *Solstitii* tempore, ex hoc unico loco elicit, à *Veterum* his temporibus *coevorum* sententiis alienissimam. Quis enim *Veterum* unquam *Solstitium* diei *Julii Juliani* vii^o assignavit? Quis aliud unquam à *Metonico* *Solstitium*, hisce saltem temporibus, fuisse suspicatus est? Quis unquam *Solstitiorum motum* in anteriora credidit, ut quod *Meton* ipse *Junii Juliani* die xxvii^o. observavit, illud hac demum *Olympiade* tot post *Metonem* annis elapsis, mense *Julio* contigisse existimaret? *Motus* enim *Solstitiorum* id potius postulavit ut in priorem *Junii* xxvii^o diem aliquem migraret. Sed *Solstitium initio* *Ludorum Olympico- rum* illud fuisse credidit *Scaliger*. Fuerit sane. Non tamen fuit pro sententia illius *seculi* de quo hæc scripsit *Diodorus*. *Solstitii Metone* antiquioris nulla prorsus memoria apud *Veteres*. Nec si fuisset, probabile esset *Metonem* denuo *Solstitii* tempus observaturum. Nondum enim recepta erat de puncto- rum *Cardinalium* *mobilitate* vel sententia, vel suspicio. Imo ne quidem potuit *Solstitium* observari antequam comperta es- set *Zodiaci obliquitas*, cujus *Inventor* creditur fuisse *Thales*, vel alius quispiam *Thaleti* coævus, *Olympiadum* *initio* longe junior. Sic nullo modo favet *Scaligero* testimonium *Diodori*, ut *Lunæ* potius, quam *nebulis*, imputanda illa fuisset νὺξ ἀσέλλων. Nobis tamen eo magis favet quo constat *Tropicum* illud à *Tropico* illo, quod tunc verum credebatur, fuisse re- motius; & *Novilunium* illud à *vero* *Novilunio*, modo in *no- tes* inciderit *Historia* illa propter *Novilunium tenebras*. Eo enim magis utrumque constabit non *vere*, sed *Populariter* dun- taxat intelligendum esse. Sic etiam facillime in *Historici* ob- servationem incidisset, si & *Novilunii* tempus *illud* atque *tene- brosum* è *Civili* collectum fuisset *Novilunio*, & *Tropici* tem- pus *procellosum* atque *aeris* vitiis incommodum ex illo ipso *Civilis* mensis *Novilunio*, unde *bruma* *Populariter* cenferi sole- bat. Nec sane *Astronomi*, qui vel *Novilunium* illud, vel *Sol-*



stitium observarit, ulla vel levissima suspicio occurrit in Historia. Itaque Popularem illam observationem fuisse verisimillimum est. Nec sane *verum* illud fuisse *Gamelionis Solstitium* exinde colligimus, quod *sextus* hic fuerit ab *Hecatombæone* mensis cujus *Solstitium* jam hæctenus *Populare* fuisse probavimus. Colligitur etiam è loco *Posideonis* qualis haberi potest ex Eclipsibus à *Ptolemæo* memoratis. Eclipsium *Lunæ* Babylone observatam testatur ille *Decembris Juliani*, ut mox ostendemus, die *xxiii^o*. & mense tamen *Attico Posideone*. *Plenilunium* illud convenit diei *Posideonis*, pro tabulis nostris, *xv^o*. commodissime. Addantur dies præterea *Posideonis xv.* (nullus enim in eo locum habet *exemptilis*) ita dies *Gamelionis 1^{us}*. erit *Januarii Juliani vii^{us}*. multis nimirum ab eo *Decembris Juliani* Solstitio diebus quod *Solstitio Metonico Julii xxvii.* respondere oportebat. Aliam ille *Lunarem* Eclipsim memorat *Decembris xii^o*. sed *Posideone Attico* priori. Is erat *Posideonis prioris*, pro tabulis nostris, dies *xiv.* Addantur ergo *Posideonis* illius (qui *exemptilem* habet) dies præterea *xv.* & *Posideonis secundi* (cui nullus est *exemptilis*) dies *xxx.* Ita *Gamelionis* dies *1^{us}*. idem erit *Januarii Juliani xxvii^{us}*. mense fere integro post Solstitium *Decembris*, pro Principiis *Metonis*. Has Eclipses observarunt Astronomi *Olymp. xcix^a*. ann. *2^o* & *3^{io}*, nec multis adeo post illud *Scaligeri Solstitium* annis *Olymp. xcvi^a* ann. *3^{io}*, adhuc vigente Cyclo *Metonico*. Unde satis apparet *Gamelioni* nulli *Solstitium* ipsum potuisse convenire, cum anno *Embolimæo*, & qui *Embolimæum* proxime præcedebat, tantopere distarit. Proinde ne illa quidem vel *Scaligeri*, vel *Petiti*, testimonia quæ *Solstitium* *Gamelioni* tribuunt, de alio *Solstitio* intelligi poterunt præterquam *Populari*. Est ergo nostra illa Observatio verissima. Sic *Æquinoctium* Autumnale *Munychioni* attributum fuisse docet ^a *Gaza*.

a *Gaz.* de Mensib. ap. *Petar.* in *Uranolog.* p. 282.

Sect. XVIII. Nulli his temporibus in usu menses Solares. Ne quidem pro sententia *Scaligeri* vel *Petiti*.

Fixum itaque in illorum temporum *Hecatombæone Solstitium* nullum esse potuit præterquam *Populare*. Ita certe fuisse vel ex *Hippocrate* constat qui anni *tempestates* rebus Medicis necessarias *siderum* potius *ortu* & *occasu* descripsit è *Parapegmatibus* receptis, quam è *mensibus* Græcorum *Civilibus*. Cur illud quæso si vel proxime mensibus *Zodiaci* menses *Civiles* respondissent? Nec enim admodum *modica* discrimina usibus *Medicis* obstabant. *Parapegmatum* menses *Zodiaco* aptatos fuisse, & *Solares*, discimus è *Gemino*. Nec alii proinde menses illis temporibus videntur in usu fuisse *Solares*. Hanc certe
rationem



rationem *Hippocrati* fuisse agnoscit ^a *Galenus*, qui proinde ^a *Galen. in Hippocrati. Epidem. L. I.* tempora *Hippocratis* coelestia ad anni formam, qualis tunc receptus est, *Solarem* reduxit. Quod miror nondum observasse viros Eruditissimos. Itaque cum nulli essent in more menses *Solares* qui quotannis *Zodiaco* responderent; satis esse visum est si vel proxime, *ortus* siderum & *occasus* qui rebus *Rusticis* aut *Nauticis* necessarii erant, in vitæ *Civilis* usus, pro virili sua, designarent. Præsertim cum, elapso *Cyclo*, illi quoque menses redire crederentur ad eadem in *Zodiaco puncta*, nec interim ab illis longe distare. Ipsi enim *Cycli* à punctis *Zodiaci* arcessiebantur *Cardinalibus*, vel *Solstitiis* vel *Æquinoctiis*; & siderum illorum *ortus* & *occasus* designari solebant per numerum *dierum* quibus distare credebantur ab iisdem punctis *Cardinalibus* in mensibus *Parapegmatum Cælestibus*. Nec magnam admodum ἀνεξέτηαν postulabant usus illorum siderum *Populares*; satisque erat, si ad *veros* *ortus* & *occasus* vel proxime accederetur. Oblitus autem est *Petitus*, nec suum quidem, nec *Scaligeri* annum (quem pro *Solari* habuit) admodum fuisse *equabilem*, nec menses vere fuisse *Solares*. Neuter enim ad eadem *Zodiaci puncta* menses suos redire credidit nisi ope mensium *intercalarium*. Pro utriusque ergo hypothesebus, nonnunquam *mensis* integro distare oportebat ab eodem *Zodiaci loco puncta* *Zodiaci* per menses etiam *Cyclorum suorum* designanda. Proinde eodem *redit* seu per illos menses, seu per *nostros* designarentur, dum anni labentes non essent accurate *Juliani*. Scio aliter de *Solstitiis* illis sensit viros adversæ partis maximos. Nos autem agimus de *Solstitiis Metonicis*, coævorumque *Metoni* temporum, qualia tunc *immobilia* credebantur, cum nondum ἀεγλήψεις punctorum *Cardinalium* observasset *Hipparchus*.

Ita notas anni *Civilis* hætenus observatas, quæ hucusque pro *Solaris* anni Argumentis habitæ sunt, *Metonico* anno verius quam alteri cuivis convenire probavimus. Progre-
 gredimur jam ut idem conficiamus è coævris illorum temporum *exemplis* atque *experimentis*. *Noviluniorum* exempla atque *Pleniluniorum* jam dedimus cum *Tabulis* nostris examussum convenientium. Convenit etiam exemplum *Dionysii Halicarnassæi*, modo memoratum. Coepit *Periodus Metonica* à fine anni IV. *Olymp.* LXXXVI anno *Periodi Julianæ*, 4282. *Olympiades* LXXXVI integræ dant annos 344. *Excidium Trojæ* anno ante 1^m. *Olympiadem* 407 tribuunt optimi Auctores. Hi anni
 D 3 superioribus

Sect. XIX.
 Exemplis probatur usus Cycli Metonici Civilis. E tempore Excidii Trojani secundum Dionysium Halicarnassæum.



superioribus additi conficiunt in univcrsum annos 751. De-
trahantur illi è prædicto anno Periodi *Julianæ*, reliquus erit
annus Periodi *Julianæ* 3531. Rursus subtrahantur, ex anno
Periodi *Julianæ* 4282 (unde Cyclum *Metonicum* iniisse vidi-
mus) pares Periodi *Metonicæ* Cycli, annorum scilicet 152. Re-
liqui erunt anni 26. Qui proinde per Regulam perpetuam
detrahendi erunt è numero Periodi *Julianæ*, si annum Cycli
Metonici labentem investigare velimus. His ex anno Exci-
dii *Trojani* subductis, restabit numerus 3505 per pares Cy-
clos annorum 152 dividendus. Hac ergo divisione ultima
peracta, supererunt 9. Inde intelligimus annum Excidii *Tro-
jani*, IX^m. esse Cycli nostri *Metonici*. Ita certe numerandum
esset si quidem anni ante *Olympiadas* 407 numerandi essent ;
ut *alios* plerosque Veterum numerasse videmus. Sic autem
in annum *communem* incidisset illud excidium, cum tamen sit
è contra certissimum in annum potius *Embolimæum* esse, pro
Auctoris mente, conferendum, cum tot diebus *Solstitium* pri-
mum mensem *Hecatombæonem* anticipet, Cycli initio *post* Sol-
stitium inchoandum. Id autem ut eveniat facile efficiemus,
si annum ab Excidio *Trojano* 407. *primum* primæ *Olympia-
dis* numeremus. Sic enim recte procedent omnia. Anni enim
inter *Excidium* & *primum Olympiacum*, integri erunt tantum-
modo 406. Quo pacto fiet ut annus *Excidii*, idem fuerit
Cycli *Metonici* VIII^{us}. qui pro Cycli lege erit *Embolimæus*.
Fieri idem potest si vel annum ipsum Excidii *Trojani* nume-
rarit antiquus Auctor ante primam *Olympiadem* 407^m. vel
propter *Archontem* (de quo infra agemus) *semestrem* 343. dun-
taxat annos integros ad illum, quem dixi, annum numeran-
dum duxerit. Sed vero *Solstitium* à *Metone* observatum *Pha-
menoth* diei XXI. *περνια* tribuit *Ptolemæus* anni *Nabonassari* 316.
Coepit *Thoth* illius anni *Decembris* IX^o. anni Periodi *Julianæ*
4281. Sic *Phamenoth* XXI. incidit in diem *Junii* XXVII. anni
Periodi ejusdem 4282. Pro *priori* nempe parte quæ *mediam*
noctem præcedebat. Inde enim processit dies *Junii Juliani* XXVIII.
Περνια ergo, cui *Solstitium* tribuit *Ptolemæus*, diei *Juliano* pri-
ori conveniebat. Hoc nempe anno quo *Solstitium* observa-
vit *Meton*. Coepit ergo *Meton Solstitii* diem à *Solis occasu*,
qui per modum anni *Attici Solstitii* diem designabat. Pro-
inde à die *Junii Juliani* XXVII^o. Consulantur ergo Tabulæ no-
stræ anno Cycli *Metonici* VIII^o. Ibi dies *Junii* XXVII. idem
Scirrhophorionis erit X^{us}, & XVII^{us}. à *Thargelionis* XXIII^o. *ὀρδὸν*
Φίσιοντ ©,



Φθίνουσι, si dies *Thargelionis* excludatur; vel à *Thargelionis* xxii°. Ἐδόμεν Φθίνουσι, si *Thargelionis* dies pro numeri primo habeatur. Inde rursus ad anni illius finem, *Scirrhophorionis* ultimum, dies numerabuntur pro mente *Dionysii* xx. Nec enim dierum *exemptilium* rationem videtur habuisse *Dionysius*. Certe verba illa de Cyclo *Metonico* *Dionysium* intellexisse verisimillimum est, si quidem *Ephorum* Auctorem secutus fuerit ipse *Dionysius*, quod colligunt viri eruditi è *Plutarcho* in vita *Camilli*, ubi sententiæ de Excidio *Trojano* illo quem diximus *Thargelionis* die, *Ephorum* inter alios laudat Auctorem. *Ephorus* enim, teste *Diodoro*, ad captam à *Philippo Macedone* *Perinthum* Historiam deduxit, multis antea annis quam iniret *Periodus Calippica*. Sed nihil *Plutarchus* de illius anni *Solstitio*, nec de *Ephoro* quicquam *Dionysius*. Utcunque tamen vel inde suspicio est, vigente *Periodo Metonica* vixisse primum illius *Chronologiæ* Auctorem, quod nullus sit in tota *Periodo Calippica* annus quo finem anni xx diebus *Solstitium* antecesserit, qui tamen multi reperiuntur in *Periodo Metonica*. Juniorum certe potius ratiociniis & retro actis supputationibus, quam disertis veterum testimoniis, omnem illam deberi *Chronologiam*, vel inde colligimus, quod tam diversæ invicem fuerint veterum de illius *Excidii* tempore sententiæ. Tantum enim abest ut de *Excidii die* conveniant, ut ne de ^a mense quidem, ne vel de anno convenerint. Quod sane non est cur miremur, cum hoc intervallum sub *μνδινῶ* nomine complectatur ^b *Varro*, qua scilicet *ἰσοεμῶ* opponitur; nec ulla unquam memorentur à veteribus *Scripta* monumenta quæ horum temporum vel memoriam attigerint. *Consultantur*, si placet, quæ nos ^c alibi de *Historiæ Græcæ* novitate disputavimus.

^a vid. *Clem. Al.* Strom. I.

^b ap. *Censorin.* de die Nat. c. 21.

^c Præl. *Histor.* Inaug.

Porro cum *Eclipsium* temporibus, quæ quidem habemus ex *Historiis* explorata, nostræ conveniunt tabulæ. Primam antiquissimamque omnium *Periodi Metonicæ* *Eclipsim Solarem* memorat *Thucydides* anno *Periodi* ii°. Belli *Peloponnesiaci* i°. Sic tamen ille ut alienam fuisse innuat à *Civili Novilunio*. Hoc enim innuit, ut vidimus, formula illa loquendi, *ὑσμῶν κατὰ σελῶν*. Hic itaque cavendum, ne in *Novilunium Civile* incurrat dies ab *Eclipsi* designatus, non autem opera danda (quod ab aliis factum) ut in illud incidat. Et viceversâ curandum est ne longius etiam à *Civili Novilunio* transferatur *Eclipsis*, cum jam *Cycli* opera effectum esset ne à veris *Lunæ* rationibus *Civiles*.

^d Sect. XX. *Eclipsis Solis* anno *Cycli* II, nec in *Civile* *Novilunium* incidit, nec ab eo longe aberat, ut in nostris habetur *tabulis*.



viles quoque longe discreparent. Ambo autem nostris tabulis respondent accuratissime, *Eclipsim* ipsam *Augusti* III^o exeunti, horæ nimirum post *meridiem* v^{re}. assignant calculi *Astronomici*. Et nostræ illius anni tabulæ *Aug.* IV^m. exhibent pro *Novilunio Boëdromionis*. Sic dies *Atticus* qui ab ea parte diei *Juliani* coepit quæ *Solis occasum* sequebatur, dies erat ab *Eclipsi secundus*, cum illa ante *Solis occasum* contigerit. Inde querelæ illæ apud ^a *Comædum* de *Lunæ cursu Civiliter* perverfo.

^a *Aristoph.* Nub.

Sect. XXI.

Non erat *Eclipsis* illa quam ex

Aristophane e-
jusque *Scholias*te
colligit *Petitus*.

Aut certe non
Lunaris.

Aliam elicit ex *Aristophane* *Eclipsim*, sed *Lunarem*, doctissimus *Petitus*, quam fateor, si vera fuisset, alienam esse à *tabulis* nostris. Poëtæ verba in *Persona Nubium* illa sunt:

Ἔπει τὸν θεοῖσιν ἐχθρὸν βυροδέψην Παφλαγῶνα
Ἠνίχ' ἠρεῖαδε σρατηγόν, τὰς ἰφρῦς σιωήγοιδν,
Κάποιε μὲν δεινά' βροντῇ δ' ἐράργη δι' ἀσραπῆς,
Ἡ Σελλῶν δ' ἐξέλιπε τὰς ὁδὸς· ὁ δ' ἠλιε
Τὴν θραυλλίδ' εἰς ἑαυτὸν εὐθέως συνελκύσας,
οὐ φανεῖν ἔφασκεν ὑμῖν, εἰ σρατηγήσει κλέων.
Ἄλλ' ὁμως εἰληθε τῆτον.

^b *Petit.* Eclog. Addit ^b *Petitus* verba in illum Poëtæ locum veteris *Scholias*tis illa:
Chronolog. L. ἐπειδὴ ἐκλείψας ἐγύρετο σελῶνις τῷ περὶ τῶ ἔτει ὅτι στρατοκλέης βοηδρο-
IV. c. 12. μίωνι. Denique de *Populo Atheniensi* verba Poëtæ alia in *Equitibus*:

ἔτ' ἠ τῇ περὶ τῶ νεμλῶια
Ἐπείατο δ᾽ ἄλλον, βυροδέψην Παφλαγῶνα.

Ex his omnibus colligit *Petitus* mense *Boëdromione* anni IVⁱ. *Olymp.* 88, quo *Archon* erat *Stratocles*, *Eclipsim* fuisse *Lunarem*, quæ *Octobris Juliani* diei convenerit IX^o. hora post *meridiem* sexta, cum jam coepisset *Boëdromionis* τελευτᾶς, quæ cum eadem fuerit ἔτη καὶ νέα, proinde νεμλῶιας pars censei potuerit. Sed hallucinantur profecto, tam *Petitus* ipse, quam quem ille secutus est erroris ducem, ipse quoque *Scholias*tes. Erat quidem illo *Octobris* die *Lunæ* latitudo *Ecliptica*. Sed nullam prorsus *Eclipsim Astronomicam*, præsertim *Lunæ*, ob oculos habuisse videtur *Aristophanes*. De *Luna* verbum nullum, quo *luminis defectum* passa fuisse innuatur, *Aristophanes*. Hoc unum dicit, *vias* illam solitas reliquisse, ut ad *vias* potius, quam ad *lumen*, ejus ἐκλείψας illa sit proinde referenda. Nec vero est quod miremur rudes tunc temporis *Astronomiæ* *Scriptores Athenienses*,



nienses, præsertim *Poëtas*, non *Astronomos*, ita loqui potuisse. Nulli enim adhuc apud illos recepti sunt in usum vulgarem *motuum Lunarium* calculi è quibus intelligi posset, essentne illi *perpetui*, & sibi invicem *consentanei*. Et receptæ erant apud *vulgus* huc spectantes de *Lunæ laboribus* & *erroribus* opiniones, per vim contrariam *dæmonum* atque *magorum*, *Lunam* de *cælo* se *deducere* posse gloriantium. Certe apud *Poëtas* occurrunt istiusmodi loquendi formulæ frequentissime. Et foeminam *Thessalam* quæ hanc de *Magia* opinionem introduxerit, bis memorat ^a *Plutarchus*. Quod ergo *Magi* præ se ferebant, cur hoc *deabus* suis *Nubibus* negaret *Aristophanes*? Verba certe omnia *luminis defectum* significantia, omiſſa tamen à *Petito*, ad *Solem* retulit, non ad *Lunam*, ipse *Poëta*. *Sol* erat qui se ἐφανέν ἐφασκεν εἰ σρατηγῆσ κλέων. Hæc verba *lucem* ejus quacunque demum de causa, *subductam* indicant. Hic *lucernæ* in se contraxisse dicitur *Ellychnium*. Pro illa nimirum sententia loquitur *Poëta*, quæ *duplicem* credidit *Solis* vultum, *luminosum* alterum, alterum *obscurum*; *Eclipses* autem illius fieri cum vultum *luminosum* in se contraheret. Hanc enim illis, quibus nondum explorata erat *Astronomia*, temporibus sententiam memorat ^b *Plutarchus*. Facit præterea ut *Solis* potius, quam *Lunæ*, *Eclipsis* intelligatur, *dies* ipse cui tribuitur, incidens in *Novilunium*. Recte enim hoc *Petito* objecerat *Petavius*, fieri ne quidem potuisse ut *Lunæ* *Eclipsis* in *Civile* quadraret *Novilunium*. Et male κωδοιδοπῖαν *Lunæ*, cujus meminit hic idem in *Nubibus* *Aristophanes*, tantam facit *Petitus* ut *Plenilunia* mensium initiis, *Novilunia* mediis responderent, ut tot jam contrariis testimoniis ostendimus. Quod certe *Cycli* caput *Meton* nec ab ipso *Solstitio*, nec à *Scirrhophorionis fine*, arcessiverit, ratio alia nulla fingi vel verisimilis potest ab ea quam veram fuisse docet *Plato*, ut scilicet à proximo post *Solstitium* *Novilunio* illud arcesseret. Itaque non potuit *Cycli initio* longe distare à *vero* *Novilunio* *Novilunium Civile*. Id autem si verum fuerit, non potuit certe *modus mensis Metonicus* tam longe mensium *Civilium* initia à veris *Lunæ* rationibus tam parvo annorum circuitu deflectere, ut è calculis constat *Astronomicis*. Nec enim *menses Lunares mutilos* adhibuit *Meton* (quales erant *Romani Mercedonii*) sed pares invicem *cæterisque* similes etiam intercalavit. Mox etiam dabimus exemplum *Novilunii*, etiam *Ecliptici*, post hanc, quam credidit *Petitus*, *Eclipsim*, quod in *Civile* *Novilunium* incidere.

E

Est

^a *Aglaonice*
Hegectoris filiam.
Plutarch. Præc.
Conjug. & de
def. Orac.

^b Ηερίλειτ
κῆ τῶ σκεφοει-
δῆς σραφῶν ὅσπε
τὸ μὲν κῆλον ἀνω
γινεσθ, τὸ δὲ κῆ-
τῶ κῆτω ὡσθ: τῆ
ἡμετέρων ὄψι.
Plutarch. Placit.
Philosoph. L.II.
c. 24.



a Diodor. l. XII.
P. 94

Est etiam *Diodori* testimonium in hac causa manifestissimum, à *Cl. Petiti* sententia alienissimum. De *Enneadecaeteride* enim *Metonis*, quam à *Græcis* plerisque testatur fuisse receptam, ait: ^a ἐν τοῖς εἰρημόμοις ἔπει τὰ ἄστρα (Solem proculdubio intelligit & Lunam quorum causa *Cyclos* illos conditos fuisse constat) πῶς ἀποκατάσσειν ποιεῖται καθάπερ ἐνιαυτῶ πῶς μεγάλα τ' ἀνακυκλισμὸν λαμβάνει· διὸ καὶ τινες αὐτὸν Μένωνος ἐνιαυτὸν ὀνομάζουσι. Δοκεῖ ὅ ἄνθρωπος ἐπὶ τῆς περὶ τὴν ἀστρονομίαν καὶ περὶ τὴν ἀστρονομίαν ταύτην ἰασημασίως ἴππιπιδόχηναι· τὰ γὰρ ἄστρα πῶς τε κίνησιν ἔτι τὰς ἴππισημασίας ποιεῖται συμφώνως τῆς γεωγραφίας. Διὸ μέγιστα τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων οἱ πλείους τ' Ἑλλήνων χρώμοιοι τῆς ἐννεακαιδεκαετηρίδος ἔδειξαν ἀληθείας. Apparet hic non solum *ortus* siderum & *occasus* & *significationes* in *Parapegmatibus* designari solitos mirifice cum *Periodo Metonis* convenisse, sed & *Solis* etiam atque *Lunæ* motus quorum præcipua ratio esse solebat in *Cyclis* excogitandis. Apparet *Metonem* ἰασημασίως ἴππιπιδόχηναι. Apparet illos qui *Metonis* modos in *Civilem* temporum usum receperunt (quos ait *Diodorus* plerisque fuisse *Græcorum*) & διεψεύδα τῆς ἀληθείας, ne quidem tanto annorum circuitu quantus effluerat à *Metone* ad tempora usque *Diodori*. Sic nempe *Diodorus* qui illo vixit tempore quo fuit apud *Græcos* in usu forma mensium *Lunarium*. Non potuit ergo tanta illa fuisse *Lunæ* κωδοδοσία quantam credidit *Petitus*, ut toto cœlo invicem distarent *vera* *Coeli* atque *Civilia Novilunia*. Sed nec illud meminerat *Petitus*, νεμεσίαν *Poëtæ* illam *Boëdromionis* fuisse, si qua fides *Scholiastæ*. Nec enim sane *Boëdromionis Neomenia* illa esse potuit, cui tribuit *Eclipsim* ille, quæ τριακάδα *Boëdromionis* proxime sequebatur, sed proximi à *Boëdromione* mensis *Μεμακτηρίωνis*, vel, ut maluit *Petitus*, *Pyaneψsionis*. Ea autem, si, ut vult ille, fuerit *Ecliptica*, *Boëdromionis Neomenia Ecliptica* esse non potuit. Inde constat, siquam habuerit *Eclipsim Lunæ* in animo *Poëta*, eam tamen, quam designavit *Petitus*, ne quidem esse potuisse. Inde sequitur præterea, nullam prorsus *Lunæ Eclipsim* *Poëtam* designare potuisse; cum nec illam designarit, nec alia aliqua *Neomenia* fuerit infra terminos *Eclipticos*, illa præsertim anni tempestate qua delectum *Cleonem* testatur *Thucydides*, *Æstatis* semestris sine, ante initium *Hyemis* itidem semestris. Idem hoc evincimus Argumento, quod causas *Eclipsium Lunarium* ante annum *Belli Peloponnesiaci* XIX^m. vulgo nondum innotuisse, testetur in *Nisiæ* vita *Plutarchus*. Imo tanta fuerit, & tam metuenda, etiam

Eruditis,



Eruditus, *vulgi* in hac causa *Superstitio*, ut qui causas illas exploratas haberent, peritiam tamen suam apud *vulgus* profiteri non auderent. Quomodo ergo *Comædos* illud ausos credemus quod non audebant Philosophi? Quomodo in *Scriptis* ad *vulgi* usum captumque concinnatis, quum ne quidem in *Colloquiis* idem auderent illi quæ in *vulgus* essent emanatura? *Solis* ergo fuerit oportet *Eclipsis*, & in *Boëdromionis Neomenia* constituenda, siquam *veram Eclipsim* intellexerit *Aristophanes*. Cœpit illa *Olymp.* 88. anno 14^o, *Periodi Julianæ* ann. 4290, *Archonte* (ut docet *Poëtæ Scholiastes*) *Stratocle*, die *Aug. Juliani* xxvii^o. Sed longe aberant illo die sidera ab oleis *Eclipticis*. Nec est sane quod miremur *aliunde* ortam *Solis obscuritatem* pro *Eclipsi*, habuisse *Aristophanem*, cui adeo erant incompertæ *Solarium Eclipsium* rationes. Ego rem totam ita se habuisse mihi persuadeo. Expeditionem *Cleonis*, de qua loquitur *Aristophanes*, non *priorem* illam intelligo ad *Pylum* longe, quam sperabatur, *feliciorem*; sed postremam potius in *Thraciam*, in qua ipse *perit*, & Civium suorum *Atheniensium* res *afflixit*. Hoc sane verba *Nubium* omnia manifestum faciunt de *adversis Atheniensium* rebus, non de *secundis*, illa fuisse, de quibus agit *Comicus*, *Nubium omina*: $\omega\delta\eta\ \eta\ \tau\iota\varsigma\ \epsilon\chi\theta\omicron\varsigma\ \mu\eta\delta\epsilon\upsilon\iota\ \xi\omega\delta\ \nu\omega$. Inde est quod exprobrant *Atheniensibus* in illa *Cleonis* electione $\delta\upsilon\sigma\beta\epsilon\lambda\iota\alpha\upsilon\ \&\ \alpha\mu\alpha\rho\tau\iota\alpha\upsilon$. Perperam ergo ad *priorem* illam *Cleonis* electionem quæ *Archonte* fuerat *Stratocle*, hæc verba retulit *Scholiastes*. In hunc tamen errorem alius illum error impulit. Cum enim de *Eclipsi Astronomica* verba illa *Poëtæ* interpretaretur, nec alia in rebus à *Cleone* gestis *Eclipsis* occurreret præter illam quæ fuerat *Archonte Stratocle* ab anni tamen *tempestate* qua sua gesserat *Cleon*, aliena, à *Thucydide* ipso memorata; proinde huc sententiam *Poëtæ* errore infelicissimo torquendam censuit. Sed vel inde suspicio est aliam nullam *Eclipsim* quo referretur illum reperire potuisse. Vix enim est quod ullam *Athenis* visam *Eclipsim* *Thucydides* omiserit. Ipso enim operis exordio inter alia *Belli Peloponnesiaci* omina *Eclipses* recenset *Thucydides*, quam solebant esse, frequentiores. Non tamen alias quam *Solis*: $\eta\lambda\iota\varsigma\ \tau\epsilon\ \epsilon\kappa\lambda\epsilon\iota\psi\epsilon\iota\varsigma\ \alpha\iota\ \pi\upsilon\lambda\iota\omega\tau\epsilon\gamma\epsilon\iota\ \omega\delta\eta\ \tau\alpha\ \epsilon\kappa\ \tau\tilde{\epsilon}\ \pi\epsilon\lambda\iota\upsilon\ \chi\epsilon\theta\omicron\upsilon\varsigma\ \mu\eta\mu\omicron\mu\epsilon\delta\omicron\mu\omicron\delta\omicron\mu\omicron\alpha\ \xi\omega\delta\epsilon\theta\omicron\sigma\alpha\upsilon$. Hæc enim frequentia ut in *Historia* appareret, nulla erat proinde prætermittenda. Nulla itaque fuerit oportet quam ex hoc *Poëtæ* loco collegit *Vir* alioqui ingeniosissimus.

E 2

Sequitur



.Sect. XXII.
Eclipsis anno
Cycli VIII.
Martii Julian.
die XXI, cum
nostris tabulis
convenit accu-
ratissime.
a Thucyd.

Sequitur tamen in *Thucydide*, eodem illo Archonte *Stratocle*, Eclipsis *Solis* alia vera cum nostris tabulis admodum consentanea. Verba illius hæc sunt: τὴν Ἡλιου ἐκλειψιν τὴν ἐν τῷ μηνὶ Ἀπριλίῳ. *Æstatis Thucydidæ Semestris* initium illo (qui *Embolimæus* erat) anno ab *Elaphebolione* arcessebatur. Proinde illius *ἡμερῶν* hoc loco erit intelligenda. Cum enim *Eclipsim* ait fuisse ἐν τῷ μηνὶ Ἀπριλίῳ, certe de illius mensis, qui (illo anno) *primus* erat *Vernalium*, initio illa scripsit. Aliter tamen de hac loquitur *Neomenia* quam de vera illa, quæ à *Civili* aliena fuerat, *Neomenia κατὰ σελλῶν*, l. II. c. 28. Ibi *ἡμερῶν* ipsa *Eclipsim* illam priorem contigisse scripserat. Quia scilicet à vera Lunæ *Neomenia* aliena nullo modo esse potuit *Solis Eclipsis*. Hic de qua loquimur, *Eclipsim* non quidem *ἡμερῶν*, sed ἐν τῷ μηνὶ Ἀπριλίῳ fuisse scribit. Innuit nimirum non ipsa quidem *Neomenia* fuisse, nec tamen ita à *Neomenia* *sejunctam*, quin ad illam aliquatenus *spectare* censeretur. Vera hæc ambo simul aliter esse non poterant, quam si *superioris* mensis *τριάδος* contigerit, quæ simul ἐν ἡμέρῃ atque *νέῃ* appellari solebat; & quidem posteriori illius parte quæ ad *νέαν* fuerit potius quam ad *ἔστω* referenda, quæ quidem ambo sunt, pro tabulis nostris, verissima. *τριάδος* certe *Eclipses Solares* tribuit semper *Geminus*. Et *τριάδος* vel quæ eadem erat ἐν ἡμέρῃ καὶ νέῃ, de *Usuris* actum in *Prytaniis* docet *Aristophanes Nub. Act. iv. Scen. v.* Quod scilicet illa fuerit *κλειψίς ἐκλειψία*, cum tamen ad *mensum novum* *Usuræ* solutio spectaret. *Anthesterionis* autem *τριάδος* à *Martii Juliani* die cœpit *xx^o*, desinebat autem ejusdem die *xxi^o*. Et quidem *Martii* *xxi^o* horæ à *media nocte* ad minimum *viii^æ*. *Eclipsim* illam tribuunt calculi *Astronomici*. Sic fuerit *posteriori* diei *Attici* parti, quæ Lunæ erat *νέας*, potius assignanda. Est enim illa *τριάδος* partitio accuratissima, qua scilicet *prior* illius pars censetur quæ à *Solis occasu* ad *Solis ortum* sequentem fluxerit, & proinde Lunæ *ἐν ἡμέρῃ* æstimatur; *posterior* illa quæ ab *ortu* deinceps ad proximum pertigerit *occasum*, quæ adeo *νέῃ* rectius assignabitur. Est ergo hæc luculentissima *tabularum* nostrarum confirmatio. Convenit certe cum *eventu* hæc nostra explicatio accuratissime. Prior enim *Eclipsis* die *Attico* *Neomeniam* præcessit *secundo*, ita quidem ut in *Neomenia* partem prorsus nullam inciderit. Ut nihil proinde videretur habere *Meton*, quod *Comico* *κωδοιδόσιον* objicienti obtenderet. Nec obstabat *secunda Eclipsis* quæ *Comici* *tabulam*, de qua loquimur,



mur, præcessit, quin adhuc idem objiceret, cum laxa potius *interpretatione*, quam *reipsa* niti videretur. Fecit tamen ne postea idem objiceretur, quod benignæ saltem *interpretationis* beneficio cum *veritate* conciliari posset illa, quæ videretur, *Anomalia*. Præsertim respondentibus in posterum, pro primo exemplo, *Lunæ* apparentiis, nec longius à vero recedentibus. Id enim præcipue operam dabant *Cyclorum* conditores, non tam ut *initio* Cyclorum *minutiæ* corrigerentur, quam ne momenti modici *errores* in immensum procederent. Hoc cum affecutus fuisset *Meton*, inde tanta ejus, uti modo vidimus è *Diodoro*, præconia.

De Eclipsi *Lunari* in clade *Niciæ Sicula* alibi agemus opportunius ad annum Belli *Peloponnesiaci* XIX^m. Ibi ostendemus, non cum *Plenilunio* modo, sed cum *die* mensis *Attici* qui *diei Juliano* congruit, quo Eclipsim illam contigisse probant supputationes *Astronomicæ*, & cum nostris Cycli *Metonici* tabulis convenire quæ de hujus Eclipsis *tempore* vetera produunt monumenta.

Duas porro servavit *Eclipses*, hoc eodem *Cyclo* labente, *Xenophon*, priorem *Lunæ*, *Solis* autem posteriorem. Difficiliores quidem illas, tales nihilominus ut quam difficultatem movet altera, altera saltem sublevet. *Solis* Eclipsis illa, quam posteriorem fuisse diximus, *anno* illi tribuitur, quo mutatus est à *Lacedæmoniis* forma *Reip. Atticæ*, victæ scilicet à *Lysandro*. Hunc annum ait ^a *Xenophon* ab aliis *Archonte Pythodoro*, aliis *Anarchia* designari solitum, quod *Oligarchia* obtinente lectus fuerit *Pythodorus*. Hic annus erat *Olymp.* 94. 1^{us}. Cycli autem *Metonici* 27^{us}. Nec diu post *initium* anni fuisse indicat *Xenophon*. Diem hujus Eclipsis *Septembris Juliani* III^m. designant *Astronomi*. Et quidem cœpit *τεταρτὰς Μεταγεitνιονis* ab ea *Septembris* IIIⁱ. parte quæ *Solis occasum* sequebatur ad *noctem* usque *mediam*. Sed *mane* visa est Eclipsis, & *die* proinde *Attico* ante *Boëdromionis* *Neomeniam secundo*. Plane pro exemplo illius *primæ*, cujus testem vidimus *Thucydidem*, Eclipsis. Hucusque ergo *proportionem* eandem servabant, quam Cycli *initio* habuerant, *Civiles Neomeniæ*. Hinc itaque de *priori* Eclipsi *Lunari* judicandum, cujus *Plenilunium* ut potuerit tantisper mensis *Attici medio* distare, in tali præsertim (quali usus est *Meton*) modo *mensis Lunaris*, ipsi videant *Astronomi*. De *die* certe ejus, aut de *mensis*, nihil quicquam certi *Xenophon*. Habet quidem *Archontem* fortasse *verum*, cum *numero*

Sect. XXIII.
Ex Eclipsi Lunari
in clade Niciæ
Sicula.

Sect. XXIV.
De Eclipsibus
Xenophontis.

a Xenoph. L. II.
Hellen.



tamen *anni Belli corruptissimo*, & ab *Archonte* alieno. Ut proinde ne quidem *annus Eclipsis* satis exploratus sit. Ita incertum erit, fueritne *eadem* illa, cujus *Historia* meminit, *Eclipsis* cum illa cujus *diem* designare solent *Astronomi*.

Sect. XXV.

Ex *Eclipsi Lunari* à *Ptolemæo* memorata *Olymp. XCIX. 2.* idem probatur.

Cyclum præterea *Metonicum* à nobis ita restitutum egregie firmant *Observationes Astronomicæ*, quotquot habemus apud *Ptolemæum*, antiquiorum *Ptolemæo*, coævorumque *Cyclo Metonico*, *Astronomorum*. Tres recenset ille *Eclipses Lunares* his ipsis *Cycli Metonici* temporibus, & quidem antea quam recepta in usum esset *Cycli emendatio Calippica*, ab *Astronomis* observatas, quæ omnes cum hisce nostris *Cycli Metonici* tabulis examissim consentiunt. Et *menses* ille *Archontesque* docuit *Eclipsium*, non item *quotos mensium dies*. Hoc tamen certum, *mensium Lunarium*, pro *Lunæ* veris rationibus constitutorum, *mediis* respondere debuisse *Plenilunia* illa *Lunæ Eclipsibus* necessaria. Idque verum fuisse nostræ docent *tabulæ*. Prima *Lunæ Eclipsis* *Babylonicæ* observata est anno *Nabonassari* 366. die *Thoth* 26 εἰς τὸν κζ', ut diem illum *labentem* intelligamus. Hunc ille annum cum anno illo *Attico* confert quo *Archon* erat *Phanostratus*, anno nimirum *Olymp. XCIX.* 1^o. *mensis*que cum *mensis Attico* *Posideone*. Erat annus ille 111^o. *Enneadecaeteridis Metonicæ* XII^o. *Cycli universi* annus L^o. Dies ille *Julianus* qui hoc anno *Thoth* 26 respondebat, erat *Decembris* XXII^o. Sed exiit dies ille *Julianus* nocte *media*. Inde coepit dies *Decembris Juliani* XXIII^o. Et quidem *posteriori* illo die *Juliano* contigit *Eclipsis*, μετὰ ε' ὥρας κατὰ τὴν μεσοβυκτίαν, cum reliquum esset unicum noctis ἡμισώριον. Sic enim loquitur *Ptolemæus*. Proinde die illo *Attico* fuerit *Eclipsis* qui *priori* parte à *Solis occasu* ad *mediam noctem* cum *Decembris Juliani* die concurrebat XXII^o. inde ad *proximum Solis occasum* cum ejusdem *Decembris* die XXIII^o. Is in tabulis nostris non alius est à *Posideonis* die XIV^o. Convenit ad amissim *Petavius*. *Scaligero* dies est *Posideonis* XV. Præcedit autem dies *Posideonis* XIV^o. *mensis* medium *Civilis*. Præsertim jam affecto *Cycli Metonici*, quousque erat in usu, *medio*. Qui quidem *Cycli* illius error è dictis manifestus est.

Sect. XXVI.

Ex alia ejusdem *Anni Eclipsi Lunari* ab eodem *Ptolemæo* memorata.

Eclipsin Lunæ proximam, eodem anno *Nabonassari* 366. die *Phamenothe* 24. εἰς κε' recenset *Ptolemæus*; committitque cum *mensis Attico* *Scirrhophorione*, eodem *Archonte* *Phanostrato*. Dies ille *Phamenothe* 24 cum die *Juliano* concurrebat *Junii* 18. anno *Urbis Conditæ Varroniano* jam 372. Eo tamen discrimine,



mine, quod dies *Julianus* à *media nocte* censebatur ad *mediam noctem*; dies *Aegyptius* à *mane* ad *mane*. Sed vero post *Solis occasum*, noctis tamen *initio* (unde inchoari solebant dies *Attici*) illa contigit *Eclipsis*, $\pi\epsilon\delta\ \epsilon\ \delta''\ \omega\rho\omega\tilde{\nu}\ \mu\acute{\alpha}\lambda\iota\sigma\tau\epsilon\ \kappa\alpha\iota\rho\iota\kappa\omega\tilde{\nu}\ \xi\ \mu\epsilon\sigma\sigma\upsilon\kappa\tau\iota\varsigma$. Divisa nimirum nocte in partes duodecim, pro anni *tempestate* invicem varias, majores minoresve (has enim horas *καίρικας* appellat *Ptolemæus*, opponitque *ισημερινάς* quæ *Aequinoctii* tempore *noctem vix dimidiam* ita partiuntur) quinque istiusmodi ante *mediam noctem* horis, & horæ *unius* præterea 6, quarum *xii horam integram* absolvunt, illa observata est *Eclipsis*. Proinde post horam à *Solis occasu* dimidiam. Itaque diei *Attico* illi conveniebat *Eclipsis* qui *Junii* 18^o. exeunte cœpit, qui *Scirrhophorionis* erat, pro tabulis nostris, xv^{us}. dies fane *Plenilunio* admodum opportunus. *Consentit* hoc in loco qui antea dissenserat *Scaliger*, *dissentit* autem viceversa qui antea consenserat *Petavius*, cui dies est *Scirrhophorionis* xvi^{us}. Sed nostrum calculum jam ostendimus magis convenire cum errore *Metonis* in modo *mensis Lunaris*.

Tertia *Eclipsis* Archonte *Evandro* (anno nimirum ejusdem *Olympiadis tertio*) anno *Nabonassari* 367 die *Thoth* 16 *εἰς 15'* ponitur à *Ptolemæo*. Dies ille *Aegyptius* idem erat, pro priori illius parte, *Decembris Juliani* xii^{us}. Proinde idem cum die illo *Attico* qui à *Solis occasu* ante *mediam noctem* cœpit eodem labente die *Juliano Dec.* xii. *Mensem Atticum* *Posideonem priorem* agnoscit *Hipparchus*, è quo hæc omnia proxime *Ptolemæus*. Vel inde constat annum illum *intercalarem* fuisse qualis in *nostris* legitur tabulis. Hinc ergo manifestus est error *tabularum Petavii* quæ annum hunc *Cycli* xiii^m. pro *communi* repræsentant. Dies autem *mensis Attici* (qui cum *Decembris* xii^o. pro priori parte concurrebat) dies erat *Posideonis prioris* xiv^{us}. suffragante etiam *Petavio*. *Scaliger* xv^m. numerat. Nec id absurde. Qui enim xiv^{us}. erat revera, is xv^{us}. numerabatur propter diem *mensis* ix^m. *exemptilem*. Esto ergo *Posideonis prioris* dies xv^{us}. qui cum *Eclipsis* die concurrerit, *Decembris*, uti vidimus, xii^o. Priori certe parte illa quæ cum die prædicto *Juliano* concurrebat, erat *Eclipsis*, $\pi\epsilon\delta\ \beta\ \delta''\ \mu\acute{\alpha}\lambda\iota\sigma\tau\epsilon\ \omega\rho\omega\tilde{\nu}\ \xi\ \mu\epsilon\sigma\sigma\upsilon\kappa\tau\iota\varsigma$, $\mu\epsilon\tau\grave{\alpha}\ \theta\ \omega\rho\alpha\varsigma\ \iota\sigma\eta\mu\epsilon\rho\iota\nu\acute{\alpha}\varsigma\ \tau\ \epsilon\nu\ \tau\eta\ 15\ \mu\epsilon\sigma\sigma\upsilon\mu\beta\epsilon\lambda\iota\alpha\varsigma$, inquit *Ptolemæus*. Supererant *mensis Attici* dies saltem xv. Inde constat *Plenilunium* illud ea proportione à *mensis Attico medio* discrepasse, qua discrepasse, in *Cyclo Metonis*, tot jam experimentis evicimus. Nec fane video cur *Eclipses*, non

Sect. XXVII.
E tertia *Eclipsis*,
itidem *Lunari*,
ex eodem *Ptole-*
mæo.

a *Ptolemæo* ib. p.
106.



non in *Attica*, sed in *Babylonia*, observatas ad menses *Atticos* redegerit *Hipparchus* alios quam *civiles*. Præsertim cum & aliis quoque temporum *Civilium* notis insigniverit, & Mensium *Atticorum Civilium*, & Magistratum pariter *Civilium*. Cur à *diebus* mensium designandis abstinuerit, ratio occurrit facilis atque manifesta. Quod scilicet forma *Solaris* anni alia esset in Cyclo *Metonico* ab ea qua usus ipse est *Hipparchus* in anno magno *Ægyptiaco*.

Secl. XXVIII.

Ex Eclipsi Luna-

ri quæ Prælium

Alexandri Ma-

gni præcessit ad

Gaugamela.

a Plutarch. Ca-

mill.

b Arrian. L. III.

c Dionys. Halicarnass.

Ep. ad Ammeum.

d Plutarch. Alex-

andr.

Firmat præterea rationes nostras Eclipsis alia quæ prælium *Alexandri Magni* præcessit ad *Gaugamela*. Ea etiam *Lunæ* erat, contigitque *Olympiadis* cxii^m. anno secundo, mense *Boëdromione*, sub initium *Mysteriorum*, teste ^a *Plutarcho*; non, ut vult ^b *Arrianus*, *Pyaneptione*. Eo quoque anno quo Archon erat *Aristophanes*, non (ut male ^c *Dionysius*) *Aristophon*. Inde, ut hoc obiter observem, constabit, adhuc in usu fuisse Cyclum *Metonicum*. Sequenti enim anno, *Olympiadis ejusdem* tertio, processit Cycli illius emendatio *Calippica*. Incidit Eclipsis illa in noctem quæ *Septembris Juliani* diem terminabat xx^m. Prælium commissum post diem ab *Eclipsi* xii^m. Die quidem xi^o. in conspectum hostium veniebat *Alexander*, eodem teste ^d *Plutarcho*. Sed sero, ut proinde pugna in sequentem diem fuerit dilata, diem scilicet ab *Eclipsi*, ut modo dixi, xii^m. Pugnatum *πέμπτη φθίνοντι*, ut nos docet in *Camillo* idem *Plutarchus*. Diem illum mensis xxvi^m. pro numeri ratione, fuisse constat. Detractis ergo xii. diebus, *Eclipsis* die mensis xiv^o. fuerit. Sed vero *Septembris Juliani* diei xxⁱ. pars nulla in diem *Boëdromionis* xiv^m. convenit. Pars autem ejus ultima ab occasu Solis ad noctem mediam in diem *Boëdromionis* incidit xiii^m. facile inde intelligimus, diem *Boëdromionis* revera xiii^m. numero tamen fuisse xiv^m. Nempe propter diem hujus mensis ii^m. quem semper *ἐξαιρέα-μα* non uno in loco testatur fuisse ^e *Plutarchus*. Sic etiam necesse erat ut *νοχθήμερα* potius, quàm dies qua noctibus opponuntur, numerarit *Plutarchus*. Ita nimirum, ut dies ipse qui noctem *Eclipsis* proxime secutus est, extra numerum fuerit, quippe qui ad idem cum *Eclipsi* *νοχθήμερον*, pro supputatione *Attica*, spectarit. Sic enim demum, non aliter pars aliqua diei mensis xxvi. ad diem ab *Eclipsi* spectabit xii^m. Ita recte *Eclipsis* in *Mysteriorum initium* incidit, primum scilicet *Mysteriorum* diem, qui diei mensis xiv^o. melius quàm xiii^o. conveniet. Diem certe mensis illius xvi^m. ad *Mysteria* pertinuisse, & sic deinceps

^e *Plutarch. περ. Φιλadelph. Et Sympos. L. IX. Problem. vi.*



ceps usque ad xx^m. jam docuerunt * alii. Sed qui xvi^m. *My-* a *Hospinian.* de
steriorum primum fuisse testetur, veterum neminem habemus. Orig. Fest. Eth-
 Imo ix *Mysteriorum* dies recenset *Meursius*. Nec vero diem nic. *Meurs.* E-
 mensis xiv^m. qui erat *revera* duntaxat xii^{us}, præcessisse veri- leusin. *Petav.*
 simile est *Plenilunium* illud *Eclipticum*, ne longius à mensis not. ad. *Themist.*
medio aberraret; cum ad sua usque tempora observarit *Dio-* Et l. iv. Au-
dorus, nullam fuisse insignem inter menses *Atheniensem Civi-* ctarii Op. de
les Lunasque discrepantiam. Sic autem recte satis accurate Doctr. Temp. c.
 que procedent omnia. 13.

Hinc autem tria colligimus in hac omni Chronologia no- Sect. XXIX.
 stra utilissima. 1^o. diem illum ἐξαιρέσιον in locum secundi *Boë-* Hic Obs. 1. in
dromionis diei suffectum, non diem aliquem è *præcedentibus* locum 11. *Boë-*
exemptilem fuisse, sed è *consequentibus*. Hoc sane vel è Tabu- dromionis, sem-
 lis nostris apparet, in illius anni *Boëdromionem* nullum inci- per *exemptilis*, suf-
 dere eorum dierum qui, pro Cycli consilio, *exemptiles* erant. fectum fuisse *ex-*
 Sed & illud quoque manifestum est, diem illum secundum *emptilem*, pro Cy-
Boëdromionis, qui, pro Cycli lege, *exemptilis* erat, ni aliunde cli lege, illi *pro-*
 suppleretur, hiatum facturum si ipse eximeretur. Erat au- ximum, qui pro-
 tem ea supplendi methodus, in hoc Cyclo, expeditissima, si inde *numeraba-*
 loco ejus numeraretur alius aliquis dies alioqui, per Cycli tur.
 legem, eximendus. Quod si prior aliquis *secundo Boëdromio-*
nis dies *exemptilis* fuisset numeratus, sic paria tantummodo fe-
 cisset *secundus Boëdromionis* exemptus, nec ullus profus hoc
 in loco apparuisset hiatus. Itaque defectus ille *secundo Boë-*
dromionis prætermisso factus nondum suppletus fuerit oportet
 ante diem prælii, mensis nimirum xxvi. Alioqui vere
 mensis *Attici* xiv^{us}. dies fuisset qui cum *Septembris Juliani* die
 concurrebat xx^o. quem tamen vere xii^m. duntaxat fuisse, &
 numero solummodo xiv^m. nostræ docent tabulæ, numerato
 scilicet, qui tamen nullus unquam fuit, *secundo Boëdromionis*.
 Proinde proximus *secundo Boëdromionis* dies *exemptilis* ^b nu- b Vid. § 39. ubi
 merandus est, non *eximendus*, ut *secundi Boëdromionis* defe- meliora.
 ctum suppleat. Is autem est *Mæmaëterionis* xxi^{us}. Constat præ-
 terea, vel hoc ipso exemplo, tot ante *Plutarchum* seculis ob-
 servatum esse morem illum eximendi *secundi Boëdromionis*,
 quem suo seculo docet semper eximi solitum *Plutarchus*, si de
 suo tamen intelligendus sit.

Observamus 2^o. diem hunc qui *Boëdromionis* numeratur Sect. XXX.
 xiv^{us}. ita concurrere cum *Septembris Juliani* die xx^o. ut ma- Obs. 2. dies Ju-
 xima tamen *Attici* diei pars *Septembris Juliani* diei conveniat liani in tabulis
 xxi^o. Incipit dies *Atticus* à *Solis occasu*. Inde ad *mediam no-* nostris notati à
 ctem *diei Attico* re- *Solis occasu* ad
 noctem *mediam*
diem Attico re-



spondent. Inde
 novus dies Ju-
 lianus eidem di-
 ei Attico conve-
 nit.
 a Plin. Nat. Hist.
 l. II. c. 70.
 b Ptolem. Geogr.
 l. I. c. 4.

Item Septembris numeramus diem xx^m. unde ad proximum So-
 lis occasum Septembris supputatur XXI^{us}. Sic itaque Eclipsis Lu-
 nae (quæ hora contigit post meridiem x³. hora noctis secunda,
 ut proditum tradit ^a Plinius; vel quinta, ut vult ^b Ptolemæus)
 certe ante noctem mediam, Septembris proinde Juliani die illo
 quem dixi contigerit xx^o. Sic ergo tabulæ nostræ ubique in-
 telligendæ erunt. Ut scilicet dies Juliani à nobis notati dies
 Atticos incipere censeantur, pars autem dierum Atticorum po-
 strema longe maxima dierum Julianorum sequentium fuisse sup-
 ponatur. Estque hæc observatio longe utilissima ad com-
 mittendam cum Periodo Metonica Periodum Calippicam, ut in-
 fra opportunius intelligemus.

Sect. XXXI.
 Obs. 3. redunda-
 bant rationes
 Metonica in Cy-
 cli sine.

Observamus denique III^o. hoc anno Cycli Metonici CIV^o. qui
 idem ultimus erat non quidem Cycli, (quem annorum CLII fu-
 isse diximus) sed tamen usus Cycli civilis; jam remotiora fu-
 isse vera & caelestia Plenilunia & Novilunia à Noviluniis &
 Pleniluniis Civilibus quam Cycli initio fuerant. Et quidem ita
 remotiora fuisse, ut seriora veris fuerint Civilia Novilunia at-
 que Plenilunia. Cycli initio duobus duntaxat diebus discre-
 pabant, ut in insidiis in Plataeam anno Belli Peloponnesiaci pri-
 mo; vel etiam (pro dierum exemptilium, & mensium adeo ca-
 vorum, situ) aliquando unico, ut in Eclipsi initio anni ejusdem
 Belli octavi. Jam autem Eclipsis quæ diei mensis conveniebat
 revera decimo tertio, à Civili proinde Plenilunio plusquam unius
 diei spatio discrepabat. Errabat enim dies ille vel à cavi
 mensis medio justo biduo; paulo etiam plus, si plenus esset,
 qualem fuisse oportebat, pro Cycli lege, hunc, de quo agi-
 mus, Boëdromionem. Hinc ergo constat tam è Lunæ, pariter,
 quam è Solis, rationibus tollendum esse diem illum, qui in
 Cyclo Metonico, annis quibusque LXXVI, redundabat, additi-
 tium. Hoc de Solaris quidem anni circuitu observavit olim
 Geminus, non item de Lunari. Ea tamen dicit, unde verum
 id fuisse facile colligamus. Et modum mensis Lunaris alium
 ipse probat à Metonico, & quidem breviorum. Et Cycli Metro-
 nici emendationem à Calippo institutam maxime omnium ^c Qua-
 vorum congruam agnoscit. Phænomena illa menstrua præcipue
 de Noviluniis intelligenda videntur & Pleniluniis, quæ etiam
 ipsa ex Eclipsibus colligenda sunt. Ita si minus verbis expres-
 sis, re tamen ipsa, agnoscit Geminus emendationem illam Cy-
 cli Metonici Calippicam tam Lunæ rationibus, quam Solis, fu-
 isse necessariam. Neque pugnant cum hac nostra observatione

Exempla



Exempla à nobis superius recensita *πανσελήων* quæ xvi mensium diebus convenerint. Nec enim *Ecliptica* illa erant *πανσελήωα*, nec talia fuisse ab Auctoribus traduntur. Ea ergo duntaxat causa *πανσελήωα* appellantur quod *Populariter*, non *Astronomice*, vultus Lunæ plenis oculis apparuerit, & lux Lunæ tanta esset quæ rebus noctu gerendis sufficeret.

Sic undequaque manifestum fecimus, & Lunarem fuisse annum *Atheniensem Civilem*; & talem quoque fuisse qualem instituerat in Cyclo suo *Meton*. Et quidem Lunarem fuisse nobiscum convenit adversus *Scaligerum* *Petitumque Petavius*. Ne autem *Metonicus* credatur, intercedere putat verba illa ^b *Gemini*: Οἱ δὲ πρὸς τὴν πολιτικὴν ἀγωγὴν ὀλοχερέστερον λαμβανόμενοι ^{31.} *μηνιαῖοι χρόνοι εἰσὶν ἡμερῶν κθ'.* Ὡσεὶ τὸ διμῆλον ἡμέρας ἡμερῶν νθ'. Ὅθεν διὰ πρῶτης αἰτίας οἱ κατὰ πόλιν μῶες ἐναλλάξ ἄγονται πλήρεις καὶ κείλοι. Διὰ τὸ τὴν σελῆωον διμῆλον ἡμερῶν εἶναι νθ'. Vis Argumenti ab hoc testimonio ducti in verbis illis constituitur, τὸ *πολιτικὴν ἀγωγὴν*, & οἱ κατὰ πόλιν μῶες, quæ ita Vir doctissimus intellexit quasi de mensibus Urbium *Civilibus* illa *Geminus* dixisset, exempli gratia de *Atheniensem Hecatombæone*, *Metageitnionē*, &c. Hæc fateor, si vera essent, locum deinde nullum fore Cyclo, de quo agimus, *Metonico* in annis Urbium *civilibus*. Fieri potest ut de *aliis* ab *Atheniensi* Urbibus hæc tradiderit *Geminus*. Fieri rursus potest ut de *sui avi* moribus illa fuerit locutus. Sed *me* fateor nec de *antiquioribus*, nec de *coævis* *Gemino*, temporibus illa intelligere. Tot certe habemus testes observati Cycli *Metonici*, non autem illius *Popularis*, quem ex his *Gemini* verbis colligit in *Civili* usu fuisse *Petavius*; quot dies habemus cum *Civilibus* mensibus commissos qui nostris tabulis accurate respondent, non autem illis quas ille putat mensium fuisse *Popularium*. Nec enim potest cum utrisque tabulis, si ex intervallo sumantur, eadem convenire supputatio. Nostris enim tabulis *LXII^{us}*. quisque dies *exemptilis* habetur; Popularibus illis *LX^{us}*. quisque, exceptis mensibus *Embolimis*. Cum enim illi interpolarentur, ne quidem *LX^{us}*. *exemptilis* erit, sed ab initio mensis *Embolimi* *xc^{us}*. Itaque menses illos κατὰ πόλιν, & πρὸς πολιτικὴν ἀγωγὴν, non de *Hecatombæone* &c. intelligimus, ut vult *Petavius*; sed de mensibus illis quorum usus erat in *Civilibus* contractibus, in ædium *locationibus*, in militum *stipendiis*, in *Usuris*, & si qui alii contractus fuerint (pro horum exemplo) constituti. His enim certe tam *anni* forma, quam *mensis*, *æquabilior* erat necessaria,

Sect. XXXII.
Ad *Gemini* vetera, à *Petavio* in contrarium objecta, Respondetur.
^b *Gemin.* c. 6. p. 31.



ne par pretium pro tempore impari solveretur. Erant enim in usu *Civili* admodum *impares* annus *communis* dierum 354, & *intercalaris* annus dierum 384, *mensē* integro auctior, & quidem *pleno*; & *pretio* adeo, in contractibus *annis*, majori aestimandus. Eademque ratio procedebat in contractibus etiam *mensuris*. Præsertim si *mensēs bini* sumantur, ut facit *Geminus*; & *mensēs* istiusmodi statuuntur quales ferebat ratio *Cycli Metonici*. Nunc enim *binis* mensibus nullus erat, nunc erat, dies *exemptilis*. Ita fiebat ut spatium *bimestre*, si ad *Kalendarium* exigetur, nunc dierum esset LX, nunc tantum LIX. Sic ergo hæc ad *aequalitatem* redigenda erant, si & *annus contractuum* perpetuo sex spatiorum esset *bimestrium*, & spatium *bimestre* nunquam majus minusve censeretur quam dierum LX. Et quidem ratio moris illius erat satis manifesta. Mensibus enim utebantur illi tantummodo *Lunaribus*; & mensium *Lunarium* is modus erat contractibus idoneus qui *quotannis* dies *integros* conficeret; non autem is qui, nisi *plurium annorum* circuitu, ad *diem justum* minime confurgebat. Ne vero hoc mirum quispiam arbitretur, cum eundem morem hodieque passim experiamur. *Mensēs* quidem usurpamus tantummodo *Solares* in *Kalendaris*; sed admodum invicem *inaequales*, nunc dierum xxxi, nunc xxx, nunc xxix vel xxviii. Itaque in *contractibus*, in quibus discrepantia illa insignis videri potest, non *Kalendaris* mensēs adhibemus, sed alios multo *equabiliores* (quanquam nec *Solares* illos nec *Lunares*) *quatuor nimirum hebdomadum*, dierumque perpetuo xxviii. Nec sane aliter *Cyclum* qualemcunque recipi potuisse in statu *Populari* (qualis erat *Atheniensium* ille) verisimile est, nisi ea lege, ne *contractibus* noceret, præsertim si mensibus annisque constaret *imparibus*. Exemplum dedit ^a *Aristoteles* quam sint contractus illi fraudibus obnoxii qui à publicis pendent *Kalendaris*, *Mnemonis* nimirum *Rhodi* tyranni *Lampsaceni*. Sic enim milites in solvendis stipendiis fefellit ut dies xviii in anno lucraretur. Imprimis *cavorum* mensium dies vi quos ille ἐξαιρεσίμους appellavit, in quibus nec Φυλακῶ illos obiisse, nec πορείαν, nec δαπάνην afferebat. Vel inde constat obiter mensium *cavorum* dies ἐξαιρεσίμους vulgo apud *Græcos* numerari solitos. Tum etiam *dies* singulorum mensium *singulos*, quod non folerent *menstrua* nisi post sequentis mensis *ὑπερωσίαν* solvi. *ὑπερωσίαν* autem intelligebat non mensis *Civilis*, sed mensis *stipendiarii*, cujus *ὑπερωσίαν* à die soluti *stipendii* numerabat. Itaque *primi*

^a *Aristot. Oeconomic. L. II.*



primi mensis die II^o. qui proximus erat à *vsplwía* solutum ultimum superioris anni *menstruum*. Proinde *secundi* mensis dies II^{us}. *vsplwía* erat à soluto superiori *menstruo*, & III^o. adeo die solvendum. Inde processit mensis II^{us}. Sic *tertii* mensis die III^o. *vsplwía* erat mensis IIIⁱ. die proinde IV^o. solvendum, ni *cavus* fuisset *secundus* anni *mensis*. Hinc autem factum ut in diem mensis IIIⁱ. V^m. *secundi menstrui* solutio differretur. Ita rectius, ni fallor, *Aristotelis* mentem interpretati sumus quam fecit *Scaliger*, qui uno eodemque anno supputationem arbitratus est ad *τειακάδα* processisse, quod nusquam tamen inquit *Aristoteles*. Cur autem ita spatium *bimestri* dies LIX complecterentur, proclivis erat illa ratio, quod in superiori *Metonis* Cyclo, ita se res perpetuo haberet nisi cum occurreret mensis *Embolimus*. Sic etiam accuratior processit supputatio si à numero *simili* ad *similem* in mense III^o. numerum esset progrediendum. Si enim, exempli gratia, à III^o. die mensis ad III^m. sequentis numeraretur, *impares* illos menses fuisse necesse erat xxix dierum, si mensis fuisset *cavus*; xxx, si *plenus*. Si autem ad III^m. *tertii* mensis diem procederet calculus, ita *cavi* mensis defectum supplebat *plenus*, & *pleni* mensis excessum compensabat *cavus*, ut par semper esset *bimestrum* dierum LIX. Ita illos *bimestruis* ita numerandis jam olim etiam *ante Metonem* assuevisse verisimile est. Ut non sit proinde mirandum si *post Metonem* ita numerarint, in *contractibus*, uti dixi, *Politicis*. Primis tamen *Cycli Metonici* temporibus *Usurarum* causa à negotiis hisce *Politicis* videtur excipienda. Sic enim loquitur apud *Aristophanem* *Strepsiades* ut

Aristoph. Nub.
Act. I. Scen. 1.

εἴλω καὶ νέων Usurarum debitoribus agnoscat maxime fuisse metuendam. Itaque à mensium *initiiis*, & quidem *Civilium*, procedebant illis temporibus *Usurae*. Hæc ille *Olympiad. LXXXIX^a*. anno I^o. *Cycli Metonici* anno IX^o. Idem docet in locum *Aristophanis* vetus *Scholiastes*.

Sect. XXXIII.
Embolimorum finis & numerus in Cyclo Metonico integro, adversus Scaligerum & Petavium asseritur.

Sed vero *Cyclum Metonicum* corruerunt tam *Scaliger* quam *Petavius*, suis potius innixi *conjecturis*, quam veterum *testimoniis*. Quod tamen minus ferendum in *Petavio* qui idem sæpe in *Scaligero*, & pro more suo, acerbe, reprehenderat. Nos *Geminum* Auctorem in tabulis *nostris* sequimur, testem ab utroque, neglectum licet in hac causa, summis tamen aliqui encomiis ornatum. Hic autem *Cyclum* non *unica*, quam exhibent illi, *Enneadecaeteride* conflatum, sed *octo* constituit, annorumque 152. Tantum præterea abest ut singulis *Enneadecaeteridibus*



decaeteridibus cum anno *Solari Juliano* in concordiam redeat, ut ne quidem Cyclo *integro* revoluto, pro sententia *Gemini*, cum *Sole* conveniat, sed *duos dies* integros lucretur, pro *Callippi* emendatione adimendos. Addit *Geminus* uno pauciores fuisse in *octo Enneadecaeteridibus* menses *Embolimos*, qui Cyclo universo sunt tantummodo 56, quam in *novemdecim octaeteridibus*, quibus debebantur *Embolimi* 57. Ita *singulis* Enneadecaeteridibus *Embolimi* erant assignandi VII. Locum porro *Embolimorum* è *Gemino* facile discimus. Ex *Octaeteridibus* enim oriundæ *Enneadecaeterides*, eundem proinde situm supponunt qua quidem concurrunt cum *Octaeteridibus* quem habuerant in Cyclo *Octaeterico*. Aliter foret, ut mutationem illam, si quam fecissent Cycli novi conditores, observasset Auctor accuratissimus. Supponit ergo situm *Embolimorum* aliunde jam compertum ex *Octaeteridibus*, qua quidem ipsæ quoque *Enneadecaeterides* constabant ex *Octaeteridibus*. Itaque in primo *Enneadecaeteridis sedecennio* eandem dispositionem habebant quam in simplicibus *Octaeteridibus*. Sed vero in *Octaeteride Gemini* verba disertissima sunt: " τὰς ἐμβολίμους μῆνας ἐπέζησαν ἀγεῶν ἐν τῷ τρίτῳ ἔτει, ἔπεμπῶν, καὶ ὀγδόῳ· δύο μὲν μῆνας, μεταξύ δύο ἐτῶν πηλόντων· ἓνα δὲ μεταξύ ἑνὸς ἐνιαυτῆ ἀγορεύς. Sic itaque in primo *Enneadecaeteridis* cujusque *sedecennio Embolimi* disponendi sunt ut anni III. V. VIII. XI. XIII. XVI. *Embolimæi* sint. In reliqua parte ab *Octaeteridum* methodo variatum esse ipse docet *Geminus*, ut scilicet *Embolimi* uno pauciores in universo *Enneadecaeteridum* Cyclo reperirentur quam pro methodo *Octaeteridum*. Unus ergo præterea accedat in *Enneadecaeteride* unaquaque oportet *Embolimus*. Idque si fiat, jam plenus erit numerus *Embolimorum* 56, quos in *Enneadecaeteridum* Cyclo universo agnoscit *Geminus*. Nec vero dubium est quin sit in Cycli *finem* conjiciendus, pro more eorum qui *Cyclos* condiderunt *Astronomorum*, qui *Cyclo*rum annos *ultimos* semper faciunt *Embolimos*. Ita convenient omnia cum *Cyclo*rum inventorum historia à *Gemino* tradita.

a *Gemin.* Elem.
Astron. c. 6. p.
35. Petav.

Sect. XXXIV.
Embolimorum situs
astruitur, etiam
ex *Thucydideis*
historia.

Convenient præterea cum *Embolimorum* mensium *historia*, qua quidem colligere licet qui anni fuerint *Embolimæi* è bonis fideque dignis *historiæ* Monumentis. Notam ex *Annalibus Thucydideis* annorum *Embolimæorum* elicuimus, quod tum *quaterni* essent in *Vere* menses, accedente in *vernalium* mensium numerum *Elaphebolione*, & *septeni* adeo in *Æstate Thucydidea*, quam solet *Scriptor* elegantissimus è *Vere Æstateque* proprie sic dicta



dicta conflare. Solet enim alioqui *Munychion Vernalium* primus haberi, ut jampridem docuerunt qui de mensibus *Atticis* scripserunt, quoties nimirum menses in anno toto non plures essent quam *duodeni*. Hinc observavimus annos *Belli Peloponnesiaci* VIII^m. & XI^m. ab *Elaphebolione* cœpisse, qui tamen cœperint *exeuntibus* Cycli *Metonici* annis VIII^o. & XI^o. Et annum, quo *Archon* erat *Evander*, *Embolimæum* fuisse docet *Ptolemæus*. Dum enim ποσειδεών & εὐπέρου sub illo *Archonte* meminit, innuit profecto alium fuisse eodem *Archonte* *Posideonem*, quorum alter utique fuerit *Embolimus*. Estque hoc apud *juniores* quoque *Chronologos* ita in confesso, ut non aliunde mensis *Embolimi* sedem quam ex hoc ipso *Ptolemæi* loco elicuerint. Erat autem *Evander* *Archon* anno *Olympiadis* XCIX^æ *tertio*, qui idem erat *tertiae* *Enneadecaeteridis* *Metonicae* XIII^{us}. Erant ergo in *Enneadecaeteride* *Embolimæi* annus VIII^{us}. XI^{us}. & XIII^{us}. Plane pro mente *Gemini* accuratissime. Sunt enim anni *Enneadecaeteridis* XI^{us}. & XIII^{us}. *secundæ* in *Enneadecaeteride* *Octaeteridis* III^{us}. & V^{us}.

Plane ad mensium integrorum ordinem aliquantisper perturbandum spectabat illa *Embolimorum* mutatio. Dum enim deest vel redundat in *Scaligeri* vel *Petavii* tabulis *Embolimus*, tantisper mensium locum mutari necesse est in tabulis nostris pro *Gemini* mente confectis. Tum deinde hoc in loco ita convenire non poterunt traditi in cœvis Scriptis mensium dies, ut ne quidem menses ipsi conveniant. Nec vero ratio ulla *Viris Maximis* solida erat cur situm *Embolimorum* ita perverterent. Hoc unum satagebat *Scaliger* ne unquam ante *Solstitium* iniret *Hecatombæon*. Hoc tamen aliquem probavit à veterum mente ^a *Petavii*. Ipse ergo receptum in *Cyclis* *Paschalibus* novendecennialibus ordinem pro ^b πνεροπαγάδω habendum censuit. Quasi vero non multis postea seculis in usum *Christianorum* venissent *Cycli* *Paschales* quàm in desuetudinem abiissent menses *Attici* *Lunares*. Quasi desuetudinem illam non abunde probarent dissensio *Christianorum* in *Cyclis* suis formandis, atque *imperitia*. Ratiocinantium è *Libris* errores illi fuerint oportet, non autem è sincero atque incorrupto fonte *Traditionis* haurientium. Quanquam necesse non sit ut vel ordinem illum *Petavianum* penitus improbemus. Mutetur enim tantummodo

Sect. XXXV.
Etiam in recentiorum *Enneadecaeteride* noster apparet *Embolimorum* situs, si recte constituatur caput.

a *Petav. Doct. Temp. Lib. I. c. 12.*
b *Petav. ib. L. II. c. 3.*



Diff. I. Usus Cycli *Metonici* Civilis.

tummodo Cycli *initium*, & nostris quoque *Embolimorum* intervallis *Petaviani* accurate respondebunt. Hoc nimirum ordine:

Embolimi *nostr*:*Petaviani*:

I.	15.
2.	16.
III.	XVII.
4.	18.
V.	XIX.
6.	I.
7.	2.
VIII.	III.
9.	4.
10.	5.
XI.	VI.
12.	7.
XIII.	VIII.
14.	9.
15.	10.
XVI.	XI.
17.	12.
18.	13.
XIX.	XIV.

Annos *Embolimeos*, quo essent illustriores, numeris *Romanis* utrobique distinximus. Sic etiam in *hodierno* Embolimorum ordine antiqui tamen veriorisque vestigia apparent. Sed vero ex hoc Parallellismo constat qui xv^{us}. est annus in hac juniorum Enneadecaeteride *Petaviana*, eundem esse nostræ Enneadecaeteridis *primum*. Videamus ergo noster ordo num verior sit pro mente antiquorum. Sumamus, exempli gratia, annum *Æræ* nostræ *Christiane* 1686, Cycl. *Lunæ*, pro hac recentiorum supputatione, xv. Periodi *Julianæ* 6399. Coepit Periodus *Metonica* ab anno Periodi *Julianæ* 4282. Deducantur hi è numero Periodi *Julianæ* priori. Reliqui erunt 2117. Dividantur hi per 19. & supererunt 8. Rectissime. Hinc enim intelligimus, qui junioribus est xv eundem fuisse Enneadecaeteridis viii^m. & *Calippicæ* i^m. v^æ. enim Enneadecaeteridis *Metonicæ* annus viii^{us}. erat i^æ. Enneadecaeteridis *Calippicæ* i^{us}. Hic sequitur i^o. junioribus tribuendam esse illam *capitis* Enneadecaeteridis *mutationem* qua nostris calculis videtur adversa. Nostrum enim Cycli *caput* cum capite Enneadecaeteridis *Calippicæ*



lippicæ convenit examuffim. *Calippicam* enim potius, quæ *recentior* erat, *Enneadecaeteridem*, quam *Metonicam* antiquiorem, imitati sunt *Cyclorum Paschaliæ Christiani* conditores. Hoc autem constituto, recte à nobis positum esse intelligitur *Cycli caput*. Sequitur 2^o. ita nobis non adversari illum, ut credidit *Petavius*, juniorum *Christianorum* ordinem, ut contra potius *nostrum Embolimorum situm* mirifice confirmet. Ab illo enim *recentioris Enneadecaeteridis* anno xv^o. si exordium sumatur, *nostris*, ut apparet, *Embolimis* respondebunt etiam *recentiorum Embolimi* accuratissime. Cur itaque dubitemus quin ita *Embolimos*, ut nos fecimus, disposuerit *Calippus*, si quidem vere *πατροπαράδοτον* *Enneadecaeteridem* acceperint primi *Cyclorum Christiani* conditores, ut credidit *Petavius*? Sequitur 3^o. *Novam* suam *Enneadecaeteridem* à novo exordio orsum esse *Calippum*, non autem *continuasse* cum *Metonica*, ut suspicati sunt hæcenus Viri Eruditissimi. Id enim si fecisset, *Embolimæum* *Enneadecaeteridis* suæ primum fecisset, qualis fuit in *Metonica* *Enneadecaeteride* viii^{us}. Sunt autem hæc tria in hac omni causa utilissima.

Erat autem sane facillimum ut in *Cyclorum capita* errores irreperent. Jam dixi, *postea* quam *Enneadecaeteridum* usus apud *Græcos* exolevisset, coepisse usum earum *Ecclesiasticum*. Itaque cum primum restaurarentur, nulla prorsus videbatur esse necessitas ut cum temporibus *precedentibus* necerentur. *Novo* ergo exordio *Cycli* annus *primus* is numerabatur quo *primo* *Cycli* usus est illatus, quemcunque demum situm in *Cyclo veteri* tenuisset. Et tamen *Embolimorum* loci ita disponebantur ut disponendos esse è veterum monumentis didicerant. Præcipue vero *Principibus coævis* adblandiebantur *Cyclorum Auctores*, ut ab illorum *Imperio* *Cyclos* ordirentur. Ita *Cyclum sedecennalem* à primo *Alexandri*, sub quo scripsit, Imperatoris anno deducit *Hippolytus*. Idque ut faceret, verum *Octaeteridum* ordinem similiter pervertit. Qui enim v^{us}. est in illius *Sedecennio* annus, is vere *primus* erat *Octaeteridis* è qua *duplici* constabant illius *Sedecennia*. Inde enim si capiatur exordium, tum demum recte procedent utriusque *Octaeteridis Embolimi*. Sic enim iii^{us}. quisque & v^{us}. & viii^{us}. annus erit *Embolimæus*. Pro mente nimirum eorum qui *Octaeteridas* condiderant, ut nos modo docuit *Geminus*. Simillimum hoc exemplum erat in quo *capite* *Cycli* tantummodo mutato, verus nihilominus servatur, pro mente *Conditorum*, *Embolimorum*

Seft. XXXVI.
Facilis erat illa
Cycli capitis
mutatio propter
Principis initi-
um sub cujus
Imperio coepit
Enneadecaeteri-
dis usus Ecclesia-
sticus.



ordo si à vero Cycli *capite* initium sumatur. Nec enim facile in *Principum initia* incidebant *Cyclorum initia*. Et mora major erat quam quæ posset ferri si tantisper expectandum esset dum Cyclo *integro* evoluto, à novi Cycli *capite* procederet supputatio. Ne de eo admodum laborarent, obstabat quod perinde se res haberet, modo *tres* assignarentur singulis *Octaeteridibus* menses *Embolimi*, quemcunque demum haberent in *Octaeteride* situm. Hoc enim diserte monet *Geminus*: Οὐδὲν δὲ Διγφέρει εἰν ἔν ἄλλοις ἔποσι τῶ ἀπὸ τῶ Διγπαζῶ τῶν ἐμβολίμων μῶων ποιήσῃ πῆ. Possemus ergo fortasse, si tamen esset operæ pretium, ex hoc *Enneadecaeteridis* capite colligere à quo *Principis initio* deductus fuerit *Enneadecaeteridum usus* in *Cyclos Paschales Ecclesiasticos*. Nostro certe consilio necessarium non est. Quærant ergo alii quibus otium est.

^a Gem. c. 6. p. 35.

Secl. XXXVII.
Situs exentilium,
contra Scaligerum
& Petavium
asseritur.

Magis adhuc diserta sunt de dierum exentilium situ *Geminus* verba: Δι ἡμερῶν ἄρα ἕγ' ἐξαρέσιμον τῶ ἡμέραν ἄραν δ' εἰ ἐν αὐτῇ τῇ περὶ δὴ. Οὐδὲ γίνεται ἐξαρέσιμον ἢ τετρακτὰς Διγ πάντως, ἀλλ' ἢ Διγ τῶν ἕγ' ἡμερῶν πῆσαι ἐξαρέσιμον λέγεται. Quæ tamen ita interpretati sunt ambo, non *Scaliger* modo verumetiam ipse *Petavius*, ac si non diem ipsum *LXIII^m*. quemque, sed qui sequebatur *LXIV^m*. eximi voluissent *Cycli* hujus *Auctores*. Quasi nimirum ea fuisset particulæ *Διγ*, quoties cum *Genitivo* jungitur, significatio. Atqui rem ipsam eadem illa loquendi formula designavit ^b *Herodotus*. *Græcos* ait ille Διγ τετρεῖς ἔπος ἐμβολίμων ἐπεμβάλλειν. Non finem tamen anni *IIIⁱ*. & *IVⁱ*. initium intellexit, sed finem *IIⁱ*. & initium *IIIⁱ*. ^c *Alternis* enim annis *Græcos* illi coævus intercalasse è *Iⁱ*. ejus *Musa* manifestum est, quo loco annis humanæ vitæ *LXX*, *XXXV* tribuit *Embolimos*. Ad eandem plane formam qua *Trieterica*, *Pentaeterica*, *Enneeterica*, pro duorum duntaxat, & quatuor atque octo annorum *Cyclis* intellexit ^d *Censorinus*; qua etiam *Nundinas* pro *octonorum* tantummodo dierum intervallis habuere *Romani*. Idem certe valet apud *Herodotum* priori *Musa* κατὰ τῆσπερον τῶν ἐπέων, quod in *II^a*. Διγ τετρεῖς ἔπος, cum tamen ἔπερον ἔπος ad *secundum* recte, ad *tertium* autem annum ne quidem potuerit accommodari. Vidit hoc ipse *Petavius* alibi cum formulam illam eandem de *tertio* anni exitu apud *Herodotum* interpretaretur *Alphonsus Caranza*. Sunt enim illa ejus verba: ^e *Atqui istud ipsum, quod pro ingenti nobis absurdo Jurisconsultus opponit, certissimum est, Διγ τετρεῖς ἔπος non esse finito anno tertio, sed inunte: Neque aliter sumi, cum ipsa sermonis Græci proprietates,*

^c *Puv.* ad Au-
tar. Op. de
Doctr. Temp.
Var. Diff. L. IV.
c. 3.



tum *Scriptorum veterum consuetudo patitur*. Neque hæc dixisse contentus, addit præterea ex *Aristophane* exemplum *Olympiacos* in *Græcia* agones δι' ἑτῆς πέμπτῆς celebrari scribente. Non scilicet occurrebat *Petavio* sermonis *Græci proprietas*, nec *Scriptorum veterum consuetudo*, cum sensum horum verborum in *Gemino* explicando sequeretur contrarium illi quem hoc in loco pronunciat ipse *certissimum*. Dies autem mensium alios plerisque faciat necesse est error huiusmodi in constituendo loco dierum *exemptilium*. Fecit hoc scio *Scaliger*, quo *æquabilior* fieret dierum *exemptilium* per *Enneadecaeteridem* universam distributio. Quatuor enim in *fine* menses referunt tabulæ nostræ, *Enneadecaeteride* quaque *exeunte*, destitutos *exemptilibus*, quod pro absurdo habet *Scaliger*, suffragante etiam *Petavio*. Neuter tamen quippiam attulit quo hoc idem antiquioribus pro absurdo habitum esse vinceret. *Binos* certe *menses* post *τεταράδα ἑξαπέριμον* plenos ipsi sæpissime recensent. Et quidem pro *Metonis* mente, ac *Gemini*, qui *menses plenos* plures in *Enneadecaeteride* numerandos esse verbis statuit discretissimis. Cur itaque absurdum existimarent si *semel* in *Enneadecaeteridis fine*, mutilatis jam pro dierum in *Cyclo* universo *exemptilium* numero 110 mensibus, *bis bini pleni* simul occurrerent? Erat sane id necessarium ut pars illa mensis in tanto intervallo admodum modica quæ deerat ad restauranda in *Civilium* mensium *Kalendas Novilunia*, vel ita tandem aliquando compensaretur. Nec enim id agebant *Cyclorum* conditores ne unquam à *Civilibus Noviluniis* vera aberrarent *Cæli Novilunia*; sed ne unquam *longe*, ne unquam *longius* quam *Cycli præcedentes*, utque tandem in *Cycli* saltem *fine* æquarentur. Hæc voluit *Meton* singulis *Enneadecaeteridibus*. Itaque si in *Enneadecaeteridis* saltem *fine* fieret *æquatio*, & pauciores etiam in *medio Cycli*, quam in *Cyclo* aliquo *præcedenti*, errores occurrerent; non erat sane cur, hoc saltem nomine, *Metonis* *Cyclum* reprehenderent, aut ab ejus consilio verbisque *Gemini* expressissimis perverterent. Sed fieri id potuisse inquit, & quidem pro consilio *Metonis*, ut LXIV^m. quemque *Cycli* diem fecerit ἑξαπέριμον. Sic enim etiam forent, in *Enneadecaeteride*, quod voluit *Meton*, dies ἑξαπέριμοι, mensisque cavi, in universum 110. Sic etiam forent, ut numerum dierum in *Cyclo* novendecennali 7050 universum absolverent dies *exemptiles* 110, ut ne quidem plures esse potuerint, quæ utique *partitio minimum* in *Cyclo* universo *hiatum* reli-



quum fecisset. Potuit quidem hoc, nec pro suis hypothesibus incommode, fecisse *Meton*. Fecisse autem pernego. *Gemini* sunt in contrarium verba, uti modo vidimus, disertissima. Ego tamen aliunde idem colligo. Sic enim dies suos *exemptiles* designavit *Meton* ut locum præterea fecerit in IV saltem *Enneadecaeteridibus exemptili* alteri pro sententia *Calippi* tollendæ, qui tamen *nullus* est pro calculis *Scaligeri* & *Petavii*. Diem enim unum in IV *Enneadecaeteridibus* quæ *Periodum* annorum LXXVI. faciunt, *redundare* credidit *Calippus*, tollendum utique per novum, qui *Metonicis exemptilibus* addendus erat, *exemptilem*. Itaque cum in IV *Enneadecaeteridibus* 440 *exemptiles* tolleret *Meton*, *Calippus* 441 tollendos censuit. Frustra utique si LXIV^m. *exemptilem* fecisset *Meton*. Dividatur enim numerus dierum, qui in una censentur *Enneadecaeteride*, per 64. Sic erunt, pro sententia *Metonis*, dies in *Enneadecaeteride exemptiles* 110. & 10 præterea dies. Multiplicentur hi dies pro IV *Enneadecaeteridibus* per 4, ne quidem ita per *Cyclum Calippicum* dies erunt plures 40 qui non sufficient ad novum *exemptilem*, ne quidem si continuetur numerus dierum per IV *Enneadecaeterides*, qui tamen singulis *Enneadecaeteridibus* de novo incipit. Nostris autem calculis vel IV^a. etiam *Enneadecaeteride*, quam solam mutilavit à *Metonico* modo *Calippus*, III reperiri poterunt, pro 63 dierum lege, dies *exemptiles*.

Sec. XXXVIII.
Locus *Pollucis*
suppletus è MS.

a *Poll. Onomast.* l. 1. c. 7.
n. 5.

b *Moschop.*
in *Hesiod. Epy.*
Huius. v. 177.

Restat autem præterea dubium, diemne ipsum à *Cycli* initio 63^m quemque *Meton* fecerit *exemptilem*, an *ensem* potius, in quem inciderat *exemptilis*, *cavum* fecerit, alio tamen sublato *die* quam designaverat *exemptilis*. Hoc enim potius ut verum crederemus, fecit locus *Pollucis* hætenus mendosus. Sic enim ille de mensis *εκάδι πρώτη* in Codicibus hodiernis: *ἢ δὲ αὐτῆς ἔ' ἐνάτη φθίνουσι*. Hinc enim suspicatus fueram, non diem ipsum 63^m, sed *mensis*, in quem inciderat, perpetuo XXI^m. *eximi* solitum, quo casu *εκάδι πρώτη* non *δεκάτη* sed *ἐνάτη φθίνουσι* numerari soleret. Confirmabat suspicionem locus *Moschopuli* eodem spectans, ut primo intuitu videbatur. Sic enim ad *Hesiodum* ille: *Ἄθλωσις τὴν τετρακάδα φασὶν ἐνάτην καὶ εἰκοστήν*. Sed verissima sunt verba *Moschopuli*, quocumque demum in loco *mensis* fuerit excavatus, quæ vere fuerat *mensis* dies tantummodo XXIX^a, tam nihilominus *τετρακάδα* fuisse appellatam, *accensita* nimirum, quæ *omissa* fuerat, *exemptili*. Et de loco *Pollucis* dubitationem omnem tollit Codex viri, dum viveret, celeberrimi Domini *Isaaci Vossii*, in quo ita concipitur: *Τὸ δὲ*
δωτὸ



ἀπὸ τῆς αἰ Ἰη' εἰκάδι [ἢ δὲ αὐτῇ κ' δεκάτῃ φθίνοντι· ἢ δὲ αὐτῇ κ' ἐνάτῃ φθίνοντι] ἢ ἢ αὐτῇ κ' ἐνάτῃ φθίνοντι. Verba uncis inclusa docent, non *Polluci*, sed *Librariis* *Pollucis* verba mutilantibus, sententiam illam esse tribuendam quæ ἐνάτῃ φθίνοντι cum πρώτῃ Ἰη' εἰκάδι conjunxerit. *Gazam* tamen recepta *Lectio* etiam fefellit. Hanc Ego lectionem ornatissimo maximæque spei juveni & mihi amicissimo debeo, Domino *Francisco Cherrio*. Faventque, ni fallor, verba *Gemini* supra recitata. Cum enim dicit non semper fuisse *exemptilem* diem *tricesimum*, sed eum qui 63 numerabatur; plane innuit nullum *perpetuum* fuisse in mense diem qui eximebatur, qualis fuerat in superioribus Cyclis, qui *alternis* mensibus *plenis* *cavisque* constabant, *tricesimus*. Itaque consentaneum erat ut ne quidem *xxi^{us}* fuerit, in mensibus *cavis*, *exemptilis* ut fuerat olim, in mensibus tamen duntaxat *cavis*, *tricesimus*. Alioqui *par* fuisset utrobique *causa*, quamvis *dies alius*, quod fuerat utique à *Gemino*, hac tam benigna data occasione, monendum. Conjecturas *Virorum Maximorum*, de hoc *Pollucis* loco, nihil moror jam tandem *MS'*. *Codicis* *Autoritate* restituto.

Cum hoc *Pollucis* loco verba *Scholias* in *Aristophanem* contulit *Petavius*. Sic enim ad *Comici Nubes* scribit: ἢ αὐτῇ κ' καὶ εἰκάς, μεθ' ἧς ἐνδεκάτῃ φθίνοντι, ἢ δεκάτῃ, ἢ ἐνάτῃ, ἢ ὀγδόῃ, ὡς ἔτυχεν ἔχων ὁ μὲν καὶ ἐξῆς ἀναλύονται ἄρχῃ τ' δὲ αὐτῆς. Hæc *Scholias* verba ita intellexit *Petavius*, quasi, ut *Pollux* proximam ab εἰκάδι diem ἐνάτῃ appellaverat; ita *Grammaticus* ille non ἐνάτῃ tantummodo, sed ἐνδεκάτῃ, & δεκάτῃ & ὀγδόῃ appellatam fuisse observasset. Hoc cum non aliter explicare posset *Petavius*, proinde censuit ad *recentiorem* anni *Attici* formam, qua nominibus *Atticis* antiquis intelligendi veniebant *mensēs* non amplius *Lunares* sed *Juliani*, fuisse referendum. Sed non video cur ad *unum* eundemque diem, qui proxime sequebatur εἰκάδα, numeri illi omnes referendi sint. Possunt enim ita satis commode intelligi, non ut *unum* aliquem designent diem, sed ut modum supputandi doceant post diem mensis *Attici* *xx^m*. Et quidem ita intelligi oportere sublatis verbis *Parenthesi* includendis (ὡς ἔτυχεν ἔχων ὁ μὲν) indicant sequentia. Inde enim colligitur non in ὀγδόν hæsisse, sed ἀρχῇ τ' δὲ αὐτῆς eandem illam processisse supputationem. Pariter ergo dies à *vicessima* proxima δὲ αὐτῆς φθίνοντι appellata fuerit ac ὀγδόν, quæ tamen forma cum de die *xxi^a* nunquam usurpata fuerit, inale colligitur nihil esse necesse ut diem mens-

Secl. XXXIX.
Explicatur locus veteris in *Aristophanem* *Scholias*, & *Ciceronis* in *Verrem*.

a *Schol.* in *Aristoph.* *Nub.* Act. IV. Scen. I. p. 187.

b *Petav.* *Doct.* *Temp.* L. I. c. 51.



sis *xxi^m*. ἡρόδωτος φθίνοντες appellatam fuisse concedamus. Sic erunt facilia *Scholiastis* verba quæ aliis, præter *Jesuitam*, viris doctissimis difficillima videbantur. Oblitus porro est *Petavius* se, hoc ipso eodem capite, ex eo quod *Homerus* μῆνας ἰσαίδους & φθίνοντες meminisset, collegisse jam olim ante *Solonem* notum fuisse modum mensium *Lunarem*. Illa si recte procedat *Argumentatio*, sequetur etiam hanc, de qua meminit *Scholiastes*, supputandi rationem, cum fuerit mensis φθίνοντες, proinde fuisse *Lunaris*, quod è *Lunæ exeuntis defectu* locutio illa nata videatur. Mores quidem loquendi à *Lunari* forma oriundos etiam sub *Solari* retinere *Romani*. A *Lunæ novitate Nonas*, à *Plenilunio Idus* dictas existimant veteres *Eruditissimi*. Nec minor tamen *vocum* earundem usus erat in forma mensium *Solari*. Sed & morem illum mensium definientem retrorsum numerandi in mensibus etiam *Solaribus* observarunt. Erat tamen hoc apud *Romanos* singulare, quod non minus *Nonas* atque *Idus* quam *Calendas* retrorsum numerarint, etiam *Lunari* mensium forma adhuc obtinente. A *Lunari* autem forma sermones illi ad *Solarem* emanarunt, quod *primi omnium menses* essent tantummodo *Lunares*, proinde rectius veriusque ad *Lunarem* accommodandi. Est ergo apud *Græcos* quoque magis consentaneum ut mos numerandi mensium φθίνοντες retrorsum de *Lunari* mense, potius quam *Solari*, intelligatur. Nondum tamen viderunt viri eruditi, quo pacto locum habere possit in mense *Lunari* ἐνδεκάτη φθίνοντες. Nimirum nondum viderunt *duplices* fuisse dies *exemptiles*, alios pro *Cycli* lege, quibus exemptis factum non ut deessent in *Lunæ* rationibus dies, sed ne superessent in *Civilibus mensibus* (uti vidimus) *tricenariis* qui *supra* veras *Lunæ* rationes redundabant: alios præter *Cycli* legem, propter *Religionem*, ipsorumque dierum *infaustum* omen; de prioribus autem diebus locutum fuisse *Geminum*, de posterioribus autem, uti mox videbimus, *Ciceronem*. Nec proinde viderunt, horum dierum rationem fuisse diversissimam. Priores enim, quia *Cycli consilio* omitti fuerant, proinde non erant per sequentem aliquam *intercalationem restituendi*. Posteriores autem, ni aliis in locis compensarentur, futurum erat ut *Cycli* ratio *universa claudicaret*. Sed vero de *secundo Boëdromionis* testatur ^a *Plutarchus*, semper fuisse *exemptilem*, non (ut vult *Scaliger*) in nonnullis duntaxat annis. Id quoque docet verbis (utcumque refragetur *Scaliger*) disertissimis, ^b ἔτι πρὸς τὴν σελεύην respicientes

^a *Plutarch.* ἑ. φιλωδωφ.

^b *Plutarch.* Symp. L. IX. Q. VI.



spicientes ita fecisse, sed propter malum *discordiæ* omen quam in eo *Neptuni* cum *Minerva* fuisse fabulabantur. Itaque quoties in *Boëdromionem* pro *Cycli* lege *plenum* incidit *exemptio*, *Cyclum* ipsum *mutilatura* erat, ni aliunde suppleretur. Supplebatur autem commodissime, pro hoc *Scholias* testimonio, si dies illius $\text{xxi} \text{ ἐνδεκάτη φθίνουσι}$ numeraretur. Sic enim fiebat ut, exempto die mensis ii° , essent tamen illius mensis dies numero xxxii , revera autem xxx . Et quidem hoc potius modo, quam quo ^a supra indicavi, locum illum suppletum arbitror, propter illud præsertim tam disertum *Scholias* testimonium. Nec frequentem illam fuisse numerandi rationem innuunt illius verba illa: *ὡς ἔτυχεν ἔχων ὁ μὲν*. Hac ergo de causa *unum* saltem *extra* ordinem *diem* intercalabant *Athenienses*. Alii *Græci* etiam aliquando *biduum*. Sic enim intelligo celebrem illum locum Oratoris in *Verrem*: ^a *Est* (inquit) *consuetudo Siculorum, cæterorumque Græcorum, quod suos dies mensesque congruere volunt cum Solis Lunæque ratione; ut nonnunquam, si quid discrepet, eximant unum aliquem diem, aut summum biduum, ex mense, quos illi ἐξαρεσιμὸς dies nominant: item nonnunquam uno die longiorem mensem faciunt, aut biduo*. Fieri enim potuit ut *duos*, propter similem ominis metum, ex eodem mense *dies* eximerent, alioqui ad *Lunæ* rationes implendas plane necessarios. Id si fieret; erat illo mense φθίνουσι non ἐνδεκάτη duntaxat, verumetiam δωδεκάτη , si *plenus* fuisset, numeranda. Sic igitur intelligendus est illo vexatissimo in loco *Cicero*. Nec enim locus esse potuit, in illorum temporum *Cyclis*, diebus *novis* seu *exemptilibus*, seu *additiis*, cum hoc ipsum caverent *Cyclorum conditores* ut qui *supererant* per totum *Cyclum* in *Syzygiis tricenariis* dies, illi certo *exemptilium numero*, & certo item à se invicem *intervallo*, exhaurirentur. Ita nisi, novo *Cyclo* condito, nec *tolli* dies, propter *Solis Lunæque* rationes, nec *addi*, potuit. Nec ulla prorsus illorum temporum, seu *Religio*, seu *Superstitio* præcipiebat *addendos* dies aliter quam *supplendis* dierum exemptorum *lacunis*. Non alias arbitror *temporaneas* fuisse exemptionis additionisve *rationes*, aut *Magistratum* *Kalendaris* præfectorum *arbitrio* promissas. *Novilunia* futura aut *Plenilunia* aliter quam è *Cycli* ipsa lege prædici non poterant. *Præsentia* quidem certius è φάσει cognoscebantur aut *Eclipsibus*, quæ tamen cum *adessent*, sera nimis erat deinde *exemptio* seu *intercalatio*. Ut tamen *proportio* aliqua inter partes mensis ισαδις , μεσῆν-τῆς , & φθίνουσι aliquatenus servaretur; cavebant proinde ne,

a s. 29.

b Cicer. in Verrem.

uno



uno aliquo mense, dierum istiusmodi *extraordinariorum* ultra *biduum* eximeretur vel etiam intercalaretur. Id enim tam è *Romanorum* quam *Græcorum* Kalendariis manifestum est, multas dierum *ὑποσφάδων* numerari solitas, nec fuisse à Pontificibus *exemptas*, ni insigni aliquo luendum esset *Reipublicæ* universæ infortunio. Sic enim *Cyclo* se, pariter atque *Reipublicæ*, optime consulturos existimabant.

Sect. XL.
Cycli *Metonici*
Tabulæ integræ
recte à nobis ex-
hibentur; non
unicæ, ut olim
Enneadecaeteridis

Longe autem in eo falluntur Chronologi nuperi, qui, quod *Enneadecaeteridas* primus invenerit *Meton*, proinde credunt *Cyclum Metonicum* universum unica concludi *Enneadecaeteride*, nec tabulas adeo representant plusquam unius *Enneadecaeteridis*. Quasi vero supputatio *Metonica*, absoluta *Enneadecaeteride*, ad idem rediret principium in anno *Solaris Juliano*. Sed, ut alia convenissent, obstitisset tamen vel ratio dierum *Bisextilium* ab *Enneadecaeteridum* numero aliena, ne ad eundem rediret diem *Enneadecaeteris Metonica* in supputatione *Juliana*. Cæterum ne quidem alia conveniunt. Alium *Solaris* anni modum à *Juliano* sibi proposuit *Meton*, quod miror non observasse *Cyclorum Paschaliū Christianos* conditores, qui scilicet præter dies 365, partes præterea *decimas nonas* complectebatur *quinque*. Ita factum ut *Periodo* quaque *Calippica* annorum LXXVI. (quæ dimidia erat *Metonica*) dies uno plures fuerint in *Periodo Metonica* quam in *Cyclo* totidem annorum *Julianorum*. Revocavit ergo ad modum *Julianum Calippus*, dies *exemptiles* uno plures in *Periodo* sua quaque numerando quam fecisset *Meton*. Frustra itaque unius in *Metonica* *Periodo* *Enneadecaeteridis* tabulæ expectandæ sunt quæ ad eundem in forma *Juliana* diem redeat. Id quoque frustra quispiam à *Metone* expectaverit ut hoc ipse voluerit. Dedita enim opera discessit ille à forma *Juliana*, quæ jam antea in *Octaeteride* recepta fuerat, ut è *Gemino* postea ostendemus. Itaque ne voluit quidem *Meton* ut *Cyclus* suus cum *Cyclo* totidem annorum *Julianorum* in orbem rediret. Non ergo temere *Cyclum Metonicum integrum* in tabulis nostris representavimus, in quibus discrimina illa *Enneadecaeteridum* nondum observata manifesta sunt, quod primi, ni fallimur, fecimus. Erat autem hoc ad *Historiam Atticam* necessarium usque ad tempora *Periodi Calippicæ*. Hoc enim spatium lucratus fuerat *Meton* diem unum qui locum non habebat in *Periodo Juliana*, & dies adeo posteriorum *Enneadecaeteridum omnes* mutavit, præter mutationem illam quam di-



xi dierum *Bisextilium*, qui etiam ipsi singulis Enneadecaeteridibus aliquantisper dies in similibus Enneadecaeteridum annis mensibusque diversitatem faciunt dum *novo* accedente *Bisextili* ad paritatem redigantur. Sunt etiam *integrarum Periodorum* tabulae necessariae ad *supputationes* antrosum aut retrosum agendas, ut fecit Auctor, quicumque demum is fuerit, quem secutus est in tempore Excidii *Trojani Dionysius Halicarnassaeus*. Eo tamen discrimine, si accurata fuisset supputatio, ut pro singulis Cyclis *retrosum* numeratis *dies* fuissent e supputatione *Juliana* duo demendi; addendi viceversa si processisset *antrosum*. Sed in supputationibus *Octaeteridum* à *Gemino* memoratis *Metone* seu antiquioribus seu posterioribus, nulla prorsus apparet forma anni *Solaris* alia à *Juliana* in *Civili* usu *Atheniensium*. Deerant praeterea in illis antiquioribus *Metone* supputationibus dies *Scirrhophorionis* post XII^m. omnes. Sed simplicioremi fuisse puto Auctorem *Halicarnassaei*, nec de his Anomaliis laborasse. Sic ergo potius, ni fallor, supputavit quasi *Cyclus*, quem ipse suo *Seculo Civilem* reperit, idem ab initio apud *Athenienses* fuisset, ut scilicet singulis *Cycli* coevi *annis* *menses* etiam *similes* in *Cyclis Metone* antiquioribus, pro *Metonis* tamen modo numeratis, respondissent. Idque, ni fallor, indicavit ipse cum suas supputationes ad juniorum *Atheniensium* morem exactas agnoscit, ὡς Ἀθηναῖοι τὰς χρόνους ἄγχοι. Innuit nimirum aliter fuisse sentiendum si pro more coevorum Excidio *Trojano* temporum instituta fuisset supputatio. Innuit praeterea incompertum sibi fuisse illum *antiquiorum* morem, dum retroactis *juniorum* supputationibus illum pro virili sua, quam potuit, proxime compensandum existimaret. Miror hæc securos non vidisse Chronologos nostros recentiores, alioqui doctissimos.

Tantum autem aberat ab eo *Meton* ut æquationem cum *Solari* anno *Juliano* singulis Enneadecaeteridibus factam crederet, ut ne quidem (pro suis hypotheseibus) ante elapsam octavam Enneadecaeteridem *menses Embolimos* qui novendecim *Octaeteridum Embolimis* responderent circuitum fecisse fuerit arbitratus. Et tamen cum frequentior fuerit apud veteres de *Cyclo Metonico* agentes, *Enneadecaeteridis*, quam *Cycli majoris* ex octo *Enneadecaeteridibus* conflati, mentio, proinde consentaneum est ut etiam *Enneadecaeteridem* pro *Cyclo* habuerit, & aliqualem adeo in ea quoque crediderit *ἑποικονιστικῶν*. Erat autem illa duplex, in calculis *Lunaribus*

Sect. XLI.
Enneadecaeteris
Metonica (quam non rediret in orbem cum Enneadecaeteride *Juliana*) erat tamen eatenus *integra*, quatenus *mensium Lunarium* similem ubique, & sibi consentaneum, circuitum reddebat.

H

alia,



alia, alia in *Solaribus*. In calculis quidem *Lunaribus* *ἑπταετηρέων* erat mensium *Embolimorum*. Erat enim illa per omnes *Enneadecaeterides* ubique *perpetua*, & sibi *consentanea*. Sic enim, in Cyclo *Hippolyti* annorum antequam redirent *feriæ* & Cycli Solis *cxii*, *tabule* tamen Cyclum *minorem* repræsentant annorum *xvi* quibus in orbem redibant menses *Embolimi* similes per omnes *vii*. *Heccadecaeteridas*. Ad eundem modum in *Enneadecaeteride Metonica* quacunque par ubique *numerus* occurrit mensium *Embolimorum*, par ubique *situs*, par ubique *numerus* dierum *exemptilium*, quibus in *iv^a*. quaque *Enneadecaeteride unum* addidit *Calippus*. Nihil ergo deerat *redundabatve* in *Enneadecaeteride Metonica* quod calculos *Lunares* impedierit, quò minus in orbem redierint illi, pro *sententia Metonis*. Delegit autem *Meton* hunc potius orbem *octo Enneadecaeteridum*, quam priorem *novendecim Octaeteridum*, vel *novem Heccadecaeteridum* cum *dimidia*, illa potissimum de causa, quod *Embolimi* per *Enneadecaeteridas* dispositi non plures per universum *viii*. *Enneadecaeteridum* Cyclum futuri sint *lvi*, qui tamen *lvii*. futuri essent, si pro *Octaeteridum* lege, ut antea, disponerentur. *Terni* enim *novendecim Octaeteridum* *Embolimi* illum, quem dixi, *numerum* conficiunt *lvii*. Quod si præter *Heccadecaeteridem* suis *antiquo jure* *Embolimis* *instruatam*, *tres* alios præterea annos addideris ad *Enneadecaeteridem absolvendam* necessarios, cum *novo* sibi que proprio in *sine* *Embolimo*; ita *septeni* erunt per *Enneadecaeteridem* quacunque *Embolimi*, qui *octo* *Enneadecaeteridibus* *Embolimi* erunt tantummodo *lvi*. Qui *verior* *Metoni* visus est mensis *Lunaris* modus. Hinc obiter apparet quam recte nos, & pro *sententia Metonis*, *Embolimos* in *Enneadecaeteride* disposuerimus. Hoc enim eorum consilium qui primi *Enneadecaeteridas* invexerunt, observavit verbis satis apertis *Geminus*, ut aliter *Embolimos*, quam pro *Octaeteridum* lege, disponerent; & hoc ipso etiam *sine*, ut uno essent quam pro *Octaeteridum* lege pauciores. Apparet etiam ex *Octaeteridibus* *natas* esse *Metonis Enneadecaeteridas*. Quod tamen ignoravit *Petavius* cum exinde *Civilem* nullum fuisse Cycli *Metonici* usum apud *Græcos* colligit, quod *Octaeteridis* usum receptum illi visus fuerit astruxisse *Geminus*. Non dico jam quam male illud è *Gemino* collegerit *Petavius*, si de temporibus *Gemino* coævus illa intelligamus. Ne quidem illud dicimus, quod è postea *dicendis* constabit manifestius, ut *Cyclus* ille, de quo agit loco illo



illo *Geminus*, quem huc retulit *Petavius*, temporibus *Gemini* receptus fuerit. Hoc unum dico, nullam esse prorsus & invalidam *Petavii* sequelam, dum è *Civili Octaeteridum* usu è quibus maxima, ut vidimus, parte ipsæ constabant *Enneadecaeterides*, extorquet verius quam colligit, nullum proinde usum fuisse *Civilem Enneadecaeteridum*.

Itaque hucusque cum *Oraculorum* mente, quæ tria in *Sacrificiis* observanda præceperant, conveniebat *Enneadecaeteris Metonis*, quod non annos modo & menses, verumetiam dies, integros absolverent *Syzygiæ Lunares* ab eo *Enneadecaeteridi* suæ assignatæ. Saltem pro hypothesebus ipsius *Metonis*. Ut proinde *Lunarium conjugationum* justus ille fuerit *Cyclus*, & sibi etiam per omnia consentaneus. Nec illud modo. *Solarium* quoque rationum *æquationem* aliqualem fecit *Metonis* illa *Enneadecaeteris* pro sententia *Metonis*. Modum enim illum anni *Solaris* docuit *Meton* qui dies complectebatur 365 integros, & partes præterea diei $\frac{2}{19}$. Hæ partes per annos 19 multiplicatæ fiunt 95, quæ viceversa per 19 divisæ dies integros conficiunt 5. Ita 19 annorum spatio 5 erunt *Solaribus* rationibus addendi dies, qui *Julianis* rationibus non accedunt nisi post annos *viginti* jam penitus absolutos. Hic autem *minima* vel *maxima* pars diei redundat aut deficit quæ alia aliqua *Enneadecaeteride* diem integrum conficiat pro rationibus *Metonicis* addendum vel detrahendum. Inde ratio manifesta est cur de *Enneadecaeteride* ita loquantur plerunque *Scriptores* quasi *Periodum integram*, pro *Metonis* sententia, complecteretur. Estque id sane verissimum, si de rationibus tam *Solaribus* quam *Lunaribus*, pro illius hypothesebus, intelligatur. Non autem ita quasi *unius Enneadecaeteridis* tabula satis esset ad designandos dies mensium *Atticorum* in forma *Juliana*, pro illo quoque intervallo quo *Periodum Metonicam* apud *Athenienses* obtinuisse jam evicimus. Nedum pro integra illa *Periodo*, qua *LVI* constituendi erant, pro *Metonis* Principiis, menses *Embolimi*, eodem illo labentium annorum numero quo *LVII* erant *Embolimi* numerandi pro lege *Octaeteridum*. Hoc enim *xix*^a. demum *Octaeteride* factum esse docet *Geminus*. Quod vero ad *Metonem* attinebat, hæc ipsa videtur fuisse ratio cur annorum *CLII* *Periodum* constituerit, quod hoc tandem *Cyclo* discrepantiæ inter rationes *mensis Lunaris* quæ ipsi *Metoni* visæ sunt omnium accuratissimæ, & decessorum rationes in *Cyclo* qui ante illum receptus fuerat *Heccaedecaeteridum*,

Sect. XLII.
Eatenus etiam, qua dies quoque integros in rationibus *Solaribus*, pro *Metonis* sententia, complectebatur. Cur itaque *majorum* quoque *illum* annorum 152. *Cyclum* fecerit *Meton*.

H a

ad



ad justi tandem *Embolimi* modum confurgerent. Ad eundem plane modum quo in superiori Cyclo, x *Heccædecaeterides*, seu anni CLX *Periodum* constabant, quod illo etiam annorum *circuitu* mensem *Embolimum* constabant discrepantiæ inter rationes *Heccædecaeteridum* simpliciumque *Octæteridum*. Hæc è *Gemino*, ut mox videbimus, manifesta sunt.

Sect. XLIII.
Qua methodo
dies in Periodo
Metonica ad dies
in Periodo *Ju-*
liana redigendi
sunt.

Quod si quis *Periodum* cupiat qua redeat ad eundem diem *Julianum* supputatio *Metonis*; quanquam talem nullam designarit ipse *Meton*, qui *Periodum* suam ad *aliam* à sua *Solaris* anni formam nunquam exigendam censuit, facile tamen quæ illi placitura fuisset, ex illius colligimus hypothesibus. Nempe expectandum erat tantisper dum in orbem rediret dies ille, quem LXXVI^o. quoque anno *Metonem* lucrari diximus. Multiplicentur ergo 365 per 76, fientque in universum anni 27740. Is numerus annorum *Metonicorum Julianos* 27741 complectetur, quibus evolutis ad eundem redibunt calculi *Metonici Julianum* diem. Sed nimius erit tabularum numerus quæ tantam *Periodum* repræsentent sigillatim; minimamque ejus partem exigent hodiernæ Historiæ monumenta, seu retrorsum essent, seu antrorsum agenda supputationes. Facilius ergo à capite Cycli *Metonici*, anno nimirum *Periodi Juliane* 4282. initium supputationis arcessemus. Tum videamus intervallum quo distat ab illo Cycli capite annus in quo quæritur dies *Julianus*. Rursus illud intervallum annorum dividamus per 76, & pro quotiente dies totidem numeremus è supputatione *Juliana* tollendos, si retrorsum procedat supputatio; addendos autem, si viceversa caput Cycli *Metonici* prædictum sequatur annus in quo dies *Julianus* quæritur qui *Metonico* respondeat. Ita supputationibus quibuscunque sufficient tabulæ nostræ priores quatuor primarum Cycli *Metonici* *Enneadecaeteridum*. Nescio tamen an ita accurate processerint Veterum supputationes. Unicum habemus, quod quidem sciam, in universa Antiquitate exemplum cujus supra meminimus è *Dionysio Halicarnassæo*. Dierum autem supra calculos *Julianos* nullam prorsus rationem videtur habuisse illius, quicumque demum is fuerit, Auctor. Merito quidem ille, si sub *Metonis* Cyclo ipse vixerit tunc notissimo. Imo exinde sub *Metonis* potius, quam *Calippi*, *Periodo* Auctorem *Dionysii* vixisse recte fortasse colligemus (seu *Ephorus* fuerit ille, ut vulgo creditur, seu quis alius) quod *equationem* aliam nullam fecerit cum modo anni *Solaris* à *Calippo*



Calippo recepto *Juliano*, quæ tamen erat plane necessaria si ad morem *Seculi* quo *Calippi* Periodus obtinuit, calculos suos Auctor accommodasset. Nisi forte tantam ἀνεπίστατον ne quidem Auctor ipse designarit. De minutis sane ne quidem laborasse vel inde suspicio est quod se ὡς Ἀθλιωαῖοι τὰς χεῖρας ἄνευκα supputasse testetur Auctor. Erat enim, fateor, aliquatenus eadem cum Periodo *Metonis* Periodus *Calippi*. Non tamen ἀκριβῶς quod modum anni *Solaris Metonicum*, & proinde *Lunaris*, correxerit *Calippus*. Sed *Auctoris veteris* illa verba esse poterant, non ipsius *Dionysii*. Nec vero solent ita accurati esse Veteres.

Discrepant porro invicem de *Metonica* Periodi capite *Scaliger* & *Petavius*. *Scaliger* xv^m. *Julii Juliani* fuisse arbitratus est, *Petavius* xvi^m. Nos *Petavio* potius assentiendum duximus. *Scaliger* *Novilunium medium* fecutus est quod dicto *Julii* diei convenire concedit etiam ipse ^a *Petavius*. Veri ergo *Novilunii* rationem habendam esse credidit *Petavius*, quod mensis ejusdem diei xvi^o. asserit, præsertim in meridiano *Attico*. Hoc enim posteriori die hora à media nocte 2^o. 21'. *Athenis verum* commissum docet *Novilunium*. Idque sane videtur voluisse *Meton*, ut vera *Novilunia* in mensium initia convenirent. Jam enim vidimus ex *Eclipsibus Solaribus* de *Metonis* Periodo judicasse Veteres. *Lunarium* enim cognitio nondum ad vulgus emanaverat. Itaque perstringit illam hoc nomine *Thucydides* quod *Eclipsis Solis*, quæ alia quam vera κατὰ σελήνην ἐπιπτώσα contingere non potuerit, *Civili* tamen *Neomenia* non contigisset. Male ille, ni hoc ipsum voluisset *Meton* ne à suis *Neomeniis Eclipses* illæ unquam aberrarent. *Veteris* tamen non *mediis Noviluniis* illas tribuendas esse constat *Eclipses*. Rectius ergo ille, & pro *Metonis* etiam *hypothesibus* convenientius, si quidem ad calculos *Astronomicos*, ut *Solstitium*, sic etiam *primum* Periodi suæ *Novilunium* exegisset ipse *Meton*, & modum præterea mensis *Lunaris* eundem agnovisset quem *tabulæ* agnoscunt *Petaviane*. Sed vero tutissimum esse censeo, ut in rebus *Veterum historicis* ad fidem *historiarum* veterum omnia exigantur. Nosque jam dedimus exempla annorum in Periodo *Metonica* diversorum sibi invicem consentientium è quibus apparet paulo *tardiores* fuisse *caelestibus Neomeniis* (qua quidem ex *Eclipsibus* colliguntur) *civiles Neomenias*. Proinde nobis illa potius, cur *Petavio* assentiamur, placet ratio, quod *bidui* hiatus observaverimus

Sect. XLIV.
In capite Cycli
Metonici Jul. xvi.
defenditur *Petavius* adversus
Scaligerum.
a *Petav.* Doctr.
Temp. L. II. c.
9. P. 112.



Diff. I. Ufus Cycli Metonici Civilis.

rimus inter dies Periodi Metonica & Calippica si à die Julii
xv. initium arcessatur Periodi Metonica, cum tamen diem
integrum unicum lucratus fuisset Meton annis qui Calippicam
Periodum præcesserant 102. Et vero dies Observationum
sub Calippica Periodo Astronomicarum veterum fuisse con-
stat accuratissimas. Ita optime respondebunt Eclipses Sola-
res sub initium hujus Periodi à Thucydide memoratæ, ut &
prima aberrarit, & secunda in rejanada incidere quæ ad Civi-
lem spectabat Neomeniam. Pro ea nempe sententia quam nos
aliam è Thucydidis utroque in loco verbis eliciimus, quam
Scaliger & Petavius.

[Faint, mostly illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page]

D.F.S.



DISSERTATIO II.

Ufus Cycli Calippici astruitur, itidem Civilis.

Ufus Cycli Calippici Civilis asseritur exemplis. Paophi 16 & Posideon 25 anno Nabonassari 454^o, & primæ Periodi Calippicæ 36^o, respondent Decembris 20 & 21. §. I. Tybi 5 & Elaphebolionis 15 anno Nab. eodem & primæ Periodi Calippicæ eodem, conveniunt Martii Juliani diei 9^o & 10^o. §. II. Athyr 29 & Anthesterionis 8, pro priori parte, iidem cum Jan. 29. anno Nab. 465^o, & primæ Periodi Calippicæ 47^o. §. III. Thoth 7 & Pyanepsionis 26 cum Nov. 9, pro posteriori parte, coalescunt, anno Nab. 466^o, & primæ Periodi Calippicæ 48^o. §. IV. Obiter locus Pyanepsionis in anno Attico v^{us}, tempore saltem Timocharidis, asseritur adversus Petitum. §. V. Initium Epochæ Nabonassareæ à Feb. 26. anni Varroniani Juliani viiⁱ. §. VI. Initium diei Ægyptii duplex: Civile aliud, à Mane; aliud Astronomicum, à Meridie. §. VII. Anno, quo Athenas expugnavit Sulla, Varroniano 66^o (qui cum Periodi Calippicæ anno 15^o. concurrebat) idem erat Anthesterion. 1. & Martii vet. 1. uterque idem cum Januarii Juliani 18. Recte, pro tabulis nostris. §. VIII. Ex hoc Sullæ loco falsissima Veterum de anni Græci Romanique commissione Ratiocinia. Male inde collegerunt eundem fuisse cum Martio Juliano Græcum Anthesterionem. §. IX. Male item Septembrem Metageitnioni respondisse ex æquo, aliosque (pro eodem exemplo) utrobique menses. §. X. Male etiam inde Januarium Romanum cum Posideone contulit Plutarchus. Falsa illa series universa mensum Romanorum Atticorumque ex illis ratiociniis, sibi invicem commissorum. §. XI. Observata est ab Atheniensibus Periodus Calippica ad tempora Dionysii Halicarnassæi, annumque U. C. Varronianum. 747. §. XII. Senatusconsultum in honorem Hyrcani Romæ decretum Sept. 26. anni Varroniani 707ⁱ, publicatum in Syria Jul. 20. anni Varron. 708ⁱ. §. XIII. Annus ille Publicationis erat Hyrcano Ethnarchiæ 9^{us}. Origo Ethnarchiæ



Ethnarchiæ ab anno Varroniano 699°. affecto arcessenda. §. XIV. Proinde Mart. 22. à quo capit Munychion. 11. ann. Varronian. 708. Olymp. 183^z. 11°, Archon erat Agathocles. §. XV. Græci recentiores anni Attici mensumque imperitissimi. §. XVI. Etiam diu ante Epiphanium in desuetudinem abierant formæ annorum mensumque veterum apud Athenienses. §. XVII. Etiam ante Plutarchum. §. XVIII. Et ante Josephum. §. XIX. Plinii Kalendarium Coeleste restituitur, pro mente Sofigenis (ut videtur) atque Cæsaris. §. XX. Romani Astronomiæ admodum imperiti. Primus illorum de anno Attico congrua loquitur major Plinius. Sub Æræ ergo Christianæ initium mutatio facta mensum Atticorum Lunarium in Solares. §. XXI. Verba Plutarchus Veterum de suis temporibus, ipse quasi de suis dicta quandoque recitat, ut fecit in Gellii verbis Macrobius. §. XXII. Vetera festa Athenienses mensibus olim Lunaribus affixa servarunt etiam in mensibus Solaribus. Quinam menses Romani Solares mensibus Atticis Solaribus responderint. §. XXIII. Nihil faciunt ad anni formam Lunarem hebdomades Lunæ à Gellio memoratæ. Hebdomades Prytaniarum non dierum erant, sed virorum. §. XXIV. Illæ tamen ipsæ nullæ ætate Gellii. Hebdomades in honorem Apollinis, quarum meminit Gellius, menstruæ fuisse videntur, & Lutzæ appellari poterant, etiam in forma mensum Solari. §. XXV. Diem quidem unum Metonicis rationibus detraxit Calippus. Annus autem initium utriusque idem, uti etiam situs Embolimorum, & dierum exemtilium intervalla. §. XXVI. Exemtiles à singularum Enneadecaeteridum initiis non numeravit, pro Metonis exemplo, Calippus. §. XXVII. Nec à Cycli universi initio ad finem usque continuas. Sed primæ Enneadecaeteridi seorsim numeratæ exemtilem suam tribuit additiam. Reliquas à secundæ Enneadecaeteridis initio exemtiles ad finem usque Cycli continuas numeravit. §. XXVIII.

Sect. I.
Ufus Cycli Calippici Civilis asseritur exemplis. Paophi 16. & Posideon. 25. anno Nabonaf. 454°. & primæ Periodi Calippicæ 36°. respondent Decembris 20 & 21.

Nec vero in Metonici Cycli tantummodo temporibus cum notis temporum *Historicis* nostræ conveniunt tabulæ. Conveniunt etiam tabulæ nostræ Cycli Calippici cum illorum temporum characteribus quibus dies consignatos legimus Cycli Calippici. Imo exinde utriusque Cycli *Civilem* usum probamus, quod error utriusvis (si prorsus fuisset ullus) esset in alium redundaturus. Magis tamen ad usum *Chronologicos* faciunt veterum *Astronomorum* in Cyclo Calippico



lippico observationes, quod non *menſibus* duntaxat *Atticis*, ut in Cyclo *Metonico*; ſed *menſium Atticorum* etiam *diebus* fuerint conſignatæ. Videamus ergo quam etiam illæ apte noſtris tabulis reſpondeant. Prima *Timocharidis* Obſervatio à *Ptolemæo* conſervata facta eſt anno *Nabonaſſari* 454°. *Paophi* *Ægyptii* die xvi° *eis τὴν ζ'*. Is dies idem erat anni *Ægyptii* ſive *Nabonaſſarei* XLVI^{us}. Coepit *Thoth* illius anni *Juliani* *Novembris* die v°. Ita ſcilicet ut à *Novembris* vⁱ. mane inierit, & viⁱ, qui à *media nocte* cœperit, mane deſierit. Ita diebus illis *Julianis* reſpondebit xvi^{us}. *Paophi* qui à *Novembris* v° & vi°. numerantur XLVIⁱ. Sunt autem illi *Decembris* dies xx^{us}. & xxi^{us}. Poſt *mediam noctem* illa fuit Obſervatio, *μὲν γ' ὥρας καιρμαὶς τῆς μεσονυκτίας*, inquit *Ptolemæus*. Itaque poſteriori diei *Ægyptii* parte quæ diei *Decembris* reſpondebat xxi°, à *nocte media*. Hoc tempore *Solem* *τῶν πέντε καὶ μίας τῶν πέντε* ponit *Ptolemæus*. Rotundo, ut videtur, numero, de *minutiis* nihil admodum ſolicitus. Satis enim erat illud ad conſilium illius horas *ἡμερημιαὶς* colligendi ex horis *καιρμαὶς*. Et ſane gradum illum eundem *Sagittarii* 26^m. nos quoque è *Ptolemæi* tabulis collegimus, ſic ut tenerit illa ipſa hora *Sol* gradus 27ⁱ. min. 18. 37^o. 9^o. 34^o. 53^o. 48^o. Ut proinde maturior Obſervatio illa eſſe ne quidem potuerit. *Lunæ* locum ita deſignat idem *Ptolemæus*: *καθ' ἣν ὥραν ἀκριβῶς μὲν ἀπέχετο τὸ μετωπρινῆς ἡμερημιαὶς τὸ κέντρον τὸ σελήνης μόρας λ β δ'*. Verba illa *Ptolemæi* ita intelligenda ſunt, ut *Lunam*, præter gradus ab *Equinoctio Autumnali* 31, quatuor præterea *affis* uncias, i. e. partes gradus *duodecimas*, emenſam indicent. Pars autem gradus *duodecima* ſunt 5ⁱ. quarum quatuor ad 20ⁱ. conſurgunt. Sic ergo tenerit *Luna* gradus *Scorpii* ſecundi min. ſaltem 20ⁱ. Idque poſtea ſequentia confirmant: *εὐφαίνεται δὲ κατὰ μῆκος μὲν ἐπέχει [κέντρον ſcilicet, de quo ſupra, σελήνης] λ β*. Et rurfus de *Septentrionaliffima* ſtella in fronte *Scorpii*: *κατὰ μῆκος μὲν ἀπέχετε τότε τῆς μετωπρινῆς ἡμερημιαὶς τῆς ἰσῶς μόρας λ β*. Et quidem ſi *medius* *Lunæ* motus intelligatur, noſtris è tabulis *Ptolemæi* calculis ſatis apte reſpondebunt, quibus *Lunæ* locum in *Scorpii* 1. 27ⁱ. 23ⁱ. 17ⁱ. 19ⁱ. 11ⁱ. 33ⁱ. deprehendimus. Quod ſi *Lunæ* motus intelligatur *verus*, ſic *Lunæ* locus erit in *Scorpii* 37ⁱ. 23ⁱ. 17ⁱ. 19ⁱ. 11ⁱ. 33ⁱ. & uno adeo fere gradu à loco deſignato deficiet. Melius etiam reſpondebit prædictis *Ptolemæi* verbis, ſi motus *Solis* non *verus* intelligatur, ſed *medius*. Sic enim in ipſo *Sagittarii* gradu illo 26°. fuerit



a Ptolem. l. IV.
c. II. p. 171.

quo illum constituerat ipse *Ptolemæus*. Suspicionem tamen movet ne ita intelligatur vox ἀκριβῶς quam alibi τῶ μέσως opponit idem *Ptolemæus*. Sic enim de *Eclipsi* priori Archonte *Phanostrato*: ἄ Τὸν μὲν ἥλιον ἐν ἐξομοίᾳ ἀκριβῶς ἐπέχοντα τὸ ὄψου μίσητος κ η ιη, τὴν δὲ σελιῶν μέσως μὲν Διδύμων μίσητος κ δ κ, ἀκριβῶς δὲ κ η ιζ'. Movet etiam vox ἐφαίνεται ad *apparentem*, qui *verus* est motus, quam ad *medium*, commodius referenda. Nec spernendum nihilominus est contra Argumentum, quod in *unum idemque tempus* melius quadrent *utriusque* sideris motus *medii* quam *veri*. Potest ergo motus, per comparationem ἀκριβῆς censeretur qui, quovis demum respectu, magis distinctus est. Sic poterat ἀκριβῆς haberi quod non *gradum* tantummodo, sed *gradus* etiam *partem* designarit *Ptolemæus*. Id enim ipsum alibi sæpe omittit, quod parum necessarias judicaret, quæ in considerationem venirent, minores istiusmodi discrepantias. Ita ergo *partem* diei tenemus tanto experimentorum consensu stabilitam, qua illa fuit observatio, Decembris nimirum *xxi* partem illam quæ à *nocte media* fluxit ad *mane* diei sequentis *Aegyptii*. Et quidem *Posideonis* Attici diei *xxv*^o, cum quo illum contulit *Timocharis*, convenit pars illa *Decembris Juliani* *xxi*. Nempe anno *Periodi Calippicæ*, cui tribuitur à *Ptolemæo*, *xxxvi*^o. Incipit illius anni *Posideon* die *Novembris Juliani*, ut è nostris apparet tabulis, *xxvii*^o. Sic dies ejusdem *Posideonis* *xxv*^{us} inierit *Decembris Juliani* *xxi*^o ad exitum vergente. Ita quidem, si nullus in illo mense fuisset, ante diem mensis *xxv*^m, dies *exemptilis*. Sed diem profecto mensis *xxi*^m *exemptilem* fuisse docent *tabulæ* nostræ. Ita factum ut dies *Posideonis*, qui numerabatur *xxv*^{us}, idem esset revera tantummodo *xxiv*^{us}, & die adeo *Decembris* iniret *xx*^o exeunte. A *Solis* nimirum *occasu* ad *noctem* usque *mediam*. Inde ad *proximum* *Solis occasum* cum *Decembris* *xxi*^o, qua *Attici* diei *parte* illa fuit *Observatio*. Imo ante *proximum* à *nocte media* *Solis ortum*, quo coepit dies *Paophi Aegyptii* *xvii*^{us}. Et cum *Posideonem* simpliciter memoret *Ptolemæus*; inde obiter intelligitur, talem fuisse hunc annum qualem repræsentant *tabulæ* nostræ, *communem* scilicet, non *intercalarem*. Et tamen annum *Emmedaeteridis* (qualis hic est) *xvii*^m. pro *Embolimæo* habet *Petavius*.

Sect. II.
Tybi 5 & Elaphebolionis 15 anno Nab. eodem & Paophi XVI^o. LXXIX^{us}, ut ex anni Aegyptii serie certissimo colligitur. Itaque diebus Julianis respondebit à Decemb. xx^o & *xxi*^o

Proxima ejusdem *Timocharidis* *Observatio* erat anno *Nabonassar* eodem, *Tybi* v^a eis τὴν 5'. Dies ille *Aegyptius* erat à *Paophi* *xvi*^o. LXXIX^{us}, ut ex anni *Aegyptii* serie certissimo colligitur. Itaque diebus *Julianis* respondebit à *Decemb.* *xx*^o & *xxi*^o



xxi^o septuagesimis nonis, *Martii* nimirum sequentis diebus ix^o dem, conveni-
 & x^o. *Communis* enim erat, non *Bisextilis*, annus ille (in quem unt *Martii Juliani*
 incidit secunda illa Observatio) *Varronianus* 460. Observavit 10^o.
 autem ^a πρὸ δ' ὠρῶν καυρικῶν τε καὶ ἰσημερινῶν ἔγχετο τοῦ μεσονυκτίου. a *Ptolem.* L. VII.
 Itaque *priori* *Ægyptii* diei parte quæ cum *Martii Juliani* die c. 3. p. 170.
 ix^o conveniebat. Cum eodem intervallo conveniunt loci *Solis* & *Lunæ* in illa Observatione designati, qua quidem ipsi
 invicem, & cum calculis (pro mente *Ptolemæi*) conveniunt.
Solem δὲ τὰς εἰ μόρας *Piscium* ponit *Ptolemæus*. Vox illa δὲ
 tantundem valet quod *præter propter*, nihilque designat accu-
 ratum. Et quidem *Solem* in *Pisc.* 13. 9'. 44". 45"". 40"" . 4"" . 29"" .
 pro motu ejus *medio*, nostri etiam ponunt ad *Canones Ptole-*
mæi exacti calculi; pro motu *vero* in grad. 15. 30'. 44". 45"".
 40"" . 4"" . 29"" . *Lunæ* Longitudinem ἀκριβῶς in *Virginis* po-
 nit gr. 21. 21'. ab *Æstivo Tropico* εἰς τὸ ἐπὶ μέγα gr. 82. 12'.
 Addit præterea: εἰ φαίνεται δὲ κατὰ μήκος ἀπέχον τῆς θέρμης τροπικῆς
 μόρας πβ ββ'. Quis hic non videt *verum* ejus intelligi appa-
 rentemque motum? nec esse adeo quod quis miretur quod
 modo observavimus, motum ἀκριβῶς pro *medio* intelligi posse,
 qua *vero* opponitur? Et nostri quoque calculi *Ptolemaici* ad
 illius diei horam 9^{am} exacti *Lunæ* motum *medium* in *Virgi-*
nis ponunt gr. 19. 5'. 47". 38"". 44"" . 58"" . 26"" . *verum* in
 gr. 22. 13'. 47". 38"". 44"" . 58"" . 26"" . In motu *vero* cum
 ipso fere convenit *Ptolemæo*, cujus numeri *ambo*, ne veri
 esse possint, obstat ejus ipsa *Prosthapheresis*. Itaque in *di-*
ei *Ægyptii* numero menda nulla esse potest, ut ex his etiam
 apparet illius *Characteribus Astronomicis*, & exinde quod *bis*
 apud *Ptolemæum* legatur, sibi utrobique consentaneus. *Atticus*
 ergo *dies*, quem cum *Tybi* 7^o contulit *Timocharis*, *Elaphebolio-*
nis erat xv^{us}. ipse quoque iisdem diebus *Julianis* respondens,
Martii ix^o atque x^o, ut ipsius etiam parte *priori* illa contige-
 rit Observatio. Plane pro sententia *tabularum nostrarum*, in
 anno *Cycli Calippici*, cui illa tribuitur observatio, xxxvi^o. Quid
 ergo dubitemus ita supputasse, ex *Calippi* calculis *Athenienses*?

Tertia ejusdem Observatio erat anno *Nabonassari* 465. *Athyr*
Ægyptii die xxix^a εἰς τὴν λ' ὥρας γ' ληγύσης, noctis scilicet. Sic
 enim sequitur in MS^o. *Lambethano*, ut è doctissimi Amici Do-
 mini *Edvardi Bernardi*, Professoris nuper *Saviliani*, collatione
 didici: πρὸ τριῶν ὠρῶν τῆς μεσονυκτίου καυρικῶν, ἰσημερινῶν δὲ γ' καὶ γ".
 Plenius quidem quam in vulgatis, sed plane ad mentem *Pto-*
lemæi. Postquam enim *tertiam* noctis horam *desinentem* me-
 morasset;

Sect. III.

Athyr 29 &
Antheperionis 8
 pro *priori* parte
 iisdem cum *Jan.*
 29 an. *Nab.* 465
 & *Period. Ca-*
lipp. 47.



morasset; non aliæ poterant ad *mediam noctem* horæ superesse quam *tres* illæ aliæ hoc in loco memoratæ. Pro ea nimirum, quæ apud coævos *Ptolemæo*, antiquioresque, *Astronomos* recepta est, divisione *noctis* pariter ac *diei* in *xii horas* *καρπυκὰς*, *impares* nimirum invicem, & (pro anni *tempestate*) nunc *longiores*, nunc *breviares*. Inde verba ejus postea (etiam in *Editis*) *πρὸ πάντων ὡρῶν τῆ μεσονυκτίᾳ* *Observationem* illam fuisse agnoscentis. Itaque *priori noctis Egyptiacæ* parte, quæ cum *priori die Juliano* conveniebat, illa fuit *Observatio*. Diem *Aegyptium* firmat locus *Solis* in *Aquario* à *Ptolemæo* assignatus *ᾧ ἐστὶ τὰς ζ' μόλεως*. Si nempe de vero motu intelligatur. Erat enim sane in *Aquario* $7. 2'. 18''. 44''' . 37'''' . 8'''' . 18''''$. pro calculis nostris ad *Ptolemæi* mentem institutis. *Lunæ* locus apud illum à calculorum norma alienissimus est, nec quicquam sani continet. Diebus autem *Julianis* respondet dies *Athyr* *xxix^{us}*, pro *priori* parte, *Januarii* *xxix^o*: pro *posteriori* parte, *xxx^o*. Itaque diebus *Julianis* iisdem respondeat necesse est dies *Atticus*, qui cum eo confertur, *Antheſterionis* *viii^{us}*. Et quidem anno, quo *Timocharis* observavit, primæ *Periodi Calippicæ* *xlvi^o* dies *Antheſterionis* *viii^{us}* die *Januarii* inchoatur *xxix^o*. à *Solis occasu* ad *noctem* usque *mediam*, qua parte illa fuit *Observatio*.

Sect. IV.

Thoth 7 & *Pyz-nepsonis* 26 cum *Nov. 9.* pro *posteriori* parte coalescunt, anno *Nab. 466,* & *Period. Calipp. 48.*

Ultima denique ejusdem *Observatio* erat anno *Nabonassari* sequenti 466, *Thoth Aegyptii* die *vii^a* *ἐστὶ τῶν η'.* Post *noctem* tamen *mediam*. Nempe *δεκάτης ὥρας ὅσον ἡμωρῆς περὶ εὐδύοντι*. A *noctis* scilicet *initio*. Sic enim sequitur: *μὲν γ' 5' ὥρας καὶ εὐκὰς τῆ μεσονυκτίᾳ*. Horas enim à *noctis initio* decem, demta dimidia, conficiunt *tres* à *media* nocte horæ cum dimidia. Itaque *Juliano* die illo *Observatum* qui diei *Aegyptii* parti *posteriori* respondebat, quod tamen non videtur observasse *Petavius*. *Solis* præterea locum, quem in *Scorpii* gradu 14. *nostris* ponunt calculi *Ptolemaici*, *ᾧ ἐστὶ τὸ μέσον τῆ Σκορπίου* ponit ipse *Ptolemæus*. Quæ verba laxiora sunt quam ut unum aliquem designent certumque diem. In *Luna* *Ptolemæus* accuratior est. Is enim illam in *Virginis* gradu 22. 30', quam *nostris* quoque calculi ad illius hypotheses exacti, pro *vero* *Lunæ* motu in gradu *Virginis* constituunt similiter 22. scrupulo paulo alio 35'. quæ discrepantia levior *Ptolemæo* videri potuit quam ut illius rationem aliquam habendam existimaret. Itaque de *numero* nulla prorsus inde suspicio est quin rectissime se habeat. Septimo autem diei *Thoth* respondent illo *Nabonassari* anno,



anno, pro parte *priori*, dies *Novembris Juliani* viii^{us}, pro parte autem *posteriori*, ix^{us}. Diem illum *Aegyptium* cum *Pyanephsionis* ε' Φθινορ⊙ anni (*Calippicæ* Periodi ejusdem, *primæ* scilicet) XLVIIIⁱ committit *Ptolemæus*. Is dies, si (pro more *Atheniense* in *tertia* mensis decade) *retrosum* supputetur, dies erit mensis xxv^{us}, qui in nostris anni XLVIIIⁱ tabulis iisdem respondet *Novembris Juliani* diebus viii^o & ix^o. Sed, cum post *mediam*, uti dixi, *noctem* fuerit *Observatio*; proinde fuerit mensis quidem die eodem, sed ea tamen illius parte quæ ad *Novembris Juliani* diem spectabat ix^m potius quam viii^m. Ita quidem accuratissime, si, qui ita *numerabatur*, is *vere* fuisset *Pyanephsionis* xxv^{us}. Sed *exemptilem* diem illius mensis XXI^m nostræ repræsentant tabulæ. Inde factum ut dies mensis numero. xxv^{us}, *vere* fuerit duntaxat xxiv^{us}, nec quicquam haberit commune cum *Novembris* ix^o, quo *Observationem* factam fuisse diximus. Proinde ε' Φθινορ⊙ alio sensu arbitror usurpasse *Ptolemæum* quam solebant vulgo *Athenienses*. Ut scilicet vi^m denotarit *tertiæ* decadis diem, quæ mensis Φθινορ⊙ appellari solebat, & diem adeo mensis numero xxvi^m. Sic enim alibi *recta* diem *Posideonis* numeravit xxv^m, ut supra vidimus, non ε'κτω Φθινορ⊙. Itaque nihil durum erit, si hoc etiam in loco morem suum observarit seu *Timocharis*, seu *Hipparchus*, seu etiam ipse *Ptolemæus*. Ita optime conveniet cum tabulis nostris hæc quoque *Observatio* cum aliis item veterum *Astronomorum* omnibus quas diebus *Atticis* consignatas conservavit *Ptolemæus*.

Atque hinc obiter locus *Pyanephsionis* à *Petavio* assignatus, non modo adversus *Scaligerum*, verumetiam *Salmasium* & *Petitum*, asseritur. Jam enim ostendimus intervallum inter *Antheſterionis* viii^m & *Pyanephsionis* xxv^m, idem fuisse ac inter *Januarii* xxix^m & *Nov.* viii^m, qui mensis est à *Januario* x^{us}. Et simile plane spatium est inter menses *Aegyptiacos* *Athyr*, cujus dies xxix^{us} *Antheſterionis* diei viii^o respondebat, & *Thoth*, cujus dies vii^{us}, idem erat *Pyanephsionis* xxvi^{us}. Est enim *Thoth* ab *Athyr* mensis similiter x^{us}. Et quidem præter v *Epagomenas* in anni superioris fine additias. Inde manifestum erit x^m tunc in lapsu fuisse *Lunationem*. Idque verissimum erit si v^{us} numeretur anni *Attici* mensis *Pyanephsion*. Sic enim à die *Antheſterionis* viii^o ad diem *Pyanephsionis* similiter viii^m *novem* erunt menses integri, & qui sequuntur dies ad menseni x^m proinde spectabunt. Inde certum est, tempore *Timocharidis*,

Sect. V.
Obiter locus
Pyanephsionis in
anno *Attico* v^{us},
tempore saltem
Timocharidis, as-
seritur adversus
Salmasium & *Petitum*.



nondum iv^o loco numerari potuisse *Pyanepsonem*. Postea fieri potuit ut locum, nescio qua de causa, cum *Memaeterione* mutarit. Faciunt ut ita suspicemur non *recentiores* modo mensium *Atticorum* tabulæ ab imperitis conditæ quæ *Memaeterioni Pyanepsonem* anteponunt, nec (ut videbimus) *Plutarchus*, sed fidei adhuc majoris Inscriptiones *Sponianæ* duæ. Si nempe recte illas descripserit Auctor alioqui diligentissimus.

Seçt. VI.
Initium Epochæ Nabonassareæ à Feb. 26. anni Varroniani Juliani VIIⁱ.

a Fragm. *Heraclii* Imp. in Append. ad Diff. *Cypr.*

b Proleg. ad Append. Diff. *Cypr.*

Cæterum commissiones illæ dierum *Ægyptiacorum* omnes cum diebus *Julianis* ita demum recte procedent, si à vero supputationis exordio deducantur. Numerantur autem anni *Ægyptii* ab Epochâ *Nabonassari*, quod scilicet à *Babyloniis*, cum in Regum *Persarum* potestatem redigeretur *Ægyptus*, cum anni forma, etiam Epochâ à *Nabonassaro* ducta ad *Ægyptios* emanarit. Initium ergo Epochæ *Nabonassareæ* vage (quæ longe erat antiquior) ab initio Epochæ ejusdem fixæ (quæ uti recentior est, sic etiam est in *Historia exploratio*) optime colligemus. Sed vero *Thoth* fixum omnes ab *Augusti Juliani* die arcessunt xxix^o. Sic illi scilicet ut tres dies ejus primos cum *Augusto* concurrere supponant. Itaque numerus dierum præcedentium ab Epochæ initio ibi terminandus est. Atqui ab anno Urbis Conditæ *Varroniano* 733^o. primam sextæ *Epagomenæ* intercalationem, qua *Thoth* deinde fixus est, coepisse alibi probavimus. Inde ergo calculi retrorsum agendi erunt ut primi *Thoth* vagi initium recte statuatur. Itaque illo *Augusti* die absoluebantur anni *Nabonassarei* 727 integri cum 6ⁱ illa, quæ tum primum intercalabatur, *Epagomena*. Anni hi si in dies redigantur (multiplicati nimirum per 365 qui modus est anni *Nabonassarei*) dies prodibunt, addita 6^a *Epagomena*, in univsum 265356. Rursus redigantur in dies anni *Varroniani Juliani* 732, accensitis *Bisextis* 183, & anni 733ⁱ (qui *Bisextilis* erat) diebus usque ad *Aug.* xxix^m 242. eruntque omnes 267605. Inde detractis Epochæ *Nabonassareæ* diebus prædictis 265356, supererunt dies 2249, qui annos *Julianos* 6 conficient integros, accensitis duobus *Bisextis*, quia annus *Varronianus* primus *Bisextilis* fuerat, & anni 7ⁱ. dies præterea 57, qui *Februarii* desinent die, uti dixi, xxvi^o. Hinc ergo ortus Epochæ *Nabonassareæ*.

Seçt. VII.
Initium diei *Ægyptii* duplex: Civile aliud, à *Mame*, aliud *Astronomicum*, à *Mercurio*.

Sed, quo accuratius invicem committi possint, pars etiam diei *Juliani* designanda est qua coeperit dies quisque *Ægyptiacus*. Duplex ergo diei *Ægyptiaci*, initium constituit *Prolemæus*, Civile aliud, aliud *Astronomicum*. Civile deducit à *Solis*



Solis ortu. Idque fatis congrue, pro exemplo *Babyloniorum*, à quibus *anni* formam ad *Aegyptios* emanasse dixeram. Idem enim *Civilis* diei *initium* fuisse, etiam apud *Babylonios*, multos veterum testes habemus, ^a *Plinium*, ^b *Gellium*, ^c *Censorinum*, ^d *Macrobius*, ne alios minorum gentium advocem qui horum verba ipsa describunt. Et quidem consentaneum erat, ut à *Babyloniis* *Epocham* ipsam *Nabonassaream*, & *anni* formam acceperunt *Aegyptii*; sic etiam *dierum* *Civilium* *initia* ab iisdem similiter accepisse. Certe *Astronomorum* *Observationes* in hac *Epocha* longe antiquissimas *Babyloniæ* memorat *Ptolemæus*. *Aegyptias* autem nullas tradit ante excessum *Alexandri* *M.* qui anno hujus *Epochæ* excessit 424°. *Anni* tamen *Nabonassarci* usum apud *Aegyptios* vetustiore fuisse *Alexandro* docet *Historicorum* antiquissimus *Herodotus*. *Aegyptios* sane & *Hipparchum* à *media nocte* in *mediam* supputasse testatur idem ^e *Plinius*. Qua veterum *fide* fretus id asserat, me nescire fateor. Ea tamen si qua fuerit, de *Alexandrinis*, ni fallor, & de *anno Aegyptiaco* *fixo* intelligendus est. Sic enim *dies Aegyptios* cum *Julianis* committunt *Christiani* de *Cyclis Paschalibus* *Scriptores*, quasi penitus coaluerint, nec aliud invicem exordium habuerint. Cæterum *Aegyptios* ab illo, quod dixi, *initio* *dies* suos censuisse, è verbis *Ptolemæi* colligimus disertissimis. *Solstitium* à *Metone* & *Eudemone* *Phamenoth* XXI, πρώιας observatum, mox dicit *Ptolemæus* fuisse ^f *πρὸ τῶν δεχλῶ τῆς τῆ φαρδύωθ καί*. Itaque πρώια diei ἀρχῆ saltem temporibus *Ptolemæi*. Etiam fortassis *Hipparchi*, si quidem *primus* ille *diem*, quo fuerat à *Metone* & *Eudemone* observatum *Solstitium*, ex *Attico* in *Aegyptium* redegerit. Imo temporibus *Metonis* & *Eudemonis*, si quidem *Observationem* suam in *terra Attica*, non tamen *die* designarint *Attico*, sed *Aegyptio*. Conveniunt porro *Hipparchi* de *Aequinoctio Autumnali* *Observationes*. Harum *primam* habuit anno XVII° *Periodi Calippicæ* III°, die *Mesori* XXX°, ^g *πρὸ τῶν δύοσιν τῆ ἡλίου*. *Secundam*, post triennium, anno ejusdem *Periodi* XX°, *Neomenia* τῶν ἐπαγομένων πρώιας, δέον τῆς μεσημέρινης, ὡς ἐλεγε Φωνηκέναι τετάρτω μιάς ἡμέρας, inquit *Ptolemæus*. Ad excessum *anni* (qui vulgo *sex horarum* credebatur) illæ spectabant *Observationes*, ut proinde ad *mane* diei *sequentis* illæ referendæ sint. Itaque post *occasum* diei *Mesori* XXX°, à *mane* proximo censebatur *Neomenia Epagomenarum*. Ne autem à *nocte media* cœperit, obstat alia *Hipparchi* de eodem *Aequinoctio*. *Vernali* *Observatio* anno ejusdem *Periodi* XLIII°, *Mechir* XXIX,

a *Plin. Nat. Hist.*

L. II. c. 77.

b *Gell. Noct.*

Attic. L. III. c. 2.

c *Censorin. de die*

Nat. c. 23.

d *Macrob. L. I.*

Saturn. c. 3.

e *Plin. ubi supra.*f *Ptol. Meg.*

Συρ. L. III. c.

2. p. 62, 63.

g *Ptolem. ib.*

XXIX, μὲν τὸ μεσονύκτιον τὸ εἰς τὴν λη'. Ne enim de initio diei *Mechir* XXIX¹ illud μεσονύκτιον intelligatur, obstant tot aliaæ præcedentes ejusdem *Hipparchi* de eodem *Equinoctio Vernali* Observationes à *prima* illa quam habuit ejusdem Periodi anno XXXII^o, *Mechir* XXVII πρώτης. Si scilicet ad τὴν πρὸς τὸ δ' ἐπεσίαν exigantur, ut illas exegit ipse *Ptolemaeus*. Jam enim illud μεσονύκτιον superaverat Sol, pro serie priorum illarum *Hipparchi* Observationum. Itaque si & *mane* alius fuerit dies *Aegyptius* quam vel ab *occasu* præcedenti, vel à *nocte* etiam *media*; facile inde colligitur à *mane* novi diei *initium* esse repetendum. Nec enim aliunde gens ulla *dies* quam vel à *meridie* vel *nocte media*, vel à *Solis ortu* vel *occasu*, quod quidem legimus, unquam inchoavit. Sic itaque semper intelligendi dies quibus Observationes suas habuerint *Astronomi*. Inde occasio; cur toties horas καλεμαὶς in ἰσημεριὰς convertat *Ptolemaeus*. Quod scilicet à *mutabili* initio illi procederent *Astronomorum* calculi. Ea autem nulla prorsus fuisset, si à *meridie*, aut à *nocte media* illi processissent calculi. Inde enim semper idem respondet *spatium*, totidemque horæ semper ἰσημεριαί. Inde etiam necessitas *aliud* constituendi atque *immobile* diei exordium, ut ita recte *committi* invicem *conferri*que possent *Astronomorum veterum juniorumque* Observationes. Hoc à *meridie* arcessit *Ptolemaeus*, vel potius à μεσσηρινήσσει, quæ *diem*, pariter ac *noctem*, *mediam* designare possunt. Sic enim ^a *Ptolemaeus*: ἐνθεν καὶ τὰς ἐν τῆς ἐποχῆς ἀρχαῖς τῶν νυχθημέρων διὰ τῶν μεσσηρινήσεων σφαιρομέτρῳ, καὶ ἐκ διὰ τῶν ἀνατολῶν ἢ δύσεων ἔκ τῆς ἡλίου. Διὰ τὸ τὴν ἰσὺν πρὸς τὰς ὀριζήσοντας ἰσημερινῶν διαφορὰν καὶ μέγεθος πολλῶν ὥρων διὰ τὴν φθάνειν, καὶ μὴ εἶναι τὴν αὐτῆν ποικιλίαν, συμμεταβάλλει ἢ τῆ κατὰ ἐκάστην ἐγκλίσει τῆς σφαιρῆς ὑπεροχῆ τῶν μεγίστων ἢ ἐλαχίστων ἡμερῶν τὴν ἢ πρὸς τὴν μεσημερινῶν τὴν αὐτῆν τε εἶναι κατὰ πᾶσαν οἰκίαν, καὶ μηδὲ τὰς ἐκ τῆς ἡλιακῆς ἀνωμαλίας σφαιρομετρῶν ἔκ τῆς διαφορᾶς χρόνος ὑπερβάλλειν. Itaque

^b *Radice* Epochæ *Nabonassaræ* à *meridie* deducit, & ad *meridies* vel *noctes medias* exigit juniorum etiam *Astronomorum* Observationes, qua sunt cum illa omnium *prima Epochæ* atque *Radice* necessaria. *Dies* tamen idem est, tam *Fulvianus*, quam *Atticus*, qui priori *Aegyptii* diei parti responderet, ab utrovis initio censeatur.

Sec. VIII. Est & alia *Plutarchi* Observatio à *junioribus Chronologis* vel neglecta, vel penitus desperata; nostris tamen *tabulis* ad amissam congrua. Docet ille anno quo à *Sulla*, expugnatae sunt *Athene*,

Anno, quo *Athenas* expugnavit *Sulla*, *Varron.* 66^o. (qui cum



Athenæ, concurriffe Kalendas *Martias* cum Novilunio *Anthe-* Periodi Calippi-
cæ anno 15^o.
concurrerat) i-
dem erat *An-*
the-
stherion. I. &
Martii vet. I. u-
terq; idem cum
Januarii Juliani
18. Recte, pro
tabulis nostris.
a *Plutarcho*. Sull.
sterionis. Nec sane aliunde hoc didicit *Plutarchus* quam ex
ipſius *Sulle* Commentariis quos vidit ipſe, & in testimonium
ſæpe advocavit. Sunt enim in hanc ſententiam verba ejus
admodum diſerta: Ἐλεῖν ἢ τὰς Ἀθῶνας ἀνὲς φησὶν ἐν Ἰππομῆ-
μάσι, Μαρτίαις Καλάνδαις, ἧτις ἡμέρᾳ συμπέφει μάλιστα τῇ νεμῶνιᾳ
& Ἀνθεστηριῶν μῶος. Nec potuit errare *Sulla*, ſeu in anni
Romani forma, civium nempe ſuorum; ſeu etiam *Attici*, jam
ſcilicet in *Athenarum* ipſarum obſidione occupatus. Proinde
mirum eſt adeo ſecuros testimonium hoc coævum ita diſer-
tum (cujus tamen rationem nullam poterant è ſuis dare hy-
potheſibus) præteriſſe Chronologos. Videamus ergo quam
accurate cum noſtris, quos dixi, calculis conveniat. *Annus*
ille quo *Athenas* occupavit *Sulla*, non alius erat certe quam
Urbis Conditæ *Varronianus* 667, *Octavio* & *Cinna* *Coss.* Scio
quidem in alia eſſe ſententia magnos alioqui Chronologos.
Et favere ſibi putant *Plutarchum*, cum *initum* à *Cinna* *Con-*
ſulatum innuit *antequam* diſcederet ex Urbe *Sulla*. Imo *ac-*
cuſatum à *Tribuno Sullam Romæ* adhuc verſantem, quem ta-
men *Tribunum* diſcedens ipſe contemferit. Sunt autem illa
vel illo nomine ſuſpecta, quod à *Sulle* ingenio admodum
aliena ſint, quem ſciunt omnes vindictæ fuiſſe avidiſſimum.
Longe ergo veriſimilius *Eutropius Sullam* diſceſſiſſe teſtatur,
ordinatis duntaxat in futurum annum illis ipſis, quos modo dixi,
Conſulibus. Itaque anni 666ⁱ. fine paludatus ex Urbe profe-
ctus eſt ad Bellum *Mithridaticum*. Certe ſæviente *Mario*, fu-
git ad *Sullam* uxor *Metella* cum amicis aliis, debellato jam
ad *Cheroneam* & *Orchomenum Archelao*, ipſo etiam agnoſcente
Plutarcho. Superſtite nimirum etiamnum *Mario*, & proſcri-
ptionibus cædibusque intento, qui tamen anni 668ⁱ. *Idibus*
Januariis ipſe defunctus eſt. Et, pro forma *Juliana*, anni 667ⁱ.
ſini conveniunt ipſæ illæ *Idus Januariae*. Imo ſuſpecto in *Cin-*
næ exulantis locum *Merula*, famam *Romæ* de *Sulle* in *Bæotia*
prælio teſtatur fuiſſe *Plutarchus*. Vivo proinde etiamnum *Con-*
ſule Octavio, vivo etiam *Conſule* ſuſpecto *Merula*, qui tamen
ambo eodem illo anno perierunt 667^o. Victus ergo eſt in
Bæotia, iſdem illis *Conſulibus*, *Archelaus*. Movit autem *Sulla*
in *Bæotiam* ab *Athenis*, jam ſcilicet antea proſtigatis. Proin-
de *Martie* illæ *Kalendæ* ad annum ſpectabant *Varronianum*
667^m, jam nuper inchoatum. Eſt ergo annus in noſtris *Æræ*
Varroniane tabulis, *Periodo Calippicæ* reſpondentibus, 667ⁱ quem

K

cum



cum Periodi iv^a *Calippicæ* anno xv^o. nostræ illæ committunt tabulæ. Hic ergo *Antheſterionis* Neomenia illa quærenda erit quam cum Kalendis in veteri *Romana* forma *Martius Sulla* contulerat. Sed vero in nostris anni *Calippici* xvi. tabulis Civilis *Antheſterionis* Neomenia eadem *Januarii Juliani* diei xviii^o, pro priori illius parte à Solis occasu ad mediam usque noctem responder. Isque ipse dies idem reperietur cum Kalendis, in veteri forma, *Martius*, per Regulas à nobis traditas in Prælectionum nostrarum Historicarum *Appendice*. Et quidem priori illa diei *Attici* parte *Athenas* expugnavit *Sulla*. Nocte enim illum in Urbem irrupisse, testis idem est in illius vita *Plutarchus*: *Ἐν μέσῳ (inquit) νύκτας. Nocte concubia*, vertit *Interpres*. Tempore infidius opportunissimo, conversis ad quietem capiendam Urbis defensoribus. Potius tamen ante noctem mediam, quam postea, illas infidias fuisse verisimillimum est. Tres enim noctis partes ante mediam noctem numerat ^a *Macrobius*, primam facem, noctem concubiam, noctemque intempestam. Hanc Ego noctis partem à *Sulla* potius delectam arbitror, quam aliam illam, cujus meminit *Interpres*, *Noctis* tantummodo concubiæ, qua cubitum sese conferebant. Partem nimirum illam, quæ non habet tempus idoneum rebus gerendis, ut loquitur prædicto loco *Macrobius*. Rectius enim illa *πρὸ μέσῳ νύκτας* fuisse censetur, quæ mediam noctem proxime antecessit. Et satis illa quoque favebat Urbis oppugnantibus, primi nimirum jam somni gravidine oppressis Urbanis. Præsertim noctibus (quales sunt mense *Januario*) longissimis; & præterea illumibus, quales mensium *Atticorum* initus fuisse diximus, quæ non longe aberant à veris *Coeli Noviluniis*. Adhuc tamen post noctem intempestam aliam partem ante noctem mediam interponit ^b *Censorinus*, quæ illi ad mediam noctem appellatur. Vim vocis *Plutarchianæ* *πρὸ μέσῳ νύκτας* melius exprimit quam prima illa post mediam noctem pars quæ eidem *Censorino* de media nocte dicitur. Ut proinde vox illa esse potuerit qua usus est *Lætie Sulla* in suis de Bello illo *Commentariis*. Ne quidem si post mediam noctem, quem sensum ferunt verba *Plutarchi*, oppugnatione illa contigerit; vel ita nostræ forsitan aberrabunt tabulæ. Diem quidem *Romanum* à media nocte arcessabant juniores, quo pacto quæ post mediam noctem contigerunt, ad diem *Romanum novum* fuerint referenda. Aliter tamen se fortasse res habuit apud *Veteres*. Facit, ut ita suspicemur,

^a *Macrobius*. *Satur.* l. 1. c. 3.

^b *Censorinus*. de die Nat. c. 24.



mur, Lex illa XII Tabularum: ^a SOL OCCASUS SUPREMA TEMPESTAS ESTO. Ab *Atheniensibus* Leges illas fuisse in confesso est. Nec alio proinde quam ad diei *Attici* finem verba illa fortasse referenda sunt. Et sane longe recentiora testimonia sunt quæ diem *Romanum* à nocte media deducunt. Ita tamen propinqua temporibus hisce, de quibus agimus, *Sullanis*, ut vetus illud, siquod unquam fuerit, *initium* à Solis occasu jam in defuetudinem abiisse verisimillimum sit. *Virgilium*, *Mucium* Jurisconsultum & *Varronem* initii à nocte media testes advocat *Macrobius Sullæ* proximos & coævus. Itaque novari quippiam illius ætate vix potuit quod horum memoriam effugerit. Priorem ergo Responſionem anteferendam cenſeo. Hoc autem ita luculento exemplo constat utrobique Nos vera tradidisse, tam de *Romano* anno veteri in prædicta Prælectionum noſtrarum *Appendice*; quam etiam hic de anni veteris *Attici* forma, temporibus præſertim *Sullanis*. Non tamen poterant de his cauſis hucusque judicare Chronologi, quibus ne *Romani* quidem anni veteris forma fuit explorata. Proinde non est quod miremur desperasse hic viros alioqui maximos & rei Chronologiæ peritissimos, *Uſerium* atque *Petavium*.

Et quidem hujus *Sullani* loci vestigia supersunt in *Græcorum* antiquissimis de *Romano* anno *ratiociniis*, quibus tamen forma anni *Romani* aliunde non fuit explorata præterquam ex *ratiociniis*. Quod enim *semel* evenit ut cum Neomenia *Antheſterionis* coinciderent Kalendæ *Martiæ*; id illi perpetuum arbitrati, exinde de *Græcorum Romanorumque* annis mensibusque *universis* invicem conferendis statuebant. Idque propterea verisimilius videbatur quod & modus mensium utrobique, tam apud *Græcos* quam etiam *Romanos*, *Lunaris* esset, & *Cyclorum* tamen opera cum anni modo *Solari* conciliaretur. Nec incommode accidebat, quod *Martium* olim mensium *primum* numerarent *Romani*. Cum enim anni *initio* ita convenirent invicem utriusque mensis *Lunaris Neomeniæ*, futurum sperabatur ut per annum *universum* similiter convenirent. Hæc sane supponunt *Græcorum*, quos dixi, de *Romano* anno *ratiocinia*. Quæ tamen cum aliunde constet fuisse falsissima, apparet sane *ratiociniis* illa deberi, non disertis coævorum temporum *monumentis*. Nec aliud verisimilius habemus *ratiociniorum* talium fundamentum quam locum illum, de quo dixi, *Sullanum*. Erant enim certe *Sullæ* *Commentarii*, cum de

Sect. IX.

Ex hoc *Sullæ* loco falsissima veterum de anni *Græci Romani* que commiſſione *Ratiocinia*. Male inde collegerunt eundem fuisse cum *Martio Juliano Græcum Antheſterionem*.



rebus *Græcorum* præcipue agerent, apud *Græcos* proinde notissimi. His certe *ratiociniis* acceptum refero, quod *Idus Martias* *Cæsaris* cæde celebres cum *Antheſterionis medio* contulerit

^a *Appianus* de ^a *Appianus*. Observavit enim *τελευτήσαι τὴν Καίσαρα ἐν ἡμέραις αἰς καλῶσιν εἰδοῖς Μαρτίαις, Ἀνθεστηριῶν μάλιστα μέσση*. *Idus* enim à *Plenilunio* appellatas observant *Scriptores Romani*, quæ recte adeo in mensis *Lunaris* medium erant, pro horum *ratiociniorum* è loco *Sullæ* tenore, conferendæ. Si enim *initia Martii* atque *Antheſterionis* invicem respondebant, erat sane consentaneum ut & *media* invicem similiter responderent. Nisi autem locum illum *Sullæ* ob oculos habuisset *Appiani* Auctor, nulla erat alioqui ratio cur ita argumentaretur. Erat enim certe, cum interficeretur *Cæsar*, *Martius* non jam amplius *Lunaris*, ut fuerat sub *Sulla*, sed *Solaris* atque *Julianus*. Et à *Martio Juliano* *Antheſterionem* integrum alienum jam supra vidimus è *Ptolemæo*, cum diem illius *Antheſterionis* VIII^m cum die *Juliani Januarii* XXVIII^m eundem probaremus. Idemque etiam ex exemplo modo memorato *Sullæ* colligitur, quo *Neomenia Antheſterionis* cum *Januarii Juliani* die XVIII^o. *priori* ejus parte committitur. Hæc enim experimenta omnium certissima sunt, idque docent raro admodum per *Cycli* legem evenire potuisse, ut vel *finis Antheſterionis* in *Juliani Martii* vel *initium* incidere. Plane ut in nostris habetur tabulis, in quibus initium *Elaphebolionis* nec sæpe in *initium Martii*, nec unquam in *Martium* quadrat admodum affectum. Tantum abest ut cum *Martio* ex æquo unquam procedere potuerit *Atticus Antheſterion*, quod tamen illi supponebant *Argumentatores*. Eundem tamen *Januarii Juliani* diem XVIII^m. occupavit *Neomenia Antheſterionis* hoc ipso *Cycli Calippici* anno 58, *Urbis 710 Varroniano* quo *Cæsar* occisus est, ac anno illo quem designavit *Sulla* captarum *Athenarum*. Sed *Martio veteri* (de quo solo cogitare potuit *Græcus Appiani* Auctor) ne quidem ita conveniebat, seu *duos* defuisse arbitratus fuerit, seu *tres* etiam *Merkedonios*. Si quidem *nullus* defuisset, sic *Martii veteris* dies XV^{us} idem fuisset *Martii Juliani* XXIV^{us} quousque *nullus* unquam pertigit *Atticus Antheſterion*. Tam longe aberravit ab omni vel verisimilitudinis specie Auctor ille ^b *Macrobio* antiquior qui cum *Aprili Juliano* *Græcum Antheſterionem* committendum arbitratus est.

^b *Macrobius* L. I. Saturn. c. 12.



Ab iisdem *ratiociniis* fluxiſſe puto quod *Idus Septembris* veteris ætate *Publicolæ* cum *πανσελήω* *Μεταγ᾽Αττικῶν* commiſerit antiquior certe *Plutarcho* Auctor quem ipſe ſecutus eſt in *Publicolæ* vita *Plutarchus*. Reſpondet enim *Septembri* veteri *Metageitnion* pro eadem menſium *Romanorum Atticorumque* ferie qua *Martio Romano* reſponderat *Atticus Antheſterion*. Reſpondentque *Idus Romanæ Attico* *πανσελήω* ex iisdem hypotheſibus quibus *Kalendæ Romanæ Martii* cum *Neomenia Antheſterionis* fuerant à *Sulla* collatæ. Idque utrobique ſupponitur menſes *Romanos Atticoſque*, cum *Lunares* eſſent, ſibi invicem perpetuo reſpondere. Eadem tamen Argumenta quæ ſitum *Antheſterionis Attici* alium à ſitu *Martii Juliani* evincunt, etiam *Metageitnionis Attici* locum alium à *Septembris Juliani* loco probant. *Præcedunt* enim menſes *Attici Romanos* menſes cum quibus ab his committebantur, quæ nempe licuit per *leges menſium Lunarium*. Idque manifeſtum eſt ex *Eclipſibus*, aliisſque *Aſtronomorum* *Obſervationibus* jam ſupra memoratis. Illud præterea oblitum ſunt Argumentatores illi, *Romanorum* menſes *intercalares* dierum *xxii* vel *xxiii Lunares Syzygias* integras non abſolveſſe, ut abſolvebant *Attici Embolimi*; & ſecundo quoque anno fuiſſe *intercalatos*, cum tertio fere quoque anno *intercalarentur Embolimi Attici*, excepto anno *Octaeteridis v^o*; & ne dies quidem menſium *Lunarium Romanorum* cum diebus menſium *Atticorum* conveniſſe. Hæc enim omnia obſtabant, ſi vel maxime aliquando una coepiſſent menſes *Attici* atque *Romani*, ne diutina eſſet illa concordia, nedum (ut volebant *Ratiocinatores* illi) *perpetua*. Simulque docent, non *coævorum*, qui res ipſas *exploratas* haberent, deberi illa potuiſſe, ſed *juniorum*, *Plutarcho* tamen *antiquiorum*, *ratiociniis*, quæ tamen hæcenus pro *Historicis* exemplis habuerunt nuperi *Chronologi*.

Ejuſdem farinae eſt & aliud quod apud eundem legimus *Plutarchum*. *Cæſarem* dicit in *Africam* trajeciſſe, *χαμῶν* ἐν τῷ πεύς ὄντι *ἰσαμῶν* *Ἰανναεῖς* *μῶν* *ἔτ* δ' *ἂν* *ἔη* (inquit *Plutarchus* ipſe) *Προφθεῶν* *Ἀθλωαίσις*. Hoc unum acceperat è bonæ fidei monumentis, Menſe *Januario* ineunte in *Africam* *Cæſarem* transfreſſaſſe. vi enim *Kal. Januarias Lilybæo* diſceſſiſſe teſtatur Auctor *Belli Africani*, & poſt diem quartum in conſpectum *Africæ* veniſſe. Sic die ſequente, ipſis *Kalendis Januarius*, ſatis commode potuit in terram appuliſſe. Is erat *Januarius ἰσαμῶν*, qua voce prima menſis decas deſignari ſolet in menſibus *Græcis*

Sect. X.

Male item *Septembrem Metageitnioni* reſpondiſſe ex æquo, alioſque (pro eodem exemplo) utrobique menſes.

Sect. XI.

Male etiam inde *Januarium Romanum* cum *Posideone* contulit *Plutarchus*. Falſa illa ſeries univerſa menſium *Romanorum Atticorumque*, ex illis *ratiociniis*, ſibi invicem commiſſorum. a *Plutarch. Cal.*



Lunaribus. Recte autem *ἰσχυρῶς* numerum nullum adjecerit *Plutarchus*, quod ipsis *Kalendis* terram *Cæſar* attigerit. Reliqua nihil fani habent, nec certis testimoniis debentur, sed nescientium errantiumque conjecturis. Primus in illo error est, quod quia *Januario* mense terram *Cæſar* conscenderit, inde colligat *Plutarchus* χειμῶν ἐν ἑσπέρῃς ὄντι conscendisse. Hoc inde contigit quod illius anni *Januarium* *Plutarchus* cum *Januario* *Juliano* confuderit, qui vere locum *Solstitio* proximum tenere credebatur. Illo tamen anno quo *Africam* *Cæſar* est aggressus (qui *Confusionis* à *Chronologis* appellatur) Urbis nimirum *Varroniano* 708°, *Kalendæ* illæ veteris formæ *Januariæ* cum *Octobris* *Juliani* die XIII^o concurrebant, duobus ante *Solstitium* mensibus, ut à retroacta ante primum annum *Julianum* colligitur supputatione. *Solstitium* certe præcessisse è disertis etiam ^a *Ciceronis* testimonio observavit *Uſſerius*. Ita nulla erat verisimilitudinis vel species è probis monumentis cur Expeditionem *Africanam* ad ἑσπέρῃς referret *Plutarchus*. Et ne quidem de *Januario* *Juliano* verum esse potuit quod scribit *Plutarchus* χειμῶνα ἰσχυρῶς fuisse ἐν ἑσπέρῃς. Itaque laxiori forte sensu intelligendus est, ut scilicet ἐν ἑσπέρῃς tantundem designarit quod circa ἑσπέρῃς, præter propter, paulo nimirum ante vel post *Solstitium*. *Solstitium* enim ipsum ad diem *Decembris* XXV^m illo Seculo à *Romanis* referebatur. Ita sane illum intelligamus necesse est, siquid fani voluerit ipse *Plutarchus*. Sic nihil certi designabunt voces illæ ἐν ἑσπέρῃς. Nec multo levior est error *Posideonem* *Atticum* ad ἑσπέρῃς referentis, *Romanumque*, jam sane *Julianum*, *Januarium*. *Solstitium* *Populare*, non ad *Posideonem*, sed ad *Gamelionem*, jam supra ^b retulisse probavimus *Athenienses*. Et *Scaligerum* idem cum *Plutarcho* sentientem jam olim refutavit ^c *Petavius*. *Posideonis* locum, ne incertus esset, veterum *Astronomorum* fecerunt *Observationes* in utroque Cyclo tam *Metonis* quam *Calippi*. In utroque autem jam supra vidimus *Decembri* potius, quam *Januario*, *Juliano* competere *Posideonem* utrumque, etiam secundum; tam in anno scilicet *communi*, quam etiam *Embolimæo*. Ita etiam loquitur in prædicto loco *Plutarchus*, ut *ratiocinia* se secutum potius innuat quam *Historica* monumenta. Sunt enim illa ejus verba: ἔτος δ' ἂν ἐν Ποςιδεῶν Ἀθωαίσις. Non ἔτος λῶ. Subductis nimirum *calculis* opus fuisse indicat ut ostenderet cui mense *Attico* responderet *Januarius* ille *Romanus*. Denique simile & illud est *Josephi* exemplum qui *Hecatombæonem* *Atticum*

^a Cicer. de Div.
vin. L. II.

^b Diff. I. s. 17.

^c Petav. Doctr.
Temp. L. I. c. 10.



cum cum *Juliano* contulit *Auguſto*, de quo infra plura. Hæc certe omnia è *Divinantium ratiociniis*, non autem ex *Hiſtoricis* monumentis, hauſta fuiſſe conſtat, cum aliunde probari poſſit fuiſſe falſiſſima. Ex hac diſpoſitione ad illos meſes *Julianos* meſes *Attici* referuntur, cum quibus ita nunquam *integri* concurrere poterant, ut raro admodum vel *ſines* meſium *Atticorum* in illorum meſium *Julianorum* vel *initia* inciderint. Idque probant exempla omnia à nobis jam prolata in utroque Cyclo, in *Metonis* illo atque etiam *Calippi*. Hoc enim ordine ſibi invicem reſponderint oportet meſes *Attici* atque *Juliani*, pro illorum hypotheſibus qui hæc *ratiocinia* ſecuti ſunt:

- | | |
|--|---|
| 1. <i>Martius & Antheſterion</i> , è <i>Sulla</i> . | 7. <i>Sept. & Metageitnion</i> , è <i>Plutarcho</i> . |
| 2. <i>Aprilis & Elaphebolion</i> . | 8. <i>October & Boedromion</i> . |
| 3. <i>Maius & Munychion</i> . | 9. <i>November & Mæmacterion</i> . |
| 4. <i>Junius & Thargelion</i> . | 10. <i>December & Pyanepſion</i> . |
| 5. <i>Julius & Scirophorion</i> . | 11. <i>Januar. & Poſideon</i> , è <i>Plutarcho</i> . |
| 6. <i>Auguſt. & Hecatombæon</i> , è <i>Joſepho</i> . | 12. <i>Februarius & Gamelion</i> . |

His ergo *ratiociniis* cum meſes *Tropicos* à veris *æſtate* diſtulſſent, ſic tamen de illis locuti ſunt, quaſi jam adhuc fuiſſent, ut fuerant olim, *Tropici*. Sic enim *Solſtitium* in *proximum* à *Populari*, ut vidimus, *Solſtitio* tranſtulit *Plutarchus*. Ut ergo è *ratiociniis* natam illam meſium commiſſionem fuiſſe certum eſt, ſic nullum eſt veriſimilius illius *ratiocinii* *Principium* loco illo *Sullano*. Convenit enim commiſſio illa *Sulla* *primo* veteris anni *Romani* meſi, unde meſium reliquorum diſpoſitio pendeſcit. Et ſola illa *primi meſis* commiſſio teſtem habet illis temporibus cœvum quibus meſium *Atticorum* *Lunarium* uſus eſt receptus. Ex his autem *ratiociniis* illud ſaltem apparet quam *certum* illud fuiſſe *principium* oportet unde pendeſcit tam falſa illa *proximorum* temporum *ratiocinia*. Illud etiam ex hoc tam illuſtri exemplo colligitur quam recte Nos dierum *Julianorum* diverſorum *partes*, quæ cum eodem die *Attico* concurrunt, è diebus *Ægyptiis* ſtatuerimus.

Denique hoc etiam exinde colligimus, hucusque ſaltem, ad *quartam* ſcilicet *Calippi* *Periodum* in uſu *Civili* adhuc fuiſſe *anni* formam à *Calippo* inſtitutam. *Tertia* certe *Calippi* *Periodo* multa obſervavit *Hipparchus*. Utinam *Timocharidis* diligentiam fuiſſet imitatus in meſibus *Atticis* *Obſervationum*, meſiumque *diebus* annotandis. Quod vero vel *annos* *Calippicæ*, qua ſcripſit, *Periodi* designarit, qua alia de *cauſa* factum arbitra-

ſect. XII.
Obſervata eſt
ab *Athenienſibus*
Periodus *Calippica*
ad tempora
Dionyſii Halicarnanſis,
annumque *U. C.*
Varronian. 747.



arbitrabimur quam ut intelligi possit ab *Atheniensibus Astro-
nomis*? Id autem ut fieret, necesse erat ut etiamnum apud
illos obtinuerit *Periodus Calippica*. Imo post illam quoque
Urbis Atheniensis, sub *Sulla*, cladem adhuc perstitisse innuit,
ut puto, *Geminus*. Probat ille methodum *Calippi*, quasi quæ
sibi videretur optima, & coeli apparentiis consentientissima.
Proinde aliam nullam novit *Calippi* æmulam, saltem in *Athe-
niensium* usu *Civili*. Ne quidem *Hipparchi* *Periodi Calippicæ*
emendationem, qui *tertia* labente scripsit *Calippi* *Periodo*: Ita-
que hucusque illam obtinuisse verisimillimum est. Scripsit
autem *Geminus* anno *Urbis* *Conditæ Varroniano* 677°, ut e
Gemino ipso colligit *Petavius*, anno nimirum post obsidionem
Atheniensem x°, *quartæque* adeo *Periodi* xxv°. Vidimus etiam
jam ^a supra testimonium *Diodori Metonicum* *Cyclum* ad sua
usque tempora perstitisse testantis. Quod de *Metonici* *Cycli*
emendatione Calippica intellexerit necesse est. Scripsit hoc ille
sub *Augusto*, *Periodo* iv°. jam ad *exitum* vergente. Etiam il-
lo paulo juniorem testem ^b superiori *Dissertatione* advocavi-
mus, de *Cyclo Metonico* suo etiamnum tempore recepto, si
tamen *suis*, non *antiquioris* *Auctoris* *verbis* est usus. Sed il-
lum longe doctissimum atque accuratissimum, *Dionysium* sci-
licet *Halicarnassæum*. Scripsit autem ille post *Consules* anni
Varroniani 747, qui cum anno *Periodi Calippicæ* v° partim xix°,
partim xx° *Magistratum* tenebant. Ut proinde hucusque for-
mam *Calippicam* obtinuisse verisimillimum sit. Junior his nul-
lus est (quod sciam) coævus testis qui suoque tempore an-
ni *Attici* veteris formam *Lunarem* testetur observatam. Pro-
xima, ut videtur, mutatio erat à forma *Lunari* ad *Solarem*,
etiam in *mensibus*. Ea ergo cum reciperetur, paulatim in-
tercidisse videntur vetera *mensium Atticorum* etiam *nomina*.
Quod sane factum arbitror *Periodo Calippica* v°.

^a Diff. I. s. 3.

^b Diff. I. s. 6. 19.

Sect. XIII.
Senatusconsultum in honorem
Hyrcani Romæ
decretum Sept.
26. anni Varron-
ian. 707ⁱ, pub-
licatum in Syria
Jul. 20. anni
Varron. 708ⁱ.

Post illam, ne unicum quidem, quod sciam, habemus *men-
sis Attici*, nedum *diei*, exemplum in coævus *Urbis Atticæ* mo-
numentis. Ante illam, sub *quartæ* *Periodi finem*, & post præ-
dicta tempora tam *Sullæ*, quam etiam *Gemini*, unicum habe-
mus; sed in tota Antiquitate, ut opinor unicum, nobis à *Jo-
sepho* conservatum. Refert enim ille $\Psi\eta\phi\tau\mu\alpha$ *Atheniensium* in
honorem *Hyrcani*, *Munychionis* ἐνδεκάτη, *Archonte* *Agathocle*.
Atqui *Archontem* *Agathoclem* nulli eruerunt *Pastorum Archon-
ticorum* confarcinatores. Itaque è *Magistratu* annus colligi
non potest, sed aliunde ex *anno Magistratus* erit colligendus.

Et



Et quidem ^a *Josephus* ita utrumque decretum in honorem *Hyr-*
cani memorat, tam *Romanorum* quam *Atheniensium*, ut, quan-
 quam id disertis verbis non asserat, innuat tamen tunc edi-
 tum fuisse cum *Cæsar*, victo *Ptolemæo*, ex *Ægypto* rediret. *Hyr-*
cano enim gratiæ propterea à *Cæsare* relatæ sunt, quod *Ju-*
deos Ægyptios Hyrcani literæ ab *Antipatro* prolatæ in auxi-
 lium *Cæsaris* tunc sane periclitantis incitarint; & quod in
Ægyptios insignis, ea occasione, eluxerit fortitudo ipsius *An-*
tipatri. Mox ergo, redeunte ex *Ægypto* per *Syriam* *Cæsare*,
 moenium *Hierosolymitanorum* à *Pompeio* dirutorum restauran-
 dorum veniam impetrat *Hyrchanus*. Cujus proinde nulla men-
 tio in *Senatusconsulto* à *Josepho* conservato, edito nimirum il-
 lius anni *fine*, *Idibus Decembris*. Nec sane opus erat ut *gra-*
tiae à *Cæsare* concessæ novo aliquo *Senatusconsulto* confirma-
 rentur. *Ducibus* enim exercituum, præsertim *Imperatorio* ti-
 tulo ornatis, etiam in *libera* Republica concedi solebat ut
 præmia gentibus amicis, pro suo arbitrio, assignarent. Sa-
 tisque erat, ut uno aliquo decreto universali, sive *Senatus-*
consulto, sive *Plebiscito*, *Acta* Imperatoris rata haberentur. Et
 major tamen erat *Cæsar* *Consularium* temporum *Imperatorii-*
bus, jam anni superioris *fine Dictatura annua* ornatus. Te-
 nuit *Cæsarem* in *Ægypto* *Bellum illud Alexandrinum* ad anni
Urbis Varroniani 707 mensē usque *Maium*. Tum deinde
 per *Syriam* transivit, & victo postea *Pharnace*, sub finem an-
 ni *Romam* appulit. Tum, referente *Prætore C. Valerio*, con-
 ditum est illud *Senatusconsultum* *Idibus*, ut dixi, *Decembris*. Ad-
 dit *Josephus*: Ταῦτα ἐψηφισεν Ἰσὴν Ἰρχανὸν ἀρχιερέως ἔθνος ἐν Ἰσραὴλ
 ἐν τῇ πόλει Πανέμω. Quæ ita, ni fallor, intelligenda sunt, non
 quasi *Idus Decembris Romani* in mensē *Syro-Macedonum* in-
 ciderint *Panemum*; sed quod *Senatusconsultum Romæ* mense
Decembri factum mense *Panemo* sequenti in *Hyrçani* *Ethnar-*
chia propositum fuerit ut gentibus finitimis innotesceret. Li-
 teras enim à *Senatu* ad *liberas Civitates* & *Reges Hyrcanum* im-
 petrasse in favorem *Judeorum* ipsum docet *Senatusconsultum*.
 Nec enim *Hyrçani Pontificatu* aut *Ethnarchia* *Acta* insigni-
 enda erant *Romæ* gesta, sed in ipsa potius *Ethnarchia*. Nec
Syro-Macedoni mensi *Panemo* usus erat in *Senatu*, sed in *Sy-*
ria quæ *Macedonibus* paruerat, cujus pars illa fuerat *Ethnar-*
chia. Idque verum fuisse suadet spatium diutinum inter ve-
 teris anni *Romani* *Idus Decembres* & mensē *Syro-Macedonum*
Panemum. *Idus illæ Decembres anni Varroniani 707* eadem

L

erant



erant cum *Septembris Juliani* die xxvi^o, ut è *Regulis* colligitur à Nobis traditis in *Prælectionum Historicarum Appendice*. Cœpit autem proximus *Panemus* anno *Varroniano* ſequenti 708^o. *Junii Juliani* die xxv^o. Pro illa *Syro-Macedonum* forma, quam primus noſter docuit *Uſſerius*, *Excidium Urbis Hieroſolymitanæ* conſignavit ipſe *Joſephus*, cum *Gorpiiæ Syro-Macedonis* diem viii^m eundem cenſet cum *Septembris Juliani* die 1^o. Sic ergo numerarit oportet etiam *Hyrchanus*, ſi quidem eadem anni *Macedonici* forma uſi fuerint *Judei* temporibus *Hyrchani* & *Joſephi*. Nec ſane aliam fuiſſe veriſimile eſt.

ſect. XIV.

Annus ille Publicationis erat *Hyrchano Ethnarchie* 9^{us}. Origo *Ethnarchie* ab ann. *Varroniano* 699^o. affecto arceſſenda.

Cæterum illud fateor eſſe difficile, nec ſatis adhuc à *Viris Magnis* explicatum, à quo tandem *Hyrchani exordio* annus ille *nonus* fuerit. Nec enim certe à *Sacerdotii* initio, cujus jam olim, matre *Alexandra* etiamnum ſuperſtite, annum *nonum* attingerat. Sed nec ab alio quoque illo ortu quo, pulſo jam devictoquo fratre *Ariſtobulo*, iterum à *Pompeio* *Sacerdotio* ornatus eſt. Illud etiam initium antiquius erat quam ut inde annus, de quo agimus, *nonus* recte numerari potuerit. Necdum à *matris morte*, aut à *Paſſo* cum fratre *Ariſtobulo*. Multo adhuc minus *Ethnarchie* annus *nonus* intelligi potuit à *Cæſare* conſeſſæ, cujus antea quam annum *nonum* expleviſſet, à *Parthis* in *Captivitatem* abductus eſt *Hyrchanus*. Ego non temere *Ethnarchie* annum *nonum* designatum fuiſſe cenſeo; ſed eo plane conſilio ne *Sacerdotii* annus ille *nonus* haberetur, ſed alterius, & à *Sacerdotio* admodum diverſæ *Præſecturae*, qua ſcilicet præter *Sacerdotii* honorem *Civilis* etiam *Regiminis* jure donatus eſt *Hyrchanus*. Nec enim *Sacerdotum* aliorum annis conſignari ſolebant *Acta Publica* quam qui iidem fuiſſent *Civiles* etiam *Magiſtratus*. Id ſane neceſſarium erat, pro exemplo *Simonis Aſſamonæi*, unde primum exemplum conſignandi *Acta Publica* annis *Sacerdotii* deducit *Auctor Libri primi Maccabaici*, Et quidem propter *Jura Civilia* illo ipſo anno *Sacerdotio* annexa. Falluntur autem certe qui *Civilem* aliquam *Poteſtatem Hyrchano* à *Pompeio* conſeſſam arbitrantur. *Ἀρχιερωσύβωλον* quidem datam *Auctor* eſt ipſe *Joſephus*, *Urbe* tamen *Hieroſolymitana Romanis* facta ſtipendiaria. Nec plura, primo ejus in *Provinciam* adventu, *Gabinus*. Victo *Ariſtobuli* filio *Alexandro*, deduxit *Gabinus Hieroſolyma Hyrchanum* *ἐπιſυνταξὶ τῶν τῆς ἱερῆς Πρωτεύειαν*. Sic enim idem loquitur *Joſephus*. *Civilem* autem *Provinciae* adminiſtrationem *Conventibus* quinque *Juridicis* *Gabinus* aſſignavit, quorum unus erat *Hieroſolymitanus*.

a *1 Macc. XIII.* 37, 38, 39, 40, 41, 42.

b *Joſeph. Ant.* XIV. 8.

c *ibid. c. 10.*



lymitanus. Nullus ergo adhuc *Hyrcano*, vel in Urbe *Hierosolymitana*, Magistratus *Civilis*. Nedum aliqua vel *Provincia*, vel (quam vox ipsa sonat) *gentis*, *Ethnarchia*. Hæc *Gabinus* anno post *Consulatum* suum proximo, Urbis nimirum *Varroniano* 697°. Tum deinde *Ptolemæum* in *Ægyptum* deduxit, *Pompeii* jussu, *Gabinus*, *Antipatri* operam in *Judæis* *Ægyptiis* conciliandis (*Hyrcani*, ut videtur, nomine) expertus utilissimam. Propterea reversus ex *Ægypto* τὰ κατὰ τὴν Ἱεροσολυμιτῶν πόλιν, a *ibid.* c. ix. ὡς ἐπὶ Ἀντιπάτρου θελοντι, constituit. Hæc est, ni fallor, origo *Ethnarchiæ*. Sunt autem duæ temporis, quo instituta est, notæ à *Josepho* manifestæ: Alia, quod *Gabinii* hæc gratia fuerit; non autem *Crassi*, qui in *Gabinii* Provinciam successit. Inde colligitur originem *Ethnarchiæ* ante *Gabinii* reditum, & *Crassi* adeo adventum, esse constituendam. *Roma* autem *Crassus* in Provinciam profectus est ipso suo, cum *Pompeio* collega, iterato utriusque, *Consulatu*, Urbis nimirum anno *Varroniano* 699°. Sic tamen ille, ut anno exeunte Provinciam à *Gabinio* acceperit. Proinde ultra illius anni finem *Hyrcani* *Ethnarchia* differenda non est. Facit & alia nota ne ejusdem anni initium anteverterit. Ipso enim illo anno deduxit *Ptolemæum* *Gabinus*, ut à *Dione* manifestum est. Consentit utrobique *Cicero* temporum illorum testis accuratissimus, ut jam olim observavit *Cornelius Nepos* in vita *Pomponii Attici*. Itaque hoc ipso anno 699°. (post reditum ex *Ægypto* *Gabinii*) proinde affecto *Ethnarcha* factus est *Hyrcanus*. Sic annus *Ethnarchiæ* ix^{us} in anni Urbis 708ⁱ. mensem *Panemum*, qui à *Junii Juliani* die incipit xxv°, satis commode quadrabit. Idque vera esse, quæ de *Ethnarchiæ* initio diximus, vicissim comprobabit.

Jam si *Panemus* idem utrobique intelligendus sit, tam in *Senatusconsulto Romano* quam etiam in *Psephismate Atheniensi*; sequetur etiam annum utrobique eundem fuisse, saltem *Julianum*. Idque sane videtur innuere *Josephus*, cum pro cœvis habet. Et quidem illam utriusque Decreti partem, quæ mensis meminit *Panemi*, non ex *Archivis* hausisse videtur, seu *Romanis*, seu *Atheniensibus*; sed potius è cœvis *Hyrcano Judaicis*. Erat enim *Syro-Macedonum* mensis ille; non autem *Romanorum*, aut *Atheniensium*. Itaque *Judaicorum* *Archivorum* Acta illa fuisse consentaneum est, quæ mense consignata fuerint cujus usus publicus obtinuerit in more tantummodo *Judaico*. Cæterum *Archiva cœva* ea Acta publica eodem

Sect. XV.
Proinde *Mart.*
22. à quo cœpit
Atunychion. 11.
ann. *Varron.*
708. *Olymp.*
183^a. 11^a, *Ar-*
chon erat *Ag-*
abocles.



a Append. ad
Prælect. eandem.

menſe complectebantur quæ illo ipſo *menſe* eodem contingerant. Ita ſe habebant *Archiva* omnia unde hauſerunt Scriptores *Hiſtoriæ* vetuſtiſſimi ſuos *Annales*. Ita ſe habebant *Acta Urbis Romanæ* quorum partem non ita pridem publicaviſimus, quæ fontes erant *Hiſtoriæ Romanæ*. Nec ſane aliter fieri potuit ſi illo tempore quo geſta ſunt ea in publica monumenta retulerint Archivorum publici cuſtodes. Itaque ejuſdem anni *Panemum* fuiſſe veriſimillimum eſt cujus utrobique mentio eſt in Archivis *Hyrcano* coævis. Cautè autem invicem ſecernenda ſunt verba Archivorum *Romanorum*, *Athenienſium*, atque *Judeorum*; quæ tamen omnia eadem forma qua in *Archiva Judaica* relata ſunt, retulit *Joſephus*. Quæ enim *Panemo* geſta utrobique memorantur, non *Romanis* tribuenda ſunt, aut *Athenienſibus*, ſed legatis *Hyrçani* *Judeis*. *Romana* autem *Acta*, aut *Athenienſium*, ea ſunt habenda quæ *menſe Romano* geſta memorantur, vel *Attico*. Et ſerior utrobique *Panemus* eſt, quod antea *Romæ Athenisque* decreta fuiſſe neceſſe eſſet quam poſſent in *Judeorum Acta* referri. In *Romano* Senatuſconſulto *Romani* anni alterius *December* erat ab eo quo *Panemus* erat. In *Attico* *Pſephiſmate* *Romani* quidem anni ejuſdem erant *Munychion* & *Panemus*, anni tamen *Attici* diverſi. Dies *Munychionis* xi^{us} anni Urbis *Conditæ Varroniani* 708ⁱ ad annum iv^o *Periodi Calippicæ* lvi^m ſpectabat exeuntem. Proinde, priori ejus parte à *Solis occaſu* ad *noctem mediam*, *Martii* erat *Juliani* xxii^{us}, inde ad proximum occaſum *Martii* ejuſdem dies xxiii^{us}. *Panemi* autem πεμπλη μηνός, dies nimirum *menſis Syro-Macedonis* xxvi^{us}. idem erat *Julii* *Juliani* xx^{us}, à quo die coepit dies *Metageitnionis Atticæ* xiii^{us}. Sed anni jam *Calippici* lviiⁱ, *Archonte* alio. Ad annum autem *Calippicum* lvi^m, (qui idem erat *Olympiadis* 183^a 11^{us}) referendus erit *Archon Agathacles*, ut *Faſtos Atticos* obiter ſuppleamus. Concurrerant autem hoc in loco dies *menſis* atque *Prytaniæ*, quod jam, à temporibus *Antigoni* atque *Demetrii Poliorcetae*, xii eſſent in *Attica* *Tribus*, & proinde *menſtrua* hoc anno (qui *communis* erat, non *Embolimeus*) *Prytania*. Mos enim erat, in hujusmodi *Decretis* publicis, præter *menſes Prytaniarum* mentionem facere propter πευτανείας *Conciliorum* publicorum *Πρυτανείας*. Quod tamen non vidit *Scaliger* dum *Prytaniæ* mentionem eo retulit ut *Munychionem* *Prytaniæ* à ſuo illo alio, quem ipſe commentus eſt, *Munychione* fictitio diſtingueret.

Hucus-



Hucusque ergo *antiquis* mensium nominibus designari solebant Acta publica *Atheniensium*. Nec sane ante annum (qui *Confusionis* appellatur à Chronologis) *Varronianum* 708^m novari potuit mos ille mensium *veterum*, si quidem à *Romanis* novitas illa ad *Græcos* emanarit. Proximus enim illi annus *Varronianus* 709 primus annus *Julianus* numeratur à *Censorino*. Paulatim deinde receptus est in Provinciis annus *Romanorum Solaris*. Ita quidem tarde ut annum adhuc *Lunarem*, mensesque adeo *Lunares* nonnullæ Civitates *Græcæ* ad 14^m usque à *Christo* Seculum retinuerint. Vel inde colligimus nullo publico *Romanorum* Edicto coactas esse ad usum anni *Juliani* Civitates Provinciarum *liberas*. Utcunque tamen *Romanos* rerum dominos in anno *Solari* recipiendo cum primis imitati fuisse videntur *Athenienses*. Nescio an *adulandi* studio, an *novandi*, an communi potius utrobique *incommodo* moti, cum dies *exemptiles* atque *intercalares* Pontificum *arbitrio* permitterentur. Quamquam in causa *Atheniensium* minus procedebat ultima illa ratio quam in causa *Romanorum*. Diem enim exemptilem *arbitrarium*, & præter *Cycli* legem, alium nullum uspiam apud *Athenienses* legimus præter secundum *Boëdromionis*; qui tamen nec ipse prorsus *arbitrarius* habendus erat, cum *quotannis* & *perpetuo* esset *eximendus*. Et fieri potest ut rem illam ne quidem *Pontificibus* permiserint *Græci*. Mensem enim cum dimidio à *Verre* in *Sicilia* exemptum publico *Civitatis* decreto *intercalatum* memorat *Cicero*, cui tamen *Græcos* mores ipse tribuit Orator: nisi forte *Pontificum*, de quo nihil legimus, a *Cicer. in Verr.* decretum suo *ἡμερολογίου* fanciverit *Respublica*. Utcunque tamen, & quacunque demum de causa contigerit, *primi* certe *Græcorum*, vel *inter primos*, *Romanorum* annum *Solarem* imitati sunt, uti modo diximus, *Athenienses*. Et quidem ita ut non modo *mensium* forma *Lunaris*, sed *pristina* quoque mensium ipsa *nomina*, in *desuetudinem* abierint. Hoc inde colligimus, quod cum *juniores Græci* menses, qui jam in more erant *Solares Atticorum* mensium veterum nominibus appellarent; hoc tamen ita fecerint *absurde*, ut veterum mensium ne *sedes* quidem habuerint exploratas. Non ita certe longe aberraturi si à certis *recentisve* *memoriae* monumentis appellationum originem arcessivissent. Sic menses *Atticos* cum *Romanis* committit *Lexicon* vetus *Henrici Stephani* in *Appendice Thesauri*, ut primus mensis *Hecatombæon* *Septembri* respondeat, & sic deinceps; & 5^o loco numeretur non *Pyaneption* sed *Memacteron*, quem



quem tamen ordinem falsum esse probavit è vetustioribus contra *Scaligerum Petavium & Salmasium*; nosque modo obiter etiam aduersus *Petitum*. Anni forma, ad quam illud spectavit Kalendarium non dubito quin fuerit *Alexandrina*. Cum enim illi, minutis neglectis, *menses integros* suos cum mensibus *Julianis* itidem *integrè* conferrent; *Thoth* suum proinde *fixum*, qui *tres* duntaxat exeuntis *Augusti* dies complectebatur, cum *Septembri Juliano* componebant, proinde *mensè* anni etiam *Attici* primum quem illi falso cum *Thoth* suo anni *Aegyptii* itidem primo eundem existimabant. Similis exempli alium habemus in Archivis ^b *Baroccianis*, cui titulus ille præfigitur: Μῆνες Ἀθλωνίων δεχόμενοι δὸν ἰανουαρίου. Hujus principio legitur *Memacterion* quasi *Januario* sine *Pyanepsion* quasi *Decembri* conferendus. Reliqui ordine vere suo, quo fit ut *Hecatombæon Septembri* respondeat. Eundem *Hecatombæonem* cum *mensè Juliano Aprili*, & signo coelesti *Arietis* confert *Catalogus mensium Atticorum* alius quem è Regis *Gallici* Bibliotheca misit ad *Usserium* nostrum ^c *Arnoldus Bootius*. Et mensis etiam *Memacterionis* ordinem ille simili errore perturbavit. Hujus *Catalogi* Auctor annum *Ecclesiasticum Paschalem* ob oculos habuit qui à *Verno* incipere solebat *Equinoctio*. Alios nos habemus in Archivis ^d *Baroccianis* *Catalogos*, in quibus *Audynæo Macedonum* idem habetur *Hecatombæon*; & *Memacterion*, errore superioribus consimili, *Pyanepsion* antepositur. Hic anni initium *Romanis* receptissimum legitur *Januarius*. Et alium quoque *Catalogum* veterem habemus in Archivis *Savilianis* in quo conferuntur invicem *Audynæus & Hecatombæon & Tybi & Nisan & Capricornus*. Hic etiam *Memacterionem* præcedit *Pyanepsion*, & omissis *Metageitnionem & Scirrhophorionem*, sufficiuntur in eorum loca *Lenæon & Cronius*, & locis etiam disponuntur alienissimis. Alium denique *Catalogum* veterem habet *Possinus*, quem secutus fuisse videtur in *Historia Pachymeres*, in quo etiam, pro modo anni *Alexandrini fixi*, cum *Septembri Juliano* integro integer committitur *Hecatombæon*. Sic illi cum initiis annorum invicem & ab anni *Attici* initio diversissimis *Hecatombæonem* non alia de causa jungunt quam quod fuerit anni *Attici primus*.

Sect. XVII.
Etiam *diu* ante
Epiphanium in
desuetudinem
abierant formæ

Ita anni *Attici* veteris imperiti prorsus erant qui hosce mensium *Atticorum* *Catalogos*, quos sæpe legimus in *Codicibus MSS*, confecere juniores. Ita etiam juniores *Historici* qui *menses Julianos* nominibus designant mensium *Atticorum*, quo diximus



ximus in numero *Georgium* fuisse *Pachymerem*. *Causa* autem, quam dixi, manifesta est, quod jam olim usus mensium *Atticorum* civilis penitus intercidisset, cum illi conficerentur *Catalogi*, cumque *Libros* illos ederent *Historici*. Alioqui fieri vix potuit ut *Græcis* ignotus esset annus *Atticus*, præsertim *Patriarchatus Constantinopolitani*. Imo *Manuscriptis* hodiernis omnibus antiquior est mensium *Atticorum* veterum in civili usu neglectus & omissio. Et proinde quibuscunque *Catalogis* antiquior, qui aliam *ætatis* suæ notam nullam præferunt à *Codicum* in quo leguntur *ætate*. Sic menses *Atticos* cum *Julianis* committit Auctor *ætatis exploratæ*, & *Manuscriptis* hodiernis antiquior^a *Epiphanius*, ut *Mæmacterionis* dies vi^{us} cum *Januarii* die vi^o, *Metageitnionis* autem vii^{us} cum *Novembris* viii^o concurrerit. Annum illum à *Romani* anni initio *Januario* deduxit *Epiphanius*, mensium tamen *dies* non *Romanos* numeravit, sed *Macedonicos* mensibus *Atticis* assignavit, quales nimirum mensibus *Macedonicis* in columna sua mensium *Macedonum*, *Europæorum*, *Antiochenorum*, *Pergamenorum* & *Ephesiorum* tribuit^b *Ufferius*. Sic itaque *Romani*, *Attici* *Macedonesque* menses invicem conferendi pro mente *Epiphani*:

annorum mensumque veterum, apud Athenienses.

^a *Epiph. Hæref. l. 1. n. 24.*

^b *Uffer. de ann. Maced. c. 4. fin.*

Mens. <i>Romani.</i>	<i>Attici:</i>	<i>Macedones.</i>	<i>Collecti.</i>
1. <i>Januarius</i> 31.	<i>Mæmacterion</i>	<i>Audynæus.</i>	31.
2. <i>Februarius</i> 28. 59.	<i>Pyanepsion</i>	<i>Peritius</i>	30. 61.
3. <i>Martius</i> 31. 90.	<i>Posideon</i>	<i>Dystrus</i>	30. 91.
4. <i>Aprilis</i> 30. 120.	<i>Gamelion</i>	<i>Xanthicus</i>	31. 122.
5. <i>Maius</i> 31. 151.	<i>Anthesterion</i>	<i>Artemisius</i>	31. 153.
6. <i>Junius</i> 30. 181.	<i>Elaphebolion</i>	<i>Dæsius</i>	30. 183.
7. <i>Julius</i> 31. 212.	<i>Munychion</i>	<i>Panemus</i>	31. 214.
8. <i>Augustus</i> 31. 243.	<i>Thargelion</i>	<i>Lous</i>	30. 244.
9. <i>September</i> 30. 273.	<i>Scirophorion</i>	<i>Gorpiæus</i>	31. 275.
10. <i>October</i> 31. 304.	<i>Hecatombæon</i>	<i>Hyperberetæus</i>	30. 305.
		<i>Apellæus Epiph.</i>	
11. <i>November</i> 30. 334.	<i>Metageitnion</i>	<i>Dius</i>	30. 335.
12. <i>December</i> 31. 365.	<i>Boëdromion</i>	<i>Apellæus</i>	30. 365.

Initium.



Initium hoc commune supponit *Epiphanius*, cum, qui *Januarii* dies vi^{us} erat, eundem *Mæmacterionis* etiam atque *Audynæi* vi^m numerat. Apparet etiam in fine *Hyperberetæi*, & proinde *Hecatombæonis*, dies numerari ab initio uno plures quam in fine *Octobris*. Inde sequi necesse erat ut qui dies erat *Novembris* viii^{us}, idem esset *Metageitnionis*, pro modo mensis *Macedonici*, duntaxat vii^{us}. Id unum non convenit quod (cum sit falsissimum) proinde ne quidem convenire debuit quod *Novembris* illum diem viii^m & *Metageitnionis* vii^m. cum *Apellæi* die xvi^o contendat *Epiphanius*. Si enim *Apelleus* locum hic haberet, alius mensis *medius* inferatur oportet inter *Apellæum* & *Audynæum* ut inter *Novembrem* atque *Januarium*, & *Metageitnionem* atque *Mæmacterionem*, qualem tamen nullum agnoscunt *Kalendaria Macedonica*. Inde manifestum errorem esse constat in nomine mensis *Apellæi*. Sed nec *numerus diei* sanus esse potuit, cum menses essent ubique *Solares*, & cum *anni initio pares* fuissent cum *Januario* mensis *Atticus* atque *Macedonicus*, ut jam mense *Novembri* tam longe invicem discreparint. Vix itaque dubitare possum quin hoc ipsum *Kalendarium* ob oculos habuerit *Epiphanius*, quo mensibus *Atticis Solaribus* non tamen *Julianorum mensium numeri* assignati fuerint sed *Macedonicorum*. Ita ergo corrigendus *Epiphanius* ut pro die *Apellæi* xvi^o, reponendus sit *Dii* idem dies qui *Metageitnionis*, proinde vii^{us}. Sic equidem, ut hic leguntur, menses *Macedonicos* cum *Julianis* componit *Suidas* & alii. Et *Græcos* potius quam *Barbaros* in *Solarium mensium rationibus Athenienses* secutos fuisse verisimile est. Accedit præterea quod menses *Cælestes*, nempe *Zodiaci*, imitati fuerint in sua *dierum per menses distributione Macedones*. Inde *Signa ipsa pro mensibus Macedonum* multi repræsentent mensium *Catalogi*. Sed vero mensibus *Cælestibus* jam olim usi fuerant *Athenienses* in suis *Parapegmatibus* in re *Rustica* & *Nautica*, dum adhuc in *Civili* usu menses fuissent nihilominus *Lunares*, à temporibus usque *Metonis*. Illius enim atque *Euctemonis* *Observationes* in illis hodieque legimus veterum *Parapegmatum reliquiis*. Facile ergo menses *Civiles Lunares* in *Solares* illos mutare poterant quorum in nonnullis causis usui jam olim assueverant. Nec sane erat mensis *Solaris* modus alius *naturæ* magis congruus, aut qui *prior* erat observantibus occursurus, modo illo *Cælestium Signorum*. Hanc ergo mensium *Solarium* formam *antiquissimam* fuisse verisimilimum



limum est. Sed defunt experimenta quibus evinci possit fueritne unquam in *Civili* usu forma illa *Epiphaniana*, tota nimirum *ratiociniis* nitens; nec unis illis, sed variorum *juniorumque Civili* mensium *Lunarium* usu, *Seculorum*. Pertinebat, ni fallor, illa ad *Cyclum Paschalem* cujus Auctor ipse credebatur inter alios *Epiphanius*. Epocham enim *Mundi*, qualem designare solebant *Chronica illa Paschalia*, Auctoribus *Hippolyto, Epiphanio & Herone* memorat ^a *Cyrillus Scythopolitanus*. In usum Patriarchatus, ut videtur, *Hierosolymitani*, cujus res gestas præcipue scripsit ille *Cyrillus*. Estque sane alia ab *Alexandrina*, Auctoribus *Hippolyto & Aniano*, & (qui illam in usum Patriarchatus *Constantinopolitani* primus traduxit) *Maximo* Confessore, cujus rationes sequitur *Georgius Syncellus*. Alia item ab *Antiochena, Clemente, Theophilo & Timotheo* Auctoribus, quam sequitur *Malela* civis *Antiochenus*. Huc itaque refero tot illa quæ habemus in *Panario Chronologica*, *ratiociniis juniorum* oriunda, & quidem plerunque *vitiosissimis*. *Octobri* autem ineunte hic incipere videmus *Hecatombæonem*. Anni forma erat, ni fallor, *Syro-Macedonum* quæ ab Autumnali *Æquinoctio* inibat *Septembris Juliani* die xxiv^o, ut è *Galeno* docuit præstantissimus *Uferius*. Sic maxima primi mensis *Dii* pars in *Octobrem* inciderit. Ut proinde is, qui mensium *Syro-Macedonum* primus erat, cum *Octobri* conferretur, cum mensibus *Syro-Macedonum integri* cum mensibus *Julianis* itidem *integræ* componerentur. Ita autem hic commisit *Epiphanius*, ut mense duntaxat *Januario* pares utrobique dies respondeant, tam in mense *Attico* quam etiam in *Juliano*. Triplicem ergo mutationem jam subiverat annus ille *Syro-Macedonum* cum menses *Atticos* ita cum mensibus *Julianis* compararet *Epiphanius*. Alia erat *antiquior*, qua non *Septembris* (ut olim) die xxiv^o, sed *Octobri* potius *ineunte* inibat *Hecatombæonem*, pro exemplo scilicet *Dii* mensis *Syro-Macedonum Hecatombæoni* respondentis. Alia rursus *recentior*, qua nec ab *Æquinoctio Autumnali*, nec à mense etiam *Octobri*, sed à *Januario* *Civilis* annus incipiebat, ut primus *Januarii* primo mensis *Syro-Macedonici*, cui respondebat *Januarius*, diei, & primo adeo mensis *Attici* responderet. Alia denique in anno etiam *Macedonico*, qua non *Dius*, sed *Hyperberetæus* primus factus est mensium *Macedonicorum*. Hoc enim illis saltem *Macedonibus* novum erat qui *Anni initium* ab *Æquinoctio Autumnali* repetebant. Cæterum cum *Januario Hecatombæonem*, mensem scilicet *Atticum* primum

^a *Cyrill. Scythopolit. vit. Sab. apud. Coteler. Græc. Eccl. Monument. Tom. III. s. 87. p. 354.*

M

cum



a *Ufer. de Ann. Macedon. c. 4.*

cum primo mense *Juliano*, confert *Catalogus*, cujus modo meminimus, *Baroccianus*; *Posideonem* autem fragmenta apud *Ufferium Saviliana*. Pro arbitrato suo quisque atque *conjecturis*, non autem solidis certisve ratiociniis. Sic tamen, uti *de*, *Epiphanius*. Constat itaque jam Seculo illo *Epiphanii veterem* fuisse remotumque mensium *Atticorum* usum, cum tot hallucinantium *ratiocinia* cum vera mensium traditione miscerentur. Sed & illud etiam in *Epiphanio* Observandum, quod cum *Metageitnionem* & *Novembri* mensem *Macedonum* commiserit *Apellæum*, cum *Mæmaeterione* autem atque *Januario Macedonum Audynæum*. Hic error inde contigit, ni fallor, quod secundo intercalato, jussu *Alexandri Magni*, *Artemiso*; ita evenerit ut, cum *Apellæum* suum proxime sequeretur *Audynæus*, à veteri tamen *Macedonum Apelleo* tertius deinde numeraretur. Certum ergo est fide cœvorum *Historica* prorsus nulla niti illas *Epiphanii* supputationes, sed ariolantium *recentiorum* calculis *retrorsum* actis, & quidem ipsis falsissimis. Quod sane fieri non potuit si nupera tum fuisset illorum annorum memoria.

Seçt. XVIII.
Etiam ante *Plutarchum*.

Hinc ergo facile colligitur jam olim, ante *Epiphanium*, obsolevisse mensium *Atticorum*, cum *usu*, ipsa quoque *nomina*. Et quidem per *diutinum* aliquod intervallum, cum tot essent ante illum alia aliis superstructæ, de eorum *sede*, juniorum *conjecturæ*, & mensium illorum usu (ut ex illarum *falsitate* liquet) *recentiores*, & tamen *antiquiores Epiphanio*. Nec sane quenquam habemus illorum temporum aut proximorum cœvum *testem* qui rem gestam quampiam die aliquo mensis *Attici* designarit, ne quidem *Philosophorum Sophistarumve* ipsis *Athenis* versantium, & quibus adeo forma anni *Athenis* usurpati ignotus esse non potuit. *Athenis* certe vixit *Damascius* aliique *Sophistæ* ab *Isidoro* in illius vita memorati. *Athenis Proclus*, cujus vitam descripsit *Marinus*. *Athenis Sophistæ* alii *Eunapii* atque *Philostrati*. *Athenis* aliquantisper *Lucianus*, aliique quos ille vel laudavit, vel irrisit. *Athenis Gellius*, & quos ille *Athenis* vidit audivitque. *Athenis Plutarchus* partem longe maximam *Dialogorum* audivit, quorum memoriam conservavit in *Symposiacis*. Ita satis benignæ erant dies *Atticos* commemorandi (siqui fuissent in usu) occasiones, quos tamen nullos in tot *Scriptoribus* reperimus. Recte ergo *Gaza*, non è *Græcorum* suorum *Catalogis*, sed nec è *Scriptoribus Æra Christiana* recentioribus; sed è *Demosthene*, *Aristotele*, *Theophrasto*,



sto, mensium *Atticorum* verum ordinem, & in anno *Solari* situm, repetendum esse censuit. Produnt certe suam in anno *Attico* imperitiam, ipsi quoque illi, quos habemus, horum temporum Scriptores. ^a *Macrobi* errorem crassissimum a *Macro*. *Sa-*
 jam supra observavimus *Antheſterionem Atticum* cum *Aprili* turn. L. I. C. 12.
Juliano committentis. Quid dico *Macrobi*um? Nihilominus peritior *Harpocratio* anni veteris *Attici*, qui tamen, cum *Marci* institutor fuerit atque *Lucii*, proinde sub *Antonino Pio* floruerit necesse est. Is tamen *Mæmaſterionem* v^m ordine numerat, quem Nos locum è certissimis veterum Astronomorum Observationibus *Pyanepſioni* asseruimus. Paulo adhuc *Harpocratio* antiquior erat *Plutarchus*, cujus errores è vitiosis ratiociniis natos, in committendis invicem mensibus *Romanorum* atque *Atheniensium*, jam supra redarguimus. Is tamen *Rome* pariter atque *Athenis* versatus est, ut proinde quæ fuerit utrobique sua ætate anni forma ignorare vix potuerit. Idem erat in *Scriptis* utriusque gentis, sed *vergente* jam ætate, versatissimus. Et tamen seriem illam mensium *Atticorum* è loco *Sullæ* collectam secutus est quæ menses *Atticos Lunares* in *Solari* forma *Juliana* in anteriora protruderet, & cum illis mensibus *Romanis integros* committeret in quos ægre fieri potuit ut eorum vel *ſines* inciderint. Nec tamen *semper* illum quem dedimus ibi Catalogum sequitur idem ille *Plutarchus*. In Libro de *Iside & Osiride* *Pyanepſionem Atticum* cum mense confert *Ægyptiorum Athyr*. Non *mobili* tamen illo sed *fixo*. Facile hoc è toto illo Libro colligitur, in quo supponit *ferias Ægyptiorum* certis *Ægyptiorum mensium diebus* affixas, certum habere locum fixumque, etiam in *Zodiaco*, quas tamen in mensibus *mobilibus* per totum *Zodiacum* docet errasse *Geminus*. Atqui in annis *Julianis* communibus *Octobris* die xxviii^o coepit *Athyr* fixus. Sic *parte* sua longe maxima in *Novembrem* inciderit *Pyanepſion*. Imo *integer*, pro illis *Plutarchi* rationibus quibus menses *Atticos integros* cum mensibus *Romanis* itidem *integris* commisit. Hic scilicet illos est secutus qui etiam ipsi propius ad veritatem accedere, qui *Hecatombæonem* non cum *Augusto*, sed cum *Julio* conferendum esse censuerunt. Nisi forte *Pyanepſionem* ille etiam *Mæmaſterioni* anteposuerit. Quod si fecerit, jam alio nomine illum redarguendum esse probavimus, nec è vera *Factorum* cognitione haurire illa potuisse. Et fieri alioqui vix potest ut tam dissonæ invicem illius de eorundem mensium sede opiniones è certa aliqua



atque explorata mensium cognitione emanarint, qui tamen *Plutarchum* fugere vix poterant si è *coævis suorum temporum* moribus potius, quam è *Libris* atque *ratiociniis*, fuissent hauriendi.

Sect. XIX.
Et ante *Josephum*.

Adhuc *Plutarcho* paulo erat antiquior *Josephus*, *coævus* tamen, cui nec ipsi compertæ fuisse videntur *Atticorum* mensium sedes. Mensem enim *Hecatombæonem* cum mense *Macedonum* committit *Loo*, quem rursus cum *Augusto Romanorum* eundem facit vetus illius *Interpres*. Seu hoc in *coævo* legerit textu. *Josephi Græco* (quod fieri sane potuit) seu explicandi *Josephi* causa addiderit ipse; non tamen à *Josephi* mente, ut opinor, aberravit. Quintus enim mensis quo mortuus traditur *Aaron*, Num. xxxiii. 38, idem habetur cum *Ebræorum Abba* eidem ibidem *Josepho*. Perperam enim ibi *Sedebath*, seu *Sebath*, ibidem habet *Interpres*. Imo *Ab Aarone* fatalem fuisse, non *Sebet*, tradunt *Doctores Ebræi*, ut multis illorum testimoniis ostendit *Amicus noster Cl. Bernardus*. Nec vero mensem *Ebræorum Ab* cum alio *Macedonum* mense quam *Loo* potuit committere *Josephus*, qui pro eodem exemplo & reliquos *Ebræorum* menses cum similibus confert mensibus *Macedonum*. *Adar* illi *Dystrus* est, *Nisan Xanthicus*, *Fiar Artemisius*, *Tisri Hyperbereteus*, *Marchesuan Dius*, *Kisleu Apellæus*, sic enim bis *Josephus*, unde alibi corrigendus est cum *Tebeth* vult eundem cum *Apellæo*. Sic erit *Ab* omnino, pro *Josephi* mente, cum *Loo* committendus. *Lous* autem ille *Macedonum*, quo usus est *Josephus*, ita intelligendus est in anno *Romano Juliano*, ut alibi *Gorpiiæ* viii^m, (quo *Urbs Hierosolymitana* excisa est) cum *Septembris Juliani* 1^o contulit ipse *Josephus*, in anno scilicet *communi*, non *Bissextili*. Sic autem *Kalendario Syro-Macedonum* ab ^a *Ufferio* nostro descripto examussim respondet. Is ergo *Lous* à *Julii Juliani* die xxv^o coeperit oportet, ut proinde pars ejus longe maxima in *Romanum* incidere *Augustum*. Idem ergo de *Attico Hecatombæone* sentiendum, si *Loo* responderit. Pars tamen *Hecatombæonis* sæpe *nulla*, certe *minima*, in mensem convenit *Augustum*. Hoc tamen iidem *ratiociniis* videtur debuisse *Josephus*, quibus tot in locis vidimus usum fuisse *Plutarchum*, loco nimirum è *Sullæ* *Commentariis* perperam intellecto. Itaque jam ante *Josephi* memoriam exciderit oportet *Hecatombæon*, cujus adeo verum locum nescivit *Josephus*, & proinde *ratiociniis* explorandum censuit. Id quoque rursus in *Josepho* fortassis Observandum, quod mensem

a Uffer. de Macedon. & Asian. ann. Solar. c. 4.



mensẽ illum *Atticum* cum *Solari*, qui jam in usu erat, *Macedonum* saltem, si minus *Juliano*, mensẽ contulerit. Prorius absurde, si *Lunarem* fuisse *Atticum* mensẽ cognovisset. *Sedem* enim in mensibus *Solaribus*, propter menses *Embolos* mutare necesse est menses *Lunares*. Ut scilicet nunc *uni* mensi *Solari* conveniat, nunc *alteri*, mensis *unus* idemque *Lunaris*. Indẽ illa suspicio est, ne id quidem *Josepho* fuisse compertum de mensibus *Atticis*, an *Solares* essent, an *Lunares*. Non me fugit eundem illi fuisse morem in suæ quoque gentis mensibus *Judaicis*, qui vulgo pro *Lunaribus* habentur. Sed nulum est illorum temporum testimonium quo evinci possit, tunc fuisse *Lunares*. Juniores autem sunt vel primi *Rabbini* quam ut ex ipsorum testimoniis certi quippiam possit de *Seculo Apostolico* probari. Idque nuper docuit doctissimus *Pezaronius*.

Josepho coævus erat major *Plinius*. Sic tamen ille, ut multis ante *Josephum* annis scripserit. Is autem etiam à seipso varius est qua nonnulla ex *antiquioribus* hausit testimoniis, nonnulla è *suis* propriique temporis *Observationibus*. *Theophrasti* verba illa sunt: ^a *ὡεὶ γὰρ τῶν βλάστησιν ἐλάτης ἢ πεύκης, ὅτε καὶ λοπῶσι, τῆ θαρμηλιῶν ἢ σκιροφοειῶν ἂν πῆ εὐέλῃ, ὡς ἀχρῆμα ἀπὸ λυγῆ.* Quæ ita translata legimus apud *Plinium*: ^b *Abieti enim & pino si quis detraxerit, Sole Taurum vel Geminos transeunte, cum germinant, statim moriuntur.* Hæc ille, ut videtur, de suo. Non equidem multum aberrarent calculi si ad *veterum* *Astronomicorum* *Parapegmatum* rationes essent exigendi. Menses enim *Coelestes* *Taurona* & *Didymona* ita committit, pro illorum placitis noster ^c *Usserius*, ut in *Junii Juliani* diem desinerent vel *xxvii^m* vel *xxviii^m*, quorum priori *Solstitium* vidimus tribuisse *Metonem*. Proximus enim à *Solstitio* mensis revera erat *Hecatombaon*. Et primo *Carcinonis* gradui *Solstitium* assignavit *Meton* & *Euctemon*. Illum enim locum *Solis* fuisse die *Junii* *xxvii^o*, quo *Solstitium* observarunt illi, docet calculus *Astronomicus*. Nec aliam fuisse sententiam *Calippi*, qui *Metonem* secutus est, in suo *Parapegmate* testatur *Geminus*. Fallitur ergo *Columella* qui diversam, & junio-rem *Metone*, sententiam *Metoni* tribuit, de *Solstitio* in *octavum* potius *Cancris* gradum conferendo. Sed *Junii* potius *medio*, quam *fini*, initium *Cancris* tribuunt plerunque *Scriptores Romani*. Ita proculdubio ^d *Varro*, cui *Aquarii*, *Tauri*, *Leonis* atque *Scorpionis* dies *xxiii* in dies *Julianos* conferuntur, *vii^m*

Sect. XX.
Plinii *Kalendarium* *Caeleste* re-
stituitur, pro
mente *Sofigenis*
(ut videtur) at-
que *Cæsaris*.
^a *Theophrast. de*
Plant. L. IV. c.
18.
^b *Plin. Nat. Hist.*
L. XVII. c. 24.

^c *Usser. de ann.*
Mac. c. 7.

^d *Var. Rei*
Rust. L. I. c. 28.



Eid. Februar. vii^m Eid. Mai. vii^m Eidus Sextil. & iv Eid. Novembres. Nec aliter ſentire poterant qui puncta Zodiaci Cardinalia *octavis Kalendarum* tribuunt *Julii, Octobris, Januarii & Aprilis*, & tamen *gradibus* Signorum quibus committuntur *octavis*. Hæc autem erat apud Scriptores Romanos receptiſſima ſententia. Imo ipſius etiam *Plinii*. *Solſtitium* etiam ipſe in partibus *Cancris* ^a ponit *octavis*. Idemque diem Solſtitii viii^m *Kalendas Julias* ^b ſtatuit. Ita *Cancrum* Sol ingreſſus fuerit die *Junii xvii^o*. Sic enim ſe videtur habuiſſe *Kalendarium Plinii* *Coeleſte* per quatuor anni quadrantes diſtributum:

a *Plin. Nat. Hiſt.*
L. II. c. 19. &
xviii. 25. 28.
b *Plin. Nat. L.*
xviii. c. 27;
28, 29.

A *bruma* ad *Æquinoct. Vern.* d. 90. hor. 3.

<i>Capricorn.</i>	30. <i>Decemb.</i>	18.
<i>Aquar.</i>	30. <i>Januar.</i>	17.
<i>Piſces.</i>	30. <i>Februar.</i>	16.

Ab *Æquinoct. Vern.* ad *Solſtit.* d. 93. hor. 12. [91.]

<i>Aries.</i>	31. <i>Mart.</i>	18.
<i>Taurus.</i>	30. <i>April.</i>	18.
<i>Gemini</i>	30. <i>Maii</i>	18.

A *Solſtit.* ad *Æquin. Autumn.* [d. 92. hor. 6.]

<i>Cancer</i>	31. <i>Jun.</i>	17.
<i>Leo</i>	31. <i>Jul.</i>	18.
<i>Virgo</i>	30. <i>Auguſt.</i>	18.

Ad *Æq. Autumn.* ad *brumam* d. 89. h. 3. [Sed 92.]

<i>Libra</i>	31. <i>Septemb.</i>	17.
<i>Scorpius</i>	31. <i>Octob.</i>	18.
<i>Sagittarius</i>	30. <i>Novemb.</i>	18.

Loci punctorum Cardinalium in anno *Juliano*, pro mente *Plinii*, exinde manifeſti ſunt, quod omnes, uti jam dixi, & *Kalendis* quatuor menſium *octavis* aſſignentur, & cum *partibus* Signorum committantur *octavis*. Hinc ergo *Plinii* numeros vitiatos partim correximus (ut in intervallo ſecundo & quarto) partim ſupplevimus (ut in intervallo tertio) quo loco de illis agit ex profeſſo, L. xviii. c. 25. In primæ ergo quadrantis ſumma convenit cum *Gemino* accuratiſſime. *Plinius* illi *dies* tribuit 90. & *horas* præterea tres. ^c *Geminus dies* totidem,

c p. 3.



dem, & diei *partem octavam*, quæ tribus respondet horis. Inde constat in *Gemini* Parapegmate pro *Capricorni* diebus $\times 9'$ legendum esse λ' . Alioqui non constabit summa. Convenitque examuffim quod scribit ^a *Plinius* alibi de *Solis* in *Aquarium* transitu, quod fere (inquit) *xvi* *Calend. Feb. evenit*. Hinc ^b alibi corrigendus, cum partem *Aquarii* $\times \times v^m$ cum *vi. Id. Februarias* committit. Pro *vi* enim rescribendum *iii*, errore non admodum difficili. Sæpe enim in *v* coalescunt *ii*. Pridie transitum in *Aquarium* ponit *Columella*. Sed cum *Plinio* sentit *Ovidius*, qui idem transitum in *Pisces* diei *Februarii* tribuit *xvi*. Secundo intervallo dies *94*. $\frac{1}{2}$ assignat *Geminus*, cui tamen Signorum dies figillatim *95* conficiunt, propter diem, ut videtur dimidium. *Plinius* hodiernus dies *93*, horas *12*. Sed è spatio inter *viii^m*. *Kalendas Apriles* & *viii^m*. *Kalendas Julias*, dies duntaxat *91* numerandas esse certissimo colligitur. Sunt enim in hac *Solis Eccentricitate* statuenda Veterum Parapegmata invicem varia. Introitus *Arietis* certus est ex commissis invicem gradu ejus *viii*. & *Kalendis Aprilis* octavis. Et suffragatur etiam *Ovidius*. *Tauro* eundem, quem nos, diem assignat *Kalendarium Constantii*. Eo profecto *Romanis* hypothesebus congruentius, quod sit inter *Ovidii* atque *Columelle* dies medius. Quod autem partem ^c *Tauri* \times^{2m} cum *vii* *Kal. Maii*, & rursus *xiv^m* cum *iv* *Kal. Maias* conjungit, ea se, pro sententia *Varronis*, ita committere ipse monet. Satis mirum ita significans, non esse illa ad suos calculos exigenda. *Geminorum* initium in *Maii* diem $\times \times \times^m$ conferunt *Ovidius* & *Columella*. Sic *Tauro* dies $\times \times \times \times$, *Geminis* tantummodo $\times \times \times \times$ fuissent assignandi. Commodius tamen, ni fallor, à nobis dispositi sunt, quod præsertim duorum dierum discrimen alibi nusquam in signis proxime sequentibus observaverim. Tertii quidem intervalli dies in *Plinio* ipso deficiunt. Facile tamen è reliquis antea deductis colliguntur, & è spatio inter *viii* *Kal. Julias* & *viii* *Kal. Octobres*. *Cancris* autem diem primum *Junii* $\times \times \times \times$ esse oportet, si quidem gradui ejus *viii* respondeat ejusdem *Junii* dies $\times \times \times \times$. Itaque non moramur discrepantes *Ovidium* & *Columellam*. *Leoni* idem, quod Nos, initium asserit ipse *Plinius* *xv* *Kal. Augustas*, *L. II. c. 47*. Idem tamen à se diversus cum *Solis* in *Leonem* introitum alibi *Postridie* *xvii* *Kal. Aug.* & diei post *Solstitium* [*Jun. xxiv.*] $\times \times \times \times$, tribuit, *L. xviii. 28*. Diem enim *Julii* $\times \times \times \times$ potius designant illæ notæ, cui etiam suffragatur *Kalendarium Constantii*. Nos tamen

^a *Plin. N. Hist.*
xviii. c. 26.

^b *Plin. ib. L. II.*
c. 47.

^c *Plin. N. H.*
xviii. c. 29.



tamen in diebus *Canceri* xxxi, *Geminum* Auctorem ſequimur. Hac enim quadrante penitus cum *Gemino* ſentit *Plinius*. Inde etiam intelligitur cur *Virginis* initium Nos ad *Aug.* xviii^m retulerimus. Quarto denique intervallo dies 89. horas 3. tribuit hodiernus *Plinius*. Sed dies omnino 92 pro ejus mente tribuendos eſſe ex intervallo inter viii Kal. *Octobres* & viii Kal. *Januarias* intelligitur. Primus autem *Libræ* gradus in *Septemb.* xvii exinde certus eſt, quod *octavus* ejus gradus à *Plinio* Sept. xxiv, *Æquinoctio Romano* aſſignatur. *Scorpii* quidem exordium in die *Oct.* xix^o ponunt *Columella* atque *Kalendarium Conſtantii*. Sic erunt huic Signo dies concedendi xxxii, ſequenti duntaxat xxix. Id ergo incommodum ut vitaremus, rectius, ut arbitramur, illud diei potius *Octobris* xviii^o aſſignavimus. In *Sagittarii* initio nobiſcum ſentit etiam *Columella*. Itaque hoc pro *Romano* Parapegmate habemus. Qui enim aliter ſentiunt, non minus *invicem*, quam à nobis, diſcrepant. Idemque erat, ni fallor, *Sofigenis* atque *Cæſaris*, qua quidem ſibi conſentaneus erat *Sofigenes*, quem à ſe varium teſtatur fuiſſe ^a *Plinius*. Parapegma certe à *Cæſare* conditum ex eodem *Plinio* manifeſtum eſt, qui *Cæſarem* aliquoties teſtem advocat de ſtellarum ortu & occaſu atque ſignificationibus. Idem etiam è *Ciceronis* joco colligitur quo *Lyram* ex *Edicto* orituram cavillatus eſt. Imo quartam propriamque *ſectam Cæſaris* illam de hoc Argumento numerat prædicto loco *Plinius*. Nec tamen *ſectam* fuiſſe tantummodo, ſed *Legem* Auctoritate publica ſancitam oſtendit *Edictum* à *Cicerone* memoratum. Imo hoc præcipuum fuiſſe puto quod in *Civilis* anni emendatione præſtiterit *Cæſar*. Formam enim anni *Solaris* eandem retinuit quæ fuerat olim in *Cyclo veteri Romano*.

^a *Plin. N. Hiſt.*
xviii. 25.

ſect. XXI.
Romani *Aſtro-*
nomiæ admo-
dum imperiti.
Primus illorum
de anno *Attico*
congrua loqui-
tur major *Pli-*
nio. Sub *Æræ*
ergo *Chriſtiana*
initium mutatio
ſacta menſium
Atticorum *Lu-*
navium in *Solares*
^b ap. *Ptolem. L.*
x. c. 9.

Mirum hoc videri poſſit, cum *Canceri* initium in die *Junii Juliani* xxvii^o deprehenderit *Meton*, idem ad *Junii* xviii^m retulerint coævi *Plinio Romano*. Majus enim erat diſpendium illud quam per *Leges περὸ λήψεως*, ſi ad calculos revocaretur *Aſtronicos*, pro ſpatio quingentorum circiter annorum. Sed *cræſtæ Romanorum* in rebus *Aſtronicis* imperitiæ illud impu- tandum cenſeo. *Decembris* xxv^o. *Ægonis* ſive *Capricorni* initium arceſſit *Dionyſius* *Aſtronomus* apud ^b *Ptolemæum*. Ita *bruma* ſive *Solſtitium hibernum* eodem die contigerit pro veterum hypotheſibus, quæ *primis* Signorum gradibus puncta aſſignabant *Cardinalia*. Poſtea recepta eſt, apud *Latinos* potifſimum,



finum, sententia de Cardinibus ad *octavos* potius Signorum *gradus* referendis. Ita factum ut dierum septem integrorum error in eorum calculos irrepperit. Dum scilicet *primos* veterum *gradus* ipsi numerarent *octavos*. Et cum *anticipatio* illa *Æquinoctiorum* atque *Solstitiorum Romanis* ne quidem innotuerit, ita factum ut *Solstitia* atque *Æquinoctia octavis* mensium *Kalendis* multis deinde post *Plinium* *Seculis* fixa haberentur. *Romanorum* enim imperitiam prodit, quod ne quidem *Bissextorum* quaternis annis intercalandorum leges callerent præfecti *Kalendario* publico *Pontifices*; quod ne quidem ipse secum, aut cum aliqua una hypothese conveniat, in anni rationibus disponendis doctissimus ^a *Varro*; quod *Astronomi Romani*, qui illis temporibus scripserit, memoriam ne quidem unici habemus (est enim *Julius Firmicus Astrologus* potius quam *Astronomus*, uti etiam *Manilius*) quod secum pugnent invicem antiquissimi *Cyclorum Paschalium* conditores, & erroribus sca-teant admodum manifestis, præsertim *Latini*; quod proinde *Patriarchis Alexandrinis* rem illam omnem *Paschalem* fere detulerint *Latini*, uti imperitiæ suæ conscii. Itaque cum in menses fere *medios* inciderent Signorum *initia* (propius adhuc certe ad menses *medios* accessit calculus *Varronis* qui VII *Idus* in tribus mensibus cum *partibus* Signorum commisit xxiii) ita fieri potuit, quoties de *mensium Signis* simpliciter esset sermo, ut *duo* *Signa* ubique intelligi possent, tam illud nimirum quod mense *Juliano* desit, quam illud quod inibat. Illud tamen in hypothesebus *Plinii* proclivius erat, quia *Signum* mensis *ineuntis* majorem illius partem tenuit, ut proinde mensis cujusque *Juliani* *Signum* illud simpliciter intelligeretur, non quod mense illo *Sol* *inibat*, sed quod *Sol* ipse *tenebat* mense illo *Juliano* *ineunte*. Ita nihil est necesse ut *Tauri Geminorumque* nomine, hoc loco *Plinii* in quo versamur, *Aprilem* cum

^b *Hospiniano* intelligamus & *Maium*, sed *Maium* potius atque *Junium*. Imo hoc magis ad mentem ipsius *Plinii*. Qua enim ratione hic *Thargelioni* atque *Scirrhophorioni Taurum* apponit atque *Geminos*, eadem alibi mensibus *Atticis* *Munychioni* *Thargelioni* & *Scirrhophorioni* menses *Julianos* *Aprilem*, *Maium* *Juniumque* adjungit idem *Plinius*. Verba *Aristotelis* illa sunt: ^c *Τικττοι δ' οι πλειστοι των ιχθυων εν τετρασι μηνσι Μενχιωνι, Θαρηλιωνι, Σκίροφοριωνι.* Hæc ita reddita legimus apud *Plinium*: ^d *Plurimi piscium tribus mensibus, Aprili, Maio, Junio.* Nec solus *Plinius* menses *Cœlestes* ita commisit atque *Julianos*. Hoc certe ordine disponit vetus

N

Kalōn-

a Ubi supra.

b *Hospinian. de Felt. L. II. p. 75. Edit. 3. Genev. 1674.*

c *Aristot. Hist. Anim. L.*

d *Plin. Nat. Hist. L. IX. c. 51.*



a Gruter. p. 138,
139.

Kalendarium ^a Gruterianum, quod *Capricornum* *Januario* tribuit, quod Signum illud tenente Sole coeperit *Januarius*, & reliqua, pro eodem exemplo, *Signa* mensibus assignat *Julianis*, ut *Maium* *Taurus* *Juniumque* *Gemini* designarint. Hoc idem *imaginibus* in mensium *capite*, & *verbis* in eorundem *corpore*, docet illud Kalendarium. Idem facit Catalogus ab *Arnoldo Bootio* è *Regis Gallici MS.* Codice in usum *Uſſerii* nostri descriptus. Idem in suo *Eclogario Ausonius*, qui tamen admodum diversos sequitur in *quadrantium* partitione numeros. Nec sane melius committi poterant menses *Attici Lunares* cum mensibus *Solaribus Romanis*. Ad *Cycli* enim *initium* habenda ratio est ut quid *fixi* haberi possit in *Cyclo* annorum *Lunarium*. Tum demum enim ejusdem etiam diei *διονικατῆσεων* facere credebantur totius *Cycli* menses *Embolimi*. *Cyclus Metonicus* in modo etiam anni *Solaris* ab anno *Juliano* discrepabat. Ut proinde nulla prorsus ante numerum annorum immensum, expectari possit *διονικατῆσεων*. Utcunque tamen, cum *proximo* à *Solstitio* (quod *Junii* die *xxvii* observaverat *Meton*) *Novilunio* inciperet ejus *Hecatombæon*; proinde rectius *Julio Juliano*, quam *Junio*, erat accensendus. In *Cyclo* autem, qui *Plinii* ætatem proxime attigit, *Calippico* cum ipsis *Julii Juliani* Kalendis, *Cycli* *initio*, concurrebat, ut è nostris apparet *tabulis*, *Neomenia Hecatombæonis*. Inde colligitur, seu hæc ipse verterit, seu ab alio aliquo *Interprete* versa descripserit, *primum* certe fuisse qui anni *Attici* modum tenuerit, nec *sibi* minus, quam *veritati* ipsi, consentanea scripserit, ut ne quidem loqui *Plinius* potuerit, quam fecit, accuratius. Itaque sub *initium* *Æræ Christianæ* in locum *Periodi Calippicæ* successisse crediderim, etiam *Athenis* ipsis, cum anni forma *Solari*, menses *Solares*, & mensium *nomina*, non jam amplius *Attica*, sed *Romana*. Nempe *post* tempora *Dionysii Halicarnassæi*, annumque *Urbis Varronianum 747^m*, & tamen ante *memoriam* *Josephi* & *Plutarchi*. Id quoque obiter intelligimus *emendationem* *Octaeteridis*, quæ *Eudoxi* erat, nunquam in usu fuisse *Civili*, nisi qua *Calippo* fortasse præiverit *Eudoxus*.

Sect. XXII.

Verba *Plutarchi* veterum de suis temporibus, ipse quali de suis dicta quandoque recitat, ut fecit in *Gellii* verbis *Macrobino*.

Sunt tamen, fateor, nonnulla his ipsis temporibus quæ *suspicionem* movere possint jam *adhuc* obtinuisse *veteres* formas tam *annarum* quam etiam *mensium Atticorum*. Ita enim loquitur *Plutarchus* in vita *Thesæi*, quasi suo etiamnum tempore *festæ Atheniensium vetera*, & quidem certis mensium *Atticorum* *veterum diebus*, antiquis etiam mensium *nomnibus*, celebrarentur.



rentur. Etiam festa *tempestatibus* fixa, mensibus *Atticis* fixa memorat. Sic enim *Pithægia* ^a *Pyanepsione* celebrata testatur. Qua scilicet ratione *figi* potuerunt ope mensium *Embolimorum*. Sic etiam loquitur quasi sua etiamnum ætate *ἐξαρεσίμος* fieri ^b *soleret Boëdromionis*. Cum tamen *ἐξαρεσίμων* usum invexerit consuetudo mensium *Lunarium*. Nec aliter de *Dionysis* ^c *Athenæus*. Eodem retulit *Petitus* verba illa ^d *Gellii*: *Is in conviviiis juvenum, quæ agitare Athenis hebdomadibus Luna solemne nobis fuit &c.* Illas enim *hebdomadas* ^e *Petitus* de *Prytaniarum hebdomadibus* intelligit. Annum autem *Prytaniarum Atticum* fuisse & *Lunarem* concedit ipse *Scaliger*. Quod vero ad *Plutarchum* attinet, jam supra vidimus quam fuerit harum rerum ipse *imperitus*, quamque *aliorum* sensus potius, quam res à se compertas, in *Lectorum* usum descripserit. *Menses Romanos* ita cum *Atticis* commisit quasi *initia initiis, media mediis* responderent. Nempe hoc pro illorum hypothesebus qui è loco *Sulle* utrorumque mensium dispositionem ratiociniis suis collegerant. Idem tamen alibi cum *Nonis* potius *Romanis* quam *Calendis, Græcorum Neomenias* conferendas censuit: ^f *Τὸ δὲ πρῶτον Φασὶ Νένας, τῶ δικαιότερῳ τῶν ὀνομάτων, Νεμῶναιον ἔσθιν. Καὶ γὰρ αὐτὸ τὸν νέον κ, καὶ ὄν, ὡσαύτῃ ἡμεῖς, προσεγορεύομεν.* In *Romulo* magis adhuc à se diversus est: *Νεμῶναιον* (inquit) *Ρωμαῖναι πρὸς τὰς Ἑλληνικὰς ἔθεν ἔχουσι ὁμολογῆσθαι.* Hæc nempe veriora ex aliis didicerat *Auctoribus* accuratioribus. *Aliorum* ergo fidem secutus est *Plutarchus* quorum *Historias* ita descripsit, ut eorum *verba* quoque *sua* fecerit, & *sua* proinde *Persona* ea loqui videatur quæ verius ipsi de se & sua ætate scripserant. Multa possent adduci *Veterum* exempla qui ita *verba aliena*, quasi *sua* essent, usurparunt. Ego uno, sed illustri illo, *impræsentiarum* ero contentus. *Macrobius*, ^g quo loco de *Servis* agit illustribus, *Gellii* verba illa descripsit: *De Epicteto autem Philosopho nobili, quod is quoque servus fuit, recentior est memoria quam ut possit inter oblitterata nesciri.* Reliqua eadem ^h *Gellius* etiam hodiernus, præterquam quod ultima paulo aliter conceperit: *quam ut scribi quasi oblitteratum deberit.* Quod *verba Gellii* descripserit, immerito *Macrobius* pro *plagiario* habent viri docti, cum hoc ipsum fuerit pollicitus in *Præfatione* ad filium *Eustathium*. Sed quod *recentiorem* fuisse ait *Epicteti Philosophi* memoriam quam ut potuerit inter *oblitterata nesciri*, recte de sua ætate dixerat *Gellius*, de sua *falsissime Macrobius* qui tertio demum labente scripsit ab *Epicteti*

^a *Plutarch. Sympos. L. III. Q. 7. L. VIII. Q. ult.*

^b *Plutarch. περ. Φιλadelph.*

^c *Athen. Deip. nos. L. IV.*

^d *Gell. Noct. Attic. xv. 2.*

^e *Petit. Eclog. Chronol. L. IV. c. 4.*

^f *Plutar. Probl.*

^g *Macrobi. L. I. Satur. c. II.*

^h *Gell. Noct. Attic. L. II. c. 18.*



Ætati morte Seculo. Nec tamen *Gellii* vel *nomen*, vel *ætatem* innuit, qua verba illa vere usurpari poterant. Et quanquam verba *Gellii*, pro arbitrio suo paulo aliter recensuerit quam scripserat ipse *Gellius*, Personæ tamen *sue*, qua loqui visus est, decorum nihilominus neutiquam observavit. Quæ igitur *Plutarchus* scripsit sibi invicem parum congrua, ea cum ex *una Persona* scribere non potuerit, proinde *aliena* potius quam *ipsius* verba censenda sunt.

Sect. XXIII.
 Vetera festa *Athenienses* mensibus olim *Lunaribus* affixa servarunt etiam in mensibus *Solaribus*. Quinam menses *Romani Solares* mensibus *Atticis Solaribus* responderint.

Quocunque tamen *tempore* vetera mensium nomina paulatim deposuerint *Athenienses*, festa nihilominus & solennia *Sacra* tempestatibus affixa, Religio ipsa vetuit ne in desuetudinem abire paterentur, aut ne *alia* anni tempestate, quam à majoribus acceperant, celebrarentur. Hæc ergo in anno *Solari*, & mensibus etiam *Julianis*, quousque Religio *Gentilium* obtinuit, illos observasse verisimillimum est. Itaque etiam ætate *Plutarchi*. Proinde mensium *veterum novorumque* instituenda erat, qualis *Lunarium Solariumque* esse licuit, commissio, ut scilicet festa mensibus *Atticis* celebrata, eadem deinceps mensibus qui *similes* in ordine anni *Juliani* respondebant, celebrarentur. Ordo autem ille potissimum occurrebat, ut quia *Cycli Calippici* capite concurrebant *Calendæ Julæ* cum *Neomenia Hecatombæonis*, eodem quoque similiter exemplo reliqui menses invicem committerentur. Hunc scilicet in modum:

- | | |
|--|--|
| 1. <i>Hecatombæon</i> & <i>Julius</i> . | 7. <i>Gamelion</i> & <i>Januarius</i> . |
| 2. <i>Metageitnion</i> & <i>Augustus</i> . | 8. <i>Anthesterion</i> & <i>Februarius</i> . |
| 3. <i>Boëdromion</i> & <i>September</i> . | 9. <i>Elaphebolion</i> & <i>Martius</i> . |
| 4. <i>Memæcteron</i> & <i>October</i> . | 10. <i>Munychion</i> & <i>Aprilis</i> . |
| 5. <i>Pyanepsion</i> & <i>November</i> . | 11. <i>Thargelion</i> & <i>Maius</i> . |
| 6. <i>Posideon</i> & <i>December</i> . | 12. <i>Scirrhophorion</i> & <i>Junius</i> . |

Is enim ordo *Plinianus* est, qui locutus est, ut vidimus, accuratissimè. Et pro hoc forsan ordine respondebant festa vetera mensibus quidem *Atticis* consignata, nominibus tamen *Atticis* ex usu *Civili* penitus sublatis, uti etiam forma mensium *Lunari*. Quia enim festa illa olim recepta sunt, cum nondum innotuerant nomina mensium *Romana*; & Religio *Gentilium* exigebat ne aliis mensibus celebrarentur *Sacra patria* quam *patrii*: proinde, quousque viguit illa Religio, menses utriusque ita invicem committendi erant, ut integri cum integris concurrerent, & qui olim *Lunares* fuerant menses *Attici*, jam *Julianis*



lianis Solaribus commissi, fierent etiam ipsi deinde *Solares*. Receptis autem mensium nominibus à vulgo *Romanis*; ita factum ut mensium *Atticorum* veterum ne quidem *mentio* fieret ni sermo esset de rebus *veterum* ex antiqua *Historia* depromptis. Ita factum ut antiqua mensium *nomina* mox apud vulgus intercidere potuerint; & ne quidem diu eruditis explorata essent, cum è *Lunaribus* in *Solares* emigrassent, quos integros invicem concurrere potuisse minime suspicabantur. Hunc sane ordinem secutus fuisse videtur ^a *Plutarchi* Auctor qui *Pyanephsionem Atticum* cum *Athyr Ægyptio* contulerat. *Athyr* enim ^{id. & Osirid.} ille, de quo loquitur, exceptis 4 ultimis diebus *Octobris*, reliqua ejus parte longe potiori cum *Novembri* concurrebat, ut fuerit proinde simpliciter omnino cum *Novembri* comparandus. Hoc itaque ex Auctore, quam solet, accuratiori excerpfit *Plutarchus*. Verum enim illum fuisse *Pyanephsionis* locum, ex alia *Plutarchi* nota colligitur, quod is mensis fuerit circa *Pleiadas* sementi dicatus. *Occasum* scilicet *Vergiliarum* intelligit, ut pro more *Romanorum* loquamur. Tunc enim *sementem* præcipiebant præcipui quique *Rei Rusticæ* Auctores. Erant quidem duo apud *Rusticos* recepta *seminandi* tempora: *Æstivum* aliud ante *Vergiliarum* exortum; aliud, de quo loquimur, *Hibernum* circa *Vergiliarum* occasum, longe altero nobilius, & apud *Græcos* præsertim, de quibus agimus longe receptius. Sic enim diserte *Plinius*: ^b *In Græciâ* (inquit) *& Asia omnia* ^{b Plin. Nat. H. L. XVIII. c. 7.} *Vergiliarum* occasu seruntur. Hunc ergo *sementem* solum *Hesiodo* notum fuisse testatur: ^c *Hesiodus* qui princeps omnium de ^{c Plin. ib. c. 23.} *Agricultura* præcepit, unum tempus serendi tradidit à *Vergiliarum* occasu. *Scribebat* enim in *Bœotia Helladis*, ubi ita *seri* diximus. Idem alibi *Xenophontis* sententiam observavit, ^d non ante *serendum* esse quam *Deus* signum dederit. Hoc *Cicero* (ait.) *Novembris* imbre fieri interpretatus est, quem etiam hoc *Vergiliarum* occasu contingere idem observavit ^e *Plinius*. *Ciceronis* interpretationem illam didicerat *Plinius* è ^f *Xenophontis Oeconomico* quem ^{f Xenophon. Oeconom. p. 679.} *Latine Cicero* fuerat interpretatus. Et *imbres* serendo opportunos hoc occasu sequi idem rursus observavit. Convenit *Kalendarium* ^g *Rusticum*, cujus *duplex* erat exemplar, ubi in *men-* ^{g Gruer. p. 139.} *se Novembri* ita legimus: SEMENTES. TRITICAR. ET. HORDIAR. Itaque *Plutarchi* verba alio referenda non sunt, Auctoris nimirum *Græci*, & de rebus *Græciæ* agentis. Sed vero *occasum* illum *Vergiliarum* ad *iii. Id. Novembres* refert non uno in loco ^h *Plinius*. Recte ergo *προνόσιον ἡμερας* *Pyanephsioni* ^{h Plin. L. II. c. 47. L. XVIII. c. 25. 31.} tribuit



tribuit Scholiaſtes *Ariſtophanis*. *Sementem* enim poſt *Vergiliarum* occaſum *Pyaneſſione* jam affecto præcedere debebat *aratio*. Ne quidem illud abſonum, quod *vindemiam* committat cum *Pyaneſſione* incipiente ^a *Plutarchus*. Quanquam enim *vindemie* tempus fuerit pro variorum arbitrio *varium*, ut ſcilicet alii ^b *ante Æquinoctium* raperent, alii ad Kalendas uſque *Januarias* diſtulerint: *juſtum* tamen *vindemie* tempus ab *Æquinoctio* ad *Vergiliarum* occaſum conſtituit ipſe ^c *Plinius*. Ita *Novembri Juliano* ineunti ſatis apte conveniet, & *Pyaneſſioni* ad *Attico* cujus in locum ſucceſſit *November* ille *Julianus*; cum *Novembris* ejuſdem die *xī^o*. is ipſe fuerit conſtitutus *Vergiliarum* occaſus. Hinc itaque colligimus, nondum vel *Plutarchi* ætate novatum fuiſſe in loco *Pyaneſſionis*, uti nec tempore, ut vidimus, *Epiphani*. Anſam erroris è duabus illis, ea ipſa ætate receptis hypotheſibus datam exiſtimo. Hac enim veriori hypotheſi menſem illum *Julianum* eundem occupabat *Pyaneſſion* qui pro ratiociniis è loco *Sulle* *ſupra* memorato, *Mæmaſterion* debebatur. Inde enim proclive erat ut in menſem ſequentem protruderetur, ſimili ratiocinantium juniorum errore *Mæmaſterion*. Hunc certe verioſorem ordinem ſecutus eſt Auſtor ^d *Suida*, quicumque demum is fuerit qui *Poſideonem Atticum* eundem cenſuit cum *Decembri Juliano*, & ^e *Gamelionem* cum *Januario*. Firmat præterea hanc illius ſententiam, quod *Poſideoni* dies ille aſſignatus fuerit, qui *Δεκεμβριος* apud *Athenienſes* audiebat. Ad *Clepsydræ* menſuram diurnam illa retulit Auſtor, quæ ut par ſibi per totum annum reſpondere poſſet in *Judiciis* publicis *Rhetorumque* *Orationibus*, proinde erat à die *breviſſimo* capienda. Itaque *Solſtitii* menſis ille fuerit oportet quo capienda erat menſura diei *breviſſimæ*, & quidem *Solſtitii veri* atque *Aſtronomici*. Ita in forma *Juliana Romano* *Decembri* menſi itidem *Solſtitiali* accuratiſſime reſponderit. *Solſtitium* autem *Populare*, quod *Gamelioni* tribueretur, ratio erat, quod in forma annorum menſiumque *Lunarium*, quæ *quotannis* *Zodiaco* reſpondere non potuit, is menſis *Brumalis* haberetur, ut antea jam probavimus, cujus dies primus in proximum à *Solſtitio* *Novilunium* *Cycli* *initio* incurrebat. Sic etiam ergo ſupponebant in *Cycli* *capite* menſi potius *præcedenti*, quam illi qui vulgo *Solſtitialis* habebatur, *verum Solſtitium* fuiſſe tribuendum. Hæc ergo ratio cum antiquis *Reipublicæ* moribus niteretur, proinde conſentaneum exiſtimo ut à primo menſium *Romanorum* *Solarium* apud

^a *Plutarch. Theſeo.*

^b *Plin. N. H. XVIII. 31.*

^c *Et Varro R. R. L. I. C. 34.*

^d *Suid. voc. Ποσειδών.*

^e *Suid. voc. Γαμηλιόν.*



apud *Athenienses* usu deducta fuerit. Sic itaque commissos arbitror menses *Atticos* jam non amplius *Lunares*, cum *Julianorum* mensium nominibus jam deinde *Romanis*.

Quod vero *hebdomadas Lunæ*, quarum mentio apud *Gellium*, ad *Prytaniarum* veterum formam *Lunarem* retulerit *Pettus*; erravit undequaque Vir doctissimus. In eo primum erravit quod *septenarium* illum ad *dierum* numerum retulerit quod tenuerint *Prytaniarum* præfides *ἑπταήμεροι*, cum fuerit potius ad præfides ipsos referendus. *Prytania* enim quæque viris L decadibus v constabat. Itaque fortiebantur inter se *Prytaniarum* præfides deni ad *septenos* redigendi per *sortes*. Cum enim *septeni* duntaxat præfidere possent, tres erant proinde à præfidatu per *fortes* excludendi. Certe x *πρόεδρων* VII fuisse *ἐπιπέρας*, satis aperte significat ^a *Ulpianus*, cujus solius testimonio nituntur Viri eruditi qui diversum sentiunt. Sic enim ille ubi de x agit *πρόεδροι καὶ συνέβαινε τοῖς ἀρχαῖοις ἑπταήμεροις μὴ ἀρχαῖοις*. Si è denis *πρόεδροις* terni duntaxat non præsidebant, *Septenos* certe præfuisse necesse erat. Dividantur ergo inter illos dies *Πρυτανείας* (quam solam cognovit *Ulpianus*) xxxv, quini erunt dies singulis *ἐπιπέρας* assignandi. Fateor tamen ita loqui *Ulpianum* quasi in illam sententiam Auctores suos fuisset interpretatus quam ex eo collegerunt Viri Eruditissimi. Sed cum pugnancia doceat, non est proinde quod illum morem quem supra probavimus harum rerum imperitissimum. *Quinos* fuisse potius *πρόεδρῶν* dies aliunde intelligimus. Nec enim alio referenda puto verba *Livii* de annuo post mortem *Romuli* interregno, quæ nescio quisquamne hæcenus recte fuerit interpretatus. Sunt autem illa: ^b *Itaque rem inter se* b Liv. L. I. c. 17. *centum Patres, decem decuriis factis, singulisque in singulas decurias creatis qui summæ rerum præessent, consociant. Decem imperitabant, unus cum insignibus Imperii & lictoribus erat. Quinque dierum spatio finiebatur Imperium, ac per omnes in orbem ibat, annumque intervallum Regni fuit. Id ab re, quod nunc quoque tenet nomen, Interregnum appellatum.* Non possunt illa cum forma anni *Romani* conciliari, ut *quinque dierum* singuli tenuerint *Imperium*, & per omnes *Senatores* (quos tunc *centum* fuisse consentiunt Auctores) *in orbem* redierit, nec tamen *plurquam annum* *Interregnum* fuerit, nisi pro illo, quod dixi, *Atheniensium* exemplo intelligantur. Sic autem recte procedent omnia. *Prytaniis* enim *Atheniensium* respondebant illæ: *centum Senatorum decem decuriæ*. Itaque pro more *Atheniensium*:

Sect. XXIV.
Nihil faciunt
ad anni formam.
Lunarem hebdomadas Lunæ à
Gellio memorata.
Hebdomades Prytaniarum
non dierum erant, sed virentiam.

^a *Ulpian. Arg. in Demosth. Orat. in Androion.*

^b *Liv. L. I. c. 17.*



sum intelligendum, quod *decem* Imperitantibus, *unus* duntaxat *insignibus Imperii & licitoribus* instructus esset. Non scilicet quod per singulos *Decuriarum* decem homines *in orbem* redierit Imperium; sed quod certus *Decuriæ* cujusque *numerus*, & per omnes *similis*, sorte designatus, annuo spatio orbem suum expleverit. *Seni* ergo si fortirentur, sic annum, qui vulgo *Romuli* habetur, dierum 304. tenuissent, si *primarum Decuriarum præsidibus sex* dierum fuisset Interregnum, pro illarum *Prytaniarum* exemplo quas dierum 36 fuisse probavimus apud *Athenienses*. Sic enim præfedisent è *decem* Senatorum *Decuriis Senatores* tantummodo LX. His si dies *quini* assignentur, dies erunt in universum 300. Implent ergo numerum dictum *dies* qui supererant *quatuor* per *quatuor primos* Senatorum *præsides* distributi. Si autem dierum fuerit 355, pro modo *Numæ*, aut 354 pro modo anni *Lunaris* etiam apud *Græcos* usitatissimi, ita *septenos* fortiri oportebat ad orbem *Decuriarum* explendum. Vix autem est quod dubitemus quin ut *Astronomiæ*, annique adeo *Civilis* peritiam *Græci à Chaldeis* aut *Agyptiis* didicerint; ita illam à *Græcis* acceperint *Romani*. Et sane inde intelligimus cur tanta fuerit juniorum discordia de illo *Romuli* anno de quo agit illo in loco *Livius*. Si enim *Decuriatus* pro *mensibus* haberentur, sic recte illi sentire videbantur qui è numero *Decuriarum* mensium numerum colligebant. Sed quam infirma esset illa collectio constabat ex *Atheniensium* exemplo, apud quos ante tempora saltem *Antigoni Magni & Demetrii Poliorcetæ*, *duodecim* erant *Civiles menses* & tamen *decem* tantummodo *Prytaniæ*. Poterant ergo in anno quoque *Romuli* *duodecim* fuisse *menses*, ut volebant *Licinius Macer & Fenestella*, teste *Censorino*. Et *quinque dierum* fuisse *Senatorium* illud *Interregnum*, alibi docet idem *Livius*. Quoties enim nullus esset, anni *exitu*, in Republica Magistratus, qui Jus habebat *Comitiorum Consularium*, toties ad *Interregnum* Senatorium res redibat, quo certo *dierum circulo* succedebant invicem diversi *Interreges*, si res interim aliter transigi non posset. Isque idem numerus dierum *Interregni* erat quem diximus. Quare admodum hallucinabatur Vir Magnus cum ad *dies hebdomadas* illas *Prytaniarum* referret quæ erant ad *homines* referendæ.

Ut



Ut tamen fuissent unquam in usu illæ *Prytanicorum* die-
rum *hebdomades*, nullas certe jam fuisse verisimile est hoc Se-
culo quo scripsit *Gellius*. Jam enim olim sub *Antigono & Deme-
trio* auctus fuerat *tribuum* numerus *duabus* additiis in illo-
rum honorem. Inde ergo *duodecim* erant, & *duodecim* adeo
deinde *Prytaniæ*. Idque jam supra è *Josepho* observavimus eun-
dem tunc fuisse numerum *mensis & Prytaniæ*. Itaque *menstru-
as* inde certum est fuisse *Prytanas*. Sic autem nullus usus
esse potuit *hebdomadum*, quales voluit *Petitus, Prytanicarum*.
Nec enim in *septenas* partes dividi potuerunt *menses*, seu *ca-
vi* fuissent, seu *pleni, Lunares*; multo minus *Solares*. Longe
ergo aliud voluit *Gellius* per illas *Lunæ hebdomadas*. *Ἑβδομα-
ίερὸν ἡμῶν* memorant ^a *Græcorum* antiquissimi *Homerus & Hesio-
dus* *Lunaribus* mensibus ipsis antiquiores, si quidem fuerit eo-
rum, apud *Athenienses*, Auctor *Solon*. Et cum utrique diem
illum *sacrum* agnoscant, apparet inde quam fuerit juvenum
conviviis solennibus idoneus. *Causam* præterea cur *sacer* fu-
erit, docet *Hesiodus*:

Καὶ Ἑβδομη. ἱερὸν ἡμῶν. ἡμέρας ἑπτὰ
τῆ ᾧ Ἀπόλλωνα χρυσόεα γέιναι. Ἀητός

Inde *Apollini* cognomen *Ἑβδομαγῶς* apud *Aeschylum*. *Septi-
mo* autem *Thargelionis Apollinis* natalem celebrabant, qui idem
hoc tempore cum *Maiō*. Itaque *Nonis Maii*, seu die men-
sis illius *vii^o* convivia illa habita arbitror quibus interfuit *Gel-
lius*. Sed *Lunæ* illas fuisse *hebdomadas* testatur *Gellius*. Ser-
mone, ut videtur, ab illis temporibus deducto quibus men-
ses *Attici* fuerant revera *Lunares*. Is enim mos obtinuerat
ut mensis *Lunaris* dies per *Lunæ* numeros designarent. Ipsum
mensis nomen à *Lunæ motu dictum* testatur ^b *Varro*, dum ab *Sole*
profecta, rursus redit ad eum *Luna*, quod *Græce* olim dicta *μῶν*,
unde illorum *μῶες*, ab eo nostri. Cui suffragantur minorum gen-
tium *Grammatici*. Similiter *mensum* vocabula *Ebræa* *חַד* & *שִׁבְעָה*
Lunam primaria sua significatione designant, prius *Lunam ipsam*,
posterius *Lunam* similiter tantummodo *novatam*. Sic *τετρακά-
δα ἑβδ. ἢ νεῶν*, veterem novamque *Lunam* potius quam *diem* in-
terpretantur veteres. Rectiusque ad *μῶν*, illa retulerimus
quam ad *mensis* Græcum nomen *μῶα*, quod apud illos *Ma-
sculinum* est. Sic etiam *νεομῶν* sive *vsμῶν*, νεῶν potius *μῶ-
ν* quam νεῶν μῶα intelligit *Hesychius* dum illam ita interpre-
tatur

Sect. XXV.
Illæ tamen ipsæ
nullæ ætate Gel-
lii. *Hebdomades*
in honorem *A-
pollinis*, quarum
meminit *Gellius*,
Menstruæ fuisse
videntur, & *Lu-
næ* appellari
poterant, etiam
in forma men-
sium *Solari*.

a Vid. Clem. A.
Strom. v. p. 600.

b Var. de Ling.
Lat. L. V. p. 45.

○



tatur ut fit ἡ ἀπότι τῆς ὁρατικῆς ἡμέρας. Et pro eodem exemplo reliqua videntur intelligenda, ut cum δὲ ἄρα &c. ἰσταμένους, μεσοῦντες, ἀλλοῦντες, vox prior ad μέων, altera ad μέων referatur. Ita etiam *Ebraei*, à quibus manavit locutio *Luna decima quinta* &c. apud veteres tam *Græcos* quam *Latinos* de *Paschate* Scriptores usitatissima. Hic ergo sermo cum, vigente mensis forma *Lunari*, apud *Græcos* receptus fuerit, adhuc retineri potuit recepta mensium forma etiam *Solari*, cum & alii similes passim obtinuerint. Præsertim si in *arcanis* festi rationibus ulla fuerit ad *Lunam* ab *Hierophantis* festi præsidibus relata. Quod sane facile, in hac, de qua agimus, causa fieri potuit. *Thargelia* enim, à quibus mensi nomen, tam in *Dianæ* quam *Apollinis* honorem culta esse constat. Eam autem cum *Luna* eandem habitam esse non opus est ut operose probemus. Sed *hebdomadas* plurali numero memorat *Gellius*. Et tamen diem unicum ab eo designatum inde intelligimus, quod de colloquio agit quod plusquam *semel* habitum fuisse non est verisimile. An itaque *plures* fuisse indicat istiusmodi *hebdomadas* simili *conviviorum* & festorum *solenmitate* quotannis celebres? Hoc si verum, fieri potuit ut *septimum* cuiusque mensis diem in *Apollinis* honorem festum egerint. Sic enim apud *Romanos* *Kalendæ* omnes *Junoni*, *Idus* autem *Jovi* sacræ. Sic *tertium* quemque mensis diem *Minervæ* consecravit *Pausanias*. *Quartus* *Mercurio* dicatus testibus *Capella* & *Plutarcho*. *Octavus* *Neptuno*, eodem *Plutarcho* teste in vita *Thesæi*. *Nonus* *Soli*, ut docet *Dionysius Halicarnasæus*. Rursus *Minervæ* *decimus quintus*. *Penultimus* *Plutoni* si quidem fides *Plethoni*. Et, quod maxime facit ad causam nostram, *vigesimum* quemque sacrum habebant *Epicuræi*, quod is *natalis* fuisset ipsius *Epicuri*. Quidni ergo etiam *Apollini* *natalis* *mensis* fuerit dicatus?

² Vid. Schol. Aristoph. Plut. Act. v. Scen. 1. p. 107.

Diem quidem unum *Metonicis* rationibus detrahit *Calippus*. Anni autem initium utriusque idem, uti etiam *suis Embolismorum*, & dierum exemptilium intervalla.

Cæterum *Calippus* *Metonici* *Cycli* vitii in futurum emendandis incubuit. Discrepavit autem à *Metone* in modo anni *Solaris*. *Calippus* enim verissimum modum illum illius credidit qui olim ante *Metonem* obtinuerat (uti postea ostendemus) & qui etiamnum obtinet in forma *Juliana*, qui præter dies integros 365, *quartam* præterea complecteretur diei *partem*. Hac norma posita palam erat *Cyclo* suo universo annorum 152 plures quam oportebat dies duos numerasse *Metonem*, proinde *exemptilibus* additiis duobus à *Calippo* detrunctandos. Melior tamen *Cycli* modus est *vetus* annorum ille nume-



numerus quo ad *unici* diei discrimen discrepantia illa surrecta-
 ra erat, qui *Cyclus* erat *Metonicus dimidius*, annorum adeo
 tantummodo 76. Modum enim anni *Solaris Metonicum* 365. ¹³
 præter *quadrantem* diei, *partem* diei continere observavit *sep-*
tuagesimam sextam, proinde 76°. quoque anno perimendam,
 cum diem justum toties repetita conflaret. Nec aliud in
Luna rationibus novavit quam necessarium credidit ut etiam
 ille (pro *Cycli* legibus) cum *Solaris* anni rationibus in con-
 cordiam redigerentur. Inde factum, ut pro eodem *Cyclo*
 haberentur *Metonis* ille & *Calippi*, ut supra vidimus è *Diodo-*
ro, & fortasse *Dionysio Halicarnassæo*. Inde etiam ut pleraque
 eadem cum *Metone* servaverit etiam ipse *Calippus*, nec mu-
 tationem admiserit præterquam in paucis maximeque ne-
 cessariis. *Finem* anni ad *Solstitium Æstivum* posuisse contra
Scaligerum è *Ptolemæo* probavit ^a *Petavius*. Et locos mensium
Embolimorum eosdem retinuisse, id quoque monet verbis ad-
 modum disertis ipse ^b *Geminus*. Sic enim ille: τῆ δὲ πάλαι τῶν
 ἐμβολίμων ἐποικίω ἐξήρουντο. Proinde quæ supra disputavimus
 de ordine mensium *Embolimorum* in *Cyclo Metonico*, ea-
 dem hic procedant ad ordinem similem in *Cyclo* etiam *Ca-*
lippico asserendum. Hoc autem satis est tabulis tam *Scalige-*
ri quam *Petavii* refutandis, quarum neutrae convenient cum
 illius *Cycli* fabrica à *Gemino* descripta in situ mensium *Em-*
bolimorum. Proinde *fortuitum* erit si quando convenient cum
 veris in *Historia* exemplis illorum tabulæ. Tunc enim ad
 tantummodo fieri poterit cum *pares* utrobique numerantur
Embolimi, tam in calculis *vere* *Calippicis*, quam etiam in ta-
 bulis *Scaligeri* vel *Petavii*. Nos autem superiori *Disserta-*
tione probavimus à *novo* supputationis exordio numerasse il-
 los qui *vere* *παρεσιδιδότων Calippi Cyclum* à majoribus ac-
 ceperant. Inde collegimus sic etiam numerasse *Calippum*, nec
 commune habuisse cum *Metone* caput *Enneadecaeteridis* suæ.
 Id etiam exinde evicimus, quod subducto illo mutilæ *En-*
neadecaeteridis Metonica septennio, etiam in *Embolimorum*
 situ, *παρεσιδιδότων* illa *Enneadecaeteris Calippica* cum *Me-*
tonica convenerit, quali scilicet usum fuisse *Metonem*. Nos è
Gemino probavimus. Itaque non minus à *Calippi* mente quam
Metonis alienæ sunt *Embolimorum* illæ dispositiones non *Soa-*
ligerane modo verumetiam *Petaviane*. Et sane consentane-
 um erat ut qui *Cyclum novum* conditurus erat is à *novo* illum
 arcesseret *invisio*, & qui *Cycli sui exemplum* è *Metonis Cyclo*
 vidimus

a Petav. Doctr.

Temp. LII c. 19.

b Gem. c. 6. p.

48.



dimidio acceperat, Cyclum proinde suum pro Cycli *Metonici dimidii* forma componeret, communi scilicet *initio* atque *fine*, & similiter invicem sibi respondentibus *Embolimis*. Nichil enim ille, præter *vitia*, in Cyclo decessoris sui correxit. *Embolimorum* autem *ordinem* nihil referre, qualis fuisset, observavit ipse *Geminus*. Ratio itaque nulla erat cur illum novaret *Calippus*. Tam longe aberat ille à studio novitatis in rebus *minime necessariis*, ut ne quidem præteritum Cycli *Metonici* errorem in *die*, qui supra *Calippicas* anni *Solaris* rationes jam accreverat, emendaverit. Contentus utique si nulli deinceps in posterum accrescerent. Idem ergo utrobique locus erat mensium *Embolimorum*. Et ne quidem aliis esse potuit dierum *exemptilium*. Quod enim verba *Gemini* ita intellexerint ambo, tam *Scaliger* quam *Petavius*, ut non 63^m quemque, sed 64^m *exemptilem* designarit: id sane, ut in Cyclo *Metonico* potuerit saltem locum, quem non habuit, habere; hic tamen locum habere ne quidem potuit. Nec enim erant in Cyclo *Calippico* universo tot dies 64ⁱ, quot erant numerandi, pro *Calippi* rationibus, *exemptiles*.

Seft. XXVII.
Exemptiles à singularum Enneadecaeteridum *initis* non numeravit, pro *Metonis* exemplo, *Calippus*.

Quamquam autem *exemptilium intervallum* idem fit in utroque Cyclo, tam *Metonis* quam *Calippi*; non tamen pariter sibi invicem per Cyclos universos respondent. Jam supra vidimus Cyclum *Metonis* per singulas *Enneadecaeteridas* *ἀποκαταστάσεων* facere tam pro *Solis* quam pro *Lunæ* rationibus, ad quas Cyclus ipse fuerat concinnatus. Proinde consentaneum erat ut *singulis* *Enneadecaeteridibus* de novo numerari inciperent *exemptiles*, ne (si *continua* numerarentur) plures in unam *Enneadecaeteridem*, quam in aliam, inciderent. Id enim si fieret, *dies* etiam plures in una *Enneadecaeteride* quam in aliis reperiri necesse erat, nec adeo respondere poterant (quas tamen respondere debuisse diximus) *ἀποκαταστάσεως*. Dispar, hac in causa ratio Cycli est *Calippici*. Is enim *unicus* est in annis *LXXVI* *continuis*, nec ante illos elapsos ullam facere, pro mente *Conditoris*, censebatur *ἀποκαταστάσεων*. Itaque hic per omnes quatuor *Enneadecaeteridas* *continuas* *exemptiles*, dum numerum universum 441. explevissent, nulla Cycli fraude, numerare licuit. Imo ne quidem licuit ut *singulis* *Enneadecaeteridibus* *nova* *exemptilium exordia* repeterentur. Sic enim fieret ut anno Cycli *xxxvi*^o dies *Posideonis* *xxv*^{us}, (*exempta* etiam die illius mensis *xxi*^o) à die *Decembris* *xxi*^o inciperet, quem tamen arcessiverat, uti vidimus, *Timocharis* à die *Decembris*



cembris xx^o. Fieret etiam, eodem anno, ut dies *Elaphebolionis* xv^{us} die *Martii* x^o inierit, qui tamen *Timocharidi* erat dies *Martii* ix^{us}. Fieret porro ut anno Cycli XLVII^o. dies *Antheſterionis* viii^{us} die *Februarii* 1^o cœperit, qui tamen cœpit *Timocharidi* die *Januarii* xxix^o. Fieret denique Cycli anno XLVIII^o. ut dies *Pyanepſionis* xxvi^{us}. (etiam detracta *exemptili* die mensis xv^o.) *Novembris* xi^o. pro *priori* parte reſponderit, quem tamen *Novembris* viii^o cœpiſſe idem ſupponit *Timocharis*. Videmus hic ita non convenire cum *Timocharidis* Obſervationibus illam *exemptilium* diſpoſitionem, ut ne quidem *ſecum* ipſa conveniat, ut pari ſemper intervallo à *Timocharidis* diebus diſcedat. Prioribus enim *duabus* Obſervationibus *unici* diei diſcrimen eſt; in poſterioribus autem *duabus*, uti vidimus, *trium*. Si autem *Pyanepſionis* dies xxv^{us}. intelligatur, tum in *tertia* Obſervatione, *trium*; in poſtrema autem, tantummodo *duorum*. Inde conſtat, ut una aliqua recte cum die *Juliano* vero fuiſſet commiſſa; reliquas tamen, in hac *exemptilium* diſpoſitione, non fore ſimiliter reſponſuras. Prorſus ergo veriſimile non eſt ita *exemptiles* ſuas diſpoſuiſſe *Calippum*.

Propius ad veritatem acceſſit *exemptilium* illa diſpoſitio qua *continuae* per omnes Cycli totius Enneadecaeteridas numerabantur. Sic enim recte *Poſideonis* xxv^{us}, *Decembris* xx^o initurus fuerat, ſequebatur enim *exemptilis* dies mensis ejusdem xxvii^{us}. Sed deficiebat eodem Cycli anno xxxvi^o dies *Elaphebolionis* xv^{us} à *Martii* ix^o, initurus die *Martii* tantummodo viii^o. Defecit ſimiliter in *tertia* Obſervatione, anno Cycli XLVII^o, dies *Antheſterionis* viii^{us} à die *Januarii* xxix^o inierit enim die *Januarii* tantummodo xxviii^o. Ultima autem Obſervatio pro die *Pyanepſionis* xxvi^o recte habuerit, quia ſequebatur dies illius mensis *exemptilis* xxvii^{us}. Ita nec ab hac *exemptilium* diſpoſitione ſpes ulla eſt cum aliis convenientibus aliæ neceſſario ſint proinde diſcrepaturæ. Tertiam ergo tentavimus earum diſpoſitionem, quæ etiam ſola (uti vidimus) votis reſpondit, qua ſcilicet in prima Enneadecaeteride *exemptiles* ad finem uſque continuas numeravimus III. Tum deinde *novo exordio* à ſecundæ Enneadecaeteridis *initio* ducto reliquas totius Cycli *exemptiles* 330 numeravimus ad Cycli finem continuas. Nec ſane aliena fuiſſe videtur à *Calippi* conſilio *exemptilium* iſtiusmodi diſpoſitio. Sic enim quamprimum reſecabatur dies ille ſuperſuus qui jam in Cyclo

Sect. XXVIII.
Nec à Cycli univerſi initio ad finem uſque continuas. Sed primæ Enneadecaeteridi ſeorſim numeratæ *exemptilem* ſuam tribuit *additionem*. Reliquas à ſecundæ Enneadecaeteridis initio *exemptiles* ad finem uſque Cycli continuas numeravit.



Diff. II. *Ufus* Cycli Calippici *Civilis*.

Metonico accreverat præter *suas*, quæ cum *Julianis* eodem erant, *Solaris* anni rationes. Et quidem antea tollebatur quam novus *dies* accrevisset, quod tamen futurum erat si in finem Cycli *exemptilem* suam *addititiam* distulisset. Et propius recessit à *Metonis* exemplo cum primam *Enneadecaeteridem* *seorsim* numeraret. Reliquæ autem quia jam ad *eandem* spectabant *Cyclum*, proinde erant *continuo* numerandæ. Et minorem fecit *ultimi* anni *hiatum*, cum *unicus* saltem in illum, qui ab initio usque *continua* numeratione *nullus* erat, incidere *exemptilis*.

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

DIS-



DISSERTATIO III.

De Cyclis Atheniensium Metone antiquioribus.

Non fuit apud Græcos adeo antiqua, quam ipsi gloriantur, Astronomia. §. I. Ne quidem potuit apud Græcos temporibus Regum Persarum antiquior esse Astronomia, sub quibus primi scripserunt Græcorum Historici, & rerum Naturalium studiosi Philosophi. §. II. Nullæ Græcis, nedum Romanis, Observationes antiquiores illis quæ in Epocha habitæ sunt Nabonassæa. Et ne quidem Babylonis. Eclipses in ortu & conceptione Romuli non erant Historiæ. §. III. Serius Epocha Nabonassæa Judæis, Ægyptiis & Græcis, primum Asiæ Colonis tum deinde in ipsa Græcia & Italia, tandem Romanis innotuit Astronomia. §. IV. Eclipsium doctrinam apud Græcos, quam Latinos, quam Ægyptios, Æra Nabonassæa recentior. §. V. Ne quidem adhuc Zodiaci obliquitas illis innotuerat Eclipsium doctrinæ plane necessaria. Primus illam cognovit, & Eclipsim Solarem prædixit, Thales. §. VI. Obliquitatem Zodiaci novit Hesiodus, qui ex hac aliisque notis Thaleti coævus fuisse videtur. §. VII. Quod Acæti Archontis Atheniensis temporibus assignetur Hesiodus, id nullo factum est Historiæ, quod fidem meretur, testimonio. §. VIII. Homerus ipse post Olympi. 23. floruit. Probat hoc testimonis Theopompi & Euphorionis. Item ex ætate Arctini, Midæ, Aristæ Proconnesii, Terpandri. §. IX. Item ex ætate Lycurgi, qui junior Olympiadibus fuisse probatur. §. X. Ex ætate etiam Epimenidis. §. XI. Constituitur finis Epimenidis ex ætate Pythagoræ, cujus Chronologia omnis hic explicatur. §. XII. Hermodamantem Creophilum audivit Pythagoras, Creophyli, qui Homeri hospes fuerat, δῶρογον. §. XIII. Parum verisimile est tam antiquum fuisse, quam vulgo fertur, Homerum. §. XIV. Prima Scriptorum Homeri cura sub Lycurgo, Solone, Pisistrato & Hipparcho.



Diff. III. *De Cyclis Metone antiquioribus.*

Hipparcho. §. XV. *Ex Agone (cujus fides asseritur) coævi probantur Homerus & Hesiodus. §. XVI. Agonem illum post Olymp. 29.1. fuisse oportet. Et satis congrue, pro ætate etiam Homeri. §. XVII. Junior Homero fuisse videtur Hesiodus. §. XVIII. A Solonis Magistratu Olymp. 46. 3. Cycli initium arcessendum. §. XIX. Anni tempestatibus affixi erant Solonis menses, quales sine Cyclorum Arte esse non poterant. §. XX. Forma Anni mensiumque ante Thaletem. §. XXI. Cyclus antiquissimus ipsius, ut videtur, Thaletis. §. XXII. In anno Solonis menses alternis pleni & cavi. Et quidem ita ut pleni præcederent. §. XXIII. In mensibus hujus Anni cavis dies mensis 29^{us}, non τεταράς, eximi solebat. §. XXIV. Cycli omnes ex Oraculis nati, que ipsa Thaletis temporibus non erant antiquiora. §. XXV. Cycli, post Thaletis illum, antiquissimi, Tetraetericus & Octaetericus; Isque duplex, vel mensium 4 mutilorum, vel 3 integrorum. §. XXVI. Cyclum Metonicum Cyclus Heccædecaetericus proxime antecessit. Is qualis fuerit, explicatur. §. XXVII. Cycli Heccædecaeterici Novilunia emendavit Meton non pro suis, sed illius, qui Cyclum illum condiderat, hypothesibus. §. XXVIII. Initium Cycli Heccædecaeterici constituitur Feb. Juliani dies vi^{us} anni Varroniani 258. §. XXIX. Cycli Heccædecaeterici Auctor Harpalus. §. XXX. Fallitur Censorinus qui alium Solaris anni modum Harpalo tribuit ab eo quem secutus est Auctor Cycli Heccædecaeterici. §. XXXI. Cyclus primus Atheniensium à Solone constitutus cæpit Feb. Julian. xviii anni Varroniani 162. §. XXXII. Octaeteris Cleostrati Embolimorum integrorum, quæ Cyclum Harpali proxime præcessit, cæpit anno Varroniano 210. §. XXXIII. In Cyclis Harpalo prioribus pariter respondent Kalendaria. Desunt tamen Exempla quibus evinci possit recte se habere. §. XXXIV. Proximus ante Metonem Archon Apseudes ne quidem semestris. Et superiores inde Archontes cum annis potius Julianis quam cum Olympicis concurrebant. §. XXXV. Tempore Solonis quatuor tantummodo Tribus & Prytaniæ, quarum tempora ad Chronologiam minime necessaria. §. XXXVI. Ab Olymp. lxvii. Tribus & Prytaniæ decem, quomodo per Anni menses distributæ in Tetraeteride. §. XXXVII. Quomodo in Octaeteride Cleostrati & Heccædecaeteride Harpali. §. XXXVIII. Ab Olymp. cxviii. 3. Tribus xii, & Prytaniæ proinde menstruæ. §. XXXIX. Postea due*



duæ primæ Tribus Antigonis & Demetrias à Ptolemæo & Attalo appellatæ Ptolemæis & Attalis. Mansit tamen titulus Sacerdotis in Prytaniæ præside. §. XL. Archontes illi Sacerdotes, non Anni, sed Prytaniæ, Eponymi. §. XLI. Sortitium usus in Prytaniis, non ad Prytaniarum ordinem constituendum; sed ut deligerentur ἐ Πρυτάνεσι Πρόεδροι, & ἐ Προέδροις Ἐπιστάται. §. XLII. Prytaniarum Ἐπιστάται decem tribules eligebant, è quibus septem eligendi erant secundi generis Ἐπιστάται qui rerum gerendarum Potestatem habebant. §. XLIII. Ἐπιστάτης Προέδρων tam Senatui quam Populi Comitibus præerat; novemque alios ex aliis, præter Πρυτανεύσων, Tribubus, è singulis singulos, deligebat. §. XLIV. Rursus probatur fixas fuisse Prytaniæ. Ἐπιστάτης Προέδρων unico per annum die Prytaniæ præerat. §. XLV.

HActenus anni Attici formam Civilem exploravimus, illorum præsertim temporum quorum Historica monumenta habemus certa & fide digna; & experimenta etiam certa quibus dicendorum fides comprobari possit. Inde jam ad illa quoque tempora progredimur, quibus aut nulla erant monumenta Historica; aut certe quæ pauciora complectuntur experimenta, magisque propter Scriptorum tam inopiam quam imperitiam suspecta. Hic etiam modum tenendum arbitramur. Nimis enim sunt profecto liberales viri alioqui in Chronologia celeberrimi, qui Cyclos Græcorum ab Olympiadum initio, aut etiam altius, à capto etiam Ilio, arcessendos existimant. Non scilicet meminerant Græcis nondum fuisse eam Astronomiæ peritiam, quæ tamen erat ad Cyclos designandos plane necessaria. Multæ jam fluxerant Olympiades cum Soloni inventorum novitatem exprobrarent Ægyptii Hierophantæ; cum illos pro pueris haberent, nec ullam apud Græcos scientiam ætate canam agnoscerent. Hoc idem Græcis obijciunt primævi nostræ Religionis Christianæ Patres. Nec id modo. Probant etiam disertis Græcorum testimoniis Barbaros plerarumque artium inventores agnoscentium. Idem ostendit in multis Plinius, Græcorum pariter & ipse testimoniis. Astronomiam certe Chaldeis debebant aut Ægyptiis. Scio quidem, si fabulas audiamus, longe his, in quibus jam versamur, temporibus antiquiorem fuisse Astronomiam. Uranum alii ejus inventorem fecerunt Atlantiorum Regem, teste Diodoro. Alii Atlantem, qui etiam Herculem in ea erudierit. Sic enim

Secl. I.
Non fuit apud Græcos adeo antiqua, quam ipsi gloriantur, Astronomia.

aPlato inTimeo.

bTatian. Orat. in Græc. Clem. Al. Strom. I. p. 306 &c. Euseb. Pr. Eu. cPlin. N. Hist. VII. 56.

dDiodor. Sic. I. III. p. 132. D.

P Plinius



a *Plin. N. Hist.* VII. 56. *Plinius* aliique. Et *σφαιρικὸν λόγον* ab *Atlante* inventum scribit etiam *Diodorus*, qui etiam alibi *σφαιρικὸν λόγον* etiam *Herculem* ad *Græcos* transtulisse. Atque inde natam fabulam de *Cælo* ab utroque gestato. Hæc tamen ex *Atlantium* traditionibus nata suspicor, gentis *fabulosissima*, cujus meminerunt *Diodorus* & *Eusebius*. Similem plane *Cretensium* αἰΐδων de *Hyperione* μύθου idem refert *Diodorus*, ab ipso quoque *Solis* & *Lunæ* aliorumque siderum motus fuisse deprehensos. Et *Proteum* *Egyptiorum* Regem antiquissimum *Menelao* coævum *Astrologum* facit etiam *Diodorus*. Adhuc tamen antiquiorem illo *Actin* (qui aliis *Actæus* erat) coævum *Cecropi*, & *Cadmo* multis *Seculis* seniore, è *Rhodo* ait etiam *Egypto* *Astrologiam* intulisse. Sic invicem dissentaneæ erant, quas collegit *Diodorus*, gentium de *Astronomia* inventore *Traditiones*. Nec id me latet cum *Babyloniis* *Egyptios* de hujus inventionis antiquitate certasse, multoque antiquiores, quam vera erant, *observationes* venditasse. *Babyloniorum* immensi temporis *Observationes* fuisse scribit *Cicero*. Et annis saltem ante mortem *Alexandri M.* 1903, *Babyloniæ* fuisse dixit *Callisthenes* *Philosophus*. Nec deerant sibi *Egyptii*, quin & ipsi multorum *Seculorum* *Observationes* apud se fuisse gloriantur.

Cicero. de *Div. Simpl. in Aristot. de Cæl. L. II. or. Porphyrio.*
l de Egyptiis Valer. Max. L. VIII. c. 7.
 Sect. II. Seriam illa refutationem ne merentur quidem, ipsa sibi diversa, & *Mythicorum* temporum *Traditionibus* oriunda, nulla coævorum proximorumve temporum fide nitentia, sed longinquorum *Seculorum* partim *ratiociniis*, partim etiam *commentis*. Jam enim olim tempus *Historicum* ab *Olympiadum* initio arcessivit *Varro*, quia (inquit *Censorinus*) *res in eo gestæ veris Historiis continentur*. Et quidem annos ante *Olympiadas* proximos, non quidem *Scriptoribus* coævus, sed à *memoria* *Scriptorum* proximos censet ipse *Censorinus*. Quod scilicet nulli unquam vel olim extiterint illorum temporum *Scriptores Historici*. Inde illa *S. Justin* Martyris: ὅτι ἐδὲν Ἕλλησι πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων ἀκρίβεις ἱστορίαι. Similia *Tatianus*, & apud *Eusebium* etiam *Africanus*. Sed ne quidem ab *Olympiadum* initio *Historiam* fide dignam habent *Græci*. Frustra *Historiam* *fidelem* à *Poetis* expectabimus. *Prosaicum* autem *Scriptorem* nullum habebant antiquiorem *Pherecyde* *Syrio*, qui sub *Cyro* scripsit, aut *Cadmo* *Milesio*, aut *Hecateo*. Sic enim de primis rerum inventoribus *Plinius*: *Prosam* orationem condere *Pherecydes* *Syrius* instituit, *Cyri* Regis astate: *Historiam* *Cadmus* *Milesius*.

q *Plin. N. Hist.* VII. 56. *Hesych. Miles. Pherecyd.*



sius. Sed *prose* orationis inventionem alibi ^a *Plinius Cadmo* tribuit *Milesio*. Nec (inquit) *Miletus fraudanda* cive *Cadmo*, qui *primus* *prosam* orationem condere instituit. Hujus tempus *βραχὺ τῆς Περασῶν Ἰπὶ τῶν Ἑλλάδα* *ερατείας* testatur fuisse ^b *Josephus*. *Darii* fortasse potius quam *Xerxis* recentiorem *expeditionem* intellexit. Et tamen hujus etiam *Scripta* suspecta fuisse testatur ^c *Dionysius Halicarnassæus*. Tertium illis in *prose* orationis inventionem æmulum adjungit *Strabo Hecatæum*, scilicet *Milesium*, quem sub *Dario* saltem *Hystaspide*, & post *Heraclitum Philosophum*, *Olymp.* saltem 69. vixisse docet ^d *Vossius*. Quod his omnibus *eandem* inventionem tribuerint *Scriptores*, inde factum arbitror quod *dubiæ fidei* haberentur quæ sub eorum nominibus ferebantur *Scripta*. Nec enim de *locis* diversis intelligi potuit, cum ejusdem civitatis fuerint *Cadmus* ille atque *Hecatæus*, ut proinde si *primus* *Mileti* *prosa* oratione scripserit *Cadmus*, idem facere non potuerit *Hecatæus*. Et tamen *fabulis* propiores *priscorum* illorum omnium *Historias* fuisse censet ^e *Diodorus*. οἱ μὲν γὰρ (inquit) *ᾠεῖ τ' Ἑλλάνικον καὶ Κάδμου, ἐπὶ δ' Ἐκατάην, καὶ πάντες οἱ τοῖστοι παλαιοὶ παντάπασιν ὄντες εἰς τὰς μυθώδεις ἀποφάσεις ἀπέκλιναν*. Egregie hæc consentiunt cum illis quæ nos ^f alibi de *Historiæ Græcæ* novitate disputavimus. Hinc enim sequitur, ne quidem ab initio *Cyri* (qui post *Olymp.* 60^m, Imperium inivit *Babylonicum*, quo *Græcis* coepit innotescere) *certam* esse *Græcorum Historiam*. Certe in *Solonis* temporibus *χρονικῆς* *κανόνι* nimis fidendum esse non censet ^g *Plutarchus*. Et ne temere ita censuisse videretur, rationem addit ab *experimentorum* omnium *incertitudine* ductam, *ἔς* (inquit) *μύεροι διορθῶντες ἄχελ σήμερον εἰς ἔδην αὐτοῖς ὁμολογῶμενον διώαντη κατασῆσαι τὰς ἀντιλογίας*. Frustra ergo *Cyclos* ab illis expectabimus, conciliandis invicem *Solis Lunæque hypothesisibus*, quibus nulla erat adhuc *Astronomicarum Observationum* supellex formandis *hypothesisibus* plane necessariarum. Frustra item ab illis *Observationes Astronomicas*, quibus nullæ erant quibus illæ conservarentur *Historiæ*. Frustra, inquam, *Cyclos* motuum *Cælestium*, cum nulli adhuc extarent *de Naturali Philosophia* scripti *Libri*, qui hoc demum sæculo scribi cæperunt. Primum enim *ᾠεῖ Φύσεως* *Librum* ab ipso hoc *Pherecyde* editum scripsit, ^h *Laertio* teste, *Theopompus*. Alii *Alcmæonem Crotoniatem* primum *Φυσικὸν λόγον* scripsisse tradiderant. Alii *Anaxagoram Clazomenium*, *πρώτον διὰ γραφῆς εὐδῆσαι βιβλίον*, teste ⁱ *Clemente Alexandrino*, *Φυσικὸν* profecto etiam illum, cum fuerint

a *Plin. N. Hist.*
v. Vide & *Suid.*
voc. *Φερικύδης*.

b *Joseph. cont.*
Apion. L. I.

c *Dionys. Halicarnass.*
de *Thucyd.*

d *Voss. de Hist.*
Græc. L. IV. c. I.

e *Diodor. Sic. I.*
l. p. 23. D.

f *Prælect. Cam-*
denian. Inaugur.

g *Plutarch. Solon.*

h *Laert. vit. Pherecyd. L. I. n. 116.*

i *Clem. Alexan. Strom. I. p. 308. c.*



rint *Poetae* longe antiquiores, & studiis illis *Naturæ* deditum fuisse constet *Anaxagoram*. Quod de *Alcmaone* scribit *Clemens*, idem ^a *Theodoretus*, nisi quod errore nimis frequenti *Alcmaonis* nomen in *Alcmana* corruperit. Uterque Auctorem fecutus *Clemente* paulo antiquiorem *Phavorinum* Philosophum

^b *Laert.* L. VIII. n. 83. ἐν παντὸς ἀπὴν ἰσορροπία, ut discimus è ^b *Laertio*. *Ætas* autem illius exinde colligitur, quod fuerit *Pythagoræ* discipulus, eodem teste *Laertio*. Imo *Pythagoræ* senescentis, ut docet

^c *Aristot.* *Metaph.* I. 5. ^c *Aristoteles*: καὶ γὰρ (inquit) πῶς ἡλικίαν Ἀλκμαίων ἐπὶ γέροντι Πυθαγόρα. Illum autem *Polycrati* Samio & *Amasidi*, imo *Cambysi* cœvum docet illius vita scripta ab *Iamblichō*. Imo tempora *Darii Hystaspidae* attigit *Pythagoras* antequam migraret in *Italiam*. Migrationis enim illius causam *Sylofontis* factum testatur fuisse ^d *Solinus*, quem *Samiis* tyrannum imposuerat is ipse *Darius*. Multis deinde in *Italia* docuit annis, quo tempore ejus auditorem *Alcmaonem* fuisse verisimillimum est. Ad annum certe *Olymp.* 70^o. 4^m. *Pythagoræ* mors refertur ab ^e *Eusebio*. *Anaxagoræ* tempora satis nota sunt, qui *Olymp.* 88. an. 1^o. decessit, *Pericli* atque etiam *Socrati* familiaris. Alium excitavit hujus inventionis æmulum ^f *Themistius Anaximandrum*, quem dicit *Græcorum* primum Librum edidisse de *Natura*. Illius autem mortem anno ætatis LXIV^o, *Olympiadis* autem 58^z. 2^o, tribuebat, ^g *Laertio* teste, *Apollodorus*. Vel inde constat antiquiorem his temporibus ne quidem esse potuisse *Astronomiam*, vel *Cyclos* adeo *Cœlestium* motuum *Astronomicos*.

Sect. III.
Nullæ *Græcis*, nedum *Romanis*, Observationes antiquiores illis quæ in *Epocha* habitæ sunt *Nabonassarea*. Et ne quidem *Babylonis*. *Eclipses* in ortu & conceptione *Romuli* non erant *Historicæ*.

Nec sane multis ambagibus opus erit in re tam manifesta. Res ipsa clamat *Olympiadibus* recentiore fuisse apud *Græcos* omnem illam, quæ *Artis* nomen aliquatenus sibi vindicare possit, *Astronomiam*. *Observationes* nullas *Epocha Nabonassarea* antiquiores agnoscunt *Astronomi*, non dico *hodierni*, sed ne quidem *veteres*: non *Ptolemæus*, non *Hipparchus*, non *Aristarchus*, non *Timocharis*, ipsi quoque *Græci*, proximique temporibus *Alexandri Macedonis*, atque adeo *Callisthenis*. Quid dico, *Græci*? Ne quidem *Græcis* antiquiores, seu *Atlantii*, seu *Cretenses*, seu *Ægyptii*, seu ipsi etiam *Babylonii*. Multas illi venditant, atque immensi temporis *Observationes*. Sed nec unicam fide dignam, aut quam fide dignam censuerint primi *Astronomicarum* hypotheseon fabricatores, antiquiorem *Astronomorum* *Æra Nabonassarea*, non *Eclipsim*, non *Novilunium* aut *Plenilunium*, non *sideris* locum seu *fixi* seu *errantis* cum *Observationis* tempore connexum. Ubinam ergo tot illæ eoditium



lium laterculorum Observationes? Ubinam columnæ illæ Sethi Astronomicæ in terra *Seriadica*? Ubinam vel *Callisthenis* illæ tot etiam ipsæ annis vetustiores *Nabonassaro*? Ignorari illas potuisse censebimus à *coævis*, à *sequentibus* post *Callisthenem Astronomis*, præsertim *Babylonis*? præsertim à *Callisthene monitis*? An *contemni* potuisse, cum quo *antiquiores* fuissent eo essent etiam *utiliores*, si quidem tam accuratæ compertæ fuissent quam venditabantur? Quo certe majori intervallo distabant invicem *primæ ultimæque* Astronomorum Observationes, eo *aptiores* futuræ erant *motibus* Corporum Coelestium deprehendendis, etiam *tardissimis*, qui nisi *magno* spatio deprehendi omnino non possent; eo proinde *utiliores* formandis *hypothesibus*. Nec antiquiores *Nabonassareis* ulla Observationes cognovisse videntur *Berosus*, aut *Critodemus*, aut *Epigenes*, quorum meminit *Plinius*, Nat. Hist. L. VII. C. 56. Sed sublestam *Callisthenis* Philosophi fidem sugillavit aliquoties vir maximus & fide dignissimus *Strabo*, ut ^a alibi ostendimus. Nec *ullam* tamen harum *fide* vel *dignam* vel *indignam* Observationem memorant *Astronomi* apud *Ptolemæum*. Scio quidem memorari *Eclipses* à *Plutarcho* in *Romuli* *nativitate* & *conceptu* antiquiores *Æra Nabonassarea*. Sed è *supputationibus* illas collegit, *Varronis* rogatu, *Tarrutius*; non autem ex *Historicis* eorum qui *viderint* testimoniis. Plane ut ex *Urbis Romanæ* rebus gestis *Urbis Natalem*; sic etiam è *Romuli* quæ ferebantur in *Historia gestis natalem conceptumque Romuli*. Hoc vel inde præterea manifestum est quod *conceptus* illius atque *Natalis* dies designarit *Ægyptios*, quod certe nemo facturus erat *coævus Romulo Romanus*. Hoc tamen fecit *Tarrutius* in *supputationibus temporum* etiam *Romanorum*, quod annis præsertim *Ægyptiis* jam olim assuevissent *Astronomi*. Non certe ita fuisset à posteris disputatum de forma *anni* regnante *Romulo*, si & *annum* quo fuerit *conceptus natusque Romulus* & *diem* prodidisset *coævus* aliquis *Historiæ Romanæ* Scriptor, quos adeo *Tarrutius* ad *Ægyptios* redegerit. Imo *longe antiquissimum* *Historiæ Romanæ* Scriptorem *Fabium Pictorem* appellat *Livius*, qui tamen secundo *Bello Punico* & paulo *antea* floruit. Et nulla erant apud *Romanos* vel *Archiva*, vel potius *Albanos*, quæ *conceptuum* dies conservarint. Non certe fuissent tot invicem discrepantes de *Urbis* origine juniorum sententiæ quot recenset ^b *Festus* & ^c *Plutarchus*, si de rerum *ante Urbem* *Conditam* gestarum *anno* atque *die* ulla fuissent *coæva* monumenta.

a Dissert. de
Sanchoniathone.

alibi
ostendimus
ut

^b Fest. voce
Rom.
^c Plutarchi. Romuli.



Sect. IV.
 Serius Epochæ
 Nabonassareæ
 Judæis, Ægyptiis &
 Græcis, primum
 Asiæ Coloniiis,
 tum deinde in
 ipsa Græcia & I-
 talia, tandem
 Romanis, inno-
 tuat Astronomia.

Atqui sic cum Epochæ Nabonassareæ Observationibus vere omnes Astronomiæ conveniunt Historia, ut vel inde facile colligamus, non aliunde formatam esse veterum omnem, cujus memoria unquam extitit, Astronomiam, quæ tamen ipsæ ab Olympiade demum cœperint VIII^a. In illis omnium antiquissimas legimus Babylonæ, non Ægypti, observatas, unde facile colligimus à Babylonia potius in Ægyptum, quam è contra, hanc scientiam emanasse. Vix est quod dubitemus, quin si quas habuissent proprias Ægyptii, illas potius usurpaturus fuerit Ptolemæus ipse Ægyptius, & antiquiores illo Astronomi Ægyptii. Sed nullas illi Babyloniis antiquiores in præclaro illo opere Ptolemæi vel venditant, loco certe venditandi opportunissimo. Suspectæ ergo sint oportet quæ illorum nomine ab aliis venditantur verbis duntaxat universalibus, exemplo autem nec unico in medium prolato. Propiores erant Babyloniis Judæi, & commerciis tam Belli quam Pacis magis affines. Proinde apud illos legimus studiorum Astronomicorum, post Babylonicos antiquissima vestigia. Si quidem annum Nabuchodonosori XVIII, quo captus est ab eo Zedekias, non conjecturis è Beroso, Patris Nabopolassari viventis cum Uferio nostro, sed, pro more Astronomorum, numeremus (qui nunquam annos numerant Regum concurrentium) à Patris Nabopolassari morte, ita optime convenient omnia. Sub Hezekia, postquam valetudinem à morbo lethali recepisset, tunc primam legimus^a Horologii, quod Achaxus struxerat mentionem. Incidit annus ille, qui erat ante mortem Hezekiæ XV^{us}. in Mardokempadi annum X^m. Is enim idem quem Merodach^b Baladonem appellant sacræ literæ. Est enim annus Nabuchadnezzari XVIII^{us}, qui idem erat Zedekia ultimus, Epochæ Nabonassareæ 161. Hinc detrahantur reliqui

^a Is. XXXVIII. 8.
 2. Reg. XX. 11.

^b Is. XXXIX. 1.
 2. Reg. XX. 12.

Hezekiæ anni	15.	
Manassis	55.	
Amonis	2.	
Josæ	31.	
Jehoahar		mens. 3.
Jehoiakimi anni	11.	
Jehoiakimi		mens. 3.
Zedekia anni	11.	

in universum anni 125. mens. 6.

Reliquus erit Epochæ Nabonassareæ 36. Olymp. XVII. qui idem fuerit cum Mardokempadi, quem diximus, X^o. Accuratissime.
 Tunc



Tunc autem *Astronomiæ* studiosos fuisse *Babylonios* exinde colligitur quod de miraculo quod factum fuerat in terra quæsitum venerint 2 Paralip. xxxii. 31. pariter ac de valetudine *Hezekiæ*. Potuitque *Achazus* ipse artem *Horologii* didicisse à *Babylonis*. Et *Astrologos* aliquoties memorat his temporibus cœvus *Isaias* Propheta, & paulo junior *Daniel*. Per *Syriam* deinde atque *Palestinam* transiit *Astronomia* ad *Ægyptios*. Forte antea, certe postea quam devicerat *Ægyptum* *Cambyses* v^o. Regni sui anno, inquit ^a *Eusebius*, *Olympiadis* autem *LXIII*^æ. ter-^a *Euseb. Chron.*
tio, inquit ^b *Diodorus*, suffragante *Eusebio*, & (si cum *Olympia-*^b *Diodor. L. I. p.*
dibus ab initio committatur) *Canone Regum Astronomico*. For-^{62.} *Ed. 1604.*
mam enim anni *Nabonassarei* *Babyloniæ* primo observatam in *Ægypto* reperit *Herodotus*, quæ sane forma accuratior erat quam ut investigari potuerit, nondum exulta *Astronomia*. Item à *Babylonia* primo ad *Græcas* Colonias *Babyloniæ* propiores, *Asiaticas* scilicet atque *insularum Asiæ* minori finitimarum; Tum deinde in *Græciam* ipsam derivata est; Tandem in *Italiam* non solum eam quæ à *Græcis* Colonis frequentata est, verumetiam ad *Romanos*. Polum certe & *Gnomonem* & xii diei partes à *Babylonis* accepisse *Græcos* disertis verbis testatur ^c *Herodotus*, & de *Judeis* testantur etiam quæ modo ^c *Herodot. L. II.*
vidimus de *Achazi* *Horologio*. Potuit enim *Achazus* illud à ^c 109.
Damasco *Babyloniæ* propiori, uti alia etiam, inde in *Palestinam* transtulisse. Diu certe fecit antea quam vel *primis* *Græcorum*, quibus hoc idem tribuitur inventum, innotesceret, *Anaximandro*, vel *Anaximeni*, *Anaximandri* discipulo, post multas demum ab *Achazi* tempore *Olympiadas*. *Anaximandro* tribuit, è *Phavorini* testimonio ^d *Laertius*: ^e *Plinius* autem *Anaximeni*. ^d *Laert. Anaximandi. Suid. Anaxim.*
Historiæ enim *Philosophicæ* his temporibus *infantiam* ^e *Plin. N. Hist.*
produnt tot illæ tamque invicem diversæ de rerum earundem ^e 76.
inventoribus *Traditiones*. Sic tamen illæ ut his temporibus inventas à *Græcis* fuisse doceant, quod non longe invicem in tempore dissentiant. ^f *Romæ* adhuc ferius primum *Horologium* ^f *Plin. N. Hist.*
intulit *Papyrius Cursor*, cum ædem *Quirini* à Patre votam ^f VII. 60. conf.
dedicaret, xii ante annos quam cum *Pyrrho* bellatum est, ^f *Liv. L. X. c. 46.*
anno V. C. *Varroniano* 461. exeunte, *Olymp.* cxxi^æ anno 4^o. Forte à *Samnitibus* qui ipsi è *Magna Græcia*. Certe post *Leges* xii tabularum *Meridiem* ab *Ortu* & *Occasu* in *diei* partitione distinxerunt, quod ipsum è *rationibus Gnomonicis* didicerunt, teste *ipidem eodem Plinio*.

Conve-



Sect. V.
Eclipsium doctrina tam apud Græcos, quam Latinos, quam Ægyptios, Æra Nabonassarea recentior.

Conveniunt certe huic quam dedimus Historiæ primæ rerum *Astronomicarum* apud alias gentes memoriæ. Coloniis certe *Asiaticis* primam illam gloriam debitam agnoscunt Scriptores, dum *Thaleti* hæc tribuunt *Milesio*, aut *Pythagoræ Samio*, aut *Anaximandro* itidem *Milesio*, aut ejusdem civitatis *Anaximeni*, aut *Cleostrato Tenedio*, aut *Oenopidæ Chio*, aut *Anaxagoræ Clazomenio* qui primus Scholam Sectæ *Jonicæ* ex *Asia* transtulit *Athenas*, Archonte *Callia*, ipso illo anno quo *Græciam* *Xerxes* aggressus est *Olymp.* LXXV^m 1^o. Et primam adeo *Eclipsim Solis* dicitur observasse *Thales Olympiad.* XLVIII^m anno 4^o. *Urbis Conditæ* 170^o. teste *Plinio*. Satis illud accurate, pro supputandi ratione, quam sequitur *Plinius, Varroniana*. *Eclipsis Lunæ Niciæ* fatalis in *Olymp.* xci^m annum incidit 4^m. illa præcipue de causa fatalis, quod nondum *Lunarium Eclipsium* causa esset vulgo explorata. Hoc enim agnoscunt plerumque

a *Polyb.* l. IX.
Plin. l. II. Nat.
H. c. 12. *Plutarch.* in *Nicia*.
Et de Superstitione.

b *Plin.* ubi supra.

c *Herod.* l. I. c. 74.

d *Herod.* l. VII. c. 37.

e *Herod.* l. IX. c. 10.

f *Herodot.* l. I. c. 32.

g *Plin.* ib.

Scriptores. Ignorantiam hac in re *Stesichori* ac *Pindari* paulo his temporibus superiorum observavit *Plinius*, cum tamen inter primos *Philosophiæ* operam darent celebres *Poetæ*. Et sane admodum *idiotice* loquitur de *Eclipsibus* quoties earum meminit *Herodotus*. Sic ille de *Prælio* inter *Alyattem* & *Cyaxarem*: *Συνήνθηκε ὡς τε τῆς μάχης συνεσεώσης, τῷ ἡμέρῳ ἕξαπίνης νύκτα ἤνυετο.* Iterum, de *Eclipsi* quæ *Xerxe* *Sardibus* discedente contigit. *Ἐρημώθη ἡ οἰ, ὃ ἡλιος ἐκλιπὼν τῷ ἐκ τοῦ ἕρανῶ ἔδρω, ἀφανὴς ἔτ' ἵπτι νεφέων ἐόντων, αἰθέρης τε τῶ μάλιστ' ἀντι ἡμέρης τε νύξ ἐγένετο.* De alia denique *Eclipsi* qua deterritus est ab *Isthmo* muniendo *Cleombrotus*: *Ἐσορῶν οἱ ἵπτι τῷ Πέρσῃ, ὃ ἡλιος αμαυρώθη ἐν τῷ ἕρανῶ.* Diem ait in noctem fuisse conversum, Solem disparuisse, sedemque (uti opinabatur ille) quem tenuerat in Cælo reliquisse. De *Luna* obscuritatis causa nulla apud illum vel minima suspicio. Quis, quæso, *Rusticus* de *Eclipsi* loqui potuit imperitius? Sic autem ille vel è *Libris*, vel è majorum *Traditionibus* acceperat. Inde intelligimus quam fuerit temporibus non modo *Alyattis*, sed *Xerxis* etiam, sed ipsius etiam *Herodoti*, atque adeo *Artaxerxis*, *rudis* atque *infans*, apud *Græcos*, *Astronomia*. Idque sane prodit *Solaris Anni* forma monstruosissima quam tamen ille *Soloni* tribuendam censuit, de qua infra plura. Porro anno *Urbis Conditæ Varroniano* 586^o. quo *Perseum* vicit *Æmilius Paulus*, *Eclipsim Lunæ* die ante noctem qua fuit, ne militum animi quasi novo omine consternarentur, prædixit *Sulpicius Gallus*. Et quidem *Romanorum* primus. Sic enim *Plinius*. Et rationem



rationem quidem defectus utriusque primus Romani generis in vulgus extulit Sulpicius Gallus, qui Consul cum M. Marcello fuit: sed tum tribunus militum, sollicitudine exercitu liberato, pridie quam Perseus Rex superatus à Paulo est, in concionem Imperatore productus ad prædicendam Eclipsim, mox & composito volumine. Hæc cum edita à Gallo hora contigisset, Romanis militibus Galli sapientiam prope Divinam visam testatur ^{a Liv. l. XLIV. 37.} Vel inde constat quam nova illa fuerint atque inaudita. Hæc Olympiadis CLIII^r, anno primo. Et quidem utriusque defectus rationem à Gallo primo in vulgus elatam verba Plinii manifestum faciunt. Apud Athenienses jam etiam ante cladem Niciæ Solarium Eclipsium ratio in vulgus emanaverat. Inde κροδιδωμία illa Lunæ, quam in Cyclo Metonico irrisit coram vulgo Aristophanes, & νεμυρία illa κατὰ σελήνην quam ex Eclipsi Solari collegit, nec tamen in Civilem Neomeniam quadrare inuit, Thucydides. Sed vero illa ipsa Eclipsis cujus meminit Thucydides Solaris adeo militibus Atheniensibus nova fuit, præterque expectationem, ut magnam illis consternationem incussura fuerit nisi veram illius causam edidisset ^{b Plu. Pericl.} Pericles, quæ alios utique omnes latebat. Illam quoque non aliunde quam è Præceptoris sui Anaxagoræ disciplina hauserat ipse Pericles, non è priorum Eclipsium Athenis observatarum exemplis, nec è Philosophorum Libris. Itaque hanc primam Eclipsim Athenis, pro Astronomiæ regulis observatam fuisse verisimillimum est. Certe Eclipsis alia Solis Cleombrotum Lacedæmoniorum Regem ab ^{c Herodot.} Isthmi munitione, ne Xerxes eà in Peloponnesum irrumperet, deterruit; quem tamen terrorem abigere solebant veræ, quoties detegerentur, Eclipsium causæ, ut in prædictis Periclis & Sulpicii Galli exemplis modo vidimus. Nondum ergo Eclipsium vel Solarium causæ in vulgus Græcorum emanaverant. Multo minus Lunarium quæ serius aliquanto vulgo innotuerunt quam Solares. Erant quidem Lunarium etiam Eclipsium causæ Eruditæ ante Niciæ casum exploratæ, ut observat in Niciæ vita Plutarchus. Sed deterritus ea accusatio-
ne Anaxagoras, quod Solem μῶρον ἄσπερον esse docuerat, cautior deinde factus est ne quid de Luna sentiret, palam profiteretur. Et quidem ipsæ Eclipsium causæ ab hujus seculi Eruditæ apud Plutarchum & Stobæum traditæ si minus ostendant quam fuerint Eclipsium imperiti, id saltem docent quam fuerint in loquendo cauti. Huc enim illas potius quam ad imperitiam refero. Nulla autem constitui poterant sine Eclipsibus

Q



bus accurata seu *Novilunia* seu *Plenilunia*; nec ulli rursus *Cycli* qui per magnos annorum circuitus *Solis* motus *Lunæque* invicem conciliarent sine *Noviluniis* *Pleniluniisque* accuratis. Quare *Babyloniæ* observatis *Eclipsibus* niti illos *Cyclos* consentaneum erat cum nullæ adhuc fuerint in *Græcia*, quibus niti possent, accurate observatæ. Præsertim suffragante tempore, cum recentiores essent *Græciæ* *Cycli* omnes observatis in *Æra Nabonassarea Babyloniæ* *Eclipsibus*. Nullæ certe memorantur ab *Ægyptiis* apud *Ptolemæum* *Astronomis* *Eclipses* *Ægypti* observatæ his ipsis *Eclipsibus Atheniensibus* antiquiores quibus in niti vel possent antiquiores his *Eclipsibus* *Cycli Attici*.

Sect. VI.
Ne quidem adhuc *Zodiaci* obliquitas illis innotuerat *Eclipsium* doctrinæ plane necessaria. Primus illam cognovit, & *Eclipsium Solarem*, prædixit *Thales*.

a *Plin. N. Hist.* II. 8. *Snid. Anaximander.* & ἄλιος ὄν. & γῶ-
μῶν.

b *Plin. N. Hist.* VII. 56.

Tantum vero aberat ut *Eclipses* *Astronomicæ* observatas haberint *Athenienses* antiquiores *Æra Nabonassarea*, ut ne quidem *Præcognita* necessaria tenuerint ad *supputationes Astronomicas*. *Supputationes* enim motuum *Solarium* *Astronomicas* in *Zodiaco* procedunt, vel potius in *Ecliptica*, quæ est media pars *Zodiaci*. *Græci* autem sub initium *Olympiadum* ne quidem ubi nam esset *Ecliptica* cognoscebant. Tam ab eo longe distabant ut eam *demetiri* non possent. Non modo enim *Olympiadicis*, verumetiam observatis in *Æra Nabonassarea* *Eclipsibus* juniores sunt quos ipsi *Græci* pro *obliquitatis Zodiaci* inventoribus agnoscunt. Sic enim de *Zodiaci*, quem ipse *Signiferum* appellat, *obliquitate* *Plinius*: ^a *Obliquitatem ejus intellexisse, hoc est, rerum fores aperuisse, Anaximander Milesius traditur primus, Olympiade quinquagesima octava. Signa deinde in eo Cleostratus, & prima Arietis ac Sagittarii. Sphæram ipsam ante multo Atlas. Merito fores rerum hanc inventionem censet Plinius, quam primo loco supponunt omnes supputationes Astronomicæ, quæ adeo nullæ ante illam esse poterant. Sed nec ullæ commode sine Signis quibus Zodiacus in partes duodenas distribuitur, nec sine supputationis initio in primo Arietis gradu à Cleostrato constituto. Hæc enim omnia ad Sphæram, seu σφαιρὸν λόγον, ut loquuntur Græci, necessaria erant. Proinde miror quomodo Sphæram ipsam multo ante ab Atlante inventam credere potuerit ipse Plinius. Alibi certe Sphæram ipsi tribuit Anaximandro: ^b Sphæram (inquit) in ea Milesius Anaximander. Nec sane admodum utilis fuisset inventio illa quam tribuit Plinius Anaximandro, sine aliis illis Cleostrati, ad Sphæram seu σφαιρὸν λόγον necessariis. Sed fieri vix potest ut obliquitatem Zodiaci primus invenerit Anaximander. Nec aliunde natam illam famam existimo quam quod primus Gnomone (quem*



(quem in *Solaris* statuit *Lacedaemone*) Solis puncta *Cardinalia*, non quidem à se excogitata, ad oculos repræsentarit. Ita scilicet ut non puncta ipsa sed *Gnomon* quo repræsentabantur ab eo fuerit inventus. Ita certe loquitur apud ^{a ap. Laert. l. II. n. 1.} *Laertium* *Phavorinus*: Εὐρε ἢ καὶ γνώμονα πρῶτ' &c. τροπῆς τε ἔ ἰσημερίας σημάζοντα. Sic item ^{b Euseb. Pr. Ev. l. X. c. ult.} *Eusebius*: οὐτ' πρῶτ' γνώμονας κατέσχευασε πρὸς ἀγνώστων τροπῶν τε ἡλίου ἔ ἰσημερίας, καὶ ὠρῶν, καὶ ἰσημερίας. *Aliis* eadem *Inventio* assignatur incertis hisce, quæ dixi, *Historiæ* initiis. *Pythagoræ* certe & *Oenopidæ* ^{c Plutarch. Placit. Philos. l. II. c. 12.} *Plutarchus*: Πυθαγόρας πρῶτ' Ἰππινεονηκέναι λέγεται πλὴν λόγων ἔ Ζωδιακῆς κύκλου, ἡντινα Οἰνοπίδης ὁ Χίος ὡς ἰδίαν Ἰππινεοῖαν σφραγίζειται. Sed illi *Anaximandro* cœvi, & infra *Olympiadem* illam è *Plinio* designatam *LVIII^m*. Nihil tamen obstat quo minus *obliquitatem* illam *Græcorum* primus docuerit *Thales*, quam ipse quoque didicerit à *Babyloniis*, antiquior autem *Anaximandro* & illa *Olympiade*. Illi certe *Zodiaci obliquitatem* exploratam fuisse constat, & τροπῆς adeo atque ἰσημερίας. Πρῶτ' καὶ πλὴν ἀπὸ τροπῆς ἐπὶ τροπῶν πύροδον εὔρε, inquit ^{d Laertius l. II. n. 24.} *Laertius*. *Græcorum* scilicet. Et cum essent qui *Nauticam*, quæ ejus nomine ferebatur, *Astrologiam* *Phoco* potius *Samio* tribuendam existimarent, iidem nihilominus duo illius scripta agnoscebant, & quidem sola, ^{e ib. II. 23.} ὡς ἐπὶ τροπῆς καὶ ἰσημερίας. Itaque certum erat *Zodiaci obliquitatem* illum ne quidem latere potuisse. Imo primus omnium [*Græcorum* scilicet] *Eclipses* prædixisse fertur, quod certe facere non potuit, nisi *Zodiaci obliquitate* explorata, & partitione ejus comperta, & initio constituto unde processuræ erant de futuris *Eclipsibus* *supputationes*, ut proinde ne *Cleostrati* quidem inventa eum latuisse verisimile sit. Sic enim ex *Eudemii* *Historia* *Ἀστρολογικῶν* ^{f ib.} *Laertius*: Δοκεῖ ἢ κατὰ πινος (inquit) πρῶτ' Ἀστρολογῆσαι, καὶ ἡλιακὰς ἐκλείψεις καὶ τροπῆς περιεπεῖν. Quod ait: Δοκεῖ κατὰ πινος, ego ad verba πρῶτ' Ἀστρολογῆσαι retulerim, ea nimirum causa, quod *Astrologiam* *Thaletis* multi *Phoco* potius *Samio* tribuerint. Quod enim *Eclipses* prædicendi artem primus ipse *Græcorum* exercuerit, id sane certum, si quid in illius *Historia* certum sit, existimo. Hoc enim illi tribuunt, nulla adjecta nota *dubitationis*, *Auctores*. Imo exemplum proferunt *Eclipsis primæ* ab eo prædictæ. Ita non *minorum* duntaxat gentium testes, & à *Thaletis* memoria remotiores, ^{g Cicero. de Divinat. h Plin. N. Hist. II. 12. i Apul. Florid. IV. Theon. in Ptolem. k Clem. Alexan. Strom. I. l Themist. Or. xv. Cleomed. II. 3. m Tzetzes. Chil. II. 55. n Herodot. l. I. c. 74.} *Cicero*, *Plinius*, *Apuleius*, *Clemens Alexandrinus*, *Themistius*, *Tzetzes*, sed antiquissimus omnium *Historiæ* Pater *Herodotus*. *Eclipsis* illa erat prælio *Cyaxaris* & *Alyattis*, testibus



locis prædictis *Herodoto, Cicerone, Clemente, Olympiade*, ut vult
 a *Plin. N. Hist. Clemens, L³*, ut vero ^a *Plinius accuratius Olymp. XLVIII^o anno*
 II. 12. *4^o*. ut docent calculi *Astronomici*, ejusdem *Olymp. ann. 3^o*.
 Erat ergo hoc tempore in *Thaleta* par *Cyclis* conficiendis *A-*
stronomiæ peritia. Quod enim non *viderit* tantummodo *Eclipsim*
 illam, sed *prædixerit*, in eo certe *peritiam* ostendit etiam
 in *utriusque* fideris motibus, *Lunæ* pariter ac *Solis*, & in *sup-*
putationibus etiam *Astronomicis*. Et *Lunæ* illum *vel nascentis*
incrementa, *vel senescentis dispendia*, *vel delinquentis obstacula*,
 explorata habuisse docet *Apuleius*. Anni denique *Solaris* for-
 mam docuit quæ in *Epocha* erat *Nabonassarea*, dierum 365,
 b *Laert. lib. n. 27.* ut docet ^b *Laertius*, quam proinde illum à *Babyloniis* accepisse
 verisimillimum sit. Nondum enim illam illa *Olympiade*
Ægyptii didicisse videntur, cum necdum jugum *Babyloniorum*
 experti essent. Sed *primum* illum defectionem *Solis* prædixisse
 testatur *Cicero*; *primum* certe apud *Græcos Plinius*. Nec
 alium aliquem nominant veræ certæque *Græcorum Historiæ*,
 qui ei per *etatem æmulus* esse posset. *Fabulosam* enim illam
 quæ monumentis destituta erat fide dignis, non est profe-
 cto quod moremur.

Sect. VII.
 Obliquitatem Zo-
 diaci novit He-
 siodus, qui ex hac
 aliisque notis
 Thalesi coævus
 fuisse videtur.

c *Laert. L. 1. n.*
 24.

Sed *ἡροπῶν* meminit aliquoties *Hesiodus*, qui tamen non
Anaximandro modo aut *Pythagora* aut *Oenopide* creditur an-
 tiquior; sed *Thaleta* etiam ipso, sed *Nabonassaro*, sed ipsis
 etiam *Olympiadibus*. Sed falli profecto necesse est universam
 fere *Ἀστρολογικῶν* inventorum *Historiam*, si & opus illud de
Operibus & Diebus Hesiodi sit; & *Hesiodus* ipse sit, quam cre-
 ditur, *antiquus*. Sunt enim & alia in hoc eodem Opere me-
 morata quæ his, in quibus versamur, temporibus vixisse con-
 vincant hujus Operis, quicumque demum is fuerit, *Aucto-*
rem. Τετρακάδος meminit hic *Auctor*. Et tamen *primum* fu-
 isse *Thaletem* qui diem mensis *ultimum τετρακάδα* appellarit, te-
 stis est disertus *Laertius*: *Ἐπῶν τῶν ἡμετέρων ἡ μὲν τετρα-*
κάδα εἶπε. Suspicio in anni *Solaris* forma illa quam proba-
 vit *Babyloniorum* exemplo *Thales*, dierum 365 menses XII fu-
 isse quorum nonnulli *dies* plusquam 30 complectebantur, &
 tamen pro *Lunaribus* habebantur. Hos ergo menses ita *Lun-*
ares fieri posse censuit *Thales* si dies eorum *ultimus* sem-
 per *τετρακάδος* numeraretur. Hoc enim *novum*, & à more re-
 cepto alienum, censet *Herodotus*, quod dies appendices apud
Ægyptios in finem conjicerentur. Sed *nimum* illum fuisse men-
 sis *Lunaris* modum postea animadvertit *Solon*, & novo pro-
 inde



inde nomine *τριάκτα* insignivit *ἔννης ἡ νέας*, quod scilicet *τριάκτα* non (ut olim) semper *veteris Lunæ* fuisse arbitraretur, sed nunc *veteris* nunc *novæ*. Mediam inter hos viam tenet *Hesiodus*, ut proinde *medio* inter illos tempore se vixisse prodatur atque scripsisse. Utriusque enim meminit, tam *τριάκτος* quam *ἔννης*. Sic tamen ut faciat invicem alienissimas, utque ultima mensis dies *τριάκτος*, prima autem *ἔννης* nomine apud illum intelligenda veniat. Sic etiam ut *ἔννεο Lunam* non *veterem*, sed *novam* intelligat. Tam longe aberat à novo *Solonis* sermone. Sed & illa quoque quæ habet *Hesiodus* de mensium diebus *Rei Rusticæ* atque *Nauticæ* utilibus, è media erant *Astrologia*, Observationibusque *Babyloniorum Astronomicis*. Et proinde *Astrologiam* ab illis primo, tum deinde à *Thalete* exultam supponunt. Sic enim à *Thalete* temporum ambitus, ventorum flatus, stellarum meatus, tonitruum sonora miracula reperta testatur ^a *Apuleius*. Illamque ejus peritiam ostendit, cum comento oleo, cujus magnam copiam è siderum ortu præviderat, magnam pecuniæ vim conflagavit, quod scribunt de eo, præter ^b *Laertium*, ^c *Aristoteles* atque ^d *Cicero*, quanquam id *Democrito* tribuat ^e *Plinius*. Et fieri potest ut idem *uterque* fecerit. Huc etiam refert *Chaldæorum Dodecaeteridem* ^f *Censorinus*, quod illo spatio crederent *tempestates*, frugumque proventus, sterilitates item, morbosque circumire. Unde etiam *Babylonis* idem innotuisse constat. Sic ergo hæc calluit *Hesiodus*, ut essent qui illius nomine *Astrologiam* supponerent, ut sub *Thaletis* nomine *Astrologiam* suppositam fuisse modo vidimus. Hoc nos docet ^g *Plinius*. Et quidem discrepabat illa *Hesiodi Astrologia* à juniorum *Græcorum Parapegmatis*, ut facile alia & antiquior illis esse posset. Discrepabat etiam à *Thalete*, ut ne quidem ab illo omnia acceperit *Hesiodus*. Occasum enim matutinum *Vergiliarum* *Hesiodus* tradidit fieri (inquit *Plinius*) cum *Æquinoctium Autumni* conficeretur: *Thales* xxv die ab *Æquinoctio*, *Anaximander* xxix, *Euctemon* xlviii. Itaque si alius quispiam sub nomine *Hesiodi Astrologiam* finxerit, potuit idem hoc, in quo versamur, Opus de *Operibus & diebus* sub illius nomine confinxisse. Cum certe Bibliothecam conderet *Pisistratus* sub nomine *Orphæi* & *Musæi* aliqua edidit *Onomacritus*: Et alios illum fuisse imitatos, exinde suspicio est, quod tot illorum temporum Libros habemus, incertis variisque Inscriptionibus, qui aliis aliisque attributi fuerint Auctoribus. Sed profecto mirum est nova illa videri potuisse in

^a *Apuleius Florid.* l. iv.

^b *Laert.* l. i. n.

^c *Aristot. Polit.* l. ii.

^d *Cicer. de Divin.*

^e *Plin. N. Hist.* xviii. 28.

^f *Censorin. de die Nat.* c. 18.

^g *Plin. N. Hist.* xviii. 25. & Schol. in *Hesiod. Op.* & v.



Thalete, & junioribus adhuc *Thalete Astrologis*, quæ jam aliquot ante *Thaletem* seculis prodiderat Poeta post *Homerum* nobilissimus.

Sect. VIII.
Quod *Acasti*
Archontis *A-*
theniensis tempo-
ribus assignetur
Hesiodus, id nul-
lo factum est
Historico, quod
fidem meretur,
testimonio.

Sed nihil est necesse ut *Thalete* tanto antiquiorem faciamus *Hesiodum*. Imo credibilius est illos aliquantisper fuisse *coæ-*
taneos. Scio quidem multas fuisse de *Homeri* atque *Hesiodi*
temporibus, atque invicem discrepantissimas Veterum opini-
ones, tales scilicet ut iisdem *hominibus* penitus convenire non
possint. *Homeros* enim *varios*, & varias de vero etiam *Ho-*
mero tabellas pepererunt antiqua illa Civitatum de *Homeri*
patria *studia* atque *amulationes*. Estque illud sane horum tem-
porum commune quæ primis *Historiis* editisque *Libris* anti-
quiora fuisse probavimus, ut vix *unus* aliquis sit, cujus ce-
lebris memoria fuerit, ut à multis cognosci potuerit, quin
varie sint, nec sibi *consentaneæ*, proximorum temporum de
illo *Traditiones*. Sed, si quæ aliis verisimiliora videbuntur,
seligamus; fiet profecto ut his potius post *Olympiadas* tem-
poribus rectius assignandi sint, tam *Homerus* quam etiam *He-*
siodus. *Clementis Alexandrini* verba de *Homeri* ætate agentis il-
la sunt: ^a *Εὐθυμῆς ἢ ἐν τοῖς χρονικοῖς συνακμάσειν Ἡσίοδον Ἰππὶ*
Ἀκάστου ἐν Χίῳ ἡνέσθαι πρὸ τοῦ Δακρυσοῦν ἔτος ὕστερον τῆς Ἰλίου ἀλώσε-
ως. Ταύτης δὲ ἐστὶ τῆς δόξης ἢ Ἀρχεμάχῳ ἐν Εὐβοικῶν τρίτῳ. Hic
ætas *Homeri* ex *Hesiodi* ætate quasi notiori colligitur, ætas
autem *Hesiodi* ex ætate Archontis *Acasti*. Et magis fidem
mereri notas illas temporis constat quæ cum *patris* aut *vi-*
cinis Magistratibus res gestas committunt, quam quæ per no-
va rursus *ratiocinia* cum *alienis*, cum quibus nullum prorsus
erat rei gerendæ commercium. Proinde nihili faciendum cen-
seo quod *Gellius* res *Græcas* cum *Albanis* Regibus conjungit,
nisi constaret de *ratiociniis* quibus hoc fecerint *Romani* quos
hic secutus est Auctores. Sed *Chios* una erat *Urbium* quæ
de *Natalium Homer* gloria certabant, cujus *Traditiones* hic
secuti sunt, quicumque demum fuerint, *Euthymenes* & *Arche-*
machus. Nec adeo erat, quam oportebat, exploratum, an
Archonti *Atheniensium Acasto* coævus fuerit *Hesiodus*. *Tribus*
certe annis, & quidem diversissimis, illum disposuit ^b *Eusebius*,
quorum *unicus* duntaxat *Acasti* Magistratui convenit. Et *Ar-*
chonti etiam *Atheniensi* alteri *Hesiodum* assignat *Chronicon Mar-*
moreum præstantissimum, olim *Arundellianum*, jam *Oxonense*, ut
è situ colligitur, quamvis *nomen* Archontis perierit. Itaque
Historicis monumentis nullis vel de *Archontis nomine* consta-
bat,

^b *Euseb.* num.
DCCCXCVI.
MCCX. MCCLV.



bat, sed *ratiociniis* de *Jonica* Colonia, vel de tempore *Cumæ* *Æolica* conditæ; unde patrem suum in *Ascræ* *Bœotiæ* migrasse ipse testatur ^a *Hesiodus*. *Acasti* enim Archontis anno VIII^o, qui idem numer. ^b *Eusebian.* DCCCLXXV ita legimus: *Jonica emigratio, in qua quidam Homerum fuisse scribunt.* Rursus anno ejusdem Archontis XXIX^o. num. *Euseb.* DCCCXCVI. ita: *Quidam Homerum & Hesiodum his temporibus fuisse scribunt.* Quasi scilicet mox à deducta Colonia *Jonica* *Cumæ* *Æolica* condita sit, aut primis *Cumæ* *Æolica* temporibus floruerit *Hesiodus*, quæ erant ambo falsissima. Nihil itaque inde certo colligi poterit de *Poetæ* utriusvis temporibus, qui non illis ipsis temporibus, sed postea nati fuerant. Prior certe annus CXL^{us} est à num. *Euseb.* DCCCXXXV cui *Excidium Trojanum* tribuit *Eusebius*. Et sane anno à *Trojano* *Excidio* CXL^o *Jonicam* *Coloniæ* assignant *Chronologi* veterum præstantissimi: ^c *Aristarchus* in *Commentariis Archilochiis*, & ^d *Eratosthenes*. Discrepat etiam secundus numerus *Eusebianus* à priori annis XXI. Et sane anno, postquam *Lesbos* habitari per oppida cœpit, XX^o *Cumam* *Æolicam* conditam testatur in *Homeri* vita *Herodotus*. Ea autem *Lesbi* habitatio, si *Jonum* fuerit, certe post *Coloniæ* *Jonicæ* fuerit necesse est. Sic accurate respondent spatia, ut non aliud ob oculos habuisse verisimillimum sit, quo duce ista sic disposuit *Eusebius*, quam ut *Joniæ* & *Cumæ* conditæ tempora designaret, quæ tamen *Poetis* ipsis antiquiora fuisse necesse est. Quod porro vel posteriorem illum *Acasti* annum cum anno ab *Excidio Trojanæ* CC^o commiserint, seu *Euthymenes*, seu *Archemachus*, qui annum inde CLX^m ægrè superarit, id quoque nos docet, & *ratiociniis*, & *incertis* admodum illis, omnem illam deberi *Chronologiam*. Nec enim potuit in annum à *Trojano* *Excidio* CC^m. incidere annus ullus *Acasti*, si *Æschyli* Archontis pro termino vitæ anno secundo prima cœperit *Olympias*. Nullam autem *Hesiodi* rem gestam repererant hujus sententiæ Auctores in *Archivis* *Atheniensis* Archontis certo aliquo anno designatam. Proinde non est quod eorum *ratiocinia* admodum moremur. Et tamen maxime obtinuisse videtur hæc opinio de *Hesiodo* ad *Acasti* tempora referendo. Inde suis temporibus antiquiores 400 annis tam *Homerum* quam *Hesiodum* facit ^e *Herodotus*. Inde ut *Homerum* mille annis antiquiorem suis censet ^f *Juvenalis*; sic etiam *Hesiodo* mille annos tribuit *Juvenalis* cœvus, paulo tamen senior ^g *Plinius*; Iam etiam, ni fallor, denique alii

a *Hesiod. Op. & Dier. L. II. v. 251.*

b *Euseb. Chron.*

c *Aristarch. ap. Clem. Al. Strom.*

i. p. 327.

d *Eratosthen. ap. Clem. Al. Strom.*

i. p. 336.

e *Herodot. L. II.*

c. 53.

f *Juvenal. Sat.*

g *Plin. N. Hist.*

alii



alii *Homerum Hesiodo* coævum, alii senio- rem, alii juniorem, statuebant. Qua enim ratione *Homerum Hesiodo* coævum fuisse collegerant *Euthy- menes* & *Archemachus* quod fuerit *Ho- merus Acasto* coævus; eadem superiorem *Hesiodo* alios fecisse consentaneum erat qui temporibus *Homerum* assignaverant *Acasto* antiquioribus; & viceversa juniorem qui recentiori- bus *Acasto* temporibus *Homerum* vixisse crediderunt. Itaque cum hanc etiam opinionem incertam probaverimus, incertio- rem certe his quæ de primis *Astrologiæ* inventoribus produ- ximus ex antiquissimis *Græcorum* Historicis; proinde reliquas hujus ævi *Mythici* Traditiones securius negligemus.

Sect. IX.

Homerus ipse post *Olymp.* 23. floruit. Proba- tur hoc testimo- niis *Theopompi* & *Euphorionis*. Item ex ætate *Arcti- ni*, *Mida*, *Ari- stæ Proconnesii*, *Terpandri*.

Verisimillima sententia videntur qui *Homerum* sub *Olympia- dum* initium floruisse censent. Sic enim sequentur illum *Poe- tarum principem* Poetæ alii continuo quos ille tantæ celebri- tatis fama ad simile studium accenderit, & *Poetas* continuo sequentur *Scriptores Prosaici*, *Philosophi* imprimis, tum dein- de *Historici*. Favet etiam ipse *Homerus* qui tantum discrimen inter suos coætaneos & *Excidio Trojano* coævos homi- nes facit, ut plane plurimum fuisse oporteat *Seculorum*, pro eo- rum sententia qui temporis progressu naturam deficere cense- bant. Id enim indicant verba ejus *ὅλοι υἱὸς ὀπότερον εἶον*. Acce- dit ^a *Theopompi* gravissimum testimonium qui *Philippicarum* *XLIII^a* *Homerum* referebat 500 annis fuisse post eos qui ad *Ilium* militabant. Is erat, ni fallor, Auctor quo ^b *Tatianus* coævum facit *Archilocho Homerum*, quem etiam *Archilochum Gygi Lydorum Regi coætaneum* censet, & *Olympiade* *XXIII.* vi- xisse refert, annisque post *Trojanum* *Excidium* similiter 500. Ab *excidio Trojano* ad *Olympiadas* anni numerantur 407. In *Olympiadibus* *XXIII* anni 92. Additi fiunt anni 499. Hinc ergo corrigenda in *Eusebiano Chronico Latina Hieronymi*, & *Olympiadem* illam integram à *Theopompo* intellectam esse colli- gitur. Convenit etiam apud *Clementem* ^c *Euphorion* qui *Gygi* coævum credidit similiter *Homerum*, & *Gygi* initium assigna- vit *Olymp.* *XVIII.* Nec enim *Gygi* initium designaverat *Theo- pompus*. Convenit præterea aliquatenus ætas *Arctini* Poetæ à *Gerardo Vossio* recte huc relata. Hunc *Homeri discipulum* fuisse tradunt *Suidas* & *Tzetzes*. Et quidem *Suidas* Auctore *Artemone Clazomenio*. Illum ad annum 2^m *Olympiadis* 1^a aliis Auctoribus, aliis autem ad *Olymp.* *III^a* 2^m refert *Eusebius*, ut nihil fere sibi consonum referunt horum temporum *Historiæ*. Sed *Natalem Arctini* intellexerunt, ni fallor, quibus Aucto- ribus

^a *Theopomp.* ap. *Clem. Al. Strom.* *XLIII^a* *Homerum* referebat 500 annis fuisse post eos qui ad *Ilium* militabant. Is erat, ni fallor, Auctor quo ^b *Tatianus* coævum facit *Archilocho Homerum*, quem etiam *Archilochum Gygi Lydorum Regi coætaneum* censet, & *Olympiade* *XXIII.* vi- xisse refert, annisque post *Trojanum* *Excidium* similiter 500. Ab *excidio Trojano* ad *Olympiadas* anni numerantur 407. In *Olympiadibus* *XXIII* anni 92. Additi fiunt anni 499. Hinc ergo corrigenda in *Eusebiano Chronico Latina Hieronymi*, & *Olympiadem* illam integram à *Theopompo* intellectam esse colli- gitur. Convenit etiam apud *Clementem* ^c *Euphorion* qui *Gygi* coævum credidit similiter *Homerum*, & *Gygi* initium assigna- vit *Olymp.* *XVIII.* Nec enim *Gygi* initium designaverat *Theo- pompus*. Convenit præterea aliquatenus ætas *Arctini* Poetæ à *Gerardo Vossio* recte huc relata. Hunc *Homeri discipulum* fuisse tradunt *Suidas* & *Tzetzes*. Et quidem *Suidas* Auctore *Artemone Clazomenio*. Illum ad annum 2^m *Olympiadis* 1^a aliis Auctoribus, aliis autem ad *Olymp.* *III^a* 2^m refert *Eusebius*, ut nihil fere sibi consonum referunt horum temporum *Historiæ*. Sed *Natalem Arctini* intellexerunt, ni fallor, quibus Aucto- ribus

^c *Euphorion* ap. *Clem. Al. ib.*



ribus illum ad *primas* illas *Olympiadas* ipse retulit *Eusebius*. Sic enim *Thaletis* $\gamma\omega\epsilon\lambda\sigma\mu\delta\upsilon\nu$ *Olymp.* xxxv. tribuit *Eusebius*, quam *Thaleti* natalem fuisse testatur ex *Apollodoro* ^a *Laertius*. *Arctini* ^a *Laert.* l. i. n. enim *profectos* annos quibus *celebris* esse coepit, *serius* esse pro-³⁷ ducendos exinde colligimus, quod illum à *Lesche* victum, & quidem *Phania* (*Eresio*, ut videtur, *Peripatetico*) Auctore tradat ^b *Clemens Alexandrinus*. Illum enim *Leschen* ad *Olymp.* xxx² ^b *Clem. Alexan. Strom.* l. p. 333. annum 4^m retulit *Eusebius*. Admodum congrue, si *Homeri* ^c *Herodot.* vit. *discipulus* fuerit qui ipse finem *Olympiadis* xxiii², ut vidimus, attigerit. Hinc sane sequitur *Arctini* vel *Natalem* male ab illis (qui ad *primas* illum retulerint *Olympiadas*) & quam oportebat maturius esse constitutum, propter receptas, (ut videtur) de *Homeri* Præceptoris ætate opiniones. Est enim magis audiendum *posterius* illud, quo à re *Arctini* gesta ætas illius colligitur, testimonium. Eodem refero, quod Epigramma in *Midam* è *Cumanorum* Traditione *Homero* tribuat ^c *Herodot.* vit. *Herodot.* c. II. ^d *Laert.* l. i. n. *89.* *tus*. Non me fugit quod hoc ipso ætatis ^d Argumento, rectius *Laertio* sentire videantur qui *Cleobulo* idem tribuunt; factenti interim non esse adeo antiquum quam à nonnullis credebatur, *Midam*; & *junio*rem receptis *Homeri* temporibus, & propiorem ætati *Cleobuli*. Vel inde colligitur quam immaniter errarint Auctores quorum testimonio *Midam* ad numerum suum DCXCVII. retulit *Eusebius*. Facilius omnia conciliabantur, si ne quidem longe à *Cleobuli* ætate summovendus sit *Homerus*. Sic enim error utrobique proclivior fuerit si *coætaneorum* alterum pro altero acciperent proximi illorum temporum *Traditionibus* Auctores. Potior omnino ratio est ut propter *Midæ* tempora *Homeri* tempora deprimamus, quam ut vicissim (cum *Scaligero*) *Midam* antiquiorem faciamus ut contendendi possit cum *Homero*. Hoc enim certe Argumento pugnabant illi quos sequitur *Laertius*, quod exploratæ fidei testimoniis constaret *Cleobuli* propius temporibus convenire *Midam*. Idque nos docet aliis & melioribus Auctoribus ipse *Eusebius*, cum *Midæ* initium numero suo tribuit MCCLXXX, & *Olympiadis* x² anno 4^o; mortem autem numero suo MCCCXX, *Olympiadis* autem xx² anno similiter 4^o. Sed ut *Homerum* antiquiorem censent quam ut in *Midam* scribere potuerit, sic erat *Cleobulus* profecto *junior*. Rogat ille *Solonem* ut, potiente rerum *Pisistrato*, *Lindum* concederet. Mox ostendemus *Olymp.* LIV² anno 4^o. tyrannidem à *Pisistrato* occupatam. Vixit *Cleobulus* annis in universum LXX. Esto ergo. Anno suo



ultimo *Colonem* invitarit *Cleobulus*. Ita natus fuerit *Olymp.* xxxvii^o anno 2^o: post multas à *Midæ* morte *Olympiadas*, cum tamen in ipso *funere*, cum conderetur *monumentum*, atque adeo à *coævis* fieri solerent *Epigrammata*, hoc certe factum est quod ipsi *stelæ* inscribatur. Nec aliud de *Cleobuli* *Epigrammate* testatur *Simonides*, (cujus unius testimonio pugnabant qui *Cleobulum* *Epigrammatis* *Auctorem* volebant) quam quod simili *Argumento* *Epigramma cippo* inscripserat *Cleobulus*. Sed in multa similia sæpe fortuito incidunt *Poetæ* plane invicem *nefcii*. Et multa etiam à se mutuo *accipiunt* alio, quam à *Primævis* *Auctoribus* usurpata fuerant, detrahenda. Multa habet exempla ^a *Clemens* eorum quæ *Græci* posteriores à *prioribus* acceperint. Quod vero in *Midæ* honorem erecta fuerit illa *Cleobuli* *Stela*, de eo ne verbum quidem *Simonides*. Sed & *Aristeam Proconnesum* à nonnullis pro *Homeri Præceptore* habitum docet ^b *Strabo*. Hunc ante sua tempora annis 340 vixisse testatur ^c *Herodotus* è fide *Metapontinorum*. Quo tamen in loco 240 legunt, ni fallor, alia exemplaria, suffragante ut arbitror, in *Chiliadibus* *Joanne Tzetze*. Anni illi *Olympiadas* conficiunt 60, quæ si ab *Olympiad.* lxxxiv^o, an. 2^o. detrahantur (quo *Historiam* ab *Herodoto* scriptam docet doctissimus *Vossius*) reliquus erit *Olymp.* xxiv^o an. 2^{us}. quo *Homerum* instituerit *Aristeas*. Et si alius ille *Centenarius* ad calculum accedat, ne quidem ita multis annis præcesserit *Olympiadas*. Sed alia illa supputatio magis *Historiæ* consentanea est. Est enim nemo, quod quidem sciam, *Veterum* qui *Homerum* tam paucis annis *Olympiadibus* antiquiorem faciat. Suffragatur porro *Straboni* ^d *Tatianus*, dum inter *Scriptores Homero* antiquiores hunc ipsum recenset *Aristeam*, qui scripsisse fertur *Arimaspiæ*. Justo autem recentiorem *Aristeam* facit *Auctor* cujus fidem secutus est *Suidas*, qui *Cyro* illum & *Cræso* coævum fecit, & *Olympiadis* l^o, ut ex hoc ipso colligitur *Herodoti* testimonio. Convenit porro quod *Terpandrum* *Poetam* æqualem *Midæ* fecerit ^e *Hellanicus*, qui tamen non erat *Olympiadibus* antiquior. Eundem *Archilocho* antiquiorem, quem coævum *Homero* ostendimus, fecit *Glaucus Italus*, teste ^f *Plutarcho*. Neutrum nisi de *Terpandri Natali* verum esse potest, quem non satis distinguunt in hoc *Historiæ* adhuc obscuræ *Seculo*, uti vidimus, *Scriptores*. Sic ergo intelligendi erunt, quod *natus* fuerit *Terpander* ante mortem *Midæ*, quam *Olympiadi* xx^o exeunti assignavimus. Sic enim necesse erat ut etiam

a Clem. Alexan. Strom. vi.

b Strab. Geograph. l. xiv.
c Herodot. l. iv. c. 15.

d Tatian. Or. cont. Græc. fin.

e Hellanic. ap. Clem. Alexan. Strom. i. ib.
f Plutarch. de Music.

ante



ante *Archilochi exitum* natus fuerit, quem *Olympiadis* xxiiii^e finem attigisse diximus. Quo minus autem de alio quam *natali* ejus intelligi illa possint, obstant quæ de ejus tempore alibi legimus. *Eusebius* ad numerum suum mcccclxx qui idem *Olymp.* xxxiiii^e annus erat 2^{us}. ita habet: *Terpander insignis habetur*. Si anno *Olymp.* xx^e vel ultimo natus fuerit *Terpander*, tunc sane annum l^m egerit oportet cum *insignem* illum censet *Eusebius*. Convenit *Chronicon Marmoreum*, quo anno ante suam Epocham (quæ *Olymp.* cxxix an. i. erat) 381. Archonte *Athenis Dropilo Terpander* nomos Lyricos & tibiales docuisse dicitur. Hic annus erat *Olymp.* xxxiiii^e 4^{us} à quo nec longe alia *Eusebii* exemplaria in alterum extremum discedebant in Editione *Pontaci*. Convenit porro quod in *Carniis primus* traditur vicisse *Terpander*, quæ quidem *Carnia Olympiade* xxvi^a constituta fuisse testatur in *Libris de Temporibus* apud ^a *Athenæum Sofimus*. Si illo, quo diximus, anno natus fuerit, *Carniorum* victor egerit annum saltem xxim^m, quod satis commodum est. Sed *Poetis* qui *Lycurgi* Legislatoris temporibus floruerunt, *Terpandrum* accensebat *Hieronymus* in Libro de *Citharædis*, idem inquit *Athenæus*. *Lycurgum* autem ait ab omnibus illum haberi qui cum *Iphyto Olympia* restaurarit. Sic *Olympiadum initio* floruerit *Terpander*, diu tamen ante tempora illa unde vulgo *Olympiades* numerari solent. Prima enim quæ numeratur *Olympias*, eadem erat ab ^b *Iphyto* xxviii^a, si *Aristodemo* fides & *Polybio*; sin *Callimacho* potius credatur, xiv^a.

Sed ne quidem tantus erat de temporibus etiam *Lycurgi* veterum consensus. *Eusebius*, è *diversis* proculdubio Auctoribus, ter illius mentionem facit, ad num. mcxxxiii. mcxcvii. mccxviii. Sunt quidem numeri illi omnes hodiernis *Olympiadibus* antiquiores. Sic tamen ut postremus illas xxii duntaxat annis antecedit. Nec desunt Argumenta quæ adhuc *Olympiadum* Epocham *junio*rem *Lycurgum* probent. Memorat ^c *Laertius*, & quidem *Magnesio Demetrio* Auctore meminit, cœvum *Hesiodo* & *Lycurgo Thaletem*. Non alius erat proculdubio *Thales* ille à *Creten*si *Thalete* Musico, quem *Lycurgo* familiarem facit *Strabo*, & quidem illi ipsi *Lycurgo* quem idem ^d *Strabo* cum *Homero* in *Chio* congressum esse tradit. *Thaletem* illum appellat *Strabo*, *Plutarchus* autem è *Glauco* *Italo Thaletam*. Vix enim est quod eundem fuisse dubitemus, *Cretensem* & ipsum, & à re *Musica* celeberrimum, cum certe in *Historia* illa *Plutarchi Musica* alius nullus memoratur, qualis ipse

^a *Athen.* Deipn. l. xiv. c. 14. De *Carniis* idem in Excerptis *Cassauboni*. ap. *Scaliger*. Thesaur. p. 217.

^b Vid. *Euseb.* Græc. *Scalig.* p. 37.

Seçt X. Item ex ætate *Lycurgi*, qui junior *Olympiadibus* fuisse probatur.

^c *Laert.* l. i. n. 38.

^d *Strab.* l. x. p. 482. *Seçt.* *Emp.* l. ii. contr. *Mathem.*



a Plutarch. de
MUSIC.

fuit, *Thales*, & à Philosophi etiam nomine casus obliquos varios forment Grammatici. Imo *Thaletem* illum in *Lycurgi* vita appellat ipse *Plutarchus*. Sed vero *Thaletæ* illius ætatem ex eodem *Glauco* tradit *Plutarchus* nostris hypothesibus congruentissimum. Γλαῦκος γὰρ (² inquit) μετ' Ἀρχιλόχου Φάσκειον γερῆσθαι ἐταλήσαν, μεμιμηθῆσθαι μὲν αὐτὸν Φησι τὰ Ἀρχιλόχου μέλη, ὅτι δὲ τὸ μακρότερον ἐκτείνειν, καὶ Μόρωνα ἢ Κρητικὸν ῥυθμὸν εἰς τὴν μελοποιίαν ἐνθεῖναι, εἰς Ἀρχιλόχον μὴ κεχρηθῆσθαι, ἀλλ' ἐδὲ Ὀρφέα, ἐδὲ Τέρπανδρον. Hæc ille in accurata illa *Musicæ* Historia, in qua temporis rationem præcipuam ob oculos habuit. Sic enim *Lysiam* initio monuerat *Onesicrates*, ut de *Musica* doceret τί εὖρε πρὸς αὐξῆσθαι ταύτης χρόνον. Sic rursus perorat *Lysias* ut ostendat se monitis obsecutum, atque docuisse, ὑπὸ τινῶν κατὰ χρόνον τῆς πρὸς αὐξῆσθαι δόξεσιν ἠυξήσθαι. Sic ergo intelligit μετ' Ἀρχιλόχου vixisse *Thaletam* quia *Archilochi* μέλη imitatus est, ut una innuat eodem tempore vixisse cum *Archilocho*. *Suidas* *Thaletam* *Cretensem* aut *Illyrium Lyricum* πρὸ Ὀμήρου γεγονότα scribit. Quod scilicet *Lycurgo* prius innotuerit quam *Homerus*. Teneamus ergo *Lycurgo* coævum *Thaletam*, qui idem fuerit coævus *Archilochi* quem *Homero* coævum fuisse probavimus. Teneamus, inquam, illum qui non *Archilochi* modo & *Lycurgo* coætaneus fuerit, sed quem *Homero* & *Hesiodo* æqualem agnoverat *Demetrius* ille *Magnesium*. Quid potest desiderari in sententiam nostram disertius? Quod vero ad *Lycurgi* ætatem attinet, favent nobis verba illa *Socratis* apud *Platonem* de suis temporibus loquentis, & de *Lycurgi* Legibus: ἑδέπω ἴσως ἐπὶ τελευτήσει, ἢ ὀλίγω τέτων πλείω. Sunt enim illa, pro nostra sententia vera accuratissime. Sed & *Plutarchus* omnia de *Lycurgo* dubia esse docet, *stirpem*, *exilium*, *mortem*, ipsas etiam *Leges*; & ne quidem de tempore conveniri quo vixerit. Ut proinde non temere suspicatus fuerit *Timæus*, accuratæ *Chronologie* pater, duos fuisse diversorum temporum in *Sparta* *Lycurgos*, quorum amborum gesta alteri propter majorem nominis celebritatem attributa fuerint. Potuit ergo similiter *Hieronymus* utrique *Lycurgo* coævus Poetas eidem assignasse, & qui *junioris* *Lycurgi* fuerant, *seniori* tribuisse, in quibus & *Terpandrum*. Idque sane nisi fecisset, vix est credibile v *Libros* de *Poetis* ante *Olympiadas* florentibus implere potuisse. Tot illa certe quæ protulimus de ætate *Terpandri* sibi invicem consentanea, & *Olympiadibus* recentiora, magis audienda fortasse erunt quam singularia illa à ratiociniis oriunda, nec cum

b Plato. in
Moe.

c ap. Plutarch.
de Lycurgo.



cum reliqua *Terpandri* vita similiter cohærentia. Poterant & tres fuisse *Lycurgi*: primus ille qui *Prytanidis* filius vel *Eunomi*, ab *Hercule* x^{us}. vel xi^{us}: secundus qui cum *Iphyto Olympiadas* restaurarit, non *priores* aliquas, ut suspicati sunt (propter *Lycurgi* tempora potissimum) juniores, cujusque adeo nomen in *disco* conservatum, in Olympiadibus memoraverat ^a *Aristoteles*: tertius denique qui *junior Homero* coævus fuerit, senior autem *Terpandro*; junior scilicet Olympiade xxiii^a, senior autem Olympiade xxvi^a. vel xxxiii^a. Sic enim omnia convenient. *Junio*rem enim *Lycurgi* fuisse ætatem cum *Homerum* conveniret, apud ^b *Clementem* innuit *Apollodorus*, cujus illa verba sunt: ὡςτε ἐπιβαλεῖν αὐτῷ Λυκῆργον τὸ νόμισθεῖν ἐπὶ νεον ἔντα. Et ad tres numeros suos *Lycurgum* retulit *Eusebius*, nempe ad MCXXXIII. MCXCVII. MCCXVIII. Quo autem plures fuerint *Lycurgi*; eo plures *Poetas* *Lycurgo* coævos numerare potuit *Eusebius*. Quater *Pythia* ἐξῆς *Terpandrum* vicisse Auctor est ^c *Plutarchus*. *Pythia* numerari solita ab *Olympiade* incipiunt XLIX. ut jamdudum observavit Magnus ^d *Scaliger*. Sed *serior* Epocha illa est fortasse quam quæ *Terpandro* conveniat. Saltem ut *quartam* *Pythiadem* vincere ille aut *videre* possit. Sed ἐφανίτω tunc denuo factum ἀγῶνα illum observaverat è *Pausania* idem *Scaliger*, & post tempora *Scaligeri* docuit nos *Chronicon Marmoreum*. Fuerat ergo ante Epocham illam idem Agon *Pythicus*, & quidem etiam antea saltem χρηματίας. Quod autem ἐφανίτω facti fuerint Agones illi, cum olim χρηματίας fuissent; hoc eò, ni fallor, spectabat ut ludi sacri haberentur, & *Victores* ἱερόνικαι. Erat enim *sacrorum ludorum* præmium *corona*, ut nos alicubi docet *Artemidorus*. Sed mirum est, *Olympiadum* exemplo, non fuisse *numeratas Pythiadas*, si etiam ipsæ *Olympiadum* initia attigissent. Cum autem dicit *Plutarchus* *Homero* νόμην additum à *Terpandro*; inde intelligimus *Homero* ut proximum, paulo tamen ætate *junio*rem fuisse *Terpandrum*.

Sunt & alii præterea συσφαφείς, *Poetae* tamen, ut videtur, quos *Homero* antiquiores censet ^e *Tatianus*. In illis locum habet *Epimenides Cretensis*. Hic *Athenas* piaculo *Cyloniano* purgavit ^f *Olympiade* XLVI. Postea μετ' ἔ πολὺ domum reversus mortuus est, si vera docuerit è *Phlegontis* libro (sic enim legendum viderunt hæctenus Eruditi) quem hodierno vidit auctiorem, *Laertius*. Primo Olympiadis anno excessisse verisimile est, vel non multo serius, si hæc recte *Phlegon*. Sed

^a *Aristot.* ap. *Plutarch.* *Lycurg.*

^b *Clem. Alexan.* *Strom.* I. ubi supra.

^c *Plutarch.* de *Music.*

^d *Scalig. Emend.* *Temp.* L. I. p. 52.

^e *Tatian.* *Orat.* adv. *Gr.* & ap. *Euseb.* *Pr. Eu.* L. X.

^f *Laert.* L. I. p. 110.



vero *Epimenidem* Longævis accensent Veteres, triplici sententiarum discrimine invicem discrepantes. *Cretenses* illum ccxcix^m. egisse volunt. Sic *natus* fuerit ante receptas, quæ à *Coræbo* Stadionice numerantur, *Olympiadas*, annis cxviii. plus minus. Sed immanior illa summa est quam ut *fidem* mereri posset.

a *Laert.* L. I. n. III. Modestius alii, propterea magis audiendi. *Phlegon* apud ^a *Laertium* anno clvii^o. illum decessisse testabatur. Et antiquiores Phlegonte

b *Val. Max.* L. VIII. c. 13. ^b *Valerius Maximus* atque ^c *Theopompus*. Summa illa *Olympiadas* conficit xxxix, & unum præterea annum. Ita vi^o.

c *Theop.* ap. *Plin.* N. Hist. L. VII. c. 48. ^c *Olympiadas* anno iv^o. ortum habuerit. Sic *Olymp.* xxiii^o. *Olympiadas* expleverit ad minimum xvi, annosque adeo lxiv, antequam *Homerus* nasceretur, si ortum potius *Homeri* & *Archilochi*, quam *famam*, illi assignemus *Olympiadi*, quod sane verisimillimum est. Proxima *Epimenidis* memoria vixit *Xenophanes Colophonius*, propterea longe omnium fide dignissimus.

d ap. *Laert.* ubi supra. Hic autem se ἀνηνορευ^d testatur, à *coævis* scilicet *morti* *Epimenidis* (qui *Xenophanis* ætatem attigerant) majoribus, annum illum explevisse vitæ cliv^m. *Suidæ* nescio an *alia* sententia habenda sit qui annos *Epimenidis* numerat duntaxat cl. Numero, ni fallor, *rotundo*, paucis illis, qui supererant, annis *Librarii* aliquo errore deficientibus. Sunt autem & alii in ^e *Longævis* qui non multum ab ea ætate defecerint, ne *Seculi superioris Parrum* memorem qui annum absolvit cliv^m, ne *Seculi etiam nostri animum Lancastrisensem* quæ *Epimenidis* ætatem etiam superarit. Sic quoque fuerit *Homero* revera *senior*, pro sententia *Tatiani*. Sed, ne quid dissimulem, *serius* ortum *Epimenidis* constituendum existimo. Habet certe *Laertius* *Epistolæ* ἀποστολάς *Solonis* ad *Epimenidem*, & vicissim *Epimenidis* ad *Solonem*, de *Pisistrato* tyrannidem moliente. Votis potitus est *Pisistratus* Archonte *Comia*, anno *Olymp.* liv^o. iv^o. Nec, puto, longe aberit à vero si hoc anno extinctum existimemus *Epimenidem*. Scripsit enim certe post prælium *Marathonium*, ut ex ^f *Athenæo* colligitur, *Xenophanes*. Adhuc ad recentiora tempora pervenerit oportet, si verum sit, quod

e de *Longævis* vid. *Valerium Max.* L. VIII. c. 13. *Plin. Nat. Hist.* L. VII. c. 48. *Lucian. Macrob. & Phleg. Trall. Macrob. Censorin.* c. 15.

f *Athen.* L. II. c. 13.

g *Clem. Alexan. Strom.* I. p. 301.

h *Iamblich. vit. Pyth.* L. I. c. 36. p. 221.

Auctore bono *Timeo* tradit ^g *Clemens Alexandrinus*, cum *Hierone* vixerit & *Epicharmo*. Certe *Hieronis* coævum *Epicharmum* vel inde fuisse constat, quod hanc causam fuisse tradit ^h *Iamblichus*, quo minus ille nomen suum inter discipulos intimæ admissionis *Pythagoræ* profiteretur, qui proprie *Pythagorei* habebantur, & à *Pythagoristis* distinguebantur, & οὐσηματ^g nomine veniebant, quod metu *Hieronis* hoc fecerit.



rit. Et cum Hierone Epicharmum jungit ^a Chronicon Marmoreum. Hieronis autem initium aliud Olymp. LXXV^z. anno 11^o. aliud Olymp. LXXVI^z. anno itidem 11^o. habet Eusebius. Sed eo tamen discrimine, quasi à posteriori initio tyrannidem exercuerit. ^b Diodorus anno tribuit Olymp. LXXV^z. III^o. Scholias ^c Lindari Olymp. LXXVI^z. Auctor Chron. Marmorei anno Olymp. LXXVII^z. 1^o. quo Archontis Magistratum gessit Chares. Ita parum sibi constant etiam hucusque Veteres. Certum tamen est ad Olymp. LXXV^m. affectam vixisse Gelonem, si verum sit quod tradit Diodorus, eodem die devictos ab eo in Sicilia Carthaginienses quo cecidit ad Thermopylas Leonidas; si etiam verum sit quod tradit ^d Ælianus, postea confirmatum esse à Populo volente Regnum. Et sub Hierone per aliquot annos oportet vixisse Xenophanem, ut coævus credi posset Hieroni atque Epicharmo. Idque aliunde constat. Sectam certe Italianam cujus Auctor erat Pythagoras Eleatica cujus Auctor Xenophanes, vetustiore fuisse apud Veteres in confesso est. Idque vel è Successione manifestum est. Tertius ^e enim erat à Pythagora Xenophanes post filium Pythagoræ Telaugem. Idque vel ex hac ipsa, de qua agimus, Epimenidis mentione, manifestum est. Vidit enim Epimenidem audivitque Pythagoras. Xenophanes de eo Traditiones tantummodo hausit à majoribus. Sed Pythagoram ad Olymp. LXXVII^z. annum 1^m. pertigisse mox ostendemus. Serius ergo vixit qui tertius erat ab eo Xenophanes. Quid ergo sibi volunt qui Olymp. XL^a. natum volunt Xenophanem? Et tamen ita senserunt non Sextus duntaxat ^f Empiricus, sed antiquior Sexto etiam Chronologus ^g Apollodorus. Id ita verum esse non potuit ut ne quidem aliqua quæ L^m præcesserit Olympiade nasci potuerit Xenophanes. Colonia Eleaticæ initium cum Sectæ Eleaticæ initio confuderunt, ni fallor, qui ita sentiebant. Idque innuebat forte Apollodorus cum ad Darii & Cyri tempora eum pertigisse scriberet. Recentiores erant Darius Nothus & Cyrus junior illius filius quam ut hic intelligi possent. Itaque Cyri decessor Medus, quem ^h Darium sacræ literæ appellant, hic intelligi videtur, quanquam hoc apud Scriptores Ethnicos rarissimum sit ut Darii nomine illum insigniant. De colonia ergo fuerit fortasse verum quod à fugatis ab Harpago Asiatis condita fuerit, sub Dario Medo cujus auspiciis tunc militabat Cyrus. Non tamen quod ante Olymp. L^m. locum in Italia habuerint Eleate, nisi conditæ jam ab aliis Urbi coloni illi Asiatis accesserint.

a Chron. Marin. Ep. 56. vid. etiam Diomed. L. III.

b Diodor. L. XI.

c Conf. Schol. in Pindar. Pythionic. I. & VII.

d Ælian. Var. Hist. L. VIII. c. II. L. XIII. c. 37.

e Laert. Proem. n. 15.

f Sext. Empiric. adv. Math. g Apollodor. ap. Clem. Alexand. Strom. I. p. 301.

h Dan. v. 31. Conf. etiam. c. IX. I. X. I.



cesserint. Propius, ni fallor, ad *Xenophanis Natalem* accesserunt qui *Olymp.* LX^a. illum posuerint, quanquam de *Natali* ne quidem cogitarint. Ita ^a *Laertius*. *Eusebius* illum anno illius *Olymp.* IV^o. pro nonnullorum sententia statuit. Idem tamen *Eusebius Olymp.* LVI^a. anno IV^o. *clarum* illum facit. Ita, ni fallor, optime respondebunt omnia, quæ de *Xenophane* in bonæ fidei Scriptoribus asseruntur. Sic vixerit eodem tempore quo *Anaximander*, ut voluit ^b *Sotion*. Nec enim in his temporibus *par ætas* in *coævis* expectanda est, cum primi Historici qui tam *longe* ab eorum memoria vixerunt, pro *coævis* habuerint quorum vel unicam rem acceperant quæ *eodem tempore* contigerit. Facile id, si esset otium, probari poterat. Sic etiam *Archelaum*, senior tamen, audire potuit *Xenophanes*, quod à nonnullis traditum asserit *Laertius*. Successit *Archelaus Anaxagoræ Athenis*, cum, propter sententiam de *Sole à lapidibus* ignitis conflato, *Athenis* exularet *Anaxagoras*. Haurit sententiam illam *Anaxagoras è lapide* quem coelitus delapsum *Græci* volebant, casumque ejus ab *Anaxagora* prædictum. Eventum illum refert ^c *Plinius* ad *Olymp.* LXXVIII^a. annum II^m. *Eusebius* ad annum ejusdem *Olympiadis* IV^m. Emendatiores tamen vidit *Pontacus Eusebii* Codices, qui ad eundem cum *Plinio* annum retulerint. Marmor *Arundelianum* Archonti tribuit *Theagenide* qui superioris *Olympiadis* LXXVIII^a. anno IV^o. dignitatem tenuit. Atqui multis *postea* annis superstes erat *Xenophanes*. Annum vitæ *xcii^m*. attigisse ipse testatus est in *Carminibus* à *Laertio* relatis. Cum tamen *vivus* illa scripserit, perperam inde colligunt Eruditi annum illum *Xenophani* fuisse fatalem. Et tamen scripsit illa *Xenophanes Olympiad.* LXXIX^a. anno IV^o. Sed, quod ad annum *mortis* attinet, *majorem illum annorum centum* fuisse testatur ^d *Censorinus*. Quanto centenario major fuerit, non docuit, num *annis* aliquot, an *mensibus* duntaxat atque *diebus*. Sed vel *centenarius* ad annum pertigit *Olymp.* LXXXI^a. IV^m. Et ab ^e *Anaxagoræ* damnatione mox Scholæ præfuit *Archelaus*. Mihi tamen fateor, suspectum esse nomen *Archelai*, aut de alio aliquo *antiquiori Archelao* intelligendum, cum è *successoribus* atque *discipulis Xenophanis* plerique fuerint huic *Atheniensi Archelao* saltem *ætate pares*. Si ergo *ætatem* illius recte constituerimus, *natus* fuerit *Xenophanes* anno postquam decesserat *Epimenides* VIII^o. Sed vero *exul* peregrinari coepit per *Græciam* anno *ætatis* suæ *xxv^o*. ut nos ipse docuit apud *Laertium*.

^a *Laert.* L. IX. n. 20.

^b ap. *Laert.* L. IX. n. 18.

^c *Plin.* N. Hist. L. II. c. 58.

^d *Censorin.* de d. Natal. c. 15.

^e *Laert.* L. II. n. 19.



tium. Hic erat annus ab *Epimenidis* obitu xxxiii^{us}. *Olymp.* LXIII^{us}. i^{us}. quo multi supererant etiamnum senes qui illum de *etate & morte Epimenidis* edocere possent. Potuit ergo *ætatem Epimenidis* fatis exploratam habere *Xenophanes* pro *etate* illa quam nos ipsi *Xenophani* concedendam esse probavimus. Si ergo decesserit *Epimenides Olymp.* LIV^{us}. anno IV^o. *ætatisque* suæ anno CLIV^o. ita *natus* fuerit *Olympiad.* XVI^{us}. anno II^o. *Homero* major (uno anno demto) VII *Olympiadibus*, annis nimirum xxvii. Quod fatis magnum erat *ætatis* discrimen, ut à *Tatiano* inter illos censeretur qui fuerint *Homero* antiquiores. Nec sane hæc in *Gentes* illum, si nullum habuisset cuius fidem sequeretur testem, scripturum fuisse verisimile est. Nescio porro annon etiamnum sententiæ nostræ vestigia in ² *Suida* habeamus. Ait enim ille *Epimenidem Olympiade* XLIV^a. cum esset *γεραῖος*, *Athenas* lustrasse scelere *Cyloniano* pollutas. *Olympias* illa, uti vidimus, à *lustratione* aliena erat. Aliud ergo tempus designavit *expiatione recentius*, qua tamen *Olympias* illa erat *antiquior*. *Mortem* fortasse mox secutam innuit vox illa *γεραῖος*. Sic erat locus errori facillimo, si, pro *υδ'* quod scripserat primus Auctor, *Suidas* ipse, vel alius quispiam medius *μδ'* reposuerit. Si autem ita scripserit testis primarius *υδ'*, insidias *Pisistrati*, pro nostris calculis, designavit accuratissime. Sic ergo fortasse constituenda erunt verba *Suidæ* atque interpolanda: οὗτ' ἐκάθηρε πῖς Ἀθῶνας ἔ Κυλωνίῃς ἀγῆς κατὰ τῶ [μδ' Ὀλυμπιάδα ἀπέθανε ἢ κατὰ τῶ] υδ' Ὀλυμπιάδα γεραῖος ὢν. Proclive erat Librario ut inclusa uncis omitteret.

Firmat præterea hanc *Epimenidis* Chronologiam, & unâ illam, quæ præcipue agitur, *Homeri*, *ætate Pythagoræ*. Vidit enim *Pythagoras Epimenidem*, & cum eo in antrum descendit *Idæum*. ^b *Laertius*: εἶτα ἐν Κρήτῃ σὺν Ἐπιμνίδῃ κατήλθεν εἰς τὸ Ἰδαῖον ἄντρον. *Apuleius*: Fertur & penes *Anaximandrum Milesium* *naturabilia commentatus*: necnon & *Cretensem Epimenidem*, *inclutum fatiloquum* & *Poetam*, *disciplinæ gratia sectatus*. *Ætatem Pythagoræ* è *Samii Polycratis* *ætate* constituunt *Veteres* *cujus tyrannide exoriente* illum è patria profugisse crediderunt. *Polycratem* autem *Olympiadi* LXII^{us}. tribuit ^d *Clemens Alexandrinus*. Illum proinde secuti ^e *Tatianus* & *Cyrillus Alexandrinus* eidem *Olympiadi* etiam *Pythagoram* assignant. Idem vult ^g *Iamblichus*. *Eusebius* autem *Polycratis* introitum ad annum refert *Olympiadis* LXIII^{us}, II^m. Certe cum *Cambyfes* *Egyptum*

^a *Suid.* voc. *Ἐπιμνίδ.*

^{Secl.} XII. Constituitur fatis *Epimenidis* ex *ætate Pythagoræ*, *cujus Chronologia* omnis hic explicatur.

^b *Laert.* L. VIII. n. 3.

^c *Apul.* Florid.

L. II.

^d *Clem. Alexan.* Strom. I.

^e *Tatian.* Or. in Græc.

^f *Cyrill.* Alex. L. I. c. viian.

^g *Iamblich.* vit. *Pythag.* L. I. c. 8.

p. 47.

S



a Euseb. Chron. num. MCCCXCI.
b Diodor. L. I.

c Iamblich. L. I. c. 4. P. 36.

d Iamblich. L. I. c. 5. P. 37.
e Iamblich. L. I. c. 4. P. 37.

f Porphy. vit. Pythag. P. 184.

g Iamblich. L. I. c. 4. P. 36.

h Iamblich. ib.

i Iamblich. L. I. c. 7. P. 47.

k African. in Euseb. Grac. Scalig.

l Clem. Alexan. Strom. I. P. 302.

m Clem. Alexan. Strom. I. P. 332.

ptum occuparet (quod anno factum est ^a Regni sui v^o. illius autem ^b Olympiadis III^o. cum quo concurrat annus Nabonassar ^{us} CCXXXIII^{us}. pro Epocha Astronomorum omnium accuratissima) Pythagoram inter alios captivum abductum fuisse testatur Iamblichus. Itaque ante III^m. saltem illius Olympiadis annum in Aegyptum concessisse certum est. Et spatio, ut videtur, plusquam annuo, ut tot illa præclara ab Hierophantis ante Captivitatem didicisse potuerit. Rectius ergo superiori Olympiadi Polycratis initium tribuunt, ut vidimus, tot illi antiquiores Eusebio, & fide digniores Auctores. Quoto autem coeperit illius Olympiadis anno, & quem annum ætatis tunc egerit Pythagoras, ita colligimus. Cum è Babylone rediret Pythagoras, annum egisse ætatis LVI^m. testatur ^d Iamblichus, & moram in Babylone ^e XII fuisse duntaxat annorum. Detrahantur hi è LVI, & supererunt anni quos egerit Pythagoras cum captivus abduceretur, XLIV. Annus ergo Pythagoræ XLIV^{us}. cum Olympiadis LXIII^e anno concurrebat III^o. Clavem ergo hic tenemus Chronologiæ Pythagoræ universæ cum Epocha, siqua est in illis temporibus, omnium certissima. Sed vero cum Polycratem fugeret, propter τὴν ἀνάστασιν οὐρανῶν, Pythagoras, annum egisse XL^m. docet nos ex Aristoxeno ^f Porphyrius. In eo tamen hallucinatus, quod in Italiam fugisse crederet, cum fugerit in Aegyptum. Ita Olympiadis LXII^e. annus III^{us}. fuerit cum Pythagoras tyrannidem Polycratis non amplius ferendam esse judicaret. Is enim annus cum anno Pythagoræ concurrebat XL^o. Vel inde obiter intelligimus quam suis etiam hypothesebus incongrue ^g Iamblichus moram Pythagoræ in Aegypto fecerit annorum XXII. cum & abductum inde testetur à Cambyse, Olympiad. proinde, uti diximus, LXII^e. anno III^o, & tamen in Italiam appulisse. dicit Olymp. LXII^a qua Stadionices erat Eryxidas Chalcidensis, quem Stadionicen illa ipsa Olympiade agnoscit ^k Africanus, ne quem in numero errorem fortasse suspicemus. Recte quidem ille fortasse, si de Polycratis initio, & de itinere Aegyptiaco intelligi velit. Non item, si de itinere Italico. Et tamen errorem illum habuit cum Veterum plerisque communem. Retulit certe ad Polycratem doctissimus ^l Clemens: Πυθαγόρας δὲ, inquit, καὶ Πολυκράτη τὸν τυραννῶν πρὸς τὴν ἑλληνικὴν ἀδελφείαν Ὀλυμπιάδα ἐπέλασεν. Sic itaque ^m alibi intelligendus idem Clemens, ubi tamen Polycratis nulla mentio, cum eidem Olymp. LXII^e. Pythagoram assignat. Sic item Tatianus & Cyrillus Alexandrinus, cum & illi similiter



ter *Pythagoram* eadem *Olympiade* constituunt. Si enim tunc fugerit *Pythagoras* in *Italiam* (unde nunquam in *Græciam* rediisse legitur, nisi falso ad sepeliendum *Pherecydem*) quomodo, quæso, postea à *Cambyse* in *Ægypto* deprehensus est? Quomodo inde annos egit XII continuos in *Babylone*? Metuit fortasse tunc sibi à *Polycrate* *Pythagoras*. Ita tamen ut apertam metus significationem nullam ediderit. Nedum ut in *Italiam* eo metu profugerit. Imo non *Italiam*, sed *Ægyptum* cogitabat. Et tam longe aberat à metus indicatione manifesta, ut, cum in *Ægyptum* proficisceretur, literas habuerit ad *Amasidem* *Ægypti* Regem à *Polycrate* commendatitias, quibus id consecutus est ut volentes nolentes Hierophantæ illi *Mysteria* sua patefecerint. Hoc etiam agnoscunt, idque Auctore *Antiphonte*, ^a *Laertius* & ^b *Porphyrus*. Fuerit *Pythagoras* *Polycrati* suspectus. Sic tamen metu illo sese liberaverat *Polycrates*, dum per speciem honoris illum in *Ægyptum* amandaret. Et suspectum se videtur sensitse *Pythagoras*, quod nunquam inde redierit, à *Cambyse* in *Ægypto* deprehensus, atque inde captivus abductus. Simili artificio alios sibi suspectos ad *Cambysem* misit *Polycrates*, cum expeditionem *Cambyses* in *Ægyptum* medigaretur, ut testatur *Herodotus*. Quanto hæc verisimiliora iis quæ habet ^d *Iamblichus* cum *ἰσοφουδῶντος ἀρτι τῆς Πολυκράτους πρεσβυδῶς* initia cum anno *Pythagoræ* committit XVIII^o? Nisi fortasse recte *ἰσοφουδῶντος πρεσβυδῶς* è boni alicujus Auctoris testimonio illi ipsi XVIII^o. *Pythagoræ* anno tribuerit. Facit certe ut ita suspicemur *Porphyrus* ipse qui anno *Pythagoræ* XL^o. tyrannidem eandem *σωτηνωτέρων* appellat. Tunc ergo anno ætatis suæ XVIII^o. metuerit à *Polycrate* *Pythagoras*, fugeritque. Non tamen, vel *Iamblichus* Auctore, in *Ægyptum*. Nedum in *Italiam*. Qui tamen metu *Polycratis* in *Ægyptum* fugisse credebant, & fugæ omne tempus illud imputabant quod nondum cum *Polycrate* in gratiam redierat, inde, ni fallor, annos illos XXII elicuerunt quibus moratum credebant in *Ægypto*. Id enim spatium erat inter annum *Pythagoræ* XVIII^m. & XL^m. Anno autem ætatis XL^o. gratiam *Polycratis* indicabant ipsæ illæ literæ commendatitiæ quibus *Pythagoram* munivit. Atqui vel hinc illud saltem constare arbitror, nullam fuisse, quæ à metu *Polycratis* ortum habuit, fugam *Pythagoræ* in *Italiam*. Cum enim *Polycratem* *Pythagoras* revera metuebat, tunc nullam longinquam expeditionem extra *Græciam* aggressus est, ipso agnoscente *Iamblichus*; sed ad *Pherecydem* tantummodo

^a Laert. L. VIII.

n. 2.

^b Porphyr. vii.

Pythag.

^c Herodot. Mus.

III. C. 144.

^d Iamblich. L. I.

C. 2. p. 31.



modo, & *Anaximandrum*, & *Thaletem*. Quando autem postea *Aegyptum* cogitabat, jam nullum profitebatur *Polycratis* vel *metum* qui illum ab itinere destinato diverteret. Quod vero ad *litteras Polycratis* commendatitias attinet, non erit profecto dubitandi locus, si *vetus ille apud Athenienses* celeberrimus *Orator* fuerit *Antiphon* quem *testem* hic secuti sunt *Laertius* & *Porphyrus*, ab illis ipsis *Pythagoræ* temporibus non admodum remotum. His ergo annis ita constitutis, jam & de *reliquis Pythagoræ* annis facile judicabimus, qui quidem ita cum hac *Chronologia* conveniunt qua *invicem*, & cum *coævorum* characteribus *Chronologicis* accuratissimis conveniunt. Sic enim *annus Olympiadis* LII^æ. III^{us} *Pythagoræ* fuerit *natalis*. Pater, eo *impubere* relicto, *mortuus* est. Postea *Ephebus* se ad *Thaletem* & *Biantem* contulit, uti *Auctor* est ^a *Iamblichus*. *Ephebus* annorum XVI^{us} *judicat* ^b *Censorinus*. Qua scilicet à *μελλεφύ-Gois* & *εφεφύGois* *fecernebatur*. Pro *vetustissima*, ni fallor, *ætatum* disciplina. Nec enim longe ab *Pubertas* illa *Romanorum* *vetustior* sub ^c *Servio Tullio*. Et ne quidem ^d *Atheniensium* *ἡγή-σωντες*, vel ^e *Lacedæmoniorum* *μελλεφύες*, qui *Pueritiæ* gradus erat *ultimus*, *proximusque Pubertati*. *Annus* ergo *Pythagoræ*, (si ab illo, quod dixi, *exordio* numeretur) *idem* erat *Olymp.* LVI^æ. III^{us}. Tunc autem *vivebat* etiamnum *Thales*. Imo & *Bias*, *cujus* tamen *ætatis notas* paucissimas habemus. *Responsum* certe quod alii ^f *Alyatti* datum volebant, de *patria Priene*, id alii ^g *Cræso* datum tradebant. Alii in incerto ponebant, an à *Biante*, an à *Pittaco*, datum fuerit. Ita sunt hujus *Seculi Traditiones* incertæ. Et *Responsum* aliud memorat ^h *Herodotus*, de quo similiter *disceptatum* fuerit, *Bianti* fuerit an *Pittaco* potius *tribuendum*. *Herodotus* ergo *Cræsi* saltem *tempora* attigisse censuit. Nec legimus *Prienes* *obsidionem* aliquam sub *Alyatte*. Etiam *ultra* pertigisse *neceffe* erat, si *patriam* non *obsessam* tantummodo, sed *excisam direptamque* viderit, *cujus* rei *testem* habemus ⁱ *Ciceronem*. Antiquius erat *Prienes* *excidium* sub ^k *Ardye Lydorum* Rege, quam ut illi *Bias* interesse potuerit. Alia erat sub ^l *Cyro Priensium* à *Maxare* *clades*, quam si vidit *Bias*, post *Olymp.* LVIII^æ. ann. I^{um}. quo *Sardes* expugnavit *Cyrus*, *superstes* fuerit oportet. Ita potuit *Biantem* *prædicto ætatis* anno satis commode *audire Pythagoras*. Pergo autem. XVIII^o. *ætatis* anno, *ingruente*, uti vidimus, *Polycratis* *tyrannide*, ad *Pherecydem Syrium*, & *Anaximandrum*, & *rursus* ad *Thaletem Milesium* *profectum* esse *Pythagoram* *idem* *testis*

a Iamblich. L. I.
c. 2. p. 30
b Censorin. d.
Nat. c. 14.

c Prælect. Cam-
den. v. §. 10.
d Prælect. v. §. 11.
e Plutarch. Ly-
curg.

f Alyatti Laert.
L. I. n. 83. Suid.
g Cræso Phil. ud.
ον πρις σπουδ.
ιδουφρ.
h Herodot. Mus.
I. c. 27.

i Cicer. Parad. I.
k Herod. Mus. I.
c. 15.
l Herod. Mus. I.
c. 161.



stis est ^a *Iamblichus*. Nec à *Thalete* longe deinceps, ut videtur, ^a *Iambl. L. 1. c.*
 est vagatus. Anno enim vitæ suæ xxii^o, *Thaletis* monitu, ^{2. P. 31.}
Ægyptum cogitavit. Hic erat *Olymp.* LVIII^æ. I^{us}. quo captæ à
Cyro Sardes, *Thaleti* fatalis. Inde numerari poterant anni
 xxii quibus illum in *Ægypto* fuisse vult ^b *Iamblichus*. Non ^b *Iambl. L. 1. c.*
 equidem quod per illos perpetuo in *Ægypto* fuerit, sed quod ^{4. P. 36.}
itineris in *Ægyptum* tum primum, moribundi *Thaletis* horta-
 tu, consilium inierit. Sed priorem de his conjecturam ma-
 gis probo. Erat autem etiamnum in vivis *Anaximander*, quem
 ejusdem *Olympiadis* LVIII^æ. anno II^o. decessisse ^c vidimus. *Phere-* ^c *Supra §. 2.*
cydem postea *Pythagoras* ipse in *Delo* sepelivit. Certe ante
 Expeditionem *Italicam*. Jam enim olim observaverat *Dica-*
archus aliique, quos ἀρχαῖοις appellat Auctores ^d *Porphyriz-* ^d *Porphyr. vit.*
us, figmentum esse, quod sepeliendo *Pherecyde* occupatus fu- ^{Pyth.}
 erit *Pythagoras* cum clade illa discipuli illius in *Magna Græ-*
cia Cylonis Crotoniatæ insidiis afficerentur. *Pherecydem* certe
Olympiadi LIX^æ. tribuit ^e *Laertius*, de fine nimirum *Pherecydis* ^e *Laert. L. 1. n.*
 intelligendus. Et Regis sibi cognominis Imperio ^f *Cicero*, *Ser-* ^f *Cicer. Tusc. 1.*
vii nimirum *Tullii*, cujus anno circiter xxxiv^o. convenit ini-
 tium illius *Olympiadis*. Atque hinc fortasse ^g *Livius Pythago-* ^g *Liv. L. 1. c. 18.*
ram ipsum sub *Servio Tullio* in *Italia* fuisse credidit, quod
 ex *Italia* *Pythagoram* ad *Pherecydem*, qui *Servio* regnante de-
 cessit, sepeliendum profectum arbitraretur. Sed qui *Phere-*
cydem sub *Servio Tullio*, idem ^h *Cicero* *Pythagoræ* adventum in ^h *Cicer. ib.*
Italiam sub *Tarquinio Superbo* statuit. Idque melius, ut mox
 videbimus. Nondum ergo longe aberat à *Delo* *Pythagoras*
Olympiadis LIX^æ initio, quo annum ætatis explevit xxvi^m. pro
 nostris rationibus. Sed *Olymp.* LX^æ. anno II^o. *Pherecydem* ap-
 ponit *Eusebius*. De morte *Pherecydis*, pro aliorum sententia,
 ut videtur, intelligendus. Annus erat U. C. *Varronianus* ccxv.
 adhuc regnante *Servio Tullio*. Sic anno *Pythagoræ* xxxi^o. mors
 illa fuerit assignanda. Cæterum vel ex hac *Pherecydis* ætate
 colligimus, multo, quam diximus, antiquiorem *Pythagoram*
 ipsum ne quidem esse potuisse. *Pherecydis* enim ipsius *Na-*
tales ad *Olympiadem* XLV^m. refert *Suidas*. E veteri aliquo, pro-
 culdubio, quem nescimus, Auctore. Sic fuerit *Thalete* an-
 nis circiter XL minor, *Pythagora* vero annis ferme xxviii ma-
 jor, cum è *phthiriasi* moreretur annorum præter propter LVI
 vel LXI. Quæ porro habet *Diodorus* in *Excerptis Valesianis*
 de *Pythagoræ γενεῶσι* *Olymp.* LXI, Archonte *Thericle*; ea sunt,
 ni fallor, ad initium *Tarquinii Superbi* referenda. Hoc enim



Veteribus solenne est, quoties rem aliquam sub Regno aliquo gestam esse sciunt, nec tamen quotus fuerit Regni *annus exploratum* habent; ut vel in *initium* Regni conferant, vel *finem*. *Thericles* ergo, si 111°. illius *Olympiadis* anno Archon fuerit, rectius in *initium* *Tarquini Superbi* cadet, quam anni 14ⁱ. Archon *Heraclides*, cui idem *initium* tribuit *Dionysius Halicarnassæus*. Incipiet enim *Thericles* anno U. C. *Varronianus* CCXX°. *Pythagoræ* xxxvi°. Idque sane innuit *Diodorus* ipse in iisdem *Excerptis*, cum mentionem *Pythagoræ* subjungit post finem *Servii Tullii*. Quasi nimirum id ipsum voluerit, quod diximus, *initio Tarquini Superbi Pythagoram in Italiam* appulisse. Hucusque omnia satis commode. Sed anno *Olymp.* LXV^z. 1°. *Pythagoræ* proinde L°. ita habet *Eusebius*: *Pythagoras Physicus Philosophus clarus habetur*. Hujus, ni fallor, occasio erat, quod hoc anno *Syloson Polycratis* frater *Samo* fuerit à *Dario* præfectus. Hoc *initio Darii* contigisse verba *Darii ad Sylosonem* ostendunt, quorum meminit ^a *Herodotus*. Sic enim habent: Τίς ἐστὶ Ἑλλήνων εὐεργέτης, ὃν ἐγὼ παραιδεῖμαι νεώσι μὲν ἀρχὴν ἔχων; Secundo tamen *Darii* anno tribuit *Eusebius*. Satis id commode. Postquam enim de successione *Darii* fama emanaverat, & in *Asiam* usque pervenerat; tunc erat à *Syloson* te *Darius Susis* conveniendus, & de accepto olim beneficio monendus. Ita vix potuit ante annum *Darii* 11^m. *Syloson* in Provinciam mitti. Concurrebat autem *annus Darii* 11^{us}. cum *Olymp.* LXV^z. anno 1°. pro accuratissimis *Canonis Astronomici* rationibus. *Thoth* enim *Magorum*, qui in eo *Canone* censetur *Cambysis* VIII^{us}. idem erat anni *Nabonassarei* CCXXVIⁱ. & concurrebat cum anno *Olymp.* LXIV^z. III°. *Primus* ergo *Darii Olympiadis* ejusdem *annus* erat IV^{us}. Et *secundus* proinde *Olympiadis* sequentis LXV^z. *annus* 1^{us}. Coepit *Thoth* illius anni (à quo ^b *Principum* annos in *Æra Nabonassarea* supputabant *Babylonii*) à *Decembris Juliani* die xxxi°. Postea ergo Tyrannide potitus est *Syloson*, quem fugiens *Pythagoras* in *Italiam* pervenit, si *Solino* fides. Idque, uti jam ostendimus, longe rectius. Non tamen *mox* rediit è *Babylone* *Pythagoras*, sed postquam specimina edidisset *Syloson* sævi in *Tyrannide* ingenii. Sed nec adhuc *sui juris* erat *Pythagoras* jure Belli *captivus*, ut pro arbitrio suo redire potuerit. Reciperatum dicit ^c *Apuleius*, i. e. ni fallor, *emancipatum* à *Gillone* quodam *Crotoniensium* principe. Tum demum *Babylone* rediit, quod anno *ætatis* LVI°. factum, *Olympiadis* proinde LXVI^z. anno III°. docet *Iamblichus*. Non tamen

^a *Herodotus*. *Mus.*
III. c. 140.

^b vid. *Proleg.* ad
Append. *Diff.*
Cypr. s. 36.

^c *Apul.* *Florid.*
L. II.



tamen mox *Crotonem* cogitavit, licet à *Crotonensi* libertati restitutus, sed *patriam*. Hoc inde colligimus, quod *tyrannidis* metu fugatum, de *Italia* cogitante tententur Veteres. Hæsit ergo aliquantisper in partibus *patriæ* propioribus, captans, ut videtur, redeundi, si quæ fuissent, occasiones. *Delphos* ergo primum petiit, tum *Cretam Minois* & *Spartam Lycurgi* causa, ut Leges eorum disceret. His peregrinationibus annum illum proximunque, ut videtur, insumsit. *Cretæ* enim atque *Lacedæmonis* legibus & moribus inspectis, ad *Olympicum* certamen descendisse Auctor est ^a *Valerius Maximus*. *Delphos* ergo primo loco profectus est, propter *Apollinem* fortasse, cujus filius habebatur, & haberi ipse fortasse voluit. Nescio tamen annon *Delos* insula potius intelligenda sit. Ibi enim erat *βαμῖος ἀνεμίμων* animalium cæde immunis. Ibi Templum *Apollinis* *Ζεῦπος*, quem *Patrem* venditavit *Pythagoras*, à *Mnesarcho* structum. Inde *Cretam* pergit in qua annum illum vitæ atque *Olympiadis* exegerit. Anno sequenti ætatis LVII^o. *Olympiadis* autem IV^o. *Spartam* venerit, ubi etiam hæsit usque ad anni *Olympici* finem. Tum in *Olympicis* muliplicis scientiæ maxima totius *Græciæ* admiratione specimen exhibuit, inquit *Valerius* ubi supra. Hujus itaque exemplo etiam *Herodotus* Historiam suam legisse dicitur in *Olympicis*. Ita colligimus ante *Olymp. LXVII^o*. annum saltem I^m. illum in *Italiam* venire ne quidem potuisse. Is erat *Pythagoræ* annus LVIII^{us}. Et quidem postea in *Italiam* venisse docet *Valerius*. Imo postquam *Cretam* & *Spartam* etiam lustrasset, *Samum* rediisse Auctor est ^b *Iamblichus*. Utique post certamen *Olympicum*, cum è *Sparta* venerit ad *Olympia*. Idque exinde firmatur, quod non tantum propter *Tyrannidem*, sed propter *Samiorum* oscitantiam in capienda disciplina *Italiam* cogitavit. Perspicua sunt in hanc sententiam ^c *Iamblichi* verba: *ὡς δὲ ἔνοι λέγουσι, τὴν πρὸ παιδείας ὀλιγωρίαν τῶν πρὸ τῶν Σάμων οἰκάντων παρατρέμεν, ἀπὸ τῆν εἰς τὴν Ἰταλίαν.* Dicit hoc non potuit nisi *experimenta* cepisset illius oscitantiae *Pythagoras*, & quidem paulo ante Expeditionem *Italicam*. Itaque *Olymp. LXVII^o*. anno I^o. vitæ autem suæ LVIII^o. nondum in *Italiam* venerat *Pythagoras*. Sequenti potuit quidem, non tamen venisse colligo ex *Iamblichos*. Sic enim ille ubi loquitur de Scholæ successionem: *Ἐαυτὸν μὲν ὃ Πυθαγόραν ἀφηγούσθαι λέγουσι ἐνός δέοντος ἔτη πεσαρξέκοιλα, τὰ πάντα βιώσαντα ἔτη ἑξήκασιν ἑκατόν* ^d *Vixit*, ut mox ostendemus, annis XCIX. Præfuit, ut hic docet *Iamblichus*, ipse Scholæ suæ per annos XXXIX. Dedu-

^a *Valer. Max. L. VIII. c. 7. Ext. n. 1.*

^b *Iambli. L. L. c. 5. P. 40.*

^c *Iambli. L. L. c. 5. P. 42.*

^d *Iamblich. L. L. c. 36. P. 220.*



Deducantur hi ex annis *vite*. Reliquus erit annus *vite* LX^{us}. quo venerit in *Italiam*. Is annus erit *Olymp.* LXVII^{us}. II^{us}. exiens, vel III^{us}. incipiens, quo venerit in *Italiam*. U. nimirum C. CCXLIV^{us}. pro Epochâ *Varroniana*, qui fere cum ultimo anno concurrat *Tarquini Superbi*, ultra quem adventus *Pythagoræ* differendus non est. Nec enim ^a *Cicero* tantummodo, sed & ^b *Gellius*, *Tarquinio Superbo* regnante venisse tradit. Nec sane Argumenta aliqua adventus *antiquioris* suppeditat Historia. Postea suppeditat, & quidem ita ut annis *proximis* in *Occidente* fuisse convincat, reditus autem in *Graciam* Argumenta nulla suppeditet. Fabulam enim de sepulto postea *Pherecyde*, jam satis, ut existimo, refutavi. *Proximus* huic annus erat *Regifugii*, *Æræ Varroniane* CCXLV^{us}. *Pythagoræ* autem LXI^{us}. Tunc autem in *Italia* testatur ^c *Cicero* jam fuisse *Pythagoram*. Dies *Regifugii* erat vi. Kal. Mart. pro anno *Veteri Romano*, nempe Feb. xxiv. Is idem erat *Februarii Juliani* dies xiv^{us}. pro nostris calculis in *Appendice ad Prælectiones*, si quidem nulli defuerint *Mercedonii*, qui jam defuerint necne, compertum non habemus. Itaque anni illius *Juliani* initio jam fuit in *Italia* *Pythagoras*. Certe ante tempus *maris liberi* quo navigandum erat si aliunde in *Italiam* venisset. Et *Olympiadis* ejusdem anno IV^o. adhuc illum in *Italia* fuisse docet ^d *Diodorus*. Hoc enim anno Bellum erat inter *Crotoniatis* & *Sybaritas*, *Crotoniatis*, ne transfugas dederent, Auctore *Pythagora*. Annus erat ante Archontem *Callimachum* (qui *Olymp.* LXXXIII^{us}. ann. III^o. Magistratum gessit) LXIII^{us}. *Pythagoræ* proinde LXI^{us}. His ergo annis jam erat in *Occidente* *Pythagoras*. Adhuc annis xx *Crotone* fuisse testatur è *Trogo Pompeio* ^e *Justinus*. Nempe à primo ejus in *Italiam* appulsu ad incendium *Cylonianum*. Desinunt hi *Olymp.* LXXII^{us}. ann. III^o. & *Pythagoræ* ipsius anno proinde LXXX^o. Inde, ni fallor, error ^f *Heraclidis* qui *Serapionis* filius erat & *Sotionis* *diadoxæ* in *Epitomen* redegit. Eum ait *Laertius* tradidisse octogenarium decessisse *Pythagoram*. An forte quia illum credidit in incendio illo periisse? An quia ipso ad *Metapontum* discedente, successores in aliis *Italiæ* Urbibus post illum annum repererat *Heraclides*? Certe *Heraclidis* illam, non *Sotionis* fuisse sententiam innuit *Laertius* dum observat ita docuisse *Heraclidem* κατὰ τὴν ἰδίαν ἐπιγραφὴν τῶν ἡλικίων. Subjunxerat ille nimirum *Epitome* *Sotionis* ætates *Philosophorum*, non è *Sotionis* textu, sed è propriis *ratiociniis* haustas, quibus proinde merito non adeo

a *Cicer. Tusc. I.*

b *Gell. Noct.*

Att. L. XVII. c. 21.

c *Cicer. Tusc. IV.*

d *Diodor. L. XII.*

Olymp. 83. 3.

e *Justin. L. XX.*

f ap. *Laert. L.*

VIII. n. 44.



adeo fidendum esse censuit *Laertius*. Si hæc fuerit erroris occasio, sequitur & *Sotionem* ipsum ita, uti nos fecimus, supputasse: ut & *incendium* illud in Scholæ *Italicæ* annum contulerit xx^m, & *annum* illum cum *Pythagoræ anno* commiserit LXXX^o. In illo ergo duntaxat errarit *Heraclides*, quod falso *Pythagoram* ibi periisse fuerit suspicatus, vel paulo postea, quod nuspiam dixerat *Sotion*. Faciunt hæc mirifice ad ea confirmanda quæ hæctenus observavimus. Sed *Metapontum migrasse, ibique decessisse*, idem tradit ex eodem *Trogo Justinus*. Etiam ubi supra *Valerius Maximus*. Suffragantur ^a *Porphyrius* & ^b *Iamblichus*. Imo è *Dicæarcho* atque *accuratioribus* Auctoribus refert *Porphyrius* elapsum ex incendio *Cyloniano Pythagoram* primo in portum *Cauloniam*, tum in *Locros*, inde *Tarentum*, denique in *Metapontum* evasisse. Et quidem *absente Pythagora* illud fuisse incendium, in eo omnes consentire docet ^c *Iamblichus*. Quod tamen ita duntaxat intelligendum, ut ipse non in eo perierit. Hoc tamen satis est ut intelligamus quam falsum fuerit illud *Heraclidis* ratiocinium. Recte ergo *senem* hoc tempore *Pythagoram* appellat ^d *Iamblichus*. Quamdiu *Metaponti* vixerit, nihil *disertis verbis* tradidere Veteres. E prædicto tamen annorum numero colligimus, quibus illum Scholæ *Italicæ* præfuisse tradit *Iamblichus*. Dentis enim, quibus *Crotone* præsedet, annis xx, supersunt xix quibus postea fuerit *superstes*. Atque vel hinc suspecta redditur eorum *Traditio* qui eodem seditionis impetu quæ illum eo usque persecuta fuerit, & novo, quod tamen *Metaponti* fuerit, incendio periisse arbitrati sunt. Tot enim annis interpositis, deferberit oportet *Cylonis* illa *Seditio*. Et tamen magnum Auctorem *Dicæarchum* habuit hæc opinio, ut è ^e *Laertio* constat, quem proinde avide secuti Veteres, ipse ^f *Cicero*, ^g *Valerius Maximus* atque ^h *Porphyrius*. Refellitur etiam inde sententia ⁱ *Heraclidis*, dolore *Pythagoram* propter incendium, postquam à sepeliendo *Pherecyde* rediisset, *Metaponti* inedia vitam finivisse. Sed fabulam illam de itinere ex *Italia* ad sepeliendum *Pherecydem*, jam satis, ut existimo, refutavi. Sed quæ dixipalam faciunt multis *Pythagoram* annis incendio *Cyloniano* superfuisse. Quamdiu superfuerit ex annis *vite* colligendum arbitror. *Octogenarium* tantummodo fecit *Heraclides*, cuius erroris *fontem* jam deteximus. Auctor apud ^k *Photium* Anonymus annos tribuit civ. Sed quo demum fretus seu *Testimonio*, seu *Ratiocinio*, non constat. Magis tamen sententia illa

T

ample-

a *Porphyr. vit. Pythag.*
b *Iamblich. ib. l. i. c. 35.*

c ὅτι μὴ ἐν αὐτῷ
τῷ Πυθαγόρου
ἐγένετο ἡ ἐπιπέσει
πάντες συνομολο-
γοῦσι. *Iamblich.*
ib. p. 207.
d *Iamblich. ib. p. 208.*

e ap. *Laert. l. VIII. n. 40.*
f *Cicer de finib. l. v.*

g *Valer. Max. ubi supra.*
h *Porphyr. vit. Pythag.*
i ap. *Laert. ubi supra.*

k ap. *Phot. Cod. CCXLIX.*



amplectenda quam plurimum fuisse testatur *Laertius*, quæ tamen ipsa in *Laertio* hodierno, ni fallor, mendosa legitur. Sic enim habent verba hodierna: ^a ὡς ἡ οἱ πλείους, ἔτη βίης ἐννεήκοντα. Sed jam olim ἐννεήκοντα ἐννέα legendum censuit *Isaacus Casaubonus*. Idque è ^b *Joanne Tzetze* qui, cum *Laertii* scrinia compilarit, ita in *coevo* sibi *Laertii Codice* legisse visus est. Addere potuit *Casaubonus* verba *Iamblichi* superius à nobis observata, ipsa quoque apud *Arcerium* mendosa: ^c τὰ πάντα βιώσαντα ἔτη ἑξήκων ἑκατόν. Vix est quod dubitemus ibi legi oportere: ἑξήκων τῶν ἑκατόν. Ex hoc duplici testimonio certe constat eam fuisse apud Veteres *sententiam*, quæ tamen nulla in *Laertio* reperitur, nisi ita scripserit *Laertius*. Quod si vera hæc sit *Laertii lectio*, sic fuerit *sententia illa* apud Veteres *receptissima*. Nec me latet de *mortis modo* similiter apud Veteres fuisse disceptatum. Ea tamen *sententia* mihi potissimum arridet quam *Hermippi Smyrncæi*, qui *vitas* scripsit sub tertio *Ptolemeo*, testatur fuisse ^d *Laertius*. Nempe *Pythagoram*, cum *Agrigentinis* opem ferret, illis in *fugam* versis, dum *fabarum* agrum circuiret, à *Syracusanis* interemtum esse. Hunc ^e *Josephus* ait περὶ πῶσαν ἰσορίαν Ἰππιμελῆ, & eorum qui de *Pythagora* scripserant, Ἰππισημότατον. Merito proinde in his rebus, præ aliis, audiendus. Et rem gestam narravit cum illa *temporis*, quo fuerit gesta, nota, quæ, nisi fuisset explorata, non ita facile annecti potuit. Hoc ipsum *prælium* designavit, ut puto, ^f *Diodorus Olymp.* LXXVII^o. anno 1^o. Archonte *Charete*, quo victus est tyrannus *Agrigentinorum Thrasydaus* ab *Hierone Syracusano*, & Imperio exutus. Annus ille *Julianus* in *Tabulis nostris* est U. C. *Varronianus* CCLXXXIII^{us}. quo Archon erat *Chares*, cujus pars tantummodo prior cum *Olymp.* LXXVII^o. anno 1^o. concurrebat (propter Archontem semestrem *Olympiadis* LXXVI^o. anno IV^o.) posterior autem cum ejusdem *Olympiadis* LXXVII^o. anno II^o. Detrahantur ex *Æra Varroniana* anni XCIX. Ita natus fuerit *Pythagoras* anno *Varroniano* CLXXXIV^o. qui in *Tabulis nostris* cum *Olympiadis* LII^o. annis II^o. & III^o. committitur, ut posteriori proinde anni *Varroniani* parte fuerit in lucem editus. Detrahantur iterum anni XXXIX. quibus *Scholæ Italice Pythagoram* ipsum præfuisse vult *Iamblichus*. Ita in *Italiam* venerit *Pythagoras* anno *Varroniano* CCXLIV^o. *Tarquini Superbi* ultimo, *Olympiadis* LXVII^o. anno vel II^o. vel III^o. Immo III^o. ut annum *vite* LX^m. expleverit. Inde enim ad ejusdem exitum anni solidi numerandi sunt XXXVIII. qui exeunt *Olymp.* LXX^o.

a *Laert.* L. VIII.
n. 44.

b *Tzetze*, *Chil.*
XI. V. 366.

c *Iamblich.* L. I.
c. 36. p. 220.

d *Laert.* L. VIII.
n. 40.

e *Joseph.* cont.
App. L. I. P.
1046.

f *Diodor.* L. XI.



LXX^r. anno 1^o. ut proinde *caeptus* fuerit annus illius xxxix^{us}. qui non ante annum illius *Olympiadis* 11^m. *exierit*. Potuit tamen *Pythagoras* ad anni 11ⁱ. partem *illam* pertigisse, quæ *Charetis* Magistratui respondebat, ut annum vitæ xcix^m. *expleret*, & *proxime centesimum* attingeret, quod innuere verba videntur *Iamblichi*. Hanc Ego Chronologiam, ut minus *veram*, at *veræ* tamen *proximam* & *simillimam* existimo, atque *accuratam*, siquid sit *his* temporibus quod *censeri* possit *accuratum*. Sibi certe maxime *consentanea* est, & *Auctorum* optimorum *suffragiis* munita. Hoc sane certum, *Pherecyde*, qui fuit ipse VII *Sapientibus* paulo *junior*, *Pythagoram* adhuc fuisse *junio*rem. Id quoque certum, ex rebus ab ipso in *Oriente* gestis constare, si minus *Xerxis*, at *Cambysis* saltem & *Darii* tempora attigisse. Inde de eo nulla in *Oriente* mentio, quod paulo postea in *Occidentem* migraverit. Paulo tamen à nostra sententia discrepare videtur ^{a ap. Clem. Al.} *Antilochns*, qui de viris doctis scripsit ab ^{Str. I. P. 309.} initio *Pythagoræ* ad mortem *Epicuri*, quæ *Pytharato* Archonte contigit anni 11ⁱ. *Olymp.* cxxvii^r. Hujus enim intervalli annos numerat cccxii. Ut videtur à *Pythagoræ* natalibus. Verba de illo *Clementis* sunt: ἀπὸ τῆς Πυθαγόρου ἡλικίας ἴπὶ τὴν Ἐπικύρου πλοστίω, Γαμηλιῶν ἡ δεκάτῃ ἰσαριθμῶς ἡρομένω, ἔτη φέρεται τὰ πάντα τετρακῆσια δώδεκα. Fieri tamen potest ut scripserit *Antilochns*: δέοντ' ἑνός. Exinde Librarius, si primam literam duntaxat manifestam habuerit, facillimo errore δώδεκα reposuerit. Sic omnia rectissime procedent. Ab anno enim U. C. *Varroniano* clxxxiv^o. ad annum ejusdem Epochæ cccclxxxiii^m. qui cum Archonte *Pytharato* concurrebat, anni sunt ad ccxcix. Sed dies *Gamelionis* x^{us}. illo *Cycli Calippici* anno lx^o. dies erat *Januarii Juliani* vii^{us}. ut proinde in annum incurrat *Varronianum* pars illa anni *Attici* cccclxxxiv^m. *incipientem* scilicet. Hæc autem Chronologia si vera sit, sic annum egerit *Pythagoras*, cum moreretur *Epimenides*, duntaxat viii^m. Si mox *expiato scelere Cyloniano* decesserit *Epimenides*, illum *Pythagoras* ne videre quidem potuit. Satis autem erat tantilla *Pythagoræ* *ætas* ad *initia* capienda ad quæ spectabat *descensio* illa in antrum *Idæum*. Erant enim *initia* etiam *Puerorum*, ut nos docet in *Terentium Donatus*. Et à *teneris unguiculis* studiis illum atque *Præceptoribus* in quacunque *disciplina* celebribus à *Patre Mnesarcho* addictum esse constat ex *Iamblicho*. Et cum *mercator* fuerit *Mnesarchus*, & *maritimis peregrinationibus* assuetus, facile potuit *Cretam* petere, ut filium viri, qui tam *Divi-*



nus habebatur, institutionibus imbueret. Itaque nihil vetat quin sit omnis illa, quam dedimus, Chronologia, tam *Epimenidis* quam *Pythagoræ* verissima. Conveniunt certe Scholæ *Pythagoricæ* *Ἀεδοχαί*. ^a *Lysis* enim *Pythagoræ* in *Magna Græcia* discipulus *Philippum Macedonem Alexandri Magni* patrem *Thebis* instituit atque *Epaminondam*, qui ipsi *Olympiadem* cⁿ. superarunt. Nec admodum remoti erant à *Pythagora* ipso quos vidit ^b *Aristoxenus* Peripateticus *Aristotelis* discipulus. *Homerus* ergo, quam vulgo creditur, junior fuerit oportet, si fuerit ætate minor *Epimenide*. Erat autem, fateor, præter antiquiorem illum *Epimenidem*, alius *Pythagoræ* discipulus *Epimenides*, pariter, ac fuerat prior ille, *Cretensis*, cujus testimonium de rebus Præceptoris sui aliquoties advocat ^c *Iamblichus*. Atque is intelligatur oportet, si, quo tempore *Cretam* petiit, post reditum è *Babylone*, *Pythagoras* in antrum *Idæum* descenderit, ut videtur innuere ^d *Porphyrius*. Sed *Morgum* fuisse dicit unum ex *Idæis Dactylis* ipse *Porphyrius*, qui *Pythagoram* hoc tempore initiarit, non autem *Epimenidem*, & proinde qui cum eo tunc in antrum *Idæum* descenderit. Rectius ergo prius illud antiquiusque tempus designavimus, quo Hierophantam habuerit *Epimenidem*. Cavendum autem ne hi duo invicem confundantur *Epimenides*, quorum alter *senior*, alter *junior* ipso *Pythagora* fuit, quod faciunt tamen sæpe Veteres.

Sect. XIII. Porro ex ætate *Pythagoræ* ita stabilita aliud præterea colligitur Argumentum pro ætate etiam *Homeri*. *Creophilum* quendam plerique hospitem *Homeri* & amicum fuisse tradunt, ^e *Suidas* generum, ^f *Strabo* etiam Præceptorem. Ut fuerit *Homeri* vel *superior*, vel saltem ætate *suppar*. Hujus in gratiam *Oechaliam* scripsisse dicitur *Homerus*. Negat tamen ^g *Callimachus*, ipsique vendicat *Creophylo*. Sed vero hujus *Creophili* *ἑρέου* quem *Hermodamantem* appellant ^h *Laertius*, ⁱ *Iamblichus*, ^k *Porphyrius*, ^l *Suidas*; *Laodamantem* ^m *Apuleius*, audivit *Pythagoras*. *Creophilum* & ipsum cognominatum fuisse volunt reliqui. *Porphyrius* *Creophylium* nuncupat, propterea, ut videtur, quod *stirpem* ab illo duxerit *Creophylo*. Nomen illud utroque modo concipiunt Auctores tam *Creophilum* quam *Creophylum*. Potuit, pro *Romanorum* more, loqui fortasse *Porphyrius*. Sic enim *Scipionem Africanum* juniorem & fratrem ejus *Fabium Gallicanum* *Emilianos* appellabant *Romani*, quod è gente *Emilia* adoptati fuerint in gentes *Corneliam* atque *Fabiam*. *Ἀργύως* autem notionem ita explicant Grammatici ut fere intra

a Plutarch. Epaminond.

b Gill. Noct. Att. L. IV. C. II.

c Iamblich. vit. Pythag. L. I. C. 2. 23. 28.

d Porphyr. vit. Pythag. p. 187.

Hermodamantem Creophilum audivit Pythagoras, Creophyli, qui Homeris hospes fuerat, ἑρέου.

e Suid. Κρεωφ. f Strab. L. XIV. g ap. Strab. ib. h Laert. L. VIII. i Iamblich. vit. Pyth. L. I. C. 2. p. 29. 31.

k Porph. vit. Pythag. p. 186. l Suid. Περὶ τῶν ἑρέων. m Apul. Flor. l. II.



intra secundam generationem concludant. *Hesychius*: Ἀπόγονος, υἱός ἢ ἔγγονος, ἢ συγγενής. Etiam τέκνα & ἀπογόνους pro Synonymis habet ^a *Pollus*. Neque vero solum in familiarum, sed etiam in Scholarum, successione locum hic habebat sermo. Itaque ἀπογόνων nomine discipuli quoque, & discipulorum etiam discipuli, censentur. Sic vocem hanc, hoc etiam in loco, interpretatur *Apuleius*. Sic enim habent illius verba, de Præceptoribus quos audiverit *Pythagoras*, agentis: ^b *Itemque Laodamantem Creophyli discipulum, qui Creophylus memoratur Poetæ Homeri hospes & æmulus canendi fuisse*. Idque fortasse potius, quam, quod modo diximus, voluit *Porphyrus* cum *Hermodamantem Creophylium* appellaret, quod scilicet non è stirpe fuerit, sed è Schola *Creophyli*. Est enim id in Scholarum successione frequentissimum, ut à Doctorum nomine Discipuli appellarentur. Sic à *Pythagora*, *Platone*, *Epicuro*; *Pythagoræi*, *Platonici*, *Epicuræi*. Nulla autem erant apud *Græcos* nomina *Gentilia*, qualia erant in usu apud *Romanos*. Et alia plane forma erat illis *Patronymicorum*, cum *Bacchiadæ*, *Alcmaeonidæ*, *Heraclidæ*, *Eteobutadæ*, cognominarentur, quam ut à *Creophylo* essent appellandi *Creophylia*. Itaque à Schola, potius quam à stirpe, istud censeo ductum esse cognomen. Proinde vel discipulus fuerit *Creophyli Hermodamas* ille *Pythagoræ* institutor, ut vult *Apuleius*; vel discipuli discipulus, proximi nimirum, ni fallor, *Creophyli* in Schola successoris. Admodum certe remotus ab eo esse vix potuit, cum & *Creophyli* ipsius cognomen sumserit, quasi nuperæ memoria vigentis; nec ulla præterea extet, apud *Veteres*, hujus Scholæ mentio, quæ certe fuisset, si celebris admodum fuisset Schola ipsa, atque diutina. Sed videamus quousque in ætate *Pythagoræ* pertigerit *Hermodamas* ille *Creophylus*. Puerum etiamnum *Pythagoram* pater *Mnesarchus*, νῦν μὲν Κρεοφίλω, νῦν δὲ Φερεκύδῃ τῷ Συρίῳ, in disciplinam dedisse dicitur ab ^c *Iamblichō*. Alio ordine *Porphyrus* è *Cleanthe* refert, *Pythagoram Tyri* à *Chaldæis* institutum, postquam in *Foniam* esset reversus, ^d πρῶτον μὲν Φερεκύδῃ τῷ Συρίῳ ὁμιλήσῃ· δεύτερον δ' Ἐρμωδάμαντι τῷ Κρεοφύλιῳ ἐν Σάμῳ ἤδη μετρίσκοντι. Simile quid habet etiam ex ^e *Apollonio*, quo loco Præceptores *Pythagoræ* hoc ordine recenset, *Pherecydem*, *Hermodamantem*, *Anaximandrum*. Vivo tamen, ut videtur, etiamnum patre *Mnesarcho*, post cuius mortem ^f *Iamblichō*, audivit saltem *Hermodamantem*. Hæc ergo infra annum *Pythagoræ* xvi^m. concludenda sunt. Sed postea etiam anno *Pythagoræ* xviii^o. subori-

a Poll. L. III. c. 2. n. 2.

b Apul. Florid. L. II.

c Iambl. L. I. c. 2. p. 29.

d Porphyr. vit. Pythag. p. 180. 181.

e Porph. ib. p. 181.

f Iambl. L. I. c. 2. p. 30.



Laert. l. viii.
p. 2.

ente tyrannide *Polycratis*, tunc etiam *Samo* opera *Hermodamantis* elapsum testatur *Iamblichus*. Exorientem illam *Polycratis* tyrannidem, uti jam diximus, intellexit, quam *communem* habuit cum *fratribus*. Antea nimirum quam *Pantagnotum* interficeret, aut *Sylosontem* fugaret. Certe cum *Pythagoram Amasidi* commendaret, *solus* in tyrannide videtur fuisse *Polycrates*. Et cum *Aegyptum* *Cambyses* occuparet, *Sylosontem* ibi reperit *Darius Hystaspis*. Sic anno *Olymp.* LVII^o. 1^o. adhuc in vivis fuerit *Hermodamas*. Imo *recentiora* adhuc tempora attigit, si *Pherecyde* mortuo, *Hermodamantem* audiverit *Pythagoras*. Sunt autem in hanc sententiam verba *Laertii* satis diserta: Μέγα δὲ τὴν ἐκείνου τελευτήν, ἤμεν εἰς Σάμον, ἃ ἤκουσεν Ἑρμόδαμαντος τοῦ διπολόου Κρεοφίλου, ἤδη πρεσβυτέρου. Idque voluit fortasse *Porphyrius*, suffragante etiam *Suida*, cum post *Pherecydem* auditum volunt *Hermodamantem*. Non quod non antea *Hermodamantem* audierit *Pythagoras*, sed quod *Pherecyde* mortuo *Hermodamantem* adhuc audire perseveraverit. Itaque post mortem *Pherecydis*, adhuc fuit in vivis *Hermodamas*. *Pherecydem* autem ad *Olymp.* LX^o. annum II^m. retulit, uti vidimus, *Eusebius*. Numeremus ergo ab initio *Olymp.* XXIII^o. ad initium *Olymp.* LX^o. *Olympiades* interfunt. XXXVII, anni CXLVIII. Spatium *maius* erat quam ut coævum *Homero* *Creophylum* audire potuerit *Pythagoræ* coævus *Hermodamas* *Creophylus*. Itaque *διπολόου* rectius quam *διάδοχος* fuerit appellandus, nec temere *vocem* illam adhibuerunt *Græci*, quotquot habemus, hujus *Historiæ* *Scriptores*. Et sic intelligendus *Latinus* *Apuleius*, ut fuerit è *disciplina* *Creophyli*, *discipuli* nimirum *discipulus*. Sic autem satis laxè respondebunt spatia. *Hermodamantem* *Creophylum* agnoscit *πρεσβύτερον* *Laertius*, *μεγίστου* *Porphyrius*, cum *Pythagoram* *discipulum* acciperet. Fuerit ergo *septuagenarius*. Nec *minorem* fuisse verisimile est *Olymp.* LX^o. anno 1^o. Si *Præceptorem* & ipse *septuagenarium* habuerit ad annum *ætatis* *sue* XX^m. ita prior ille *Hermodamantis* *Creophylli* *Præceptor* natus fuerit annis ante *Olymp.* LX^o. annum I^m. CXX. nempe *Olympiades* integris XXX. Superfunt duntaxat *Olympiades* VII. anni nimirum XXVIII. ad annum ipsius *Homeri* natalem. Itaque cum & ipse annum *ætatis* *age*ret XX^m. ne quidem *Homero* necesse erat ut superarit annum *ætatis* *sue* XLVIII^m. quæ etiam *ætas* esse potuit coævi *Homero* *Creophylli*. Incidit annus ille in XII^m. ab *Homeri* ortu *Olympiadem*, *Olymp.* viz. XXXV^o. annum I^m. *Thaleti* natalitium, quem tamen ipsum audivit *Pythagoras*



thagoras ipse. Ita nihil est in his calculis quod possit merito cenferi durum. Sed vixdum illa *Olympiade xxxv^a*. celebres *Homerum & Hesiodum* fuisse verifimile est. Paulo certe *Thaletis Astronomia* antiquiorem ostendimus *Astronomiam Hesiodi*. Nec quicquam legimus sub *Dracone* quod ad *Homerum* spectarit aut *Hesiodum*, quem tamen *Olympiade xxxix^a*. constituunt Veteres. Et tamen *Homerum* saltem, postquam innotuisset, magni fecere *Legum-latores*, ut è *Lycurgi* constat & *Solonis* exemplis *Homero* proximis.

Longe hæc certe illis verifimiliora quibus fingebatur *Homerus* Poetarum, quorum Scripta conservabantur genuina, omnium fuisse antiquissimus. Ita *Velleius*: ^a *Clarissimum Homeri ingenium sine exemplo maximum, quod neque ante illum, quem ille imitaretur, neque post illum, qui eum imitari posset, inventus est.* Ita *Plinius*: ^b *Homerus quidem primus doctrinarum & anti-*

quitatis parens. Ita *Josephus*: ^c *Παρά τοῖς Ἕλλησιν ἔδεν ὁμολογεῖσθαι εὐελοῦσθαι γράμματα τῆς Ὀμήρου ποιήσεως πρῶτον.* Quos enim recenset quasi antiquiores *Homero* *Tatianus* ii omnes suspecti jam olim erant Eruditis. Sed vel eo nomine suspecta esse debuit illa veterum opinio quod ad tempora illum retulerint *Poetis* antiquiora. Fieri enim non potuit ut *Artem Poeticam* universam primus invenerit & solus *Homerus*, & ad tantam perfectionem extulerit ut nullum ornamenti genus in eo desiderarint præstantissimi per omne ævum *Critici*. Fieri certe non potest ut id fecerit nullis adhuc studii Poetici *Patronis*, nullis excitatus æmulis, nullis extantium Poematum exemplis. Hanc certe rationem reddit ^d *Cicero* cur nulli fuissent olim apud *Romanos* hoc elegantiorum literarum nomine celebres.

Observavit etiam ^e *Velleius* non admodum diutinum fuisse præstantissimorum *Oratorum* seculum; sed cum studium illud ad apicem summum excoluisset *Cicero*, ut nemo se illum superare posse crederet, exinde vel ad alia studia, vel ad nova eloquentiæ genera homines ingenia sua convertisse. Et quidem mox à temporibus *Ciceronis* defecisse paulatim studium eloquentiæ observavit Orator ille sub *Vespasiano* cujus colloquio interfuit Autor Dialogi de *Oratoribus*, ipse alioqui inter summos Seculi sui *Oratores*. Ea itaque ætas *Homero* conveniet qua & multa fuerint in re *Poetica* à decessoribus inventa quibus ipse manum ultimam imposuerit. Ea, inquam, qua *Ludis & præmiis* sive *coronariis* sive *pecuniariis* multi passim illam gloriam æmuli ambierint, & se mutuo excitarint ad omnes ingenii nervos contendendos. Ea denique qua *Epica*,

Sect. XIV.
Parum verifimile est tam antiquum fuisse, quam vulgo fertur, *Homerum*.

^a *Vell. L. I.*

^b *Plin. N. Hist. L. XXV. C. 2.*

^c *Joseph. contra Apion. L. I.*

^d *Cicer. L. I. Tuscul. Quæst.*

^e *Vell. L. I. C. 163. 17.*

in:



in qua *Homerus* excelluit, Poeseos deinde studia refrixerint, & alia *Poesis* exulta est quam ipse non attigerat. Quæ sane notæ omnes temporis à nobis designato potius quam alteri cuidam antiquiori conveniunt. Erant enim post *Olympiadas* Poetæ alii præter *Homerum* multi, & quidem in eo ipso, quo præstabat *Homerus*, Poeseos genere *Epico*. Erant & ludæ (quibus certarint invicem Poetæ) multi, & Ludorum præmia admodum celebria, & vincentium gloria qua hominum conatus ad ultimum virium accenderentur. Tale certamen fuisse testatur in *Chalcide* quo ipse, in funere *Amphidamantis*, vicerit *Hesiodus*. Et maximum fuisse *Poetarum* proventum tempore *Lycurgi* illius, cui coævus fuit *Homerus*, apparet ex ^a *Hieronymo*, qui Libros ad minimum v *Poetis* illis implevit, quorum v^{us}. de solis egerit *Citharædis*. Inde & reliquos Libros de *singulis* *Poetarum* generibus fuisse suspicio est. Inde multorum generum *Poetas* illius *Lycurgi* ætate, qui cum *Homerum* in *Chio* conveniret & *Poemata* ejus conservavit, studiosum se *Poetarum* patronum ostendit, quod sane de *Lycurgo* qui post *Olympiadum* initium floruerit, quam de antiquiori aliquo, verisimilius est. Denique & illud observatu dignum est, *Epicum* hoc Poeseos genus, quod solis constabat *Hexametris*, hoc ipso quo *Homerum* vixisse putamus tempore, paulatim defecisse, nec nisi magno interposito intervallo fuisse restauratum; successisse autem in locum ejus primo *Elegiam* quæ ex *Heroico* versu & *Pentametro* constabat, tum deinde *Poesim* *Melicam*, quas *Epica* *Poesi* postponit ^b *Proclus* in *Chrestomathia*. Eodem ordine disponit Fragmentum quod olim ^c *Censorino* tribui solebat, post antiquissimos *Poetarum*, quos *Homerum* recenset & *Hesiodum* & *Pisandrum*, secutos ait *Elegiarios*. Et sane proximorum temporum, pro nostris hypothesebus, ægre *Poetam* aliquem *Epicum* inveniemus, *Elegiacos* autem plerosque, qua licet judicare ex hodiernis Fragmentis. Tales sunt profecto *Tyrtæus*, *Solon*, *Mimnermus*, *Theognis*, *Pittacus*, *Chilo*, *Periander*, *Hipparchus*, *Pisistratida*, ne in aliis commemorandis tempus impendamus.

^a ap. *Athen.*
Deipnosoph. L.
xiv. c. 14.

^b ap. *Phot.* Cod.
239.
^c *Fragm. Censor.*
c. 9.

Sect. XV.

Prima *Scriptorum* *Homeri* cura sub *Lycurgo*, *Solone*, *Pisistrato*, & *Hipparcho*.
^d *Plutarch.* *Lycurg.*

Huic certe temporis conveniunt quæcunque ad *Homeri* *Poemata* disponenda, eorumque famam *propagandam* facta legimus, *proximis*, ut videtur *Homero* temporibus, aut non admodum certe *remotis*. *Lycurgi* tempore ^d λέω τις ἤδη δόξα ἔ ἐπῶν ἀμεινὰ ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων inquit *Plutarchus*, ἐκέκλιπτο δὲ ἔ πολλοὶ μέρη τινὰ ἀπορᾶδω τῆς ποιήσεως ὡς ἔτυχε διαφθορᾶς γινώσκοντες δὲ αὐτῶν καὶ μάλιστα πρῶτος ἐποίησε *Λυκῆργος*. Et quod *primus* *Homeri*



meri Scripta in *Peloponnesum* intulerit *Lycurgus*, præivit *Plutarcho Heraclides* etiam *Ponticus*. In eo tamen uterque lapsus, quod à *Creophili* posteris *Lycurgum* ea accepisse tradiderint. Imo ab *Homero* ipso accepisse testantur *Timæus* & *Apollodorus*, eorumque testimoniis ^a *Strabo* etiam atque ^b *Clemens Alexandrinus*. Locum etiam docet ubi *Homerum* convenerit *Lycurgus*, *Chios* insulam *Strabo*. Hæc ergo fecerit *Lycurgus* ætate *Terpandri*, trecentis ante *Platonem* annis, centum ab initio *Olympiadum*. Ægre quidem vel potuit maturius. Vix enim credibile est Scripta apud *Lacedæmonios* tantis Legislatoris præconiis celebrata diu *Athenienses* latere potuisse tum quoque studiis illustres. Post *Olympiadem* tamen XL^m. primam reperimus *Scriptorum* deinceps celeberrimorum apud illos mentionem. Tunc de *Solone* ait ^c *Laertius*: τὰ Ὀμήρου ἐξ ἑσπερίων γεγραφεῖν ῥαψωδῶν οἷον ὅπερ ὁ πρῶτος ἔληξεν, ἐκείθεν ἀρχεῖται τὸ ἔχόμενον. Jam supra vidimus è *Plutarcho*, etiam ætate *Lycurgi*, lacera quædam *Homerorum* Poematum membra *σποραδῆν* in paucorum manibus fuisse. Quod scilicet *Poematum* integrorum describendorum laborem nimium arbitrati, partem eam quæ sibi maxime placuerat quisque descripsisset. Ita per partes tota tandem singulorum operis invicem collatis descripta sunt. Sed cum membra tantummodo describerentur, membratim proinde cani coeperant, nulla habita ἀκολουθίας ratione. Integra autem, & pro Auctoris dispositione continua primus descripsit *Lycurgus*. Cujus proinde nactus exemplaria *Solon*, ipse quoque exemplaria continua *Atheniensibus* suis dedit; statuitque, ne, ut antea, *σποραδῆν* sed continuo etiam à *ῥαψωδοῖς* canerentur. Et cum singulorum membrorum singuli solerent esse *ῥαψωδοῖς*; id quoque decrevit, ne temere *ῥαψωδοῖς* sibi invicem succederent, sed eo ordine sufficerentur (hoc enim erat ἐπιβληθῆναι) quo membra ab illis decantanda in Operibus integris & continuis *Homerus* ipse disposuerat. Sic enim vocem illam explicat ipse *Laertius*, ut quo loco Operis continui desierat *ῥαψωδῶς* prior, inde proximus inciperet. Cum porro ait *Solonem* illa γεγραφεῖναι, una innuit *Legibus* ab illo fuisse sancita. *Leges* autem tulit *Archon*, proinde *Olymp.* XLVI^o. anno 3^o. Itaque anno illo antiquior esse non potuit cura illa *Solonis*. Sed interpolato in Catalogo navium *Homerico* versu de *Atheniensibus* ab *Ajace* è *Salamine* ductis *Megareses Atheniensium* de *Salaminis* jure æmulos dicitur in judicio vicisse *Solon*, atque *Insulam* illam *Civibus* suis vindicasse. Sic fuerit

^a *Strab.* l. XIV.
^b *Clem. Alexan.*
Strom. I. p. 327.

^c *Laert. Solon.*
l. I. n. 57.



etiam Megarensibus ante illud *Judicium* notissimus *Homerus*.
 Et quidem illius artificii testes advocantur ^a *Aristoteles* atque
^b *Quintilianus*. Sed rem illam omnem *Athenienses* negavisse
^c *Plutarchus* Auctor est. Nec sane verisimile est fraude illa
 corruptorum *Homeri* exemplarium usurum esse *Solonem* Judi-
 cibus *Lacedæmoniis* quibus jam olim innotuerant vera *Ho-*
meri exemplaria ante ipsos *Athenienses*. Et aliis melioribus-
 que Argumentis constat pugnavisse *Solonem*, imprimis illo de
 situ veterum Sepulcrorum *Atheniensium* moribus, quam *Me-*
garensium magis consentaneo. Tum etiam illo, quod non *Ajax*
 ipse, sed *Ajaci* filii *Phileus* & *Euryfaces*, jure Civitatis *At-*
ticæ donati jus suum in *Insulam* ad Civitatem *Atheniensem*
 transfulissent. Quod si pro vero obtenderetur, ne quidem
 potuit vera esse illa *Homeri* interpolatio de conscriptis ex *In-*
sula illa ab *Ajace* ipso *Atheniensibus*. Et ^d *Pisistrato* fraudem
 illam imputant alii, quod sane verisimilius est. Idem quod
 fecit *Solon* alii *Pisistrato*tribuendum existimabant (ita sunt
 incerta omnia in horum temporum *Traditionibus*) de colle-
 ctis in unum continuumque corpus membris *Rhapsodorum* la-
 ceris. Ita ^e *Pausanias* & ^f *Libanius*. Rectius tamen, opinor,
 quod proprium erat *Pisistrato* explicant alii, ut, quod ait
^g *Cicero*, *Homeri* Libros confusos antea sic disposuerit, ut nunc
 habentur. Hoc est, ut manum ultimam huic dispositioni im-
 posuerit. Ea vero quæ fuerit, docet ^h *Ælianus*, quod scili-
 cet cum membra duntaxat invicem in uno Corpore diges-
 sisset *Solon*; *Pisistratus* bina Corpora *Iliadis* & *Odyssææ* distin-
 xerit. Sic merito *Solonem* plus ad *Homerum* illustrandum con-
 tulisse quam *Pisistratum* pronunciavit ⁱ *Dieuchidas*. Fecit hoc
^j *Pisistratus* post *Olymp.* LIV^æ. annum 4^m, cui *Tyrannidis* ejus ini-
 tium assignavit *Marmoreum* *Chronicon*. Illum enim potius
 audiendum arbitror quam aut ^k *Tatianum* aut ^l *Clementem* qui
 rotundo numero duntaxat *Olympiadem* designant L^m, aut *Eu-*
^m *sebius* qui *Pisistrati* meminit ad annum hujus *Olympiadis* LIV^æ.
 duntaxat 3^m. Denique etiam *Hipparchi* *Pisistratidæ* opera in
^m *Homeri* honorem memoratur. Sic enim de illo *Plato*: ⁿ καὶ
 τὰ Ὀμήρου πρῶτον ἐκόμισεν εἰς τὴν γλῶσσαν πῶσι καὶ ἠνάγκασε τοὺς
 παλαιῶς Παναθηναίους ἐξ ἰσολήψεως ἐφεξῆς αὐτὰ διέναι, ὡς αὐτῶν
 νόμιμα ἐπὶ οὐδὲ πῆσαι. Et verba fere *Platonis* numerat ^o *Ælianus*.
^p *Morus* etiam meminit, non item Auctoris, ^o *Lycurgus* Orator.
 Quod *Homeri* ἐπι primus *Athenis* intulisse dicitur, id aliter
 intelligi non potest quam pro more illorum temporum quo
 eadem

a *Aristot.* Rhetor. L. I. c. 15.
 b *Quintil.* Inst. Or. L. v. c. 9.
 c *Laert.* L. I. n. 48.
 d *Plutarch.* Solon.

d *Sirabo* L. IX. *Eustath.* ad loc. *Homer.* II. B. Vid. *Mewf.* *Pisistrat.* c. 9.

e *Pausan.* in *Achaic.*
 f *Liban.* *Panegy.* *Julian.*
 g *Cicer.* de *Orator.* L. III.
 h *Ælian.* *Var. Hist.* L. XIII. c. 14.

i ap. *Laert.* L. I. n. 57.

k *Tatian.* *Or.* adv. *Græc.* prope fin.
 l *Clem.* *Alexan.* *Strom.* I. p. 332.

m *Plato* *Hipparcho.*
 n *Ælian.* *Var. Hist.* VIII. II.
 o *Lycorg.* *Orat.* in *Leocrat.*



eadem inventa diversis assignari vidimus. Quod vero Panathenæis, non sparsim, ut antea, sed continuo recitari jufferit, hoc vere primus instituire potuit Hipparchus. Utique post annum à Pisistrati patris initio xxxiii^m, atque adeo Olympiadis lxi^m. i^m. Porro Pisistrato aut Soloni coævus fuisse videtur Clisthenes major, cujus per matrem nepos Clisthenes mox à pulsis Pisistratidis apud Athenienses erat celeberrimus. Hunc ait ^a Herodotus παυσανίας, propter Homeri carmina quæ Argivos celebrarint, Sicyone summovisse. Syracusis adhuc Homeri carmina ἐπὶ Ἰωάννου Cinæthus Chius Olympiade demum lxi^m, ut Hippostrato Auctore refert ^b Scholiastes Pindari. Qui vivus adhuc cum Lycurgo sua Poemata communicavit, non Io ubi mortuus est, sed Chio ubi habitavit, fieri vix potuit ut tam sero Græcis reliquis innotuerit, si tam antiquus fuisset, quam volunt Lycurgus. Præsertim cum tanti illum fecerit ipse Lycurgus, & tanti Lycurgum ipsum Græcia reliqua universa. Cum denique, ubi semel innotuisset, suffragia omnium propitia expertus fuerit, nullo æmulum contrario studio ante Zoilum, quod quidem apparet ex Historia.

Scio quidem jam olim dubitatum de Homero atque Hesiodo, fueritne alter altero antiquior, & quis ille fuerit. Sed locum plane nullum lis illa omnis habere potuit, si auditus fuisset Agon ille hodiernus quo victus ab Hesiodo, in Amphidamantis funebri Ludo, ad Chalcidem narratur Homerus. Et quidem, Ludis funebribus Amphidamantis, se ad Chalcidem vicisse ipse gloriatur ^c Hesiodus. Addit præterea tripodem auritum quem tulerit victoriæ præmium Musis se Heliconiadibus dedicasse. Quem vero æmulum in eo certamine vicerit, nominatim nullum, nedum Homerum, designavit Hesiodus. Ne id quidem, quicquamne suo Anathemati inscripserit, aut an Adversarium in eo aperte nominarit. Satis tamen frequentes legimus apud Veteres Donariorum Inscriptiones quibus obscuræ in Primæva Antiquitate Historiæ fuerint illustratæ. Ita Lycurgum Iphyto socium fuisse in restaurandis Olympiadibus, è disci Olympici Inscriptione quæ Lycurgi meminerat, collegit ^d Aristoteles. Et Inscriptionem in prædicto Agone habemus veterum Inscriptionum formæ satis congruam, qua Homerum se victum nomine designavit. Cur vero Musis Heliconiadibus Anathema dicarit, causa ex ipso Hesiodo manifesta est. Quod scilicet illis ^e Poesim suam ipse retulerit acceptam. Accedit porro quod jam usque à temporibus Plutarchi obtinuerit

Secl. XVI.
Ex Agone (cujus fides asseritur) cævi probantur Homerus & Hesiodus.

^c Hesiod. "Epy. 269. &c.
^d Hæsiop. L. II. V.

^d ap. Plutarch. à Lycurg.

^e Hesiod. Théogon. init. & in Epy. 269. Hæsiop.



opinio, quod ^a *Homerus* fuerit qui cum *Hesiodo* in *Chalcide* certarit. Imo *Epigramma* memorat ^b *Varro* in tripode scriptum qui in monte *Helicone* ab *Hesiodo* positus tradebatur, è quo ostendi dicit, aliquo tempore eodem vixisse *Homerum* & *Hesiodum*. Hoc *Epigramma* quo potuerit referri plane non video, nisi ad hoc ipsum in hoc *Agone* memoratum. Nec enim aliud aliquod habemus in tota, quod sciam, Antiquitate, de quo commode intelligi posset. Sic enim etiam ^c *Proclus*: *Και ἐπιγράμμα ἐπὶ τῆς ἑρμῆς*. Vidit ergo legitque hanc ipsam *Inscriptionem* *Varro*. Nec illud modo *Probavit* etiam, nec suspicioni vel *minimæ* obnoxiam credidit. Hinc enim collegit, inquit ^d *Gellius*, non esse dubium, quin aliquo tempore eodem illi vixerint *Poetæ*. Addit alio in loco *Gellius*: inter omnes fere *Scriptores* constituisse, ætatem eos egisse vel iisdem fere temporibus, vel *Homerum* aliquanto antiquiorem. Antiquiorem autem ita intelligit *Gellius*, non ut *Seculo* diverso vixerint, sed ut *cœtaneorum* natu major duntaxat fuerit *Homerus*. Sic enim loco supra dicto loquitur: ^e *Super ætate Homeri atque Hesiodi non consentitur. Alii Homerum quam Hesiodum Majorem Natu fuisse scripserunt; in quibus Philochorus & Xenophanes: Alii Minorem in quibus L. Accius Poeta & Ephorus Historiæ Scriptor. Marcus autem Varro in primo de Imaginibus, uter Natus prior sit parum constare dicit, &c.* De *Natalium* ordine, non *Seculi*, agi manifestum est. Est sane hoc *Xenophanis* testimonium longe omnibus anteferendum, temporibus illis non admodum, uti jam ostendimus, remoti. Proinde quoties de *alterutrius* tempore agitur, ambo plerunque conjunguntur. Hoc etiam facit *Scriptorum*, quos habemus, *Græcorum* antiquissimus ^f *Herodotus*. Quo scilicet innuitur, quodcunque tempus alteri assignatur ab eo *alterum* longe distare ne quidem potuisse. Sic fecit etiam apud *Gellium* ipsum ^g *Cassius*, (*Hemina*, ni fallor) ipso *Varrone* antiquior. Nec sanè aliud poterat apud illos esse dubium quibus *Inscriptio* prædicta habebatur *indubia*. Convenit porro *forma* certaminis in illo *Opusculo* descripta inter *Homerum* & *Hesiodum* cum exemplis in *Theocrito* & *Virgilio*, nec quicquam obstat quo minus obtinuerit ab his usque temporibus, in quibus versamur, antiquissimis. Sic etiam obtinuit hujus *victoriæ* *Hesiodi* in *Homerum* fama ut in ipsum *Hesiodi* *Textum* tandem irrepserit. Sic enim *L. II. de Operibus & Diebus* v. 275. olim lectum à nonnullis testantur ^h *Tzetzes* & *Proclus*:

^a *Plutarch. Sym-
pos. L v Q. 2.
b Varro ap. Gell.
Noct. Attic. L.
III. c. II.*

^c *Procl. in He-
siod. Op. & Dies
L. II.*

^d *Gell. Noct.
Attic. L. XVII. c.
2 L.*

^e *Gell. L. III. c.
II.*

^f *Herodot. Mus.
II. c. 53.*

^g *ap. Gell. xvii.
2 L.*

^h *In loc. He-
siodii.*

Ἰμπερ.



"Τμνω νικῶσιντ' ἐν Κάλκιδι δ' Ἴον Ὀμηρον.

Imo non illum duntaxat *versum*, sed totam illam de *Hesiodi* victoria in *Agone Amphidamantis* Pericopen infititiam credit *Plutarchus*, teste *Proclo*. Sic enim e *Plutarchi* in *Hesiodum* Commentariis, quos excerpfit, ille: ταῦτα πάντα περὶ τῆς Κάλκιδος τῆς Ἀμφιδάμαντος, καὶ τῆς ἀθλῆς, καὶ τῆς τριπόδος ἐμβεβληθῆσθαι φησὶν ὁ Πλάταρχος, εἰδέν ἔχοντα γῆρην. Sed quibus demum Argumentis id collegerit, contra Exemplarium, saltem hodiernorum fidem, non docuit *Proclus*. Duo tamen innuit, *etatem Homeri* quam antiquiorem credidit *Plutarchus* quam ut *Hesiodo* *coævus* esse posset; & *Poeticæ Artis* peritiam quam majorem quam ut posset ab *Hesiodo* *vinci*. Sed ambo sane admodum infirma. Nec enim de *etate Homeri* tanta est *Scriptorum* concordia ut in Argumentum verti possit, cum sint contra alii qui *coævus* faciant, alii qui *majorem* natu crediderint *Hesiodum*. Et quod ad *victoriam* attinet, poterat ipsa *Homeri ætas* furori *Poetico* multum detraxisse. Poterat etiam in certamine *Poetico* multum valuisse *Hesiodi* fortasse *presentior animus*, & *tempus* ipsum *Poetico Enthusiasmo* (qui non semper pro arbitrio adest) opportunum. Potissima autem *victoriæ* causa poterant esse *Judices*, qui *quales* fuerint, aut quibus *affectionibus*, qua in *Homerum* malignitate, aut in *Hesiodum* gratia, nihil habeamus exploratum. Reperit certe *Homerus* ipse quibus displicuerit *Judices*, non *Zoilum* modo *Ἐπιγραμματογράφου*, sed *Hadrianum* etiam *Imperatorem*. Et de celeberrimis *Poetis* a Spart. viii. *Adrian.* alioqui legimus quod cum sæpissime certarint, raro tamen admodum *vicerint*. Nec sunt *Codicibus*, præsertim consentientibus, facile opponendæ *conjecturæ*. Utcunque tamen *verum*, quem diximus, ex *Epigrammate* in *Textum* emanasse facile concedimus. Nec enim *Codicis*, sed *Epigrammatis* ab *Hesiodo* *tripodi* inscripti testimonium advocavit *Varro*, sed nec *veterum* quisquam alius. Sed *Agonis* *Historia* ex prædictis apparet undiquaque *verisimillima*. Certior certe *Traditionibus* non scriptis infirmisque *ratiociniis*, quibus nituntur pleræque aliæ *veterum*, de hac causa *sententiæ*. Itaque non absurde illam pro *norma* habebimus.

Sed vero *Amphidamantem*, in cujus funere *Agon* ille *Musicus* fuisse dicitur, *Regem Bæotia* dicit fuisse *Tzetzes*; cæsum autem ab *Eretriensibus ναυμάχωνται* pro *Lilanto*, non *Tzetzes* Sæc. XVII. Agonem illum post. Olymp. 29. fuisse oportet. Et satis congrue, pro etate etiam. modo, sed *Proclus* etiam tradit. Itaque *postea* quam apud Græcos Homeri.



Græcos in usu esse coepissent pugnae navales. Has autem non admodum antiquas fuisse docet *Thucydides*, ipse à primis Græcæ Historiæ originibus admodum remotus. Naves bellicæ erant pleræque *triremes*. Harum autem usum *Corinthiis antiquissimum* fuisse dicit, & ^a *Aminoclem Corinthium Samiis* quatuor naves fecisse ante finem Belli *Peloponnesiaci* (qui *Olymp.* xciv^o. anno 1^o. erat) anno 300^o. Anni illi *Olympiadas* conficiunt 75 integras, quibus è 94 deductis, reliquus erit *Olymp.* xix^o. annus 1^{us}. quo naves illas compegerat *Aminocles*. Prælium autem navale primum adhuc recentius fuisse docet. Sic enim ille: *Ναυμαχία τε παλαιωτάτη ὡν ἴσμεν γίνεται Κορινθίων πρὸς Κερκυραίων. ἔτη δὲ μάστιχα καὶ ταύτη ἐξήκοντα ἢ διακόσια ἐστὶ μέχρι τῆ αὐτῆς χρόνου.* Discrimen est annorum 40. Hoc ergo prælium *Olymp.* xxix^o. anno 1^o. contigerit. Et recentiorem adeo pugnam illam navalem fuisse oportet qua ceciderit *Amphidamas*. Nec sane quicquam vetat, quo minus post hanc Epocham superesse potuerit non *Hesiodus* duntaxat, verumetiam *Homerus*. *Homeri* enim ætatem per ætatem *Archilochi* designatam vidimus, & *Archilochi* ætatem per Regnum in *Lydia Gygis*. Sed *Gygis* excessum huic ipsi anno 1^o. *Olymp.* xxix^o, & *Archilochum* anno sequenti apponit *Eusebius*. Sic ergo sub *Gyge* floruit *Archilochus* ut sub ejus *postremis* potissimum temporibus flourerit, & tempora etiam *Successoris* attigerit. Sic item *Archilochus* coævus erat *Homerus* ut *postremis* *Archilochi* temporibus coævus fuerit. Erat enim *Thales* ille seu *Thaletas*, quem nos coævum *Lycurgo*, *Homero* & *Hesiodo* probavimus, posterior tamen, ut observavit ^b *Glaucus*, *Archilochus*, quippe qui *Archilochi μέλη* fuerit imitatus. Et tamen *Lycurgo*, ante quam *Homerum* conveniret, innotuit ille *Thaletas*. Nec etiam à *Chio* in *Ion* ubi mortuus est, cum illum conveniret *Lycurgus*, concesserat *Homerus*. Et post xxx^m, uti vidimus, *Olympiadem* floruit *Terpander*, qui acceptis à *Lycurgo* jam reverso *Homeri* Poematibus μέλη addidit, vivo etiamnum atque superstite ipso Poeta. Itaque inter *Olympiad.* xxx^m. & xl^m. ambos fuisse in hoc *Agone* maxime consentaneum est.

^a *Thucyd.* l. i. n. 13.

^b *Plutarch.* de Music.

Sect. XVIII.
Junior Homero
fuisse videtur
Hesiodus

Majorem tamen natu *Homerum* fuisse Auctores antiquiores adduxit *Gellius Philochorum* & *Xenophanem*, minime certe spernendos. Pronepotem *Homeri Hesiodum* fecit nescio quis apud *Suidam*, sed nullo edito, cujus fidem sequeretur, Auctore. Sunt autem *fabulae* in hac causa frequentissimæ. Est tamen alioqui verisimillimum *Homerum Hesiodo*, non quidem seculo, sed



sed tamen *etate*, fuisse majorem. Δίον Ὀμηρεν in tripodis In-
 scriptione appellavit *Hesiodus*, quasi jam, cum vinceretur,
 fama celeberrimum. Ipse de fratre *Perse* quasi de *juvene* lo-
 quitur, qui nondum aliorum patientiam sua ignavia *fatigaf-*
set; qui necdum *vite institutum* delegisset, seu *Agriculturæ*,
 seu, quo propensius ferebatur, *Nauticæ*; qui necdum *uxorem*
 duxisset, nec *etatem* annorum xxx qua ducendam suadet,
 attigisset. Itaque si ab *illius ætate* de *Hesiodi ætate* liceat
 conjecturam facere, ne quidem ipse fuerit admodum *etate*
 provectus. Sed & illo quoque in loco quo *Agonis* sui me-
 minit, *Aulidem* illo nomine celebrat, quod *Græci Trojam* op-
 pugnaturi eo exercitum suum coegissent. Bellum illud *Tro-*
janum celebre fecerat *Homeri Poema*, & stationem illam in
Aulide celebrem fecerat *classis Græcorum* in *Trojanos* bellum
 molientium ibi coacta. Illa præsertim *Homerici Poematis* πα-
 ψωδία quæ singulari quodam nomine *Catalogus Navium* ap-
 pellari solebat. Erant tamen, fateor, pro nostris hypothesi-
 bus, alia quoque de *Excidio Trojano Poemata Homero* anti-
 quiora. Etiam *Demodocum* ab *Homero* ipso memoratum Ἰλίου
 ποσειδῶν scripsisse Auctor est *Plutarchus*. Et *Phemium*, ^{a Plutarch. de}
 idem meminit *Homerus*, νόστον τῶν ἀπὸ Τροίας μὲν Ἀγαμέμνονος ^{MUSIC.}
 ἀναχομιδέντων (qui titulus erat apud *juniores* frequentissimus)
 idem testatur etiam cecinisse *Plutarchus*. Sed illa merito su-
 specta sunt quæ nemo unquam, præter *Homerum* vidit, si
 vel ipse viderit. Etiam his temporibus *Arctini Ilii Persis*, &
Leschis parva Ilias quem *Arctino* coævum esse diximus, ab
Eusebio memorantur. Sed *Arctinus Homeri discipulus* fuisse tra-
 ditur, & proinde *junior*. Et maxime omnium ad *Hesiodi glo-*
am faciebat *Homeri Ilias*, ipso illo in loco victi quem fece-
 rat *Ilias* celebrem. Itaque jam *antea* edita fuerat *Homeri*
Ilias, & in ore vulgi celebrata, quam illa scriberet *Hesiodus*.
 Sic etiam *Ægypti fluvius*, qui semper *Homero* Ἰαγῶπις, idem
 recepto apud *juniores* nomine, *Nilus* ab *Hesiodo* appellatur.
 Et quidem hoc ordine vulgo innotuisse videntur illorum
 Scripta. *Homeri* quidem Scripta curasse vidimus *Solonem*, sub
 quo nulla adhuc *Hesiodi* mentio. *Hesiodi* autem Scripta di-
 sposuisse legimus *Pisistratum*, & ex eo versum sustulisse refert
Herea Megarensi Auctore ^{b Plutarch. Thesi.}
Soloni æqualis fuit, coævus esse potuit *Hesiodus*, nec tamen
 ante *Thaletem* innotuisse. Aliquot certe *antea Olympiadibus*
Eclipsis primæ prædictæ gloria celebris erat *Thales* quam re-
 censeret



cenferet *Hesiodi Scripta Pisistratus*. Potuitque adeo *obliquitatis Zodiaci* inventio *Thaleti* assignari quæ tamen etiam *Hesiodo* innotuerit. Nihil fane hic est quod miremur cum tot etiam ipso *Thalete junioribus* inventio illa attributa fuerit.

Sect. XIX.

A Solonis Magi-
stratu Olympiad.
46. 3. Cycli ini-
tium arceiden-
dum.
a Laert. L. I. n.
59.

b Ulpian. in O-
lynth. III.

c Suid. voc. A-
ξίω Scholiast.
Aristophan. in
Equit. Act. I.
Sc. n. II.
d Suid. voc. A-
ξίω. Aξίω.
Harpocr. ation
voc. Aξίω.

Itaque non poterant *Thalete*, apud *Græcos*, antiquiores esse *Cycli*. Sed nec multo recentiores fuisse verisimile est. Modum enim mensis *Lunaris Solon Atheniensibus* intulisse dicitur. *Ἡξίωσεν*, inquit *Laertius*. Hinc colligit *Scaliger*, rogasse quidem *Athenienses* cives suos, ut menses *Lunares* in *Civilem* usum reciperentur, non tamen impetrasse *Solonem* quod rogaverat. Perperam vir alioqui longe maximus. Est enim apud *Scriptores Atticos* vocis illius significatio qua tantundem valet quod *rogare*, longe infrequentior. Sic *Ulpianus* in locum *Demosthenis* quo *rogandi* significatio poterit alioqui videri commodior: & ῥῶ (b inquit) ἐνεργουμένη ὡς δὲ τοῖς Ἀθηναίοις ἐμὴ πρῶτος τὸ ἀξίω ἢ τὰ παρακαλῶ. Frequentior apud illos illa vocis significatio est qua idem quod νομίζεν. quod. ἀξίον νομίζεν, quod παραλαμβάνειν. Sic vocem usurpat c *Aristophanes*. Sic *Lyfias* & *Plato*, & d *Antiphon*. Plane pro forma qua *sententias* suas concipere solebant in βουλῇ *Senatores*, non *rogandi* *sententia*, sed *decernendi*. Sic respondebit *Latine* voci *consere* qua fere denotari solent, non *privatorum* hominum *sententiæ*, sed *Auctoritate publica* prædicatorum. Inde *consura* pro *Judicio* frequentissime apud *Tertullianum* atque *Cyprianum*, quorum stylum *Africanum* formant magna ex parte vocum *Romanarum* significationes potissimum *forenses*. Nec aliter fere solent voces *Ἡξίωσεν* & *Ἡξίωμα* usurpare *Græci* quam pro *Auctoritate publica*. Hoc certe in loco aliter intelligi ægre potest. Hæc enim *Potestas Soloni* in *Archontis* Magistratu permessa ne quidem *Populi* suffragia postulabat propter factiones divitum atque pauperum quibus *Respublica* periclitabatur, sed illius, ut e *Plutarcho* constat, *arbitrio* tanquam *Sequestris* atque *Mediatoris* omnia credebatur. Tantum vero aberat ut *limites* aliquos *Potestati* ejus *absolutissimæ* imponerent *Athenienses* ut plenissimam *tyrannidem* illi obtulerint, quam tamen ipse repudiavit. Eodemque exemplo *Romani* qui ab *Atheniensium* exemplo sua pleraque acceperunt, *Decemviros* & *Triumviros* & *Dictatores Reipub. constituendæ* causa præfectos, *potestate absolutissima*, nec *suffragiis* obnoxia, instruebant. Ipse certe, cum tandem molesti essent novatores

ut



ut aliqua mutaret, decennem Peregrinationem suscepit, ne quid mutaret, utque interim cives Legibus assuescerent. Ad eo nullum est vestigium ut quod ipse faciendum censuit, non-tamen impetrarit. Imo, pro Imperio egisse indicant verba ipsa in hac causa ^a *Plutarchi* de triacade: *ἀπὸ μὲν ἔταξε* ^a *Plutar. Soloni* *ταύτων ἐν τῷ νέῳ καλεῖσθαι*. ^b *ἔταξε* plusquam *rogare* est. Et tamen etiam apud Romanos *rogare Legem* potuit nonnunquam Magistratus cum *Prærogativa suffragii* quæ *repulsam* non ferret, ut ^b alibi ostendimus. Sequitur, paucis interpositis: *τὴν δ' ἐφε-* ^b *Præl. Camden.* *ξῆς ἡμέραν νεμυρίαν ἐκάλεσε* *τὴν δ' ἀπ' εἰκάδος ἐπεσιθεῖς, ἀλλ'* ^{X. S. 6.} *ἀφαιρῶν καὶ ἀναλύων, ὡς περ τὴν Φῶτα τῆς σελήνης ἢ εἴρα μέχρη τετρακάδος ἠείδησεν*. *Ἐκάλεσε*, inquit, & *ἠείδησεν*, non ut ita vocaretur, aut numeraretur, tantummodo *rogavit*. Plane *arbitrariam Potestatem*, quæque *repulsam* nullam tulerit, verba illa innuunt. Itaque quod voluit *Solon*, illud etiam ab *Atheniensibus* impetravit; idque *voluit* ut *mensis Civiles Lunæ* propius quam antea responderent. Non quidem quod *mensis Lunaris* modum illum ipse ab *Homero* didicerit, ut vult *Plutarchus*, quo *mensis τριακὰς* partim ad *mensē Φθίνοντα* spectarit, partim ad *ισάμηνον*. Ego, si *Homerus* id cognovisset, propius etiam ad *Solonis* tempora admovendum crederem, quàm rem *Astronomis* ipsis hoc *Solonis* seculo ignoratam *Homero* innotescere potuisse, quem tot *Seculis* vixisse volunt ante *Observationes Æræ Nabonassareæ Astronomicas*, excultamque *Astronomiam*. Sed jam olim observarunt *Critici* multa in *Homerum* irrepsisse per juniorum *fraudes* quæ ipse nunquam scripserit, in quibus etiam hic, de quo agimus, versiculus à *Plutarcho* illius nomine venditatus erit fortasse numerandus. Nisi forte *Astronomiam Musæ Homerum* docuerint, ut rem *Nauticam*, cujus alioqui inexpertus fuerat, à *Musis* se didicisse gloriatur ^c *Hesiodus*. Hoc tamen interim tenemus à *Solonis* ^c *Hesiod. Op. &* *tempore Cycli* alicujus initium esse capiendum. Hoc est *Dier. L. II.* ab *Olymp. XLVI^æ*. anno 3^o. quo & *Archon* ipse & *Legislator* constitutus est.

Nec enim potuit ejusmodi *mensis Lunaris* qui ne quidem diebus 30 integris constabat in *longum* procedere quin per omnes anni *tempestates* *mensis* iidem vagarentur, ni *mensibus* novis, pro *Cycli* arte, *Embolimis* sisterentur. Nec id volebant *Græci* quod *Ægyptios* testatur voluisse *Geminus*, ut ita vagarentur. Hoc vel è *mensium nominibus* colligo, qui jam hoc ipso *Solonis* seculo, non *ordine* duntaxat censebantur, ut

X

scilicet

Sect. XX.
Anni tempestati-
bus affixi erant
Solonis mensēs,
quales sine Cy-
clorum Arte esse
non poterant.



Lunarium motuum usus in vita rarior est, & ratio tamen longe difficilior est; proinde rudibus *Astronomiæ* ratio illa facillima visa est, si in partes *duodenas*, qua licuit *æquales*, modus ille *Solaris* distribueretur, quarum scilicet aliæ dies 31 complecterentur, aliæ tantummodo 30. Sed calculorum Artisque *Astronomiæ* imperiti visu tantummodo de annis hisce mensibusque statuebant. *Annuas* laborum *Rusticorum Nauticorumque* vices à *stellarum ortibus & occasibus* metiebantur. Tum deinde *Solis* motum ab ejusdem *stellæ ortu* ad alium illius *ortum*, aut *occasu* ad alium *occasum*, primo quidem *Cosmicos*, tum deinde, cum accuratiores esse cœpissent, *Heliacos*. Quod vero menses alios tricenarios fecerint, alios tricenariis majores; hoc non fecerunt certe propter *Zodiaci*, quæ nondum explorata erat, *Eccentricitatem*, sed quod *dies* singulos dividere non poterant in supputatione *Civili*. Menses ergo v qui dierum erant 31 plane pro arbitrio disposuerunt, forte anni initio, ut *Prytanias* majores dierum 36 in forma mensium *Lunari*. Sic equidem antea quam pars illa diei *quarta* observaretur qua *Solaris* annus dies solidos ccclxv superat. Sed si *Epocha Nabonassarea* eo fine fuerit instituta ut dies *bissextilis* per totum annum *Cyclo* annorum 1461 permearet; ita ab initio *Epochæ Nabonassaræ* pars illa cognita fuerit oportet. Certe apud *Babylonios*. Inde ad *Græcos* colonos *Asianos* emanarit, qui *primi* inter *Græcos* *Astronomiam* excolebant. Et sane emanasse vel inde suspicio est, quod *primi* *Græcorum* *Cycli* *Solis* *Lunæque* motibus invicem conciliandis excogitati, ut mox constabit, eam supposuerint. Hæc itaque diei *pars* si nota fuerit, jam vel *Solarium* *Periodorum* motibus æquandis *Cyclus* erat necessarius quo *quarta* illa diei *pars* ad diem justum consurgeret. *Quartus* ergo quisque annus diebus constabat ccclxvi. Ita nimirum ut vi *primos* *menses* habuerit dierum xxxi. Hunc ergo *Cyclum* Ego omnium antiquissimum existimo, cum nulla adhuc haberetur in mensibus *Lunarium* *Periodorum* accurata ratio. *Cyclus* tamen hic *quatuor* annorum, ut *Thalete* fuisse videtur *antiquior*; ita *Æra Nabonassaræ*, quæ *Olympiade* cœpit viii^a, *recentior* erat. Nec enim potuit iv^a. illa *pars* æquari sine *Observationum Astronomicarum* *Historia*, quas tamen *Epocha* illa *nullas* antiquiores legimus. Quanquam vero *distributionem* illam anni *Solaris* in partes *duodenas* à *Lunæ* totidem in *Solari* anno *Syzygiis* acceperint, *modum* tamen *mensis* illum à *Periodo Lunari* alium fuisse



fuisse paucorum admodum annorum spatio deprehendere poterant. Quoties ergo *Lunæ* ætas ad *Civilia* vitæ officia erat necessaria, de ea potius per *phases*, quam per *Civilium mensum* progressus judicabant, nondum inventis calculis *Astronomicis*. Inde factum ut *menses* vulgo recepti pro *non-Lunaribus* etiam vulgo haberentur, licet ad *Lunæ* periodos quam poterant proxime exprimendas fuissent antiquitus excogitati. Hanc ergo *Anni mensumque* formam Ego apud *Græcos* antiquissimam existimo. Ita certe *locum* suum *menses* in *anni tempestatibus* facile retinebant, dum *pars* illa *diei* qua motus *Solis* annuus annum *Civilem* superabat, nondum animadversa discrepantiam nullam admodum *sensibilem* faceret. Postea, ne *locum* mutarent, prædicta cavebant *Tetraeteride*. Et *menses tricenarius* majores supponit, ut videtur emendatio *Thaletis*, qua *mensis* (omnino *Lunaris*) ultimam *τετραετηρίς* appellandam censuit. Sed *Cyclus* in hac *anni* forma nullus erat expectandus, præter illum quem diximus. *Æquationem* enim motuum *Solarium Lunariumque* nullam vel profitebantur. Hæc ergo *anni mensumque Græcorum* forma fuisse videtur ante *Thaletem*.

A *Thalete* autem coepit *Anni Civilis* emendatio ad normam *Artis Astronomicæ*. Et prima illius cura fuisse videtur, ut *menses* qui ad *Lunæ* motus exprimendos instituti fuerant, *veris Lunæ motibus*, quam poterat, accuratissime responderent. Idque primum observavit in rudi, qualem repererat, *Astronomia*, mensum nullum vere *Lunarem tricenario* majorem esse. Idque ipsum an proprio *Marte* repererit, valde dubito. Poterat enim è forma *Babyloniorum Nabonassarea* collegisse. *Menses* enim *tricenarius* majores nullos agnoscebant, & proinde *dies* qui ad modum *anni Solaris* deerant supra XII *Lunationes*, seorsim illi, & in *anni Civilis fine*, numerabant. Hoc itaque exemplo *menses* ille similiter XII *tricenarios*, qui simul omnes *dies* 360 complectebantur, instituit. Hinc itaque *Ænigma* coævi *Thaleti Cleobuli Lindii* hoc ipso *dierum* numero annum, qualis erat coævæ *Cleobulo Græciæ*, describentis. Hinc & alia illa *juniorum Thalete Græcorum* testimonia à *viris Magnis Scaligero & Petito* perperam, uti jam ostendimus, intellecta. Non alia utique de causa quam quod ab hoc exemplo *menses* deinde *Lunares Græcorum* omnes, & *Cycli* è *Syzygiis Lunaribus* formati emanarint. Hinc enim numerabatur in *mensibus* etiam *cavis τετραετηρίς*, etiam in *Cyclis* juniorum accuratioribus, ut à *majorum* vestigiis, quam possent *minimum*,

Sect. XXII.
Cyclus antiquissimus ipsius, ut videtur, Thaletis.



discedere viderentur. Hæc tamen antea *Thales* quam *Solaris* anni modum *verum* expenderat, quem nihilominus *majorem* XII illis mensibus *Lunaribus* suspicatus est. Proinde *Cyclum* æquandis *Solis* *Lunæque* motibus necessarium credidit. Cur vero *Solarem* annum XII *Lunationibus* majorem crederet, ex illis *Censorini* verbis colligimus: *Veteres* (^a inquit) in *Græcia* *Civitates* cum animadverterent, dum *Sol* annuo cursu orbem suum circuit, *Lunam* interdum terdecies exoriri, idque sæpe alternis fieri: arbitrati sunt, *Lunares* XII menses & dimidiatum ad annum naturalem convenire. Itaque annos *Civiles* sic statuerunt ut interkalando facerent alternos XII mensium, alternos XIII, utrumque annum separatim, vertentem; junctos ambos, annum magnum vocantes. Idque tempus *τρίσημιά* appellabant, quod tertio quoque anno interkalabatur, quamvis biennii circuitus, & revera *διήμερος* esset. Ita de *Cyclo* omnium simplicissimo & vetustissimo *Censorinus*, quem & *Græcarum Civitatum* fuisse testatur, & *Civilem*, ne dubitemus in usu fuisse *Civili*. Et plane talem *Cyclum Trietericum*, mensium XXV accensito *Embolimo*, & quidem omnium (quales voluisse diximus *Thaletem*) *tricenariorum*, describit ^b *Herodotus*. Idque in *Persona Solonis* qui *Thaleti* coævus erat. *Dies Cyclus* ille complectebatur integros 750 cum tamen *biennium Solare* dies integros caperet non plures 730. Ita diebus fere 20 *verum biennium* superabat, quod sane discrimen vel *unico Cyclo* admodum sensibile, vel ipso *stellarum ortu* & *occasu* prodendum erat. Itaque ultra *biennium* unicum ægre obtinere potuit. Et quidem *μηχέως* *ἰσὸς τῆς Φαινομένης* hujus *Cycli falsitatem* deprehensam testatur *Geminus*. Erat enim adeo ab utriusque *fideris* motibus enormis ut plane *fictitium* credat *Scaliger*, nec ullum unquam in ulla *Civitate* obtinuisse, nedum *Græca*. Merito quidem ille si ab ipso *Olympiadum* initio *Græci*, quod credidit ipse, *Cyclis* assuevissent. Sed vel hinc abunde constat *verum esse* quod diximus, quam fuerit *infans* hujus *Seculi Astronomia*. Nec enim est cur de *Facti* veritate refragetur, seu *Scaliger*, seu *Petitus*. Nam, præter *Herodotum*, *Cyclum* istiusmodi *biennalem* mensium *tricenariorum* testatur fuisse ^c *Geminus*. Et *Cycli biennalis* usum, uti vidimus, etiam *Civilem* asserit *Censorinus*, cum tamen præter hunc, quem diximus, *Cyclum* alium *biennalem* nullum memorent veteres. Sed & *binis* locis illius *Cycli* meminit ^d *Herodotus*. Et cum ita accurate cum illa *Censorini* ratione conveniat, de *Lunis* in *biennio alternis* XII, *alternis* XIII; & cum modo *mensis Lunaribus* à *Thaete* tradito:

^a *Censorin.* de
die Nat. c. 18.

^b *Herodot.* Mus.
l. c. 32.

^c *Gemin.* c. 6. p.
34. Ed. *Petav.*

^d *Herodot.* Mus.
l. c. 32. Mus.
c. 4.



dito: vix est profecto ut ab alio esse hic potuerit, quam à *Thalete*, *Cyclus*. Id si verum sit, *Civitates* illas *Græcas*, de quibus loquitur *Censorinus*, vix alias fuisse crediderim, quam *Coloniaram Asiaticarum*, præsertim *Fonicarum*, in quibus maxime *Thaletis* viguit Auctoritas. Sic autem loqui videtur *Herodotus* II°. præsertim Libro, quasi ad sua usque tempora hic fuisset in more *Cyclus* apud *Græcos*, qui tertio quoque anno *Embolimum* intercalabat. Id si verum, non hic, sed alius, fuisse videtur, de quo mox agemus. Hujus enim *Cycli* errores deprehensos mox fuisse testatur, uti vidimus, *Geminus*. Et cum Eclipsim *Olymp.* XLVIII. prædiceret, ex *Arte* scilicet & *calculis Astronomicis*; tunc certe utriusque *Luminaris* motus melius calluit quam ut errores tantos ferret ipse *Thales*. Quare *Olympiade* illa *Cyclus* ille antiquior fuerit oportet. Forte etiam *Olymp.* XLVI. 3. quo saltem *Athenis* veriore mensis *Lunaris* modum induxit coævus *Thaleti Solon*.

Cycli autem hujus vitia illa recenset *Geminus* ut facile intelligamus de eodem loqui illum de quo etiam *Herodotus*. Ait enim ^a τὰς ἡμέρας καὶ τὰς μῶνας μὴ συμφωνεῖν τῇ σελήνῃ τὰς δὲ ἐνιαυτὸς μὴ σφικεῖν τῷ ἡλίῳ. Non quidem respondebant dies vel menses *Lunæ*, quod, absoluta una *biennali trieteride*, facile vel è *Phasi* constabat, *Neomeniam* quæ *Cycli* initio mensis *Civilis* initio constituta fuerit, jam non amplius in *Civilis* mensis diem primum convenire, sed *superioris mensis* potius fine. Ita enim factum ut nec mensis *Lunaris Cælestis* *Civili* mensi, nec *dies* mensium utrorumque sibi invicem responderent. Qui enim *dies* mensis *Cælestis* primus erat, is in mensis *Civilis* finem incidebat. Et annum *Solare* *Cycli* secundum secundus cum *Embolimo Lunaris* diebus fere 20 superabat. Inde colligebant utrobique *majorem* fuisse, tam *Solaris* anni, quam *Lunaris* etiam mensis, quam oportuit, mensuram. Vidit nimirum *Solon* cum mensis *Civilem* à *Novilunio* inciperent, proximum *Novilunium* in ipsam incidere τριακάδα. Inde statuit ut ἐν ἡ illa ἑ νεα appellaretur, ^b τὸ μὲν πρὸ σωόδου μόριον αὐτῆς (inquit *Plutarchus*) τῷ πανορθῷ μῶνι, τὸ δὲ λοιπὸν, ἤδη τῷ δευτέρῳ μῶνι προσήκειν ἡμέραν. Justæ enim τριακάδι non respondisse exinde colligebat, quod non in eandem *Civilis* diei partem proximum quadraret *Novilunium* (hoc enim est quod ait *Plutarchus*, ἔπε δυορθῷ τῷ ἡλίῳ πάντως, ἔπε ἀνίσχοντι συμφεραδῶν) sed ab ea deficeret. Et cum tantum illum defectum observasset quantum spatium esset inter *Solis* ortum & occasum; proinde æquas

Sect. XXIII.

In anno *Solonis* menses alternis pleni & cavi. Et quidem ita ut pleni præcederent.^a *Gemin.* c. 6. p.

34.

^b *Plutarchi.* *Solon.*

æquas partes in τριακάδῃ fecit veteris novæque Lunæ. Itaque annus Lunaris, pro mente Solonis (qui scilicet XII istiusmodi menses complectebatur, quorum singuli dierum erant $29\frac{1}{2}$) dies proinde integros capiebat 354. Et constabat proinde mensibus alternis *plenis*, alternis *cavis*. Hoc tamen ordine quod *pleni* præcesserint. *Civili* enim supputatione dies *integri* numerandi erant. Sed *primus* mensis *Civilis* qui à *Cælesti* coepit *Novilunio*, partem *dimidiam* sibi in τριακάδῃ suo quodam jure vendicabat. Inde factum ut ab *initio* τριακάδῃ mensis *secundus* inire ne quidem posset. Pars autem *dimidia* *secunda* quæ *secundæ* erat Lunæ, ita ad τριακάδα prioris mensis *absolvendam* spectabat, ut præterea superessent dies tantummodo 29, pro hoc Lunaris mensis modo, secundo mensi imputandi. Ita scilicet ut qui proxime sequebatur dies, is totus esset Lunæ *tertia*, & proinde *mensis* etiam Lunaris *tertii*. Idque sane significabat nomen ἐνῆς ἔνεας quo τριακάδα insignivit Solon, *priorem* scilicet τριακάδῃ partem ita *veteris* fuisse Lunæ, ut necessario *absolvendus* esset antequam mensis Lunaris *secundus*, qui diebus *integris* censendus erat, posset *Civiliter* inire. Hoc etiam ordine distinguit hujus anni Lunaris menses *plenos* atque *cavos* ^a*Geminus*, ut semper præcedant *pleni*. Sic enim ille: Γίνονται ἔν ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐξ πλήρεις, καὶ ἐξ κήλοιοι σιμάγονται δὲ ἡμέρας τινδ'. Διὰ δὲ τούτων τῶν αἰτίων μὲν αὐτῶν μὲν αὐτῶν πλήρη καὶ κήλον ἄγασσι. Idemque etiam colligitur è supputatione tyranni ^b*Lampsaceni*, ut illam superius explicavimus. Is enim *secundi* mensis *Civilem* *Neomeniam* numerabat postquam *primi* mensis dies vere 30^{us} fuisset absolutus. Isque sane ordo supponitur, cum *Novilunia vera* & *Ecliptica* semper τριακάδῃ imputat ^c*Geminus*, utique *Civilibus*. Pro his nimirum, de quibus loquimur, hypothesebus. *Primi* enim mensis τριακάδῃ *Civili* veræ *mediæ* vera conveniebat συζυγία, ut vidimus. *Secundus* mensis τριακάδα *veram* nullam habuit (quæ enim numerabatur τριακάς, ea erat vere dies ejus *Civilis* duntaxat $29\frac{1}{2}$) sed si à *secundi* mensis *Civili* *Neomenia* numerus procederet, ita *tertii* mensis *Neomenia Civilis* *secundi* τριακάς esset appellanda, cujus initio jam penitus absolverat Luna dies suos $29\frac{1}{2}$ à priori συζυγία ad sequentem συζυγίαν necessarios. Sic enim vera συζυγία in *tertii* mensis *Neomeniæ* *initium* esset conferenda. Et sic deinceps, pro illis rationibus, in perpetuum, si quidem perpetuo sibi invicem successissent menses *pleni* & *cavi*. Nec enim *Embolimorum* ulla hic habita ratio est.

^a Gemin. c. 6, p. 35. Edit. Petav.

^b ap. Aristotel. Oeconom.

^c Gemin. ib. p. 33. c. 7. 39. 40. 41. c. 8. & Procl. in Hesiod. Dies v. 2.



est. Sic etiam verum erit, quod ait, pro illorum mente, idem
^a *Geminus*, *Plenilunia Ecliptica* tribuenda esse *ὑπὸ τῆ Φερύση εἰς* ^{a Gemin. c. 6. p.}
διχομυλιαν. Jam supra probavimus, quoties loquuntur *Græci* ^{33.}
 de *Plenilunio Civiliter*, diem illos mensis *Civilem* *xvi^m*. fere illi
 assignare. Sic *nox* ad *Plenilunium* ducens ad diem spectabit
xv^m. *Media Lunatio* hic *dies* complectitur *14³* ex quo appa-
 ret primum *Plenilunium* primi mensis diei *Civili* *xv^o*. labenti
 convenire accuratissime, nempe exeunti, cum jam pars ejus
iv^a. *unica* duntaxat superesset. Addatur *Periodus* integra *die-*
rum *29²*, incidetque proximum *Plenilunium* in diem anni *44¹*
 secundi scilicet mensis diem *xv^m*. similiter labentem. Adda-
 tur porro, si placet, alia quoque *Lunatio*, incidetque secun-
 dum *Plenilunium* in diem anni *73¹* e quibus si deducantur dua-
 rum *Lunationum* dies *59*, reliquus erit dies *xiv²* qui etiam
terti mensis dies erit *xv^o*. labens scilicet. Et sic deinceps. De-
 nique hoc inde colligitur, quod mensis *Embolimus*, qui sem-
 per erat anni *xiii^{us}*. esset itidem in his, de quibus loquimur,
Cyclis semper *plenus*, quod fieri pro *alterna* ordinis ratione
 non potuisset, nisi à *primo pleno* ordo ipse processisset. Id-
 que adhuc in *Cyclo Heccædecaeterico* manifestius apparebat
 in quo *dena tridua* ultimum *Cycli Embolimum* explebant, pro-
 inde necessario *tricenarium*. Hinc itaque apparet quam ac-
 curate conveniant omnia ex his hypothesis; & verum ad-
 eo esse quod diximus, in hac anni forma, menses *plenos* ca-
 vis esse anteponeudos. Erat enim profecto consentaneum,
 cum *Neomenia Civilis* diem illum sequeretur in quo committi
 credebant *Cælestem Neomeniam*; ut *Plenilunium* quoque *Civile*
 sequeretur *Cæleste Plenilunium*, quæ tamen, nisi præposito men-
 se *pleno*, non contingerent.

Id quoque Observandum in hoc *Solonis* anno *Lunari*, licet
 secundo cuique *mensi* dies tantum concesserit *29*, à nullo ta-
 men mense *amputatam* esse *τριακάδα*, sed in omnibus mensi-
 bus, etiam *cavis*, fuisse numeratam. Hoc ita effecit. Nempe
 diem mensium *cavorum* *29^m*. fecit *ἔξαρεσιμον*, ejusque loco *τρια-*
κάδα numeravit. Proinde illius exemplo *Meton* & *Calippus*
 in suis etiam *Cyclis* notabant *ἔξαρεσιμους*, seu *exemptiles*. Hac
 enim ratione *cavatos* fuisse *menses* docent nos verbis diser-
 tissimis *Proclus* & *Tzetzes* in ^b *Hesiodum*, uti etiam *Moschopulus*. ^{bad Hesiod. Di-}
 Itaque cum *τριακάδα* perpetuo in superioribus *Metone* *Cy-*
clicis docet ^c *Geminus* fuisse *ἔξαρεσιμον*, ita certe intelligendus ^{c Gemin. c. 6. p.}
 est, non ut *τριακάς* ipsa fuerit *exemptilis*; sed ut in mensibus ^{38.}

Y

cavis

Sect. XXIV.
 In mensibus hu-
 jus anni *cavis*
 dies mensis *29*,
 non *τριακάς*, *exi-*
mi solebat.

bad Hesiod. Di-
 er. v. 2.

c Gemin. c. 6. p.

38.



cavis dies illa quæ τριακὰς appellabatur, revera fuerit exempta, quam dicunt illi Commentatores Hesiodi mensis fuisse tantummodo xxix^m. Nec enim aliter conciliari potest cum tot Auctoribus qui menses Græcorum omnes agnoscunt τριακονθήμερος, & annos Lunares omnes dierum 360. Si enim τριακὰς ipsa exempta fuisset, pro τριακάδι νεμωία fuisset appellata. Quo pacto defecissent in anno Lunari dies 6 ad numerum illum necessarii.

Sect. XXV.
Cycli omnes ex
Oraculis nati,
quæ ipsa Thale-
tis temporibus
non erant anti-
q̄iora.

Id quoque obiter observamus in prædictis Gemini verbis de Cycli à Thalete constituti vitis, ad Oracula illum respexisse, ut secundum tria sacrificarent, menses, dies, annos: quæ ipse ita Græcos intellexisse dicit, τὰς μὲν ἐνιαυτὸς συμφώνως ἄγαν τῷ ἡλίῳ τὰς δὲ ἡμέρας καὶ τὰς μῶνας τῇ σελεύῃ. Itaque cum observat, in hoc Thaletis Cyclo, τὰς ἡμέρας καὶ τὰς μῶνας μὴ συμφωνεῖν τῇ σελεύῃ, τὰς δὲ ἐνιαυτὸς μὴ σιχεῖν τῷ ἡλίῳ, innuit, jam reddita esse illa Græcis Civitatibus Oracula; jam ita fuisse à Civitatibus, quibus reddebantur, explicata; jam obsecutas esse pro virili sua Civitates Legibus (quas cum Oraculis una memorat Geminus) latis de Civili anno ad Oraculorum præcepta exigendo, ut omnes motuum Solarium Lunariumque Anomalix ad annos, menses diesque integros redigerentur, & certo quodam annorum Civilium orbe redirent. Ab his ergo Oraculis nati Cycli, seu (ut aliter appellantur) Anni Magni motibus hisce Solis & Lune, quod Cyclorum omnium est consilium, conciliandis excogitati, non ab Olympiadum initio, sed post Olympiadem, saltem XL^m, his ipsis, in quibus versamur, prioribus Thaletis. Et in usu Civili Cyclos illos fuisse necesse est qui per Leges pariter ac Oracula sanciti sunt. Eorundem certe Oraculorum jussu Solonem etiam Legem tulisse verisimile est de mensium forma illa, quam diximus, Lunari in Attica recipienda: Et in Legum numero quibus Oraculorum præcepta docet impleta fuisse Geminus, hanc etiam fuisse νομοθετικῶν ἀδελφῶν Solonis. Poterant ergo priora illa Oracula quorum jussu Civitatibus Jonicis Cyclum, quem dixi, formaverat Thales, Olympiadis XLV^a. anno 4^o. edi. Ita Cycli trieterici unius, quod satis erat, experimentum habuerit Solon ad novam suam, quam Civibus suis Atheniensibus primus ipse dedit, mensis Lunaris Emendationem. Potuit enim Cyclo illo Thaletis labente deprehendere Lunam quæ Cycli initio Solis occasu (à quo inibat dies Atticus) nova fuerat, secundo mense in Solis ortum qui tricesimum occasum præcedebat novatam esse; hoc enim



enim est quod ait *Plutarchus* illum observasse ἔπε δὲ δουρδύω τῶ ἠλίω πάντως, ἔτ' ἀνίχοθι συμφοροδύλω. Vix enim est quod dubitemus quin in *Cycli* novi illius eventum intentissimi fuerint illius ætatis *Astronomi*. Natus enim *Thales* Archonte *Damasia Olymp.* xxxv^o. anno 1^o. annum egit *Olympiadis* xlv^o. fine xliii^m. qui satis erat ad *Auctoritatem* quam jam obtinuerat in *Civitatibus Fonicis*. Ita cum 1^o. *Olympiadis* anno, labente saltem, cœperit *Cyclus* ille *Thaletis*. Et certe cœpit cum *Olympiade* *Cyclus Metonis*. Inde colligimus *Cyclos* præcedentes, *quadrienniorum*, aut *octenniorum*, aut *sedecenniorum* ad *Olympiadum* initia fuisse similiter exactos.

Erat ergo ille, quem diximus, anni *Lunaris* modus, pro sententia *Solonis*. Videamus jam quo demum *Cyclo* hunc *Lunæ* annum à *Solone* inventum cum *Solari* anno conciliarint vel *Solon* ipse, vel *coævi* saltem *Soloni Astronomi*. Erat autem ille duplex: Alius annorum *quatuor*, *octo* annorum alius, uterque ad modum anni *Solaris* qui dies complectitur 365½ concinnatus, uterque etiam *biennalis* *Cycli* erroribus corrigendis excogitatus & proinde *horum* in quibus versamur *temporum*. Hæc certe ambo de *Cyclo* etiam *quadrienni* agnoscit *Censorinus*, qui tamen ejus constructionem ipse non docet, nec *Viri Magni* sententiam ejus hætenus recte acceperunt. Nos ita fuisse existimamus. *Epactas* enim anni *Solaris* secundo quoque anno intercalabant, ita scilicet ut *secundo* anno *Embolimum* adjicerent *dierum* 22, tot enim diebus *annos* duos istiusmodi *Lunares* superabant anni duo hujusmodi *Solares*. Quarto autem anno accessit *dies* præterea alius è *quatuor* annorum *quadrantibus* conflatus, ut proinde *mensis* illius anni *Intercalaris* dies complecteretur 23. Et quia *quarto* quoque anno ad *diem justum* conflurgebant illæ *quadrantes*, inde factum ut *Cyclus* ipse *quadriennis* esset. Ita quidem cavebant *Cycli prioris* vitia, ne *Solares* rationes superarent *Lunæ* rationes. In vitia tamen *contraria* incidebant. Observat enim *Censorinus*, ad *Solis modo cursum*, nec ad *Lunæ*, illud congruere tempus. Quæ certe *Observatio* cum *nostro* illo *Cyclo* convenit ad amissim, non item cum *Virorum Magnorum*, quas ex hoc *Censorini* loco colligunt, nescio quibus *Tetraeteridibus*. *Lunam* enim & *dimidiam* conficiebant duo illi *Cycli quadriennis Embolimi*, *dierum* in universum 45. Inde duplicatum & ὀκταετηρίδα factam inquit *Censorinus*, ut scilicet è *Luna* illa & *dimidia* duplicatis *tres* fierent *Lunæ*. Bis

Sect. XXVI.
Cycli, post Thalesis illum, antiquissimi, Tetraetericus & Octaetericus; isque duplex, vel mensium 4 mensilium, vel 3 integrorum.

a Censorin. de die Nat. c. 18.

I

Y 2

enim



Diff. III. De Cyclis Metone antiquioribus.

enim 45 efficiunt 90. qui tres implent menses plenos, quales esse plerunque solebant *Embolimi*. Hi menses *Embolimi* additi mensibus annorum octo *communibus* efficiunt menses *uno minus centum*. Ad menses enim verba illa mutila *Censorini* referenda sunt, ut è *Gemino* & *Solino* & *Suida* recte supplet *Lindenbrogius*. Hinc etiam constat recte à nobis explicatum esse *Censorini* Cyclum *Tetraetericum*. Sed major est fortasse quam creditur *lacuna* illa *Censorini*. Duplicata enim *Tetraeteris* æquabat quidem Cycli sequentis initio *Lunas*, quia tres complectebatur menses Lunares plenos, nempe dies totidem quot menses illi pleni; non tamen, pro Lege *Tetraeteridis* tres, sed quatuor menses constituebant, quales *Romani* erant postea *Mercedonii*, minores duos, duos autem majores. Et prior illa fuerit fortasse *Octaeteris* quæ quatuor istiusmodi complectebatur menses *mutilos*, tum deinde illa quæ mensibus constabat *tribus integris* *Embolimis*. Priorem enim illam *Octaeteridem* apud *Græcos* fuisse certum est, quam etiam forte designavit *Herodotus*, cum de sui quoque temporis *Græcis* loquens, illos tertio quoque anno intercalasse testatur, quod de *priori Octaeteride* verum erat, non de *posteriori*. Sed nec hanc *Octaeteridem*, & ne quidem *Tetraeteridem*, è qua *duplicata* constabatur, memorat usquam *Geminus*. Illa potissimum, ut videtur, de causa, quod *Periodum* quæsierit, pro *Oraculorum* sententia, accuratissimam, quam ita describit: *Ἡ Περὶ μέχρη δὲ ὁ τῷ παλαιῷ χρόνῳ ὅλας μῆνας, καὶ ὅλας ἡμέρας, καὶ ὅλας ἐνιαυτὸς*. Sic autem erat profecto verissimum, Cyclum *Octaetericum* *primum* fuisse qui menses Lunares *integros* continebat, post illum scilicet quem diximus fuisse *Thaletis*. Supponit interim *alios* fuisse *Cyclos*, qui, ut Cycli antiquissimi, vitia in *annis* correxerint & *diebus*, *mensibus* tamen omnibus non constabant *integris*. Itaque & illos in *Atheniensium* usu *Civili* fuisse verissimillimum est, cum se invicem sequantur *Cycli* illi, alter alterius errores emendans, & *nexum* pariter, & *sequelæ ordinem*, ex ipsa constitutionis natura prodens. Utque *Octaeteris* illa *Cyclos* superiores à *Censorino* memoratos excepit, sic *Octaeteridem* *Heccædecaeteris*, sic *Heccædecaeteridem* *Metonis* *Enneadecaeteris*, ut è *Gemino* manifestum est. Erant ergo hi omnes *Cycli* in *Atheniensium* usu *Civili*. Quando autem singuli cœperint, utque sint cum forma *Juliana* committendi, jam porro quæramus.

Optime



Optime autem procedemus ordine retrogrado, à Cyclo jam Sect. XXVII.
 à nobis constituto Metonis. Cyclum ergo qui illum proxime Cyclum Metro-
 me præcessit è Gemino constat fuisse Heccædecaetericum, quod Heccædecaetericus
 scilicet è x constabat Heccædecaeteridibus. Ita Cyclus integer proxime ante-
 annis constabat CLX. Cur autem illo potissimum annorum cir- fuerit, explica-
 cuitu Cyclus constitueretur, rationem docet Geminus, quod tur.
 scilicet Cycli hujus conditor à Cycli Octaeterici Auctore di-
 screparit in modo mensis Lunaris. Modum enim mensis Lu-
 naris censuit Auctor Cycli Heccædecaeterici qui dies comple-
 teretur $29\frac{1}{2}\frac{1}{33}$. Hic si per menses 99 (qui numerus est men-
 sium in Octaeteride accensitis Embolimis) multiplicetur, dies
 erunt $2923\frac{1}{2}$, cum tamen in Octennio Solari dies tantum 2922
 agnoscat Auctor uterque tam Octaeteridis quam etiam Hec-
 cædecaeteridis. Itaque in Octaeteridis fine redundare oportebit
 (inquit) rationes Lunæ ultra Solares d. 1. $\frac{1}{2}$. Nempe in
 Heccædecaeteride d. 3. in decem autem Heccædecaeteridibus die-
 bus 30 qui mensis est plenus integer, proinde detrahendus Lu-
 næ rationibus ut cum Solaribus æquentur. Ita annis Solaribus
 CLX unum Embolimum subtrahendum censuit hujus Cycli
 Auctor. Ita scilicet ut cum Cyclo integro numerati fuerint
 (pro Octaeteridum norma) Embolimi LX, revera tamen fuerint
 in illo censendi tantummodo LIX. Quanquam autem ita in-
 vicem dissentirent horum Cyclorum, Octaeterici & Heccæde-
 caeterici conditores, nihil tamen novatum in Kalendario, quin
 ita procederent menses Lunares in Cyclo Heccædecaeterico ac
 processerant olim in Octaeterico, ut mox videbimus. Inde fa-
 ctum ut sub finem cujusque Heccædecaeteridis ternis diebus
 à Lunari (quæ Cycli initio fuerat) Neomenia discederent pro-
 ximæ cujusque Heccædecaeteridis Civiles Neomeniæ. Ita factum
 ut secundæ Heccædecaeteridis initio in diem Gamelionis (qui in
 Cyclis hisce Antemetonicis erat mensis anni primus) III^m. inci-
 deret, pro sententia illius qui Cyclum condidit, vera Neome-
 nia. Tertiæ Heccædecaeteridis initio Neomenia erat Gamelio-
 nis dies VI^{us}, Quartæ initio Gamelionis IX^{us}, Quintæ Gamelio-
 nis XII^{us}, Sextæ Gamelionis XV^{us}, Septimæ Gamelionis XVIII^{us}, Octa-
 væ Gamelionis XXI^{us}, Nonæ Gamelionis XXIV^{us}, Decimæ Gamelionis
 XXVII^{us}. Ita scilicet ut in dies illas inciderent Lunarum præ-
 cedentium τριακάδες seu ἑναὶ καὶ βίαι, ut proinde proximus quis-
 que dies pro Civili Neomenia habendus esset, si quidem Civile
 Kalendarium Cycli Auctor, pro suis Lunarum mensium calculis,
 mutandum censuisset. Sic eventurum erat ut, accedente ul-
 time



Diff. III. *De Cyclis Metone antiquioribus.*

time Heccædecaeteridis triduo, in diem illius Cycli ultimum incideret mensis (includendo menses tot annorum *communes*) non LXⁱ. *τριακὰς* sed LIXⁱ. Dedit ergo operam hujus Cycli Auctor ut Cycli *initio* responderent *Neomeniis Cælestibus Civiles Neomeniæ*. Cyclo *decurrente* effecit, ut per omnes mensium *Civilium dies* veræ & *Cælestes* decurrerent *Neomeniæ*. Eritque nota illa *Chronologica* in hoc *Cyclo* non inutilis, ut quo longius in mensē sequentem progressa esset *Lunæ* præcedentis *τριακὰς*, eo *Cyclum* ipsum longius proVectum esse colligamus. Itaque si ultra *tertium* à *Civili Neomenia* diem caderet, *secundæ Heccædecaeteridis* eventum fuisse qui in eam incidisset, intelligimus, si post *quartum, tertiam* secundæ quoque *Heccædecaeteridis* partem elapsam inde discemus, si ultra *quintum, duas tertias, & sic* deinceps per totum *Cyclum*. Maxime autem illa procedet *Argumentatio*, si pro *sententia* eorum qui *Cyclo* illo usi sunt, ita *Neomeniam* contigisse fuisset *judicatum*. Tam longe abest, siquæ fuissent his temporibus *Neomeniæ* quæ ne quidem in mensium *Civilium initia* convenissent, ut inde colligere possemus, formam mensium *Civilium* non fuisse, pro *Cycli conditorum consilio, Lunarem*.

XXVIII.
i Heccæde-
ici Novilu-
mendavit
z, non pro
d illius, qui
n illum
iderat, hy-
ibus.

Ita autem se rem habuisse è *Cycli Metonici initio* discimus, quod nos docuit *Diodorus*. Initium enim cepit *Meton* *Cycli* sui à *Scirrhophorionis* veteris die XIII^o. Quod ita intelligo ut *Scirophorionis* veteris *dies* XII^{us}. idem fuerit primi *Hecatombæonis Metonici* dies I^{us}. Hoc fecit *Meton* ut *Cyclum* suum, qui mensium erat *Lunarium*, à *vero Novilunio* arcesseret. Inde manifestum erat jam XII^m. diem à *Civili Novilunio* absolvisse *Cæleste* illud *Novilunium* quod non *τριακὰς* ipsi, sed *diei* post *τριακὰς* proximo, olim responderat. Inde etiam manifestum est nihil in *Octæteridis* *Kalendario* novasse *Cycli Heccædecaeterici* conditorem. Alioqui non poterant à *veris Noviluniis* tantopere discrepare *Civilia Novilunia*, si *mensē* is (qualem postulabant *Cycli* sui rationes) in *Civilem* usum introduxisset. Quod *justis triduis* discreparent, *Argumento* erat tot jam elapsas esse à *Cycli initio Heccædecaeteridas*, quot erant *tridua*, ad diem *Hecatombæonis* XII^m. Illam enim emendationem fecit *Meton* non pro *suis*, sed pro *Cycli Heccædecaeterici, hypothesisibus*. *Majorem* enim adhuc mensis *Lunaris* modum statuebat *Meton* quam *Cycli veteris* Auctor. Quem enim *Lunarem* mensē per *Cyclum Heccædecaetericum integrum* annorum CLX. per omnes mensium *Civilium dies* errare credidit

Auctor



Auctor Cycli *Heccædecaeterici*, illum breviori spatio censuit absolvi *Meton*, Cyclo nimirum majori suo qui annis constabat duntaxat CLII, ut docet *Geminus*. Inde etiam facilis est ratio cur modicus saltem error irrepere posset in Cycli *Metonici initio*, quod *Cycli elapsi* præteritos errores non pro suis sed *decessoris* hypothesebus correxerit, contentus illo si deinceps nulli alii novi errores accederent in futurum, pro suis hypothesebus. Apparet etiam quam congrue *Hecatombæonem* suum à *Sciophorionis* XIII^o. exorsus fuerit. Idem enim numerabatur à *Cycli initio* mensis *Lunaris* cujus τελαχὰς in *Civilem Sciophorionis* τριακάδα incurrisset si *Cyclus* ipse ad finem usque processisset, cujus τελαχὰς mensis ejusdem *Civilis Sciophorionis* XII^m. attigerat, cum novum *Cyclum* ordiretur ipse *Meton*.

Jam constituendum est à nobis hujus Cycli *Heccædecaeterici initium*. Jam supra vidimus à *Sciophorionis* die XIII^o. *Hecatombæonis* sui primum numerasse *Metonem*. Inde manifestum est *Cyclum Heccædecaetericum integrum* elapsum non esse, cum *Cyclum* suum novum ordiretur *Meton*, sed *Cycli Heccædecaeteridas* duntaxat IV, tot enim numerantur *tridua* ad diem *Sciophorionis* XII^m. *Heccædecaeteris* illa quæ è *duplici* constabat *Octaeteride*, dies complectebatur 5844. Hi per 4 multiplicati dies conficiunt 23376. Sed anni *initium* mutavit, uti supra ostendimus, *Meton* à *bruma* ad *Solstitium Æstivum*. Addendi ergo dies à *Gamelionis initio* ad XII^m. *Sciophorionis* 160, eruntque dies 23536. Desiit hic *Cyclus*, anno U. C. 322. *Jul. 15*. *Period. Julian. 4282*. Sed malo *Urbis Condite Epocham Varronianam* pro *Kalendario Juliano* hoc in loco observare, quod & brevior sit, & rebus in *Historia Romana* gestis designandis utilior. Sunt ergo in istiusmodi annis *Varronianis* 321. accensitis *Bisextis* 81, dies in universum 117246. Accedant anni 322ⁱ. ad *Julii* XV^m. (qui *Cycli* illius *ultimus* erat) dies 196, eruntque omnes 117442. His detrahe quos dixi dies 23536, reliqui erunt dies 93906, qui annos *Julianos* conficient 257, accensitis pariter *Bisextis*, & anni 258ⁱ, qui *communis* erat, diem 36^m. Proinde à die illius anni 37^o, qui *Februarii Juliani* dies VI^{us}. erat, coepit ille *Cyclus*. Ita scilicet ut *Februarii* illius dies VI^{us}. cum *Gamelionis* 1^o. concurrerit à *Solis occasu* ad *noctem mediam*. Ita accurate hæc conveniunt ut rationem dubitandi nullam plane videam quin recte mentem illius, qui *Cyclum* condidit, acceperim. Convenerat enim

Novilunium

Sect. XXIX.

Initium Cycli

Heccædecaeterici

constituitur.

Feb. Julian. dies

VI, anni Varroni-

niani 258.



Diff. III. De Cyclis Metone antiquioribus.

*Novilunium medium Februarii illius diei v^o, sed verum illi ipsi diei vi^o, ut calculi docent Astronomici. Prius quidem, fateor, quam inciperet Gamelionis Attici dies 1^{us}. Nihil tamen minus accurate. Quod enim ita contigerit, id Cyclis tribuendum erat qui præcesserant. Post Cycli enim initium, non Civili *νῆμεσις*, sed *τρίανάδι, ἐν ἣ ἔχει* *Novilunium verum* tribuebant Veteres, ut jam monuimus & probavimus. Et Civilem hujus quoque Cycli usum probat, quod Scirophorionis xiii^m. delegerit Meton Cyclo suo inchoando. Illum enim Scirophorionis diem Civiliter supputatum ne quidem Scaliger ipse negavit. Exempla autem quibus hoc idem evincatur, paulisper differemus dum telam, quam exorsi sumus, absolverimus, Cyclosque Atticos universos ad Cyclorum illud, quod constituimus, initium deduxerimus,*

Hujus autem Cycli Harpalum Auctorem arbitror. Opponit enim illum Metoni, ut supra vidimus, Festus Avienus, ita, quasi proxime Cyclum Metonis præcessisset Cyclus Harpali, & veterem illum appellat, præ Metone scilicet, quo erat Harpalus revera vetustior. Recenset etiam Harpalum a Censorinus inter illos qui (post Cleostratum primum Octaeteridis Auctorem) mensibus varie interkalandis suis *ὀκταετηρίδας* protulerunt. Et quidem primo loco recenset, ut intelligatur omnium fuisse antiquissimus: Ut fecit (inquit) Harpalus, Nauteles, Mnesistratus. Item alii, in quis Dositheus, cujus maxime *ὀκταετηρίς* Eudoxi inscribitur. Inde fortasse veterem illum appellavit Avienus. Sed Octaeteris illa fuit (inquies) non Heccædecaeteris, cujus Harpalum Auctorem prædicavit Censorinus. Et merito quidem ille, cum in Octaeteridis Kalendario nihil novaverit, uti vidimus, Harpalus. Convenit proinde examuffim cum Censorini verbis nostra Cycli illius descriptio. Constabat enim duplici Octaeteride sibi invicem simili Harpali illa Heccædecaeteris. Eoque duntaxat nomine à Cleostrato discrepavit Harpalus, quod mensibus varie interkalandis Harpalus suam *ὀκταετηρίδα* protulerit. Quod scilicet quo spatio Embolimos LX numeraturus fuerat Cleostratus, eodem Harpalus duntaxat LIX numerarit. Et sane Harpalum à Civibus Atheniensibus impetrasse ut Cyclus suus reciperetur, vel inde colligimus, quod initium anni Harpalei à bruma apud eosdem derivarit Avienus apud quos Solstitiale initium novarit Meton, qui non alii erant quam Athenienses. Nauteles ille & Mnesistratus quinam fuerint, & quo pacto Octaeteridem interkalarint, non docent (quod



(quod sciam) Veterum Scripta quæ hodieque extant. Nihil autem illos ab *Atheniensibus* obtinuisse vel inde suspicamur, quod *Octaeteridis* emendationem unicam agnoscat *Geminus*, quam *Harpali* fuisse probavimus. Certe unius *Civitatis* *Cyclos* videtur descripsisse *Geminus*. Alioqui varias illas *Octaeteridis* emendationes à peritioribus jam *Astronomis* factas non sane negligendas censuisset. Erant autem *Atheniensium* *Cycli* illius alii (quorum Auctores scimus) tam *Metonis* civis *Atheniensis*, quam etiam *Calippi*, licet *alienigenæ*.

Sed ne *Harpalo* tribuatur hic *Cyclus* intercedere fortasse videbitur *Censorinus*. *Harpalo* enim modum anni *Solaris* alium, quam in *Cyclo* *Heccædecaeterico* supponitur, tribuit. Modum enim *Solaris* anni eundem supponit *Cyclus* *Heccædecaetericus* qui fuerat olim in *Cyclo* *Octaeterico*, nempe *Julianum* dierum 365 $\frac{1}{4}$. *Harpalus* autem cccxv & horas *Æquinoctiales* tredecim pro illius modo habuit, eodem teste ^a *Censorino*. Sed fieri nequit ut vera fuerit illa seu *Scriptura*, seu *sententia*, *Censorini*. Idque nos non *conjecturis*, ut *Scaliger*, sed eodem *Censorino* ipso teste, vincimus. Docet enim *priori* loco ille ipse *Censorinus*, non aliter à *Cleostrati* *Octaeteride* discrepasse *Harpalum* quam *mensibus* varie *intercalandis*. Proinde in *rationibus* *Solaribus* idem cum *Cleostrato* senserit oportet. *Lunares* enim duntaxat *rationes* spectat *interkalatio*. Illud saltem exinde constat modum *Solaris* anni illum agnovisse qui ad *dies* *integros* *octavo* quoque anno *confurrexerit*, quod certe non faciunt *terdenæ* *quotannis* *horæ*. Illæ enim per 8 multiplicatæ *horas* conficiunt 104, quæ per 24 divisæ *dies* dant 4 & *horas* præterea 8. Nec melius cum *Cyclo* *intero* annorum 160 illæ conveniunt *horæ*. Multiplicatæ enim 13 per 160 prohibunt 2080, quæ rursus per 24 divisæ *dies* erunt (pro *Bisextis* duntaxat 40) 86 & *horæ* præterea 16. Itaque si quid *sanus* habeat *priori* loco *Censorinus*, hoc certe loco idem *sanus* esse non potest. Et cum *priori* loco faciunt quæ jam hæcenus è *Gemino* protulimus & *Avieno*. Si quidem *sanum* esset *posteriori* loco nomen *Harpali*, magis crederem id collegisse *rationibus* è *diebus* quos detruncavit *Meton*, vel cujus *fidem* hoc *posteriori* loco secutus, vel ipsum fortasse *Censorinum*, quam ita revera sentire vel potuisse *Harpalum*. *Horæ* enim 13 per *quatuor* *Heccædecaeteridas* multiplicatæ vel 64, *horæ* erunt 832, quæ rursus per 24 divisæ *dies* facient 34 & *horas* præterea 16. His si *Bisexti* 16 detrahentur, reliqui erunt *dies* 18 &

Z

horæ

Seç. XXXI.
Fallitur Censorinus, qui alium Solaris anni modum Harpalo tribuit ab eo quem secutus est Auctor Cycli Heccædecaeterici. a Censorin. c. 19.



Diff. III. De Cyclis Metone antiquioribus.

horæ similiter 16. Hos dies, *horis* neglectis, ad finem *Scirophorionis* à die ejus XII desiderari pro *Harpali* mente, si *plenum Scirophorionem* crediderit, ille quicumque demum fuerit, credere potuit Argumentator. Ego potius eo propendeo ut *Harpali* nomen pro alio aliquo corruptum esse suspicer, vel locum fortasse *mutilum*, & verba illa de *horis Æquinoctialibus tredecim* ad alium aliquem cujus nomen perierit, esse tribuenda, quam, post *maiores* verisimiliora sentientes, ita illum immaniter errasse.

CXII. Reliqui porro ad *Solonem* usque *Cycli*, quocumque demum pacto invicem internoscendi sunt, eundem omnes complectuntur *mensis Lunaris* modum, erantque adeo omnes, pro *Harpali* rationibus (ut à *Novilunio* *Cyclus* ejus *inire* posset) similiter corrigendi. Archontis Magistratum inibat *Solon* à *Gamelione* anni *Varroniani* 161ⁱ, ut proinde *illius anni* *Kalendarium* novare non posset cum quo *coepit* *illius* Magistratus. Itaque à proximo *Cyclus* arcessendus est, *Varroniano* scilicet 162, *Periodi Julianæ* 4122. Ita scilicet ut à *superioris* anni 161ⁱ. *sine Attico* supputatio procedat. A *sine* ergo anni *Varroniani* 161ⁱ. ad *finem* anni ejusdem *Epochæ* (sed pro anni *Attici* modo supputati) 257ⁱ. anni sunt 96, *justæ* nimirum *Heccadecaeterides* 6, *dies* proinde 35064. Tot enim fiunt 5844 per 6 multiplicati. His rursus addenda erant singula pro *Heccadecaeteride* quaque in *penultimo* *mense* *tridua*, *dies* nimirum in universum 18, ut à *Novilunio* *Cyclus Harpali* secutus *iniret*. Et cum *justis* constarent *Heccadecaeteridibus* anni *præcedentes*, vel inde constat *mensē* proxime *præcedentem* *Posideonem* fuisse *secundum*, ut proinde *dies* *illius* *mensis* XIX^{us}. idem fuerit *novi* *Gamelionis* 1^{us}. unde *Cyclus Harpali* deinde decurreret. Nec enim poterant antea emendari, cum modum *mensis Lunaris* eundem *Cyclorum* *præcedentium* conditores omnes agnoverint. His itaque diebus 18 additis, detruncandi erunt à *secundi* *Gamelionis* *sine* *dies* duntaxat XII, quibus detruncatis, supererunt *dies* 35052 quorum *ultimus* erit *Febr. Juliani* V^{us}, qui anni erat *Varroniani* 258. Multiplicentur ergo anni 257 per 365 additis *Bisextis* 65, & *diebus* anni 258ⁱ (usque ad *Febr. v.*) 36, eruntque omnes 93906. His subducantur *dies* *prædicti* 35052, & supererunt *dies* 58854, qui rursus in annos *Solares* redacti cum *Bisextis* desinent in anni *Juliani* 162ⁱ. diem 48, qui *dies* erat *Februarii* XVII^{us}. Incepit ergo in illo anno *Gamelionis* 1^{us}. à die *Februarii* XVII^o.

Hinc



Hinc apparet Cycli *integri* Heccædecaeterici in terra *Attica* experimenta habuisse *Metonem*, annorum scilicet *CLX*. Additæ enim hæ *VI* Heccædecaeterides *IV* illis quas Cycli sui *initio* æquavit, ita Cyclum integrum absolvunt ut nihil redundet aut deficiat. Ita observare potuit *Lunationem* illam quam Cyclo annorum *CLX* absolvi crediderat *Harpalus*, octennio citius absolutam, ut ipse credidit *Meton*, id est, spatio annorum *CLII*. Octennium illud Cycli *Harpalei* (qui *decem* constabat *Heccædecaeteridibus*) pars erat proinde *vigesima*. Itaque *vigesima* parte mensis *Embolimi*, qui semper erat *plenus*, modum mensis *Lunaris*, qui *Harpali* fuerat, superabat modus *Metonis*, id est, *die una & dimidia*. Atque ea sane discrepantia non longe abest ab ea quam supra in *Noviluniis & Pleniluniis Eclipticis* observavimus à *Civilibus Metonis Noviluniis* atque *Pleniluniis*, quæ adeo *Metoni* imputanda non erat cum fuerit à *Metone* ipso *observata*, non *emendata* tamen, quod majorum suorum errores, non pro sententia sua, sed pro *ipsorum* hypothesebus, correxerit. Nec adeo *Anomaliam* illam, præterquam Cycli *initio*, quo vixerunt *Thucydides & Aristophanes*, *Metoni* objectam legimus, reliquis deinde, ubi *mentem* ejus exploratam habebant, *Metonis consilium* atque *artem* non *probantibus* modo, verumetiam *laudantibus* atque etiam *mirantibus*. Nescio tamen, annon ipso Cycli *capite* eadem fuerit discrepantia à *Solone* ipso nescio quo casu neglecta. *Verum* enim *Novilunium* anno *U. C. 162*, *Periodi Jul. 4122. Feb. XVI. exeunte* contigit, paulo nimirum ante *noctem* illius *υπομυσις* *mediam*. De hoc tamen videant iudicentque *Astronomie* peritiores à quibus Ego discere libenter velim quæ nescio.

Sed vero Cyclum *Harpali* Heccædecaetericum proxime præcessit simplicior alius *Octaetericus*, qui *Solis* motus atque *Lunæ* singulis *Octenniis* æquare credebatur, non autem *majori* duntaxat *Octaeteridum* aliquoties *repetitarum* Cyclo, qualem fuisse diximus *Harpali*, *decem Heccædecaeteridum*. *Solis* enim motus *singulis* etiam *Octaeteridis* suæ *quadrienniis* æquari credidit ejus *Auctor* cum *quadrantes* diei *annuæ* ad *justum diem* surrexissent. *Lunas* autem æquari credidit cum ad *justos*, pro modo suo, *mensis Lunares Embolimos*, *plenos* scilicet, crevissent *Solis Epactæ annuæ* dierum *XI* quod *Octennii* spatio fieri arbitratus est. *Octies* enim *XI* dies constituunt *90*, *tres* scilicet *justos*, quales diximus *Embolimos*. Et quidem hujusmodi

Sect. XXXIII.
Octaeteris Cleostrati Embolimosorum integrum quæ Cyclum Harpali proxime præcessit, cepit anno Karroiano, 210.



fuisse constat *Octaeteridas* è quibus geminatis suas formavit *Harpalus Heccaeteridas*, nempe mensium trium plenorum, non autem quatuor mutilorum. Hoc enim docet *Geminus*. Et uno minus centum menses in ea *Octaeteride* fuisse cujus Auctorem primum censet *Cleostratum*, innuit loco suo mutilo *Censorinus*, ut recte illum supplevit *Lindenbrogius*. Et quidem insignem fecit in *Kalendaris* mensium discrepantiam hæc *Octaeteris*, tam à *Tetraeteride* quam ab *Octaeteride* vetustiori quæ è geminata constabat *Tetraeteride*, mutilatisque (pro *Tetraeteridis* modo) *Embolimis*. Proinde necessarium est rebus gestis in *Kalendario* recte constituendis, ne nos hujus *Octaeteridis* lateat origo. Tempus autem hujus *Octaeteridis* optime, ni fallor, ex Auctoris *Cleostrati* tempore colligemus, & hoc ipsum è ^a *Plinio*, cujus illa verba sunt: *Obliquitatem ejus [Signiferi scilicet] intellexisse, hoc est, rerum fores aperuisse Anaximander Milesius traditur primus Olympiade quinquagesima octava. Signa deinde in eo Cleostratus, & prima Arietis ac Sagittarii.* Tempus ibi designatum in extrema incidit *Anaximandri*. Illius enim *Olympiadis* anno 2^o. mortuum testatur ex *Apolloodoro* ^b *Laertius*. Itaque *Cleostrati* potius, ni fallor, ætatem docet eo loco *Plinius* qui occasione ex *Anaximandri* inventis captata rem eo provexerit, ut hac ipsa eadem *Olympiade exeunte Octaeteridem* invenerit, & sequente *Olympiade ineunte in Civilem* etiam usum invexerit. Ipsæ certe *Olympiades Octaeteridas* constabant, ut infra ostendemus. Et cum *Olympiadum initis*, qua licuit per diversa annorum *Civilium initia*, conveniebant aliarum quoque gentium *Octaeterides*. Et ab *Olympiadis LIX^a. initio* ad initium *Cycli Harpalei*, si à *Gameione* annus inchoetur, justæ respondent *Octaeterides*. Hinc itaque *Octaeteridem Cleostrati* apud *Athenienses* arcesso, ab anno nimirum *U. C. Varroniano 210*, *Periodi autem Julianæ 4170*.

^a *Plin. N. Hist. l. II. c. 8.*
^b *Laert. l. II. n.*
 Sect. XXXIV. Superest jam post *Tetraeteridem* à *Solone* ipso, ut videtur, inventam, *Cyclus* duntaxat unicus, *Octaeteridis* nimirum è duplicata *Tetraeteride* conflata. Hujus nec inventorem, nec tempus scimus, nec multum rei *Chronologicæ* interest ut sciamus. Utrovis enim modo pariter respondent *Kalendaria*, seu per simplicem *Tetraeteridem*, seu geminatam, procedat supputatio. Sed in omni hoc spatio quod *Cyclus Metonicum* præcessit, licet è supputationibus retroactis nulla sit erroris à nobis admissi suspicio, desunt tamen experimenta dierum *Atticorum* qui

In *Cyclis Harpalei* prioribus pariter respondent *Kalendaria*. Desunt tamen *Exempla* quibus evinci possit recte se habere.



qui cum *Julianis* committi possint quibus tabularum nostrarum cum *Historia* consensus evinci possit. In prioribus *Harpalo* Cyclis ne quidem unicum habemus exemplum, ut existimo, rei gestæ die *Attico* designatæ. Jam enim supra sententiam nostram de die *Excidii Trojani* exposuimus. Nec aliter, ut puto, sentiendum de *festis* in honorem *Thesei*, quorum meminit *Plutarchus*. Obstat quo minus ab ipso *Thesei* Seculo festa illa emanarint, quod nec ulli fuerint, multis post illum *Seculis*, *Historici*, nec (quod scimus) *Archiva*, quibus *dierum* illorum memoria conservari posset. Accedit quod mortuum illum in *exilio* narrent *Atheniensium* *Historici*, quo tempore fieri vix potuit quin sibi ingratitude exprobrarint cives illius *Athenienses*, si quos *festos* publicos in illius honorem celebrarint. Crediderim potius inde ortum habuisse *festos* illos, cum ossa illius, *Oraculi* monitu, cum honore in patriam reportarentur, quod à *Cimone* factum, *Miltiadis* filio, Auctor est ^a *Plutarchus*, post *Olympiadis* utique LXXIV^a. annum ^a *Plutarchi*. *Cimon.*
 iv^m. Et recentiorem horum *festorum* originem fuisse, testatur alicubi, ni fallor, *Suidas*. Nec me latet interim recentiorem ^b *Ostracismi* originem ab aliis tradi quam ut *Theseo* convenire possit. Ne quidem illud, mox à *Thesei* morte ossa illius (*Lycos* qui *Theseum* interfecerat, *Oraculi* suasu, ab *Atheniensibus* cæso,) in patriam relata, si ^c *Suidæ* fides. Ita nihil ^c *Suidæ*. *Sanismon.*
 est in horum temporum historia certum. Nos illorum temporum Traditiones potius amplectimur, quibus certas habemus *Historias*, & fidei exploratæ monumenta. Imo ne quidem *Novilunium* aut *Plenilunium*, seu *Eclipticum*, seu *Civile*, cum *Attico* vel *mensis* conjunctum, è quo vel *proxime* de rei gestæ aut *Lunæ* tempore, possit judicari. Vel inde colligi potest vera esse quæ tradidimus de *Historiæ* atque *Astronomiæ Græcæ* & *anni* formæ apud illos accuratæ novitate. In *Cyclo Harpaleo* cœperant designari res gestæ *Atheniensium* quotis mensium *Atticorum* diebus. Sed nulli etiam hic apparent *Characteres Astronomici*, vel *Lunarum* vel *Eclipsium*. Quod enim *Plenilunium* observarint *Lacedæmonii* in prælio *Marathonio*, *Civile* illud fuit, non *Cælestis*, ut infra ostendemus. Itaque consulto fecimus quod ab iis temporibus exorsi quibus *Observationes Astronomicæ* cum *diebus* mensium *Atticorum* junctæ suppetebant, & exulta esset per illas ipsas *Observationes*. *Ars ipsa Astronomiæ*; inde progressum fecerimus per *ratiocinia* ad illa quoque tempora quorum nullæ etiamnum extabant



bant *Observationes*, & modica admodum peritia *Astronomica*. Quo enim accuratius de *imperatorum Factis* judicant *periti*, eo longius illos à *Factorum* veritate erraturos verisimillimum erat. Non sunt ergo è *Præceptis Astronomie* statuenda *No-vilunia* Cyclis ineundis cum nondum esset explorata *Astronomia*, quod tamen hactenus fecerunt *Chronologorum* celeberrimi. Proinde illa nobis visa est tutissima, quam sequeremur, methodus, si à *peritiorum* *Seculorum Cyclis* ad *Cyclos imperitiorum* per *ratiocinia* progredieremur à decessorum erroribus ducta. Sic enim *erroribus* *Seculorum* locum, quem revera habebant in *Historia*, indulgebimus, & paulatim, pro hominum exemplo, à *Cyclis imperitioribus* ad *peritiores* descendendo progrediemur. Firmabit tamen hæc ipsa *Ratiocinia*, si cum ipsis aliorum quoque *Græcorum* *Cyclos* congruere deprehendemus, quod postea probare conabimur. Hæc itaque de *Atheniensium* *Cyclis*.

XXXV.
mus ante
em Ar-
Apseudes
dem seme-
Et superio-
ide Ar-
es cum
potius
is quam
Olympicis
rebant.

Jam ad eorundem progredimur *Fastos*. Jam enim supra probavimus *Anni Civilis initium* à *Metone* esse mutatum à *bruma* ad *Solstitium Æstivum*. Inde sequebatur alia mutatio momenti in *Historia* maximi. Cum *Anni* enim initio novato, novari etiam necesse erat initia *Magistratum annuorum*, Præcipue vero *Archontum* *Eponymorum*, & *Prytaniarum*, quibus res gestæ publicæ solent plerunque designari. Præcipue vero apparet hæc discrepantia cum committuntur cum *Annis Olympicis* anni *Atheniensium Archontici*, quod sane est in *Historia Græca* frequentissimum. Non quod annis *Olympicis* res suas unquam in *Archivis* publicis commiserint *Athenienses*; sed quod hoc fecerit *Timæus*, & juniores *Timæo Chronologi*, in *Chronologia Attica* etiam antiquissima, & *Chronologia* quæ per *Olympiadas* designari solebat, longe antiquiori. Fecit quidem hoc tutius *Timæus* temporibus suis, cum jam parum admodum invicem discederent anni *Olympici* atque *Archontici*. Non ita temporibus *Metone* antiquioribus cum annos *Atticos* fere ex æquo partirentur *Olympici*, ita scilicet ut binis annis *Olympicis Atticus* unicus idemque, pro partibus fere dimidiis, responderet. His certe temporibus melius annis *Atticis* conveniunt *Juliani*, qua quidem cum *Lunaribus* annis contendendi possunt anni *Solares*. Vix est quod dubitemus quin anni *Civilis initio* inierint, atque *exitu* abdicarint, qui *annui* erant, *Civiles* *Magistratus*. Proinde qui post *Metonem* inibant *mensē Hecatombæone*, iidem olim *Gamelione* inire solebant.

Itaque



Itaque necesse erat ut *Apseudes* Archon (sub quo Solstitium *Aestivum* observavit *Meton*, quo scilicet primum à Solstitio *Novilunium* pro Cycli sui *capite* in futurum constitueret) vel annum *dimidium* tenuerit, vel annum *integrum* cum *dimidio*. Sic vacillabunt, qui per *Archontas* instituuntur, *Annales*, nisi hujus Archontis tempus recte constituatur. Ego *Apseudem* à *Gamelione* ad *Sciophorionis* diem XII^m. tenuisse puto, ut ne quidem sex menses *integros* tenuerit. Quod sane à Chronologis observari oportuit, qui alioqui ex *Archontum* numero *annorum* numerum colligunt. Fecit hoc certe *Thucydides* cum annos L numerat à *Xerxis* Expeditione ad *initium* Belli *Peloponnesiaci*. Hoc idem certe spatium annis *quadraginta octo* concludit *Eratosthenes* apud ^{a ap. Clem. A. Strom. I. p. 336.} *Clementem Alexandrinum*. Nec id absurde. *Olymp. LXXV^z*. anno primo quo Archon erat *Callias* vel *Calliades* Expeditione illa *Xerxis* vulgo assignatur, nempe anno ab *initio* Olympiadum 299^o, pro sententia *veteris* apud *Clementem* Auctoris Anonymi, ipsiusque etiam *Eratosthenis*. Inde cognoscimus unde *initium* illorum annorum deduxerit *Eratosthenes*. Non certe ab Expeditionis *initio*, quod prioris *Olympiadis* exeuntis *vere* fuerat, sed vel à tempore quo *Athenas* *Xerxes* venerat, vel à pugna etiam fortasse *Salaminia*. Annum sane *Julianum* certum facit *Olympias* quam ipsa illa Expeditione celebratam testatur *Herodotus*. Frustra enim ad *Pythia* celebritatem illam retulit *Lydiattus*, quæ non *tertio* quoque anno *Olympico*, (ut putavit ille,) celebrari solebant, sed *secundo*, ut è nostris constabit *Annalibus Thucydideis*. Recte ergo *Eratosthenes* ab *Olympiad. LXXV^z*. anno 1^o. ad *Olymp. LXXXVII^z*, annum itidem 1^m. quo *exeunte* cœpit Bellum *Peloponnesiacum*, annos numeravit XLVIII. nempe *integros*. Nec minus recte etiam ^{b Thucyd. L. l. 9. 118.} *Thucydides* qui annos illos L numerat à *Xerxis ἀναχωρήσει* quæ certe prælium illud sequebatur *Salamini-*um cui spectator aderat. Ut termini utriusque includerentur, annus revera XLIX^{us}. numerari potuit, si vel per annos *Olympicos* processisset calculus. Sed *Archontes* Eponymos in Chronologia suæ Civitatis *Attica* habuit ob oculos, ut puto, *Thucydides*. Eratque *Pythodorus* Archon, à cujus Magistratu hoc Bellum cœpisse docet, Archon à *Calliade*, sub quo fugit *Xerxes*, si termini ambo includantur, propter *semestrem* Archontem *Apseudem*, revera L^{us}. Ut duo illa invicem conciliantur, non *annum & dimidium*, sed *dimidium tantummodo*, tenuerit oportet *Apseudes*. Hoc idem aliunde probamus. Archonti



chonti *Calliadi Xerxis ἀνάστασις* tribuunt uno ore Veteres, iidem tamen invicem de anno *Olympiastico* diversissimi. *Olymp. LXXIV^o*. anno *IV^o*. statuit Auctor Chronici Marmorei, olim *Arundeliani*, nunc *Oxonienfis*. Suffragantur Codices Chronici *Eusebiani*, ut ex Editione *Pontaci* jamdudum observavit *Lydiattus*, etiam ipso suffragante *Scaligero*. Hi ergo Archontem *Calliadem* cum anno *Olymp. LXXIV^o*. anno conferunt *IV^o*. Sunt etiam ex adverfo Auctores gravissimi, *Dionysius Halicarnassicus*, *Diodorus Siculus*, ne minorum gentium testes advocem, *Laertium* & *Thomam* Magistrum, qui eundem Archontem *Calliadem* anno *I^o*. assignant *Olymp. LXXV^o*. Itaque duobus annis *Olympiasticis* Archontis munere fungebatur ille *Calliades*, seu *Callias*, plane ut in nostris repræsentatur *Tabulis*, anni nimirum *IVⁱ*. *Olymp. LXXIV^o*. fine, & *Iⁱ*. *Olymp. LXXV^o*. initio. Quod etiam ex *Herodoto* manifestum est. Vere enim transfretaverat *Xerxes*, & tamdiu ante Ludorum *Olympicorum* receptum tempus, ut crediderit metu suo impeditum iri *Peloponnesios* quo minus ludos, pro more, celebrarent. Idem tamen, *antea* quam in *Atticam* veniret, famam accepit jam *peractos* fuisse illos cum solita celebritate ludos. Vera igitur est nostra fastorum *Archonticorum* dispositio. Estque sane hoc diligenter in omni horum temporum *Historia Attica* cavendum, ne annos *integros* intelligamus. *Historia enim Attica*, etiam ubi nulli memorantur *Archontes*, per illos tamen in *Actis* publicis *Archivisque* designari solebat. Et ex horum fide *Annales* suos condere solebant *Historici*. Sic ergo cum annis *Olympiasticis* committuntur *Metone* antiquiores *Archontes*, non ut eorum annorum *Olympicorum* *Archontes* appellentur quibus ipsi *inierint* *Archontes*, sed ut ad illos potius referantur annos *Olympicos* qui, illis jam in *Archontis* Magistratu *constitutis*, *inierint*.

Sic ergo anni *Attici*; sic etiam *Archontum Atheniensium* *Chronologia* constituta; superest jam ut ad illam quoque *Chronologiam* progrediamur, quæ ad *partes* anni *Attici* designandas necessaria est. Huc faciunt *Prytaniae*, quarum annum *Lunarum* fuisse ne quidem negavit ipse *Scaliger*. Et quidem illis insigniri solent *Populi Ἰνφισματα*, & gesta adeo *Reipublicæ* fere omnia publica, quia ibi præsidebant *Πρυτάνεις*. Proinde & *Archiva*, ut videtur, omnia publica *Historia* probæ fontes atque munimenta. Sic fere nullum in *Historia* usum locumve habere potuit alius ille, quem finxit *Scaliger*, annus vulgi

^a Scal. ad num. Euseb. MDXXXVI.

^b ap. Meurs. de Arch. Athen. L. II. c. 8.

^c Herodot. Mus. VIII. c. 26.

Se&. XXXVI. Tempore Solonis quatuor tantummodo Tribus & Prytaniae, quarum tempora ad Chronologiam minime necessaria.



vulgi *Popularis*. Sed vero accuratius distinguendus est quam factum hæctenus à Chronologis, hic ipse annus *Prytaniarum*. Nec enim semper idem erat *Prytaniæ* modus, nec idem proinde esse potuit dies *anni* qui numerum eundem tenebat in *Prytaniis*. Quatuor enim tantummodo *tribus* à ^a *Solonis* tem-^{a Plutarch. Solon.} pore obtinebant: Ἀργαεῖς, Ἀργαδεῖς, Τελέοντες, Ὀπλίται, quas etiam ipsas *Solone* longe antiquiores esse ferunt, ab *Fonis* enim filiis illas quas diximus traxisse dicuntur appellationes. Imo à *Cecrope* & *Cranao* & *Erichthonio* illas, variis tamen per illa tempora nominibus insignitas, deducit ^b *Pollux*. Et ab *Fonis* ^{b Pollux L.VIII. c. 9. n. 31.} filiorum tempore illis ipsis, quos dixi, titulis, non *Pollux* modo, verumetiam *Plutarchus*. Has rursus *tribus* singulas in tres dispersebant partes quas *Φεατίας* à puteis communibus, vel à numero *τετάρτας* ^c appellabant. Rursus *ναυκέρως* quatuor in ^{c Pollux ib. n. 30.} *τετάρτοις*, & proinde in tribu *duodecim* numerabant, qui posteris *δήμοι* audiebant. *τετάρτας* iterum, seu *Φεατίας*, quæ etiam ἔθνη, in *γένη* *triginta* dividebant, ἐξ ἀνδρῶν ποσῶν, quod scilicet nomina *familiæ* illæ è *viris* familiarum *αὐτοῖς* acceperint, quem etiam *Judæorum* morem fuisse *Sacræ* literæ testantur. Horum *γῶν* participes *γῆται* appellati, vel veteri nomine *ὀμογάλακτες* ut observavit è *Philochoro* ^d *Suidas*, etiam ^{d Suid. γῆται.} qui cognationem nullam invicem habebant, ἐκ τῆς αὐτοῦ, inquit *Pollux*, ἔτω *πρωτογενεῖς*, propter conventuum jura *γῆτων* communia. Sic ergo distributæ erant *tribus*, pro veteri *Reipublicæ Atticæ* disciplina. Num autem *census* tantummodo gratia, aut rerum *gerendarum*, id mihi fateor non constare. Nedum an rerum *gerendarum tempora* sibi propria habuerint *tribuū* illæ portiones, quæ possent proinde usibus inservire *Chronologicis*. Est tamen cur suspicer ita se rem habuisse. Res enim *gerendas* spectasse videntur ipsæ illæ *γῆτων αὐτοῖ* à *Polluce* memoratæ. Nec infimæ illius divisionis *Jus* illud proprium fuisse videtur, sed etiam commune superiorum. Sic etiam *tribus* suas habuerint *αὐτοῖς*, quales erant postea *πενταεῖαι Atticæ*, & *Comitia Romanorum tributa*, quibus præfuerint *Φύλαρχοι*. Sic & *τριτίες* suas, & *δήμοι* quoque suas, præsidibus *τριτύρχοις* & *δημάρχοις*. Sed *Sacrorum familiarium* illæ fuisse videntur *γῆτων αὐτοῖ*. Sic enim ^e *Suidas*: πάλιν δὲ τῶν Φεατιῶν ἐκάστη εἰς γένη διήρητο τριάκοντα ἐξ ^{e Suid. voc. γῆτων.} ὧν ἑρῶσιν ἐκάστης *πρωτογενεῖς* ἐκλήθησαν. Idem docet pro *anni* ratione illas fuisse partitiones: Nempe quatuor *Anni tempora* respondisse *tribus* similiter quatuor, *mensibus* autem

A a

duodenis




duodenis *Φεατείας* vel *τετάρτες* ipsas quoque duodenas, diebus autem mensium tricenis (sic enim jam supra ostendimus numeratos fuisse mensium etiam cavorum dies *exemptiles*) *γένη* tricena. Inde patet verba *Suida* sequentia: *καθάρτε αὖ ἡμέρας τῆς* è *Suida* ipso esse corrigenda *τῆς*. Obiterque intelligitur, hunc anni *Lunaris* fuisse modum, etiam cum *tribus* tantummodo *quatuor* numerarentur, sub *Solone*. Fieri potest ut ad *temporum* vices, quibus tenuerint, illa referenda sint. Id si verum, sic *tribus* singulæ *ternos* tenuerint *menses*, *τριτῶν* singulæ *singulos*, *γένη* autem singula *dies singulos*. Sic quidem in *annis communibus*. Sed vel in illis nondum constat, quo *ordine* *tribus* sibi invicem successerint; nec de *die cavi mensis exemptili* quomodo *γένη* convenerint, cum uno plura essent *γένη* quam mensium istiusmodi dies. In Anno porro *Embolimæo*, nec numero *τριτῶν* respondent *menses*, nec in partes duodenas distribui potuit mensis *Embolimus* quæ singulæ singulis assignari possint *τριτῶν*. Non tamen multum interest ut accurate constituentur harum *Synodorum* Jura atque vices. Nec enim ulla habemus horum temporum *Ψηφίσματα* è quibus vel illud saltem intelligere possimus, fuerintne horum officiorum notis *Chronologicis* insignita.

Sect. XXXVII.
Ab Olymp. LXVII.
Tribus & Prytanie decem, quomodo per anni menses distributa in *Tetraeteride*.

Auxit postea tribuum numerum *Clisthenes*, pulsus jam *Pisistratidis*. Hæc ille *Olympiade* demum LXVII^a. Anno nimirum ante prælium *Marathonium* XIX^o. & post exilium *Pisistratarum* proximo. Inde X *tribus* factæ, & *Heroum* *Ἐπωνύμων*, quorum imagines erant in foro, nominibus insignitæ. Inde publicorum consiliorum Comitiorumque *Prytanæ*, quales antea descripsimus, dierum aliæ 36, aliæ 35. Sic autem ut *primarum* *Prytaniarum* dies fuerint *plures*. Sed vero Auctorem Præfationis in Orationem *Demosthenis* contra *Androtionem* ita intelligunt Eruditi quasi dies suos non tenuerint *continuos* *Prytanæ*, sed *interpolatos*. Quasi scilicet *secundus* dies vel *primæ* *Prytanæ* dies non iniisset dum *vices* suas primorum dierum *Prytanæ* omnes absolvisset. Ita *secundus* primæ *Prytanæ* dies idem fuisset anni XI^{us}. tertius autem anni XXI^{us}. & sic deinceps. Nec sane diffiteor ita loqui illum mediæ Antiquitatis Auctorem, qui diu postea vixit quam in desuetudinem abiissent *Prytanæ*, quasi ita ipse senserit. Errasse tamen, si ita senserit, è *Demosthene* ipso certissimum est. *Primæ* enim *Prytanæ* diem XI^m. cum *Hecatombæonis* primi mensis die itidem XI^o. committit ipse *Demosthenes*. Inde facile colligitur, ordine suo,

a *Demosth.* adv. *Timocrat.* p. 776. 777.



suo dum elaborerentur, singulas processisse *Prytanias*. Sed κληρωπαὶ erant, inquires, *Prytaniæ*, quales si fuerint, certam proinde *Chronologiæ* notam nullam designare poterunt. *Sors* enim quotannis incerta certum in anno locum nullum designare potest singularum *Prytaniarum*. Id quo sensu verum fuerit, mox explicabimus. Hoc sane sensu non fuit, quasi *sortis* incertitudo *Prytaniarum* ordinem reddiderit quotannis incertum. Id quoque discimus ex eodem *Demosthene*. Meminit enim ille ^a τῆς πρώτης Πρυτανείας, eamque semper, quoties luculentius designat, *Pandionidem* fuisse testatur. Itaque sæpe ^{776.} apud illum occurrit forma illa, Ἐπὶ τῆς Πανδονίδος πρώτης. Et quidem ita, ut cum *primo* anni *Attici* mense *Hecatombæone* semper illius *Prytaniam* committat. Sic primæ *Prytaniæ* dies *xī^{us}*, idem est, ut modo dixi, dies *Hecatombæonis* *xī^{us}*. Et dies proximus ita apud illum signatur: ^b Ἐπὶ τῆς Πανδονίδος πρώτης δωδεκάτῃ τῆς Πρυτανείας. Et *Hecatombæonis* ἔνῃ ἔ νέα, quæ eadem mensis *τριάκας*, *Φυλῆς* *πρυτανείας* ^c Πανδονίδος fuisse dicitur. Sic intelligimus per *Hecatombæonem* universum tenuisse primam illam tribus *Pandionidis* *Prytaniam*. Recte quidem. *Prima* enim *Prytania*, cum per *dies* teneret, ut jam supra probavimus, 36, proinde *secundi* mensis *Metageitnionis* diem *vi^m*. attigit. Pro forma scilicet *Cycli Tetraeterici*, cujus anni *communes* mensibus constabant alternis *plenis*, alternis autem *cavis*. Sic etiam apud *Romanos* tribus erat *Prærogativa*. Et in gente etiam sacra *tribus Judæ* vexillum præcedere solebat. Quod si *primæ* tribui *Atticæ* certus fuerit in *Prytaniis* ordo, vix est quod dubitemus quin & in reliquis idem obtinuerit. *Secunda* ergo *Prytania*, dierum similiter 36, *Boedromionis* die *xiii^o*. concludebatur. Cujus tamen *tribus* fuerit, non docent hodierna monumenta. Inde ad *Mæmaæterionis* *xix^m*. tertia erat *Prytania* tribus *Hippochoontidis*. Dies certe *Boedromionis* *xvi^{us}*. *Hippochoontidi* tribuitur in *Psephismate* apud ^d *Demosthenem*. Et *Boedromionis* ἔνῃ ἔ νέα, nempe *τριάκας*, eidem tribui *Hippochoontidi* assignatur in *Psephismate* apud eundem ^e Oratorem alio, adeo illius fuerit in anni serie *Prytania*. Ab illo *Mæmaæterionis* die *xix^o*. quarta processit *Prytania* dierum 36 ^f ultima ad *Pyaneptionis* diem *xxvi^m*. Hæc tribus erat *Oeneidis*. *Psephisima* enim *Pyaneptionis* ἑννάτῃ Φθίνοντος, *Φυλῆς* *πρυτανείας* *Οιωνίδος*, idem refert ^f *Demosthenes*. Inde quinta erat *Prytania* dierum tantummodo 35 ad *Gamelionis* diem *ii^m*, sed *tribus* nobis incognitæ. Successit illi *Prytania* sexta tribus *Leontidis*,

a Demosth. ib.

776.

b Demosth. ib. p.

777. 779. 784.

c Demosth. de

Coron. p. 477.

d Demosth. de

Coron. p. 490.

e Demosth. ib.

484. 435.

f Demosthen. de

Coron. p. 492.



dierum item 35 ad *Antheſterionis* diem VII^m. *Camelionis* enim ἐκτὴ ἀπιέντϙ, Φουλῆς πευτανδρίας δευτῆδϙ, *Pſephiſma* apud eundem legitur ^a *Demofthenem*. Inde *ſeptima Prytania* ad *Elaphebolionis* XIII^m, dierum 35. Tribus, ut exiſtimo, *Acamantidis*. ^b *Thucyd.* L. IV. Habet quidem ^b *Thucydides* Civium ſuorum Decretum de Pace cum *Lacedæmoniis Elaphebolionis* περὶ δὲ πρὶ δέκα, quo tempore Ἀκαμάντις ἐπρυτανίσα. Hæc ſi vera fuiſſet Lectio, 8^a potius *Prytania* fuiſſet tribus *Acamantidis*. Sed Ego Lectio- nem illam jam olim ſuſpectam habebam. Nec vanam meam fuiſſe ſuſpicionem, ex hoc ipſo *Prytaniarum* ordine confirmatur. *Oſtavam* enim *Prytaniam* tribus fuiſſe *Erechtheidis* idem ^c *Demofthen.* de *Coron.* p. 500. docet, qui omnia, ^c *Demofthenes*, in quo Decretum legimus, *Elaphebolionis* ἐκτὴ Φθίνεντϙ, Φουλῆς πευτανδρίας Ἐρεχθίδος. Suſpicabar ergo numerum menſis, qui ſequebatur, *Lacedæmonii* in locum numeri menſis *Attici* migrare, & viciffim, nescio quo, ſeu *Librarii* caſu, ſeu temerarii emendatoris errore. Rationem edemus cum de anno agemus *Lacedæmonio*. Sic fuerat legendum δωδεκάτῃ, ut ad priorem *ſeptimamque Prytaniam* quæ die *Elaphebolionis* XIII^o. clauderetur, ſpectaretur tribus *Acamantis*, quam ad *Oſtavam* ſpectare non potuiſſe jam oſtendimus. Hinc ergo tribus *Erechtheidis Prytania oſtava* manifeſta eſt, quæ die *Munychionis* XVII^o. fuerit includenda, dierum ſcilicet 35. *Nona Prytania* inde ad *Thargelionis* diem pertigit XXIV^m, cujus tribum nescio. Inde *decima* erat ad *Scirophorionis*, qui *cavus* erat, diem XXIX^m. Hanc tribus *Æantidis* fuiſſe, idem docet, qui cætera, ^d *Demofthenes*, qui *Pſephiſma* habet, Φουλῆς πευτανδρίας Ἀιαντίδος, ἐκτὴ πρὶ δέκα. Deſunt tantummodo tribus tres: *Cecropis*, *Antiochis*, *Ægeis*, quarum *Prytaniæ* aliunde diſcendæ ſunt. Sic ergo ſe rem habuiſſe crediderim in annis *Oſtaeteridis communibus*. In *Embolimæis* autem quomodo ſe res habuerit è *Tabulis* noſtris diſcendum eſt. Ibi etiam oſtendemus quomodo IV Tribuum *Prytaniæ* in *Tetraeteride* fuerint diſtributæ à *Solone*. Sic facile erat è die *Prytaniæ* designato diem etiam menſis *Attici*, quoties de *Anni forma* conſtabat, designare.

^{sect.} XXXVIII. Succedit deinde *Cleoſtrati Oſtaeteris*, & *Heccædecaeteris Harpali*, uſque ad *Olympiad.* LXXXVII. an. I. quo cœpit *Cyclus Metonicus*. Nullum hucusque erat in *Kalendario* diſcrimen *in-* *vicem*, & ne quidem à *Tetraeteride*, præterquam quod menſis *Embolimus* in his plenus eſſet. Itaque menſe iſtiusmodi *Embolimo* per decem tribus diſtributo, novitatem, ut opinor, aliam nullam



nullam in *Prytaniis* invexit ea distributio, nisi quod *ternis diebus* singulas fecerit auctiores. Ita factum ut quæ *Prytaniae* 35 dierum esse solebant, illæ annis *Embolimæis* dies complecterentur 38; quæ autem 36 vulgo censebantur, his annis *intercalaribus* ad 39 numerarentur. In Periodo *Metonica* & *Calippica*, pro modo *anni* proculdubio censebantur *Prytaniae*, ita ut quæ supererant supra distributionem per *decimas partes dies*, illæ *prioribus*, pro more, *Prytaniis* assignarentur. Sic facile invicem comparari poterant *Prytaniae* cum *diebus mensium Civilium*, rejectis semper diebus *exemptilibus*, & mensium modo semper *tricenario*, ubi *nulli* essent dies *exemptiles*. Hic ergo si quæretur dies *Prytaniae* quotus fuerit dies mensis, semper consulendæ tabulæ nostræ. Sunt enim nonnunquam anni *communes* dierum 354, nonnunquam 355. *Embolimæi* autem dierum aliquando 383, aliquando 384. Cum annus *communis* dies continebat 354, & *Embolimæus* dies 384, eodem modo progrediendum quo in *Octaeteride* aut *Hecca-decaeteride*. Cum annus *communis* dierum erat 355, *quinque* priores *Prytaniae* diebus censebantur 36, reliquæ 35. Cum annus *Embolimæus* erat dierum tantummodo 383, tum *tres* duntaxat priores *Prytaniae* diebus constabant 39; reliquæ vero omnes, ut in *Embolimæis* communibus dierum erant 38.

Postea cum præsidium *Cassandri Demetrius* ejecisset, in memoriam *Antigoni* patris ipsiusque *Demetrii* duas novas *tribus Athenienses* prioribus addiderunt, *Antigonida* atque *Demetriada*. Jamque, cum *mensium* numerum *tribus* æquavissent, *Prytaniae* erant proinde *menstruæ*. Et immerito *Scaligerum* hoc nomine reprehendit ^a *Petavius*, quod *Prytaniis* asseruerit *menstruas*. Verba *Ammonii* Grammatici in hanc sententiam difertissima produxit ipse ^b *Scaliger*: Ἐ πῆς Πρυτανείας κατὰ μιλῶν ἐπίλθν. Suntque satis manifesta etiam verba ^c *Pollucis*: Πρυτανεία δὲ ἐστὶ χρόνον ὃν ἐκάστη Φυλὴ πρυτανεύει. Καὶ ὅτε μὲν δέκα ἦσαν, πλείους ἐκάστη Φυλὴ αἱ ἡμέραι· ἐπεὶ δὲ δώδεκα ἐγένοντο, ἐκάστη Φυλὴ μιλῶς Πρυτανείαν ἔχῃ. Inde inter reliquas *Πρυτανείας* significationes hanc etiam recenset *Hesychius*: λέγεται δὲ καὶ ἡ δὲ μιλῶ μιδοφορέα. Proinde *βελῶ*, quæ olim, cum *quatuor* essent tantummodo *tribus*, fuisset *τετρακισίων*, postea *πεντακισίων*, cum *tribus* essent *decem*, ut *quingenta* illam è singulis *tribus* explerent; jam adhuc servato eodem numero *πρυτανείων* *quingenta*, duodecies illo multiplicato *Senatum* annum *ἐξακισίων* fecerunt. Jamque facta *Prytania menstrua*, pro modo

Sect. XXXIX.

Ab Olympiad.

cxviii 3. Tribus

xii, & Prytanie

proinde men-

struæ.

a Petav. Doct.

Temp. L.ii. c. i.

b Scalig. Em.

Temp. L. i. p. 26.

c Poll. Onom.

L. viii. c. 9. n.



^a Joseph. Antiq.
l. XIV. c. 16.

^b Joseph. Ant. l.
xiv. c. 16.

^c Meursius de
Pop. Attic. voc.
Ἀλιμῆς.

^d Laert. l. x.
Zenon. s. 10.

mensis verisimillimum est fuisse *Prytaniās*. Itaque quæ tribus *mensē cavum* pro ordine suo vendicabat, ejus etiam *Prytaniam cavam* fuisse consentaneum erat. Inde in *Psephismate* apud ^a *Josephum*, *mensis* quidem *Attici* nomen habemus, sed numerum *diei* duntaxat secundum *Prytaniam*. Quod scilicet illo, quo *Psephisma* illud conditum erat, *Seculo* notissimum esset ordinem utrobique eundem fuisse, *mensis* & *Prytania*. Cœpit, ni fallor, hic *tribuum* numerus eodem anno quo ^α *Ἀρχοντες* mutati sunt in *ἱερεῖς Σωτήρων*. Illud enim etiam decretum in honorem liberatæ à *Cassandri* jugo Urbis *Atheniensis*. Cum enim novo titulo inirent in hujus beneficii memoriam Magistratus, tum una omnia, quæ in *anni* forma hoc ipso nomine novata sunt, cœpisse verisimillimum est. Tum ergo *Senatorum* numerus 600 constitutus, tum *tribus* xii factæ, tum *τριάκας* *Demetriās* appellata. Ab anno scilicet 3^o. *Olymp.* cxviii^o, quo primi inierunt *ἱερεῖς Σωτήρων*. Propria tamen fuerit oportet ratio, etiam his temporibus, annorum *Embolimæorum*. His sane annis, cum *diebus* constarent 384 *menses Embolimi*, dies singulis *Tribuum Prytaniis* 32 obveniebant; cum *dierum* 383, idem numerus *Prytaniis* xi prioribus concedi poterat, postremæ autem xii^o. dies tantummodo 31. Ultimo denique *Periodi Calippicæ* anno, quo dies *mensis Embolimus* capiebat 389, priores *Prytaniæ* v *dierum* fuerint fortasse 33, postremæ autem vii *dierum* duntaxat 32. *Menstruæ* sane his annis *Prytaniæ* esse non poterant. Sed novas *Tribus Antigoniæ* & *Demetriadæ* primas in hoc novo ordine fuisse suspicor. Spectabat enim id ad *Σωτήρων*, quibus dicebantur, honorem. Idque mihi colligere videor è *Psephismate* cuius meminit *Josephus*. Sic enim ibi legimus: ^b *Εὐκλῆς Μενάνδρου Ἀλιμῆσι ἐξαμμάτωε*. Erat enim ^δ *ἡμῶν Ἀλιμῆσι* tribus *Leontidis*. Testimonia id probantia collegit Cl. ^c *Meursius*. Vix autem est quod dubitemus quin *Scriba Prytaniæ Tribus* fuerit *Πρυτανεύσεως*. Ita è *sexto* loco in *octavum* migrarit tribus *Leontis*. Sed in hoc *Josephi Psephismate*, ut cum *Munychione* concurrere posset illius *Prytania*, sedem tenuerit oportet *decimam*. Itaque *duæ* aliæ *tribus* illi præpositæ erant, seu nova hac in *Demetrii* gratiam *Epocha*, seu alia potius factum fuerit quæ alienatis *Atheniensium* à *Demetrio* animis inierit. Unam servavit in *Psephismate* ^d *Laertius*: *Ἐπὶ Ἀρρενίδος Ἀρχοντῶν, Ἰπὶ τῆς Ἀκαμαντίδος πέμπτης Πρυτανείας, Μαιμακτηριῶν ἑκατὴ ὑμέρα, τρίτη καὶ εἰκοστὴ τῆς Πρυτανείας, &c.* *Quintam* hic numerari

merari videmus Tribum *Acamantidem*, quæ olim, cum *sexta* fuerat *Leontis*, *septima* ipsa numerabatur. Itaque mutaverat illa locum, ut quæ *Leontidem* antea *secuta* fuerat jam *præcederet*. Certe horum fuisse *temporum* vel inde constat, quod ita accurate cum mense *Prytania* conveniat. Convenit porro tempus *Zenonis Citiei Stoicorum* conditoris in cuius honorem hoc *Psephisma* decretum est. Mortem illius in *Olympiadem* cxxix^m. confert ^a *Eusebius*, *Senectutem* in *Olymp.* cxxx^m. ^b *Lactertius*. Ita post novam illam Epocham *Σωτηρων* annis plusquam *quadraginta* superfuerit. Certe honorem illum post *ἔτη πολλά ἐν τῇ πόλει* decretum ipsum testatur *Psephisma*. Et maxima ejus celebritas in *Antigoni* tempora incidit cui erat *Zeno* gratissimus. Is autem in *Macedonia* regnare, coepit *Olymp.* cxxv, in *Græcia* ante annos xii, *tribus* scilicet maturius *Olympiadibus*. Utrobique certe post Epocham quam dixi *Olymp.* cxviii. 3. Ut ne dubitemus quin de *Prytaniis* in honorem *Σωτηρων* usurpatis ista intelligenda sint.

Paulo enim postea, cæso *Antigono*, *Demetrius* à prælio profugus ab *Atheniensibus* urbe exclusus est. Hoc cum in malam partem, prout merebatur, acciperet *Demetrius*, inde novæ ortæ simultates. Inde *Demetrii* potestas abrogata. Inde *veteri* etiam nomine Archontes restituti ab anno primo *Olymp.* cxxii^o. ineunte. Postea Tribus illæ novæ pro *Antigonide* & *Demetriade* deinceps *Attalis* & *Ptolemæis* appellatæ. Sed post multas demum *Olympiades*. Sic autem nomina illa mutata innuit *Pollux*, ut in locum *Antigonidis Attalis*, *Demetriadis* autem successerit *Ptolemæis*, ut scilicet prior fuerit *Attalis*, tum deinde *Ptolemæis*. Sed *Ptolemaidem Attalidi* anteposit Scholiastes in *Hermogenem*. Potius tamen crediderim præcessisse *Ptolemaidem*, quod *Ptolemæorum* studium in *litteras* fuerit antiquissimum. Hæc illo, ni fallor, tempore facta cum in Bibliothecarum condendarum studio se invicem amulantur *Attalus* atque *Ptolemæus*, alter *chartæ* suæ merce fretus *Ægyptiaca*, alter nuper inventa *Pergamena*. Extincta fortasse *Demetrii* familia, nec animo *Atheniensium* in *Demetrii* memoriam infenso. Mansit porro in his *posterioribus* tribuum nominibus quod à primo illo *additarum tribuum* duarum manavit exemplo. Ἀρχοντες ipsos Eponymos ἑσείς in primo illo exemplo appellaverant *Athenienses*. Postea non *Archontes*, sed *Πρυτάνεις* tamen fuisse videntur appellati. Certe qui Ἀρχιερεὺς in *Psephismate Josephi*, is non alius ab eo fuisse videtur qui olim

a *Euseb.* Chron.
b *Laert.* L. VII.
§. 6.

Sect. XL:
Postea dux primæ Tribus *Antigonis* & *Demetriæ* à *Ptolemæo* & *Attalo* appellatæ *Ptolemæis* & *Attalis*. Mansit tamen titulus *Sacerdotis* in *Prytaniæ* præside.



olim Πρυτανέων ἑπιτάτης appellari solebat. Ἐπεψήφισε, inquit, Δωρότεος δὲ χειρεὺς, καὶ οἱ συμπέδροι τῶ δήμῳ. Decem enim Πρυτανεὶς qui Populum in suffragia mittebant, Πρόεδροι appellati, ut docet Prologus in Demosthenem contra Androktionem. Et qui reliquis πεσέδροις πρᾶσίδεβας, proinde merito συμπέδρῳ, is ἑπιτάτης eodem Attico sermone audiebat, recte ipse ἑπιψήφισας post Populi jam commissā suffragia. Sed ea sola erat, ut existimo, hujus temporis mutatio, quod duae primae tribus aliter, quam solebant, appellarentur. In diebus designandis eadem, quae olim, methodus.

Sect. XLI.
Archontes illi
Sacerdotes, non
ammi, sed Pryta-
niae, Eponymi.
a Suid. voc.
Πρύτανις.

Mihi autem suspicio est, non alios fuisse Archontas, qui in honorem Antigoni & Demetrii Poliorcetae ἱερεῖς Σωτήρων appellabantur, ab his Prytaniarum ἑπιτάτης. Certe inter Πρυτανεως alias significationes, hanc etiam recenset a Suidas, quae tantundem valet quod Ἄρχων. Idem alibi: ἑπιτάτης, Ἰηλυκῶς, δὲ χη τις ἤ τις ἀνισαμὴ συμβαλεύει περὶ πόλεμα, ἢ εἰρήνης, ἢ ἄλλου τινός. Itaque δὲ χη ἑπιτάσια. Hesychius: Πρύτανις, βασιλεὺς, Ἄρχων, &c. Iterum: ἑπιτάτης, &c. Ἄρχων τις Ἀθήνησι. καὶ ὁ Ἐφεσηκῶς. Erat ergo Archon, & quidem Eponymus. Certe Psephismatum quae non aliis, quam his Archontibus designari solebant. Passim habemus in Demosthene Exempla quibus ipso Archontum titulo hi insigniuntur ἑπιτάται, quod tamen nondum observarunt viri Eruditi. Sic Oratione de Corona: Ἄρχων Δημόνικος Φλυεὺς, Βοηδρομιῶν ἑκτη μετ' εἰκάδα, γνώμη Βελλῆς καὶ δήμου, Καλλίας Φρεάρριος εἶπεν. Iterum: Ἐπὶ Ἄρχοντ' Εὐθυκλέες, Πυανεψιῶν ἑνάτη ἀπὸντ', Φυλῆς Πρυτανείας Οἰνιδίος, Κτησιφῶν Λεωθένης Ἀναφλύσιος εἶπεν. Rursus: Ἐπὶ Ἄρχοντ' Μνησιφίλης, Ἐκατομβαιῶν ἑνὴ καὶ νέα, Φυλῆς Πρυτανείας Πανδιονίδος, Δημοθένης Δημοσθένης Παιανιεύς εἶπεν. Ibidem: Ἐπὶ Μνησιφίλης Ἄρχοντ', συγκλήτου Ἐκκλησίας ὑπὸ στρατηγῶν Ἰηλυκῆς, καὶ Βελλῆς γνώμη, Μαιμακτηριῶν δέκατη ἀπὸντ', Καλλιδένης Ἐπεινίκης Φαληρέως εἶπε. Alibi: Ἐπὶ Ἄρχοντ' Ἡροπύδου, μίωδος Ἐλαφβολιῶν ἑκτη φθίνοντ', Φυλῆς Πρυτανείας Ἐρεχθίδος, Βελλῆς καὶ στρατηγῶν γνώμη. Mox: Ἐπὶ Ἄρχοντ' Ἡροπύδου, μίωδος Μενυχιῶν ἑνὴ καὶ νέα, Πολεμάρχου γνώμη. Adhuc: Ἄρχων Μνησιφίλης, μίωδος Ἀνθετηριῶν ἑκτη ἑπὶ δέκατη. Item: Ἐπὶ Ἄρχοντ' Ναυσικλέες, Φυλῆς Πρυτανείας Διαντίδος, Σκιροφοριῶν ἑκτη ἑπὶ δέκα, Δημοθένης Δημοσθένης εἶπεν. Denique: Ἐπὶ Ἄρχοντ' Νεοκλέες, μίωδος Βοηδρομιῶν, Ἐκκλησίας συγκλήτου ὑπὸ τῶν στρατηγῶν σωμαχθεῖς, Ἐυβελῆς Κύπερος εἶπεν. His certe, de quibus agit Demosthenes, temporibus Fastos Archontum annuorum integros ipse collegerat Meursius, ex Auctoribus



bus fide dignissimis *Dionysio Halicarnasæo & Diodoro*. In quibus tamen nemo horum refertur *Archontum*. Id quoque observavit ipse ^a *Meursius*, *Diodorum & Dionysium* (nec enim *Sca- ligeri* moror larvatum *Anonymum*) sine ulla *Sacerdotii instituti* mentione, ceu *Archontas* semper referre. Erat ergo cur merito suspicaretur alterius notæ *Archontes* fuisse, quos tanto numero memorat *Demosthenes* *Fastorum Archonticorum* conditoribus ignotos. Meminit quidem eadem forma *Demosthenes* eadem *Oratione Archontis Nicoclis*: *Ἐπὶ Νικόκλειος Ἀρχοντος, Βοηδρομιῶνος ἔτη καὶ νέα, Βελῆς γνώμη, Πρυτάνεις καὶ στρατηγοὶ ἐχορημάτιον*. Estque in *Fastis Archonticis Nicocles*. Sed non potest iste esse (idem inquit ^b *Meursius*) quippe obitus *Oratoris Magistratum illum Nicoclis* (cujus mentio in *Fastis Archonticis*) *annis quinque & viginti antevertit*. Olymp. cxiv^x. anno 3^o mortuus *Orator*. *Nicocles* autem *Magistratum* gessit Olymp. cxix^x. anno 3^o. Intervallum v *Olympiadum*, xx scilicet annorum. Et forma eadem est quam in aliis legimus *Psephismatibus*, quam in *Θεσμοφοριαζῶσας* irridet ^c *Comicus*:

a *Meurs.* de Archont. Athen. L. IV. c. 16.

b *Meurs.* l. IV. Arch. Athen. c. 17.

c *Aristophan.* *Theognoph.*

Ἔδοξε τῇ βελῆ· τὰδε
τῇ τῶν γυναικῶν Τιμόκλει ἐπιτάττει
λύσιλλ' ἐχορημάτῳ· εἶπε Σωστράτη &c.

Et apud *Thucydidem*: ^d *Ἀκαμάντις ἐπρυτάνευε, φαίνιππος ἐχορημάτῳ, Νικιάδης ἐπιτάττει*. Nec sane alii quam *Prytaniarum* *ἐπιτάττει* esse poterant, quorum mentio in *Prytaniis* & in *Populi Psephismatibus*. Hoc autem opus fuisse eorum *Archontum*, quos ipse pro *annis* habebat, testatur ipse *Plutarchus*. Sic enim ille in *vita Demetrii*: *Μόνοι ἢ Σωτήρας ἀνέγραψαν θεῶς, καὶ τὸν ἐπώνυμον καὶ πάτριον Ἀρχοντι κατεπίυσαντες, ἱερεῖα Σωτήρων ἐχρησάμενοι καθ' ἕκαστον ἑνιαυτὸν. Καὶ τῶν ἑπι τῶν ψηφισμάτων, καὶ τῶν συμβολαίων, περὶ ἐγράψον*. Id scilicet didicerat e *monumentis*, quod ipse aliunde quam e *monumentis* scire non potuit, *ψηφισμάτων* *præfectos* illos fuisse *Archontas*. Id quoque, fuisse, ut appellat, *Eponymos*, quia scilicet illorum nominibus solebant insigniri *Psephismata*. Quod *annuos* illos crediderit; eoque sensu *Eponymos*, quod *anno* nomen dederint; hæc e suis collegit *Ratiociniis*, quod notissimi fuerint, suo etiam *Seculo* *Archontes annui* in *Chronologorum* usibus frequentissimi, ignoti contra alii illi paucorum tantummodo *dierum* *Archontes*, nec illorum *continuorum*, & singularum duntaxat *Prytaniarum*, quip-

d *Thucyd.* L. IV. c. 118.



pe qui jam olim exoleverant. Proinde *Xeniam* è monumētis defuntum, non ἱερεὶα Σωτήρων, sed *Archontem*, appellat ipse in *Hyperidis* vita *Plutarchus*. Si tamen idem ille cum aliorum *Euxenippo*, vel *Xenippo*, de quo me dubitare fateor. *Nomine* proinde *antiquo* quasi nondum κατὰ πωδέντι illum *Archontem* agnovit, quod scilicet ita illum agnoverint, quorum ipse fidem est secutus, monumenta. Denique & illud suspectum, quod, quo anno restituti sunt veteri nomine *Archontes*, eo duos *Archontas* ponat ipse *Meursius*, *Philippum* atque *Diphilum*, ne quidem nominibus admodum similibus, ut pro uno alter acciperetur. Vel hinc veritatis vestigium apparet, *Diphilum* Διπίπλω seu *Prytanie Archontem* fuisse, qui ἱερεὺς Σωτήρων *Archivis* inscriptus fuerat, jam ex *Archivis* erasum (sic enim *Plutarchi* verba intelligo) *Archonte* annuo *Philippo*. *Philippum* enim *Archontem* in *Inscriptione Veteri de Menandro*

^a *Meurf.* Arch.
Ath. L. IV. c. 18.

Comcedo anno *Olymp.* cxxii. 3. rectius ^a *Meursius* assignat quam antea assignaverat. Nec sane erat incommodum ut *Tribuum Sacris* præfuerit Ἐπιστάτης, inde novo *Sacerdotio* ornandus primo *Antigoni* & *Demetrii*, tum deinde *Ptolemæi* atque *Attali*. Itaque cavendum ne duo hi *Archontes* deinceps invicem confundantur. Eaque erit in posterum distinctionis nota, ut quicumque in *Psephismatibus* memorantur *Archontes*, illos meminimus nihil commune habere cum *Fastis Archontum annuorum*, & frustra ibi esse quærendos. Tam enim propria fuisse videtur *Archontum annuorum* βεβλή quam *Archontum Prytaniorum* Ἐκκλησία. *Senatus convocandi*, quoties præter dies *statas κυρίας* necessariae erant βεβλῆ σύγκλητοι, *Jus* erat penes *Archontes annuos*, & in eo *presidendi*, & ad eum *referendi*. Nec poterat fieri ad *Populum* relatio de re aliqua de qua nullum præcefferat *πρόβλημα*, id est *Decretum Senatus*. Alioquin *irritum* futurum erat prorsusque invalidum *Populi ψήφισμα* hoc ipso nomine, si nullum præcessisset *πρόβλημα*. Hac ipsi

^b *Plutar.* x. O-
rator. *Lys.*

Lege Civitatem perdidit ^b *Lysias* *Orator Populi ψήφισμα* datam, sed ἀντὶ πρόβλεματῶ. Facto ergo *Senatusconsultum* demum licuit ad *Populum* referre. Non tamen illi quod ad *Senatum* retulerat, *Archonti annuo*, sed *Archonti alteri Prytaniarum* Ἐπιστάτη penes quem erant *Populi Ἐκκλησία* resque in illis gerendæ universæ. Estque sane consentaneum ut nomen *Archontis* posterior ille inde retulerit, quod idem prorsus officium fuerit posterioris in Ἐκκλησίαις quod prioris in βεβλῆς. Itaque in rebus *Senatus Archon anni* intelligendus; i rebus

rebus *Populi Archon* alius, non anni, sed *Prytanæ* Eponymus, neutiquam ad *Fastos* referendus. Tales etiam alios habet

^a *Meursius* tanquam incertorum annorum Magistratus, *Aristæch-* ^{a Meurf. ib. c.}
um certe & *Arrhenidem*, ut è *formulis* ipsis colligitur qui- ^{20.}
bus memorantur. Ita certe invicem diverſi erant *Prytania-*
rum Archontes ab *annuis*, ut vel *primæ* *Prytanæ* Archontem
frustra in *Fastis Archonticis* quaſiveris. Talem habet mensis
Hecatombæonis, & *primæ* adeo *Prytanæ* Archontem Orator,
uti vidimus, *Mnesiphilum* ita *Fastis* ignotum quam & reliqui
illi quorum mentionem apud illos observavimus. Si tamen
illis *Prytaniarum Archontibus* tandem concessum fit, ut qui
initio anni *Prytanæ* præfuerit, ille *Anni* fuerit *Eponymus*; po-
tuit inde exemplum ad *Romanos* emanasse, ut cum *ſena* ha-
buerint per annos *ſingulos* *Consulum paria*, *Annus* tamen præ-
terquam *primorum* nomen non retulerit.

Sed *sortium* usus erat in *Prytaniis*. Erat fateor. Non ta-
men in *Prytaniarum* vel *Tribuum* ordine designando. *Decem*
erant, ut supra vidimus, è cujuscunque *Tribus* *Pentacontade*
πένδεροι. Ex his *ſepteni* erant tantummodo qui *quinis* diebus
ἑπταίων munere fungi poſſent in *Prytaniis Ordinariis*. Itaque
è *Denariis* *ſingulis terni* erant neceſſario rejiciendi, qui cum
eſſent *ſeptenis* deligendis alioqui *pares*, modus is omnium vi-
debatur æquiſſimus, ſi *sortium* arbitrio permitterentur. Et
quidem in his locum *sortibus* fuiſſe docet Auctor *Prologi* in
Oratorem adverſus *Androtionem*. Sic tamen loqui videntur
Auctores quaſi *Prytaniarum* ipſarum ordo fuerit per *sortes* de-
ſignatus. Auctor ^b *Etymologici Magni*: *Ἐπρυτανίῳν δὲ ἐκ διαδο-*
χῆς ἀλλήλων αἱ δέκα Φυλαὶ κληρολαχέουσι κατὰ ἐνιαυτῶν. Verba fe-
re eadem legimus in *Scholiaste* ^c *Aristophanis*, & *Suida*, &
Harpocrati Lexicographo omnium præſtantiffimo, & *Photii*
etiam *Lexico MS*^o. Sed diſiſim legunt *κλήρω λαχέουσι Suidas*,
Harpocrati & *Photius*. Et ^d *Æſchinem* hujus moris teſtem
profert, qui reliquis præiit ipſe *Harpocrati*. Sed verba ipſa
Æſchinis ab *Harpocrati* adducta nihil plane ad rem faci-
unt. Habet tamen, fateor, *Æſchines* eadem *Oratione* in *Cteſi-*
phontem alia ad *κλήρας Prytaniarum* ſpectantia. Sed *virorum*
erat in *Tribubus* & *Prytaniis*, non autem ipſarum *Prytania-*
rum, de qua queritur neglecta, *ſortitio*, *ἑφεσημότων*, ut in ipſo
Orationis initio apparet, qui iidem erant *ἑπταίων*, vel *βελ-*
λῶτων, *ἀν πῆ ὄντως λάχη κληρομυθῶν ὡσεδρεύειν*. Sic autem ad-
modum conſentaneum erat ut è *ſingularum Tribuum* *quin-*
quagenis

ſect. XLII.
Sortium uſus in
Prytaniis, non
ad *Prytaniarum*
ordinem conſti-
tuendum; ſed ut
deligerentur è
Πρυτανίῳν Πεδε-
ροῖ, & è *Πεδε-*
ροῖ; *Ἐπρυτανίῳν*.

^b *Etym. Magn.*
Πρυτανίῳν.

^c *Schol. Ari-*
ſtophan. in *Ἐκ-*
κλήρω, p. 736.

^d *Harpocrat.*
Πρυτανίῳν.



quagenis πρυτανέων deni per sortes in πρῶδρος deligerentur, & è denis rursus πρῶδρος septeni Ἐπιτάται. De Tribu autem aut Prytania una alteri prælata nulla apud illum Quæstio quæ per sortes fuerit terminanda. Itaque ex hoc Æschinis loco saltem nullum vestigium sortitionis de Tribuum aut Prytaniarum ordine. Nec tamen alium ullum designant illi, quos dixi, qui quidem Auctorem ipsum de nomine designant unde suam hanc sententiam collegerint. Nec sane alioqui in perpetuis hujusmodi officiis sortitiones usurpatis legimus, nisi cum plures essent officiis Candidati, quales erant quos modo diximus è quinquagenis sorte delectos denos, & è denis iterum septenos; aut cum officiorum esset aliqua disparitas quæ causa esse posset alterum alteri esse anteferendum, ut cum Provincias sorte invicem partirentur annui Romanorum Magistratus. Par autem erat ubique Jus Prytaniarum, nec pauciores Tribubus Prytaniæ. Sacerdotalium familiarum apud Judæos Ἐφημερίαι à Davide constitutæ perpetuæ erant, nec sortium incertitudini obnoxia. Qui autem homines Ἐφημεριῶν Jureungerentur, eos, quia pauciores erant è longe pluribus deligendi, sortium eventui permitti æquissimum erat, quæ par causa erat cum Prytaniis. Et sane ita fuisse è S. Luca Evangelista manifestum est. Itaque, cum in ipsa Prytaniarum causa ratio illa neutra processerit; proinde non est cur locum fortibus ullum hic fuisse suspicemur.

a S. Luc. 1. 9.

Seçt. XLIII. Sed video hoc Ἐπισιτῶν Jus parum esse apud Eruditos exploratum. Proinde operæ pretium esse puto si illud explicem, & paulo etiam distinctius, quam qui omnium optime, Petavius. E forma quæ recepta est in decem Tribuum Prytaniis de alia illa XII Tribuum, quæ in Veterum Scriptis obscurior est, statuendum. Sed vero in βελῆ illa annua hominum 500, ex unaquaque Tribu 50 fuisse diximus.* Ex illis porro deligendi erant decem πρῶδρος, è quibus rursus sorte constituendi erant septem Ἐπιτάται. Itaque necessarii erant seorsim quinquagenorum suæ cujusque Tribus nomine Convētus, & Convētuum moderatores Ἐπιστάται. Et quidem hujusmodi Ἐπιστάται Πρυτανέων alium ab Ἐπιστάτη Πρῶδρων agnoscunt.

b Harpocrati-
on vcc. Ἐπι-
σιτ. Etymol.
Magn. ib. Suid.
ib.

Veteres, quanquam ad πρυτανέως & πρυτανείως is quoque spectarit πρῶδρων Ἐπιστάτης, & ad illos sæpe referatur. Sic ergo invicem discrepabant hi duo Ἐπιστάται, ut πρῶδρων Ἐπιστάτης idem fuerit πρυτανέων Ἐπιστάτης, non autem viceversa. Præerat primus ille Ἐπιστάτης primis hisce πρυτανέων, nondum πρῶδρων, σπυράδρος.



σωδδοις. Et quidem, ni fallor, anni duntaxat *initio*, dum constituerentur Πρόεδροι, & ex illis Ἐπιστάται, rebus deinde per annum universum gerendis, quibus jam constitutis nullus deinde fuerit fortasse horum Πρυτανέων usus. Itaque ab his delecti Πρόεδροι omnes συμφύλεται fuerint oportet, qui è quinquagenis *deni* eligebantur, ut vult Auctor Prologi in *Demosthenem* adversus *Androtionem*, & è denis *septem*. Septenos enim Ἐπιστάτας Tribus ejusdem Πρυτανείας fuisse certum est, qui Tribus suæ Prytaniis per annum universum omnibus præsidebant. Proinde etiam *decem* illos è quibus deligebantur, contribules fuisse necesse est, non certe è *singulis* Tribubus *singulos*, quales erant de quibus mox agemus, quos perperam cum his Viri docti olim confundebant. Imo *decem* erant à *prima* hujus vicis Ἐπιστάτη designati, cum *novem* essent tantummodo qui ex aliis Tribubus, excepta Πρυτανεία *singuli* eligebantur. Hoc idem inde colligitur, quod è *quinquagenis* hi primi *deni* fuerint electi, cum, si ex *omnibus* fuissent Tribubus, è *quingenis* rectius quam *quinquagenis* essent eligendi. Sed horum Πρόεδρων *contribulium* usum deinde nullum fuisse puto cum ex illis sortito delecti fuissent singularum Prytaniarum pro anno universo Ἐπιστάται. Nec enim alium in finem designabantur Πρόεδροι hi priores quam. ut ex illis deligerentur secundi generis Ἐπιστάται. Penes secundos hosce Ἐπιστάτας erant anni deinde universi *Conventus* omnes tam *Senatus* quam *Populi*, resque adeo omnes utrobique gerendæ. Ita ex *Aristotele* de *Atheniensium* Republica ² *Harpocratio*.

Sed vero unicus erat uno eodemque tempore Ἐπιστάτης, penes quem *Sacrarum ædium* (in quibus erant *Gazophylacia*) *claves* erant, atque *Archivorum* publicorum. Itaque si *Archon* anni *Eponymus* in *Senatu* præfederit, ita fieri non potuit ut perpetuo præsiderent Ἐπιστάται. Potuit tamen ut raro, cum scilicet *mortuus* esset, aut alia aliqua necessaria causa fieret ne ipse adesse posset *Archon*. Sic enim certe apud *Romanos*, qui sua pleraque à *Græcorum*, & præcipue *Atheniensium*, exemplis traduxerunt, cum nullus adesse posset *annuus* Magistratus, res ad *Interregnum* redire dicebatur, & præsidebat interim in *Senatu* *Interrex* aliquis per *ordinem* è *Senatoribus*, qui fere his *Græcorum* Ἐπιστάταις respondebat. Is enim pariter *Senatui*, & *Populi Comitibus* præerat quibus suffiendi erant futuri anni Magistratus, & quidem pro paucorum *dierum* προσημία, pro more *Atticarum Prytaniarum*. Hoc si ab *Atheni-*

B b 3

a Harp. verb.
Ἐπιστάτ.
Sect. XLIV.
Ἐπιστάτης Πρόεδρων tam *Senatui* quam *Populi Comitibus* præerat, *novemq;* alios ex *aliis*, præter *Πρυτανείας*, *Tribubus*, è *singulis singulos*, deligebat.



ensum Ἐπιστάτων exemplo manarit, sic raro admodum in Senatu præfederint Ἐπιστάται, nec Jus Ordinarium Senatus convocandi penes illos fuerit. Sic autem loquuntur Auctores Græci, quasi Convocandi Præsidentique in Senatu Jus frequentissimum habuerint Πρωτεύεις, per suos nimirum, sed posterioris hujusce generis Ἐπιστάται. Imo in Archontis anni Ἐπανόμις Juribus illa non recenset ^a Pollux, nec alii qui Archontis illius officium descripserunt. Id tamen ut verum fuerit, non sui nihilominus Magistratus tempore res in Senatu gestas designabat Ἐπιστάτης, qui res in Ἐκκλησίαις gestas suo, ut vidimus, Magistratu designavit. Sed quia fidei maximæ illa erat Pecuniarum publicarum Archivorumque custodia; proinde operam dederunt ne rerum novandarum occasionem ambitiosis Ἐπιστάταις cura tanta suppeditaret. Cautum ergo imprimis ne plures in officio dies continuos idem teneret Ἐπιστάτης. Hoc enim testatur Auctor-Prologi in Oratorem adversus Androktionem. Idque voluit fortasse Lex illa cujus meminit ^b Pollux: δις δὲ ἕκαστος ἡμέρας ἢ αὐτὸν Ἐπιστάτην. Sed fieri potest ut cautum sit ne quis diversis annis teneret. Ita secundum diem nullus tenere potuit Ἐπιστάτης dum primum tenuissent sex alii Collegæ contribules. Ad eandem spectabat cautelam quod solus ille Tribus πρωτευέας collegas è reliquis Tribubus singulis singulos, novem scilicet, adsciscere teneretur. Ne quidem id pro suo arbitrio, sed per sortes, ne qua una Tribus plus aliis posset in re omnium Tribuum communi. Hinc ratio constat manifesta cur Πρωτεύεις potius quam Ἐπιστάταις dies in Psephismatibus designentur, etiam cum in Psephismatis capite legitur Ἐπιστάτης. Quod scilicet Πρωτεύεις dies numerarentur pro more continui, Ἐπιστάταις autem semper interpolati. Magis adhuc ad cautelam faciebat, si ne quidem ita delecti per sortes collegæ essent perpetui, sed toties quoties res novæ gerendæ essent, novi semper, pro re nata, adsciscerentur. Ita enim Factionibus janua præclusa fuisset in Rempublicam perniciosissimis, si ne quidem mora in eodem officio ansam præbuisset consiliis incundis opportunam. Et quidem ita rem fuisse Pollucis, ubi supra, verba innuunt. E tanta hac cautela, & cautelæ etiam ratione tam liquida, abunde manifestum est cur posteriores hosce Πρωτεύεις è Tribubus, præter πρωτευέων, è qua ipse erat Ἐπιστάτης, aliis, & quidem sortito, è singulis singulos adsciverit secundus ille Ἐπιστάτης, cum tamen priores Πρωτεύεις omnes essent sibi invicem, & cum Πρωτεύεις Ἐπιστάτην contribules. Nulla

^a Poll. Onom. l. VIII. c. 9. n. 2.

^b Poll. ib. n. 8.



Nulla itaque erat, quæ videbatur Sigonio, pugna inter Veterum, de hac re agentium, Testimonia.

Denique vel ex hac ipsa forma qua numerari solet in Psephismatibus *dies* non Ἐπισημοσίας, sed Πρυτανείας, usus Prytaniarum *certus & fixus* omnino verisimilis redditur. Nec enim alium ob *finem* notæ istiusmodi *temporis* Decretis publicis addi solebant, quam quod *Temporis* usum, quo *Decretum* quodque fuisset conditum, *Experientia* docti didicerant. Hoc certe voluerunt *Romani* cum & ipsi *Consules*, & *dies*, & *testes* qui aderant non modo gestis publicis adderent, *Senatusconsultis* atque *Plebiscitis*, sed & *Instrumentis contractuum* privatorum, atque *Testamentorum*. Nempe ut è rerum gestarum *serie* atque *ordine* proderetur si quid forte falsarius interpolasset. Et ab *Atheniensibus* id quoque manasse verisimillimum est, à quibus adeo multa manasse constat, præsertim à temporibus *Decemvirorum*. Itaque hōc ipso Prytaniarum *tempore* Psephismata designandi more, idem etiam *Atheniensium* consilium fuisse consentaneum erat. Et cum ab Ἐπισημοσίας *die* designando abstinerent hac ipsa de causa quod fuerit, propter *sortis* incertitudinem, ipse etiam incertus, hoc ipso ostenderunt ne *Prytaniarum* quidem *diebus* Psephismata se designaturos si fuissent etiam ipsi *sortium* incertitudini similiter obnoxii. Nec sane dubitari potest quin, cum *Prytaniæ diem* denotant, addito ipsius *Prytaniæ numero*, certum quendam *fixumque diem*, pro anni in quo versabantur forma, designarint. Ut enim fuissent *Prytaniarum Tribus*, propter *sortes*, incertæ; *prima* tamen aut *secunda Prytania* mobilis aut *incerta* esse non potuit. Dedimus autem jam hæctenus aliqua, in quibus *Prytaniæ* ita *numerata* fuerint, exempla. Πρυτανείας πρώτης vidimus meminisse *Demosthenem*, πέμπτης *Laertium*. Etiam ἐνάτης atque δεκάτης aliis in locis meminit *Demosthenes*, ne quidem adjecto *Tribus* τριτανδύβοις nomine. Cur ita quæso, nisi quia *Prytaniæ ordo* ita *temporis certi* nota erat, ut ne quidem deinde opus esset *Tribus*, quæ *Prytaniam* agebat, *nomen* apponere? Cur etiam hoc, nisi quia *temporis* designandi causa *Tribus* nomen quoties apponebatur, additum fuerit? frustra utique si à *sorte* pependisset quæ esset futura *Tribus* cujusque Πρυτανεία. Certe si *irritum* fuisset sine *Tribus* nomine ipsum Psephisma, ne quidem fuisset *nomen* ejus, hac etiam in causa, prætermittendum. Est etiam cum *Tribus nomen* cum *Prytaniæ numero* conjunctum legimus. Est ubi *Tribus Prytaniam* habemus,

Sect. XLV.
Rursus probatur *filas* fuisse *Prytaniæ*. Ἐπισημοσίας ἰσοδύναμο *per annum die* *Prytaniæ* *præerat*.

^a Vid. *Briffon*. de *Formul*.

^b *Demosth. adv. Timocr.* p. 779.



habemus, nullo tamen adjuncto ordinis sitive numero. Nec est proinde cur illam temporis designationem minus certam existimemus. Scio quidem ita videri non junioribus duntaxat Chronologis, sed Veteribus etiam qui tamen vixerint postquam abiissent in defuetudinem mores, de quibus agimus, Atheniensium antiqui. Sed unus instar omnium est Demosthenes qui Legem conservavit quæ nos docet quo conditorum consilio notæ illæ temporum Legibus fuerint appositæ. Sic autem habet:

a Demosth. adv. Timocrat. p. 779. 780.

Ἄδικλῆς εἶπε, τὰς νόμους τὰς πρὸ Ἐυκλείδου τεθέντας ἐν Δημοκρατία, καὶ ὅσοι αὐτῶν Ἐυκλείδου ἐτέθησαν, καὶ εἰσὶν ἀναγεγραμμένοι, κυρίως εἶναι. Τὰς δὲ μετ' Ἐυκλείδου τεθέντας, καὶ τὸ λοιπὸν πεποιημένους, κυρίως εἶναι ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἧς ἕκαστος ἐτέθη πλὴν εἴ τῶ προσγεγραπῆται χρόνος ὄντινα δεῖ ἀρχῆν. Ἐπιγράψαι δὲ, τοῖς μὲν νῦν κειμένοις, τὰ γεγραμμένα τὰ βιβλῆς τριάκοντα ἡμερῶν· τὸ δὲ λοιπὸν, ὅς ἂν τυγχάνῃ γεγραμμένων, προσγραφέτω ὡς ἀρχῆμα τὸ νόμον κύριον εἶναι ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἧς ἐτέθη. Habemus, hoc in loco, ni fallor, originem illius formæ qua cum Prytaniæ die apponi etiam solebant Legibus deinceps condendis nomina eorum, qui aderant, Scribarum. Ab Archonte nimirum Euclide proximo post ejectos Lacedæmoniorum Tyrannos, qui Magistratum illum gessit Olymp. xciv. 2. Docentque ibi Legislatores dedita opera se temporis notas Legibus deinceps condendis inferendas decrevisse, ut moneantur subditi ab illo ipso, qui Legi apponebatur, die vim Legis fuisse arcessendam. Sic fuerit oportet dies ille certissimus pariter atque exploratissimus, ne quam Furis ignorantiam possent subditi obtendere, non talis utique futurus si à sortibus pependisset, sed talis potius, si Cyclo responderet, & quale Cyclo ipse patiebatur, Kalendario. Sic itaque se res habebat in Legibus. Nec est quod dubitemus quin à Legibus exemplum ad Senatusconsulta manarit atque Plebiscita, hoc tantum discrimine, quod Leges statui solerent perpetuæ, cum annua essent tantummodo Senatusconsulta atque Plebiscita. Diem tamen utrobique rationis paritas certum postulabat atque exploratum. Sic itaque eodem reciderit, seu numerus Prytaniæ, seu tribus fuisset adjunctus. Imo exinde, ni fallor, colligendus erat dies ipse, sub quo Decretum condebatur, Ἐπισῆτις. Si quidem unica fuisset in Tribuum quinquagenis decas quæ Ἐπισῆτις suppeditarit (ut Nos hæcenus cum vulgo supposuimus) sic quinos ad minimum dies singuli præfuerint Ἐπισῆτις, è quibus unicum duntaxat designare potuit dies Prytaniæ. Suspicio tamen potius singularum tribuum πεντάκων quinquagenos



genos per *quinque decades* fuisse distributos è quibus singulis *ἑπταήμεται* delecti fuerint *septeni*. Sic unico duntaxat *die* singuli præfuerint *ἑπταήμεται*, quem notum fecit *dies Prytaniæ*. Idque sane Veterum testimoniis magis videtur fuisse consentaneum. Sic poterat etiam augeri minuive *ἑπταήμετων* numerus, pro *anni* modo, seu *Communis* fuisset, seu etiam *Embolimæus*. Si *dies unus* deesset, sic fuerint ex *ultima* Prytaniæ decade *quinta* deligendi *ἑπταήμεται* tantummodo *seni*. Si auctior *die* fuisset *annus*, ita è *primæ* Prytaniæ decade *prima* deligendi per sortes *ἑπταήμεται* fuissent *octoni*. Sic etiam in *majoribus* annis *Communibus* aut *Embolimæis* pari proportione procedendum fuisset, ut jam supra monuimus. Si *terni* essent, pro mense *Embolimo*, Prytaniis *omnibus* addendi *dies*, numerum illum confecturi erant è *tribus* prioribus Prytaniæ cujusque *decadibus* delecti *octoni*. Pariterque in aliis quoque annis *Anomalis* par ratio ostendet quo pacto fuisset procedendum. Et quidem hanc methodum Ego censeo verisimillimam.

ΕΥΛΟΓΙΟΥ ΚΟΥΡΙΑ
 ΚΑΛΥΠΤΩΤΟΥ
 ΑΥΞΗΝ ΑΡΙΘ.

ΕΥΛΟΓΙΟΥ ΚΟΥΡΙΑ

Cc

DIS-



ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ

ΕΥΛΟΓΙΟΥ ΚΟΥΡΙΑ

ΑΔΥΠΟΥ

ΝΕΣΤΟΡ ΑΡΙΣΤ.

DISSERTATIO IV.

De Cyclis Olympiadum civilibus.

Cognitio anni Olympici utilis. § I. *Anni Olympici mensibus constabant Lunaribus.* § II. *Initium anni Olympici, quæ Epochæ erat, à proximo post Solstitium Novilunio Civili.* § III. *Cyclum Octaetericum apud Elidenses receptum fuisse probatur è Scholiaste Pindari.* § IV. *Idem etiam probatur ex Africano & Cenforino.* § V. *Idem etiam Elidensibus, communesque cum reliquis Græcis, videntur fuisse Cycli ante Octaetericum.* § VI. *Communes fuisse aliis etiam Argumentis asseritur.* § VII. *Idem Testimoniis firmatur Gemini, Herodoti, Ciceronis, Cenforini.* § VIII. *Cycli etiam Metonis & Calippi recepti ab Elidensibus. Hoc innuit Scholiastes Pindari.* § IX. *Explicatur locus difficilis Africani de Octaeteride.* § X. *Atheniensium Cyclos tam Metonis quam Calippi secuti sunt Elidenses. Eisdemque imitabantur in forma Solari etiam Juliana.* § XI. *Metonis & Calippi Cyclos in Olympiadum supputationibus supponit Africanus.* § XII. *Mensis Elidensis ix^{us}. Elaphius, xii^{us}. Apollonius, Embolimus. Parthenius.* § XIII. *Olympias lxxv^a. cum mense Attico concurrebat Hecatombæone.* § XIV. *Poterat similiter Hecatombæoni satis commode respondere Olympias cvi^a.* § XV. *Non erant Olympia Elidensia quorum meminit Cicero, sed ludi Apollinares.* § XVI. *Statii tempore, Ær. Christian. ann. xcv^o. cum Julio Romano concurrebat mensis primus Elidensis.* § XVII.

Seçt. I.
Cognitio anni
Olympici utilis.

Constituto Anno Attico, progredimur jam ad annum Elidensium quorum numero quaternario constabant Olympiades. Sic enim Græcam Historiam consignatam habemus ut per Olympiadas fuerit distributa, quotos vero Olympiadum annos vix fere aliter quam per Atheniensium Archontas distinxerint. Inde factum ut mutuo invicem subve-

niant



niant tam *Archontibus* Olympiades quam *Olympiadibus* ipsi etiam Archontes. Archontum *fitum* ex anno *Olympiadis* cum quo illos junxerat *Timæus*, habemus exploratum. Hinc etiam *intervalla* discimus *Archontum* à se invicem, & *cognomines* Archontes internoscimus, ex annorum *Olympiadicorum* cum quibus *Archontes* idem commiserat *Timæus*, intervallis. Nec viceversa certum *annum* designant *Olympiades* nisi *quotus* Olympiadis annus ex *Archonte* constiterit. Per annos enim *Elidensum* singulos nullus unquam Historicus res gestas confignavit. *Quoti* ergo *Olympiadum* anni non ab initio anni *Elidensis*, sed ab initio anni *Attici* arcessendi sunt, si quidem *Attica* res gesta fuerit de qua agitur. Alioqui ab illius *gentis* Magistratu *annuo* cujus Historia narratur. Sic enim cum *Olympiadibus* Lacedæmoniorum *Ephoros*, Corinthiorum *πρωταγεις*, & *Sacerdotum* *Argivarum* annos idem contulerat *Timæus*. Nec proinde tamen anni *Elidensis* cognitio prorsus inutilis est. Inde enim intelligemus illa quo tempore gesta fuerint quæ *temporis* notam aliam nullam habent præterquam *ludorum Olympicorum*. Inde etiam quo pacto *aliarum* gentium *anni* cum *Olympiadibus* committendi sint, num scilicet Epocham *Olympiadum* præcesserint, aut fuerint potius subsecuti. Hæc certe in tam nobili Epochâ erunt utilissima.

Vix ergo est cur dubitemus quin inter *Græcos* quibus *Oracula* data testatur *Geminus*, de *Sacrificiis* patriis secundum *tria* observandis, fuerint etiam *Elidenses*. Proinde & eorum *Leges* fuisse consentaneum est, quas idem quoque memorat *Geminus*, idem præcipientes quod præceperant *Oracula*. Ita *Lunares* fuerint eorum menses, per *Embolos* pro *Cycli* lege intercalandos, cum annis Solaribus, certo annorum circuitu, conciliandi. Certe *Pleniluniis* ludos fuisse *Olympicos* jam olim docuerunt è * *Pindaro* viri Eruditi. *Plenilunia* autem non per *phases*, sed per *civiles* mensium *dies*, explorabant, quod tamen fieri non potuit, nisi menses *Civiles* fuissent *Lunares*. Longe enim his temporibus recentior erat methodus illa, quæ tandem, (nec tamen diu, ut opinor,) obtinuit, *Novilunia* è *phasibus* indagandi. Quo pacto autem illud intelligendum sit, ita colligimus. *πεντημερης ἀμιλλας* ludos illos appellat ^a *Pindarus*. Et à *die* mensis civilis *xv*^a. cœpisse, ita ut die mensis *xvi*^a. de *Olympionicis* pronunciatum sit, docet ^b *Scholias* ^c *Isaac. Tzet.* ^d *Lycophron.* Inde manifestum est, licet ipsis *Pleniluniis* ludi celebrati fuerint, mensium tamen *Elidensum* initia à *Noviluniis* processisse.

Sect. II.
Anni Olympi-
ci mensibus con-
stabant Lunari-
bus.

* *Pind. Olymp.*
III. & X.

^a *Pind. Olymp.*
V.

^b Et *Isaac. Tzet.*
^d ad *Lycophron.*



cessisse. Itaque *Olympiadum* anni, saltem, apud *Elidenses* non à *Civili Plenilunio* qui *dies* erat ludorum *ultimus*, mensis autem *Civilis xvi^{us}*. supputandi sunt, sed à *die* mensis illius *i^o*. qui mensis erat etiam, apud illos, *Civilis anni i^{us}*. Qua tamen *aliarum Gentium* annis normam dedit *Epocha Olympiadum*, à *die* potius mensis illius *xvi^o*. censenda erat. Ita scilicet, ut ab illius mensis *Civili Novilunio* in quem incurrebat *dies* primi mensis *xvi^{us}*. *annus* inire censeretur *Olympicus*. Ita quidem apud *Gentes* illas quibus idem & commune erat anni, cum *Elidensibus*, initium. Qui autem in *initio* anni discrepabant, illorum *annus* ex *annuis Magistratibus* æstimandus erat. Ut *primus* *Olympiadis* *annus* is fuerit censendus in quem incurrebant *Ludi Olympiadis*, non tamen à *Ludorum Olympicorum fine*, & ne quidem à *Ludorum mense*, sed à *mense* illo, quo inibant *Magistratus annui*, repetendus. Et pro eodem exemplo, de *reliquis* etiam *Olympiadis annis* judicandum erat.

Seft. III.
Initium anni Olympici, qua Epochæ erat, à proximo post Solstitium Novilunio Civili.

a Censorin. de die Nat. c. 21.

Erant ergo *Elidensium* quoque menses, ex *Oraculorum Legumque* præscripto *Lunares*. Nèc illud modo. Ut *Solares* etiam haberent *annos* eadem *Oracula Legesque* testatur præcepisse *Geminus*. Hoc autem ita comparatum esse vidimus, ut ope mensium *Embolimorum* ad idem tandem in *Zodiaco* punctum redirent, certo annorum circuitu cum *annis Solaribus* anni etiam *mensum Lunarium*. Puncta autem illa non alia fere erant in usu quam *Cardinalia*, *Solstitiorum* atque *Æquinoctiorum*. Ex illorum enim aliquo fere inibant *Cycli Græcorum*. Qua nempe ferebat ratio mensum *Lunarium*. A proximo scilicet post punctum *Cardinale Novilunio*. Puncta illa variis temporibus varia observabant *Græci* reliqui. *Elidenses* autem non aliunde unquam, quod quidem scimus, *Cyclorum suorum* initia quam à *Solstitio Æstivo* repetebant. Erat enim *Solstitium* illud non *Ludis* modo, sed *itineribus* aptissimum, ut in unum convenire possent *Græci* universi ad *Panegyryn* longe omnium frequentissimam. Itaque à *Novilunio* post *Solstitium proximo Elidensis* anni initium erat repetendum. Qua scilicet, pro lege *Cycli* censebatur *Novilunium*. Jam enim vidimus, in his *Lunarium mensum* annorumque *Cyclis*, à veris *Cæli Noviluniis* atque *Pleniluniis* admodum discrepare potuisse *Novilunia Civilia* atque *Plenilunia*. Præsertim in *Cyclis* illis qui *mutilis* constabant mensibus intercalaribus. Imo & in illis etiam in quibus discrepantia ad justum *Lunaris*



ris mensis modum, non nisi Cyclo evoluto integro surgebat. Hoc tamen nondum observabant Chronologi, Viri alioqui summi, cum è veris Cæli Noviluniis & Pleniluniis de Noviluniis & Pleniluniis Civilibus statuerent. Erat quidem Vir quidam Eruditus qui Æstatis exitu Olympia celebrari solita credebat. Sed illum jam olim refutavit Petavius. Diebus æstivis tribuit Censorinus, æstati Livius, qui tamen de Æstatis sine poterant intelligi. Nec aliter de Tiburtino Manlii Vopisci Stadius: — Piseumque domus non æstuat annum. Partem illam anni qua Pisis certari solitum erat, æstivam fuisse innuit. Sed Æstatis initium fuisse docet Herodotus, cum τῶ ἐαε, Xerxem Sardibus discessisse testatur. Veris enim initium designat eadem illa phrasis apud Thucydidem. Et quidem pro more anni Attici, qui menses qui proxime Solstitium præcedebant, vernos æstimabant. Primum ergo Veris mensem in transitu triverunt Persæ. Mense autem à trajectu III. i. e. à Veris initio IV. in Atticam pervenere. Sed jam antea, paulo post prælium ad Thermopylas, de Olympiis jam peractis nuncium acceperant. Inde manifestum est ad Æstatis initium Ludos Olympicos esse referendos. Recte etiam observavit è Censorino prædicto loco Petavius anni Olympici initium ante Augusti Juliani diem XXIX. esse statuendum. Tertium autem Petavii Argumentum à testimonio Plutarchi de Olympiorum nuncio eodem die quo de filii Alexandri natali nuncium accepit Philippus, jamdiu minus certum esse noster docuit Ufferius.

Erant ergo menses *Elidenses* omnino *Lunares*. Tales tamen illi ut ne longe à *Solstitio* discederent. Hoc fieri non potuit nisi mensium *Embolimorum* auxilio atque *Cyclorum*. Videamus ergo quinam illi fuerint *Cycli*. E *quadrienniis* fuisse conflatos vel inde colligimus, quod *Ludi* ipsi fuerint *quadriennes*. Et quidem tales fuisse supponuntur à veteri, ni fallor, *Scholiasse*, quod tamen Eruditos nondum observasse miror. Verba illius huc facientia illa sunt observatu dignissima: ἴνεται δὲ ὁ ἄγων πρὸς μὲν Διὰ πενταετηρίαν ἐνέα μηνῶν πρὸς δὲ Διὰ πεντηκοντα. Ὅθεν καὶ πρὸς μὲν τῷ Ἀπιδωνίῳ μῶνι, πρὸς δὲ τῷ Παρθενίῳ ἑπταετηρίαν. *Quadriennium Lunare* è mensibus conflatur *Lunaribus* XLVIII. Qui ergo menses supra numerum illum accedebant, ii pro *Embolimis* habendi sunt. Et quidem tres in *Ostennio* menses istiusmodi *Embolimos* hic recenseri videmus, eoque etiam ordine quo fuerint, pro *Ostennii* lege, si ad *Olympiadas*:

a Petav. Paralipom. Addend. post L. IX. c. 44.
 b Censorin. de die Nat. c. 21.
 c Liv. L. XXVII.
 d Stat. Sylv. L. I.
 e Herodot. L. VII. c. 37.
 f Thucyd. L. IV.
 g Herod. L. VIII. c. 51.
 h Herod. L. VIII. c. 26.
 Sect. IV. Cyclum Octætericum apud Elidenses receptum fuisse probatur è Scholiaste Pindari.
 i Schol. ad Pin. Olymp. III. p. 32. Edit. P. Stephan. 1599.



piadas accommodaretur, disponendi. Vel inde manifestum est, *integros* intelligi, non *mutilos*, Embolimos quod *tres* tantummodo, non *quatuor*, in *Octennio* recenseantur. Sic etiam committi videmus ut fuerant committendi, si cum *duobus* quadrienniis *Olympicis* unum committeretur *Octennium*. Locos enim Embolimorum in anno III^o. V^o. & VIII^o. pro *Octennii* norma fuisse vidimus. Ita in *priori* quadriennio *unicus* fuerit duntaxat *Embolimus*, in fine anni IIIⁱ. & *menses* adeo in univ^{er}sum tantummodo XLIX; in *posteriori* autem duo, VIⁱ. nimirum anni fine & VIIIⁱ. & *menses* proinde L, ut vult *Scholias*. Et quidem cum *Olympiadibus* coepit *Cyclus*, uti vidimus, *Metonicus*, cum jam idem esset *initium* anni *Elidensis* atque *Atheniensis*. Erat enim *Olympiad.* LXXXVII^o. annus I^{us}. *Cycli* etiam *Metonici* I^{us}. Vel inde constat in superioribus etiam *Cyclis*, qui omnes è *quadrienniis* conflati sunt, non aliter ab *Olympiadibus* discrepasse *quadriennia Attica* quam qua aliunde ceperint anni *Attici* atque *Elidenses*.

Sect. V.
Idem etiam
probat ex *A-*
fricano, & *Cen-*
sorino.
a *Euseb. Græc.*
Scalig. p. 45. Ed.
Amsteloda-
mens. 1658.

Idem confirmant verba apud *Scaligerum Africani* de *Græcorum Olympiadibus*, qua quidem ipsa invicem, & cum suis hypothesebus consentiunt. Sunt enim alioqui mendosissima. Præsertim illa: ^a πληροὶ ἐν ὁ ἡλιος ἐν Ὀλυμπιάδι μιᾷ τετραετηρικῇ ἡμέρας α υ ξ α, ἢ δὲ σελῶν νυχθήμερα α υ ζ, ὥρας ι α, λεπτά κ θ, σελῶν α. Ἐν δὲ Ὀλυμπιάσι β γίνονται σελῶνα ζ θ, νυχθήμερα δὲ α λ κ δ (leg. β λ κ δ) ἀπὸ ὁ ἡλιος ἐν τοῖς ἡ ἔτεσι *Impræritatem* Olympiadum eandem hic etiam docet *Africanus*, quæ in una *Tetraeteride* σελῶν α, mensem nimirum præter Ordinarios *Embolimum unicum* complecteretur, & tamen in *Octennio* (quod *duabus* constabat *Olympiadibus*) menses in univ^{er}sum xcix. nempe, præter Ordinarios, Intercalares *tres*, ambitu suo concludebat. In eo tamen erravit, quod *Octennio Solari* dies assignarit 2924, cum sint tantummodo 2922. Imo ne in *Lunari* quidem *Octennio* dies 2923 $\frac{1}{2}$ plures agnovit qui *Octennii*, uti jam vidimus, errores correxit *Harpalus*. Quorum ergo illæ mensis *Lunaris* apud *Africanum* minutia, cum *minutias nullas* supra dies 29 $\frac{1}{2}$ agnoverit conditor *Octennii Cleostratus*? Diei enim *dimidia*, quæ in tribus *Octennii* Embolimis plenis redundare videbatur, rationem plane nullam habuisse è *Gemino* manifestum est. Spectasse videntur illa ad *Octennii* aliquam emendationem, *majoremque* adeo *Octennio Cyclum* quo fuerint æquandæ illæ minutia, cum tamen *alium* ab *Octennio Cyclum* nullum illo in loco agnoscat *Africanus*;

&



& vero ita depravatæ ibi minutia illæ legantur, ut nec *secum* invicem, nec cum *summis* universis consentiant, nec ad eo vel *vestigium* saltem ullum indicent, quis fuerit *alius* ille *Cyclus* quo fuerint *Octennii* errores emendandi. Quod vero attinet ad *Octaeteridis* hujus *receptionem* suffragatur etiam aliquatenus ^{a Censorin. de die Nat. c. 13.} Censorinus: *Hunc, inquit, Circuitum verum annum magnum esse, pleraque Græcia existimavit: quod ex annis vertentibus solidis constaret, ut proprie in anno magno fieri par est.* Et plane hoc ipsum *Octennium* intellexit Censorinus, quod non modo ex *annis Solaribus* constabat *diebusque solidis*, sed è *mensibus* etiam *Lunaribus*, ipsis quoque *solidis*, ternis nimirum, non quaternis, quales erant in *Octennio superiori* *Embolimi mutili*. *Menses* enim numeravit in *Cyclo* universo *uno minus centum*, si pro *Scaligeri* mente locus suppleatur. Itaque cum à pleraque *Græcia* probatum hunc testatur *Cyclum*, plane consentaneum est ut placuerit etiam *Elidensibus*. Imo *Tetraeteridem*, quam hæc emendabat *Octaeteris*, in *Olympicorum ludorum* usu fuisse docuerat ibidem ipse Censorinus. Quid ergo dubitemus quin *Octaeteridem* corrigendis *Tetraeteridis* vitiiis excogitatum iidem receperint *Elidenses*? *Civilem* certe illius usum indicant illa *Testimonia*. Sic itaque à temporibus *Cleostrati* ad tempora *Metonis* *Cyclo* hoc, qua quidem illum concinnarint *Cleostratus* & *Harpalus*, censendæ erunt *Olympiades*.

Etiam *antea* verisimillimum est, *priores* hac *Octaeteride* *Tetraeteridem*, quæ *mutilis* constabat *Embolimis*, & *Octaeteridem* quæ *duplicata* istiusmodi *Tetraeteride* circuitum fecit, apud *Elidenses* similiter fuisse receptas, quanquam nulla *Veterum* habeamus, quæ hæc testentur, disertâ suffragia. Certe *Græcis* illa data sunt *Oracula* quorum meminit *Geminus*. Et *Græcorum* erant præterea *Leges* de *Civili* illius *Anni* usu quem præceperant *Oracula*. Ita certe loquuntur *Scriptores* quasi *Græcis* omnibus qui communi *Πανελλήνων* nomine intelligi solebant, eadem fuerit & *communis* *Anni* forma. Erant autem, siqui alii, at saltem *ludi Olympici* communes *Πανελλήνων*, proinde *Anni* forma omnibus nota designandi. Fieri aliter vix potuit ut *Panegyres* frequentes haberent. Imo ne aliter se res haberet, vetabat ipsa *Religio*. Qua enim ratione singularum *gentium* intererat ne *ludi proprii* alio quam *legitimo tempore* à numine ipso constituto celebrarentur, ne numinis *offensam* gens tota *Ἰεουμνία* aliqua lueret; eadem etiam *Græciæ universæ* intererat,

Sect. VI.

Iidem etiam *Elidensibus*, communisque cum reliquis *Græcis*, videntur fuisse *Cycli* ante *Octaetericum*.



tererat, ne *ludi Græciæ universæ* communes alio tempore quam legitimo haberentur, quod poenæ numinis contenti omnes essent obnoxii. Itaque cum *Oracula* jussissent ut *ludi patrii* secundum *Lunam* agerentur, *Elidenses* etiam, pariter ac alios *Græcos*, ita illos observasse verisimillimum est. Erat ergo etiam *illis* mensium forma *Lunaris*. Sed pro illa *Lunarium* motuum *peritia* quæ tunc viguit. Ab *Asianis* enim *Græcis* ad *Græcos Europæos* migravit (uti vidimus) *Astronomia*, migravit etiam mensium illa forma *Lunaris*. Proinde prius ad *Græcos Asiæ* proximos, ad *Græcos Jonicarum* coloniarum in *Asia conditores* migrasse consentaneum est; & ad *Athenienses* adeo antea quam ad *Elidenses*. Itaque pro *gradibus* quibus exulta est apud *Athenienses* *Astronomia*, profecit etiam apud alios *Græcos* mensium forma *Lunaris*. Ut scilicet primo cœperit à *Tetraeteride*, propter annum *Solarem*, constaretque ex *Embolimis* duntaxat *mutilis* qui ex *Epactis Solaribus* conflabantur; tum deinde ad *Octaeteridem* transfiret quæ *duplici* constabat *Tetraeteride*, *Embolimisque* adhuc tantummodo *mutilis*. Ita redire in concordiam credebantur cum *Civilibus* *Noviluniis cælestia* *Novilunia Cyclorum* duntaxat *Octaetericorum initis*, nondum excogitata ratione qua *Epactæ Solares* ad *menses Embolimos integros* redigerentur. Hæc ratio cum nondum *ipsis Atheniensibus* innotesceret, non est proinde quod miremur si latuerit *Elidenses*. Et tamen cum *menses*, pro *jussu Oraculorum*, & *numinum præcipientium* sententia, *Lunares* vellent; hoc utique illa ratione efficiendum erat quæ tunc habebatur accuratissima. Sic itaque procedent *Cycli Elidensium* iidem cum *Atticis*, (qua quidem patiebantur *Anni Civilis* apud utrosque *diversa invicem initia*,) *ludis Elidensium Olympicis quadriennibus* aptissimi. Antea apud illos, uti alios etiam plerosque *Græcos*, *Cyclum* fuisse, propter *Solis* rationes *quadriennem*, ipsa illa, nisi fallor, innuunt *Oracula*. Juebant illa, *Sacra patria* ut secundum *tria* agerentur. Supponunt, ut videtur, secundum *duo* agi solere, secundum *annos* nimirum atque *dies*, cum de *tertio* tantummodo cavendum censerent, ut secundum *menses*, *Lunares* scilicet, agerentur. Sed vero, ut *Solis* rationes *solidis diebus* æquarentur; *Cyclus* annorum *Solarium* quatuor erat, pro receptis illorum temporum opinionibus, plane necessarius, *ludis Olympicis quadriennibus* plane congruus. De *quarta* enim *parte diei Solis* rationibus *annis* addenda consentiebant (uti vidimus) *Epochæ Nabonaf-*



Nabonassareæ Conditores à quibus emanavit ad *Græcos* *Astronomia*; consentiebant ipsorum etiam *Græcorum Cycli* omnium antiquissimi. Sunt autem hæc de forma *Anni Solaris* apud *Græcos* testimonia omnium antiquissima. Præcedebat porro *Civilis anni Attici initium* *Civilis anni Elidensis initium* per spatium *semestre*. Hoc etiam admodum commode, ut novandorum *Cyclorum* exempla ab *Atheniensibus* mutuarentur *Elidenses*.

Exigebant sane, uti vidimus, *Oracula* ne *Sacra publica* longe à *Solis* rationibus variarent, quod tamen fieri, præsertim in mensibus (quales præcipiebantur) *Lunaribus*, nisi *Cycli* ope, non potuit. Exigebant ut uno certoque *tempore* notisque *diebus* celebrarentur. Confluebant enim eò non ipsæ modo *gentes* quæ communi *Πανελληνίων* nomine censebantur, sed ipsarum etiam *coloniæ*. Fieri autem non potuit ut, pro *Lunæ* iisdem rationibus acciderent, nisi *eodem* *Lunarium mensium Cyclo* omnes usi fuissent. Præsertim in tam variis mensium *Lunarium supputationibus* quæ nisi semel, *Cyclo integro* evoluta, cum *coelo* in concordiam non redirent. Cum enim *mediis* *Cyclorum mensibus*, per omnes *Lunæ phases* errarent *Civilia mensium Lunarium Novilunia*, si *Cyclos* varios usurpassent, necesse erat ut unius gentis *Novilunia* in alterius *Plenilunia* inciderent, ut ne quidem rite ab omnibus agi possent *festa Noviluniis* semper annexa vel *Pleniluniis*. Sic autem secundum *tria* celebrari *festa illa* non poterant, quæ *Lunæ* tam diversis *supputationibus* fuissent observata. Huic incommodo vix aliter occurri potuit, quam si omnes *unum eundemque* *Cyclum* observarint. Tunc enim conventuræ mensium *Lunarium civiles supputationes* utcunque à *Cæli* rationibus diversæ. *Atheniensium* autem exempla imitatos reliquos *Græcos* vel inde suspicio est, quod ab *Atheniensium* colonis *Jonibus Asiæ* ad *Metropolim* utique suam emanarit cum *Cyclis* studium ipsum *Astronomiæ*. Exinde etiam quod celeberrimi illorum temporum *Astronomi*, quanquam ipsi *cives Athenienses* non fuerint, in *anno* tamen *Attico* excolendo, quasi qui *communis* omnium fuerit, operam posuerint. *Tenedius* erat *Cleostratus*. Idem nihilominus *Cycli* apud *Athenienses* Auctor, uti vidimus. *Cyzicenus* erat patria *Calippus*, observavitque *Helleponti*, & tamen diebus mensium *Atticorum* observationes suas designavit. Erat etiam *Hipparchus Bithynus*, observavitque *Bithyniæ*, diebus tamen mensium etiam

Sect. VII.
Communes fuisse
aliis etiam Ar-
gumentis evin-
citur.

D d

ipse



ipse similiter non aliis quam *Atticis & Aegyptiis*. Cur illud, quæso, nisi qui *Cycli Attici* erant iidem communes fuissent universæ etiam *Græciæ*? Observavit etiam *Alexandria Timocharis*, annis tamen Periodi *Calippicæ*, & mensium diebus non *Aegyptiis* tantummodo, verumetiam *Atticis*. Historiam porro *Græciæ* universalem diebus *Atticis* designant Scriptores non *Attici* tantummodo, verumetiam aliarum gentium *Græci*. It scilicet ac si qui diem *Atticum* compertum habuerat, is facile diem in *patriis Kalendaris* fuerit reperturus, qui tamen facile reperiri non potuit nisi idem *Cyclus* ubique obtinuisse. Raro sane *Cyclos* apud alios *Græcos* alios ullos legimus, & quidem magni momenti *discrepantias*, & ne quidem *diei initium* aliud quam *Atticum* à *Solis occasu*, cum è professo gentium variarum *discrepantias* memorant Scriptores. Non enim negarim fuisse *aliquas* in *Civilium Kalendariorum* calculis Erant tamen illæ, ut mox ostendemus, admodum *modicæ*, & valde *diutine*. Cum *menses* alternis *pleni & cavi* censerent necesse erat ut, (quorum *Kalendaria trimestri* spatio invicem propter *initium* Civilis anni *diversum*, distarent,) qui *mensis pleni*, iidem *aliqui cavi*, & vicissim, haberentur. Ea *Civilis* anni in *initio* diversitas illud etiam necessario effebat, ut locus *Embolimi* qui post *supremum*, teste ^a *Glauco* mensem addi solebat, apud alias aliasque gentes *alius* esset a *aliis*, qui etiam in aliis mensibus discrimen fecit dum accedente posterioris supputationis *par Embolimus*. Simile discrimen quantisper effecerit si casu aliquo, quem nescimus, immissum fuerint *Fastorum præfecti* ne à *primo* novi *Cycli* anno supputationes suas exordirentur. Sic enim futurum erat, quidem, iisdem annis competerent *Embolimi*. Huic inchoado ut occurreretur, *Cycli* novi *initium* erat expectandum *Cyclis* jam *constitutis*, *Embolimi* deinceps, qua licuit *periculis* anni *initia* invicem *diversa*, respondebant. His autem *interstitiis*, in quibus jam versamur, *temporibus*, fieri vix potest *Cyclos* invicem *diversos* *diu* recipere. Omnes enim sumus *Græcos*, pro *Oraculorum* sententia, *menses* designantes. *Thaletis* autem *Cyclus* facile se vel uno duorum *circuitu* prodebat, tam enormis à *receptis* annorum *rationibus*. Et quidem, ut videtur, antea quam *hoc* emanasset *Europæos*. Meliora noverit oportet ipse cum *Eclipsim Solis* prædiceret *Olympiade XLVIII*. Tum *Cyclus* alius nullus erat quem recipere præter *Solon*

a ap. *Macrob.*
Saturn. L. I. c.
13.



Tetraeteridem quæ duplicata prioris generis *Octaeteridem* constabat. De *posteriori* autem *Octaeteride* disertata illa sunt quæ protulimus, de *ludis* potissimum *Olympicis*, veterum Testimonia. Et manifesta quoque *ratio*, si menses, quos *Lunares* ex *Oraculorum* jussu iam habebant, cum *Lunæ* ipsius rationibus conciliare vellent. Erant sane multi qui hujus *Octaeteridis* emendationem professi sunt. Sic tamen ut non admodum diversam effinxerint. *Dosithei* eadem fuisse videtur quæ *Eudoxi*, & *Eudoxi* rursus eadem quæ *Cleostrati*. Hæc innuit, ni fallor, ^a *Censorinus*. Hanc (inquit) *ὀκταετηρίς* vulgo creditum est ab *Eudoxo Cnidio* institutam. Sed hanc *Cleostratum Tenedium* primum ferunt composuisse. De eadem loquitur quæ *plenis*, non *mutilis*, constabat *Embolimis Octaeteride*, de qua nulla erat causa cur illius inventor crederetur *Cleostratus* potius quam *Eudoxus* nisi eadem fuisset utriusque *Octaeteris*. Possent enim alioqui uterque inventor haberi si *aliæ* fuissent invicem *Octaeterides*. De *Dositheo* idem ita postea: in quibus *Dositheus*, cujus maxime *ὀκταετηρίς* *Eudoxi* inscribitur. Hic plane eadem *Dosithei* *ὀκταετηρίς* asseritur & *Eudoxi*. Ut multa sunt his temporibus inventa quæ propter *Historiæ* incertitudinem *diversis* Auctoribus tribuuntur. Crediderim tamen potius quam *Octaeteridem* apud *Athenienses* introduxit *Cleostratus*, eandem apud *alias*, quas nescimus, *Græcorum* fortasse colonias introduxisse *Eudoxum* & *Dositheum*. *Mensibus* tamen *varie* intercalandis invicem discrepasse testatur *Harpalum*, *Nautelem*, *Mnesistratum* & *Dositheum*. Plane, ut videtur, propter diversa anni *Civilis initia*, si menses intellexerit *Embolimos* qui anni *Civilis* *sine* solebant intercalari. Sic aliud fuerit *initium* anni *Cleostrati* (quem eundem *Dosithei* fuisse diximus) atque *Harpali*, de quo nulla prorsus habemus *Veterum* testimonia. Idque ab *Æquinoctiorum* altero ductum fuisse verisimillimum est, cum ab utroque *Solstitio* nova postea *initia* duxerint *Harpalus* atque *Meton*. Sed nulla adhuc suppetunt exempla quibus indagetur ab utro potius *Æquinoctio* exordium anni duxerit *Cleostratus*, quod ab *Embolimi* situ colligendum erat. Sed in anno *Elidensi* locum non habebat varia illa intercalatio. Certum enim *Civilis* anni *initium* fecerat *Olympiorum* Panegyris jamdiu antea quam ullis opus esset, propter *Lunæ* motus æquandos, mensibus *intercalaribus*. Fieri ergo vix potuit, ut hucusque à nostris calculis longe discreparint *Cycli Elidenses*.



Sect. VIII.
Idem Testimonii
firmatur Gemi-
ni, Herodoti, Ci-
ceronis, Censorini.

a Gem. c. 6. p. 32.


bib. p. 33.

c ib. p. 34.

d Herodot. Mus.
II. c. 4. vid. Mus.
I. c. 32.

e Cicero. L. II. in
Cat. II. 129.

Porro, quod diximus, *Græcorum* omnium communes fuisse; quos diximus, *Cyclos*, tam disertis Veterum testimoniis proditum habemus, ut profecto mirum sit *dubitasse* hæcenus Chronologos eruditissimos fuerintne *Cycli* *Græcorum* prædicti in usu eorundem *Civili*. Ita de Oraculo *Geminus* quo præcipiebatur ut *Sacra* patria secundum *tria* peragerentur: *τῶν δὲ λαβῶν ἈΠΑΝΤΕΣ οἱ Ἕλληες τῶν τῶν μὲν ἐνιαυτῶν συμφώνως ἔχον τῶν ἡλίου πᾶς ἡμέρας, καὶ τῶν μῶνας τῆν σελῶν.* Itaque at illorum *Oraculorum* tempore *mensium* formam Lunarem *Græci* omnes usurpabant in patriis *festis* celebrandis quæ *mensium Civilium* diebus certis annexa sunt. Idem postea observavit cum *anni* accurate agerentur secundum *Solem*, & *mensēs* & *dies* secundum *Lunam*; tunc *Græcos* arbitrari se secundum *patria* sacrificare. Ita *Petavius*. *Græca* ita se habent: *τὸτε νομίζουσι οἱ Ἕλληες κατὰ τὰ πάτρια θύειν.* Sed legendum κατὰ τὰ πάτρια, ut ex ipsis constat *Oraculis*. Idem deinde docet quam diversa invicem fuerint *Ægyptiorum Græcorumque* consilia. *Ægyptios* scilicet dedita opera diei *quadrantem* in *Solar* anni rationibus neglexisse ut per *omnes* anni universi *di festi* vagarentur. De *Græcis* è contra ita asserit: *τῶν μὲν ἐνιαυτῶν κατὰ ἡλίου ἄγχοι, τῶν δὲ μῶνας καὶ τῶν ἡμέρας κατὰ σελῶν.* *Græcorum* corpus communitatemque *Ægyptiis* opponi quasi unicam haberent pro *Oraculorum* sententia *Periodum*; *Ægyptiaca* plane diversam. Sic *Græcos* in hac ipsa *Cycli* causa *Ægyptiis* opposuerat *Herodotus*. In eo tamen hallucinatus quod primum illum antiquissimumque *Thaletis* *Cycli* vel saltem *Tetraetericum*, quo *alternis* annis intercalari solent mensis *Embolimus*, ad sua usque tempora pertigisse ceciderit. Hinc facile intelligimus in illorum *Oraculorum* consensu consensisse invicem *Græciæ* gentes *universas*, & illis adeo *Periodis* quas postea recenset *Geminus*, quibus *græci* datim eò pertigerunt ut *festi* secundum *annos*, *mensēs* & *die* *que integros* observarent. Similem *Siculorum* cæterorumque *Græcorum* consensum observavit *Cicero*, quod *suos dies mensēs congruere vellent cum Solis Lunæque rationibus*, & in diebus *perinde* vel *eximendis* vel *interpolandis*. Sed *integrorum* dumtaxat *Embolimorum* *Cyclos* *Græcis* omnibus testatur *communes* fuisse *Geminus*. Idem de *Cyclis* imperfectioribus, qui *inutilis* ceciderant *Embolimis*, nec *Oraculorum* sententiæ ita accurate spondebant, docet *Censorinus*. Sed erant interim excusandi si pro virili obsequerentur dum meliora docuissent pro-



entes ex erroribus expertis *Astronomi*. Sic ergo ille: ^a *Vete-* a Censorin. c. 18-
res in Græcia civitates cum animadverterent, dum Sol annuo or-
bem suum circuit, Lunam interdum terdecies exoriri, idque sæpe
alternis fieri: arbitrati sunt, Lunares XII menses & dimidiatum
ad annum naturalem convenire. Itaque annos Civiles sic statue-
runt, ut intercalando facerent alternos XII mensium, alternos XIII.
utrumque annum separatim, vertentem; junctos ambos, annum ma-
gnum vocantes. Idque tempus τετρημεῖδα appellabant, quod tertio
quoque anno interkalabatur, quamvis biennii circuitus, & revera
διετηρῆς esset. Unde Mystera, quæ Libero patri alternis fiunt an-
nis, trieterica à Poetis dicuntur. Postea cognito errore, hoc tem-
pus duplicarunt, & πενταετηρῆδα fecerunt; sed eam, quod quinto
quoque anno redibat, πενταετηρῆδα nominabant. Quis annus ma-
gnus ex quadriennio commodior visus est. Ut annus Solis con-
staret ex diebus CCCLXV. & diei parte circiter quarta, quæ unum
in quadriennio diem conficeret. Quare Agon & in Elide Jovi Olym-
pio, & Romæ Capitolino, quinto quoque anno redeunte celebratur.
Hoc quoque tempus, quod ad Solis modo cursum, nec ad Lunæ,
congruere videbatur, duplicatum est, & ὀκταετηρῆς facta, quæ tunc
ἐναετηρῆς vocitata, quia primus ejus annus nono quoque anno re-
dibat. Hunc circuitum verum annum magnum pleraque Græcia
existimavit; quod ex annis vertentibus solidis constaret, ut pro-
prie in anno magno fieri par est. Hæc certe omnia non de Astro-
nomis tantummodo, sed de veteribus in Græcia Civitatibus, &
quidem pleraque Græciæ, loquitur Censorinus. Ab illis dicit
annos Civiles ita fuisse constitutos, ut intercalando facerent al-
ternos XII mensium, alternos XIII. Quis ergo dubitare potest
in Civili usu fuisse apud plerasque veteris Græciæ Civitates, il-
lam quam Solonis diximus Tetraeteridem, atque adeo antiqui-
orem illam Octaeteridem quæ à duplici Tetraeteride, in Kalen-
darii rationibus, nihil discrepabat? Erant certe in Civili usu
Sacra Bacchi Trieterica. Erant etiam Sacra Jovis Olympii Pen-
taeterica. In his tamen horum Cyclorum usum agnoscit Cen-
sorinus. Errorem Trieteridis postea cognitum agnoscit. A qui-
bus autem cognitum? Ab iisdem illis, quarum antea memi-
nerat, veteribus Græciæ Civitatibus. Quo vero duce? Paucorum
scilicet annorum evolutorum experientia. Hoc porro errore
cognito, tempus duplicatum fuisse dicit. A quibus enim ve-
ro duplicatum? Scilicet ab iisdem veteribus pleraque Græciæ
Civitatibus. Plane supponunt hæc omnia Civilem usum Tetrae-
teridis in pleraque Græcia, priorisque adeo Octaeteridis. Nempe



antea quam eousque profecerat *Astronomorum* peritia ut novam *Octaeteridem* plenis *Embolimis* instruerent. Ea vero *ad inventa*, nullum erat dubium quin *propius* illa *Oraculorum* sententiæ responderit, nec adeo quin fuerit ab illis, qui *Oraculis* obsequi vellent, in usum *Civilem* deinde recipienda. Remque ita se habuisse tradit non *Geminus* modo, verumetiam hoc ipso in loco *Censorinus*. De hac enim *Octaeteride* verba ejus intelligenda sunt quibus ait: *hunc circuitum verum annum magnum esse pleramque Græciam existimavisse*. Nec enim sunt ad *Astronomos*, sed ad easdem *pleramque Græciæ Civitates* referenda. *Civitatum* autem quæ fuerit sententia, vix potuit aliunde quam è *Civili Civitatum* usu colligi. Et quidem indocolligit ipse *Censorinus*: *Ob hoc multæ (inquit) in Græcia Religiones hoc intervallo temporis summa cærimonia coluntur. De phis quoque ludi, qui vocantur Pythia, post octavum annum conficiebantur*. Nec enim dubium est quin *Civilibus* annis *Græcorum* annexæ fuerint *Græcorum Religiones*. Et ne quidem lud, quin *Pythia* pro *Delphici* anni rationibus fuerint celebrata. Triplicem præterea in *Periodo Delphica* fuisse *Octaeteridem* docet etiam ^a *Plutarchus*. Fallitur *Censorinus* ipse si hoc *Cyclo Tetraeterico* ludorum *Olympicorum quadriennium*, ab *Octaeterico Pythiorum octennium* ortum duxerit. Imo antea erant *Olympia quadriennia* quam ulli essent *Solis* *Luque* motibus invicem conciliandis excogitati *Cycli*. Et diu teadeserant octennia esse *Pythia* quam *Cyclo Octaeterico Græcis Astronomis* esset inventus. Id potius Auctores ejusuisse censuerim, *Cycli Tetraeterici* usum fuisse in *Olympiis*: *Cycli* etiam *Octaeterici* usum similiter in *Pythiis*, etiam *Pythia* erant tamen ipsa duntaxat *quadriennia*. Et quidem se in *Pythiis* rem habuisse, è prædicto, ni fallor, *Plutarchi* testimonio colligitur. Usum porro *Tetraeteridis* apud *Græcos Civilem*, imo etiam apud *Elidenses*, testatur rursus *ibidem Censorinus*. Sed horum (inquit) omnium *peræternitas* maximatandis temporibus *Græci* observant, id est, quaternum annocircuitus, quas vocant *Olympiadas*. Erant ergo hucusque aliis *Græcis*, ita etiam *Elidensibus*, communes *Cycli Atticoinitium Cycli Metonici*.

Sect. IX.
Cycli etiam *Metonici* & *Calippi* recepti ab *Elidensibus*. Hoc innuit *Scholias* *Pindari*.

Quem porro deinceps *Cyclum* observarint *Elidenses* jadedagare pergimus. Hactenus autem ostendimus *aliam Elidensium Octaeteridem* ab ea quæ *mutilis* constabat *mer Embolimis*. Quamquam autem in *mutilorum Embolimis* *Octaeteride*



Octaeteride nonnulli post integros excogitatos perseveraverint; nullos tamen fuisse verisimile est qui receptis in *Civilem* usum integris, defecerint ad *mutilos*. Ita erat manifestum, propius ad veras *Lunæ* rationes (quas assequi volebant horum *Cyclo-*
rum conditores) accessisse *integros Embolimos*. Multo adhuc minus verisimile est, observatos ab illis *Cyclos* qui non justis constabant *quadrienniis*, cum essent *ludi ipsi quadriennes*. Itaque verisimile non est placuisse illis *Cyclum Pythagoricum* annorum LIX, aut *Democriteum* annorum LXXXII. Nec tamen proinde erat cur *Metonicum* repudiarent, quem integrum annorum CLII. fuisse jam probavimus. Imo illum ipsum usurpasse *Elidenses*, plane mihi persuadeo. Jam enim è *Gemino* ostendimus illum corrigendis *Octennii* vitiis in modo mensis *Lunaris* concinnasse *Metonem*. Majorem enim illum censuit *Meton* quam *Octennii* primus emendator, *Sedecennii* autem primus inventor, *Harpalus*. Quam enim *Lunam* *Cyclo* annorum CLX, *Embolimorum*, pro *Octaeteridis* lege, censu detrahendam decreverat *Harpalus*, eandem *Meton* *Cyclo* suo majori annorum CLII, *novendecim Octaeteridum*, minuendam arbitratus est. Quibus ergo *Græcis Octaeteris* verus annus magnus visa est propterea quod omnium optime *Oraculorum* sententiæ de *plenis mensibus* pariter ac *annis* atque *diebus* responderit, ut è *Gemino* vidimus atque *Censorino*; cur, quæso, de novo *Cyclo* recipiendo *Metonis* dubitarent, quo id effectum est, ut *Oraculis* adhuc accuratius obsequerentur, nec adeo (quam antea) *longe Coeli Lunæ à Civilibus* discreparent? Imo similia jam adduximus *Veterum* testimonia de *Græcis* qui *Metonis* & *Calippi* etiam *Cyclos* probarint, *Ara-*
ti, *Gemini*, *Festi Avieni*, *Diodori*, *Dionysii Halicarnassæi*, in quibus etiam illos fuisse qui *plenorum Embolimorum Octaeteridem* receperant, *Geminus* ipse testis est. Vix itaque est quod dubitemus, quin *οἱ πλείστοι τῶν Ἑλλήνων*, quos *Enneadecaeteridem* testatur observasse *Diodorus*, iidem sint quos *ἀπαντας τὰς Ἑλλήνας* appellat *Geminus*, quos modestiori adhuc *pleræque Græciæ* nomine, qui *Octaeteridem* observarint, memorat *Censorinus*. Verba *Diodori* ille reddidit satis accurate. Ægre profecto *ludos illos πανελληνίων Olympicos* à *pleræque Græciæ* moribus alienos faciemus. Nescio etiam annon id ipsum innuat prædicto loco *Scholiastes*, cum aliquando *ludos Olympicos* mensi tribuit XLIX°, aliquando L°. Semper *alternis vicibus* ita futurum erat, si legem *Octaeteridis* observassent *Elidenses* illo jam *Sæculo* quo scripsit *Scholiastes*. Alternis enim menses XLIX & L
perpetuo.

a Diff. I. s. 6.




perpetuo complectebantur Octaeterides. Non ita Enneadecaeterides è quibus constabant Cycli Metonis & Calippi. In illis enim concurrebant tertio quoque anno Embolimi anni Enneadecaeteridis xvi. xix. & sequentis Enneadecaeteridis iii. cum duo tantummodo eodem illo tertii anni intervallo concurrere possent in Heccaedecaeteride. Itaque cum non semper, sed aliquando, πτε, ita contingere solitum scribat Scholiastes; illo, ni fallor, tempore receptam jam ab Elidensibus fuisse innuit Enneadecaeteridem.

Sect. X.
Explicatur locus
difficilis Africani
de Octaeteride.
a ap. Euseb.
Græc. Scalig. p.
45.

Idem fortasse innuit potius quam docet prædicto loco *Africanus*, numeris quippe vitiosissimis. Locum describam, ut, quæ licet, emendem. Sic ergo sese habet: ἡ αὐτὴ γὰρ [de Luna loquitur] ἀπὸ Καρκίνου τῶν ἰδίων οἰκῶν, ἢ ἀπὸ κέντρας παρερχομένη πὰρ τῆς ἐνιαυτῶν ὅλων δωδεκάκις αὐτὰ περισπᾶσαι πληροῖ νυχθημέρα τῶν δ, καὶ ὥρας ἢ. λεπτὰ μ. Ὁ δὲ ἥλιος ἐν νυχθημέροις τῆς δ. περισπᾶσαι αὐτὸν Ὀλυμπόν. Ὡς λέιπεσθαι τὴν σεληνιακὴν ἐνιαυτὸν τῶν ἡλιακῶν νυχθημέρα ι. ὥρας κα. λεπτὰ ε. Πληροῖ ἐν ὀλυμπιάδι μίαν τετραετηρικὴν ἡμέραν α υ ξ α. ἢ δὲ σεληνίαν νυχθημέραν α υ ζ. ὥρας ια. λεπτὰ κ θ. σεληνίον α. Ἐν δὲ Ὀλυμπιάσι β γίνονται σεληνια γ θ, νυχθημέρα δὲ α λ κ δ. α ε ὁ ἥλιος ἐν τοῖς ἢ ἔτσι. Hic fane manifestum est (ut ab indubiis ordiamur) modum anni Solaris hoc in loco Calippicum esse, non Metonicum, tradi, qui annis singulis, ultra dies ccclxv diei partem complectitur quartas & quadriennio dies includit 1461. Ægyptiam enim describit Olympiadem qua ab Atheniensi discrepabat. Is autem modus erat in anno magno Ægyptiaco qui totidem annos minor Ægyptiacos complectebatur quot dies erant in quadriennio Solaris. Quia scilicet Epactæ Bisextiles illo annorum numero ad justum annum ipsæ confurgebant. Vel inde colligitur duabus Olympiadibus Ægyptiis dies esse numerandos 2922. quæ ita corrigendum numerum si ad Solarem Octaeteridem referatur. Inde etiam colligitur, ita efformandam esse Octaeteridem Lunarem si cum Solari, anno quoque Octavo, quod dicitur velle Africanus, in concordiam redeat. Ita eadem fuerit Lunaris illa Octaeteris cum illa quam sub Cleostrato atque Harpalo apud Græcos receptam jam ostendimus, & eodem proinde mensis Lunaris modo. Is autem erat, teste Gemini

ἡμερ. κθ. $\frac{\alpha}{\beta}$ $\frac{\alpha}{\gamma}$. Hæc diei pars trigesima tertia ad sexagesimas hæræ secundas 2618 accedent quam proxime. Si enim xxiv hæræ

b p. 36.



rarum *sexagesimas secundas* 86400 per 33 divideris, erunt in quotiente 2618, reliquæ autem erunt *sexagesimæ secundæ* tantummodo 6. Miffa itaque hac tam *modica* reliquarum summa (cum in *tantis* numeris *admodum modicorum* rationem prorsus nullam habuerint Veteres, quippe quæ non erant ad justam diei mensuram nisi admodum immenso annorum numero surrecturæ) jam, ni fallor, omnia quam proxime respondebunt sententiæ *Africani*. Mensis enim *Lunaris* modus erit dierum 29. horarum 12. min. 43'. 38". *Anni* autem *Lunaris*, qui XII istiusmodi constabat *mensibus*, 354 *dierum*, horarum 8. min. 43'. 36". Qui si è *Solis* diebus 365. hor. 6. detrahantur, reliqui erunt dies 10. horæ 21. min. 16'. 24". quibus *Lunarem* annum superat *annus Solaris*. Itaque in *Tetraeteride Lunari* dies erunt 1417. horæ 10. min. 54'. 24". Ad dedito autem *Embolimo*, pro aliorum mensium modo, *dierum* 29. horarum 12. min. 43'. 36'. confient *dies* 1446. horæ 23. min. 38'. Et sane *majorem* fuisse mensis *Lunaris* modum, quam pro lege *Heccædecaeteridis*, observavit etiam *Meton*, quippe cujus à *Civili* Kalendario discrepantiæ justum mensem conficerent spatio annorum CLII. *Cycli* proinde rationibus detrahendum, cum id non fecerit *Harpalus* ante *Cyclum suum* evolutum qui annis constabat CLX. Sunt ergo in *priori* nostræ *Octaeteridis Tetraeteride* dies pleni examuffim 1446. pro hujus calculi ratiociniis accuratissime. In *Octaeteride* autem dies numerabuntur, pro *Lunæ* rationibus, 2923. horæ 11. min. 59'. 36". cum sint tantummodo in *Octaeteride Solaris* dies 2922. Inde factum ut *Harpalus* observarit in quolibet *Octennio*, *Lunæ* rationes *Solis* rationibus die uno & dimidio esse majores. Nempe proxime. Est enim discrepantia admodum modica. Inde *Heccædecaeteride* discrimen esse *dierum trium* integrorum, quod decem *Heccædecaeteridibus* ad *Embolimi* recepti modum qui *diebus Civilibus* constabat xxx, surgebat. Hæc ergo omnia *Africanus* pro disciplina *Octaeteridis* veteris atque *Heccædecaeteridis*. Aliam certe supputandi rationem habet ipse quo loco per menses annosque *Lunares Danielis* Prophetiam de *Septimanis* LXX interpretatur. Sic ergo locus *Africani*, ni fallor, restituendus est: Αὐτὴ γὰρ ἀπὸ Καρκίνου τῆς ἰδίης οἴκου, ἢ ἀπὸ [Κάγκρου vel ferri potest κέντρας, intelligendo *θερινόν*, ut *Solstitium* designarit *Africanus Æstivum*, ut acute *Magnus Scaliger*. Imo hoc anteferendum est] *παραχρονίῳ, τὰ ἰβ κατεπλάσθη ζῶδια ἐν νυχθημέροισιν κ'θ [ε] καὶ λεπτοῖς [α]· τῶ δὲ ἐνιαυτῶ*

^a Vid. ap. Scalig.
ib. p. 77. & ap.
Hieronymi in
Dan. ix.



ἐνιαυτῶ ὅλῳ δωδεκάκις αὐτὰ περιελάσαι πληροῖ νυχθήμερα τῷ δὲ ἡμέρας ἢ λεπτοῖς [μγ.] ὁ δὲ ἡλιος ἐν νυχθημέροις τξε. δ. περιλάει τὸ αὐτὸν Ὀλυμπιν. Ὡς λείπεσθαι τὸ σελλωιακὸν ἐνιαυτὸν τῆς ἡλιακῆς νυχθήμερα ἢ ἡμέρας καὶ λεπτοῖς [ις.] Πληροῖ δὲ ὁ ἡλιος ἐν Ὀλυμπιάδι μιᾷ τετραετηρικῇ ἡμέρας αὐξ. ἢ δὲ σελλωῖ νυχθήμερα αὐξ. ἡμέρας ἢ [λεπτοῖς καὶ delend.] σελλωῖον α. Ἐν τῇ Ὀλυμπιάδι ἐγίνοντο σελλωῖα Γθ, νυχθήμερα δὲ [βλκγ] νυχθήμερα α. πλείων τῶν βλκβ] ἢ καὶ ὁ ἡλιος ἐν τοῖς ἡέτοι. Hæc sane aut his similia, pro his hypothesibus scripsisse videtur *Africanus*.

Sect. XI.

Atheniensium
Cyclos tam
Metonis quam
Calippi secuti *Elidenses*. Eisdemque imitabantur in forma *Solaris* etiam *Juliana*.

^a *Malel.* L. x. p. 320.

^b *Malel.* ib. p. 321.

Quod vero hanc *Olympiadum* rationem *Aegyptiorum* propriam faciat *Africanus*, & plane aliam ab ea quam observarunt *Athenienses*: Ego de temporibus ipsius *Africani*, & de *Græcis Alexandrinis*, qua proprie ita dictis *Aegyptiis* sæpe opponuntur, intelligendum existimo. Erat enim is modus mensis *Lunaris*, & *Tetraeteridis* atque *Octaeteridis*, ab *Aegyptiorum* proprie sic doctorum rationibus *Lunaribus* admodum alienus, qui *Eicosipentaeteridibus* rationes suas *Lunares* æquabant. Eratque his temporibus mos apud alias etiam regiones passim receptus *Olympia*, pro *Elidensium* exemplo, celebrandi, ut multis constat *Inscriptionibus*, præsertim *Athleticis*. Et, si ^a *Malelam* audimus, Jus hoc, Imperatoris indulgentia, à *Pisæis* pretio redimebant exteri. Erant tamen *Antiocheni Malelæ* cives *Macedones Græci* ipsi quoque pariter ac *Alexandrini*. Itaque *Alexandrinis* etiam ludorum, pro *Græcorum* indole, avidissimis, Jus illud fuerit *numis* numeratis emendum. Hoc autem tanquam *singulare* in *Aegyptiis* observavit *Africanus*, quod *Olympiadas* suas, pro more veteris *Græciæ*, *Lunari* mensium forma receperint. *Olympiades* enim *Antiochenæ* per dies xxx celebratæ sunt à primo *Hyperberetæi*, qui cum *Octobri Romani Solaris* idem fuit, ipse proinde itidem *Solaris*, si ^b *Malelæ* des. Idem apud reliquos obtinuisse verisimillimum est, jam passim recepta, *Romanorum* exemplo, forma *Anni Solaris Juliana*, vel alia aliqua quæ cum ea commode committi posset. Quod enim *Lunam* ipsam *Olympiadis* nomine ab *Aegyptiis* appellatam censeat *Africanus*, atque, illius exemplo, *Romanorum* gentium Scriptor *Cedrenus*, hoc Ego prorsus commentitium existimo. Ratio certe admodum inutilis est, cuius uterque meminit, quod *Zodiacus Olympus* fuerit à Veteribus appellatus. Hæc enim ratio si quid sani haberet; à *Græcis* potius, quibus jam olim inoleverat *Olympi* nomen, quam à *Aegyptiis*.



Aegyptiis qui à *Græcis* acceperant, *Luna* fuerat ita appellanda. Et *Solis Tetraeteridi* potius nomen illud quadraret, qui *mediam Zodiaci Eclipticam* tenet, quam *Lunæ*, quæ ultro citroque tam longe ab ea divagatur. Error *Africani*, ni fallor, inde ortus est quod *Lunæ Tetraeterides* illæ fuerint, quibus *Aegyptii Olympiorum* suorum intervalla *quadriennia* distinxerunt. Sed vero *Lunas* pro *Lunæ circuitibus* usurpant sæpe *Scriptores*. Ita *mensēs*, quorum nomen ipsum à *Luna* manavit, præsertim cum ad *Lunæ* motus exprimendos effingerentur, *Lunas* etiam ipsos appellant. Plane, pro eodem exemplo quo hoc etiam ipso in loco *Africanus* mensem *Emboli- mum*, *Lunarem* utique, *σελιών* appellavit. Ut ergo *mensstruus Lunæ* motus *Lunæ* nomine appellari solebat, sic potuit *quadriennis* ejus circuitus *Luna* quoque ipse censerī. Inde autem facillima erat sequela, ut, cum *quadriennis Lunæ* ambitus *Olympias* appellaretur, *Lunam* etiam ipsam ita appellatam crederet vel *Auctor Africanus*, vel etiam ipse *Africanus*. Imo inde facile fieri potuit, ut eam, nullo errore suo, sed pro more jam recepto, ita appellarent. Inde autem ortum habuit hoc nomen, quod *quadriennia* sua *Olympica* pro *Lunæ* motu observarint *Alexandrini*, qui jam olim nihilominus *Solarem* anni formam in usus suos *Civiles* receperant. *Thoth* sui diem primum die *Augusti Juliani* *xxix^o*. *fixum* semper observantes. Erat tamen ab illis, quorum meminit *Geminus*, *Oraculis* expedita ratio cur *Cyclo* singulari *Olympiadas* observarint. Cum nempe *Saceri* illi haberentur *Ludi*, pro *numinum* sententia quorum honori dicati sunt, proinde fuerint celebrandi. Atqui secundum *tria* festa publica celebrari præceperant *Oracula*. *Tertiumque* horum ita *Græcos* testatur intellexisse *Geminus*, ut non *annos* duntaxat *diesque* integros, pro *utriusque* fideris rationibus, complecteretur; sed *mensēs* etiam ad *Lunæ* normam exigerentur. Itaque quod, cum *Civiles* mensēs *Solares* haberent, *Tetraeteridem* tamen suam *Olympicam* mensibus constituerint *Lunaribus*, hoc eo consilio factum fuisse consentaneum est, ut *Oraculis* illis antiquis obsequerentur *Alexandrini*, utque *veteris Græciæ* morem, in *Olympiadibus* nuper receptis, accuratius observarent. Proinde supponebant è monumentis, quæ tunc satis magna copia extabant, *Veteris* fuisse *Græciæ* mensium illam, quæ tunc nova videbatur, formam *Lunarem*, & *Cyclos* quoque illos mensium *Lunarium Tetraetericum* atque *Octaetericum*. Sed opponit his *Aegyptiorum* *Olympiadibus*



Olympiadas *Africanus Græcorum*, non tamen *Elidensum*, sed *Atheniense*. Inde intelligimus, ex quo, auctore *Metone*, idem fuit *Elidensibus* atque *Atheniensibus* anni exordium ab *Æstivo Solstitio*, tantundem valuisse *Olympiadas Atticas* atque *Elidenses*. Intelligimus etiam, verum esse quod diximus, ab *Atheniensium* exemplo *Græcos* reliquos plerisque, quos invicem consentaneos in anni forma probavimus, quod sequerentur, accepisse; utque minus reliqui accepissent, saltem accepisse *Elidenses*. Inde sequitur, ut *Octaeteridis* errores *Cyclis Metonis & Calippi* emendarunt *Athenienses*, sic etiam iisdem *Cyclis* similibus *Octaeteridis* vitiis occurrisset etiam *Elidenses*. Vix aliunde ortum existimo quod *Grammaticus* reliquis accuratior *Hesychius Atheniensibus* etiam tribuat *Olympia*. Ὀλύμπια, ὁ Ἀθηναίων ἀγών. Ita *Schol. Thucyd.* ad L. 1. c. 126. Sed male colligit à *Thucydide* alia fuisse in *Athenis Olympia* ab illis quorum meminit *Thucydides*, quæque dicit fuisse in *Peloponneso*. Nec enim opponit *Thucydides* Ὀλύμπια τὰ ἐν Πελοποννήσῳ alia in *Attica Olympiis* (quod tamen erat certe facturum, si quæ alia fuissent) sed *Diasis* quæ in *Jovis* honorem instituta sunt similiter ac *Sacra* illa alia *Elidensia*. Nempe postquam annos *Olympiadum medios* *Archontibus Atticis* secreverant *Chronologi*, ita deinceps loqui solebant, quasi nullibi præterquam *Athenis* fuissent *Olympiades*. Nec illud, pro doctrina *Temporum* absurde. Nec enim *Elidensium* mensium notis res gestas ut *las* designabant *Historici*. Et ne quidem incommode, cum eodem anni *Civilis initio*, & eodem etiam *Cyclo*, uterentur tam *Elidenses* quam etiam *Athenienses*. Denique inde etiam intelligimus, cum hoc in *Ægyptiis* quasi singulare observavit *Africanus*, quod *Lunares Tetraeterides Olympiadum* nominis insignirent; jam olim ante tempora *Africani* obsolevisse *mensures Lunares* apud utrosque, tam *Elidenses*, quam etiam *Athenienses*, & *Solares* in eorum locum successisse. Eodem, ut creditur, utrobique tempore, si *Atheniensium* exemplum ob oculos habuerint præfecti *Fastorum Elidensium*. Inde, ut *scatombæoni Attico* respondebat mensis ludorum *Olympicorum* Solaris *Elidensis*; ita *Julio Romano* respondisse vidimus *scatombæonem*. *Olympiadum* usum ad suum, quo scribebat, tempus ipse deduxit *Africanus*, ad *Olympiadem* scilicet *ccxli*.^b

^a *Censorin.* de d. Nat. c. 18.

Ad *ccliv*^m. producit ^a *Censorinus*. Non me fugit memoranda *Socrate Historico Olympiades*, & in *Chronico Paschali* quod olim *Alexandrinum* vel *Constantinopolitanum* appellari soleat, d



ad *Heraclii* tempora numerari. Sed verum, ni fallor, tempus docuit nos *Theophanes* quo desierint illi ludi, Imperium nempe majoris *Theodosii*.

Sed vero etiam in alio illo loco, quo de *Danielis* agit *Septimanis*, *Metonis* Cyclum in *Olympiadum* supputatione receptum innuit *Africanus*. Exorditur ille *Septimanas* ab anno *Artaxerxis*, sub quo *Nehemias*, *Longimani* xx°. Hunc autem committit, nec absurde, cum *Olymp.* LXXXIII^a. anno IV°. Inde ad *Christi Passionem*, quam cum *Olympiad.* CCII^a. anno necit II°. annos numerat CCCCLXXV. Inclusis nimirum terminis. Interfunt enim *Olympiades* duntaxat CXVIII. & duo præterea anni, qui simul juncti annos conficiunt solummodo CCCCLXXIV. Sed sunt anni CCCCLXXV. Adhuc desunt ad *Septimanarum* LXX numerum explendum, qui annos conficiunt CCCXC anni XV. Contendit ergo annos illos CCCCLXXV tantundem valere ac annos CCCXC quales usurpabant *Ebraei*. Nempe annum *Ebraeum* pro XII mensium *Lunarium* spatio habet, dierumque adeo CCCCLIV. Ita scilicet ut *Embolimos* seorsim supputandos existimavit. Ait ergo in hoc prædicto annorum CCCCLXXV numero *Octaeteridas* contineri LIX, quibus singulis tres menses accesserint *Embolimi*, καὶ μῶνες τρεῖς. Eousque recte, quod *Olympiades* CXVIII *Octaeteridas* complectantur LIX, quas si per tres multiplicaveris, menses prodibunt CLXXVII. Hi iterum si duodeni singulis annis assignentur, annos conficient XIV, & XVI menses præterea IX. Desunt hic menses tres ad annum XV^m. explendum. Sed ultra CXVIII *Olympiadas* quæ annos duntaxat CCCCLXXII absolvunt, annos ille numeraverat præterea tres, quos ille, nescio quo errore, fortasse pro tribus, qui deerant, mensibus acceperit. Non moror hic parum cauta tanti Patris ratiocinia. Hoc unum observo quod ad meam causam facit, per *Olympiadas* illum supputare, & per mensum adeo *Cyclique* formam illam quæ recepta est in supputationibus per *Olympiadas* instituendis. Nec enim *Judeorum* proprios annos illos censuit *Lunares*, sed cum *Græcis* communes. Διὰ τὸ καὶ Ἑλλῆνες ἔ' Ἰσραῖλοι τρεῖς μῶνες ἐμβολίμους ἔτεσιν ἢ παρεμβάλλουσιν. Sic enim ille. Cum quibus autem *Græcis*? Cum illis nimirum qui per *Olympiadas* tempora sua supputabant, & primo adeo loco cum agonum *Olympicorum* præsidibus *Elidensibus*. Itaque quo tempore XX^m. Regni annum complevit major ille *Artaxerxes Olympiadis* LXXXIII^a. anno IV°. erant jam apud *Elidenses* in Civili usu illæ *Octaeterides*, quæ singulæ ternos complecte-

Seft. XII.
*Metonis & Calip-
pi* Cyclos in *O-
lympiadum* sup-
putationibus
supponit *Afri-
canus*.



plectebantur *Embolimos*, atque hoc è bonæ fidei Auctoris exploratum habuit *Africanus*. Hucusque recte. Cætera non recte, quod ad *Olymp.* cccii. ann. ii. pro singulis *Octaeteridibus tres* numerat *Embolimos*, quasi vero eousque forma illa *Octaeteridum* vetustior emanarit. Mansit illa quidem in *Enneadecaeteridis* duabus *Octaeteridibus*, inde variabat, qua nempe *Cyclus Enneadecaetericus* ab *Octaeterico* erat ipse varius. Atque hoc, qua quidem sua hausit ex Auctoris, innuit ipse *Africanus*, imo cavet ne in eam sententiam intelligatur.

2 ap. Scal. Græc.
Euseb. p. 77.

Sic enim ille: Ἄμην δὴ τις ἡμᾶς τῶν κατὰ Ἀστρονομίαν δευδμῶν ἀπίεργος εἶναι νομιζέτω τῆς ἡμερῶν καὶ δ' αὐστηραχένοισι αὐτῶν. οὐδὲ γὰρ ἀγνοία τ' ἀληθῆς, ἀλλὰ δὲ τῶν λεπτολογίαν τὸ ψηφίζομενον σωτέροισιν. τοῖς δὲ ἐπὶ ἀκριβῆς πάντα πρῶτοισι ἐξετάζειν ἔστι τῶν ὡς ἐν γραφῇ ἀστρονομίᾳ. τὸ μὲν ἐστὶν ἵππων ἕκαστον εἶναι ἡμερῶν τῆς ε. καὶ ἡμέρας καὶ νυκτὸς εἰς ἐννεακαίδεκατον διαμερείσης, μέρη τῶν τῶν ε. Μεταξὺ δὲ τῶν λέγειν τ' ἐνιαυτὸν ἡμερῶν τῆς ε. καὶ τῶν δ' ἡμερῶν καὶ νυκτὸς εἰς ταῦτα ὡς [leg. ε] ἡμέρας [l. ἡμέρας] τὸ ἀστρονομίᾳ ἀλλήλων [l. ἀστρονομίᾳ] εἰσι 5 [leg. 05] καὶ δ. Ἐπι γὰρ μὲν τ' ἡμερῶν καὶ νυκτὸς ἀκριβῆς λεπτολογίαν ἐξετάζειν καὶ δ' ἡμερῶν, καὶ νυκτὸς διαμερείσης εἰς μέρη 05, τῶν τῶν 0, ἃ γίνονται ἐννεακαίδεκα τέσσαρα τετάρτα τετάρτα. Hæc ultima mutila sunt, ut opinor, & meliorum Codicum auxilio expedienda. Eo tamen spectat hic locus ut se purgarit *Africanus* ab *imperitiæ* suspitione quam præbere videbantur prædicti calculi. Ubinam vero? Nempe in modo utriusque anni tam *Solaris* quam *Lunaris* quo usus fuerat in prædictis supputationibus *Olympiadum*, & proinde in modo eorum quibus patriæ erant *Olympiades*, nempe *Elidensium*. Itaque ad *Cyclus* patrios *Elidensium*, atque *Olympiadum*, referenda illa sunt omnia, quæ hoc in loco tradit *Africanus*. Sunt autem illa pro hypothefibus *Metonis*. Illius est modus ille *Solaris* anni, quo dies 365 & quinque præterea partes diei *decimas nonas* complecti censebatur. Illius quoque quo præter prædictum *dierum* numerum, *partem* præter diei non *quartam* modo, verumetiam *septuagesimam sextam* *Calippo* recisam, includebat. Hinc sane colligitur modum *Solaris* anni *Metonicum* ab *Elidensibus* in *Olympiadum* suarum calculos fuisse receptum, idque exploratum habuisse ex Auctoris *Africanum*. *Lunaris* autem mensis modus quem hic præ accurato habet *Africanus*, qua quidem mendosa *Africani* verba patiuntur ut illum intelligamus, *Calippicus* videtur fuisse potius quam *Metonicus*. Supervacuas enim quibus receptum

vul



vulgo mensis *Lunaris* modum superabat modus ille *accuratus*, recenset partes [diei omnino *naturalis*, sive $\nu\alpha\chi\theta\eta\mu\acute{\epsilon}\rho\alpha$] *nonagesimas quartas* omnino *tres*; quæ proculdubio ad illum attingebant *Cyclum*, quo justum absoluebant *dierumque plenorum Cyclum*. Is autem *Calippicus* erat *Metonici* tantummodo *dimidius*, & *Metonico* etiam *dimidio* uno die *exempti minor*. In *Calippico*, qui annis constabat *LXXVI*, *mensēs* erant *Ordinarii* 912, quibus si accesserint *Embolimi* 28, erunt in universum 940, teste *Gemino*. Multiplicentur illi per *tres*, fientque 2820, partes diei *nonagesimæ quartæ*, quas si per 94 divideris, dies prodibunt 30, qui justus erat *mensis* modus, qua quidem diebus *integrīs* erat designandus. Ita didicerit è bonis monumentis *Africanus*, utramque *Octaeteridis* emendationem, tam *Metonis* illam, quam etiam *Calippi*, in *Civilibus Olympiadum* supputationibus obtinuisse.

Mensium porro *Elidensium* trium nomina ex Antiquis observavit memoriae semper celebrandæ *Scaliger*, *Apollonii*, *Parthenii*, *Elaphii*. Sed quorumcunque demum priores fuerint duo menses, non tamen ita certum est, an fuerint *Elidensium*. *Locus* enim *Embolimorum* in *Cyclis* omnibus erat anni *Civilis finis*, ut nos docuit sæpe memoratus apud *Macrobium Glaucippus*. Mos etiam erat receptissimus ut mensis *Embolimus*, qui non omnium erat annorum, nomen proinde *propriū* nullum haberet, sed mensis *ultimi* commune reportarit, qui anno *Embolimæo* duplex numerabatur. Sic anno *Atheniensium* *Embolimæo* duplex erat, *prior posteriorque* *Posideon*. Sic apud *Ebræos* duplex *Adax*. Sic apud *Dores* duplex *Carnius*. Et quidem ita ut *cognominum* mensium *prior*, non *posterior*, pro *Embolimo* habeatur, si *Petavio* credimus, cum ne quidem $\epsilon\mu\beta\acute{\alpha}\lambda\lambda\epsilon\acute{\alpha}\delta\eta$ proprie dici possit *supremus* anni mensis, quem alius nullus sequebatur. Hoc si *exemplo* *Embolimos* suos *intercalarent* *Elidenses*; sic nomen mensis *Tetraeteridis ultimi* nunquam mutare potuit *Intercalatio*, nisi forte cum *alterius* *Urbis* mensibus, quorum erat ab alio *Cardine* initium, instituta fuisset *comparatio*. Seu enim *ultimus* anni mensis *Apollonius* fuisset, seu *Parthenius*, *Embolimus* esse non potuit *alterius nominis* mensis, sed *cognominis* duplicis *prior*, seu *Apollonius*, seu *Parthenius*. Si ita res fuisset, ne quidem cum *alienis mensibus* (qui ad eundem aptati fuissent *Cyclum*) *diversis* concurrere poterat *unus idemque mensis Elidensis*, nisi propter *exordium* anni *diversum*. Cum *diversis suis* ne ita quidem.

Quocun-

Sect. XIII.
Mensis *Elidensis*
IX. *Elaphius*, XII.
Apollonius, *Embolimus* *Parthenius*.



Quocunque enim loco insitus fuisset *Embolimus*, erat tamen ille certus & perpetuus, nec reliquorum mensium ordinem deinceps perturbavit. Nec enim postea quam *Athenienses* Civilis anni *exordium* à *Gamelione* ita transtulerunt ad *Hecatombaonem*, ut nihilominus mensis *ultimus* propter intercalationem *duplicandus*, adhuc *Posideon* esset, non *Scirophorion*; non, inquam, proinde factum ut *ultimus* Civilis anni *mensis* alius unquam esse potuerit quam *Scirophorion*. Sed ne quidem ratio illa, siqua fuisset, locum habere potuit apud *Elidenses*, quibus unum idemque anni Civilis *initium* certum fecerant ipsi illi ludi *Olympici* jamdiu antea quam ulli essent apud *Græcos*, propter *Lunæ* motus æquandos, menses *intercalares*. Nec tamen id certum est an mensē *ultimum* semper *Embolimo* cognomine *Græci* auctiorem fecerint. Aliter certe, qui à *Græcis* pleraque, *Romani*. Nec enim illi mensē *intercalarem* *Februarium*, qui *veteris* anni *Romani* mensis erat *ultimus*, sed *Mercedinum* vel *Mercedonium*, appellabant. Hoc si exemplo *Elidenses* mensē *Embolimæi* anni additium alio nomine appellandum censuerint; erat sane admodum consentaneum, ut quos menses alii nomine geminato distinxerint, hos illi *geminorum Deorum*, *Apollinis* & *Dianæ Virginis* appellationibus internoscerent. Ita ergo verum ultimi mensis nomen fuerit *Apollonius*, *Embolimi* autem *Parthenius*. Et in *Octaeteridis* priori *Tetraeteride*, cujus *unicus* erat *Embolimus*, isque anni *tertii*, ut proinde *menses* in ea fuerint tantummodo *XLIX* *quartus* annus in mense ultimo *communi* exhibat *Apollonio*. Posteriori autem *Tetraeteride* quæ *duplicem* habebat *Embolimus* anni nimirum *vⁱ*. & *viiiⁱ*. sive *ultimi*, & menses adeo in unum versum *L*, *ultimus* proinde mensis erat *Embolimus*, atque a eo *Parthenius*. Nec enim solidam existimo illam *Petavii* *Argumentationem* ab *Etymologia* vocis *ἐμβόλιμος* ductam, quasi nimirum non possit *insititius* ille mensis anni idem esse *ultimus*. Poterat enim satis recte *ἐμβόλιμος*, seu *inse*, mensis qui *medius* fuisset inter duos *annos*, sui licet anni *ultimus*. Et satis manifesta sunt in contrarium verba *Glaucippi* apud *Macrobiū*, aut *Macrobii* saltem *Glaucippi* sententiam explicationis. Ait enim *Græcos* ^a *ultimo suo mense superfluos interruisse dies*. Quæ verba ita postea explicat ipse *Macrobius* ut *Græcos* dicat, *confecto ultimo mense intercalasse*. *Romani* autem in eò *diversos* ab illis facit, quod *non confecto Februario, sed post vicesimum & tertium ejus diem intercalarint*. Hæc il.

a ap. *Macrobi*. l. I. Sat. c. 13.



ille, qui de *Sacris Atheniensium* scripsit, de illis proinde *Græcis* præsertim intellexit, qui *Atheniensium* vel *Cyclos*, vel *Kalendaria*, sequerentur, quorum in numero jam fuisse probavimus *Elidenses*. Quod si quis *aliorum* prædictos menses, propter causam jam dictam fuisse malit quam *Eleorum*; Ego *Deliorum* fuisse suspicarer, *gemellorum* illorum *Latone* natalitiis celebrium, *Apollinis* & *Dianæ*. Hos verisimillimum est, natorum apud se numinum cognominibus menses *patrios* insignivisse. Eo tamen me propendere fateor, ut, cum *Scaligero* sentiam, fuisse potius *Elidensium*. Eidem quoque *Scaligero* assentior de *Elaphio*, eundem fuisse mensem *Elidensibus* qui *Atheniensibus* erat *Elaphebolion*, & in ejusdem numinis honorem, *Dianæ* scilicet, quæ erat *Ἐλαφεβόλιον*. Illi enim dicata *Elaphebolia* constat, unde mensis *Attici* nomen *Elaphebolion*. Sic ergo intelligenda verba *Pausaniæ* de tempore *Elaphii*, quod fuerit *κατὰ ἰσημερίαν τὴν ἐν τῷ ἡεῖ*, ut scilicet *Vernum Æquino-*

a *Pluarch.* de virt. Mulier.

b *Pausan.* El. II.

diūm proxime præcesserit, mensisque adeo fuerit anni *Elidensis* IX^{us}. Sic ergo ut *Parthenium*, ita hunc, *Dianæ* mensem consecraverint.

Exempla autem nulla prorsus, quod quidem sciam, habemus *Olympiadum* quæ cum *diebus Julianis* committi possent, è quibus iudicium fiat, rectene an secus de *Olympiadum Cyclis* statuerimus. *Non pugnant* tamen quæ vel *proxime* accedunt ad accuratam supputandi rationem. *Olympicum* fuisse annum quo *Graciam Xerxes* aggressus est, docet *Herodotus*. Quo autem anni *mensis* fuerit, ita colligimus. *Sex mensium* illam fuisse Expeditionem testis est in vita *Themistoclis Cornelius Nepos*. Nempe ex quo moverat *Xerxes* à *Sardibus* ad prælium *Salaminium*. "Απὸ τῷ ἑαεῖ ἐ *Sardibus* movisse ait *Herodotus*. Nempe ineunte mense *Attico Munychione*. Et prælium *Salaminium* *Mysteriis* fuisse idem tradit *Herodotus*, rectiusque *Plutarchus* in *Camillo* diei *Boëdromionis* tribuit xx^o. quàm in *Libro de gloria Atheniensium*. Est enim *Boëdromion* mensis à *Veris* initio vi^{us}. Porro *medio* tempore pugnatum ad *Thermopylas*, & navali prælio ad *Artemisium*, τῆς αὐτῆς, inquit *Herodotus*, ἡμέρας. Nempe cum esset τῆς ὥρας μέσον Δεπ. Mensis proinde *Æstatis* medio *Metageitnionis*, non medio *Veris Thargelione*, ut vult *Ælianus*, de alio proinde intelligendus prælio *Salaminio*. Perperam autem hæc ad *mediam Æstatem* à *Vere* inchoatam retulit maximus *Usserius*, cum sint è *rationibus* modo dictis, de *medio Æstatis* proprie sic dictæ mense

Seçt. XIV.
Olympias LXXV.
cum mense *Attico* concurrebat
Hecatombæone.

c *Herod.* Mus.
VII. c. 37.

d *Herodot.* Mus.
VIII. c. 65.

e *Herodot.* Mus.
VIII. c. 15.

f *Herodot.* ib. c.
12.

g *Ælian.* Var.
Hist. L. II. c. 25.

F f

verissi-



- verissima. Nec ullum est apud *Herodotum* Æstatis semestri *Thucydideæ* vestigium. Quod autem iv^o. mense in *Attican* *venisse Xerxem* testetur ^a *Herodotus*, hos menses non à *Veri* initio, quo *Sardibus* erat *Xerxes*, sed à trajectu deducit *Herodotus*. Hoc ergo tempore postquam ad *Thermopylas* depugnatum esset, mense nimirum *Attico Metageitnionē*, per fugidam ex *Arcadia* ad *Xerxem* veniunt, deque ^b *Olympiis*, dum illi adhuc in *Peloponneso* versarentur, edocent. Hæc illi *ἡσυχία* post diem quo *Xerxes* suos atque *Græcos*, qui in illo prælio ceciderant, spectandos exposuerat. Certe post prænuncium, cæsiq; *Leonidis* famam, τὰ χεῖρα, ex urbibus concussu facto, *Isthmum Corinthiacum*, duce *Lacedæmoniorum* Rege *Cleombroto*, muniebant *Peloponnesū*. ^c Ὀλύμπια δὲ καὶ Κάρνεια ἢ ποικίλωσι, idem inquit *Herodotus*. *Carnia* certe quin mense *Iulio Carnio* celebrata fuerint dubitare vix possumus, quem cum *Atheniensium Metageitnionē* contendit in *Nicia* vita *Plutarchi* *Olympia* ergo quæ *Carniis* præponit *Herodotus*, non alio mense quam *Hecatombæone* fuisse verisimillimum est. Erant ce ante utrumque festum multorum dierum *induciæ* præconvoce publicandæ, quibus effectum est ut ne quidem commode possent in eundem mensem conferri. Et mensem destinatum *medium* ipsa occupabant *Olympia* die mensis finienda, ut præmia non fuerint ante diem xvi^m. assignanda. Mensi itaque *Hecatombæoni* assignanda sunt *Olympia*. ne quidem situm mensis ille in *Tabulis* nostris habet incommodum. Notanda enim sunt in hanc sententiam verba *mistoclis* ad *Græcos* proxima à prælio *Salaminio* die fugie *Xerxis* persecutionem dissuadentis: ^d καὶ τις (inquit) οἰκίλ ἀναπλασάσθω, καὶ σπύργς ἀνακῶς ἐχέτω. *Boëdromionis* dies quo depugnatum apud *Salaminem*, dies erat, pro *Tabulis* nostris, *Octobris Juliani* xx^{us}. Alii menstruo spatio priorem sententiam. Sed nobis favet mentio illa *sementis* adeo propitius ut, si persequerentur, esset proinde negligenda. Sic ^e *Plinius*: *In Græcia & Asia omnia Vergiliarum occasu serunt*. Sed vero *occafum* illum iii. Id. Nov. tribuit idem non in loco ^f *Plinius*. Ita *Parapegma Romanum*, nec longe ab aliis. Hoc idem prælium, si mense fuisset maturius, potest saltem mensem illum persecutioni impendisse, & tum de *sementi* satis opportune vacasse. Idem etiam aliunde se colligitur. *Cleombrotus* munimentorum *Isthmi* conditorum præfectus, cum sacrificaret ^g Ἰπὶ τῷ Πέτρῳ, illum for

a *Herodot.* *Mus.* VIII. c. 51.

b *Herodot.* *Mus.* VIII. c. 26.


c *Herodot.* *ib.* c. 71. 72.

d ap. *Herodot.* *Mus.* VIII. c. 109.

e *Plin.* *N. Hist.* L. XVIII. c. 7.

f *Plin.* *N. Hist.* L. II. c. 47. L. XVIII. c. 31.

g *Herodot.* *Mus.* IX. c. 10.



aggressurus, ὁ ἥλιος, inquit *Herodotus*, ἀμαυρώθη ἐν τῷ ἕξαυθῷ. De Eclipsi *Solari* locum illum intelligunt Eruditi, quam referunt ad *Octobris Juliani* diem 11^m. calculi *Astronomici*. Inde conficitur ante illum diem ab *Isthmo* nondum discessisse *Cleombrotum*, qui tamen murum *Isthmi* jam antea absolverat. τὰ τε ἄλλα ἐν τῷ ἰσθμῷ ἐληλαμένους κατέπερσεν meminit in *Oratione Chileus*. Mox autem à prælio *Salaminiaco* operam suam in *Peloponnesos* offert *Mardonius*. Vix hoc ausurus nisi jam antea ab *Isthmi muro* discessissent *Lacedæmonii*. Hoc si verum, jam ante prælium discesserant *Lacedæmonii*, & de illorum discessu fama ad *Persas* emanaverat. Quæ tamen vera, nisi per calculos nostros, esse non poterant.

Natus præterea est *Alexander Magnus* die *Loi Macedonici* vi^o. quem tamen cum *Attici Hecatombæonis* die vi^o. male commisit in illius Principis vita *Plutarchus*, ut jam ante nos monuit *Ufferius*. Annus erat *Olympiadis* cvi^æ. i^{us}. Una autem cum nuncio de nato filio, alii quoque nuncii eodem tempore ad Patrem *Philippum* læti pervenerunt; unus qui ad causam nostram facit, vicisse *Philippum* equo celoce in certamine *Olympico*, ut vult *Plutarchus*; vel *quadrigis*, ut è *Trogo Pompeio* docet *Justinus*. Res erat *Philippo* cum tribus Regibus junctis viribus illum aggressuris, ni antea illos, quam in unum cohererentur, oppressisset, ut è *Diodoro* manifestum est, *Thracum* nimirum, *Pæonum* & *Illyriorum*. Itaque hoc eodem die nuncium alium lætum accepit de victis à *Parmenione Illyriis*. Inde colligimus, in *Thracia* tunc vel *Pæonia* ipsum fuisse fortasse *Philippum*, & castris, ut videtur, hinc inde, pro re nata, mobilibus. Si longe à *Pella* urbe *Alexandri* natali abfuerit, ita potius fuerit in *Pæonia*. Inde fortasse tam serus illum attigerit victoriæ *Olympiæ* nuncius. Concorrebat tunc cum *Boëdromione Attico* *Lous Macedonum*. Itaque dies *Loi* vi^{us}. idem erat vi^{us}. etiam *Boëdromionis*, *Septembris Juliani*, detracto *exemptili*, xix^{us}. De ludis ipsis sententia *Elide* lata est *Hecatombæonis Attici* die xvi^o. nempe *Augusti Juliani* die, pro *tabulis* nostris, i^o. Ante illum diem non poterat *Elide* pedem movere *Philippi* nuncius. Inde ad diem *Alexandri* natalem dies XLIX. Si autem à die *Metageitnionis* xvi^o. procedat calculus, dies tantummodo XIX. Nulli autem erant hoc tempore apud *Græcos* publici *veredarii*. Et *moræ* causæ multæ esse poterant quas nescimus, *properationis* nulla præter præmia *εὐαγγελίας*. Si tamen fuerit in *Pæonia*, sive *Pannonia*

a ib. c. 9.

Sect. XV.
Poterat similiter *Hecatombæoni* satis commode respondere *Olympias* cvi.

b *Justin.* L. XII.
fin.



ipse *Philippus*, longe ille à filii natali *Pella* distabat, longiusque adhuc à *Pisa* & ludis *Olympicis*. Quanquam si fuerit in ipsa *Pelle* vicinia, cum *Xerxes Olympiorum* actorum nuncium, post prælium ad *Thermopylas*, mense demum acceperit *Metageitnionem*; nihil sane video cur non victoriæ *Olympicæ* nuncium *Philippus* initio *Boëdromionis* acceperit, mensis nimirum illius die tantummodo vi°.

Sect. XVI.
Non erant *Olympia Elidensia*, quorum meminit *Cicero*, sed ludi *Apollinares*.

a *Petav.* Ad-
dend. post L. IX.
Doct. Temp. c.
44.

b *Dio* L. XLV.

Sed torsit hætenus Viros eruditissimos exercuitque *Cicero*, qui si de ludis *Olympicis Elidensibus* intelligendus esset, esse fateor, cur merito *Tabulis* nostris per hæc tempora diffiderem. Sic autem ad *Atticum* ille: scribe quo die *Olympia*, cui *Mysteria* scilicet. L. xv. Ep. 24. Rursus: xvi. Kal. Sept. cui venissem *Veliam*, *Brutus* audivit. L. xvi. Ep. 7. Mox, paucis interpositis, lætatos amicos fuisse dicit, quod eam (inquit) venerationem effugissem, me existimari ad *Olympia*. Hinc nesci quæ *Olympica Mysteria* elicuit *Magnus Scaliger*, plane commentitia, & à *Ciceronis* mente aliena. Hinc *Æstate* exeunte, mense *Attico Boëdromione*, agi solita *Olympia* collegit *Vir* alius Eruditus quem refellit *Petavius*. De *Olympiis* sane *Elidensibus* intellexit ipse *Petavius*, qui tamen idem vidit quam fuerit mensis ille à veris *Græcorum Olympiis* alienus. Hac peritissimum ratione, quod hoc ipso anno *Fuliano* 2°. *Urbis* autem *Varroniano* 710°. quo *Cæsar* occisus est, *Olympiadem* clxxxiv egerint *Græci*. Errorem juvit quod, propter temporum motus, tecte omnia, arcanisque sensibus, in quibus versamur, scripserit ipse *Cicero*. Sed nihil profecto de ludis *Elidensibus* cogitavit hoc tempore *Cicero*. Nec opus habuit ut de ludorum *Elidensium* die, *Atticum* consuleret, quorum non unus erant sed quinque dies, iique etiam, propter ludorum frequentiam ubique celeberrimi. *Romæ* jam erat *Atticus*, ut è vita ejus per *Cornelium Nepotem* scripta manifestum est; nec proinde rerum gestarum alibi, præterquam *Romæ*, diebus consulendus. *Romana* ergo illa fuisse consentaneum est, quæ appellat, *Olympia*, non *Elidensia*; nec proinde *Attica* illa *Mysteria*, sed similiter & ipsa quoque *Romana*. Certe istiusmodi quæ certum adhuc in *Romanis* *Kalendaris* diem non habebant. Aliter opus non fuisset ut de eo *Atticum* *Cicero* consuleret. Ego, si conjecturæ locus sit, ludos illos fuisse crediderim quos in *Cæsaris* honorem ediderit *Augustus*. Ludum enim propter fanum *Veneris* absolutum nonnulli, *Cæsare* etiamnum vivo viderant, sed, cum voti solutionem neglexer.



rent, *Augustus* qui hucusque *Octavianus* erat, tanquam sacrum gentilitium (quod à *Venere Aeneas*, & *Aeneæ* filius *Fulus* gentis *Julie* auctor, in quam per *Cæsaris* adoptionem transferat *Octavianus*) impensis suis ludos illos edendos censuit. ^a *Selam* tamen *Cæsaris auream*, coronamque gemmis ornatam, in theatrum (quamvis ita constitutum testetur *Dio*) *Antonii* metu non intulit. Tum apparuit *Julium sidus*, quo factus audentior *Octavianus*, statuam patris æream cum *stella* supra caput, in *Veneris* templo posuit. Hæc erant, fortasse, *Ciceronis Mysteria* Mysteriorum pompam atque disciplinam examuffim referentia. Convenit etiam tempus. Perperam autem hos *Augusti* ludos ad diem vi. Kal. *Octob. Veneri Genetrici* sacrum retulit *Magnus Ufferius*. Sequitur enim in *Dione*, cum hæc, plebis metu, nemo prohiberet, mox in honorem *Cæsaris* mensẽ *Quintilem Julium* esse appellatum. Hoc enim novo nomine jam antea receptum mox è *Cicerone* videbimus. Hæc de prioris *Epistolæ Olympiis*. Alia posterioris fuisse censeo. Erant hoc tempore *Prætores Brutus & Cassius*, ut è *Cicerone* manifestum est. De *Cassio* agnoscit etiam *Dio*. Proinde ludorum *Publicorum edendorum* munus illis incubuit. Ludi autem, de quibus *Cicero*, erant *Apollinares*, qui in illum ipsum conveniebant mensẽ *Quintilem*, qui novo nomine *Julii* coeperat appellari. Sed cum, plebis metu, quam *Cæsaris Testamento*, & *funebri* in eundem *Oratione*, accenderat *Antonius Cõs. Romæ* versari non auderent *Brutus & Cassius*; proinde à *Caio Antonio* *Consulis* fratre & *Præturæ* collega, sed *Bruti* atque *Cassii* nominibus ludos illos editos testatur ^b *Dio*. ^c *RO-* ^d *gatum* ergo se à *Bruto* testatur ipse *Cicero*, ^e ut spectaret ludos suos. Rursus ad *Atticum* ita: ^f *Ibi igitur quotidie tuas litteras expectabo, & maxime de ludis, de quibus etiam ad Brutum tibi scribendum est. Iterum: De celebratione ludorum Bruti, tibi assentior.* ^g *Denuo observat parum properare Brutum, quod confectorum ludorum nuncios expectaret.* Non ergo alii erant ludi de quibus ista *Cicero* quæ tamen ad *Olympia Elidensia* retulit *Petavius*: ^h *rumoris nescio quid afflaverat, commissione Græcorum, frequentiam non fuisse: quod quidem me minime fefellit. Scis enim, quid ego de Græcis ludis existimem.* Erant enim ludi illi *Apollinares* omnino *Græci*. Sic enim *Oraculi* de illis *Marsiani* verba recenset *Livius*: ⁱ *His ludis faciendis præerit Prætor is, qui jus Populo plebique dabit summum. Decemviri [nempe Sacris faciundis] Græco ritu hostiis sacra faciant.* Et

^a *Cicer. L. xv. Fam. Ep. 2, 3.*

^b *Dio L. XLVIII.*

^c *Cicer. L. xv. ad Att. Ep. 10. 11. 18. 26.*

^d *ib. Ep. 28.*

^e *ib. Ep. 29.*

^f *L. XVI. Ep. 4.*

^g *ib. Ep. 5.*

^h *Liv. L. XXV. c. 12.*



in eandem sententiam verba etiam Senatusconsulti. *Alteru*
 (inquit) *Senatusconsultum factum est, ut Decemviri sacra Græ-*
ritu facerent. Sed Kal. *Sextilium* mentionem proxime sequen
 a L. XVI. Ep. 6. ti ^a Epistola observavit *Petavius*. Proinde mense *Quintili*,
 ve *Julio*, ludos confectos fuisse colligit. In eo recte, si
 ludis illis, quos dixi, *Apollinaribus* intellexisset. Illorum eni
 b ib. Ep. 1. 4. *tempus* nos docuit ipse *Cicero*. *Doluisse Brutum* ait de ^b *Non*
Julius. Nempe jam nomen *Quintilis* erat *Julius*, & collega *Br*
 in *Prætura C. Antonius* qui ludis *præfuit*, *Nonas*, ut videtur
Julias proscripserat, pro *primo* ludorum *die*. Quanquam eni
 c Liv. L. XXVII. *unius diei* olim fuerint illi ludi (ut è ^c *Livii* non uno lo
 c. 23. L. XXX. c. colligitur) jam fane *plurium* fuisse videntur. Certe v. ^d
 3. *Quintiles* illos testatur fuisse idem ^d *Livius*. IV. Id. *Quint*
 d Liv. L. XXXVII. *les* mox docet fuisse ^e *Cicero*: *Itaque sese scripturum aiebat,*
 c. 4. *venationem etiam, quæ postridie ludos Apollinares futura est, p*
 e L. XVI. Ep. 7. *scriberent*, III. Id. *Quint*. A. III^o. autem *Non. Jul.* ad III^m.
 ludos *Apollinares* repræsentat Kal. *Constant*. Certe vel ex ip
 Epistolarum *situ* facile colligitur, de aliis ludis intelligi
 quidem posse verba *Ciceronis* prædicta. Itaque nec alios
 telligi verisimile est, quo loco illos *Olympia* appellavit. H
 spes fit in his Epistolarum ad *Atticum* Libris oportet, c
 non illud saltem observavit, *stylum Ciceronis* ad *Atticum*, c
 tot annis *Athenis* vixerat, *Græcis* locutionibus, frequenti
 misque ad *Græcorum mores* & *Græca* rerum similium *nom*
 allusionibus abundare. Cum ergo ludi illi *Græci* fuerint; Qu
 quæso, est cur miremur si *Olympiorum*, qui ludi erant ap
Græcos omnium celeberrimi, illos designarit Orator? Qu
 vituperationem illam & *infamiam* futuram agnoscat si illa, q
 appellat, *Olympia* spectasset; quod *nihil turpius, quovis I*
publicæ tempore futurum dicat, sed hoc, ἀναπαράδειξιν: plane ge
 na illis sunt quæ alibi habet de illis ipsis *Bruti* ludis *Ap*
naribus. Cum enim à *Bruto* rogaretur ut ludos suos spec
 f L. XV. ad At- ret, verba sua quibus rescripserit, ista ^f habet: ἀποπάρδειξιν
 tic. Ep. 26. *me, qui Romam omnino post hæc* (inquit) *arma non accesser*
neque id tam periculi mei causa fecerim, quam dignitatis, su
ad ludos venire. Tali enim tempore ludos facere illi honestum
cui necesse est. Spectare mihi ut non est necesse, sic ne honest
quidem est. Hic plane manifestam tenemus vituperationem,
famiam, & contrariam honesto, pro Stoicorum quo hic usus
sermone, turpitudinem. Quid ergo dubitemus quin hæc i
fuerint, de quibus alio illo in loco est locutus, Olympia? Qu
 qu



quam ergo *duplicis vituperationis* quam ibi se *fugisse* dicit, *posterior* ordine hæc sit, de spectandis hoc tam importuno tempore *Olympiis*; hinc tamen intelligimus, *tempore* posteriorem non fuisse, nec ad illam adeo referenda esse, quæ proxime sequuntur verba: ^a *Ego vero Austro gratias miras, qui me à* ^{a L. XVI. ad Attic. Ep. 7.} *tanta infamia averterit.* Infamiam hic priorem intellexit, *desperationis*, ac *relictæ*, cum periculum immineret, *Reipublicæ.* Et *Austrum* illum quo fuerit rejectus ad *Leucopetram* VIII. Id. *Sextiles* (ut hujus ipsius *Epistolæ* initio monuerat) post *mensē* à *ludis*, de quibus est locutus, *Apollinaribus.* Res universa ita se, ut opinor, ^b habuit. *Junio* illius anni ineunte, ^{b L. XI. Famil. Ep. 2.} *lites* ad *urbem* cogere coepit *Antonius* jam *Cæsaris* memoriam ^c *faventior*, & manifestus proinde percussorum *hostis*, eorum- ^{c ib. Ep. 1. & 3.} que omnium qui *cædem* illius aliquatenus *approbaverant.* Inde *Urbi* interesse non audebant *Brutus* & *Cassius*; & cum ad *Antonium* scriberent, *litteras* ab eo *minaces* retulerunt. *Substitērunt* tamen in *Italia*, ne *metu* *Reipublicam* deserere viderentur. *Complexus* autem est *Antonius* *interfectorum* numero etiam *Ciceronem.* *Cæde* edita *Ciceronem* à percussoribus appellatum testatur ^d *Dio.* Imo *Ciceronem* pro *Cæsaris* *interficiendi* ^{d Dio L. XLIV.} *Auctore* habuisse tradit ipse ^e *Cicero.* Inde *Ciceroni* *metus*, & ^{e Cicer. L. XII. Fam. Ep. 2.} *prætextus* quæsitī ab *Italia* *discedendi.* Primus erat *Legationis liberæ* à *genero Dolabella* *Syriam* *Provinciam* fortito. Tum deinde ut *Brutum* *comitem* haberet, non certe ad *Elidem*, sed ad ^f *Athenas*, ubi *Marcus* *filius annum* jam egerat in studiis ^{f Plutarch. Cicer.} sub *Cratippo* *Philosopho*, quod sane iter nihil commune habuit cum *Olympiis* *Elidensibus.* Hanc *metus originem* agnoscit ipse *Cicero.* ^g *Ego*, inquit, *quo die* *audivi illum tyrannum* in *con-* ^{g L. XV. ad Attic. Ep. 20.} *cione clarissimum virum appellari*, [*intelligit, ni fallor, concionem funebrem in Cæsarem Antonii*] *subdiffidere* coepi. *Postea vero* quam tecum *Lanuvii* *vidi* *nostros* [*Brutum videlicet & Cassium*] *tantum spei* *habere ad vivendum*, *quantum accepissent ab Antonio*, *desperavi.* *Itaque, mi Attice, fortiter hoc velim accipias, ut Ego scribo.* *Genus illud interitus, quo casuri sumus* [*sic Manutius*] *fædum duces, & quasi denunciatum nobis ab Antonio.* *Ex hac nassa exire constitui, non ad fugam, sed ad spem mortis melioris.* Hæc *Cicero* ^{vº.} ante *Novembrem* *mensē*, id est *Junio*, *Eodem* scilicet quo *terror* ille imminebat ab *Antonio.* Et sane *suasit Brutus* alius *Decimus Marco Bruto* & *Cassio* *discessum* ex ^h *Italia.* ^{h L. XI. Famil. Ep. 1.} *Dandus est, ait, locus fortunæ, cedendum ex Italia.* *Itaque cum M. Brutum* *comitem* *cuperet Cicero*, eo fortasse *verba* *ejus* ad *Atticum*



Atticum commodissime referri poterunt, de *Olympiis* & *Mysteriis*. Ut nempe *Olympiorum* nomine intellexerit prædicti *Bruti* ludos *Apollinares* quos edere ante discessum decrevera.

a L. xv. ad *Attic.*
Ep. 25.

Mysteriorum autem, constitutum à percussoribus discedenti tempus, quod *arcanum* haberi volebat. Hoc sane videntur, ne *Attica* aut *Olympica* nescio quæ *Mysteria*, innuere verba illa.

b ib. Ep. 23.

c L. xvi. ad *Attic.*
Ep. 5.

Est enim hiberna navigatio odiosa; eoque ex te quaesieram Mysteriorum diem. Nihil enim faciebant ad hibernam navigationem vitandam alia illa utriusvis generis *Mysteria*. Faciebant autem constitutum discessui tempus, si mox à ludis suis discessum *Brutus* maturare decrevisset. Præsertim redituro a te *Kalendas Januarias*. Eodem spectare videntur & alia quæ ejusdem ad eundem verba: *Ego literas misi ad Brutum, cujus de itinere etiam ex te velim, si quid scias, cognoscere.* Id de querelæ illæ de *Bruti* mora, non quidem (inquit) *tergiversantis, sed expectantis, si qui forte casus.* Estque fortassis hæc interpretatio *Olympiorum* atque *Mysteriorum* melior illa quæ supra dedimus. Nihil tamen utrovis modo intellecta commune habent cum *Olympiis Elidensibus Olympia* illa *Ciceron*

Sect. XVII.
Statii tempore
Æt. Christ. ann.
xcv. cum *Julio*
Romano concurr-
ebat mensis
primus *Elidensis*.
d Stat. L. IV.
Sylv. IV.

Habet præterea *Status* agonum *Olympicorum* notam, *præteritorum*. Et plane talem ut nostris rationibus examini respondet. Sic enim ille:

d *Elæis auriga laboribus actos*

Alphæo permulcet equos.

Quod enim equi jam permulcerentur functi laboribus *Elæis*, facile intelligimus jam editos fuisse, quibus fatigati fuissent ludos. Sed vero tempus quo scribebat ita committit cum raris aliis anni *Juliani*, ut plane supponat fixum ludis *Elæis* certumque situm in anni forma qua usus est *Civili* atque *Solari*. Quod tamen fieri non potuit, si mensium forma *Elidensibus* etiam annum fuisset *Lunaris*. Certe situm huic anno, quo scribat, proprium intelligere non potuit, cum nulli fuerint ante illo quo xvii. Consul erat *Domitianus* *Æræ* nempe *Christiana* xcv. ludi *Olympici*. Itaque de situ perpetuo intelligendus *Olympiorum* in anno *Solari Romanorum Civili*. Certe *Civilis* suæ & *Romani* anni, quas adhibet, notæ. Ita v. 12.

Ardua jam densæ rarescunt mœnia Romæ.

Et v. 39, 40, &c.

Certe jam Latæ non miscent jurgia leges.

Et pacem piger annus habet, Messesque reversæ



*Dimisere forum. Nec jam tibi turba reorum
Vestibulo, querulique rogant exire clientes.
Cessat centeni moderatrix Judicis hasta.*

Hæc certe ad *Justitium* & ^a *ferias* referenda sunt quibus ces-
abat *Romanum forum*, & ad villas suas *Rusticanas* sese conferre
solebant. Nec ad *posteriores* propter *Vindemiam, ferias*, sed ad
prioras quas *Messivas* appellabant. Erant autem illæ mensi-
bus *Julio* & *Augusto*, ut nos docet ^b *Seneca*. *Julio* tamen men-
se maxime *lites* interquiescisse testatur ^c *Plinius*. Proinde illas
potius *ferias* designavit *Stattius*, quæ erant *Messivæ*, qua *Vin-*
demialibus opponuntur. Erant enim *Messivæ Julio, Vindemia-*
les autem quæ *Augusto* celebrari solebant. Nempe hi ^d *gemi-*
ni menses ab *Imperatoribus* his usibus destinati, *feriarum* no-
mine insignes. Adhuc distinctius harum *feriarum limites* do-
cet Imperator ^e *Theodosius*. Ut scilicet *Messivæ feriæ* ab VIII.
Kal. *Jul.* ad Kalendas *Augusti* pertigerint; *Vindemiales* autem
à X. Kal. *Septembris* ad Idus *Octobris*. Hinc intelligimus, post
finem *Julii* ne quidem hæc scribere potuisse *Stattium*. Sed à
Romano Solstitio Jun. xxiv°. incipiebant illæ feriæ. Sed *Julio*
jam affecto, & post diem ejus xv^m. quo erant *agones*, pro ve-
teri *Olympiorum* disciplina finiendi, scripsit illa *Stattius*. Hoc
enim nos docent aliæ notæ. Jam enim erant *Icarii latratus*
v. 13. Post ortum nempe *caniculæ*. Inde nimis *Hyperion* v.
27. Ortum autem *Caniculæ*, pro *Alexandrinorum Ægyptiorum* sen-
tentia, jam alibi *Julii* diei xx°. assignandum ^f ostendimus, &
quidem *Sole Leonem* ingrediente. Sed *Romani* *Kalendarum* diem,
pro *Parapegmate Juliano*, docet *Plinius*. Nempe postridie xvii.
Kal. *August.* Hoc enim die ^g *fere ubique confessum* ait inter omnes
oriri *sidus indicans*, quod *Canis ortum* vocamus, oriri, *Sole par-*
tem primam Leonis ingresso. Hoc fit, inquit, post *Solstitium* xxiii°.
die. Hic dies erat *Julii* xvii^{us}. vere à *Solstitio* xxiii^{us}. pro
calculis *Plinii* & *Romanis* qui *Octavis Kalendarum puncta Car-*
dinalia assignabant. Nempe à *Junii* die xxiv°. Itaque de nu-
meris hoc in loco nulla suspicio. Convenit enim cum hy-
pothesibus *Parapegmatis Romani* à nobis supra descriptis. Se
autem *Cæsaris observationem sequi* (quæ eadem erat *Sosigenis*)
monet ipse ^h *Plinius*. Præsertim ubi nihil *Sosigenes* à seipso,
trinis quas edidit de hac causa *commentationibus*, diversum fen-
serit, ut illum non sensitse innuit hoc ipso in loco *Plinius*.
Hoc sane verisimillimum est ob oculos fuisse *Statio*. Sic in-

a Digest. l. ii.
Tit. xii.

b Senec. Apoco-
loc.
c Plin. l. viii.
Ep. 21.

d Cod. l. iii. Tit.
xii. l. 5. 7.

e ib. l. 2.

f Proleg. ad
App. Diff. Cyp.
n. 10, 11, &c.

g Plin. Nat. H.
l. xviii. c. 28.


h Plin. Nat. H.
l. xviii. c. 25;



Diff. IV. *Cycli Olympiadum civiles.*

ter *Julii* diem xv^m. ejusdemque *finem* scripserit illa *Staius*.
Post diem nempe *Agonis ultimum*, cum jam *Solaris* anni mo-
dum recepissent *Elidenses*. Cum scilicet idem esset cum *At-
tico Hecatombæone* mensis primus *Elidensis*, & cum rursus *Ju-
lio Romano Atticus* paria faceret *Hecatombæon*. Quæ certe no-
stris hypothefibus apprime conveniunt.

DI



DISSERTATIO V.

Cycli Delphici, & Bœotici.

*Ab Olymp. XLIX. numerari cœptæ Pythiades Tetraëtericæ, quæ Tetraëteridum initia occupabant. §. I. Annis Olympiadum secundis respondebant Pythiades, sed exeuntibus. Mense agebantur Delphico Busio qui Attico respondebat Munychioni. §. II. Cyclo utebantur Delphenses eodem, quo veteres Romani, trium Octaëteridum, dierum numero quotannis dispari, & mutilis Embolimis. §. III. Eundem Cyclum Bœotia usurpatum fuisse colligitur è Plutarcho. §. IV. Ab anni U. C. Varroniani 212. Januar. xxvii. cœpit Cyclus ille Bœoticus. §. V. Cœpit annus Delphicus ab initio mensis Bœotici quarti. §. VI. Hic Cyclus vel ab ipso Pythagoræ, vel à Pythagoræo aliquo, fuisse videtur. Sed mensis in eo nullus major tricenario. §. VII. Satis apte convenit cum tempore ipsius Pythagoræ. §. VIII. Cycli alii Bœotici & Delphici Cyclo prædicto antiquiores. §. IX. De morte Hesiodi è Stefichori filii ætate, atque Phalaridis. §. X. Ætas hæc recentior Hesiodi satis apte convenit cum notis Hesiodi Chronologicis. §. XI. Idem anni Bœotici initium, tempore Hesiodi, ac postea. §. XII. Si quem novum Cyclum post prædictum, & ante Metonicum, usurparint Delphenses & Bœoti; is fuerit forte Oenopidis Chii. §. XIII. Postea Metonicum usurpasse videntur. §. XIV. Medius autem fuisse videtur, inter Cyclum Harpali & Metonis, Cyclus Oenopidis. §. XV. Committuntur cum Cyclis prædictis Cyclus Bœoticus, Metonicus & Calippicus. §. XVI. I^{us}. Bœotorum mensis Bucatius, vel Bucerius, idem postea cum Januario Juliano. §. XVII. Male Lenæonem Hesiodicum Seldenus cum Attico contulit Anthesterione. §. XVIII. II^{us}. Bœotorum mensis Hermæus, idem cum Attico Anthesterione. §. XIX. Tertius Prosta-
terius, idem cum Elaphebolione. §. XX. Septimus Hippodromius, idem cum Hecatombæone. §. XXI. Octavus Panemus, idem cum Metageitnione. §. XXII. Decimus Alalcomenius,*



comenius, *idem cum Mæmafterione. §. XXIII. Undecimus mensis Damatrius, idem cum Pyanepsione. §. XXIV. Oracula Delphica olim annua, Busii vii^o. ut & alia quoque Græciæ pleraque. Deinde menstrua. §. XXV.*

Sect. I.

^{1b} *Olymp. XLIX. numerari coeptæ Pythiades Tetraeterica, quæ Tetraetericum initia occupabant.*

A B *Olympiis ad Pythia* progredimur, quæ etiam ipsa Doctrinæ *Temporum* inserviunt. Numerabantur enim & illa ad morem *Olympiadum*, & ex illo *Pythiadum* numero cum nomine *Pythionici* certus designabatur annus pariter ut in *Olympionici*. Et quidem duorum horum ludorum fere proprium erat ut numerarentur. De *Nemeis* alibi. Obtinuit tamen etiam apud *Romanos* exemplum in unico, quod quidem meminerim, Agone *Domitiani Capitolino*. Illum enim similiter fuisse numeratum, non modo docet ^a *Clemens Alexandrinus* & ^b *Censorinus*, sed veteres etiam ^c *Inscriptiones*. Cœpit autem mos ille numerandi *Pythiadas* ab ea demum *Pythiade* quæ acta est *Olympiade XLIX*^a. Hoc è *Pindari Scholiastis* exemplis manifestum est. Committit enim ille cum ^d *Olympiade LXXVI*^a. *Pythiadem XXVIII*^{am}. & cum ^e *Olympiade LXXVII*^a. *Pythiadem XXIX*^{am}. Sic denique committit *Pythiadem XXXI*^{am}. & ^f *Olympiadem LXXX*^{am}. ut posterior illa *Pythiade* illa fuerit *Olympias*, & proinde *Olympiadi LXXIX*^a. revera *Pythias XXXI*^a. con-
venerit. Et recte adeo *Pythiadem* quæ prima numeratur cum *Olympiade XLIX*^a. contendit etiam *Eusebius*. Non tamen proinde colligendum tam sero fuisse *Pythia*, quod verba innuere videntur *Eusebii* tum ^g *primum acta Pythia* testantis. Jam enim antea post *octavum* demum annum confici solita tradit ^h *Censorinus*. Imo ne quidem *Tetraeterica* esse tunc fortasse ceperunt. *Pythiadem* enim quæ *Olympiade XLVIII*^a. fuerit, memorat ⁱ *Pausanias*. Primus agone *Pythius* ab *Eurylocho Thessalo* decreto *Amphictyonum*, *χρηματίτης* factus, spoliis *Cirrhæorum Olymp. XLVII. 2.* Nempe anno ante citimam *Chronici Marmorei* Epocham (quæ ab *Ol. CXXIX. 1.* surgit) *cccxxvii.* Archonte *Simone*, vel *Simonide*, ut volunt Auctor illius *Chronici* & *Pindari Scholiastes* in Argumento *Pythionicar*. Huc ergo ille referendus *Archon*, ut recte Auctor illius *Chronici*. Postea *σεφαιτης* factus, post *χρόνον ἐξαετην*, si quidem audiendus *Pindari Scholiastes*. Sed reponendum existimo *ἐνναετην*. Nam post novennium *σεφαιτης* factum existimat Auctor *Chronici Marmorei*, nempe anno ante Epocham suam *cccxviii.* Sed *ἐνναετηρες* illæ *Græcæ Octennia* duntaxat integra complectebantur. Itaque *Archon* ille, quo tenente

^a *Clem. Alexan. Strom. 1. p. 336. d.*

^b *Censor. c. 18. c ap. Scalg. L.V. Emend. Temp.*

^d *Schol. Pind. ad Pind. Pyth. III.*

^e *ad. Pind. Olymp. XII.*

^f *ad Pind. Pythion. XIV.*

^g *Euseb. Chron.*

^h *Censorin. de d. Nat. c. 18. & Schol. Pind. Pyth. Arg. 3.*

ⁱ *Pausan. Phocic. p. 322.*



tenente *σεΦανίτης* factus, *Damafias* Scholiastæ, *Damafias* II. Chron. Marmor. ad *Olymp.* XLIX. 2. referendus. Sed *Olympiade* XLIX^a. prima fuit, quæ numeratur, *Pythias*. Eodem nihilominus exemplo prima quæ numerata est *Olympias* post multas alias sequebatur *Olympiades*, quæ similiter non fuerint numeratæ. An quia prima hac quæ numeratur *Pythiade* *σεΦανίτης* esse cœpit agon *Pythius* qui antea fuerat *χηματίτης*? Sacrorum enim ludorum insignia coronas fuisse docet ^a *Artemidorus*. Et gestorum sacrorum maxime erant *Archiva* quæ *Templis* præcipue locifque *sacris* credi solebant. Saltem tutissima erant istiusmodi monumenta propter *sacrorum* locorum reverentiam. Nec enim dici potest, numeris retrorsum actis, *Octennium* *Pythiadum* ultimam fuisse quæ *Olympiade* acta est XLVIII^a. & quadriennium primam quæ & prima numerata est *Olympiade* XLIX^a. Ita *Tetraeteridis* fini, anno nimirum IV^o. exeunte fuerit *Pythias*, cum contra *Olympiadis* cuiusque anno primo ineunti tribui soleant *Olympiades*. Hoc inde firmaretur si recte diem induciarum annuarum apud ^b *Thucydidem*, quem *Elaphebolionis* XIV^m. esse volunt, ad *Pythia* sequenti anno exeunte futura retulissent Eruditi. Erat enim *Elaphebolion* mensis ante cardinem æquinotialem vernalem proximus, & proinde ultimus iis qui ab eo cardine annum incipiendum censuissent. Sed aliena erat ab *Olympiadum* exemplo, quod tamen unum ob oculos habuisse videntur qui *Pythia* similiter numerabant, illa supputandi ratio. Et ne quidem verum illud erat *Pythiorum* tempus *Elaphebolioni* assignasse *Thucydidem*. Imo annuis induciis accessisse *Pythiorum* inducias indicat ipse *Thucydides*. Sic enim habent *induciarum* verba: Περὶ μὲν τῆς ἰερῆς καὶ τῆς μαντικῆς τῆς Ἀπόλλωνος & τῆς Πυθίης, δοκεῖ ἡμῖν χεῖρα καὶ τὸ βελόμην ἀδόλωτος & ἀδελῶς καὶ τὰς παλαιὰς νόμους. Cautio ista in honorem *Apollinis Pythii* plane alia est ab ea qua annuæ faciuntur *inducia*. Idque merito. Quod *inducia* illæ propter festum Græcis omnibus alioqui *Sacræ* esse debebant, utcunque nulla iniissent de *Pace* consilia. Sic enim *inducias* quæ alia quoque festa præcesserint, idem memorat *Thucydides*. Certe ante *Olympia* & ^d *Carnia*. Etiam ante *Isthmia* & ^c *Ne-* mea. Et quidem ita ut *Lacedæmoniis* multam imposuerint ^d *Elei*, quod *Olympiorum* *inducias* violassent. Isque usus erat ^c *Sacrorum* *κηρυκῶν* ut tempus *induciarum* publicarent, ne qui in eas peccarent ignari. Et quia *Pythiorum* aditus præcluserant *Ætoli*, violatis (ut videtur) *induciis*; idcirco *Athenis* *Pythia* celebravit ^e *Demetrius*. Itaque non opus erat ut *Pactis* *pro-* *priis*

^a *Artemid.* l. I.
Oncirocrit. c.
64.

^b *Thucyd.* l. IV.
n. 118.

^c *Thucyd.* l. v.
n. 49.
^d *Thucyd.* l. v.
n. 54. 75. 76.

^e *Plutarch.* *De-*
metrio.




prius de his induciis caverent, ad quas, fervente etiam Bello, obligati credebantur. Cautio tamen opportuna erat ut, cum finito anno induciarum pactitiarum proximæ essent induciæ festi causa consuetæ, non antea Bellum instaurarent quam institutos in Festi honorem ludos peregissent. Idque indicat ipse Thucydides verbis illis: τὸ δ' Ἰππυγονόμους θέρους, αἱ μὲν ἐνιαύσιοι σπονδαὶ διελέλυτο μέχρι Πυθίων. Cum ait μέχρι Πυθίων, indicat supra annuas inducias spatium aliud novum accessisse quod ad Pythia pertigerit. Verba autem Ἰππυγονόμους θέρους ostendunt Pythia ad semestrem Thucydidis Æstatem pertinuisse quæ à mense Verno primo incipiebat, qui hoc anno, qui communis erat, non Embolimæus, non potuit Elaphebolion esse, sed Munychion. Sic itaque intelligendæ erunt Pythiades ut à ludis Pythiis cœperint Pythicæ Tetraeterides, ut ab Olympiis incipiebant Olympiades. Idque confirmat Dionysius Ὀλυμπιαστίης cum Pythia δεχομένης νέον ἔαρ ἄγι ἀγι solita testatur. Erat ergo Pythias Olympiadis XLVIII^a. non novæ supputationis exordium, sed media pars, ut videtur, supremæ Octaeteridis, quæ ne manca videretur, proinde fecerit, ut in numerum novarum Tetraeteridum non accesserit. Et commode sane accidit ut, à Pythiade Olympiadis XLVII^a. qua primum Lunarium mensium Cyclum cœpisse jam probavimus, ad hanc, quæ prima numeratur, Olympiadis XLIX^a. Tetraetericam Pythiadem, iusta intercesserit Octaeteris, quæ & prima Delphis esse potuerit mensium Lunarium Octaeteris.

Sect. II.

Annis Olympiadum secundis respondebant Pythiades, sed excuntibus. Mense agebantur Delphico Bisso qui Attico respondebat Munychioni.

Cæterum Pythiades fuisse, ut erant Olympiades, pariter Tetraetericas, è jam positis exemplis abunde manifestum est. Singulis ergo Olympiadibus suæ respondebant, & quidem (quæ patiebantur Tetraeteridum Embolimi) suo loco redituræ, Pythiades. Quærendum ergo, locus ille quis fuerit. Tertii anni Olympici fuisse credidit Scaliger, & è Veteribus Eusebius etiam & Pausanias atque Diodorus. Facile autem errare potuit Eusebius qui illo scripsit Seculo quo nullæ erant in usu, fortasse Pythiades. Propior erat illorum ludorum memoriæ Pausanias, Scriptor alioqui accuratissimus. Nec enim illo multo antiquior Plutarchus qui Pythiorum meminit quasi etiamnum vigentium. Imo medius inter Plutarchum & Pausaniam Gellius L. XII. c. 5. Diodori ætate fuisse certum est, teste nimirum non modo Gellio & Plutarcho, verumetiam Statio. Illius autem sententia inde colligitur, quod Jasonem Phææum, quem Ἰππώντων Πυθίων cecidisse testatur Xenophon Hellenic. vi. Olymp.

Olymp.



Olymp. cii^æ. ann. iii^o. testatur periisse *Diodorus*. Erroris occasio esse potuit quod primus *Pythiadis* annus cum duplici concurrerit anno *Olympico*, ii^o. viz. & iii^o. Ita tamen ut pars ejus longe *maxima* in iii^m. quadrarit. Sed *Pythia* ipsa, à quibus *Tetraeteridis exordium* fuisse diximus, non erant certe alterius anni quam iiⁱ. Hoc è *Thucydidis* certissimo testimonio evincimus in *Annalibus* nostris *Thucydideis*. Mensis porro *Delphici* nomen quo edita sunt *Pythia* servavit *Plutarchus*, qui *Busium* fuisse testatur. Ab *Oraculis* reddendis, quæ illo duntaxat mense antiquitus dari solita docet, & quidem Auctoribus *Callisthene* atque *Anaxandride*, ^a *Plutarchus*. Sero enim re-

a *Plur.* *Quæst.*
Græc.

ceptum ait ut *menstrua* redderentur, quæ fuerant olim duntaxat *annua*, & unico per annum integrum *die*. Die nimirum illius mensis vii^o. quem *Delphi* pro *natali Apollinis* habebant. *Busius* enim pro *Pusio*, tenui in *mediam* mutata, appellatus est, quod aliis idem ostendit *Delphicorum* vocabulorum exemplis. Nempe quia in illo *πυσιῶνται καὶ πυθιάωνται τῷ θεῷ*. Verba sunt ejusdem *Plutarchi*. Male tamen exinde collegit *Scaliger* *Busium Delphicum* cum *Attico Thargelione* concurrere, quod *Apollinis natalem* vii^o. *Thargelionis* celebrarint *Athenienses*. Aliud ex hoc ipso loco elicere Vir magnus potuit, ex illis nimirum *Plutarchi* verbis: *ἔαρθ' ἢ ἀρχῆ, καὶ τὰ πολλὰ φύεται πτωικαῦτα καὶ διαβλασάνει*. Nec enim profecto *Vernam* tempestatem inchoavit, *Scaligero* ipso iudice, *Thargelion*, sed *Munychion*. Nec temere hoc *Plutarcho* excidisse, jam è *Dionysio Περιηγητῇ* & ipso quoque *Thucydide* ostendimus. Non observaverat Vir maximus mensis cujusque *Lunaris* diem vii^m. pro *Apollinis Natalitio* haberi solitum, non *unius* tantummodo, ut ostendit *Hesiodus*, cujus *ἡμέραι* nullius *singularis mensis* propriæ censebantur. Imo id innuit hoc ipso in loco *Plutarchus*, cum *Oracula, Natalitio* mensis *primi* folius edi solita, postea *singulis mensibus* edita fuisse docet, diebus nimirum *singulorum* mensium similiter *natalitiis*, id est, *septimis*. Itaque *Thargelionis* vii^m. ita pro *Apollinis natali* habent *Scriptores Attici*, ut interim aliorum mensium *Lunarium* dies vii^{os}. pro *natalitiis* habendos nusquam negent. *Verus* autem *Natalitius* is proculdubio habebatur qui *solus* fuerat apud *Veteres* mensis *Vernalis primi, Munychionis* proinde, non *Thargelionis*. Hæc nos tamen alibi. Utcunque *Natalium* certe, non *ludorum* nomine, non *victoria Apollinis* in *Pythonem*, sacer erat dies hujus mensis vii^{os}. Alius ergo quærendus *Pythiis* commodior. De primo



a Procl. in *Herodoti*
siodi Hæres.

primo ergo mensis die ita ^a *Proclus* è *Philochoro*. φιλόχορος
 ἐν τῷ περὶ ἡμερῶν, ἡλίου καὶ Ἀπόλλωνος λέγει αὐτῷ. Hic fane cu
 aliam nullam causam videamus cur fuerit *Apollini* dicatu
 non video fane cur non *ludis* assignandus sit. Hoc etiam i
 nuit *Dionysius Periegetes* cum *hirundinis* adventui ludos il
 tribuit, qui certe in *Kalendaris Julianis* diu ante *Munych*
nem statuitur, nedum ut *Thargelioni* convenire possit. Ita
 certissime *Veris initio* convenerit, quod tot volunt, uti vidim
 Auctorum veterum testimonia. Utcunque tamen à *primo* c
 te mensis die videntur arcessendæ *Pythiades*, ut à *primo* mē
 sis *Olympici Olympiades*, quæ mensis *Plenilunio* edebantur.
 propterea fortasse *numeratæ* sunt *Pythiades* quod *Tetraete*
 dum *initiiis* convenerint, similiter ac *Olympiades*. Sic enim
 cte processerit ab ipsis ludis *Pythiis Tetraeteridis Pythicæ* si
 putatio. Ea tamen ita commode in *Isthmiis* aut *Nemæis*,
 isve *Græcorum* ludis etiam *Tetraetericis* procedere non pot
 qui non cum *Tetraeteridum initiiis* redibant. Sic ergo te
 mus *Pythiorum mensem* atque *diem*. Jam *Cycli* etiam indag
 di sunt.

Sect. III.

Cyclo utebantur
 Delphenses eo-
 dein, quo vete-
 res Romani, tri-
 um Octaeteri-
 dum, dierum
 numero quo-
 tannis dispari, &
 mutulis Emboli-
 mis.

b *Plut.* Quæst.
 Græc.

c *Censorin.* c. 18.

Ut ergo à certissimis incipiamus, sedulo observanda f
 in hunc finem verba ^b *Plutarchi*. τρεῖς ἄγχοι Δελφοὶ ἐνναετη
 κατὰ τὸ ἐξῆς, ὧν πλὴν μὲν Σεπτήμερον καλεῖται, πλὴν δ' Ἡρωίδα, πλὴ
 Χαερίδαν. Nomine ἐνναετηρίδων veras tamen ὀκταετηρίδας in
 lexisse docet ^c *Censorinus*. ὀκταετηρίς, inquit, facta, quæ
 ἐνναετηρίς vocitata, quia primus ejus annus nono quoque anno
 dibat. Imo *Delphis ludi*, qui vocantur *Pythia*, post *octavum*
 num olim, ait, conficiebantur. Tres ergo *Octaeteridas* illas
 τὸ ἐξῆς actas ita testatur, ut facile intelligamus *Cyclum* fi
 perpetuum qui *trium Octaeteridum* circuitu constiterit. At
Cyclum qui *tribus* constiterit *Octaeteridibus* alium nullum a
 Veteres reperimus ab eo quem veteres *Romani* à *Græcis* p
 culdubio mutuatum usurparunt, qui, quoniam *singulis* a
Lunaribus dies assignavit 355. proinde ambitu *trium Octa*
eridum, seu annorum xxiv. dies superfluos xxiv. compl
 censebatur; ab *ultimæ Octaeteridis Embolimis mutilis* uti
 detrahendos. Vix enim dubitare possum quin à *Græcis*
Romanos hujus *Cycli* emanarit *exemplum*. Apposite certe *O*
eteridi ultimæ nomen *Charile* assignatum est. Propter ratio
 ut videtur, *Mysticas*. *Charilam* enim illam virginem pai
 rem parentibus orbam fuisse volunt, quæ cum, grassante
 me, à Rege alimenta mendicaret, calceo in faciem impa
 COI



contumeliæ impatiens zona sua se strangularit. Merito enim pauper, merito strangulata, haberi potuit *ultima* illa trium *Octaeteridum* quæ *superfluis* *Octaeteridum omnium* diebus erat spolianda atque detruncanda. Idque, ni fallor, volebant illi, quicumque demum fuerint, artifices Mythologi. Fieri quidem potest ut, ætate *Plutarchi*, cum nulla esset amplius necessitas *triplicis* ad *æquationes* faciendas *Octaeteridis*, memoria tamen manserit ætatis illius qua fuerit necessaria. Sed *originem* certe talem hæc ipsa indicant vestigia qua *triplex* fuerit ad hunc ipsum usum *æquationum* faciendarum necessaria, quæ tamen in alio nullo *Cyclorum veterum* unquam, quod quidem sciam, reperiatur. Imo *sacris* atque *Theologicis* rationibus, potius quam *Astronomicis*, totus hic *Cyclus* nitebatur. Nec enim alium aliquem *mensis Lunaris* modum constituebant *hujus Cycli* conditores ab eo quem repperant in *Cyclo mutilorum Embolimorum Octaeterico*. Illud autem præcipue ob oculos habebant ne *annus Lunaris* integer *paribus* diebus constaret. Idque ut assequerentur, effecerunt ut à *veris* *Lunæ* rationibus, *additio* illo *die* qui numerum conficiebat *imparem*, *Civiles menses* longius aberrarent, non antea in concordiam redigendi quam *Cyclus integer* absolveretur. Dedita ergo opera, & singulari quodam *Religionis* consilio, hic *anni Lunaris Civilis* modus statuebatur, qui, nisi *Cyclo Octaeterico triplici* evoluta, cum *Luna* ipsa ne quidem consentire credebatur.

Ne autem hoc *Delphis* suspectum habeatur, erat, ut videtur, his iisdem temporibus, similis etiam *Periodus* apud *Bæotos*, quæ quia mutuam invicem lucem foenerantur, proinde simul explicandæ sunt. Imo *Bæotica* potius præmittenda, quia illius *Periodi experimentum* habemus, quale nullum habemus in *Delphica*. De die ergo *Prælii Plataensis* ita *Plutarchus* in *Aristide*: ταῦτις τῶν μαχλῶ ἐμαχέσασθαι τῇ περὶ τῆ Βοηδρομιῶν ἰσχυρῶς κατ' Ἀθηναίους, κατὰ δὲ Βοιωτῶς, περὶ τῆ Πανέμου φθίνοντες, ἢ καὶ νῦν ἐπὶ τὸ Ἑλληνικὸν ἐν Πλαταιαῖς ἀθροίζετα σινέδριον, καὶ δύο σοι τῶ ἑλθεῖν Διὶ Πλαταιαῖς ὑπὲρ τῆ νίκης. Τὴν δὲ τῶν ἡμερῶν ἀνωμαλίαν ἐξαιμασίον, ὅπως καὶ νῦν διηγεσώμεθα τῶν ἐν Ἀστρολογίᾳ μάλλον, ἀλλὰ ἄλλοι μὲν ἀρχῶ καὶ τέλος τῶ ἀγῶν. Vel hinc sane colligitur (quod tamen nondum observarunt Eruditi, qui è calculis *Astronomicis* de *Veterum Civilibus* pronunciant seu *Noviluniis* seu *Pleniluniis*) quàm non habuerint in animo *Cyclorum conditores* ut *menses Cyclorum Lunarium intermedii*

H h

Luna



Diff. V. *Cycli Delphici, & Bœotici.*

Lunæ responderent. *Lunæ* enim ipsa *phasīs* tantam discrepantiam, quæ ad justam *Lunaris* circuitus *quadrantem* excreverat, facile detexisset. Proinde *Cyclorum* diversitati diversitas illa omnis *Noviluniorum* in *Civilibus* supputationibus assignanda est. Sed vero *Harpali Cyclum*, quem, quoad *Kalendarium Civile*, cum *Cleostrato* eundem fuisse diximus, observasse jam probavimus horum temporum *Athenienses*. Itaque *diversum* ab utroque *Cyclum*, tam *Harpali* illo quam etiam *Cleostrati*, usurparunt hoc *Seculo Bœoti*. Erant autem ipsis *Atheniensibus* in usu *Octaeterides Embolimorum mutilorum* ante *Embolimos integros* à temporibus usque *Solonis*, pro prima nimirum *mensum Lunarium*, post *Thaletem*, constitutione. Morem ergo illum in *Embolimis* observatum suspicabar. Et suspicionem firmabat *Civilium Noviluniorum* tanta illa invicem ad *Lunaris* motus *quadrantem* usque discrepantia, quæ major erat quam ut *fallere* posset *Astronomos*, & certe major quam quæ in illis reperiebatur *Cyclis* qui *integrīs* constabant *Embolimis*. *Mutilorum* ergo *Embolimorum Cyclum* illum fuisse verisimillimum est, cujus *Kalendarium* ita erat ab *Attico Kalendario* *diversum*, quod *Cyclo* illi inserviebat in quo locum alii non habebant quam *integrī Embolimi*. Illa præsertim causa, quod, post *Thaletis Cyclum*, qui *plurium* annorum esse non potuit, illum jam fuisse etiam probaverimus, apud ipsos etiam *Athenienses*, antiquissimum. Sed certissimam methodum explorandi, id ita necne se haberet, eam esse censui, siquem *Cyclum Octaetericum* reperire possem è *triplici Octaeteride* conflatum, *mutilisque*, quales illos esse dixeram, *Embolimis*, qui, exordio inde sumto unde *pleniores Embolimos* adhibere cœperunt *Athenienses*, diem pugnæ *Plataensis*, quem designavit in mense *Attico Plutarchus*, cum illo mensis *Bœotici* die committeret. Hic enim *concursum*, cum sit, in *utroque Cyclo* tam *Attico* quam *Bœotico*, pro utriusque *Cycli* annis *singulis*, admodum varius si in illum ipsum prælii *Plataensis* annum incideret; facile videbam fore ut nostri calculi mirifice inde confirmarentur. Secuturum enim intelligebam, recte à nobis constitutum esse, qui fuerit illo anno, *Cyclum Atticum Harpali Heccædecaetericum*, si illi anni *Bœotici* diei respondisset, retrorsum ductis à *Cycli Metonici* initio numeris. Secuturum rursus viceversa, recte etiam à nobis assignari *Cyclum Bœoticum*, si, exordio ab *initio Embolimorum integrorum* arcessito, calculis, quos dixi, *retrorsum* ductis examussim occurrisset. Nec me mea fefellit expectatio. Sed



Sed *duplicem* observaveram, qui è *mutilis* conflagatur Embolimis, *Cyclum Octaeticum*. Antiquiorem alium, dierum in anno Lunari duntaxat 354. qui *singulis* redire credebatur *Octaeteridibus*. Recentiore alium *Romanorum*, nec tamen *Græcis* propterea incognitum, ut ex hoc ipso collegeram *Plutarchi* loco, qui annis Lunaribus *singulis* diem præterea supra numerum addebat *Cycli exitu* demendum. Constabat autem, si ante *Cycli exitum*, duos nimirum *ultimos* *Cycli Embolimos*, dies *posterioris Cycli*, qui hucusque *plures* erant, respondiissent, *priorem* utique locum hic plane nullum habere potuisse. Et quidem ita se rem habere comperi. Jam enim ostendi *Delphicas Octaeteridas* à *secundis* demum *Olympiadum* annis inire solitas. Proinde etiam *Bœoticas Octaeteridas*, quas ipse hic *consensus* ostendit fuisse, ut erant *Delphicæ*, ipsas quoque *ternas*, à *secundis* *Olympiadum* annis coepisse verisimillimum est. Non ergo ab anno V. C. *Varroniano* 210°. quo coepit *Cyclus Embolimorum integrorum antiquissimus Cleostrati*, sed 212°. *Bœoticæ* numerandæ erunt *Octaeterides*. Et quidem ab eodem *initio* quo *Atticæ*, nempe à *proximo* post *brumam Civili Novilunio*. A *bruma* enim coepisse *Bœotos* testis est *Plutarchus*. Sunt enim illa ejus verba in *Pelopida*: *χαμῶν μὲν ἦσαν αἱ πρὸ τριπλῆς ἀκμαί᾽ μὲνός τῆ τελευταῖς φθίνοντ᾽ ὀλίγα πειρήσαν ἡμέραι, καὶ πρὸ ἀρχῆς ἔδει ἀδελφάμεναι ἑτέρας εὐθὺς ἰσαμέναι τὸ πρῶτον μηνός, ἢ θνήσκον τὰς μὴ ἀδελφίδοντας.* *Ultimus* ille *mensis* quo *abdicare* oportuit *superioris* anni *annui Magistratus*, & *primus* item quo *inibant novi*, non est quod dubitemus quin *primus* fuerit *ultimusque* in *censu Civili*. Accessit præterea, quod nullus fuerit in *tota Octaeteride Cleostrata* annus *cujus primus mensis* ad *Solstitium brumale* propius accesserit, ut è nostris apparet *Tabulis*. Reliqui longius abscedunt. Itaque ab hujus anni die *Januarii xxvii*°. commodissime *Bœoticas Octaeteridas* *aspicabimur*. Sic autem omnia respondebunt, si tamen ex ipso *Plutarcho* ipsum primo *Plutarchum* emendemus. Cum enim hoc in loco prælium ad *Plateas* τῆ τετραχίδι τῶ Βοηδρομιῶν ἰσαμέναι commissum dicat, idem tamen alibi, & quidem ^a *duobus* in locis, ad easdem *Plateas*, τριτη Βοηδρομιῶν depugnatum esse testatur. Cur dubitemus *duobus* locis *invicem consentientibus* fidem potius *adhibendam* esse? Fieri certe facile potuit ut è *sequentibus* verbis, τετραχίδι τῶ Πανέμει φθίνοντ᾽ etiam in *anteriora* τετραχίδι irrepserit. Litem tamen componit magnus ^b *Sca-* *liger*, & *utrumque* putat fuisse *verissimum*: Nempe die *Boë-*

Sect. V.
Ab anni V. C.
Varronian. 212.
Januar. xxvii.
coepit Cyclus
ille Bœoticus.

a Camill. & Lib.
de glor. Atheniens.

b Emend.
Temp. L. 1.



Diff. V. *Cycli Delphici, & Bœotici.*

dromionis revera duntaxat III^o. qui tamen, propter II^m. αὐτὸ ἐξαιρέσιμον, IV^{us}. numerabatur, *Plateis* debellatum esse. Nec sane pugno quin verum illud esse potuerit, cum *morem* illum jam hæctenus probaverim antiquissimum. Et *methodum* ostendi qua *hiatus* ille *suppleri* posset, si *Boëdromionis* dies XXI. ἐνδεκάτη Φθινοῦτος & censeretur. Nec enim alioqui in *Boëdromione*, qui numero *impari* situs erat in mensium ordine, locus esse potuit *exempti*. Satis autem ad causam nostram facit, si fuerit dies ille *Boëdromionis* revera III^{us}. quo *Plateis* victus est *Mardonius*. Is enim erat annus post *Calliadem* Archontem, cujus anno *Græciam* *Xerxes* aggressus est, *proximus*, Urbis *Varronian*. 275. *Olymp*. LXXV^o. ½ Archonte *Xanthippo*, nempe *Periodi Heccædæcæ* II^{us}. quo *Septembris Juliani* die XXI^o. *Atticus* inivit *Boëdromion*. Dies autem *Panemi Bœotici* πρὸς Φθινοῦτος & idem erat rectæ supputationis XXVII^{us}. Sed vero quo anno dies *Panemi Bœotici* XXVII^{us}. cum *Septembris Juliani* die concurrebat XXI^o, primus dies inierit oportet *Augusti Juliani* die XXVI^o. Recte admodum, & pro *Tabularum* nostrarum amissi. Hoc enim ipso anno *Varron*. 275^o. qui *Cycli Bœotici* XVI^{us}. erat, ab illo die *Augusti* XXVI^o. incipit mensis *Bœoticus* VIII^{us}. qui proinde *Panemus* erat. Hoc tamen eo pacto continget, si in *Cyclo Bœotico* menses *intercalares* dierum XXIII *precedant*, sequantur autem minores alii dierum tantummodo XXII. Hoc etiam admodum commode. *Incipit* enim hic *Cyclas* ab *Olympiadis* anno II^o. & ab anno *aliarum Tetraeteridum* similiter II^o. quo loco mensis *intercalaris* erat *minor* dierum XXII. Ita necesse erat ut annus *hujus Cycli* II^{us}. idem fuerit *aliarum Tetraeteridum* IV^{us}. & proinde die illo, qui IV^o. quolibet anno è singulorum annorum *quadrantibus* accessit, additio auctior. Faciunt hæc tam multa invicem consentanea, quæ tamen alioqui ægre invicem consentire posse quis crederet; ut vix dubitare possim quin hucusque *Cyclum* utrumque, tam *Atticum*, quam *Bœoticum* recte constituerim. Ab hujus certe *Cycli initio* qui *Olymp*. LXXI. ¾ inibat, errorem nullum irrepere potuisse probat supputatio. Etiam *ante* annum illum, *Cyclum* præterea *alium* ejusdem formæ elapsum esse docent *omissi* dies in *sine* anni *Varroniani* 257^o. ad restaurandum *Cycli Attici Novilunium*. Discrimen enim fecissent tot *omissi* dies, ut non possent ab eodem die *Januarii Juliani* XXVII^o. utrobique *similes* procedere calculi, ni fuissent utrobique similiter *omissi*. Sed quoniam ab illo anno, quem dixi, *Varroniano* 212^o. coeperunt *Anomalie*



in Cyclo *Attico* propter *Embolimos integros*, à *veteri Cyclo* quem *mutilis* conflatum ostendimus; proinde ab *eo anno* commodissime *Cycli novi* usus arcessendus est.

Hinc ergo jam elicimus etiam *Cyclum Delphicum*. *Anni enim Delphici initium* jam ostendimus ab initio *Veris* esse repetendum, à *mensē scilicet Vernali primo*. Inde procedunt omnia ut in *Tabulis Bœoticis*. Eo duntaxat discrimine quod ab *initio* tam diverso, & à *loco Embolimi* proinde *alio*, necessario sequi oportebat. Et quidem, quod ad *Pythia* attinet, quorum *solorum* usus est in *Chronologia Delphica*, satis fuissent *quarti mensis initia* quæ prorsus eadem redeunt in utrisque *Tabulis*. In *aliis mensibus*, qui proxime sequuntur *Embolimos*, discrepantia major est, quam etiam ipsam in *Tabulis* designasse non erit inutile, siqui fortasse prodibunt è latebris *Libri*, aut saltem *lapides*, *Delphicis* temporum notis res gestas designantes.

Cæterum jam hætenus observavimus *Cyclum hunc*, quod equidem ad *Astronomicas* rationes attinet, nihil habere *novi* cur *Cyclus novus* conderetur. *Modum* enim eundem supponit tam in *anno Solari* quam in *mensibus* etiam *Lunaribus* qui fuerat in *Cyclo præcedenti*. Par enim est, in hoc *Cyclo xxiv* annorum, *dierum* numerus ac in *triplici* formæ prioris *Octæteride*. Supponit præterea *additios* illos *singulorum* annorum *Lunarium* dies à *veris* tamen *Lunæ* rationibus esse alienos. Alioqui nihil erat necesse ad *Lunæ* rationes instaurandas, ut *mensis intercalaris* unus in *Cycli fine* integer *omitteretur*, alius autem *mutilaretur*. Hæc cum essent, apud ipsos *Cycli conditores* in *confesso*; cur, quæso, id *Cyclo suo novo* efficerent ut, *labente Cyclo*, *magis* interim quam antea à *cælo* discrepant *Civiles menses*, non ante *Cycli finem* in locum pristinum revocandi? Indicant, ni fallor, hæc *Auctorem Cycli*, quamvis *Astronomum*, magis tamen *Theologiæ*, quam *Astronomiæ*, studiosum. Ego vel *Pythagoram* ipsum fuisse suspicor, vel è *secta* illa *aliquem*, quem nescimus, alium. Quod enim unus adderetur *supra* *Lunaris* anni modum *dies*, *superstitioni* magis quam *imprudentiæ* tribuunt *Auctores*, *qua impar* (inquit ^a *Censorinus*) *numerus plenus*, & *magis faustus* habebatur. Et in honorem *imparis numeri* factum vult ^b *Macrobius*. Sed vero omnem illam *numerorum Religionem Græcis* videtur intulisse *Pythagoras*. De hujus sententia *Ἀειδητικὰ Θεολογῶν* scripsit *Nicomachus Gerasenus*. Idque quasi *proprium* in illo ridet

Sect. VI.
Cœpit annus
Delphicus ab ini-
tuo mensis Bœo-
tici quarti.

Sect. VII.
Hic *Cyclus* vel
ab ipso *Pytha-
gora*, vel à *Py-
thagoræ* aliquo,
fuisse videtur.
Sed *mensis* in eo
nullus major
tricenario.

^a *Censorin. c. 20.*

^b *Macrobi. Sat. L.
l. c. 13.*



ian. Vitar. ^a *Lucianus*. Imo numeri imparis Deo assignati Auctorem, ad locum *Virgilio*, *Pythagoram* agnoscit ^b *Servius*. Sed notius hoc quam ut Testimoniis indigeat. Illud quoque *Pythagoram* sapit, quod *Cyclus* ille nulla *Astronomiæ* necessitate confectus è iv. per vi. multiplicatis constet. Erant enim, apud illum, hi ambo numeri sanctissimi; & è numeris istiusmodi invicem multiplicatis mira solebat elicere Mysteria. Sed modum illum mensium Civilium, ut etiam ipsi, excepto ultimo, impari numero dierum constituerentur, essentque adeo dierum vel xxix. vel xxxi. *Pythagoræorum Italicorum* proprium fuisse censeo. Postquam enim *Thales* mensis *Lunaris* diem ultimam *ῥεῖακάδα* fuisse deprehenderat, inde nullum reperimus apud *Græcos* exemplum mensis *Lunaris* qui plures diebus xxx complexus fuerit, nec ullum adeo *Kalendarium* in quo nomen habuerit dies mensis xxxi^{us}. Imo tantundem valuit, etiam in mensibus *cavis*, dies mensis ultimus & *ῥεῖακάς*, ut jam supra observavimus. Hac certe in causa ita se rem habuisse, exemplo jam prolato colligitur, in quo ante diem *Panemi* xxvii^m. nullum apparet mensis vestigium qui dies xxxi habuerit. Et binis adeo pauciores erant ab anni initio dies, quam fuissent pro forma *Italica*. Quod autem diem anni 355^m. ultimo mensi addentes parem illum fecerimus, qui fuisset alioqui, pro recepta *Kalendarii* disciplina, impar; in eo veterum etiam *Romanorum* morem observavimus, & *Pythagoricam* de mense anni ultimo superstitionem.

Certe *Pythagoram* pro *Apollinis*, & quidem *Delphici*, filio, haberi volebant *Pythagoræi*, imo ipse etiam fortasse *Pythagoras*. Inde mater ejus, quæ antea *Parthenis*, deinceps *Pythais*, à *Mnesarcho* marito, ut volunt appellata, à *Pythio* nimirum *Apolline*, *Delphico* utique, cujus in honorem ludi *Pythii* instituti sunt. Inde ipse etiam *Pythagoras* appellatus, quod scilicet *Mnesarcho* alia roganti filium illum *Pythia* prædixerit. Itaque *Apollinis* filium disertis verbis agnovit Poeta quidam *Samius*, cujus verba servavit *Porphyrius*. Et in *Delo* certe ara erat *Apollinis* ἀναίμακτος proinde appellata, quod à Sacrificiis sanguineis pura fuerit, hoc ipso nomine *Pythagoræ* gratissima, ut pater *Mnesarchus* templum in honorem *Apollinis* ibi struxerit, & *Pythagoras* ipse ibi sæpissime versatus fuerit. Quid ergo miremur, si Vir Divinus (sic enim audiebant *Philosophi*, qualis erat *Pythagoras*, ἱεραρχοῖ) & in *Astronomia* celebris, & certe *Templi* saltem *Deliaci* eximius Patronus, à patre nempe fundati,

sect. VIII.
is apte con-
dit cum tem-
: ipsius *Py-*
goræ.



fundati, *Cyclum* conderet in honorem illius Dei, cui tot nominibus addictus erat? Cur porro miremur, si *Cyclum sacris* potius quam *Astronomicis* rationibus constructum in ludis *Pythiis* eidem numini sacris adhiberent Sacrorum *præsides*? Erat præterea ipsius *Pythagoræ* temporibus proximus *Oenopides*, & quidem ita proximus ut *Pythagoræ* ipsius *Obliquitatis Zodiaci* repertæ^a æmulus esse voluerit. Hic autem *Cyclum Solarium* motuum excogitavit, qui annis demum LIX rediret. Nempe annum *Solarem*^b diebus 365. conflavit, & dierum XXII. parte LIX^a. Quod proportione ad dies XXII *partem diei* quæ *singulis annis* redundabat, determinavit; in eo morem, ni fallor, *Embolimorum receptum* ob oculos habuit, qui diebus constarent XXII. Idque significare voluit, præter bienniorum istiusmodi *Embolimos*, alium in fine anni LIX^l. accedere oportere, licet *primus* fuerit, non *secundus*, ab anno *Embolimæo*. Ita fuerint in *Cyclo integro*, præter annos *Lunares* dierum 354. menses præterea *Embolimi* 30. quorum *undecim* dies habuerint singuli 23. reliqui autem tantummodo 22. Hinc ergo intelligimus quam fuerit apud illius *Seculi Pythagoræos* receptus *modus* ille mensium *Embolimorum*. Sed *Philolai* *Cyclo*, quamvis idem esset annorum *numerus*, nempe LIX. alius tamen *modus* erat anni *Solaris*, & alius etiam mensium *Embolimorum*. Cum enim fuerint in *Cyclo* universo *Embolimi* tantummodo 21. inde *plenos* illos fuisse facile colligimus. Sed *Italus* erat *Philolaus*, & ab ipso *Pythagora* paulo remotior, quippe qui fuerit *discipulus*, non *Pythagoræ*, sed *Archytæ*, & recenti *memoria*, cum, *Platone* auctore, *Dio* scripta ejus emeret. Erant præterea in *Delo* ipsa *Pythia*. De illis enim *ludos* à^c *Dionysio Periegete* memoratos vulgo intelligunt *Eruditi*, *Vere* ineunte celebrari solitos. Hi si fuerint

iidem cum *Delphicis*, & eodem *tempore* acti fuerint, & quidem *Cycli* beneficio tempestatu *Vernali* astricti fuerint, *Cyclum* illum ab ipso *Pythagora* manasse verisimillimum est, qui *Delus* erat, & ab *Astronomia*, & ab *Apollinis* cultu celeberrimus. Conventit satis bene *Cycli primi* tempus ab ann. 11^o. *Olymp.* LIX^o. Nondum enim in *Ægyptum* concesserat, ut è nostra illius *Chronologia* supra ostendimus. *Cycli* enim qui ann. 11^o. *Olympiad.* LXVI^o. cœpit, initio adesse non potuit, qui ante annum illius *Olympiadis* III^m. annum suæ *Captivitatis Babylonice* XII^m. non explevit. Prius ergo illud initium verisimilius ostendimus. *Thebis* autem calculos *Pythagoræos* inferre potuit *Lysis*,
qui

a *Plutarch.* de plac. Philos. L. II. c. 12.
b *Censorin.* c. 19.

c *Dionys.* v. 526, 527, 528, 529.



qui ab incendio *Cyloniano* fere ibi exulavit. Sed *Olymp.* LXXII². ²/₃ incendium illud erat *Cylonianum*, cum tamen *Olymp.* LXXI². ²/₃ illa ipsa cœperit Periodus *Bœotica* de qua modo disputavimus. Magis ergo placet ut à Cyclo *Delphico*, vel *Deliaco*, exemplum acceperint *Bœoti* quod ipsi imitarentur. Præcessit autem *Cyclus Bœoticus* *Cyclum Pythicum* propter *initium* anni *Bœotici* quod anni *Pythici* *initio* erat maturius. Condi ergo *Cyclum* illum antea oportuit quam in usum *Civilem* redigeretur.

Sect. IX.
Cycli alii *Bœotici* & *Delphici*
Cyclo *prædicto*
antiquiores.

Tenemus itaque in *utroque* Cyclo *initia* ab anno *Varron.* 212^o. *Olymp.* LIX². II^o. unde retrorsum supputare possumus, in Cyclo *Bœotico* à die *Januarii Juliani* xxvii^o, in *Pythico* autem ab *Aprilis* similiter *Juliani* die xxvi^o. Nec erit sane difficilis illa supputatio si de *Cyclo*, quo erat instituenda, constaret. Nec sane quicquam video cur dubitemus quin idem fuerit *Delphis* *Cyclus* atque *Thebis* quem *Athenis* à temporibus *Solonis* jam obtinuisse probavimus. *Græcis* enim *universis* *Oracula* de mensium forma *Lunari* præcepisse jam ostendimus è *Gemino*. Nec est cur suspicemur quin *Pythii Apollinis* eodem spectantia fuerint *Oracula*. Erant certe & *numen* illud à *vaticiniorum* laude, & *locus* ab *Oraculorum* fama celeberrimus. Nec aliud erat, illis temporibus, *Oraculum* quod magis *Græciæ* *commune* censeretur *universæ*, à quo magis esset expectandum ut res *Græciam universam* spectantes præciperentur. Hoc certe *Oraculum* procurabant *Amphictyones* ab antiquissimis, ut volunt, *Acrisi* temporibus, in rebus *Religionis* communissimum totius *Græciæ*, idemque sanctissimum, *Concilium*. Eò enim *Pylagoras* suffragii jura habituros miserunt *Græciæ* *Civitates universæ*. Et annuorum conventuum alterum *Delphis* habebant *Amphictyones*. *Credemusne* ergo cum *Græcis* *universis* præciperet *Oraculum Delphicum*, *cives suos solos* neglexisse *Auctorem Oraculi Deum*? Quod si illis etiam præceperit, nec officio suo defuerint *Cives Delphici*; non video sane quem alium *Cyclum* quem, hoc neglecto, observare potuerint. *Thaletis* *Cyclum*, ante *Olymp.* XLVIII. qua antiquissimam *Græciæ* *Eclipsim* prædixit, correxerit oportet ipse *Thales*, ut proinde alii deinceps nulli errorem adeo confessum imitari potuerint. Et juniores *Olymp.* LIX. alii erant *Tetraeteridis* seu *emendatores*, seu *novorum* diversorumque *Cyclorum* conditores. Sic itaque *Pythiadem*, quæ *Tetraeterica* prima numeratur, *Olymp.* XLIX. ann. 2^o. *Tabulæ*, pro modo *Solonis*, *Tetraetericæ* docebunt. Imo etiam *Octaetericarum ultimam* quam *Olymp.*



Olymp. XLVIII. 2°. *Varroniano* autem anno 168°. assignavimus. Coepit autem *Octaeterica* illa *Pythias* anno 2°. *Olymp.* XLVI°. Hanc ergo si, pro eadem *Solarium Lunariumque* motuum norma, celebrarint *Delphi*, sic fuerit *Solonis Tetraeteris Delphis* antiquior quam *Athenis*. Quod sane improbable non est cum *Solonis νομοθεσία* (quæ ejusdem erat anni cujus *Archonticus* ejus Magistratus) à *tumultibus Atheniensium* ortum ceperit, qui ob stare poterant quo minus apud *Athenienses* locum haberent saniora illius, de *Anni* forma, etiam jam *patefacta* consilia. Unici autem anni discrimen erat. Anno enim *Olymp.* XLVI°. 2°. exeunte acta sunt *Pythia* illa *Octaeterica*. Nempe mense primo *Vernali*. Et anno ejusdem *Olymp.* 3°. exeunte Magistratum inivit *Solon*. Sed spatium antea trimestri. Nempe mense ab *hiberno Solstitio proximo*. Ita intervallum fuerit mensium duntaxat novem. Antea *Tetraeterida Solaris*, ut apud *Athenienses*, sic etiam apud *Bœotos & Delphenses* obtinuisse verisimillimum est. Sed desunt in *Historiis antiquioribus* notæ *Chronologicæ*. Melius tamen fortasse post duos à *Solonis* Magistratu *Attico* annos *Tetraeterides, Bœoticam & Delphicam*, auspicabimur, quæ mensium forma *Lunari* constabant. Nempe ab anno V. C. *Varroniano* 164°. Ita scilicet, ut usque ad annum *Varronianum* 163^m. antiquior forma obtinuerit quæ erat tantummodo *Solaris*. Sic enim optime præeuntes *Athenienses* in usu mensium *Lunarium* secutæ fuerint reliquæ *Græcæ* Civitates. Ita præterea respondebunt invicem ubique *Tetraeterides Solares*, ut nempe in eisdem annos convenerint dies *addititii* qui erant postea, pro *Romanorum Juliano* censu, *Bissextilis*. Erat enim sane *Bissextilis* annus *Varronianus* 161^{us}. quo *Archon* erat ipse *Solon*, ut *proximo* proinde post *Bisextum* anno inierint ab eo *adinventæ Tetraeterides*. Sic autem fiet ut *diversimoda* fuerit *Octaeterica Pythias* ultima quam *Olymp.* XLVIII°. $\frac{2}{3}$ assignavimus. Prior enim illius *Tetraeteris*, quæ ab *Olymp.* XLVI°. $\frac{2}{3}$ ad *Olymp.* XLVII°. $\frac{2}{3}$ pertigit, tota *Solaris* erat. Posterior autem, quæ inde ad *Olymp.* XLVIII°. $\frac{2}{3}$ numerata est, tota *Lunaris*. Ne quidem id incommode. Ita anni *Pythiadum* sequentium *primi* iidem erant *Tetraeteridum* præcedentium *tertii*. Idque verum fuisse exinde probavimus, quod *primi* quique *Pythiadum Embolimi mutili* dierum fuerint XXIII. non XXII.



Stesichori morte *Epistolæ* omnes istiusmodi sunt ut *mortem* illam indicent fuisse recentissimam. *Pythagoræ* autem & *Abaridi* singulas inscriptas habemus literas, quæ plane faciunt ut suspicemur, amicitiam cum illis non fuisse diutinam. *Quintum* tamen egit *Pythagoras* cum illo *mensum*, si quidem fides *Ep. 74.* Tunc tamen dimissus postea redierit oportet si vere cædis Auctor fuerit. Medio, ni fallor, anno omnia rectissime convenient. Nimirum *Varroniano 265. Olymp. LXXII.* Hoc enim tempore clarescere potuit in *Sicilia Pythagoras*, & fama ejus ad *Agrigentum* usque, atque ad *Phalaridem*, penetrare. Potuit & *Theron* libertati insidiari, & in sequentem Monarchiam stabilire. Potuit hoc eodem anno & *Stesichorus* mori, & ipse quoque *Phalaris*. Sic *Pindari* ætatem attigerit *Stesichorus* quem pariter cum illo *Eclipsium* imperitum fuisse jam diu observavit ^a *Plinius*, & in eodem errore versatum. Hinc ergo clavem tenemus Chronologicam ad *Phalaridis* tempora, si id ageremus, constituenda. Scribit enim ^b *Phalaris* ad liberos *Stesichori* (jam scilicet nuper defuncti) XII annos effluxisse ex quo parenti eorum pepercerat. Nempe propter servatos à *Phalaridis* jugo *Himeræos*. Ita anno *Varroniano 253. Ol. LXIX.* contigerint motus illi *Himeræorum* in *Phalaridem* quorum Auctor erat ipse *Stesichorus*, idem nihilominus ab illis vicissim impulsus. Gratulatur autem *Stesichoro* ^c *Phalaris*, cum minus imperium Civium suorum *Himeræorum* auferre vellet, quod majus dedisset *Agrigentorum*. Nescio an ad operam aliquam *Stesichori*, qua usus fuerit in *Agrigentorum* tyrannide occupanda *Phalaris*, illa referenda sint; an ad motus aliquos ipsorum *Agrigentorum* quos spe *Himeræos* opprimendi depulsus sedarit, curis deinde ad rem domesticam conversis; an denique ad virium pristinarum confirmationem quæ repressis *Himeræis* accesserit. Jam certe *Agrigentorum* tyrannum fuisse exinde constat, quod metu illius *Stesichorum* prodiderint *Stesichori* cives *Himeræi*. Imo antea quam bellum concitaret *Stesichorus*, cum suspectus esset tantummodo, idque leviter, habemus ad illum amicas *Phalaridis* ^d *Epistolas*, & de illo. Periculum enim magnum adierat *Phalaris Himeræ*, stratis in illum insidiis ab *Eubulo* & *Ariphanto* à *Stesichori* in tyrannos Poematibus in illum concitatis. Imo adhuc illa vel suspicione antiquiores sunt *Epistolæ*, & quidem amicissimæ. Itaque ante illum, quem dixi, annum jam fuerat aliquantisper in tyrannide *Phalaris*. *Clisthenem* porro *Atheniensium* Legislatorem

^a *Plin. N. H. L. II. c. 12.*

^b *Phalar. Ep. 103.*

^c *Ep. 94.*

^d *Ep. 147. 22. 73.*



gislatores ἀνεψιάδων agnoscit ^a *Phalaris* πρὸς μητρὸς. Ἀνεψιοὶ ^a Ep. 95.
 erant fratrum sororumve liberi. Ἀνεψιάδης, ἐκ τῆ ἀνεψίᾳ γε-
 γονὸς ἢ τῆς ἀνεψιάς, inquit *Hesychius*. Ita tamen intelligendus,
 ut Parentes utrinque ἀνεψιοὶ essent, vel ἀνεψίαί, liberi ἀνεψίων
 sibi invicem ἀνεψιάδαι. Sic enim ^b *Pollux*: οἱ γὰρ μὲν ἐκ τῶν ἀνε- ^b Poll. L. III. c.
 ψίων Φύωτες, ἀλλήλοις ἀνεψιάδαι. Sic pares invicem ætate fuerint ^{2. n. 4.}
Clisthenes atque *Phalaris*. Pulsis *Pisistratidis* Archon simul fu-
 isse videtur, & νομοθετικὴν exercuisse, pro exemplo *Solonis*, ann.
 ut videtur V. C. *Varroniano* 245. Ol. LXVII. 3. Postea ipsum
 à *Lacedæmoniis* pulsum testatur ^c *Herodotus*, auctore contra- ^c Herod. Mus. v.
 riæ factionis duce *Isagora*. Hoc autem ipso tempore jam ty- ^{c. 70.}
 rannidem agebat in *Agrigento* *Phalaris*. Scripsit post *Clisthe-*
nis exilium *Phalaris* ad ipsum *Clisthenem* Ep. 110. in qua il-
 lum comiter reprehendit, quod exul jam se ad cognatum
 amicumque non contulerit, exiliumque levarit. Certe jam
 tyrannide potitum, qua posset exulem tueri, doloremque exi-
 lii levare. Adhuc antea, cum nondum in exilium concessisset,
 misit ad *Autonoem* ^d *Clisthenis* matrem pecuniam qua posset exi- ^d Ep. 95.
 lium illius redimere multa soluta, quæ adhuc constituta erat
 tantummodo pecuniaria. Imo rebus *Clisthenis* salvis ^e integrif- ^e Ep. 77. 110.
 que, se illum monuisse testatur de malis secuturis. Alienum
 tamen ab illius consiliis *Clisthenis* animum fuisse innuit, quod
 iniquum iudicem de libera Republica tyrannum judicavit. Sic
 annis ad minimum xx tyrannidem tenuerit ab anno *Varronia-*
no 245. ad 265. Fieri ergo potest ut verum fuerit *Eusebii*
 intervallum à num. *Euseb.* 1362. ad 1390. de illius tyrannide,
 ut tenuerit per annos xxviii. Est enim alioqui situs ille, (ut
 ex his quæ diximus abunde constat) falsissimus. Ita cœperit
 anno *Varroniano* 237. *Olymp.* LXV. 3. Convenit tempus *Epi-*
charm & *Hieronis*, si tamen *Hiero* ille, cui cœvus erat *Epi-*
charmus, idem sit cum eo cujus meminit *Phalaris* Ep. 86. qui
 postea *Geloni* fratri in principatu *Syracusano* successerit. Nec
 video sane cur Epistolas illas in dubium vocemus, fuerintne
 vere *Phalaridis*. Sunt sane verbis illæ satis quidem, pro So-
 phistarum arte, comtæ. Sed rebus gestis solidisque *Observa-*
tionibus longè copiosiores quam solent esse μελετήματα. Nec
 cœvos habemus pedestri oratione Scriptores è quibus de *Se-*
culi stylo; nedum *Siculos*, multo minus *Agrigentinos*, è qui-
 bus de *Civitatis* Dialecto statui possit. Mitto enim *Poetas*,
 mitto item *Pythagoræos*, quibus propria quædam erat ratio
 cur *Dorica* potius, quam alia, Dialecto uterentur: *Poetis*, præ-



a *Iambl. vit. Pyth.*

b ap. *Dionys. Halic. L. 1.*

fertim *Bucolicis*, quod & magis *sonora* & *Rusticis* usurpator esset; *Pythagoreis* autem, quod *virilior*. Qui autem *solutam* orationem usurpant, ii *communi* potius, quam *singulari* aliqua, *Dialecto* delectari videntur. Ita *Diodorus*, quanquam etiam ipse *Siculus*. Ita *Timæus* *Historicus Tauromenita*, qua quidem è *Fragmentis* ejus judicare licet. Nec *Doricam* sane *Dialectum* usurpabat *Scriptor Siculus* omnium antiquissimus *Historicus*, ^b *Antiochus Syracusanus*. Inde conjicere licet *sermonem Aulicum Siculorum* politiorum fuisse potius *communem*. Sed mentionem *Tauromenitarum* suspectam habet ornatissimus tam eruditione quam stirpe juvenis cui nitidissimam debemus *Phalaridis* Editionem. Cur illud vero? nempe quia *Tauromenii* nomen *Naxo* à *Dionysio* seniore dirutæ postea accessit sub *Dionysio* juniore cum nova *Colonia* ab *Andromacho Tauromenita*, *Timæi* *Historici* patre, deducta restauraretur. Ab hac enim in *Tauro* colle qui *Naxo* imminebat *μνη* nomen ipsum *Tauromenii* arcessit *Diodorus* ad *Olymp.* cv. 3. Sed hujus loci, & sub hoc ipso nomine, etiam sub *Dionysio* seniore idem meminit *Diodorus Ol.* xcvi. 3. Et à *Dionysio* oppugnatum testatur spe illa potissimum occupandi concitato, *Δεὶ τὸ μὴ πύλαι κατωκημέναι*. Nempe ante *biennium*. Annum enim ipsum docet *Diodorus* quo collum illum præsidio occupaverant *Siculi*, *Ol.* xcvi. 1. τότε (inquit) ἔμεινεν ὁ πόλεμος ἄνευ αὐτῶν, τείχος περιβαλλόμενοι ἔτι τὴν πόλιν Δεὶ τὸ μείναι τὰς ἐπὶ τὸν Ταυρὸν ἀθροισθέντας, Ταυρομήσιον ὀνόμασιν. Est tamen, fateor, hæc etiam *Tauromenii* origo recentior *Phalaride*. Sunt autem merito observanda verba *Diodori* de *Siculis Tauromenium* restaurantibus etiam sub *Dionysio* seniore. Ait enim illos *παρὰ τῶν πατέρων ἐκ παλαιᾶ* accepisse, cum has *insulæ* partes *Siculi* tenerent, *Græcos* navibus edelatos, condita *Naxo*, *Siculos* loco illo [*Tauromenio* scilicet] ejecisse; ideo jure se merito *πατέρων ἀνακτισσάσθαι χάριν, καὶ ὡς εἰς τὰς ἐαυτῶν περιγόνους ἐξήμαρτον Ἐλλῆσιν ἀμυνέσθαι δικαίως, ἐφιλοπρόνετο καταχεῖν τὸ λῆρον*. Hæc ille *Olymp.* xcvi. 3. Itaque jam olim ante conditam à *Græcis* *Naxon Tauromenium* occupaverant *Siculi*, & memoria ita nupera à *Græcis* *Naxi* incolis inde ejecti, ut *paternas* habuerint de illa ejectione *Traditiones*, & *πατέροι* fuerit ipsa *Tauromenii* *χώρα*. *Patrum* illa memoria satis apte convenit in tempora *Phalaridis* initio recentiora. Post *Tauromenium* *Naxi* memoriam exolevisse docet *Strabo*. Plane ut *Tauromenii* memoriam deleverant *Naxii*. Falluntur enim certe *Plinius* aliique qui unius ejusdem-



ejusdemq; Urbis hæc diversa fuisse volunt tantummodo nomina. Utcunque tamen *Phalaridi* abjudicarentur hæc Epistolæ, ex *Historicis* tamen *Siculis* antiquissimis depromptæ fidem merebuntur.

Redeamus ergo ad *Stesichorum*. Is enim, si plenam illius ætatem designarit *Lucianus*, natus fuerit anno *Varroniano* 180. *Olymp.* LI. $\frac{2}{3}$ & proinde pater *Hesiodus* eodem anno *cæsus*, ita nuper inventa *Zodiaci obliquitate*, ut aliis aliquantisper junioribus ejusdem inventi gloria vendicata sit, quod fieri sane vix potuit, si tot antea, quot volunt, *Seculis Hesiodo* innotuisset. Et sane *senem* fuisse *Stesichorum* constabat è *statua* illius *senili & incurva*, teste ^a *Cicerone*. Ætatem enim illa *Stesichori* decrepitam indicabat. Imo cum cives suos in *Phalaridem* concitaret (quod anno ante obitum XII^o. factum ostendimus) *τηλικῆς γῆρων* à ^b *Phalaride* appellatur. Fieri ergo potest ut è *Stesichori* aliquo testimonio hanc ejus ætatem collegerint Veteres, post quod per alios aliquot præterea annos superstes fuerit. Ita *senior* esse potuit quam credidit *Lucianus*. Simile jam dedimus exemplum in *Xenophane Colophonio*, quem senioreni fuisse docuit *Censorinus* quam ex illius Epigrammate collegerat *Laertius*. Sic paulo ante *Olymp.* LI. contingere potuit cædes *Hesiodi*. Satis tamen apte convenient, quas in illius Opere legimus, temporum notæ, si vel illa *Olymp.* LI. interfectus fuerit *Hesiodus*. Ita potuerit junior ipse *Homerum* provectiorem convenire ac vincere in funere *Amphidamantis*. Natum scilicet *Olymp.* XXIII. Ita obliquitatem *Zodiaci* cognoscere & siderum orientium occidentiumque *Parapegmata*. Ita *propriam sibi*, ut loquitur ^c *Plinius*, *Astrologiam* ipse condere; vel *Ἀστρολογικὸν βιβλίον*, ut ^d *Joannes Tzetzes*. Cum scilicet in studio *Astronomiæ* jam primum versarentur *Græci*, nec adhuc recepta esset universorum suffragiis una aliqua, quam sequeretur, *Hypothesis*. Tunc mensem *Lenæonem* habebant *Bœoti*, tempestati anni *affixum*. Hoc enim forma mensium *Lunarium* fuisse recentius innuit fortasse *Censorinus*, cum *Arcades* propterea *περσελωνῆς* appellatos scribit, ^e *non ut quidam* (inquit) *putant, quod ante sint nati, quam Lunæ astrum celo esset: sed quod prius habuerint annum, quàm is in Græcia ad Lunæ cursum constitueretur*. Hoc certe cum in *Arcadibus* pro singulari habet, apud alios fortasse *Græcos* indicat exempli fuisse rarissimi. *Annos* his temporibus multo antiquiores numerant *Græci Historici*. Et *tempestatum* rudem saltem aliquam distributionem necessariam fecerunt *Res Rusticæ* atque *Nauticæ*.

Sect. XI.

Ætas hæc recentior *Hesiodi* fati aptè convenit cum *Notis Hesiodi Chronologicis*.

^a *Cicer.* in *Verr.* L. II.

^b *Phal.* Ep. 92.

^c *Plin.* Nat. H. L. XVIII. c. 25.
^d *Joan. Tzetzes* in *Ἐργ. κ. Ἡμικογ.*

^e *Censor.* de die *Nap.* C. 19.



Nauticæ. Sed per *fiderum ortus & occasus* sensibiles, non per *Kalendaria annua*. Nec enim *fixa* habebant puncta unde calculi procederent, antequam excogitarentur puncta *Solstitiorum* atque *Æquinoctiorum* Cardinalia, quæ tamen ipsa innouerunt *Hesiodo*. Nec certo numero *duodenario* menses, qui vel *Lunæ* motus, vel motus *Solaris* partem saltem *duodecimam* designarent. *Annos* enim *bimestres*, *trimestres*, *quadrimestres*, *se-*
forin. c. 19. *mestres*, memorat ^a *Censorinus*. Et nulla invicem proportione
ib. c. 22. respondentes, ^b ut alii dies xxxvi vel xxxix, alii tantummodo xviii vel xvi amplexi fuerint. Hos ego *menses* ab *ortuum & occasuum* intervallis emanasse suspicor. Imo ipsi illi *Arca-*
des trium duntaxat mensium annum venditabant. Sed *Hesiodi* mensis nullus ultra *τριακάδα* procedit, qui modus erat à *Thalete* designatus. Sic tamen ut in *Solonis* quoque mensibus *cavis* locum habuerint, uti jam antea ostendimus, *τριακάδες*. Erant ergo & *duodecim & Lunares*, & *Civiles* (est enim istiusmodi mensis appellatio *Lenæon*) & perpetuo, *Cycli* proinde beneficio, redeuntes *menses* illi *Hesiodi*. *Lunarem* certe fuisse, quam in *Apollinis* honorem celebratam testatur *Hesiodus hebdomadem*, docent illius enarratores, & pro veris *Lunæ* rationibus observari solitam, etiam cum *Civilium* mensium *Kalendaria* à veris *Lunæ* rationibus aberrarent. Nempe propter *mutilos Embolimos*, & pro ratione mensis *Lunaris* quam veram censuerat ipse *Cycli* conditor. Itaque sub *primis* mensium *Lunarium Cyclis* mortuus est *Hesiodus*. Imo & *Homerus* si verum illum scripserit, unde *Lunaris* mensis modum *Solonem* ipsum didicisse vult *Plutarchus*. Erat certe his temporibus junior ^c *Pisistratus*, quem primum legimus qui *Hesiodi* pariter ac *Homeri* Carmina collegerit atque emendarit.

Sed quorsum illa tam multa, inquires, iterum de temporibus *Hesiodi*? Nempe, ut ostenderem coævum primis mensium *Lunarium Bœoticis Cyclis*. Censet enim *Scaliger* annum *Bœoticum Hesiodicum*, non, ut postea, ab *hiberno Solstitio* inire, sed ab ortu *Vergiliarum* in *Thargelione Attico*. Eo enim spectare arbitratur *Hesiodi* illa:

^d Πληιάδων Ἀτλασθένων Ἰππελομυάων,
 Ἄρχεωδ' ἀμητῶ δρόπιο ἦ, δυσομυάων.
 Αἰ δὴ τοι νύκτας τε καὶ ἡμέρας πεσαράκεν' αἰ
 κεκρύφαται αὐτῆς ἦ πεπλομυάων ἑνιαυτῶ
 φαίνονται.

Sic



Sic autem dies hocce 40 interpretatur Vir Maximus, ut dies xx antea quam *Taurum* ingrediatur, & totidem post, occultationi *Pleiadum* assignarit *Hesiodus*, & postea incipere dixerit annum *Thebanum*. Itaque *Virgilii* quoque illa:

^a *Candidus auratis aperit cum cornibus annum Taurus.*

^a *Georgic. L. I. v. 217.*

in imitationem *Hesiodi* dicta arbitratus est, quasi *Virgilius* quoque annum similiter ac *Hesiodus* à *Tauro* inchoarit. Refert etiam eodem *Hesiodi* & illa:

^b Ταῦτε φυλασσόμενοι τετελεσμένον εἰς ἐνιαυτὸν,
ἰσθόσθαι νόκτας τε ἔηματα, εἰσόκειν αὐθις
Γῆ πάντων μήτηρ καρπὸν σύμμικτον ἐνείκη.
Εὐτ' ἂν δ' εἴηκοντα μὲν τροπῆς ἡλίου
Χεῖμερ' ἄκτελέσῃ Ζεὺς ἡμάτω.

^b *Hesiod. ib. L. II. v. 189.*

Quasi *Ver adultum* τετελεσμένον ἐνιαυτὸν *Hesiodus* appellarit. Sed multa hic peccavit Vir in omne ævum celeberrimus, & Poetæ utriusque Interpretes alia omnia à se sentire ingenue profiteretur. Ut à *Virgilio* incipiamus, merito observavit *Servius*, aliud esse *aperire annum*, aliud *inchoare*. Nam nullus dubitat, inquit, *Martio mense*, annum *inchoari*. Loquitur nimirum de anni *Romani veteris* initio. Nec magis conveniebat anni *Juliani* initium, quo usus est *Virgilius*, à *Januario*. Non itaque de anni aliquo *initio* vel *Rustici* intelligendus est, nec *Hesiodum* hac in parte imitatus est, apud quem *Tauri* ne quidem mentionem vel levissimam legimus. Constat porro sibi *Servius*, cum à *Martio* annum *Rusticum* inchoat; nec sibi modo, verumetiam *Virgilio*. Quod enim Poeta de ^c *primis anni mensibus* loquitur, hoc *idem* esse inquit doctissimus Grammaticus, ⁶⁴ quod dixit *Vere novo*. *Ver* autem *novum* de anni *initio*, & mense *primo Martio* *idem* interpretatur ^d *Servius* loco illo ad quem nos antea retulerat. Sed hoc in loco quem adduxit *Scaliger*, non de *Martio*, nec de *primo mense Verno* agit Poeta, sed ⁴³ *Aprili*. Huic enim conveniebat *Signum Taurus*, pro eodem illo *Parapegmate Romano*, quo *Martio Aries* assignatus est. Quod scilicet mense *Aprili Taurum Sol ingredi* censeretur. Pro iisdem nempe rationibus quibus puncta *Cardinalia octavis Arietis, Cancræ, Libræ, Capricorni gradibus* attributa sunt, &

^c *Georg. L. I. v.*

^d *Servius ad Georg. L. I. v. 43. L. III. v. 304.*



Diff. V. Cycli Delphici, & Bœotici.

oſtavis Kalendarum Aprilis, Julii, Octobris & Januarii Juliani.
 Imo hoc ipſum indicat Poeta voce *aperiendi*. Nomen enim
 Aprilis inde deductum obſervavit ibi *Servius*, & *Censorinus*
 & *Macrobius*. Et *Macrobius* fidejuſſoribus graviffimis, *Cincio* at-
 que *Varrone*. Idem quoque *Plutarchus*. *Aperitur* ergo *annus* hoc
 menſe, propter *mare clauſum* quod tunc *aperiebatur*. Terra item
aperiri cenſebatur, quod *nascendi clauſtra aperiat natura*, ut lo-
 quitur *Censorinus*. *Annus* ergo pro *anni fructibus* intelligendus
 eſt, qui tunc *apertæ terræ* credebantur. Nihil autem hæc af-
 fine habebant cum *anni Civilis*, aut etiam *Ruſtici, initio*. Ne-
 dum cum *initio* anni *Hefiodæi*. Sed ne quidem id quod vo-
 luit *Scaliger*, teſtatur *Hefiodus*. Nihil ille de *Tauro*, niſi qua
Pleiades ad *Taurum* ſpectare cenſebantur. Quomodo enim,
 cum *Signa* in *Zodiaco* poſt illum primus ſecreverit *Cleoſtra-*
tus? Nihil de *occultatione Pleiadum* xx *antea* quam *Sol Tau-*
rum ingrederetur diebus, aut xx *poſtea*. Nihil de menſe *At-*
tico Thargelione. Imo ne quidem quicquam ex quo illa vel
 ſequantur quæ inde collegit *Scaliger*. De *occultatione Pleiadum*
 ita ex *Hefiodi*, quam vidit, *Aſtrologia*, *Plinius*: III. *Nonas*
Aprilis in *Attica Vergiliæ veſperi occultantur*. *Eadem poſtridie*
in Bœotia. Vix enim eſt quod alio referamus *occultationem*
 illam in *Bœotia*. Si ergo poſt diem à III^o. *Aprilis* die XL^m.
 cœperit *annus Thebanus*, ita *Maii Juliani* die cœperit XII^o.
 Ita *Munychione* cœperit potius quam *Mai*o pro proximis *He-*
ſiodo *Kalendaris Atticis*. Et fane eidem illi diei *Maii* XIII^o.
 tribuit *Proclus*: *Μαίης μῶνός κατὰ πλὴν ἑνὶ τῷ ταύρῳ κείμενα*
περὶ ἀνατίλλαι τῆς ἡλίου. Ne dubitemus ejuſdem *Parapegmatis*
 rationes utrumque ſecutum eſſe. Itaque ſi de *Verno* anni *Bœ-*
tici *initio* eodem quo cœpit *annus Delphicus*, locutus fuiſſet
Hefiodus, nobis magis faveret qui à *Munychione Attico*, quam
Scaligero, qui à *Thargelione* illud arceſſit. De his autem ne
 cogitaſſe quidem arbitror *Hefiodum*. Id vero potius ut an-
 num *Ruſticum*, pro *veteri* *diviſione* quæ ante menſes *Luna-*
res nuper receptos obtinuerat, in duas partes tribueret ſeme-
 ſtres, *Pleiadum ortu & occaſu* invicem diſtinctas. Sic enim
Plinius: *Vergiliæ privatim attinent ad fructus, ut quarum exor-*
tu Aſtas incipit, occaſu Hyems, ſeſtrem ſpatio inter ſe meſſes vin-
demiaſque & omnium maturitatem complexæ. *Ortu* ergo *Pleia-*
dum Aſtatem ſeſtrem, *occaſu* vero *Hyemem* pro eodem exem-
 plo itidem *ſeſtrem* deſignavit. Erat enim hoc *ortu & occa-*
ſu duplex ſementis, cujuſ ratio in re *Ruſtica* admodum in-
 ſignis

ſorin. c. 22.
 tacrob. Sa-
 l. L. I. C. 12.
 ſur. Num.

p. Plin. Nat.
 ſt. L. II. c. 8.

Plin. Nat. H.
 xviii. c. 26.

Procl. ad loc.
 Hefiod.

Plin. N. Hiſt.
 xviii. c. 29.



signis erat, *Hiberna* (inquit ^{a Plinius}) quæ circa *Vergiliarum* oc- ^{a Plin. N. Hist. L. XVIII. C. 7.}
casum per *Hyemem*; *Æstiva* quæ *Æstate* ante *Vergiliarum* exortum.

Unicam tamen fateor agnoscit in *Græcia*, quam proinde ἀρό-
πιου censet *Hesiodus*. Sed *messis* nomine, quam ortui *Vergilia-*
rum tribuit *Hesiodus*, erat etiam apud *Græcos* pariter insignis,
ut *Æstivam* partem *semestrem* designaret. Quamquam autem
κρύψεως hoc in loco meminerit per dies XL. non tamen il-
lius κρύψεως finem intellexit cum novam φάσιν anno evoluto,
περιπλόμῳ ἐνιαυτῷ, assignat, sed eandem plane *phasin* quam
antea Ἰπιτολιῷ appellaverat, & *Pleiadum* ortui attribuerat.
Hoc verba proxime sequentia indicant, quæ proinde perpe-
ram neglecta à *Scaligero*. Sunt enim illa:

----- ταπειῶτα χαρτασομύριοιο σιδήρα.

Docent enim verba illa de φάσιν illa locutum Poetam, quæ
fuerat Ἰπιτολιῆς, quæque adeo κρύψιν, & dies κρύψεως præcef-
ferat. Ἀμητων enim, seu *messis*, respicit mentio illa χαρτασο-
μύριοιο σιδήρα, atque eò refertur ab Interpretibus omnibus, *Pro-*
clo, *Tzetze* & *Moschopulo*. Ἀμητων autem Ἰπιτολιῆ *Pleiadum*, non
autem φάσιν alicui quæ κρύψιν proxime sequebatur, ipse tribuit
Hesiodus. Nec aliter Poeta in loco illo alio quem geminum
huic agnoscit ipse *Scaliger*. Ibi enim loquitur de *fructibus* &
terra procreatis, & proinde *messi* maturis. Tempus autem de-
signat μὲν τροπῆς ἡλίου. Et de *Tropico* hiberno intelligendum
ostendunt verba χειμέρι ἐκτέλεση Ζεὺς ἡμάτι. Id ergo voluit,
redire invicem, perpetuo quodam circuitu duos illos anni
Rustici indices, *Pleiadum* ortum & occasum; ortum *Æstatis*, oc-
casum autem *Hyemis*. Et eo quidem ordine, ut præcedat or-
tus, sequatur autem occasus. Annum autem περιπλόμῳ, seu
τετελεσμένον occasui tribuit. Non quidem ita ut ipso ortu aut
occasu annus *Rusticus* cœperit, sed quod illi parti *semestri*
exordium convenerit, quam *Rustici* per occasum *Pleiadum* de-
signabant. Ita nimirum ut & post occasum, & post novum ta-
men ortum, annus exierit. Sed notam aliam nullam in hac
anni *Rustici* bipertita divisione habebant, qua novi anni ini-
tium designarent accuratius. Quod vero ad *Scaligeri* expli-
cationem attinet, ex ipso *Hesiodo*, ex ipsis ejus verbis à *Sca-*
ligero prolatis, facile refellitur. Cum enim dies à *Tropico* hi-
verno LX elapsi essent, jam certe annum τετελεσμένον censet
Hesiodus. Dies autem illi duos duntaxat menses à *Solstitio* in-



tegros complectebantur. Erat autem *Thargelion*, cui anni initium assignabat *Scaliger*, mensis à *Solstitio* v^{us}. Itaque infra secundum à *Solstitio* mensem, anni *Hesiodi* initium quærendum est. Ut enim ad ortum *Pleiadum* annum evolutum censuit qui jam antea per aliquot menses evolutus fuerat; sic etiam diu ante diem à *Solstitio* LX^m. nihil habet in contrarium *Hesiodus* quo minus annus sui Seculi Civilis inire potuerit. Sed profecto annus *Rusticus* ab eo tempore recte censetur quo labores *Rustici* rursus incipiunt. Proinde ^a anni laborem memorat *Virgilius*. Hunc laborem ^b in orbem redire alibi testatur; & proinde annum cuius erat labor, in se sua per vestigia volvi. Hic autem labor non domesticus, sed agrestis & subdivalis præcipue intelligebatur. Is autem tunc potissimum incipere censebatur, cum intermissus ex intervallo repeteretur, quod semel duntaxat in anno contigit, post hibernum *Solstitium*, cum & terra glacie constringeretur, & frigus invalesceret laboribus humanis incommodum. Proinde utcumque Civilis annus à proximo post *Solstitium* mense coepisset, *Rusticus* tamen ante mensem secundum incipere non potuit. Nec enim mense illo proximo laborem illum, qualem dixi, subdivalem præcipiebant *Kalendaria* veterum *Rustica*. Nullum mense *Januario* *Kalendarium Rusticum Gruteri*. Nullum *Varro*, *Columella*, *Plinius* aut *Palladius*. Nullum *Lenæone* suo, qui primus erat in *Kalendario* sui temporis *Bœotico*, & proinde *Januario* respondebat, *Hesiodus*. Primus enim illi labor ad ^c sexagesimum à *Solstitio* diem ortu *Arcturi* & adventu *hirundinis*. Ortum *Arcturi* vespertinum intelligit & *Acronychum*. *Hirundinum* autem adventum illum cuius prænuncii erant *Favonii* ab illis *Chelidonii* & *Ornithie* appellari soliti. Sole *Pisces* tenente ortum illum statuit pro *Hesiodi* mente *Proclus*. *Februario* autem exeunti utramque illam notam tribuunt *Romani* *Parapegmatis* Auctores, imo ipsos etiam *Favonios*. Proxime tamen *Hesiodi* mentem expressit *Plinius*, qui ejus *Astrologiam* usurpavit cum *Parapegmate Juliano* collatam, si tamen à mendis repurgetur. Sic enim ille: ^d *Favonium* quidam a. d. VIII. *Calendas Martii* *Chelidonian* vocant, ab *hirundinis* visu: nonnulli vero *Ornithian*, uno & LXX. die post *brumam*, ab adventu *avium*, flantem per dies novem. Alibi ita: ^e Et VIII. *Calend. hirundinis* visu, & postero die *Arcturi* ortu vespertino. Hinc ergo firmatur dies VIII. *Calendas Martii*, pro *Plinii* *Parapegmate*, *hirundinis* visui constitutus. Numerentur ergo à *bruma Juliana* dies, nempe à *Decembr. xxv^o*. dies vise

^a *Virgil. Georg.*
L. II. v. 514.
^b *Georg. L. II.*
v. 401, 402.

^c *Egy. & Hæsp.*
L. II. v. 182, &c.

^d *Plin. N. Hist.*
v. II. c. 47.

^e *Plin. N. Hist.*
L. XVIII. c. 26.



vise hirundinis erit LIX^{us}. Repone ergo apud *Plinium*: unde-
sexagesimo, quod primo corruptum in uno & *sexagesimo*, vel
 potius forte pro more *Taciti*, unet*sexagesimo*, tum denique no-
 tis *numeralibus* mutatum *denario* auctum est. Est enim dies
 proximus quem *ortui Arcturi* assignat *Plinius*, *Hesiodo* à *Solstitio*
brumali LX^{us}. Nec multum discedunt reliqui *Rei Rusticæ*
Scriptores Romani, nec est quod modicas discrepantias hic
 moremur, cum fuerint jam olim *Parapegmatum Auctores*,
 ut monuit ^a *Plinius* ipse, invicem sæpe discordes. Est ergo ^a *Plin. L. xviii.*
 hic calculus *Hesiodeus*. Ipsi enim illi *Favonii* terram solve- ^{c. 25.}
 bant glacie constrictam, & aeris inclementiam mitigabant
 quæ antea obstabat quo minus operæ *subdivales* tolerari pos-
 sent. Recte itaque hoc *initium Veris Rustici* constituitur, qua
 quidem à *Civili* Vere distingui solebat, quod proinde non
 in mensem *Civilem*, qui *Vernalis Civiliter* haberi solebat, sed
Hibernum incidere necesse erat. Sed vero anni *Hesiodi* finis
 nondum erat, cum *occiderent eadem Pleiades*, quo tempore
arationem præcipit *Hesiodus*. Nempe ante *brumam*. Seram enim
 ait fore & sterilem ^b *arationem* quæ ad *Solstitium* usque fuisset ^b *Hesiod. L. ii.*
 dilata. *Occasum* illum *Novembris Juliani* diei XIII^o. tribuit *Pro-* ^{v. 97, &c.}
clus, ^c *Plinius* III *Idus Novembris*, diei nimirum ejusdem men- ^c *Plin. N. Hist.*
 sis XI^o. Nempe post *imbres* quos sacræ literæ *serotinos* appel- ^{L. II. C. 47.}
 lant, ut è *Xenophonte* & *Cicerone* idem docet alibi ^d *Plinius*. ^d *Plin. L. xviii.*
 Proinde inter hunc *Novembris Juliani* diem XI^m. & *Februarii* ^{c. 25.}
 diem XXII^m. *Civilis* annus *Bœotorum* inierit oportet, ut labo-
 res *Rustici* adventu *hirundinum* & ortu *Arcturi* vespertino
 suscepti ad *novum annum* spectare censerentur in *Kalendario*
Rustico. Itaque, ut *initium* à *Scaligero* assignatum omnino ve-
 rum esse non potest; ita *initium* à *proximo* post *Solstitium* men-
 se, etiam *Hesiodi* ætate, est sane verisimillimum. Si quidem
 à puncto *Cardinali* aliquo cœperit, ut *Civiles* anni plerique
 incipere solebant, termini modo constituti abunde vincunt
 aliunde annum *Bœotorum Hesiodeum*, quam à *bruma* incipere
 ne quidem potuisse. Utque ita cœpisset, jam tamen osten-
 dimus aliunde annum *Rusticum*, quam factum ab *Hesiodo*, ne
 quidem repeti potuisse. Mirum est profecto *Scaligerum* *πι-*
λεσρδμόν ενιαυτὸν à *Pleiadum Ἰπιτολή* arcessivisse, quem ante di-
 em à *Solstitio hiberno* LX^m. supponit *Hesiodus*. Nisi forte il-
 lum fefellerint *Hesiodi* verba: ^e *ισθῶν νύκτας τε καὶ ἡμέρας*. Quasi ^e *Hesiod. L. II. v.*
 nimirum essent ad *Æquinocetium* referenda. Sed verba illa *Pro-* ^{190.}
clus ita interpretatur ut de *æquandis* invicem *diebus* atque



noctibus nihil quicquam cogitarit *Hesiodus*. Sic enim ille:
 Δηλοῖσι δὲ γελῶναι διόλα τὰ ἔργα βλέπν εἰς τὰς νύκτας καὶ τὰς ἡμέ-
 ρας, καὶ πρὸς ταύτας ἰσοῦν τὰ ἔργα ἕως ἀν μὲν τὸ σπύρον ἢ ἄρα ἀφί-
 κηται τὸ τὸ καρπῶν συλλογῆς.

Sect. XIII.
 Si quem novum
 Cyclum post
 prædictum, & ante
 Metonicum,
 usurparint Del-
 phenses & Bœoti;
 is fuerit forte
 Oenopidis Chii.

Ita *Periodos* utrasque, tam *Delphicam* quam *Bœoticam*, ad
Olymp. LXXV. $\frac{1}{2}$ deduximus. Quæ inde utrobique successerit,
 statuere difficile est. Ad hanc tamen *Periodum*, quæ *triplici*
 constabat *Octaeteride*, quam ad aliam quamvis emendandam
 spectasse jam observavimus *Oenopidis Chii* *Periodum*, quæ *mu-*
tulis & ipsa constabat *Embolimis*. Et sane *mediam* illam fuisse inter
veterem mutilorum mensium *Octaeteridem* & *Octaeteridem Metoni-*
cam, res ipsa fere loquitur. *Solaris* enim anni modum *alium* &
majorem quam in *Cyclis* fuerat *præcedentibus*, primus introduxit
Oenopides. Cum enim in annis LIX deesset *quadrans* ad dies
Bissextiles xv justos absolvendos, ille additis diebus præter
 modum annorum *Communium*, xxii. proinde diebus vii & qua-
 drante *Cyclum* suum auctiorem fecit quam *modus Julianus*,
 qui in *Cyclis* *præcedentibus* obtinuerat. Hunc autem *Cyclum*
 suum tanti fecisse dicitur *Oenopides* ut ² *Olympiis* dicarit quasi
 verum illum *annum magnum* quem eousque indagaverant *Astro-*
nomi. Sed quo magis sequentium *Astronomorum* examini-
 subjectus est, eo minus placuit. Proinde *Meton* excessum il-
 lum, qui annis LIX *dierum* erat vii & *quadrantis*, ad *unicum*
diem redegit, spatio tamen *majori* annorum LXXVI. quem ta-
 men ipsum *diem* sustulit postea *Calippus*. Tanto ergo *Meto-*
ne antiquior erat *Oenopides*, ut jam manifestus esset plusquam
sex *dierum* error per *Observationes Astronomicas* cum *Cy-*
clum suum *Meton* ipse inchoaret. Si ergo *ullibi* usurpatus fu-
 erit *Cyclus Oenopidis*; his certe *Civitatibus* usurpatum fuisse
 verisimillimum est quæ *Embolimos*, quales ipse volebat, usur-
 pabant. Si autem aliquo *tempore*, aliquantisper certe ante *Me-*
tonem, cum nondum error illius esset, apud *Astronomos*, ad-
 eo exploratus. *Medio* nimirum aliquo *tempore* inter *Olymp.*
 LXXV. $\frac{1}{2}$ & *Olymp.* LXXXVII. I. quo inivit *Periodus Metonis*.
 Sic tamen ut *propius* abesset ab initio illo quod dixi. Sed
 vero ante *tertiam* superioris *Cycli Octaeteridem*, imo ne qui-
 dem ante *Octaeteridis* illius *finem*, nondum erat *Solarium* at-
 que *Lunarium* rationum *æquatio*, vel pro illius sententia, qui
Cyclum ipse condiderat, quæ tamen erat necessaria antea
 quam novus *Cyclus* commode iniri posset. Id enim cave-
 bant *Cyclorum* novorum *Conditores*, ut *Cyclus* superior, pro
 Conditoris

a *Ælian.* Var.
 Hist. l. x.



Conditoris hypothefibus, restauraretur antea quam Cyclis novis caveretur ne qui novi errores irreperent, ut exemplo *Metonis* ostendimus, qui proinde *Hecatombæonem* fuum à superioris *Scirrhophorionis* die XIII^o. cœpit, quod pro *Harpali* ipsius hypothefibus, post IV^{am}. *Heccædecaeteridem*, jam XII dierum spatio *Civilia* Novilunia à *Cœlestibus* discreparint. Poterant quidem hoc idem facere ante Cycli *finem*, ut fecit ipse *Meton*, si 2^o. demum *Octaeteridis fine* dies XVI sustulissent qui redundare credebantur propter XVI annorum dies additios. Sic enim reditus erat ad *Novilunia*, & quidem ad eodem *Kalendarii Solaris Juliani* dies, pro hypothefibus eorum qui primi *simplices* condiderant *Octaeteridas*. Eodem tamen redit, seu *secundæ* hujus *Octaeteridis fine* Cyclum illum trium *Octaeteridum* ita correxissent, seu *tertiæ* potius *Octaeteridis* finem expectandum censuissent, pro conditoris sententia similiter emendandæ. Utrobique ab eodem *die Juliano Januarii XXVII^o*. novi Cycli atque supputationis exordium similiter procedebat. Nec vero suppetunt *Historica* exempla quibus statui possit, an utramvis, aut earum utram methodum secuti fuerint. Sunt autem in hoc Cyclo menses *intercalares* duntaxat XI dierum XXIII. qui ita optime disponentur si cuique cujusque *Quinquennii* mensi *ultimo intercalari* numerum illum tribuamus. Reliquis intercalaribus minor modus sufficiet qui dies complectitur non plures XXII. Si quidem mutationem aliquam admiserint *Bœoti*, manente *Embolismorum* forma *mutila*, hæc certe omnium videtur fuisse verisimillima. Idque fortasse docebunt vel Libri vel lapides vel Libri hætenus docebunt. Interim meminerit Lector unde subsidium expectandum sit, si qua talia monumenta in publicum prodierint: vel scilicet è forma *priori*, vel ex hac *Oenopidea*, quam ipse tanti fecit Inventor ut *Olympius* eam *Græcis* universis commendarit.

Diu autem durare non potuit Periodus illa quæ vel uno circuitu in tot dierum discrepantiam tam sensibilem erat evasura. Non certe post *Metonem*, qui quanquam *alium* à decessoribus tam *Babyloniis*, quam *Ægyptiis*, quam etiam *Græcis*, Solaris anni modum docuerit, multo tamen *breviorem* illum fecit quam fecerat *Oenopides*. Itaque jam exploratus erat apud Astronomos & confessus Cycli *Oenopidei* error. Itaque jam alius quærendus erat, quem deinceps usurparent *Bœoti* & *Delphenses*, Cyclus, si hucusque *Oenopides* illos à veris Solaris

Sect. XIV.
Postea *Metonicum* usurpasse videntur.



laris anni rationibus deflexerit. Quid ergo dubitemus quin *Metonicus* ille fuerit, cum & fuerit, pro *Seculi* sui peritia, præstantissimus; & tot etiam *testibus* usum ejus apud *Græcos* plerosque *Civilem* evicerimus? Ita certe loquitur *Plutarchus* quasi invicem menses *Bœotici Atticique* respondissent. Nec suo tantummodo, quo vixit ipse, seculo, sed *superioribus*. Etiam illis quibus *Metonicum* Cyclum ab *Atheniensibus* receptum tot jam Argumentis ostendimus. Imo tantam illam, quam modo observavimus, *Cycli Bœotici Atticique* discrepantiam alienam censet à *posteriorum* temporum exemplis. Concedit quidem aliquas fuisse in juniorum *Græcorum* *Kalendaris* discordias, minus tamen, quam illa fuerit, insignes. Itaque jam olim apud *Bœotos Plutarchi* cives *mutilorum* illi *Embolimorum* *Cycli* exoleverant, jam *integrè* *Embolimis* ubique receptis qui tantum invicem discedere non poterant. Nec illud modo. *Menses* utriusque *Civitatis* ita invicem contendit *Plutarchus* ut non *menses* tantummodo *mensibus*, verumetiam *dies diebus*, responderint. Sic loqui videtur in *Camillo*: Βοιωτῶν, Ἰπποδρομίας μῆκος, ὡς δ' Ἀθηναῖοι καλεῶν, Ἑκατομβαιῶν ἡ ἰσαμῆος πέμπτη, δύο λαβῆν συνέβη νίκας Ἰπποδρομίας, αἷς τὸς Ἑλλήνας ἠδ' Ἰσραηλίτας, πῶ τε πρὸς Λεύκτρα, ἔ τὴν Ἰππὶ Γεραῖσῶ, πρώτης πρῶτον ἔπει πλείστον ἢ διακροσῆς ὅτε Λατταμύαν ἔ θησαυρὸς ἐνίκησαν. Id vult nimirum, ut videtur, die *Bœotici* mensis *Hippodromii* v^o. utramque fuisse victoriam, posterioris autem proprium fuisse quod *Bœotici Hippodromii* dies v^{us}. cum *Attici Hecatombæonis* die itidem v^o. coinciderit. Hæc ille, si è *coævis* monumentis hauerit; inde colligemus, ut alius fuerit dies *Hippodromii*. v^{us}. ab *Hecatombæonis* v^o. anno ante *Victoriam Leuctricam* 200^o. & *Periodus* proinde alia quæ impedierit quo minus *menses* illi concurrerent, at sane *victoriæ Leuctricæ* tempore *Periodum Atheniensibus, Bœotis* & fortasse *Delphicis* eandem fuisse, quæ proinde effecerit ut dies *Bœotis* atque *Atheniensibus* similes responderint. Itaque tribus hisce *Civitatibus, Athenis, Thebis, Delphis*, discrimina in *Kalendaris* alia nulla fuisse verisimile est quam quæ diversis annorum *Civilium* *institis* ortum debuerint. Diversa enim supputandi exordia in numeros omnes qui ab illis deducebantur exordiis necessario redundabant. Diversi enim inde dierum *exemptilium* atque mensium *intercalarium* situs fuerint necesse est, qui à diversis arcessabantur *exordiis*. Sic tamen ut utrobique, *aquatione* facta, similes deinde numeri concurrerint. *Victoria Leuctrica* anno 2^o. *Olymp.*



Olymp. cii^o. ineunte, *Phraſiclidis* Archontis Magiſtratu, recte conſtituitur ab Auctore Chronici Marmorei, *Diodoro* atque *Pauſania*. Nec erat cur de hoc ejus anno dubitaret *Scaliger*. Eſt enim hic annus ab initio Belli *Pe'loponneſiaci*, quod *Olymp.* LXXXVII^o. 1^o. coepit exeunte, revera LXI^{us}. ut vult, apud ^{a cl. Al. Str. 1.} *Clementem Alexandrinum*, *Eratosthenes*. Hic annus erat *Cycli Metonici* LXII^{us}. quo v^{us}. *Hecatombæonis* atque *Hippodromii* idem erat *Julii Juliani* dies VII^{us}. Hoc ergo tempore *Bœoti* per *Cyclum Metonicum* tempora ſua deſignabant.

Medium certe prædictum fuiſſe *Cyclum Oenopidis* inter *Cyclum Harpali* Heccædecaetericum & *Metonicum* Enneadecaetericum vel è *Cycli* ipſius conſtructione colligimus. Jam vidimus in eo rationes *Solares majores* eſſe quam fuerant in *Cyclis præcedentibus*, & *minores* tamen quam in *Cyclo Metonico*. Sic itaque novavit à *deceſſorum* *Aſtronomorum* exemplis, ut fuerit tamen calculus ejus emendatus à *Metone*, & quidem ita certis rationibus emendatus ut locum deinceps nullum habere potuerit. Similiter etiam ſe habent *Cycli* hujus rationes *Lunares*. Sunt enim in annis *Lunaribus* LIX. menſium *Lunarium* XII. dies 20886. menſes 708. In annis *Solaribus* LIX. dierum 365. dies in univerſum 21535. Addantur 22. & conſient 21557. Hinc ergo detrahantur dies 20886. Reliqui erunt dies 671. Dividantur hi reliqui dies per 30. qui modus erat *Embolimorum integrorum* ante *Metonem*, eruntque in quotiente 22 & 11 præterea dies. Itaque neceſſe erat in tota hac *Periodo* menſes *Embolimos* fuiſſe aut *integros* 22 aut *mutilos* 30 quorum ſinguli XXII diebus conſtarent, & 11 præterea dies. Sed vero 11 dies locum plane nullum habere poterant in forma *Embolimorum integrorum*. Nec enim annos aliquos legimus apud *Geminum* ante *Metonem* quorum menſes communes non fuerint alternis dierum 30, alternis autem dierum 29. Sed nec *Embolimos integros* alios quam *plenos* dierum omnes 30. Primus enim *Meton* annos *communes* fecit, nunc menſium *plenorum plurium* quam *cavorum*; & menſes *Embolimos integros*, pro loco diei LXIII. *exemptilis*, nunc *plenos*, nunc etiam *cavos*. Itaque in *Embolimis* tantum *mutilis* locum habere poterant XI illi ſupra numerum dies, ſi nempe 30 menſium *mutilorum* 11 diebus conſlati fuerint 23. reliqui diebus duntaxat 22. Sed vero menſes *Embolimi mutili* non aliter *Cyclum* abſolvebant quam quâ reliqui *Cycli* menſibus additi *Syzygias* omnes juſtas complebant. Atqui 22

L 1

Embo-

Sect. XV.
Medius autem
fuiſſe videtur,
inter *Cyclum*
Harpali & Me-
tonis, *Cyclus*
Oenopidis.



Embolimi *integri* dierum singuli 30 additi mensibus *communibus* 708. Syzygias complent in univ^{er}sum 730. Plane totidem quot numerari solebant in Cyclis superioribus *Octaeterico* & *Heccædecaeterico*. Erant enim in annis LVI *Octaeterides* VII quarum singulæ Embolimos complectebantur *ternos*, omnes proinde 21. Supererant autem ad Cyclum absolvendum anni præterea III. quibus pro lege *Octaeteridum* alius accensendus erat Embolimus proinde Cycli univ^{er}si XXII^{us}. Par ergo erat *Syzygiarum* numerus, in *hoc Cyclo* atque totidem annorum *Cyclo Octaeterico*. Quorsum igitur spectant dies illi additii præterea 11? Non certe ad mensem *Lunarem* novum quem absolvere non poterant, sed ad prædictas 730 Syzygias absolvendas. Sed pro *Cyclo Harpali Heccædecaeterico* singulis *Heccædecaeteridibus* accedebant ad Syzygias complendas dies, ut dixi, terni. Proinde tribus *Heccædecaeteridibus* quæ annos complectuntur XLVIII. dies novem. Accedunt præterea ad Cyclum annorum LIX explendum anni XI. *Ogdoas* nimirum *integra*, & alterius *Ogdoadis* pars nondum *dimidia*. Esto tamen *dimidia* censetur. Sic erit pro *Ogdoade*, addendus dies *unus & dimidius*, pro *Ogdoade dimidia* autem diei pars *dimidia* cum *quadrante*. Tantundem ergo valebant in *Cyclo Oenopidis* dies XI. ad reliquos Cycli menses utrobique pares absolvendos, quantum dies XI cum *quadrante* in *Cyclo Heccædecaeteridum*. Majorem autem supponit mensis *Lunaris* modum cum ad complendum utrobique similem *Syzygiarum* numerum contractiora temporis spatia desiderantur. Erat ergo in *hoc Cyclo* mensis *Lunaris* modus *major* quam in *Heccædecaeteride*. Et vicissim in *Cyclo Metonico* adhuc *major* quam pro hypothesebus *Oenopidis*. Mensem enim integrum spatio annorum 152 lucrabatur *Meton* quem non antea, quam anni 160. absolventur, se lucrari credidit *Harpalus*. Proinde die *uno* & diei *parte dimidia* (hoc enim fuerat *Octaeteridis* quæ supererat lucrum) auctiores erant totidem *Syzygiæ Metonicæ* quam *Harpalæ*, pro sententia ipsius *Harpali*. Mediam autem proportionem tenuit *Oenopides*. Itaque utramque huius *Cycli* rationem correxit *Meton*, tam *Solarem* scilicet, quam contraxit; quam *Lunarem* etiam, quam fecit auctiorem. Itaque *Metonico Cyclo* antiquior fuerit, & *Harpaleo* recentior.



Jam superest ut cum *Cycli Metonici initio* committamus *Cyclorum prædictorum exitus*. *Cycli enim novi initio ad Novilunia vera*, quæ licuit, redigenda erant *Novilunia Civilia*. Saltem pro hypothefibus *Metonis* qui *Cycli novi Auctor* erat. Hoc autem in *Cyclis præcedentibus* expectari non poterat antequam *Cycli absolventur*, ne quidem pro calculis *Auctorum* à quibus fuerant constructi. Hæc enim erat *Cyclorum* necessitas, quod *Anomalie* ante certum mensium *circuitum* æquari non possent. Interim *discedebant* à *Lunis Cælestibus* in *Cyclis* omnibus aliquatenus. Magis tamen in *Cyclis* illis qui *mutilis* constabant *Embolimis*. Multis autem ante exitum *Cycli Oenopidei* annis cœpit *Cyclus Metonicus*. Si quidem proximo à prælio *Plataensi* anno cœperit *Cyclus Oenopideus*, ita annus *Metonicus* 1^{us}. idem fuerit *Cycli Oenopidei* XLVIII^{us}. *Varronianus* jam ab initio *Januarii* CCCXXIII^{us}. Nec sane longe invicem discedunt hoc in anno menses *Oenopidei* atque *Metonici*. Mensis *Bœoticus* 1^{us}. quem à *Solstitio* proximum ostendimus, à *Januarii Juliani* die incipit XIII^o. pro nostris *Tabulis*. Et *Munychionis Metonici* diem 1^{um}. *Januarii Juliani* diei X^o. nostræ tribuunt *Tabule Cycli Metonici*. Tertii inde mensis, à quo cœpisse diximus *Cyclum Delphicum*, dies 1^{us}. est *Juliani Aprilis* dies XII^{us}. Et *Munychionis Attici*, (qui in *Cyclo Metonico* respondebat,) dies 1^{us}. *Aprilis Juliani* dies est VIII^{us}. Detruncandi ergo erant utrobique, tam in *Cyclo Bœotico* quam *Delphico*, totidem dies ut deinceps utriusque *Civitatis menses* cum *Atticis* procedere possent. Pro eodem scilicet exemplo quo superioris *Scirrhophorionis* diem XIII^{um}. novi sui *Hecatombæonis* 1^{um}. censuit ipse *Meton*. Ex æquo enim processisse jam superiori exemplo docuit *Plutarchus*. Imo adhuc dies præterea unus detruncandus, ut dies *Hippodromii Bœotici* V^{us}. cum *Hecatombæonis Attici* die V^o. coincidat anno *Olymp.* CII^o. 2^o. Discrepetque adeo oportet *Cycli Bœotici Metonici* initium uno die ab initio *Cycli Attici* ut hoc anno, quo *Lacedæmonios* ad *Leuctra* vicit *Epaminondas*, utriusque calculi dies conveniant. Proinde non à *Januarii Juliani* die X^o. ut *Athenienses*, *Cyclum Metonicum* cœpisse oportet *Bæotos*, sed ab illius die IX^o. Alio qui fiet, propter dies in calculo *Attico* præcedentes *exemptiles*, perpetuum in *mensibus* sequentibus omnibus *unius diei* dissidium, uti etiam in *Cyclo Calippico*. Sic autem satis apte respondebunt quæ *Cycli* utriusque apud cives suos præfides respondere volebant. Et quidem *Cyclo superiori Odaeterico*

Seft. XVI.
Committuntur
cum Cyclis
prædictis Cy-
clus Metonicus
Bœoticus & Ca-
lippicus.



qui tribus conflabatur *Oſtaeteridibus*, anno Cycli IV^o. alio autem nullo, à *Januarii* die IX^o. incipit *Embolimus*. Suspicabar ergo fortasse illum. non autem *Oenopidis*, Cyclum cum *Metonico* continuasse *Bœotos*. Sed re melius expensa comperi id fieri ne quidem potuisse. Jam enim ostendimus prælium *Plataense* in annum Cycli *Bœotici* incidisse XVI^{um}. Nec enim anno Cycli alio cum die *Boëdromionis Attici* III^o. concurrere potuit dies *Panemi Bœotici* XXVII^{us}. Is autem si fuerit Cycli XVI^{us}. non potuit certe annus *Olymp.* LXXXVII^e. I^{us}. qui Cycli *Attici Metonici* primus erat, idem Cycli prædicti *Bœotici* esse IV^{us}. Sic ergo arbitror Cyclum utrumque, tam *Metonis* quam *Calippi*, pro *Thebanorum* sententia, esse restaurandum. Ut scilicet à die *Januarii Juliani* IX^o. *Cyclus Metonis Bœoticus* Civilis inierit, & pro eodem calculo, Cycli ejusdem emendatio *Calippica* in illius locum successerit. Nec aliter *Cycli Delphici*.

Sect. XVII.
Primus Bœoto-
rum inensis Bu-
catus, vel Buce-
rius, idem post-
ea cum *Januario*
Juliano.

Primus autem *Bœotorum* mensis, quem scilicet *proximum* ab *hiberno Solstitio* probavimus, *Bucatus* erat. Sic enim nomen illud concipit *Plutarchus* in *Pelopida*, Βυκάτιον. Imo sic etiam, eodem teste *Plutarcho Bœoto* advocato, *Hesychius*, sed ex alio tamen ejusdem Opere. Nempe è *Commentariis Plutarchi* in *Hesiodum*. Hos enim sæpe advocat in suo *Commentario Prochus*, memoratque *Lamprias* in *Catalogo*. Hoc idem nomen, eodem etiam *Plutarcho* teste, Βυκάριον scribit *Proclus*, è *Plutarcho* ipso & *Hesychio* fortasse corrigendus. Nomen mensis à *frigore bobus* pernicioso oriri potuit. Quod scilicet *boves occideret*. A veteri verbo *καίνειν* vel *καίνουδαι*. Nescio annon illius significationis vestigia fuerint in *Latino* verbo *catus*, quod non, ut recentiores, *sapiens*, sed *acutum* interpretatur ^a *Varro*. Sic enim *cata* signa *acuta*, & *Catum Aelium Sextum acutum*, & *cata dicta* apud *Ennium acuta* intelligit *Romanorum* ille doctissimus. *Sabinam* vocem censet *Varro*, ad quos à magna *Græcia* manare potuit. Ideo ergo *Bucatus* mensis appellari potuit, quod *boves*, præ *frigoris acumine*, penetrarit. Ita tantundem valebit nomen *Bucati* quod apud *Hesiodum* nomen βυδός. Sic enim vocem illam interpretatur ex aliorum, quam *Plutarchi*, mente ^b *Proclus*. Αναριπτικός ἔτος ἐστὶ τῶν βοῶν, εἰς ὃν ἐξέδερον τὰς βόας. *Percutere* tamen significat vox δέρω pariter ac *excoriare*. Ab illo ergo mensis *frigore Lenæonem Hesiodi Bœotorum Bucatum* fuisse collegit ^c *Plutarchus*. Hoc enim innuunt verba *Procli*: ^d *Hesych* Ἀν τῆ βυδός τῶ βυκέρω σαρμάδοντ. Hoc etiam verba ^d *Hesychii*: Ἐκάζει δὲ ὁ Πλάτωνος Βυκίτιον. Καὶ γὰρ ψυχρὸς ἐστὶν. Nempe pro

^a *Varr.* de ling.
Lat. L. VI. P. 74.

^b ad *Hesiod.*

^c ap. *Procl.* ib.

^d *Hesych* Ἀν
νοσίαν.



pro nominis illa, quam dedimus, Etymologia. Et plane pro-
 mente ipsius *Hesiodi* qui *Lenæonem* suum pro mense totius ani-
 ni habet *frigidissimo*, cujus κακ' ἡμετε βροορα πάντα, quo etiam
 spectant plura in sequentibus. Recte ergo utrumque, tam
 nimirum *Lenæonem Hesiodicum*, quam *Bucatium Bœoticum*, cum
Januario Juliano committunt veteres *Hesiodi* Interpretes, *Pro-*
clus, *Tzetzes* & *Moschopulus*. Hic enim certe μεῖς χαλεπώτατος
 χειμέρι, ut ipse loquitur Poeta, agnoscente *Proclo*. Nec est
 quod dubitemus quin cum *Januario Juliano* commissus fuerit
Bucatus, cum è *Lunari Solaris* fieret, quod latere vix potuit
Proclum, nedum *Plutarchum*. Convenit certe cum eo ordine
 quo *Hecatombæon Atticus Julio Juliano* respondebat. Sic *Gamel-*
ioni Attico conveniebat *Januarius Julianus*, *Gamelioni* autem
Attico Bucatus, ut mox ostendemus. *Januario* optime conve-
 niunt sitûs notæ ab Interpretibus assignatæ, & quidem pro-
 mente ipsius *Hesiodi*, veterisque, qui cœvus *Hesiodo* fuit, men-
 sis *Lunaris*. *Bucærum* suum ἡδὲ τ' Αἰγχερωῶν διόντ' fuisse te-
 statur ex eodem, ut videtur, *Plutarcho Proclus*. Ita scilicet
 intelligendus ut mensem illum designarit cujus initio Sol *Ca-*
pricornum tenuerit, exitu autem *Aquarium* proximum à *Bru-*
ma signum, ut proinde mensis fuerit à Solstitio hiberno *proxi-*
mus, & *Cycli initio* à *Novilunio* cœperit post Solstitium *proxi-*
mo. *Aquarium* enim *frigiditatis* nomine insignem facit *Vir-*
gilius. Sic enim habet:

^a cum frigidus olim

Fam cadit, extremoque inrorat Aquarius anno.

^a Virgil. Georg.
 L. III. v. 303.
 304.

Quo loco ad verba *extremo anno* ita *Servius*: *mensis Januario*,
 qui est *penultimus*. Hæ duæ notæ ita *Januarium* describunt ut
 in alium aliquem mensem quadrare non possint. Et quidem
 pro sententia ipsius *Hesiodi*. *Lenæonis* enim sui dies omnes βρ-
 οορα fuisse indicat. Idem tamen *mitiorem* anni tempestatem
 ab ortu *Arcturi* & *hirundinis adventu* redire censet, post dies
 à Solstitio *brumali* LX, quæ duo in *Februarium Julianum* ex-
 euntem conferunt veterum *Parapegmata*. Spatium illud, si
 includatur *exemptilis*, justum est *bimestrum*, pro modo men-
 sium *Lunarium Græcorum antiquissimorum*. Atqui certum est
 non à Solstitio ipso, sed à *Novilunio* post Solstitium *proximo*,
 cœpisse mensem *primum* in *Cyclo mensium Lunarium*. Ita fiet
 ut mensis à Solstitio *secundus* integer *frigidus* esse non potue-

L 1 3

rit,



rit, quippe qui pertigerit ad diem à *Solstitio* ultra *lx^m*. *Primum* ergo tantummodo designare potuit *Hesiodus*. Eiusdem temporis nota est, quod in hunc *Hesiodi* locum docent Commentatores. Aiunt enim mensē fuisse quo festum in honorem *Bacchi* celebrari solebat nomine Ἀμῆροσσίας. Ita *Proclus*. Addit *Tzetzes*, ex iisdem fortasse, quibus usus est *Proclus*, Auctoribus, hoc festum idem fuisse quod *Romanis* *Brumalia*. βρῦμα (inquit) παρ' αὐτοῖς, *Græcis* scilicet, ὁ Διόνυσος. *Bruma* autem *Romanis* hibernum erat *Solstitium*, ita dicta, quod

^a *Varr. de ling. Lat. L. V. P. 45.* *dies tunc brevissimus est*, teste ^a *Varrone*, suffragante etiam *Festo*: Vel inde constat festum *brumale* alteri mensi convenire non potuisse quam qui fuerit *Solstitio proximus*. Quod autem *Bacchum* *Brumum* appellatum testetur *Tzetzes*, in eo ad cognomen *Bromii* alludit. Festi autem Ἀμῆροσσίας alii, quod sciam, nulli meminerunt præter *Hesiodi* Enarratores, *Proclum*, *Tetzem* & *Moschopulum*. Fieri potest ut ad *vitem* spectarit

^b *Plin. N. Hist. L. XIV. C. 3.* *Ambrosiacam, uva* (inquit ^b *Plinius*) *insignem, non vino*. Hanc enim *uvam* testatur *sine ullis vasis esse servabilem*. *Tanta est contra frigora, æstus, tempestatesque firmitas*. Hujus ergo in memoriam si festum aliquod celebrare vellent in honorem *Bacchi* τῆ τῶν λυῶν Ἰπσιῶν (sic loquitur *Moschopulus*) in alium utique mensē quam prædictum opportunius conferre non poterant. Itaque in hanc sententiam corrigenda sunt verba *Procli* quæ in Editione *Trincavelliana* leguntur vitiosissima: Ἰποπτεύει δὲ (de *Plutarcho* loquitur) ἢ τὸ βυκάριον αὐτὸν λέγειν ὅς ἐστιν ἡλίξ τὸ Αἰγόκερων διόντον, ἢ τὸ βέδορα τῶ βυκέρω συναδόντος. Διὰ τὸ πλείους ἐν αὐτῷ διαφθείρεσθαι βόας ἢ ἔ' Ἑρμαῖον, ὅς ἐστι μὲν τὸν βέδορα. ἢ εἰς ταυτὸν ἐρχόμενος τῶ Γαμηλιῶνι. καθ' οὗ τὸ λυαῖα παρ' Ἀθλωαίοις. Sic loqui videtur quasi cum *Gamelione Attico* concurrerit mensis *Bœoticus* secundus *Hermæus*, quod ne quidem convenit cum hypothesebus *Seldeni*. Ita enim *Gamelione*, non *Antheferione*, *Lenæa* fuissent *Attica*. Ut recte omnia se habeant, pro mente non *Procli* solius, verumetiam *Plutarchi*, ita, ni fallor, rescribenda sunt: Ἰποπτεύει δὲ ἢ τὸ βυκάριον αὐτὸν λέγειν, ὅς ἐστιν ἡλίξ τὸ Αἰγόκερων διόντον, ἢ τὸ βυκάριον τῶ βεδόρω συναδόντον, Διὰ τὸ πλείους ἐν αὐτῷ διαφθείρεσθαι βόας, ἢ εἰς ταυτὸν ἐρχόμενος τῶ Γαμηλιῶνι ἢ τὸ Ἑρμαῖον, ὅς ἐστι μὲν τὸ βυκάριον, καθ' οὗ τὸ λυαῖα παρ' Ἀθλωαίοις. *Bucatum* fuisse qui proxime *Solstitium* sequebatur, docet, uti vidimus, *Plutarchus* ipse in *Pelopida*, ut proinde alius *Bœotorum* mensis ne quidem posset *Gamelioni Attico* respondere. Nec aliter nomen illud concepisse *Plutarchum*.



Plutarchum suis in *Hesiodum* Commentariis, ostendit *Hesychius* qui ex iisdem illis sua hausit, unde *Proclus*, *Plutarchi* fontibus in *Hesiodum*. Idem docet *Hesychius* non $\mu\epsilon\sigma\sigma\epsilon\tau\epsilon\sigma\sigma\epsilon$ τὸν βέδορα, sed $\mu\epsilon\sigma\sigma\epsilon\tau\epsilon\sigma\sigma\epsilon$ τὸν βυκάτιον scripsisse *Plutarchum*. Reliqua latis sunt per se manifesta.

Sed *Lenæonem* *Seldenus* eundem cenfet cum mense *Attico Anthesterione*, quo *Lenæa* haberi solebant, unde nomen etiam *Lenæonis* emanasse suspicatur. Et quidem *Lenæa*, fateor, mense *Attico Anthesterione* acta ostendit Vir memoriæ, dum literæ durabunt, immortalis, pro more suo, doctissime. Id quoque docet, à *festis* mensuris nomen etiam ipsos sæpe traxisse *mensures*. Nondum tamen ostendit ab illis *Anthesterionis Lenæis* nomen fluxisse *Lenæonis Hesiodi*. Hoc autem ipso Argumento fateor usos quibus *Hermæus* potius *Lenæon* appellandus videbatur, quod ut *Bucatum* sequebatur *Hermæus*; ita *Gamelionem* mensem *Atticum* à *Solstitio* proximum sequeretur itidem *Atticus Anthesterion*. Supponebant ergo, quod verum fuisse docuit *Seldenus*, *Anthesterionis Attici* fuisse *Lenæa*. Cum vero inde argumentarentur ad nomen *Lenæonis*, nec interim de mense *Bœotico*, qui fuerit *Lenæon* appellandus, invicem consentirent; supponunt præterea, nullo *Historico* testimonio constare quis fuerit *Lenæon Hesiodus*, cum *Argumentis* sententias tuerentur invicem diversissimas. Poterat enim à *Baccho* ipso nomen habere *Lenæon*, qui fuerit ipse *Lenæus*, utpote *Lenæorum* præses. Imo ab alio *Bacchi Lenæi* festo *Ἀμυροσίας*, non *Hermæi* tamen, sed *Bucatii*, deduxerunt qui pro *Lenæone Bucatum* habebant. Imo aliam prorsus Etymologiam nominis dederunt alii, quæ cum *torcularium*, imo ne quidem cum *Bacchi*, *Lenæis*, affine nihil habebat. Sic enim *Proclus*: οἱ δὲ λυκαῖονα φάσκουσιν αὐτὸν καλεῖσθαι, διὰ τὰ λυκαῖα ὃ ἐστὶν ἐλεῖ καὶ περὶ τοὺς βοῦς ἢ αἰγιοδώραν καλεῖσθαι. Hoc vult nimirum, si recte illum capio, minorum pecudum gregibus mensem illum fuisse, propter *frigus*, infestum. Ut fuerit proinde, non *βυκάτιον* tantummodo, propter *boves*, sed *περὶ τοὺς βοῦς* atque *αἰγιοδώρας* mensis idem appellandus. Hoc etiam pro mente *Hesiodi*. Sic enim ille:

β μεις γὰρ χαλεπώτατ' ἐστ' αἰγιοδώρας, χαλεπὸς περὶ βοῦς, χαλεπὸς δ' ἀνθρώποις.

Oves enim à *lanis* λυκαῖοις *lanigeras*, ut *Latini* postea *Poetæ*, appellandas existimavit, ut *διοπάκεις* *Græci* easdem sapissime appellant.

Sect. XVIII.
Male *Lenæonem*
Hesiodum *Seldenus*
cum *Attico*
contulit *Anthesterione*.

a Capras etiam
in *Lycia* fuisse
quæ tonderentur
è *Callisthene* re-
fert *Ælian*. *Animal*. l. XVI. c.
30.
b L. II. v. 175,
176.



lant. Et mensē proinde *Lenæonem* appellandum censuit, quod *lanatis* gregibus noceret, ut dies ejusdem *βυδέγας* appellavit *Hesiodus* quod *bobus* nocuerit. *Lanigerorum* pro *ovium* nomen apud *Poetas* passim obvium est. Ne longius abeamus, ad verba illa *Maronis*: ^a *Lanigeros agitate greges*, ita *Servius*: *Lucretius* contra: *Buceriæque greges*. Hinc, ni fallor, *Buceri* nomen, quod scilicet mensis ille gregibus nocuerit *Buceriis*, proinde *Buceri* appellandus. Opponuntur enim invicem, ut ex illo *Servii* loco constat, *greges lanigeræ & Buceriæ*. Est quidem *Lanæ* nomen, fateor, posteris *Latinum*. Sed à *Græco* antiquissimo oriundum. Ita *Varro*: ^b *Lana Græcum, ut Polybius & Callimachus scribunt*. Idque verum esse ostendit ad *Varronis* locum *Scaliger*, ex *Apollonio* etiam atque *Æschylo*. *Dorica* nimirum *Dialecto*, unde *Latina* pleraque emanarunt, *λάνος*, idem *Jonica*, qua usus est ut plurimum *Hesiodus*, *λῆνος*, quam formam etiam imitantur loca à *Scaligero* prolata. Hinc ergo *oves ληνάϊαι*, & mensis ovibus infestus *λωαίων*. *Bacchi* enim, seu *torcularium*, imo ne quidem *vini*, mentio ulla occurrit apud *Hesiodum*. Hæc certe vocis *Etymologia* placet, quæ ex ipso, ut vidimus, deducitur *Hesiodo*, & è significatione omnium antiquissima pendet. Sic enim hanc significationem, ut observavit *Scaliger*, explicavit *Æschylus*, quasi jam ipsius *Æschyli* seculo paulatim obsolescere cœpisset, nec passim eo sensu esset intelligenda. Negat quidem, teste *Proclo*, *Bœotis* suis mensē fuisse ullum qui *Lenæon* audiebat, *Plutarchus*. E seculi sui, ut videtur, moribus de seculo judicabat *Hesiodi*. Perperam omnino. Mensium enim nomina vetustissima alia fuisse à recentioribus ipse innuit in *Thesæo*, cum qui junioribus *Atheniensibus* erat *Hecatombæon*, eundem antiquioribus *Cronium* fuisse testatur. Quidni itaque *Bucatius* seu *Buceri* *Bœotorum* juniorum, idem fuerit *Lenæon Hesiodæus*? Nec aliter de *Ionum Lenæone* judicandum existimo. Ipsum enim puto ab *ovibus* potius quam à *Lenæis Bacchanalibus* ita fuisse appellatum, & *proximi* proinde potius quam *secundi* à *Solstitio* fuisse mensis. Atque ex his, quæ diximus, apparet, quanquam postea cum *Gamelione Attico* concurrerit *Bucatius Bœoticus*; rectius tamen nos, magisque ad mentem *Hesiodi*, ad *Januarium Julianum* retulisse *Bucatum*, quo propius ad *Solstitium* accederet quam *Hesiodi seculo* accessit ipse *Gamelion*. Modo nimirum jam superius explicato.

^a *Virgil. Georgic. L. III. v. 287.*

^b *Var. ling. Lat. L. IV. p. 29.*

Secundum proximumque Bucatio mensē *Hermæum* agnoscunt, & quidem è *Plutarcho*, tam *Proclus* quam *Hesychius*. Et quidem ita illum secundum agnoscunt, ut *Anthesterioni Attico* responderit, qui post *Gamelionem* proxime sequebatur, essetque adeo post *Tropicum hibernum* similiter secundus. Hoc enim Argumento pugnabant pro *Lenæone* veteri habendum esse *Bœotorum Hermæum*, quod *Lenæa* quæ ab *Atheniensibus Anthesterione* celebrata noverant, mensi *Lenæoni* nomen dedisse crediderint, & proinde *Anthesterionem Atticum* verissime ita appellandum esse censuerint. Ut ergo inde *Hermæum Lenæonem* esse conficerent, necesse erat ut cum *Anthesterione Hermæum* similiter eundem esse censuerint.

Seçt. XIX.
 II^{us}. *Bœotorum mensis Hermæus*, idem cum *Attico Anthesterione*.

Tertius, ni fallor, *Bœotorum* mensis erat *Prostaterius*, qui tamen si idem fuerit cum *Anthesterione*, ut vulgo *Plutarchum* intelligunt Eruditi, non tertius, sed secundus esse debuit quem nos eundem cum *Anthesterione* probavimus, & *Hermæum* fuisse vicimus non *Prostaterium*. Solus, quod sciam, hujus mensis meminit *Plutarchus*, sed testis ipse domesticus, omnique adeo exceptione major. Videamus ergo an ipse cum *Anthesterione* commiserit. Ait quidem, fateor, cives suos *Bœotos* novum vinum gustasse mense *Prostaterio*, factis bono *Dæmoni* sacrificiis. Παρ ἡμῖν, ^aait, ὁ μὲν μὲν καλεῖται Προστατήριος, ἕκτη δ' ἰσχυρῶς νομίζεται θύσαντας ἀγαθῶν δαίμονι γένεσθαι τῶ οἴνῳ μὲν ζέφυρον. Et confert, fateor, hoc idem festum cum *Pithoigia Atheniensium* quam *Anthesterioni Attico* tribuit ibidem idem *Plutarchus*. Deest quidem mensis nomen in Editione *Henrici Stephani*. Sed etiam aliunde constat *Anthesterionis* fuisse *Atticam Pithoigiam*, à *doliorum apertione* ita cognominatam. Imo *Anthesteria* ipsa, à quibus mensis nomen traxit, triplici celebritate constitisse docet ex *Apollodoro Grammatico* Scholiastes *Aristophanis ad Acharnenses*. Sic enim habent illius verba: ^b φησὶ ἡ Ἀπολλόδωρος Ἄνθηστια καλεῖσθαι κοινῶς τῶ ἄλλῳ ἐορτῶ Διονύσει ἀγορεύων, κατὰ μέρ^c δὲ, Πιθοίγαν, Χόας, Χύτραν. Quis ergo dubitare potest quin mensis *Anthesterionis* celebritas illa unde nomen ipsum profluxit *Anthesterionis*? Nec ad aliam profecto *Anthesteriorum* partem spectabat Proverbium, ^dθύεσσε Κῶρες, ἐκείτη Ἄνθηστια. *Servorum* enim promiscua illa bibendi licentia erat in *Pithoigia*. Imo mensis *Anthesterionis* fuisse *Pithoigiam*, ut minus in loco prædicto, alibi tamen agnoscit ipse *Plutarchus*. Sic enim scribit: ^d καὶ μὲν οἶνον τε τὸν νέον οἱ προωαίπινα πίνοντες Ἄνθηστιαῶνι πίνουσι μὲν μὲν χερμῶνα καὶ τῶ ἡμέραν ἐκείνῳ, ἡμεῖς μὲν ἀγαθῶ

Seçt. XX.
 Tertius *Prostaterius*, idem cum *Elaphebolione*.

^a *Plutar. Symp. L. III. Probl. 7.*

^b ad *Achar. Act. IV. Scen. 3. P. 417.*

^c *Procl. ad Hesiod. L. 1. Op. & Dier.*

^d *Plutar. Symp. L.VIII. Probl. 10.*

M m



ἀναδὲ δαίμων, Ἄθλωσις δὲ Πιθογίαν ἀεθρογορεύουσα. Itaque ne dubitari quidem potest quin mensis *Antheſterionis Attica* fuerit *Pithoigia*. De eo tamen merito dubitari posse cenſeo quod Eruditi hæcenus pro *indubitato* habuerunt, ejuſdemne fuerit mensis dies *Bæotorum bono Dæmoni* facer atque *Athenienſium Pithoigia*. Præter ea quæ jam dixi de ſitu *Hermæi Bæotici* eodem qui erat *Attici Antheſterionis*, ſunt & alia quæ ſuadeant *menſium fuiſſe diverſorum*. Imo hoc ipſum innuit ipſe *Plutarchus*. Qui vinum novum guſtarent menſe *Antheſterione*, hoſ ait id feciſſe *πενωχίματα*. Itaque & alio tempore, & ſerius, & ne quidem eodem menſe *Antheſterione*, alioſ guſtaſſe *pleroque* verifiſimillimum eſt. Atque ita rem apud ſuos *Bæotos* ex ipſo colligimus. Die enim ^a *Proſtaterii* vi^o. vinum ſuoſ guſtaſſe teſtatur cives cum *Antheſterionis* xi^o. guſtarent *Athenienſes*. Hinc ſane ſequitur diem, de quo loquitur *Plutarchus*, utrobique fuiſſe *conſtitutum*, non tamen proſuſ eundem. Alteriuſ enim *menſis* fuerit oportet qui alio deſignabatur *numero*, cum ſic alibi loquatur *Plutarchus* ut *menſes Bæoticos Atticoſque* ſibi invicem reſpondiſſe ſupponat. Et ſane *menſis Bæotici poſterioris* cum *dies Bæoticus* propiuſ ad *initium* ſui *menſis* accedat quam *Atticus*, ſi quidem feſtum illud fuerit apud *Athenienſes πενωχίματων*. Idem præterea oſtendit nota *Plutarchi* alia, quod poſt *Zephyros* ſeu *Favonios* guſtationem *novi vini* apud cives ſuoſ fuiſſe teſtetur. Quod ſcilicet à *Favoniis* illiſ præcipuſ fuerit vino novo metus. οὐτὸς γὰρ (^b inquit) μάλιſτα τῶν ἀνέμων ἐξίγησι καὶ κινεῖ τὸ οἶνον καὶ ὁ τῶν διαφυγῶν ἤδη δοκεῖ ἀγαθὸν βέβαιον. Nota hæc eſt *tertiuſ* à *Solſtitio* *menſis*. ^c *Hefioduſ* ipſe, uti jam vidimus, *hirundinum adventum* poſt diem ſtatuit à *bruma* LX^m. Imo aliquo poſt diem illum ſpatio. Primo enim poſt diem illum *Arcturi ortum* ponit, tum deinde illarum *avium adventum*. Illæ autem cum *Favoniis* venire cenſebantur, cum *Favonii* ipſi ab earum adventu *Ornithiæ* fuerint appellati. Nec fere ante *Februarium Julianum exeuntem*, ſeu *ortum* illum *Arcturi*, ſeu *Favonios*, ſeu *hirundinum adventum* ſtatuant veterum *Parapegmata*. Ut liberaliſſime agamus, fieri vix poteſt ut in *ſecunduſ* à *Solſtitio* *menſis* diem xi^m. hæc notæ convenirent.

^d *Vinalia* ſua, quæ *Athenienſium Pithoigiæ* reſpondebant, adhuc *recentiuſ* obſervabant *Romani* ix. Kal. *Aprilis*, *Martii* nimirum *Juliani* die xxiv. *Priora* ſcilicet, de quibus agimus, quæ *ἡ Χρῆσιμα* tradit obſervata *Plutarchuſ*. Erant enim & altera *Vinalia* xiii. Kal. *Septembris*, feriis nempe *Vindemialibus*, qua

a. l. iii. Probl. 7.

b. ib.

c. *Hefiod. Op. & Dier.* l. ii. v. 182, 183, 184, 185, 186.d. *Plin. Nat. H.* l. xviii. c. 29.

nihil ad causam nostram faciunt. Tertius ergo Bœotorum mensis erat Prostatarius, ab Apolline, ut secundus à Mercurio, ita appellatus. ^a Hesy chius: Προστατήριον, τὸ Ἀπόλλωνα ἕτω λέγουσι, πᾶ- ^a Vid. etiam Pausan. Attic. εῖσεν πρὸ τῶν Ἱερῶν αὐτῶν ἀφιδρύνει. Hoc ejus munus quo foribus præerat, unde etiam ^b Thyraei nomen, memorant etiam alii. ^b Tertull. cor. mil. Macrob. Saturn. L. I. c. 9. è Nigidio. Et alia quoque legimus Apollinis communia cum mensibus cognomina. Appellatus est enim Carnius, Metageitnius, Boëdromius. Imo jam supra vidimus apud Elidenses mensem ab eo cognominatum Apollonium. Respondēbat ergo Attico Elaphebolioni Bœoticus ille Prostatarius.

Quarti porro Quintique & Sexti mensis Bœotici nomina, qui Sect. XXI. Munychioni Attico & Thargelioni & Scirrhophorioni concurrerint, ^c Septimus Hippodromius, idem cum Hecatombæone. nulla nos docent Veterum, quod quidem scimus, monumenta. Septimum, qui Hecatombæoni Attico responderit, Hippodromium tradit fuisse ^c Plutarchus. Et quidem ita respondisse testatur, ut dies quoque utriusque mensis sibi invicem eodem numero responderint. Si quidem à moribus Atticis verisimile esset nomen venisse Bœotici Hippodromii; Ego hanc illius originem fuisse suspicarer. Erant sane eo nomine ludi Athenis. Hesy chius: Ἰπποδρόμιον [malim Ἰπποδρόμια. Hippodromus enim locum frequentius denotat.] ἀγῶν Ἀθῶναι ἠορῆ ἀγέμνος. Theseum autem Hecatombæonis diē VIII. Athenas venisse docet Plutarchus in Theseo. Diem hunc è coævis Theseo scriptis, quæ erant plane nulla, discere non potuit. Potius illum ex annua horum ludorum celebritate didicisse crediderim, qui in adventus hujus memoriam fuerint instituti. Sic enim aliorum quoque Principum adventus à posteris celebratos legimus. Demetrii Poliorcetæ adventum ab ipsis Atheniensibus celebratum testatur Plutarchus in Demetrio. Et in numis Principum Romanorum Adventus Augustorum sæpissime legimus. Ita diem, ni fallor, quo venit Cæsar, celebratum legimus in Calendario Augusti. Ita in ipsius Augusti venientis memoriam ^d ludos legimus votivos, ann. U. Cond. Var. 747. Ita ^d Dio l. LV. & in Calendario Constantii Adventum Divi habemus. Constantini nimirum M. in Marentium Romam venientis. Erant autem apud Romanos ludi hi votivi sæpissime Circenses, atque adeo Equestres. Sic itaque Bœoti mensem illum sicut Hippodromium appellarint quo agi solebant Athenis in Thesei honorem Hippodromia. Hic ergo, si scopum attigerimus, habebimus quam fuerint Græci reliqui ad Atheniensium imitationem proclives. Ne sit proinde quod miremur si Cyclos ab illis, quos diximus, acceperint.



Sect. XXII.
Ostavius *Panemus*, idem cum
Metageitnionē.

VIII^{us}. porro mensis *Bœoticus*, qui cum *Metageitnionē Attico* conveniebat, erat *Panemus*. Id quoque docuit in *Camillo Plutarchus*. Verba sunt: ἀνάπαλιν δ' ὁ Μεταγαθνίων (ὃν Βοιωτοὶ Πάνεμενον καλεῖσιν) ἔλλησιν ἐκ εὐρυδῆος γέγονε. Inde intelligimus, quod tempore Prælii *Plataensis* dies *Panemi* xxvii. cum *Boëdromionis Attici* die iii^o. coinciderit, ut recte monet *Plutarchus*, propter Cyclorum, quæ tunc erant *Atheniensibus* atque *Bœotis*, discrimina contigisse. *Situm* certe eundem hujus mensis, etiam apud *Macedonas*, dum mensibus uterentur *Lunaribus*, ostendit, quod cum *Boëdromionē Attico Loum Macedonicum* conferrat *Philippus* ^a *Macedo* sua ad foederatos in Concilio *Amphictyonico Græcos* Epistola. Erat enim in Calendario *Macedonico* proximus ante *Loum Panemus*, ut *Boëdromionem* in Calendario *Attico* proxime præcessit *Metageitnion*. Sed in eadem *Philippi Macedonis* Epistola *Corinthiorum Panemus* non cum *Metageitnionē*, sed cum *Boëdromionē* contenditur. Proinde fateor incertum esse, num fuerint, apud gentes *diversas*, ejusdem temporis menses etiam *Synonymi*. *Carnium* certe *Siculorum* cum *Metageitnionē Attico* componit in *Nicia Plutarchus*. Et alibi tamen vii^m. *Thargelionis* natalem *Platonis* cum vii^o. *Carnii* natali *Carneadis* apud *Cyrenæos* idem committit ^b *Plutarchus*, & proinde utrumque sacrum fuisse censet *Apollini ἐδομαθρῆι*. Nisi forte vis omnis illius similitudinis in eo constituta fuerit, quod sui cujusque mensis natalis dies fuerit vii^{us}. cum mensium *Lunarium* omnium dies vii^{os}. *Apollini* dicarint. Ita etiam *Hermæus* ^c *Argivorum* mensis iv^{us}. vix idem esse potuit cum *Bœotico Hermæo* mense ii^o. à quocumque demum puncto *Cardinali* processerit supputatio. Sed opus non est ut illo Argumento, hac in causa, innitatur.

a ap. *Demosth.*
Orat. de *Coron.*

b *Plut.* *Symp.*
l. viii. *Probl.* i.

c *Plut.* de vir-
tut. mulier.

Sect. XXIII.
Decimus *Alalcomenius*, idem cum *Mamaetherione*.

d *Plut.* *Aristid.*

Mensis proximus quis fuerit, non constat. Decimus *Alalcomenius* erat. Idem scilicet cum *Attico Mamaetherione*. *Plutarchus* de *inferiis*, in honorem eorum qui prælio *Plataensi* ceciderunt, annuis: ^d Καὶ τὸ τετὸν μέγεθος νῦν ὄρωσι τὰ τὸν τ' ἔξωτον τῆ Μαίμακτηρῶνος μῦθος (ὅς ἐστι ἡ ἐξ ὧν Βοιωτοῖς Ἀλακρομῆι) τῆ ἕκτης Ἰπὶ δέκα πέμπτοις πεμπῶ, &c. Diem *Mamaetherionis* designavit, ut videmus, xvi^m. Hunc inde didicisse videtur, quod die mensis illius, qui *Mamaetherioni* respondere credebatur (*Plutarchi* Seculo, non jam amplius *Lunaris*, sed *Solaris*.) xvi^o. *inferias* illas annuas solvi animadvertisset, nempe *Octobris Juliani* die xvi^o. Sic enim festos *Civiles* à numeris mensium *Lunarium* ad pares in mensibus *Solaribus* numeros transtulerunt. *Sacras* fortasse



fortasse nonnullos, etiam in forma anni *Solaris*, pro *Lunæ* tamen calculis, qua quidem discrepabant à *Civilibus*, observabant, ut jam supra diximus, in *heptomadibus Lunæ Apollini* sacris, ad eundem plane modum quo nos festa observamus *Paschalia*. Ita autem loqui videtur *Plutarchus* quasi qui dies fuisset vi^s. *Mæmacterionis*, is idem vi^{us}. fuisset etiam *Alalcomenii*. Nempe quia jam illo, quo vixit *Plutarchus*, Seculo, pariter procedere solebant *Mæmacterion* & *Alalcomenius*. Imo jam olim, diu antea quam exolevissent *Cycli mensium Lunarium*. Illo tamen anno, quo debellatum apud *Plataeas*, hoc verum esse non potuit. Ipso enim illo anno monuit idem *Plutarchus*, è coævis monumentis, diem *Boëdromionis* III^m. fuisse *Panemi Bœotici* xxvii^m. Hoc si verum, non poterant menses proximi, *Mæmacterion* & *Alalcomenius*, ex æquo procedere. Itaque quærendum cujus mensis dies xvi^{us}. esset quo solutæ sunt *inferiæ*, *Mæmacterionis* an *Alalcomenii*. Sic autem loquitur quasi fuerit *Mæmacterionis*. Hoc si verum, sic fuerint *inferiæ Novembris Juliani* die III^o. *Mæmacterionis* quidem xvi^o. *Alalcomenii* duntaxat xi^o. ut è nostris constat tabulis. Sin contra, ex *Alalcomenii Bœotici* mensis die xvi^o. diem æstimarint, quo *Plataenses* *inferiarum* memoriam colebant, ipsi *Bœoti*; ita dies, quo primo instituta est illa celebritas, *Novembris* quidem *Juliani* fuerit viii^{us}. vel post noctem mediam ix^{us}. *Mæmacterionis* autem xxi^{us}. Cum autem jam ante formam *Solarem* concurrerint *Mæmacterion* & *Alalcomenius Lunares*, vix est quod dubitemus, quin *Solares* etiam concurrerint, eundemque adeo ambo habuerint, qui utrique responderit, mensem *Julianum*. Quod autem ad nominis *Etymon* attinet, legimus quidem apud *Homerum* *Minervam* Ἀλαλκομυρία. Et *Junonis* simile cognomen habet *Auctor Etymologici Magni*. Idem *Jovem* quoque memorat Ἀλαλκομυρία. Et quidem tantundem valebat apud *Græcos* nomen illud *Jovis*, quod apud *Latinos* *Jovans pater*, unde *Jupiter*, ut *Marspiter* & *Diespiter*. Sed cujusvis sexus numen esse potuit. Nec enim *Deus*, sed *mensis*, μὴν, *Bœotis* Ἰπποδρόμιος, Προσειτήριος, Ἀλαλκομυρίου, &c. appellabatur, à præcipuo, ut videtur, mensis festo.

XIⁱ. mensis nomen prodidit idem qui superiora pleraque *Plutarchus*, libro de *Iside & Osride*. Et quidem notis *situs* adeo multis atque manifestis, ut ne quidem potuerit alius fuisse ab xi^o. *Damatrium* illum fuisse testatur à numine *fœ-*

Sect. XXIV.

XI^o. mensis*Damatrius*, i-dem cum *Py-**nepsione*.

mineo *Cerere*, quæ *Δημήτηρ*, *Dorica*, unde fluxit etiam *Bœotica*, Dialecto ita appellatum. Ait ergo *ᾠδὴ τῶν αὐτῶν ὁμῶς πὶ χροῖον* cum *Ægyptiorum Sacris Isiacis*, familia quoque *Græcis* fuisse *Sacra lugubria*. Intelligit nimirum *Atheniensium Theſmophoria*, & *Sacra* alia finilia in memoriam *Cereris & Proſerpinae Megarensium Bœoticorum*. Verba autem illa non diem accurate, sed mensem saltem, eundem indicant Sacrorum horum omnium *lugubrium*. Norma tamen reliquorum ab *Ægyptiorum Isiacis* deducenda est, *fixis* tamen illis per *Epagomenam* quarti cujusque anni *vi^m*. non, ut antea, *vagis & mobilibus*. Hanc enim anni *Ægyptiaci* formam supponit toto hoc Opere *Plutarchus*, quæ nunquam longe à *Zodiaci* punctis *Cardinalibus* discedat. Hæc ergo *Sacra Isaca Athyr Ægyptiaci* *fixi* diei *xvii^o*. assignat *Plutarchus*, qui in *Kalendario Juliano* idem erat *Novembris Juliani* dies *xiii^{us}*. Hoc tempore *Solem* in *Scorpione* versari statuit. Recte, pro rationibus *Kalendarii Juliani* quæ puncta *Cardinalia* octavis *Kalendarum*, & *Signorum* etiam partibus *octavis*, tribuebat. Sic enim non longe à fine *Scorpionis* distabat *Sol* hoc die *Novembris Juliani* *xiii^o*. Addit præterea hunc mensem fuisse *ᾠδὴ πλειάδα ἀπέλειπεν*. Hæc est *sementis* illa de qua supra diximus, post *imbres Novembris* ad *Vergiliarum occasum* quem *iii. Id. Nov. i. e. diei Nov. xi. tri-*

^a *Plin. N. Hist. l. xviii. c. 25.* buit ^a *Plinius*. *Sementem* in *Ægypto* post discessum *Nili* testatur fuisse *Plutarchus*. Et quidem *Nili* incrementum in *Virgine*

^b *Plin. N. Hist. l. xviii. c. 18.* *pigrescere*, in *Libra* autem *residere*, docet idem ^b *Plinius*. Ita

factum ut *Scorpione* demum opportunum fuerit serendi tempus. Proinde *abjecta semina in limo digressi amnis*, hoc est (inquit) *Novembri mense incipiente*, tradit idem *Naturæ* vir consultissimus. Discessum præterea *Nili Etesis* deficientibus idem *Plutarchus* tribuendum existimat, quem quidem *Etesiarum* finem *xvi. Kal. Octob. Septembris* nempe *Juliani* diei

^c *Plin. N. Hist. l. xviii. c. 31.* *xvi^o*. tribuit ^c *Plinius*. Sic omnia conveniunt satis accurate

ut *Isaca Novembris Juliani* diei *xiii^o*. egerint *Ægyptii Alexandrini*, per *quatuor* nempe *dies*, ut vult *Plutarchus*, ad diem scilicet ejusdem *Novembris* *xvi^m*. Anni enim *Ægyptiaci vagi*, quod unquam fuerit, nulla hic apud *Plutarchum* vel levissima suspicio. Ita colligitur, cum ad menses *Julianos* redigerentur *Attici*, cum *Novembri* coincidisse *Pyanepſionem*, atque adeo parem *Pyanepſioni Damatrium*. Hoc quoque recte. Qua enim cum *Julio Juliano* contenditur *Atticus Hecatombeon*, eatenus etiam *Novembri* respondebit *Pyanepſion*. Et

ne



ne quidem dies ipsi *Theſmophoriorum* longe discrepabant. Erant enim, ut *Iſiacorum* iv ita *Theſmophoriorum* fortasse v. Hoc enim ex ^a *Aristophane* colligunt Eruditi, qui *τεῖτον μέσθον* fuisse testatur. Horum unum *Pyaneſſionis* fuisse xvi^m. *Demostheni* Oratori fatalem docet nos in Oratoris vita *Plutarchus*, qui *σκυθρωποτάτω* *ἡμέραν* appellat. Fieri potest ut præ aliis tantummodo diebus *σκυθρωποτάτω* appellarit. Et fieri viceversa potest ut præ aliis *σκυθρωποτάτη* fuerit ejusdem festi *Theſmophorius*. Sic *media* fuerit, vel fortasse *ultima*. Si *ultima*, sic *ultima Theſmophoriorum* cum *ultima Iſiacorum* coinciderit. Nec enim alium cum *Ægyptiorum Athyr Solari Pyaneſſionem* verisimile est contulisse *Plutarchum* quam *Solarem*, cujus adeo dies cum *Solari Juliano Novembri* proinde concurrerint. Sic in eo duntaxat discreparint, quod primus *Theſmophoriorum* dies fuerit *Novembris* xii^{us}. *Iſiacorum* autem ejusdem *Novembris*, ut dixi, xiii^{us}. Undequaque ergo constat cum *Pyaneſſione Solari* convenisse *Damatium Solarem*. Ut proinde cum *Lunari* etiam *Pyaneſſione Lunarem* etiam ipsum antea convenisse verisimillimum sit.

^a *Aristophan. Theſm.*

Quod vero ad mensem *Delphicum Buſium* attinet, habet sane *Plutarchus* observationem in *Chronologia* antiquissima utilissimam. ^b *Ἐν τῷ μὲν τῆς χησῆριον ἐγένετο, ἔεδόμενον ταύτῳ νομίζουσι τὴν θεῶν ἡμέραν, ἔ πολυφθρον ὀνομάζουσι, ἔ διὰ τὸ πέτεσθαι φθῶσι, [Ita sensisse videntur alii.] ἀλλὰ πολυπευθῆν ἢ πολυμάνθων ἔσθιν. Ὅψι γὰρ ἀνείψασαν αἱ κατὰ μὲν μαντεῖαι τοῖς δεομένοις. Πρῶτον δὲ ἀπαξ ἐθεμίστησεν ἢ πυθία τὴν ἐνιαυτὸν κατὰ ταύτῳ τῶν ἡμέραν, ὡς καλλιθένης ἢ ἀναξανδρείδης ἰσορήκασι.* Hoc vult nimirum, duntaxat *Buſii* die vii^o. edita fuisse vetustissima *Oracula Delphica*, quæ magnam partem faciunt in *Historia Græcorum*, imo etiam *Romanorum*, antiquissima. Quæ autem postea *κατὰ μὲν* reddebantur, ea quoque vii^{is}. cujusque mensis diebus reddita fuisse verisimile est, cum fuerint *Lunarium* mensium omnium *septimæ Apollini* Sacræ. Id quoque utinam docuisset quo tempore cæperit mos ille alius, quem *nuperum* fuisse tradit, ut *Oracula menstrua* ederentur. Eodem certe die quo *Delphicum*, & alia quoque *Græciæ* à *Cræso* consulta, *Oracula* edita esse constat ex ^c *Herodoto, Dodonæum, Abaram, Amphiarai* etiam ac *Trophonii & Branchidarum Milesiarum*. Imo fortasse etiam *Libycum* illud *Jovis Ammonii*. De re enim eodem die gesta omnia à *Cræso* consulta sunt, & quidem eo ipso quo gereretur, tempore. Itaque si nondum annua *Oracula* in *menstrua* mutata fuerint; idem erit judicium (quod ad *Chronologiam* attinet) de aliis etiam pleræque *Græciæ* *Oraculis*.

^c Sect. XXV. *Oracula Delphica* olim annua *Buſii* vii. ut & alia quoque *Græciæ* pleræque. Deinde *menstrua*. ^b *Plut. Quæst. Græc.*

^c *Herodot. Mus. l. c. 46, 47, 48.*

D I S-



DISSERTATIO VI.

De ludis Isthmicis, & Corinthiorum
Siculorumque Cyclis.

Isthmia mense Attico Hecatombæone fere medio agi solita. §. I. Isthmia duplicia: alia Olympiadum annis primis ineuntibus; alia tertiis, sed mediis. §. II. Anni Isthmiorum formam sequebantur Cyclorum Corinthiacorum. §. III. Cycli Corinthiorum ante Metonem iidem fuisse videntur qui Atheniensium. §. IV. Eodem Cyclo, nempe Metonico, usi sunt Corinthii, Syracusani, & Athenienses, anno Cycli Metonici 20°. §. V. Item anno Cycli 86°. §. VI. Et anno Cycli Metonici 93. §. VII. Inde factum ut menses Attici noti fuerint Carthaginensibus. §. VIII. Qui Cyclum Metonicum receperant, eosdem etiam Calippicum recepisse verisimillimum est. §. IX. Anni Corinthii Siculique initium ab eo mense qui Attico respondebat Boedromioni, post ortum Caniculæ. §. X. Mensis ergo Isthmicus non erat anni Corinthii primus. Ita mensibus Atticis respondere vix poterant. Sed (quod ad Kalendarium attinebat) idem illis, quod Atheniensibus, initium. §. XI. Achæi postea (quibus accensiti Corinthii) annum à Pleiadum ortu, mense Juliano Maio, inchoabant. §. XII. Ante Olymp. 134. 3. novum hoc anni initium ne quidem recipere poterant Corinthii. §. XIII. Ne tum quidem receptum fuisse verisimile est præterquam in rebus Achæiæ universæ communibus. §. XIV. Cyclis introductis sæpe mutari solebant initia Magistratum, non mutatis Kalendariis. §. XV. Mensis Corinthius primus Panemus, ultimus Carnius. Reliqui ignoti. §. XVI. Prima Isthmia Olymp. 49. 3. §. XVII. Dies Isthmiorum mensis, ut videtur, Isthmii XII^{us}. §. XVIII. Ex Isthmiis statuitur tempus Afclepiorum Epidauri. §. XIX.

Sect. I.
Isthmia mense
Attico Hecatombæone fere medio
agi solita.
a Schol. Pind.
in Olymp. IX. 91.

DE Isthmiorum tempore vixdum Eruditis explorato, insignis est locus veteris in Pindarum Scholiasticis. Sic enim ille de Epharmosto & Lampromacho: ^α Κατὰ μίαν ἡμέραν οἱ δύο ἐνίκησαν· ὁ μὲν Ἐφάρμοστος, Ὀλύμπια· ὁ δὲ Λαμπρόμαχος, Ἰσθμια. Verba ipsius Pindari in Epharmostum huc spectantia



Stantia sunt: προξενία δ' ἀρετῶν ---- τ' ἤλθον πρὸς Ἰσθμίας ---- σι
 λαμπρομάχης μί ---- τρεῖς, ὅτ' ἀμφοτέροι κερτήσαν ---- μίαν ἔργον ἀν
 ἀμέραν. Hæc enim si vera; non anni modo *tempestatem*, sed
 & *mensē*, & mensis fere *diem* exploratum habebimus quo
 celebrata fuerint *Isthmia*. Nempe mense illo fuisse oportebat
 qui *Solstitium Æstivum* proxime excipiebat, *Atticoque Hecatombæoni*
 respondebat. Et quidem ita ut infra dies *Hecatombæonis* xi^m. & xvi^m.
 inciderint. His enim v diebus *Olympia* fuisse supra probavimus.
 Ita scilicet si *unicus* fuerit *Isthmiorum* dies. Unicum autem fuisse
 verba *Livii*, ni fallor, innuunt: *Ludicrum raptim peractum* fuisse dicit,
 l. xxxiii. 18. *Ludis dimissis, cursu prope omnes tendisse ad Quintium
 Flaminium, de Græciæ libertate gratulabundos.* c. 19. Idem etiam è
Xenophonte colligitur anno xix. Sin *plures* fuerint, saltem eorum
unus prædicto spatio inciderit oportet; nec reliqui longe aberrarint,
 ut proinde ad *Plenilunium* spectarint potius quam ad *Novilunium*.
 Idque his antiquissimis *Pindari* temporibus. Nec sane hoc temere
Scholiasti excidisse, alia quoque docent *Veterum* testimonia. *Tempestatem
 Isthmiorum morbidam* fuisse ostendit *vetus adagium*, vel *adagii* potius,
 qui *Isthmiorum* tempore vixerint, *Interpretes*. *Hesychius*: Ἰσθμιάσι,
 [Ἰσθμιάσι] παροιμία ἐπὶ κακῆς βίης. Ἐπίνοσος γὰρ ὁ καιρὸς ἐν ᾧ τὰ
 Ἰσθμια ἀγῶναι. ^a *Suidas*: καὶ παροιμία, Ἰσθμιάζειν ἐπὶ τῶν κακῶς
 βιούντων. Ἐπίνοσος γὰρ ὁ τῶν Ἰσθμίων καιρὸς. ^b *Thucyd.* l. vii.
 in mensē aliquem *Æstivum*, quam *Vernalem* quadrabit. Erat
 nempe *Canicula* *fidus* valetudini humanæ infensissimum *cujus
 ortum* hoc tempore statuunt *Veterum Parapegmata*. *Veterum* quoque
 huc facientia *testimonia*, si opus esset, occurrunt satis frequentia.
^b *Thucydidis* interim verba negligenda non sunt. *Observavit* ille paulo
 ante *cladem Niciæ* ὡραν n. 47. ἐνιαυτῶν ἐν ἧ ἀδενῶσιν ἀνδρωπι μάλιχα. Hanc ὡραν
^c *Plutarchus* c. *Plutarch.* Nic. ἐλέθειον appellat, *Autumnique* tribuit initio, quæ scilicet *feriæ
 messivæ*, ætate *Plutarchi* *mensi Julio* assignari solebant, qui *Attico
 Hecatombæoni* ita fere concurret ut cum mensibus *Lunariis* menses
 solent committi *Solares*. Et sane mensis *Metageitnionis* fine *cladem
 illam* docet contigisse *Plutarchus*. Recte ergo in *Hecatombæonem*
 retulerimus καιρὸν ἐπίνοσον. Conveniunt porro verba ^d *Xenophontis*.
 Quarto ab *Isthmiis* die *Piræum Corinthiorum* expugnauerant, *Agesilao*
 duce, *Lacedæmonii*. ^d *Xenoph.* Hel. len. l. iv. Sed *frigus* hic
 molestum fenserunt milites, illa potissimum de causa, inquit *Xenophon*,
 quod habuerint, οἶα δὴ θέρους, ἀσειεῖα.

N n

Nempe



Nempe *αεργία* illæ potissimum vestes appellari solēbant, quibus *circumvolvebantur* magis quam *induebantur* corpora, *αεργία τὸ σπασίεσθαι καὶ σπασίεσθαι ἐν αὐτοῖς*, inquit *Etymologus*. Sic enim prædæ *circumvolvi* solebant serpentum *αεργίαι*. Inde militum *αεργίαι* ab hoc, ni fallor, *militaris vestimenti* genere ita appellatæ. Poterant enim *laxæ* illæ & *plicatiles* vestes, nunc *laxius* per *zonas militares*, nunc *arctius*, ut res ferebat, corporibus constringi. Proinde *Æstati* admodum congruæ. *Forma* eademne fuerit cum *Romanorum sagæ*, non constat; *officium* certe idem fuisse verisimillimum est. Nec *formam* admodum dissimilem fuisse, exinde fortasse colligemus, quod *sagati* etiam milites per *αεργίαι* dispersecerentur. Potuit quæ, ut alia multa, ita hoc quoque *vestimenti militaris* genus à *Græcis* ad *Romanos* emanasse. In *Æstatem* ergo incidebant *Isthmia*, nec *semestrem* tantummodo quæ *Ver* *Æstatemque* proprie ita dictam complectebatur; sed in illam etiam *Æstatem* quæ *Veri* & *Autumno* contradistinguitur. Tunc enim illa solet esse *vestium* mutatio. *Vere* quo minus fieret, obstat, quod jam illa tempestate *calor* facile *tolerabilis* sit.

Sect. II.

Isthmia duplicia: alia, *Olympiadum* annis *primis* ineuntibus; alia *tertiis*, sed *mediis*.
a *Plin. N. Hist.*
l. IV. c. 5.

Ita certum est *Olympiadum* *initis* cum ipsis *Olympiis* rediisse *Isthmia*. Nec enim dubium est quin post absoluta *Quadriennia*, & *Cyclo Pentaeterico* evoluta, redierint illa pariter ut *Olympia*. Idque voluit fortasse *Plinius*: *Isthmi*, inquit, *pars altera cum delubro Neptuni quinquennialibus incluta ludis*. Verè quidem *quinquennialia* erant, quæ quidem *quadrienniis Pentaetericis* elapsis redibant. Non item verè, si intelligantur proprie sic dicta *Quinquennia integra*. Est autem hic error apud veteres minus accuratos satis frequens, quo *Cyclos*, qui *Pentaeterici* appellabantur, annis *quinque integris* constare existimabant. Nec item verè, si *Isthmia*, nisi *quadrienniis integris* elapsis, non rediisse crediderint. Erant enim perfecto *Trieterici*, ut *secundo* quoque anno elapso, *tertio* ineunte redierint. *Pindari Scholiastes*: *Ἰσθμια ἂν τελευτῆσθαι ἀπὸ τῆς ὀλυμπίας*. Idque verum esse constat exemplis. *Isthmia ludicra* mortuo *Cypselo* *Ol. 49.* fuisse Auctor est *Solin. c. 13.* *Isthmiis* illis quibus vicisse diximus *Lampromachum*, *Olympia* vicit *Epharmostus Opuntius*, *Olympiade* scilicet *LXXIII.* Et *Thucydidea* quoque *Isthmia*, anno *Belli* *xx.* in *Olympiadis* *initium* incurrunt *xcii.* Sic anno *Xenophontis* *xix.* *Isthmia* cum *Olympiade* concurrunt *xcvii.* Alia quoque memorat *Livius* *Isthmia* *Coss* anni *Varroniani* *558.* quæ *Olympiadis* *lithiliter* *cxlvi.* *primi* anni

b *Pind. Schol.*
in *Nem.* & *Ju-*
lian. Ep. ad *Str-*
gion.

c Vid. nostros
Annal. Xenoph.
d *Liv. LXXXIII.*
c. 18. *Gronov.*
s. 32.



anno *ineunti* convenerint. E quibus exemplis constat *Olympiadum initiis* semper fuisse *Isthmia*, nempe *initis* annorum Olympicorum *primorum*. Sunt & alia exempla *Isthmiorum* quæ post *secundos* annos *Olympicos*, vel *tertiis* potius *Olympiadum* annis contigerint. Talia erant *prima* illa ab *Eusebio* memorata *Isthmia* ad *Ol.* XLIX. 3. Talia etiam illa *Xenophontea*, anni nimirum *Xenophontis* XXI. quæ *Olymp.* xcvi. 3^o. conveniebant: & anni etiam ejusdem xxv. quæ *Ol.* xcvi. 3^o. anno acta sunt. Convenit porro calculus *Chronici Marmoris Oxoniensis* ab antiquissimis temporibus arcessitus. Numerat ille à primis *Thesei Isthmiis* ad suam Epocham annos DCCCXCV. Detrahantur ergo inde (pro annis ad citiman *Chronici* illius Epocham *Ol.* CXXIX. 1.) anni DXXII. Reliqui erunt anni CCCCLXXXII. Ita in annum ante *Olympiadas secundum* illa quoque inciderint *Isthmia*. Sed mihi, fateor, de temporibus *Græcorum* adeo *antiquis* non admodum magnam esse fidem. Melius ergo hoc idem ex aliis illis fidei exploratoris exemplis collegimus. Ita ergo fuisse necesse est, si quidem unius ejusdemque *tempestatis mensisque* fuerint quæ una eademque *Olympiade* agi solebant *Isthmia*. Si *diversis* fuerint, ut *Nemea*, *tempestatibus*; ea ratio esse potuit cur *Quinquennialia* haberentur, quod *tempestates*, nisi *quadriennio* evoluta, non redirent. Sin *tempestatibus* eidem & *mensi* etiam convenerint *media* quoque illa *Isthmia*; ipsa quoque erunt è *Cyclo-*
rum Isthmicorum tabulis manifesta. Hinc ergo corrigenda nostra ^a *Statiana*, ut non *primis tertisque* *Olympiadum* annis *desinentibus* (quod ibi fecimus) sed potius *ineuntibus*, vel *mediis* *Isthmia* tribuamus. De his *tertiorum* annorum *Olympicorum Isthmiis* plura infra cum agemus de *Nemeis*.

Stabilito jam annorum *Isthmicorum situ* in *Epocha Græcorum* omnium communi *Olympiadum*; quæ fuerit deinde *anni Isthmici* forma, quæve *Cyclus*, jam porro indagandum est. Vix sane est cur dubitemus quin iidem fuerint annorum *Isthmicorum* *Cycli* qui erant *Corinthiorum*. Ad illos enim spectabat jus *Isthmiorum* à temporibus antiquissimis. Et ad eosdem, si quando intermitteretur, identidem redibat. Per *Cypselum* stetit *Corinthi* tyrannum, quo minus *Isthmia* celebrarentur. Eo mortuo rursus restaurata à *Corinthiis* testis est ^b *Solinus*. Redacta postea in *Argivorum* ditionem *Corintho*, *Isthmia* celebrabant *Argivi*, *ὡς Ἀργεῖς τὸ Κορινθίων ὄντων*, inquit ^c *Xenophon*. *Re-*
vulserant enim agri Corinthiaci etiam limites. Restitutis au-

a *Annal. Sæc.*
 s. 18.

Sect. III.
 Anni *Isthmiorum* forinam sequebantur *Cyclo-*
rum Corinthiacorum.

b *Solin. Poly-*
hist. c. 13.

c *Xenoph. Hell.*
 L. IV.



tem ab *Agefilao*, per pacem *Antalcidæ*, pristinae libertati *Corinthiis*, rediit simul ad *Corinthios* jus etiam *Isthmiorum*. Ex-cisa tandem desolataque *Corintho* à ^a *Mummio Achaico*, cum nulli essent qui ludos curarent *Corinthii*, *Sicyoniis Isthmia* permissa sunt. Rursus vero restauratae à *Julio Caesare*, & *Romanae Coloniae* jure donatae *Urbi Corinthiorum*, nulli erant deinde æmuli in *Isthmiis* sibi vendicandis. Nihil autem est cur dubitemus quin, pro sui *Kalendarii* rationibus, observaverint, *Isthmia Corinthii*. Proinde è *Cyclis annisque Corinthiorum de Isthmiorum mensibus annisque* pronuntiandum est.

Seçt. IV.
Cycli Corinthiorum ante *Mectonem* iidem fuisse videntur qui *Sibenienfium*.

Cæterum ut *Cycli Elidensium* qui *Olympiis*, ita etiam *Corinthiorum* qui *Isthmiis*, inserviebant, ad *Cyclorum*, ni fallor, *Atticorum* imitationem expressi sunt. Ea erat *Astronomorum Atticorum* fama, ut non libenter ab eorum vestigiis discederent, qui *festâ patria*, pro *Oraculorum* à *Gemino* memoratorum jussu, tempore legitimo redire vellent. Facit ut ita suspicemur, quod communia *Græcorum omnium* festa, in quibus locum habebant *Isthmia*, pro *Kalendarii* omnium *celeberrimi* norma fuerint observanda. Alioqui difficillimum fuisset si, pro obscuris *Urbium*, in quibus ludi agebantur, *Kalendaris* agerentur, quorum tempus reliquis *Urbibus* oportuit esse notissimum. Fallitur autem *Scaliger*, qui putat *sacrorum præconum* fuisse ut *festorum* tempora legitima innotescerent. Nec enim in *aliis*, sed *suis* duntaxat ditionibus fieri solebant illa *præconia*. Hunc certe morem apud *Eleos* receptum fuisse ex eorum disceptatione cum *Lacedæmoniis* colligimus cum hoc pro iniquo haberent ^b *Lacedæmonii*. Imo è *Thucydide* illo ipso in loco constat, non *festorum*, sed *induciarum* illa ipsa fuisse *præconia*, quas *conceptivas* fuisse, & pro *indicientium arbitrio*, modo vidimus in causa *Argivorum*. Facit præterea ut ita fuisse suspicemur, quod res fere *Græciæ* publicas, raro admodum *diebus* aliis quam *Atticis* designarint *Historici*, & singulari observatione dignum duxerit ^c *Plutarchus* quod diem prælii *Platæensis* alium pro *Kalendario* suorum *Bæotorum*, alium pro *Kalendario Attico* deprehenderit. Cur ita, quæso, si fuissent istiusmodi *Kalendariorum* discrepantiæ admodum frequentes? Facit item quod *Corinthiorum* nullos prorsus temporibus hisce antiquissimis legamus *Astronomos* qui *Cyclos* novos in propriæ Civitatis usum excogitarent *ipsi* aliunde non acceptos. Facit præterea, quod *Græcis* omnibus edita fuerint, quorum meminit *Geminus*, *Oracula*, à quibus *Cyclos* oriundos

b *Thucyd.* L. v. n. 49.

c *Plutarch.* *Aristid.*



undos innuit; Quod proinde gradus illi Cyclorum quos describunt ^a *Geminus* atque ^b *Censorinus*, etiam ipsi *Græcis* plerisque placuisse innuantur, & à *Civitatibus* fuisse observati dum accuratiora docerent sequentes Astronomi; Quod certe *Tetraeteridem* primo, deinde *Octaeteridem*, præsertim *Cleostrateam* quæ *integræ* constabat *Embolimis*, ubique fere receptam ex iisdem Auctoribus appareat. De *Octaeteride*, quin ita recepta fuerit, ne quidem diffitetur ipse *Petavius*. Juniorum enim fuisse videntur illæ *Octaeteridis emendationes* quæ *Seculis* placere *junioribus*. Certe cum in eundem diem incidere *Olympia* atque *Isthmia*, non magnam in *Kalendaris Corinthiorum Elidensiumque* discrepantiam fuisse verisimillimum est. Cum scilicet ita *prope* invicem accederent *Civilia* utriusque *Kalendaris Plenilunia*. Quod si cum *Cyclo Elidensi* tum consenserit *Cyclos Corinthius*; est sane cur non admodum *Attico* dissimilem existimemus, cum jam hæcenus ostenderit *Cyclos Elidensium* eosdem plerumque fuisse cum *Cyclis Atheniensium*. Hæc autem *Olympia* quæ cum *Isthmiis* concurrebant, erant, ut dixi, *Olymp. LXXIII^æ*. Nempe sub *Octaeteridis Cleostrateæ* emendatione *Harpaleæ*. Itaque & *Harpaleam* illam *Heccædecaeteridem* ita jam receperant *Corinthii*, ut *triduum* per tot à *Solone Heccædecaeterides* errores correxerint, & à *novo* veroque propiori *Novilunio* *Cycli* jam *Heccædecaeterici* exordium arcessiverint. Proinde & *alios* quoque *Cyclos* illo antiquiores usurparint, *Octaeteridem Cleostrati* quæ *integræ*, & antiquiorem illa quæ *Tetraeteride geminata*, & *mutilis* constabat *Embolimis*. Necdum enim fuisse videntur *diversæ*, quibus superiorum *Cyclorum errores* corrigerentur, *hypotheses*. Ut proinde vix integrum fuerit, si *Oraculis* de *festis patriis* secundum *tria* observandis præcipientibus obsequi vellent, *alios* à se invicem *Cyclos* observare. Sic itaque se habuerint *Corinthiorum* *Cycli* ante *Metonem*.

Nec aliter, ut existimo, etiam post *Metonem*. ^c *Dedimus* jam *Veterum testimonia* alibi è quibus constat *Cyclum Metonicum* apud *Græcos* fuisse acceptissimum. Sane *Corinthiis* duplicuisse, *nullæ* suppetunt in *adversum*, suppetunt autem *proptiæ* conjecturæ. *Syracusanorum* eundem fuisse *annum* qui fuerit *Corinthiorum*, est sane consentaneum. Hoc enim jus *Colonie* exigebat, & communia *Coloniis matribusque Civitatibus Sacra*, ut ritu legitimo utrobique agerentur. Hoc certe hoc idem jus *Isthmiorum*, quod utrobique commune fuisse docet

Sect. V:
Eodem Cyclo,
nempe Metonico,
usi sunt Corinthii,
Syracusani,
& Athenienses,
anno Cycli
Metonici 20.
c Diff. I. n. 31.
42, 6.

N n 30 Pindari



Pindari Scholiastes, ad verba illa *Pindari*: Ταί δ' ἔσ' Αἴτνας ὑψηλόφρα *Olymp.* XIII. Καὶ αἱ ἔσ' Αἴτναν τὸ Σικελικὸν ὄρος, πόλεις (inquit) λέγῃ, τῆς Συρακῶν μαρτυροῦσιν αὐτῆ τῇ ἀνδρείᾳ. Ἰσθμια γὰρ ἢ ἐν αὐταῖς τελέτῃ ἢ ἐ ἐπίκησεν Ξενοφῶν. Postea: ἐν Συρακῶν ἀγεταιί, φησιν, Ἰσθμια καὶ ἐν Κορινθίῳ. Ἀποικιοὶ γὰρ Κορινθίων Συρακῶσι. *Syracusanis* autem *Metonicum* fuisse, qualis erat *Atheniensibus*, *Cyclum*, docet, ut existimo, *Plutarchus*. Sic ille de clade ^{a Plutarch. Nic.} *Nicias*: Ἡμέρα δ' ἡ πρὸς φθίνοντ' ἡ τῆς Καρνεῖς μὲν δὲ ἂν Ἀθηναῖοι Μεταγχιτιῶνα προσσηγορεύουσι. Ita loquitur quasi mensis *Siculus Carnius* idem fuerit cum eo quem *Athenienses* *Metageitnionem* appellabant; quasi *dies* utriusque mensis, tam *Attici* quam *Siculi*, sibi invicem utrobique responderent. Observatu nempe dignum crediderat *Auctor*, cujus fidem secutus est *Plutarchus*, cladis tantæ tam *infaustum* diem, propter dierum *Ἰσοφροδῶν* Religionem quæ ab *Hesiodi* usque temporibus obtinuerat. Ediderat autem Scriptor *Siculus* mensis *Siculi* diem, quem *Civibus* suis, aliisque quibus innotuerat *Kalendarium Atticum*, Scriptor aliquis *alsus*, fortasse *Atticus*, notum esse voluit. Sed *mensē* duntaxat *Atticum* designavit *Auctor* ille *Plutarchi*. Diem non aliter quam qua è *ratiociniis* colligi poterat. Nempe cum eundem monuisset fuisse *mensē* cuius diem designaverat Scriptor *Siculus*, mensis duntaxat nomine alio atque alio; supposuit non opus esse ut *quotus* fuerit *Metageitnionis* indicaret, cum jam antea monuisset *quotus* fuisset in mense *Siculo*. Atqui non processisset illa *suppositio*, nisi *Lectoribus* suis *Græcis* omnibus exploratum habuisset, *mensē* quidem *Siculum* latere potuisse *Lectores* non *Siculos*, diem vero mensis *Siculi* designatum, qualis fuerit in *Kalendario Attico*, latere ne quidem potuisse, modo de *mensē Attico* constaret. Itaque diem *Carnii* xxvii^m. eundem supponit in mense *Attico* xxvii^m. Nec docuisset *Historicus* ille *Lectorem* non *Siculum*, quis fuisset nefastus ille *dies*, mensis *Attici* nomine designato tantummodo, nisi hæc, quæ dixi comperta habuisset. Non poterant autem mensium *Lunarium* *dies* respondere nisi *Cycli* etiam respondissent. Itaque hoc anno, quo periit *Nicias*, *Ol.* xci. 4. *Cycli Metonici* xx^o. idem erat *Syracusanorum* *Cyclus* qui *Atheniensium*, idemque proinde *Corinthiorum*. Nec alius uterque quam *Metonicus*. Nomen certe ipsum *Carnii* didicerant *Syracusani* à *Peloponnesiis Heraclidis* unde *stirpem* duxerant. Majorque fuerit oportet *Peloponnesorum* in eo mense consensus propter *Sacra Carnia* quæ omnibus *Peloponnesiis* videntur fuisse *communia*. Ne



Nec modo hoc è *Colonorum Corinthiorum* moribus discimus *Corintho* ipsa oriundis. Idem de *Corinthiis* ipsis videtur etiam supponere *Philippus* Rex *Macedonum*, post filium, *maximus*, si tamen sine vera solidaque *virtute* ulla possit esse laudanda *majestas*. Hic *tempus*, quo convenire voluit Belli in *Phocenses* Sacri, sub suo ductu, socios, ita designavit: Ἐνωαντᾶτε, inquit, μετ᾽ τῶν ὀπλων εἰς τὴν Φωκίδα, ἔχοντες Ἰππιστισμὸν ἡμερῶν τετρακοντα, τὸ ἐνεσῶντο μὲν ὡς ἡμεῖς ἀγομεν ὡς δὲ Ἀθλων αἰοι, Βοηδρομιῶν ὡς δὲ Κορίνθιοι, Πανέμυ. Nempe *Corinthios* cum suis *Macedonibus* supponit eosdem habere *menses* cum *Atheniensibus*. Alioqui non video, cur è tot *fociis Græciæ Civitatibus* has deligeret quarum *Kalendaris* commune omnibus conveniendi *tempus* constitueret. Discrimen, si quod fuisset in his *Kalendaris*, idem fuerit oportet in *Ἰππιστισμῶ* qui aliis *redundare* debuit, aliis *deficere*, quod sine gravi rerum *gerendarum* incommodo contingere non potuit. Sic ergo se res habuisse videtur *Olymp.* CVIII. 2. *Periodi Metonica* anno LXXXVI°.

Sect. VI.
Item anno *Cycli Metonici* 86.

a ap. *Demosthen.*
Or. pro *Coron.*

Paulo adhuc postea *Plutarchus* *Victoriam Timoleontis* in *Carthaginienses*, mense non *Siculo*, licet res *gesta* esset in *Sicilia*; nec *Corinthio*, quamvis patria *Corinthius* esset *Timoleon*; sed *Attico* designat *Thargelione*: Ἀήγοντι, inquit in vita *Timoleonis*, μὲν ὁ θαρμηλιῶνι. Imo τῇ ἐβδόμῃ φθίνοντι θαρμηλιῶνι, ut idem in *Camillo*. Cur mense *Attico* rem à *Corinthio* duce *gestam* in *Sicilia* denotaret, ni iidem fuissent cum *mensibus Atticis* *menses Corinthii* pariter atque *Siculi*? Imo *die* illo *memoriam* *Victoriæ annuam* videntur celebrasse *Syracusani*. *Vicesimus quartus* ille *Thargelionis* *dies Olymp.* CX. I. pro *posteriori* ejus parte, qua erat *Victoria*, concurrebat cum *Junii Juliani* *die III°*. Erat autem hæc *Victoria* anno *Periodi Metonica* XCIII°.

Sect. VII.
Et anno *Cycli Metonici* 93.

Nec alio facere puto *Plutarchi* verba illa in *Camillo de Carthaginiensibus*: Καρχηδόνιοι δὲ τὴν ἐνωαντῶ φθίνοντι Μεταγειτνιονίς, ὡς τὰ πλείεστο ἢ μέγιστα τῶν ἀτυχημάτων αἰεὶ φέρουσι ἀφ᾽ φυλάττειν. Quid, quæso, *Carthaginiensibus* cum *Attico Metageitnione*? Nihil sane quæ fuit *Atticus*. Sed cum *Siculis*, eorumque *mensibus*, commercium frequentissimum, & proinde cum *Siculorum mensium Cyclorumque* originibus. *Nomina* autem eorundem mensium *Attica* libentius quam *Sicula* usurpabant *Historici*. Nempe quia *Græcis* reliquis notiora. Sic itaque & *Carthaginienses*: Non ita tamen usurpaturi nisi *spatia mensura*.

Sect. VIII.
Inde factum ut menses *Attici* noti fuerint *Carthaginiensibus*.



strua eadem complexa essent, idque esset apud *Lectores* exploratissimum.

Sect. IX.
Qui Cyclum
Metonicum rece-
perant eosdem
etiam Calippi-
cum recepisse ve-
rissimum
est.

Sic autem consilio eodem instituti sunt Cycli *Metonis* & *Calippi*; Sic pro *isdem* vulgo haberi solebant; Sic item *manifesta* erat *Calippi emendatio* pro modo anni *Solaris* omnium receptissimo; Sic denique diserta sunt Veterum *testimonia* de *Metonis* Cyclo etiamnum recepto cum jam à *novo* exordio *Calippus* calculum suum deduxisset: ut, cum *Metonicum* Cyclum à *Corinthiis Siculisque* receptum probaverimus, vix sit quod dubitemus quin à *Calippo* etiam emendatus obtinuerit. *Solaris* certe *anni* ratio nulla diu placuit præter eam quæ & in *Cyclis* fuerat *Tetraeteridum* & *Octaeteridum* antiquissimis, & quam restituit rationibus *Metonicis* denuo *Calippus*, partis nimirum 4^æ. diei supra dies 365. Sed nec ulla ratio motuum *Lunarium* tam diutina *experientia* comprobata est quam illa *decennovennalis*. Eam enim à *Metonis* tempore ad *Diodorum*, cum *Noviluniis* & *Pleniluniis* *Eclipticis* accuratissime consensisse testatur ipse *Diodorus*. Non quidem ita ut *nunquam* dissenserit (jam enim *Cycli initio* dissensisse observavit *Thucydides*, Nos etiam *postea* aliquantisper *variam* ostendimus) sed quod non *longe* discesserit, & sæpe, post *dissensum*, propter *Civilium dierum* distributiones, rursus cum *Cælo* in concordiam redierit. Nunquam certe tam *longe* abiit, ut (quod *Cyclorum aliorum* commune vitium fuerat) per mensium *Civilium* dies omnes *Novilunia* errarent, dum Cyclo tandem *evoluto* quo ad *ensem integrum* discordiæ surrexissent, uno *Embolimo* subducto ita demum ad *Novilunia Cælestia Civilia* *Novilunia* redirent. Hic autem nusquam à *Civilibus* *Noviluniis* *longe* admodum errabant *Novilunia Ecliptica*, nec ullo tandem *Syzygiarum* circuitu occurrebat *demendus Embolimus*, quæ duo hujus erant, ut videtur, *Cycli fortasse singularia*. Hæc igitur, ut videtur, tot *Seculorum experientia* alios omnes *Cyclos* æmulos extinxit, & in *desuetudinem* redegit. Sed non aliter Cyclo *Metonico* conveniebant illa *Diodori* præconia quam quæ illum, jam *diu* ante *Diodorum*, *Civiliter* correxerat *Calippus*. Itaque qui Cyclum *Metonicum* in usum *Civilem* admitterant, vix est quod aliam emendationem præter illam *Calippi* receperint, quæ sola *Enneadecaeteridibus* accommodata est; vix est quod *Enneadecaeteridum* usum ejecerint, quo diuturnior erat, eo magis comprobatum. *Hipparchi* emendatio annorum ccciv. (quæ duorum erat *Cyclorum Metonicorum*, quatuor



quatuor autem *Calippicorum*, quæque *Enneadecaeterides* proinde supponebat) nullibi, ut puto, *Civiliter* obtinuit, quanquam omnium fuerit accuratissima.

Constitutis jam *Corinthiorum Cyclis*, Civilis anni initium explorandum est. Inde enim procedat oportet supputatio omnis accurata. Hoc autem etiam è *Siculis* fortasse discendum est *Corinthiorum colonis*. Habemus enim apud ^a *Gruterum* Inscriptionem quæ Καρνεῖς meminerit Διπλῶς. Eadem, ut videtur, forma Διπλῶς *Carnius* qua & *Posideon Atheniensibus* cum Ποσειδεῶνος ἑστίης meminerit similiter *Ptolemæus*. Huc refert, utque puto, recte magnus ^b *Scaliger*. Sic fuerit propter eandem causam Διπλῶς, quod *Civilis* anni ultimus fuerit, propterea in annis *Embolimæis* geminandus. Ita certe, nisi extraordinaria aliqua causa ominis averruncandi Διπλῶς fuerit, ut secundum fecit *Alexander Magnus Artemisium*. Ordinariam certe aliam nullam scimus, præterquam *Intercalationis*. Fuitque sane, ut jam vidimus, *Agrigentinis Syracusanisque* communis ille *Carnius*. Et *Dorica* fuit *Civitas Agrigentina* à ^c *Gelois* condita, qui ipsi è *Creta* in *Siciliam* advenæ. Non tamen propterea certum, idem utrobique *spatium menstruum* idem designare nomen. Erant enim similiter *Dores Macedones* & *Heraclidæ*, & tamen eorum *Panemus* à *Panemo Corinthiorum* longe alius erat. Aliunde tamen apparet *Syracusanorum* atque *Agrigentinarum* *Kalendariorum* concordia. De *Syracusanis* ita *Plutarchus* in *Dione*: Ἐκκλησίασι δ' αὐτοῖς ἔπι νεαῖς ἀρχαῖς, θερῶς μεσῶντ' &c. Jam novos creatos fuisse docet *Magistratus*, nempe annuos. θερῶς μεσῶντ', mense scilicet *Civili Æstivo medio*. Melius autem *Civiles* annos quam à *Magistratuum annuorum* initiis æstimare non possumus. Sed hic de Ἐκκλησία, five de *Comitiis*, sermonem habet, quæ certe antea habenda erant quam creati illis *Comitiis Magistratus* inire possent. Itaque si medio mense *Æstivo* *Comitia* fuerint ἐρατηγικά, ultimum illum mensem anni præcedentis fuisse consentaneum erat. Is erat idem ille *Syracusanorum Carnius* qui *Attico* ^d *Metageitnioni* respondebat, proinde idem cum *Carnio* etiam *Agrigentino*. Sic mensis ultimus *Æstivus primus* fuerit oportet anni *Siculi Civilis*, quo scilicet inibant jam delecti *Magistratus*. Is autem erat in *Kalendario Attico Boëdromion*. Mensis ergo *Siculus* qui *Attico Boëdromioni* par fuerit, is primus erat in anno *Siculo Civili*. Et proinde *Corinthi coloniarum Syracusanæ* *Metropoli*. Hoc anni *Civilis* initium non in punctum aliquem *Cardinalem* incidebat,

O o

cidebat,

Sect. X.

Anni Corinthii
Siculi que initium
ab eo mense qui
Attico respondebat
Boëdromioni, post ortum
Carniculae.

a Grut. CCCCL. I.

b Scalig. Em.
Temp. L. I.

c Thucyd. L. VI. 4.

d Plinarch. Nic.



cidebat, (à quibus annos *Civiles* ordiebantur plerumque *Veteres*) sed in medium aliquem inter *Solstitium* atque *Æquinoctium* fideris *ortum* aut *occasum*. An forte volebant *Corinthii* *Caniculæ ortum*? Inde annum auspicabantur *Ægyptii*. Sic autem fortasse *Græci*, ut non ab ipso *ortu* annum inciperent, sed à *proximo* post *ortum* *Novilunio*. Et sane *multos* à *canis* *exortu* annum incepisse testatur ^a *Censorinus*, *Græcos*, ut videtur, *Cyclorum* conditores *multorum* nomine complexus. Etiam ^b *Plinius*, qui poterat adeo pro *initio* anni haberi ab *Autumno* inchoaturi. Nempe si *Autumnus Rusticus* potius & *Civilem* intelligerent quam *Astronomicum Zodiaci*. Sed *Caniculæ ortum* *Corinthiis Siculisque* potius placuisse crediderim.

^a *Censorin. c. 21.*

^b *Plin. N. Hist. XVIII. 25. 28. 29.*

Seft. XL
Atensis ergo
Isthmicus non e-
 rat anni *Corin-*
thii primus. Ita
 mensibus *Atti-*
cis respondere
 vix poterant.
 Sed (quod ad
Kalendarium at-
 tinebat) idem
 illis, quod *A-*
theniensibus, ini-
 tium.

Ita quidem labentibus *Cyclis* omnium *antiquissimis*. Cum ergo mensis *Atticus* *Boëdromion* cum *primo* mense *Corinthio* concurreret; mensis proinde *Isthmicus*, quem jam eundem cum *Attico* *Hecatombæone* ostendimus, idem fuerit anni *Corinthii* XII^{us}. Inde fortasse factum, ut nullos unquam *Isthmiadum* numeros legamus, ut legimus *Olympiadum* atque *Pythiadum*. Propterea, ut videtur, quod non in menses annorum *Civilium* *primos* *Isthmia* inciderint. Ita quidem annis *communibus*. In *Embolimæis* mensis erat *Corinthiorum* XII^{us}, qui respondebat *Attico* *Hecatombæoni*, & mense *Elidensum* *primo*. Ita se res habuerit oportet *Olymp. LXXIII.* cum eodem *die* vinceret *Epharmostus* *Olympia* & *Isthmia* *Lampromachus*. Ita scilicet optime tempestatibus astringebantur hi ludi, si mense anni penultimo, quicumque demum is fuisset, astringerentur. Sic item *Olympia* mense nonnunquam ab invicem XLIX^o, nonnunquam L^o, pro *Embolimorum* rationibus, celebrata supra ostendimus ex *Africano*. Commode autem accidit ut cum mense *Attico* pleno cœperit *primus* mensis *Corinthius*. Inde enim factum, ut sub *primis* *Cyclis* nullum esset utrobivis mensium *plenorum* *cavorumque* discrimen, dum scilicet *alternis* illi utrobique redirent. Locus autem *Embolimorum* alius atque alius, propter hæc *initia* annorum *Civilium* adeo invicem diversa, obstabat quidem aliquantisper quo minus *menses* invicem pares responderent, dum pares utrobique accessissent *Embolimi*. Tum certe *magis* cum *Embolimi* *mutuli* essent, & à modo mensium *communium* enormes; minus autem cum *pleni* essent pro modo mensium *plenorum* *communium*, nempe ab *initio* *Octaeteridis* *Cleostratæ* ad *Metonis* *Enneadecaeteridem*. Tum *plenorum* *cavorumque* mensium ordinem



ordinem aliquantisper invertibat *Embolimus*, dum in aliis rationibus *par* occurreret. Fecit hoc ut, licet menses *integr*i mensibus *integr*is, non tamen *iisdem*idem, responderent. Et in Cyclis etiam *Metonico* & *Calippico*, cum non ab eodem *initio* supputatio procederet, dies *exemptiles* alio in loco fuisse necesse erat. Inde factum, ut qui menses in uno *Kalendario pleni*, in alio *cavi* reperirentur. Hæc in tabulis, si invicem conferantur, manifesta erunt. Quæ tamen facile Veteres poterant contemnere. Melius autem, ni fallor, omnia convenient, si (quodcunque demum fuerit *initium civile*) *Kalendarii* tamen rationes ab *iisdem* *initii*s processerint quibus & *Cycli* etiam *Attici*. Sic enim & *menses mensibus*, & *dies etiam diebus* respondebunt, quod tot Veterum videntur innuere Testimonia.

Aliud postea Civilis anni initium docet *Polybius*. Nempe Sect. XII. creandis *Magistratibus*. Sic enim habet: ^a Τὰς γὰρ δεχαιρείας *Achai* postea *Αιτωλοὶ μὲν ἐποίησαν μὲν τὴν φθινοπωρινὴν ἰσημερίαν εὐθείως* (quibus accen- *Αχαιοὶ* *ἔτι τὴν πλειάδος Ἰππολέω*. Iterum: ^b Τὸ μὲν ἔν κατὰ *num à Pleiadum* *τὴν Ἀράτῃ τῆ νεωτέρῃ στρατηγίαν ἔτις ἐτύγχανε διεληλυθὸς πρὸς τὴν* *οριῳ, mense Ju-* *πῆς Πλειάδος Ἰππολέω*. Οὕτω γὰρ ἦγε τὰς χρόνας πρὸ τῶν Ἀχαιῶν *liano Maio, in-* *ἔθνος*. Ita *Achaeorum* gentem ait tempora supputasse. Nempe ^a *Polyb. L. IV. c.* *eorum* qui in *unam* *Rempublicam* sub communi *Achaeorum* ^b *L. V. c. I.* nomine coaluerant, in quibus etiam *Corinthios* fuisse manifestum est, ex illo saltem tempore quo *Acro-Corinthum* expugnavit *Aratus*. Sic autem loquitur quasi post *Vergiliarum exortum* Civilis annus inceperit. Ait enim ipso *exortu* Comitia fuisse creandis in futurum annum *Magistratibus*. Ait *Arato* annum hoc *exortu* fuisse *circumactum*. Ut proinde *proximo* post *exortum Lunari mense* novi *Magistratus inierint*. Cum autem *variae* sint hujus *fideris* in *Parapegmatibus* *Ἰππολαί*, ita hanc describit *Polybius* ut non aliam ab ea designarit quæ proxime *Astatem* antecesserit, imo *Astas* fuerit cum *inirent* *delecti* *Magistratus*. Sic enim addit in priori loco: Ἡδὴ δὲ τῆς *Ἰερείας* *ἐπισκοπῆς, καὶ μεταληφὸς* Ἀράτῃ τῆ νεωτέρῃ τὴν στρατηγίαν &c. Posteriori autem, cum depositum ab *Arato* *Magistratum* dixisset, *initum* autem ab *Eperato*, subjungit: καὶ δὲ τὰς αὐτὰς καὶ τὴν ἀρχοσύνης τῆς Ἰερείας &c. Quis hic non videat *exortum* illum *Vergiliarum* intelligi omnium celeberrimum, quo *Astatem* coepisse testatur ^c *Plinius*, & quem diei ante *Idus* ^c *Plin. N. Hist. XVIII. c. 29.* ^d *Maias* *vi*º. tribuit pro *Parapegmate Romano*, nempe *Maii* ^d *Plin. N. Hist. II. c. 47. XVIII. c. 26.* *Juliani* *x*º? *Astas* illa quidem non erat *Astronomica*, sed rebus *gerendis* aptior. Sunt autem de *tempestatum* *initiis* veterum ^c *26.*



sententiæ invicem diversissimæ. Hæc autem potissimum Romanis placuit, illis etiam qui in die discrepabant. ^a Varro ^{28.} *Æstatem & Vergiliarum exortum* in Maii ix^m. contulit. Et *Æstatis* initium eodem retulit ^b Columella. Et *Pleiadum* ortum *Æstatisque* initium, licet cum alio ejusdem mensis die, similiter conjungit ^c Ovidius. Vix ergo est cur dubitemus quin hoc anni Civilis initium designarit Polybius.

Sect. XIII. Sed novam hanc Παναχαίων supputationem non antea certe verisimile est accepisse Corinthios quam Acro-Corintho præsidium dejiceret Aratus. Tum primum in commune Achaorum corpus recepti commune Anni Achaici initium poterant observare. Hunc autem annum è Polybio notis certissimis insignitum alibi ^d constituimus. Acro-Corinthum 2^a. sua στρατηγία occupavit Aratus, Olymp. cxxxiv. 2. U. C. Varroniano 511^o. uno nempe antea anno quam Carthaginenses ad Ægates profligarit C. Lutatius. Mensem porro, & mensis fere diem innuit potius quam docet ^e Plutarchus. Ἡν δὲ τῶ ἔτος ἢ πρὸς τὸ ἀκμαζόν ὄρα, τῶ δὲ μὲνός, πανσέλιον. Et quidem Plenilunium non Civile tantummodo, sed Cæleste, quod rei gerendæ admodum favebat, ut ostendit ibi Plutarchus. Θέρος ἀκμαζόν medius erat quadrantis Æstivæ mensis qui Attico respondebat Metageitnioni. Et Plenilunia Civilia fere in dies mensium suorum Lunarium decimos sextos conferunt Veteres, à quibus jam ne quidem Cælestia Plenilunia longe aberrabant. Admodum commode, quia Σεπέι ineunte, στρατηγίαν, ut modo vidimus, iniverat Aratus, & in annum hujus Olympiadis 2^m. res gesta incidit pro calculis Polybii. Atqui annus ille Olymp. cxxxiv. 2. idem erat Periodi Calippicæ II^a. XII^{us}. quo dies Metageitnionis XVI^{us}. idem erat Augusti Juliani XII^{us}. Et quidem nocte res gesta est, ut in priorem proinde Atticæ diei partem inciderit. Longe ergo aberrare vix possumus. Itaque ante annum sequentem Olymp. cxxxiv. 3. Corinthii novum hoc anni Achaici initium recipere ne quidem poterant. Ego ne tum quidem receptum mihi persuadeo.

Sect. XIV. Plane enim ad res communi Achaorum omnium nomine gerendas spectabat novum hoc anni initium. Eo enim loco habendus erat στρατηγός qui omnium nomine Rempublicam administrabat. Eo proinde & Comitria quibus creandus erat, & solenne tempus Magistratus ineundi. Hoc ergo communi anno Civitatem illam sequi poterant (quæcunque demum ea fuerit) quæ primas in communi Republica partes habebat; seu Sicyon

Ne tum quidem receptum fuisse verisimile est præterquam in rebus Achaie univærse communibus.



Sicyon ea fuerit, quæ patria erat *Arati*; seu *Megalepolis Arcadum*, unde *Polybius*, & pater ejus *Lycertas* & *Philopæmen*, ipsi quoque *σπάρτησι*; seu XII *primarum Urbium* aliqua quæ *primæ* in Societatem illam coaluerant. Nihil tamen illud obstabat quo minus Civitatibus *singulis* sui adhuc permanserint, qui antea, *Cycli*, sua eadem annorum *Civilium initia*, sua denique eadem quæ olim *Kalendaria*. Cum enim *Urbium Civilia* annorum *initia* è *Magistratuum initiis* colligimus, ita demum recte illa procedet Argumentatio, si *Magistratus* intelligantur *Urbium proprii*, non autem si intelligantur *plurium Urbium communes*. Fieri enim vix potuit ut, ante *Societatem* initam, *omnes* in eis, quæ è *singularum* pendebant *arbitrio*, consenserint. Et tamen *unum* certumque *tempus* res ipsa exigebat quo & *Comitia* omnium habenda fuerint, & quo *inierint* delecti in *Comitiis Magistratus*. In *his* ergo consensisse oportebat *Civitates socias*. Manserunt tamen nihilominus eadem illæ *Civitates* in causis ditionibusque propriis *liberrimæ*, quæ res *communis* patiebatur. Imo hoc ipso consilio in *majorem* illam *Societatem* consenserant, ut quas *libertates* singulæ tueri non poterant, eas *Communi* omnium *auxilio* melius tuerentur. Habebant autem & *singulæ* res gerendas *annuas* & *annuos* etiam *Magistratus*, in quibus *communis* omnium *tutela* non exegerit ut à receptis moribus discederent. *His* ergo *idem* esse potuit, qui antea, *Cyclus*, *idem* qui olim *annus*, *idemque* quod receptum fuerat *anni* etiam *initium*. Itaque & *Corinthiis* *idem* esse potuit quem in *Isthmiis* suæ *Civitati* propriis observarint.

Sed & in causis *Civitatum propriis* ita potissimum tenebit Argumentatio ab *annuorum Magistratuum initiis* ad *initia* annorum *Civilium*, quæ quidem *Cyclis* aptantur atque *Kalendaris* si ea fuerint *Magistratuum annuorum initia* cum *Cycli primum* inirent. Alioqui variæ poterant, pro re nata, *postea* suboriri causæ cur *Magistratuum annuorum initia* vel *matutiora* vel *seriora* decernerentur, quæ tamen nihil prorsus innovarint in *Civilibus Kalendaris*. Erant certe hæc *Magistratuum initia*, apud *Romanos*, ante *Cæsarem*, admodum *varia*. Mense *Sextili* anno *Varroniano* 278. testatur iniisse. ^a *Dionysius*, illius scilicet anni *Coss.* ^b *Livius* anni *Varroniani* 291. ^b *Liv.* III. 6. *Coss. Cal. Sext.* ut tunc (inquit) *principium anni* agebatur, *Consulatum iniisse* dicit. Idem proximo anno 292. *Coss.* III. ^c *Id.* ^c *ib.* c. 8. *Sextiles* iniisse observavit. Idem ad annum *Varronianum* 304.

Sect. XV.
Cyclis introdu-
ctis sæpe mutari
solebant *initia*
Magistratuum,
non mutatis
Kalendaris.

^a *Dionys.* Ant.

^b *Liv.* III. 6.

^c *Id.* ^c *ib.* c. 8.

^a *Idus*



a *ib. c. 36. 38.*b *Dionys. Ant.*c *Liv. IV. 37.*d *Liv. V. 9. 11.*e *Liv. V. 32.*f *Liv. VIII. 20.*g *L. XXI. 63.*

xxii. i.

h *L. XXIII. 30.*i *L. XXVI. 1.*k *L. XXVI. 26.*l *L. XXVII. 7.*m *L. XLI. 6.*n *L. XLI. 8.*o *L. XLIV. 19.*

^a *Idus Maias solennes ineundis Magistratibus* fuisse docet. Anno *Varr. 311. Decembri* iniisse tradit ^b *Dionysus*. Et ^c *Livius* quoque *Coss. anni Varr. 331. Idibus Decembribus Magistratum* occepisse refert. Idem ann. *Varr. 353. Idus Decembris* ^d *solemnem ineundis Magistratibus diem* non ^d semel agnoscit. *Rufus* anno *Varr. 363. Coss. Calendis Quintilibus Magistratum* occepisse idem docet ^e *Livius*. Idem habet de Magistratibus anni *Varroniani* ^f 425. Ab anno saltem ^g 537. & deinceps *Idus Martias* diem fuisse quo inierint idem docet multis in locis *Livius*. Certe fuit ann. *Varr. h* 540. ⁱ 543. ^k 544. ^l 545. ^m 576. ⁿ 577. ^o 586. Tenuitque, ni fallor, mos ille ad ann. *Varr. saltem 600. ante quem receptum non est ut Kalendis inirent Januariis*. Unus tamen erat *Romanis* hoc omni intervallo *Cycclus* trium *Octaeteridum* in *Praelectionum* nostrarum *Appendice* à nobis explicatus. Hoc verum fuisse ostendunt tot hujus intervalli *dies* nostris illis *unius Cycli* rationibus conformes. Certe mensium *Idus* nullius supputationis *initia* erant. Nendum *anni*, cum ne quidem *primos* inchoarent *Civilium* annorum *mensis*. Non me quidem fugit *Idus* Veteribus pro *Pleniluniis Civilibus* haberi solitas. Non quidem quod *mensium*, vel *Civilium*, locum *medium* accurate tenuerint, sed quod ad *medium proxime* accederent. Sed nec ullos scimus Veterum qui mensium *Lunarium initia* fuerint à *Pleniluniis Civiliter* exorsi; nec vel ita fuisset ab ipsis *Idibus* exordium capiendum, sed à die potius post *Idus proximo*, unde *sequentis* mensis numerari coeperint *Kalendas*. Diversas enim mensis *partes* fuisse constabat *Idus & Kalendas*, nec proinde invicem *permiscendas*. Itaque necesse non est ut quæ ab *Ol. cxxxiv. 3.* coeperint *Isthmia* à *novo* anni *Isthmici* *initio* deinceps arcessamus.

Sect. XVI.

Mensis Corinthius primus *Panemus*, ultimus *Carnius*. Reliqui ignoti.

Mensium porro *Corinthiorum nomina*, præter *primum ultimumque*, nescio an *alia* nobis conservarit Antiquitas. Primum *Boëdromioni Attico* respondisse jam ostendimus. Is autem quis fuerit, docuit, ut vidimus, Rex *Macedonum Philippus*. Eum enim nominat *Panemum*. Ultimi nomen è *Siculis* collegimus, nempe *Carnii*. Reliqua *nomina* cur perierint, *causæ* facile assignari poterunt, præsertim *duæ*: Alia fortasse fuerit mos ille *Historicorum* res gestas *aliorum Græcorum*, qui quidem *Cyclos* imitabantur *Atticos, Atticorum*, veluti *notissimorum*, mensium nominibus designandi. Alia postea quodd, cum jugum *Macedonum* subiissent, *Macedonicorum* etiam *mensium* nomina pro



pro suis suffecerint. Mensē enim certe *Macedonicum* in rebus *Arati Sicyone* gestis cum *Attico Anthesterione* contulit ^a *Plutarchus*. Hoc si verum, poterant & *Corinthii* similiter, temporibus *Arati*, pro suis mutasse mensium nomina *Macedonica*.

^a *Plutarch. Arat.*

Prima autem *Isthmia* Olymp. XLIX. 3. tribuit *Eusebius*. Sic enim habet: *Isthmia post Melicerten, & Pythia primum acta*. Recte utrumque, si è *Scriptore* aliquo *Annalium* à *Vere* cœptorum hæc desumerit, ordine duntaxat inverso, quod *Pythia Veri, Isthmia Æstati* ineunti tribuenda fuerint. Sed *annis*, ut ostendimus, *Olympicis* diversis conveniebant. Antea ergo *Isthmiorum* pariter atque *Pythiorum* nullus prorsus in *Chronologia* usus. Quæ enim de *Melicerte* fabulantur & de temporibus *Mythicis*, ea mihi omnia suspecta esse fateor. Nec in *Isthmiis* modo, sed in *aliis* quoque *ludis*.

Sect. XVII.
Prima *Isthmia*
Ol. 49. 3.

Diem porro *Isthmiorum* si non *verum*, at vero tamen *proximum & simillimum* ex *Olympiorum* diebus exploremus. *Uno* certe plures non fuisse ex *Isthmiis* colligimus quibus præsedit *Flamininus*. Mox enim ab actis ludis, præ libertatis gaudio neglectis, ad illum sese gratulabundos contulisse testatur *Livius*. Primo quoque, ut videtur, à *ludis*, otio. *Quinque* autem fuisse *Olympiorum* dies, & in eorum *unum* incidisse *Isthmia*, jam nos supra docuit *Pindari* Scholiastes. Id quoque docuit à die mensis *Olympici* XI^o. cœpisse, & in diem mensis ejusdem XVI^m. desuisse. Ita nimirum ut die mensis XVI^o. de victoribus *sententiam* dederint *Hellanodici*. Id tamen nondum ostendimus, fueritne *extra* ludorum dies *dies* ille mensis XVI^{us}. quo *vidtores* per præconem *publicari* solebant atque *coronari*; an potius is *ipse* fuerit ludorum V^{us}. Ego V^m. fuisse mihi persuadeo. Erant enim etiam illo ipso die ludi. ^b Scholiastes: ^b *In Pind. Ol.*

Sect. XVIII.
Dies *Isthmiorum* mensis, ut videtur, *Isthmii* XII.

Ἐν γὰρ τῇ ἐκκαιδέκῃ τῆς σελῶνς ὁ Ὀλυμπιακὸς ἀγὼν τελείται. Et paucis interpositis: ἐν τῇ πανσελεύῳ ὁ Ὀλυμπιακὸς ἀγὼν ἀγεται. καὶ τῇ ἐκκαιδέκῃ γίνεται ἡ κέρσις. καὶ αὐτὴ εἰς δύο καλαμερίζεται εἰς τε πρὸ ἀύξησης καὶ λείψαν τῆς φωτὸς. Ἄλλως. ὅτι πανσελεύῳ ἀγεται ὁ Ὀλυμπιακὸς ἀγὼν. Hinc obiter constat, verissimum esse quod jam supra observavimus, tantundem valere apud veteres *πανσελεύων* ac mensis *Lunaris* diem *ἐκκαιδέκῃ*, *Civilem* scilicet; atque ita adeo *Veteres*, quoties pro temporis nota *πανσελεύων* habent, esse intelligendos. Hoc itaque cum verum sit, nostræ sententiæ favebit etiam ipse *Pindarus*, cum ludos *Olympicos* ipse quoque confert in *Plenilunium*. Sic enim ille: ^a Ἡδῆ

^b *In Pind. Ol.*
III. P. 32.



a Pind. Olymp.
III.

ἤδη γὰρ αὐτῶν
Πατρὶ μὲν βωμῶν ἀγοάδεν-
των, διχόμεναι ἔλον χρυσόματ'
ἑστέρας ἰφθαλμὸν ἀντιφλέξει μύα.

Iterumque in eandem sententiam alibi:

b Pind. Olymp.
X.

Ἐν δὲ ἑστέρον ἔφλεξεν εὐώπιδ'
Σελάνας ἑρατὸν φάτ'.

Quem in locum ita scribit Scholiastes: Ἐρατὸν ἢ φάτ' σελύ-
ης, τὸ πανσέλλων. Τελείτη γὰρ καὶ ἀ πληροσέλλων, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς
πρώτοις εἶπεν. *Ultimus ergo ludorum dies erat mensis Olympici*
xvi^{us}. & primus adeo xii^{us}. quo mensis die alii quoque apud
alios ludi inire solebant. Atque ita proinde intelligendus ali-
bi *Scholiastes* cum à die mensis xi^o. ad xvii^m. ludos pertigisse
scribit, ut ab xiⁱ. diei fine calculum duxerit, eumque adeo
extra numerum se creverit. Atqui *diem* quo *Isthmia* vicit *Lam-*
promachus eundem fuisse testatur *Scholiastes* quo *πάλλω* vicit
in *Olympicis Epharmostus*. Itaque quærendum quo demum *die*
ludorum *Olympicorum* *πάλη* fuerit decertatum. *Unum* autem
diem sibi vendicabant, quo tempore *πάλλω Olympicam* vicit
Epharmostus, *πένταθλον* & equorum, ut videtur, *κελήτων δρόμος*,
& *παγκρατία*, eumque fortasse ludorum primum. Hoc nos
docet, ut existimo, *Pausanias* his verbis: ὁ ἢ κόσμος ὁ πρὸς
τὸν ἀγῶνα ἐφ' ἡμῶν, ὡς θύεσθαι τῶ θεῶ τὰ ἱερεῖα, πένταθλον μὲν καὶ
δρόμος τῶν ἵππων ὑστερὰ ἀγωνισμάτων. Οὐτ' κατέστη σφίσιν ὁ κόσμος
Ὀλυμπιάδι ἐβδόμη πρὸς τὰς ἐβδομήκοντα. Τὰ πρὸς τέτων ἢ ἵππῳ ἡμέ-
ρας ἦγον τ' αὐτῆς ὁμοίως καὶ ἀνθρώπων καὶ ἵππων ἀγῶνα. Τότε ἢ πρὸς ἡμέ-
ραν εἰς νύκτα οἱ παγκρατίζοντες, ἀπὸ ἑ καὶ καὶ καὶ ἐσκληθέντες. Αἵτιοι
δὲ ἐγένοντο οἱ τε ἵπποι καὶ ἐς πλεον ἔπι ἢ τῶν πένταθλων ἀμιλλα. Καὶ
ἐκράτει μὲν Ἀθλωαῖος Καλλίας τὸς παγκρατίζοντας. Ἐμπόδιον δὲ
ἐκ ἐμελλε παγκρατῆς τῶ λοιπῶ τὸ πένταθλον, ἐδὲ οἱ ἵπποι γυμνασθαι.
Hoc nempe voluit, ni fallor, doctissimus Auctor ante *Olymp.*
LXXVII. morem fuisse ut *uno eodemque die* certarent equi,
Pentathli & *Pancratiastæ*, & *media* inter equos hominesque
sacrificia intercederent, ad *homines*, ut videtur, non ad *equos*,
spectantia. Et quidem hoc eodem, quo recensui, ordine. *Pan-*
cratiastas enim dicit ad *noctem* usque fuisse dilatatos, & cur ita
sit factum, impedimento illis fuisse *Pentathlos* & *celoces*. Hoc,
cum

c Pausan. Eliac.
I. P. 155. Syl-
burg.



cum incommodum videretur, deinceps institutum ut *priori* die celoces, *posteriori* homines invicem committerentur, *sacrificia* autem loco *ultimo* peragerentur. Hoc enim nos docent verba ὑστερὰ ἀγωνισμάτων, ad *ιερέια* utique referenda, quem ordinem pervertit *Latinus* Interpres. Itaque *Olymp.* LXXIII. qua vicit *Epharmostus*, jam adhuc *diem unum*, proculdubio *integrum*, occupabant *tres illi ludi*. Sed *πάλω* *solitariam* vicit *Epharmostus*, non *mixtam* illam quæ locum habebat in *Pentathlo* & *Pancratio*. Alius ergo dies fuerit oportet ab illo quem descripsit *Pausanias*. Nescio autem an recte hæc *Pausanias*. Sic enim loquitur *Xenophon* quasi suo adhuc *tempore*, eodem adhuc *die* fuerint *equorum* & *Pentathli* certamina, & quasi convenerint in *diem* ludorum *primum*. Sic enim ubi describit *Eleorum* impetum in *Arcades* & *Pisatas Olympia* celebrantes, ostendit quousque progressi fuerant in ludis *Arcades*: ^a καὶ τὴν μὲν ἵπποδρομίαν ἤδη ἐπεποιήκεσαν, ἔτι δὲ τὰ δρομικὰ τοῦ πεντάθλου· οἱ δ' εἰς πάλω ἀφικόμενοι ἐκέτι ἐν τῷ δρόμῳ, ἀλλὰ μετὰ τὸ δρόμον καὶ τὸ βωμὸν ἐπάλαμον. Plane *ordinem*, ut videtur, à ludorum *initio* describit, quousque processerant ludorum illorum præfides *Arcades* & *Pisatæ* cum appellerent *Elei*. Sed *diem*, fateor, *unum* quo præfederant illi nusquam memorat *Xenophon*. Itaque, ut cum *Pausania* concilietur *Xenophon*, *secundo* ludorum die *Eleos* appulisse dicendum est. Dies certe ludorum *plures* paulo supra agnoscerat ipse *Xenophon*. Verba ejus in hanc sententiam perspicua sunt: Ἐπεὶ δὲ ὁ, τε μὴν ἦκεν, ὃ τὰ Ὀλύμπια γίνεσθαι, αἱ τε ἡμέραι ἐν αἷς ἡ πανήγυρις ἀθροίζεσθαι &c. Ita *Sacrificia* ad ludorum *initia* spectarint, quam postea in *finem* ludorum *mixtorum* fuerint translata. Hæc *Xenophon Olymp.* CIV. Tum ergo *duorum* erant, uti dixi, *dierum* ludi illi *mixti*, qui tamen erant, cum vinceret *Epharmostus*, tantummodo *unius*. *Olympiade* ergo, qua vicit ille, LXXIII.^a *primum* ludorum diem, oblatis *Sacrificiis*, implebant ludi illi *mixti*, & sequentium adeo dierum aliquo fuerit oportet *Palæstra* illa, qua vicit ille, *simplex*. Ita quidem, si fuerit *Palæstra simplex* alio die quam *Palæstra Pentathli* & *Pancratii*. Ego tamen *eodem die* fuisse suspicor. Erat quidem *Palæstra* illa, cujus meminit *Xenophon*, à *simplici* alia, pars nempe *Pentathli*. Hoc inde colligo quia sequebatur τὰ δρομικὰ & πεντάθλου. Ut enim *δρόμος* *virorum* erat omnium exercitiorum antiquissimus, quo *prima* vicit *Olympiade* *Coræbus*; ita *Palæstra* illi antiquitate proxima *Olympiade* XVIII. *introduceta*. Eundem

^a Xenoph. Hell. l. VII.



a Pausan. Eliac.
I. P. 155.

autem in *Pentathlo* ordinem servasse verisimillimum est exercitia illa quem *simplicia* habebant invicem collata. Facit autem cur ita sentiam *Pausanias*. ^a Sic enim habet: Ἐπὶ δὲ τῆς ὀγδόης καὶ δεκάτης Ὀλυμπιάδῳ πεντάθλο καὶ πάλης ἀφίκοντο εἰς μνήμην, καὶ τῆς μὲν Λάμπιδι ὑπεῖρξεν, Ἐυρυβάτω δὲ ἡ νίκη τῆς πάλης, Λακεδαιμονίοις καὶ τέτοις. Quæ enim, quæso, alia esse potest *πάλη* illa quæ *seorsim* memoratur à *Pentathlo*, quam *simplex*? Quæ, inquam, alia quæ alium habuit à *Pentathli* victore *victorem*? Uno ergo eodemque tempore *inventæ*, uno etiam eodemque die *peracta* fuisse verisimillimum est. Sic XII^o. mensis die fuerint *Isthmia*, ut erant *Nemea*, *Panathenæa*, & (ni fallor) *Dionysia* mensis *Elaphebolionis*. Supererant nihilominus ad *reliquos* dies explendos satis multa *certamina*. Erat enim præterea *πυγμῆς solitariae* certamen, tam *virorum*, quam *puerorum*. Erat ὀπλιτῶν δρόμος is quoque fortassis *utrique ætati* communis. Erat ἀπλώης δρόμος, quo tempore vicit *Epharmostus*, *Olymp.* viz. LXX. institutus, ab *Olympiade* autem LXXXIV. intermissus. Aliter *Scholias*tes in *Pindar.* Ol. v. p. 40. & Ol. vi. Inscript. p. 45. Erat & κάλης ipse quoque *Olymp.* LXXI. coeptus, & ab *Olymp.* LXXXIV. similiter abrogatus. Erant *pullorum equinorum* δρόμοι, *συνωρίδες* & *άρματα*, & *κέλητες*. Et ne quidem *adultorum equorum* certamina omnia primo die fuisse constat. Sed quæ pacto hæc per reliquos dies fuerint distributa, nondum satis constat. Nostro jam consilio abunde sufficiet, si diem *πάλης*, unde pendent *Isthmia*, recte constituerimus. Denique *hiberna* quoque *Isthmia* XII^o. fuisse die sui mensis *hibernæ* verisimillimum est.

Sect. XIX.
Ex Isthmiis statuitur tempus
Asclepiorum Epidauri.

Ex hoc porro tempore *Isthmiorum* explorato de *Asclepi* etiam *Epidauri* in honorem *Æsculapii* statuendum est. Meminit horum *Pindari* *Scholias*tes his verbis: Τίθεται δὲ ἐν Ἐπιδάυρῳ ἀγὼν Ἀσκληπιῶ, τῶν Ἀσκληπιαδῶν πρώτων θέντων μὲν τῶν δὲ Ἀργείων, Ἀσκληπιῶ δὲ πενταετηρίδῳ. Τίθεται δὲ ἐν τῷ ἄλλο τῆς Ἀσκληπιῶ. Ἄγεται δὲ μὲν ἐννέα ἡμέρας τῶν Ἰσθμίων. Τὰ Μέγαροι δὲ προάγεται, εὐθείως ἑαροῦ ἀρχομένης. De *Isthmiis* autem *Æsclepi* hoc in loco agi manifestum est, cum *Megara* præceder dicuntur, primo nempe *Vere ineunte* celebrata. Fieri ergo potest ut *hiberna* fuerint illius anni *Nemea*, cujus *Pancratias* vicerit *Aristoclidēs Aeginetā*, in quem scripsit *Odam* illam *Pindarus*.

DIS



DISSERTATIO VII.

De Nemeis, & Cyclis Argolicis.

Nemea annis Olympiadum primis & tertiis. §. I. Nemea annorum Olympicorum primorum Hiberna, tertiorum Æstiva. §. II. Respondetur ad Argumenta Petiti secundis tertiisque Olympiadum annis Nemea statuentis. §. III. Etiam Isthmia Olympicorum annorum primorum Æstiva, tertiorum Hiberna. Tempus quo Ἀκροάσις scripsit Aristoteles. §. IV. Nemea Æstiva XII^o. Panemi, non Corinthii, sed Argolici, & proinde Macedonici, qui Attico Metageitnioni respondebat. §. V. Macedonico potius, Panemo, quam suo, verisimile est ipsos etiam acturos fuisse Corinthios. §. VI. Nemeorum Hyemalium tempus. Uti etiam Isthmiorum tam Æstivorum quam etiam Hyemalium. §. VII. Quid sit apud Xenophontem Isthmiorum ἀρχαῖαι & μῦθος ἱεροφεισῶν. §. VIII. Initium anni Argolici, ut videtur, à Vere. §. IX. In forma anni Argolici Solari, Nemea Æstiva Aug. 12. Hiberna Feb. 12. §. X. Cycli Argolici iidem, ut videtur, cum Atticis; & ab iisdem exordiis. §. XI.

E Ludis Græcorum quatuor in antiqua Græcorum Chronologia celeberrimis supersunt jam nobis explicandi tantummodo Nemei. Erant autem & hi similiter ut Pythii atque Isthmii, trieterici, ut proinde bini quaque Olympiade redierint. Hoc nos item docet vetus in Pindarum² Scholiastes, & Julianus Imperator Apostata Epistolâ ad Argivos. Quibus autem Olympiadum annis convenerint, jam paulo ostendemus accuratius quam fecimus in Annalibus Statianis. Quod sane optime intelligemus exemplis Nemeorum in Historia memoratis, quæ cum annis aliunde certis componi poterunt. Prima omnium atque antiquissima erant Nemea, quorum ad annum Olymp. LIII. 1. his verbis meminit Eusebius: Agon Nemeacus primum ab Argivis actus post eum, qui sub Archemoro fuit. Nos autem, uti jam monuimus, Historiæ Mythicæ exemplis plane non credimus. Proxima sunt, sed longo tamen

Sect. I.
Nemea annis
Olympiadum
primis & tertiis.

a Schol. Pind.
in Argum. Neme.
2. & 3.



intervallo proxima, quorum meminit *Diodorus* ad *Olymp.* cxvi. 2. quo *Archon* erat *Praxibulus*. Sed monuerunt viri docti male illum ad hunc annum *Nemea* retulisse. Accepit illa, ni fallor, ab Annalista aliquo *Horographo* qui totum annum ad illum *Olympiadis* annum retulerit quo *Ver* inierit. Ita ergo coeperit annus ille *Olympiadis* anno 2^o. desinente, ut 3^o. tamen ineunte fuerint *Nemea*. Bello, quod *Græci* *Cleomenicum* appellabant, duo erant *Nemea*, *Olympiade* cxxxix. Alia Belli initio, quorum meminit ^a *Plutarchus*; alia sine ^b *Polybio* memorata. E posteriori autem quotis fuerint *Olympiadis* annis, facillime statuatur. Fugiens enim in *Ægyptum* *Cleomenes* paulo antea appulit quam moreretur *Ptolemæus* *Evergetes* prior, succederetque ei *Ptolemæus* *Philopator*. Hujus mortem *Olympiade* cxxxix. tribuit *Polybius*. *Eusebius* successionem *Philopatoris* ad annum *Olympiadis* refert 4^m. pro Editione *Scaligeri*. Sed finem *Evergetis* anno à *Philippo* *Aridæo* 102. qui idem erat *Nabonassari* 526. statuit anon *Caccuratissimus* *Astronomorum*. *Thoth* hujus anni *Nabonassarei* coepit *Octob. Julian.* xviii. anno *Olympiadis* 2^o. Inde certum *Thoth* anni *Olympici* 3ⁱⁱ. non attigisse *Evergetem*, cum *Canon* illum assignarit *Philopatori*. Annum tamen *Olympiadis* 3^m. attigisse verisimillimum est. Imo necesse erat, si veri anni *Olympici* 2ⁱ. tribuenda sit res gesta ab *Antigono* in *Cleomenem*. Post coeptam enim *Æstatem* pugnatum ad *Sellasiam* docet ^c *Polybius*, quæ anni fuerit *Olympici* proinde tertii. Sed duo memorat *Polybius* *Antigoni* in ^d *Peloponneso* hiberna, quorum alia fuerint proinde anni *Olympici* 2ⁱ. alia 1ⁱ. Ita nimirum ut ante hiberna priora nihil gestum sit. Hinc intelligimus duorum annorum fuisse *Bellum Cleomenicum*, & anno *Olympico* 1^o. ante adventum *Antigoni* priora illa fuisse *Nemea*. Medium inter duo hiberna annum necesse est ^e *Plutarchus* cum anno *Philopæmenis* xxx^o. quo *Megalepolim* occupavit *Cleomenes*, ut e *Polybio* constat. Mortuum autem dicit anno *Ætatis* Lxx^o. Annum mortis observavit ^f *Livius* eundem fuisse quo *Scipio* item *Africanus* major & *Hannibal* decesserint, componitque cum *C O S S.* anni *Varroniani* 571. Hi annus *Varronianus* cum *Olymp.* cxlix. $\frac{1}{2}$ concurrebat. Proinde xxx^{us}. *Philopæmenis* anno fuerit *Varr.* 531. *Olymp.* cxxxix. $\frac{1}{2}$ Medio scilicet inter duo *Nemea*, quorum priora fuerint anno *Olymp.* cxxxix. 1^o. posteriora 3^o. Hoc accuratius quam quod idem ^g *Plutarchus* *Bellum Cleomenicum* cum anno *Arati* ^h *Arati* componit xxxiii^o. Πολιτείας annus primus erat quem

a *Pluar.* Agid.
& *Cleomen.*
b *Polyb.* L. 11.

c *Polyb.* L. 11. c.
65.
d *Polyb.* ib. c. 54.
64.

e *Plut.* *Philop.*
f *Liv.* L. xxxix.
49. 50.

g *Plut.* *Arat.* &
Agid. & *Cleom.*

priman



primam gessit Præturam, qui, pro rationibus *Polybii*, erat *Olymp.* cxxxii. $\frac{1}{2}$. Adde octo *Olympiadas*, sic annus xxxiiii^{us}. labens erit *Olymp.* cxxxix. $\frac{1}{2}$. Quod scilicet paulo antea quam annus *Olympiadis* 2^{us}. inierit, Præturam inierit *Aratus*. Anno scilicet eodem *desinente* quo *medio* fuerant *Nemea*. Sed post *priora* tamen *Antigoni hiberna*. Memorat etiam *Plutarchus* & alia *Nemea* in vita *Arati*, quæ erant illo anno duplicia: alia quæ ipse *Cleonis* celebravit *Aratus*, ab *Argivis* alia, ut videtur, *Nemeæ*, tum primum *violatis* commeantium ad ludos sacris *inducis*. Proximo, ut videtur, anno ab ejus 2^a. Prætura, & proinde *Olymp.* cxxxiv. $\frac{2}{3}$. Urbisque adeo conditæ *Varr.* 512. Erant & alia *Nemea*, quibus interfuit *secunda* sua Prætura ^a *Philopæmen*, paulo post victoriam ad *Mantineam* in ty- ^a *Plu. Philop.* rannum *Lacedæmoniorum Machanidam*. Plane eadem quibus præfedit Rex *Macedonum Philippus*, qui *Achæis* venit in subsidium in illum ipsum *Machanidam*. *Livius* refert ad *C O S S.* anni *Varr.* 546. qui cum *Ol.* cxlvi. 4. concurrebat & *Ol.* cxlii. 1. Et alia rursus quibus præfedit *T. Quintius Flamininus*. Meminit in *Flaminini* vita *Plutarchus*, & *Livius* qui ad *C O S S.* narrat anni *Varr.* 559. ^b *Ol.* cxlvi. $\frac{1}{2}$. Sed hæc *alieno* tempore ^b *Liv. L. xxxiv.* fuisse jam ostendimus in ^c *Annalibus Statianis*. Alia denique ^c *Ann. Stat. 9.* *Nemea* habet ^d *Polybius* quibus aderat Rex *Philippus* cum nun- ^d *Polyb. L. V. c.* *cium* de *Hannibalis* victoria *Cannensi* acciperet. Nempe, ut ^e *Liv. L. xxii.* docet ^e *Livius*, anno *U. C. Varroniano* 538. qui cum *Olymp.* ^c 35. cxxxix. 4. & *CXL.* 1. concurrebat. His ergo omnibus exemplis, quæ quidem sibi invicem consentiunt, apparet *Olympiadum* annis *primis* & *tertiis* fuisse *Nemea*.

Idque melius constabit, si *tempestatem* anni, qua fuerint *Nemea*, exploratum habeamus. Certe *Nemea*, quæ post fugam *Cleomenis* acta sunt, *Æstatis* initio recentiora erant. *Macedonas* enim suos domum in ^f *hiberna* dimiserat *Antigonus*. Proinde coeptæ *Æstatis* meminit *Polybius* antea quàm ex *hibernis* convenire possent *Macedones* & *Achæi*. ^g τὸ δὲ θερὸς, inquit, ἐνισπαρῆς, ἔσπελθόντων τῶν Μακεδόνων καὶ τῶν Ἀχαιῶν ἐκ τῆς χειμασίας, ἀναλαβὼν τὴν στρατιάν Ἀντιγόνου ὡς ἦγε μὲν τῶν συμμάχων εἰς τὴν Λακωνικὴν &c. Et *Æstatem* hic intelligit quæ *Veri* opponitur. Aliter ille de *Cleomene* qui occasionem captavit absentium in *hibernis* *Antigoni* militum. Ἀντιγόνου ἀρχιμαζιστῆς ἐν τῇ τῶν Ἀργείων πόλει, συναγαγὼν Κλεομένης ὅμα τῶ τὴν εἰσηλυτῶ ὡς ἐν ἐνισπαρῆς τῆς στρατιωτικῆς &c. ^h Tum ad *Gorgylum* ^h *ib. c. 64.* fluvium *πᾶς* ἡμέρας hæsit *Antigonus* ante prælium ad *Sel-* ⁱ *ib. c. 66.* *lasiam*.



lasiā. Postea tam brevi tempore moratus est, ut si paucos
 a *Phuar.* Agid. admodum ^a dies praelium distulisset, aut praelii eventum ex-
 & *Cleomen.* spectasset, *Cleomenes*, Regnum retinere potuisse censeant tam
 b *Polyb.* L. II. c. *Plutarchus* quam ^b *Polybius*. Fuit certe *Antigonus Spartaē*. Pro-
 70. ximo, ut videtur, post praelium die. Inde *Tegeam* reversus,
 c *ib.* c. 70. die forte sequenti. ^c Δούπεραι ἐν τῷ δὲν (è *Tegea* scilicet) εἰς
 Ἄργον, ἐπὶ αὐτῷ ἦλθε τὸ τῶν Νεμέων πανήγυριον, inquit *Polybius*.
 Inde manifestum est, cœpta jam *Æstate*, nempe primo post *Sol-*
stitium mense *Æstivo*, *Argo* discessisse *Antigonum*, & aliquo spa-
 tio interposito, non certe multorum mensum, secuta esse *Ne-*
 * *Pausan.* *Eliac.* *mea*. Et tamen *Nemeorum χειμερινῶν* meminit * *Pausanias*, quæ
 II p. 194. & *Co-* proinde acta fuerint mensibus *hyemalibus*. Hinc itaque for-
 rinth. p. 57. tasse colligitur alternis *Æstiva* fuisse atque *Hyemalia*. Sed fie-
 ri vix potest ut *Nemea* illa, quæ post fugam *Cleomenis* seque-
 bantur, in tanta *Antigoni* properatione, fuerint *hiberna*. Imo
 contrarium ostendit, uti modo vidimus, *Polybius*. Constat
 etiam inde quod *Ptolemæum Evergetem* vivum repererit ali-
 quanto post fugam, post appulsum in *Ægyptum*, *Cleomenes*, qui
 tamen *Thoth* illius anni non attigit, ut è *Canone* colligitur
Astronomico. *Thoth* ille anni *Nabonassarei* 527. quem non at-
 tigit *Evergetes*, die cœpit *Octobris Juliani* XVIII. qui anno *Olymp.*
 CXXXIX. 3. XXXIII^o. *Periodi Calippicæ* II^æ. cum die *Mæmacte-*
riōnis Attici convenit XIX. mense primo *Autumnali*, necdum
Hyemali. Inde conficimus *Nemea* annorum *Olympicorum ter-*
tiorum *Æstiva* fuisse, nec ab *Æstatis* etiam initio admodum
 remota. Itaque si aliqua *Nemea* fuerint *hiberna*, ea *primorum*
 fuerint oportet annorum *Olympicorum*. Nec sane aliter se rem
 habuisse verisimillimum est. Talia enim erant *Nemea*, quæ
 anno demum *Varroniano* 559. distulit ad adventum suum *T.*
Quinctius Flamininus. Incidebant illa in annum *Olymp.* CXLVI.
 I^m. Si quidem *ineuntem*, opus non fuisset ut ad adventum su-
 um differret *Flamininus*. Aderat enim ipse *Isthmiis*, quæ ipso
 illo anno *Olympico* *ineunte* celebrata jam ostendimus. Nec
 ullam prorsus causam videmus, Bello jam peracto, cur *Ne-*
mea non posset expectare, si illo anno fuissent *Æstiva*. Sed
 cum alibi ipse *hiberna* ageret cum exercitu, & cum hoc ho-
 nori ejus detulissent *Argivi* ut eum *præsidem* suorum ludo-
 rum haberent; merito ludos in tempus illud differendum
 censuerunt, quo non ipse tantummodo, verumetiam exerci-
 tus adesse possent, nempe ex *hibernis*. Utrumque enim ex-
 pectatum docet ^d *Livius*, tam ipsum nempe quam exercitum.

d *Liv.* L. XXXIV.
41.

Certe



Certe ultra *Idus* illorum temporum *Martias* dilata sunt, quod *novis* illa *COSS.* qui eo die tunc inibant, *Livius* assignarit. Nec deerant tunc *Mercedonii*. Proinde *Idus Martii veteres* anno illo *Cycli* tertio in diem *Martii Juliani* VII^m. conveniebant. Anno *Cycli Calippici* IIⁱ. 59^o. is erat dies *Elaphebolionis Attici* XXIX^{us}. anno *communi*, proinde *hyeme* ipsa nondum expleta. Commode autem statum ludorum *hibernorum* diem in illius adventum distulerint quod ludi ipsi tanto præsidente ornarentur. Idem enim Jus devicto à *Flaminio* à *Philippo* antea detulerant, qui etiam ipse ludis præsederat. Sed ludos *Aestivos* in alium usque annum differendi, ut *Quinctium* præsidentem haberent, nulla erat certe ratio.

a Liv. l. xxvii.
3^o.

Aliter tamen sentiebat doctissimus *Petitus*, annis nimirum *Olympiadum secundis tertiisque* fuisse *Nemea*. *Diodorum* autem tot aliis *Nemeorum* exemplis, ni fallor, abunde refutavi, quem & aliis quoque multis exemplis ostendi quam alienos *Annales*, quos excerpit, imperite commiserit. *Historiam* certe *Romanam* cum *Graeca* quam absurde contulerit, apud *Eruditos* satis exploratum est, ut saepe *plurium* annorum spatio inter se invicem distarint quæ in *eundem* annum retulit *Diodorus*. Nullum itaque *Viro Cl.* præsidium in *Diodoro*. Sed locus est

sect. III.
Respondetur ad
Argumenta *Petitii* secundis tertiisque *Olympiadum* annis *Nemea* statuentis.
b *Petit.* in Leg. *Attic.* p. 63, 64.

Aristotelis, inquit, *eximius*, quo loco disputat de *prioribus* & *posterioribus*, quæ scilicet referuntur ad τὸ νῦν, tempus nimirum *præsens* unde procedit calculus, οἷον ἐπὶ τῶν μελλόντων. Πρῶτον γὰρ (inquit *Philosophus*) Νέμεα Πυθίων, ἐπὶ ἐγγύτερον τῆς νῦν, τῶν νῦν ὡς δευτῆς καὶ πρώτης γεγονότων. *Pythia* autem *secundo* quoque anno *vertente* *instaurabantur*: ergo etiam & *Nemea*. Ita *Vir præstantissimus*. Sed unde colligit de eodem anno loqui hoc in loco *Philosophum*? Unde, de anno *Olympico* illum agere, cum nondum coepisset *Chronologia* per annos *Olympiadum singulos*? De *ludis secuturis* se intelligi velle ipse monet. Itaque ut anno *Olympico* 2^o. *desinente* vel 3^o. *incipiente* scripsisset, nuper actis *Pythiis*, antea tamen quam appulissent *Nemea*; vel ita vere scripsisset, ludorum *secutorum* priores fuisse *Nemeos*, imò & priores, quæ quidem *præteriti* extra calculum excludebantur. Quod si anno *Olympico* 1^o. affecto scripserit ante *Nemea hiberna*; sic majus fuit spatium à *Pythiis* præcedentibus. Sed *ludos*, ut existimo, *quatuor* in animo habebat *Philosophus*, nulla habita *annorum* ratione. Ita satis fuerit ad consilium illius ut *Nemea Pythiis priora* appellarentur, si nec *Olympia* nec *Isthmia* intercederent. Sic eodem redibit seu ante

c *Aristot.* *Metaph.* l. v. c. II.



ante *Nemea* anni *Olympici* 1ⁱ. *hiberna*, seu anni *Olympici* 3ⁱⁱ. *æstiva*, scripserit *Philosophus*. Neutro enim modo *Pythia* fecutura præcessura erant *Olympia* seu *Isthmia*.

Sect. IV.
Etiam *Isthmia*
Olympicorum an-
norum primo-
rum *Æstiva*, ter-
tiorum *Hibera*-
na. Tempus quo
Ἀποαιτια scri-
psit *Aristoteles*.
a *Julian*. Ep.
xxxv. ad Argiv.
b *Petav*. Doct.
Temp. L. I. c. 33.

Sed erant fortasse hoc ipso familia *Nemeis Isthmia*, quæ con- fert invicem ^a *Julianus* Imperator, quod & ipsa fuerint alter- nis *Æstiva* & *Hiberna*. Ita certe sentiebat ^b *Petavius*. Hoc si verum, ita respondisse consentaneum erat, ut quo anno *Isth- mia* *Æstiva* erant, eo *Nemea* fuerint *Hiberna*, & vicissim. Jam enim ostendimus annis *Olympicis* primis *Isthmia* cum *Olympiis* concurrisse, quæ nemo fuisse dubitat *Æstiva*. Itaque annis *Olympicis* *Æstiva* fuerint *Isthmia* quibus *Hiberna* probavimus fuisse *Nemea*. Nec sane illud improbabile est. Obstare enim oportebat Ludorum ipsorum celebritati, præsertim *locis* ad- eo *propinquis*, quibus *idem* fere expectandi erant proinde *Spe- ctatores*; si *temporibus* nimium *propinquis* editi fuissent. Et re- bus quoque *Bello* gerendis nimium molestæ fuissent *ambo- rum* ludorum *inducie*, si *secundo* quoque anno redeuntes *in- ducias* habuissent *Æstivas*. Hæc ergo etiam poterat esse ra- tio cur nullas unquam numeratas legamus *Isthmiadas*, ut nu- merabantur *Olympiades* atque *Pythiades*, quod nullum *certum* *tempus* haberent, sed alternis ita *varium* ut *mensem* aliquot intervallo invicem distarent. *Nemeadas*, fateor, numeravit uno in loco *Pindari* Scholiastes: πρώτῳ, inquit, ὁ Σωζηνῆς Ἀργιῶ- τῶν ἐνίκησε πρῶτος ὄν πένταθλῳ, κατὰ τὴν ποσαρσεκαίδεκάτῳ Νεμεάδα. Ἐπέτη δὲ ὁ πένταθλῳ πρῶτῳ κατὰ τὴν τελοκαίδεκάτῳ Νεμεάδα. Sed præter hunc *Scholiastem*, nemo, quod sciam, *Veterum* alius numeravit; nec ipse quoque, si hunc locum excipimus, alibi *Scholiastes*. Vel inde rarum fuisse ut numerarentur, facile col- ligimus. Hoc autem loco numerus *necessarius* erat, ut osten- deretur quo tandem spatio à *prima* *Nemeadam* *institutione* lu- di *Nemeorum* novi fuissent instituti. Hoc enim sine, diu an- tea quam *Chronologie* *Græcæ* adhiberentur, *numerari* sole- bant etiam *Olympiades*. Ut scilicet doceretur *qua* demum *Olym- piade* novus quisque *agon Olympicus* reliquis accessisset. Hoc ergo si verum fuerit, quod est profecto saltem *verisimile*, ita notam *anni* ex his verbis *Aristotelis* eliciemus. Si enim in- itio anni *Olympici* 3ⁱⁱ. ante *Nemea* tamen, tunc *Æstiva* scri- psisset; sic ante *Pythia* proxima anno *Olympico* 4^o. *exeunte* futu- ra, *media* fuissent ipsius illius anni *Olympici* 3ⁱⁱ. *Hiberna* *Isthmia*. Hoc autem incommodum nullum fuisset, si ante *Nemea* an- ni *Olympici* primi scripserit *Hiberna*. Sic enim nulli *ludorum*

quatuor



quatuor celebrium Pythiis anni Olympici 2ⁱ. desinentis priores occurrissent. Medio ergo tempore Ἀκροατικὰ (sic enim scribit ^a Gellius) ediderit Aristoteles inter ludos Olympicos & Nemeos hibernos, Olympiadis cxii^æ. anni primi, si tamen vera Gellius, non autem ut voluit Cl. Petitus Ol. cxl. 2. Nempe & superstite etiamnum Dario, & tamen magna Asiæ parte spoliato. Estque hæc Doctrina de Nemeis Isthmiisque duplicibus, alternisque diversarum tempestatum, in re Chronologica sane utilissima. Certe eò facere videtur, quod Isthmiorum quæ annis Olympicis tertiis contigerint, tam rara sit in Historia memoria, quippe quæ rebus gerendis non immiscerentur. Eò etiam, quod Isthmicis illis quibus μῶνας ἑποφύεσθαι volebant Argivi, ita Expeditiones fecerint in illos Lacedæmonii, quasi nullus rebus gerendis idoneus mensis in Isthmia incidere, quod erat sane de hibernis Isthmiis hisce verissimum. Talia autem erant annis illis quibus hoc Argivorum artificium memorat Xenophon, annis nimirum post finem Thucydidis xxi. & xxv. De hoc autem Xenophontis loco mox plura.

Hæc ergo obiter Cl. Petiti gratia, admodum tamen apte pro consilio nostro Græcæ Chronologiæ usibus inserviendi. Jam ad tempus Nemeorum accuratius constituendum accingimur. Scholiastis in Pindarum verba hæc sunt huc spectantia: Πρόεσησεν δὲ τῶ ἀγῶνι, πρώτοι μὲν Δεκελεωναῖοι, εἶτα Κορινθιοί. Καὶ ἐστὶ τρισηπίσ-της πλέμης μὲν Πανέμω, δωδεκάτη. Sed pro Δεκελεωναῖοι, reponendum δὲ Κλεωναῖοι. Sic enim habet Idem Scholiastes in alio ejusdem Hypotheseos Argumento: Πρόεσησεν δὲ τῶ ἀγῶνος καὶ Ἀργεῖοι, καὶ Κορινθιοί, καὶ Κλεωναῖοι. Quæ miror non observasse κριτικώτατον Petitem. Sed quis fuerit hic Panemus dubitatur. Erat enim duplex: Panemus Corinthiorum, qui cum Philippus Rex Alexandri M. pater Epistolam scriberet à ^b Demosthene conservatam, Attico respondebat Boëdromioni & Macedonum Loo; & Panemus Macedonum, qui, cum Lous Macedonum idem esset cum Boëdromione Attico, ipse proinde idem fuerit oportet cum Attico Metageitnionem. Quæritur ergo Panemus ille, de quo loquitur Scholiastes, idemne fuerit secundus mensis Æstivus, an potius tertius? Sic enim habebant temporibus illis, de quibus jam agimus, antiquissimis. Recentiores enim Panemi Macedonici sedes non moramur. Et quidem quia Corinthiorum hoc in loco meminit Scholiastes qui Nemeis præfederint, ideo Corinthium potius fuisse Panemum augurantur Eruditi. Perperam, ut existimo. Erat enim Argolici juris

^a Gell. Noct. Att. L. xx. c. 5.

Sect. V.
Nemea Æstiva die XII. Panemi, non Corinthii, sed Argolici, & proinde Macedonici, qui Attico Metageitnioni respondebat.

^b Demosth. Orat. pro Coron.



ipsa *Nemea*, nec alii proinde antiquitus *Nemeorum* præfides quam *Argivi*. Facile hoc, si dubium esset, Veterum testimoniis evinci potuit. Quod enim *Corinthii* *Nemeorum* præfidentiam sibi vendicarent, id non alio proculdubio jure factum quam quo *Argivi* ipsi *Isthmia* procurarunt tempore *Xenophonis*, quæ nemo dubitat originis fuisse *Corinthiacæ*; & quo, excisa *Corintho*, eadem *Isthmia* administrarunt *Sicyonii*, dum de novo *Cæsaris* auspiciis *Corinthus* ipsa restauraretur. Itaque recentiorum temporum fuerit oportet quod *Nemeis* *Corinthii* præfederint. Rara enim est *Argivorum* in *Cæsarum* Historia mentio. Inde facile colligimus Urbem ipsam *Argivorum* à veteri magnificentia paulatim defecisse cum *Colonia Romana Corinthiaca* magis indies magisque floreret. Sic tamen *Nemeorum* jus ab *Argo* ipsa ad *Cleonas Argolici* juris Urbem antea translatum fuerit quam à *Cleoneis* migraret ad *Corinthios*. *Cleonis* *Nemea Aratum* celebrasse Auctor est in *Arati* vita *Plutarchus*, ὡς πάρεχα ὄντα (inquit) καὶ μᾶλλον ἀεσιμονότα τέτοις. Itaque post *Arati* tempora translata fuisse videntur ad *Corinthios*, non veteres utique, sed *Romanos colonos*. *Achæi* enim, quorum *σπαρτιῶς* erat *Aratus*, *Cleoneis* *Nemea* asseruerant. Quid vero dubitemus quin *Argolicæ* originis *Nemea* *Panemo* fuerint proinde non alio celebranda quam *Argolico*? Is verus quis fuerit, unde melius discemus quam ex *Argivorum* colonis *Macedonibus*? A *Carano* enim *Phidonis* *Argivi* fratre oriunda credebatur stirps *Régia Macedonum*. Cum præsertim aliena nulla mensum *Argivorum* nomina à *Macedonicis* apud Veteres legamus, lecturi utique, si qua alia habuissent, in Historia gentis *Græciæ vetustissimæ*. Conveniebat porro cum *Panemo* *Macedonum* magis quam *Corinthiorum* *Panemus* ille *Bætorum* cujus meminit in *Aristidis* vita *Plutarchus*. Finis enim illius *Panemi* cum *Boëdromionis* initio congruit; inde facile colligimus, mensem ipsum, quæ *Cycli* diversi leges patiebatur, cum *Metageitnionem* potius quam *Boëdromionem*, fuisse conferendum. Convenit denique spatium ab *Æstate* ineunte; *Nemea* post fugam *Cleomenis*, à *Polybio*, ut modo vidimus, d scriptum secundo mense *Æstivo* rectius quam *tertio*.

Sect. VI.

Macedonico potius, *Panemo*, quam suo, verisimile est ipsos etiam acturos fuisse *Corinthios*.

Tam longe abest ut *Corinthio* *Panemo* acta *Nemea* credatur ut ne quidem alio mense quam *Argolico*, vel, quod eodem credit, *Macedonico*, *Sacra* hæc *Argolica* celebraturos ipsos credam fuisse *Corinthios*. Erat enim, pro illorum temporum orationibus, Religio, ne *Sacra patria* aliis ritibus quam patri-



vel alio tempore quam patrio fervarentur, futura alioqui, si secus fieret, numinibus ipsis, quibus dicabantur, ingrata, & proinde irrita, omnique adeo cultus fructu destituta. Satius ergo erat ludos ipsos intermisisse quam post expensas eorum & molestias oleum demum operamque perdidisse. Ut tamen, his neglectis, sui duntaxat *Cycli* atque *Kalendarii* rationem habuissent *Corinthii*; ne quidem ita alium ludorum *Panemum* quam *Macedonicum* fuisse verisimile est. His enim deflorescentis *Argi* Seculis, vix alia mensium nomina ubique recepta sunt præterquam *Macedonica*. In *Asia* plerisque Civitatibus obtinuisse manifestum est, non solum coloniis *Macedonum*, verumetiam *liberis*. Ita gentes sub jugum missæ *dominorum* etiam *Kalendaria* suapte sponte æmulabantur. Nec aliter de *Graecia* sentiendum ubi etiam ipsa jugum induerat. Inde factum ut res gestas illorum temporum vix fere aliis quam *Macedonum Atheniensiumve mensium* nominibus designent Historici. Rem certe *Sicyone* gestam ab *Arato*, ipso quoque *Sicyone*, mense *Macedonico Desio* notat *Plutarchus* quem cum *Attico* componit *Anthesterione*. Quare *Macedonum Panemum* fuisse verisimillimum est cujus die XII^o. acta sunt *Nemea*, qui scilicet *Metageitnioni Attico* responderit.

Sed *Æstivorum* duntaxat *Nemeorum* dies erat à *Scholias* designatus. Inde nihilominus de *Hibernorum Nemeorum* tempore ratiocinari licebit. Fuisse nimirum etiam ipsa unius tantummodo diei, (& quidem XIIⁱ.) mensis, quicumque demum is fuerat, in quem incidebat. Et menssem quoque illum fuisse consentaneum est qui eundem tenuerit inter *Hibernos* mensis situm quem inter *Æstivos* tenuit *Panemus*, nempe *hibernorum secundum*, qui proinde *Attico Anthesterioni* convenerit. Pro eodem nempe calculo quo cum *Attico Metageitnione* contendebatur *Macedonum Panemus*. Is autem erat *Macedonum Audyneus*. Hujus ergo die XII^o. acta fuerint *Hiberna Nemea*. Pariterque de *Isthmiis* colligi potest, ut *Æstiva* in illum menssem conferri solebant quo agi solebant *Olympia*, & qui *Attico* proinde respondebat *Hecatombaoni*, mensi *Æstivo primo*; sic etiam *Hiberna* mensis etiam *Hiberni* fuisse *primi* qui *Attico* adeo *Gamelioni* convenerit. Sic in eisdem annos (qua scilicet à *Vere* censentur anni) semper incurrebant *Isthmia* atque *Nemea*. Imo etiam *Olympicos*. Primis enim *Olympiadum* annis, *primi* mensis *Æstivi* die forte XII^o. (multi enim erant hoc mensium die ludi) *Isthmia* erant, & VIIIⁱ. inde mensis (qui

Q 9 2

secundus



Secundus erat Hyemalis) die itidem XII^o. *Nemea*. Anno tamen *Juliano* alio. *Tertius* autem *Olympiadum* annis II. mensis *Panemi* die XII^o. erant *Nemea*, & VII. mensis (qui *primus* erat *Hyemalis*) die forte etiam XII^o. *Isthmia*. Hæc etiam *Isthmia* alio nonnunquam anno *Juliano*.

Sect. VIII. Jamque, ni fallor, melius intelligemus locum *Xenophontis* de quodam *Argivorum* artificio quo hostes hisce *Nemeorum Isthmiorumque* annis arcuerint. Erant enim *Peloponnesiorum* omnium hi communes ludi. Habebant etiam communi omnium consensu sacras *inducias*, quibus cautum ne qua *vis* inferretur euntibus ad ludos, vel inde redeuntibus; eoque fine, ut *agri* etiam tantisper *sacri* haberentur, nec *prædationibus* obnoxii. Tales enim *inducias* legimus in aliis quoque *Peloponnesiorum* ludis, præsertim *Olympiis* & *Carniis*. Cæterum, ut certis *mensibus* illi erant *stricti ludi*; ita etiam certis quoque *mensibus* *concludendæ* quoque erant *ludorum induciæ*. Dies fortassis *induciarum*, ut *aliæ* quoque *multæ feriæ, conceptivæ* fuerint, non *stativæ*. Hoc inde colligimus, quod *ἱεροκηρύκων* opera *denunciatæ* illæ fuerint *induciæ*. Hoc inde etiam, quod anno *Xenophonte* XIX duo *Isthmia*, diversisque temporibus, fuisse testetur ^a *Xenophon*: *Alia Corinthiorum Agesilai* sociorum; *alia Argivorum* post discessum *Agesilai* ἐξ ἀρχῆς. Inde factum ait, ut fuerint qui *bis* victi essent, & qui vicissim *bis* victores fuerint *pronunciati*, quod fieri non potuit, nisi diversis *temporibus* acta fuerint *eadem* illa *Isthmia*. Idemque fortasse factum in duplicibus *Nemeis*, temporibus *Arati*. Fuerit tamen ita necne, non indicat perspicue *Plutarchus*. Sic fuerit penes ludorum *arbitros*, ut *dies* *induciarum plures* essent, vel *pauciores*, pro *spectantium* exigentia; vel certe *tardiores*, aut *maturiores*. Is tamen *modus* erat huic *licentiæ*, ut *dies* illi, quicumque demum *constituerentur*, certis nihilominus *mensibus* fuerint *concludendi*. Ut enim *ensem* ^b *Isthmicum* memorat *Xenophon*; ita non est quod dubitemus quin *mensis* fuerit similiter *Nemeus*. Sed ne ullus esset rebus ab hoste *gerendis* idoneus *mensis*, his *ludorum annis*, alia arte provisum est. *Mensium*, pro *Cyclorum* lege, *Embolimorum* potestas erat penes illos qui *Kalendaris publicis*, pro sua quique *Civitate* præerant. Tanta nimirum illa, ut non solum *Embolos*, sed & *alios* quoque (si quis novus *Reipublicæ* usus exegisset) *mensēs*, vel *adimerent*, vel *intercalarent*, vel novis etiam aliorum *mensium nominibus*, pro re nata, *appellarent*. Venerant enim in *Religionem*,

Quid sit, apud
Xenophontem,
Isthmiorum
ἀρχαῖς & μῆνας
ἱεροκήρυκων.

^a Xenoph. L. IV.

^b Xenoph. L. IV.
Hellenic.



gionem, non modo *dies*, verumetiam *mensēs*, *atri* & *nefasti*, seu, ut *Græci* loquebantur, *ἀποφεαδῆς*. Quoties ergo *dies*, in gravi aliquo *Reipublicæ* periculo, *infaustus* occurrisset; ita *omni* subveniri solebat, ut à *Sacrorum* præsidibus *dies* ille præter ordinem *adimeretur*; ne tamen *Cycli* ratio deficeret, *annus* erat *die alio* in locum ejus *suffecto* aliunde supplendus. Idem & in *mensibus* factum, ut & *illi* quoque quoties *Reipublicæ* obfuisent, pro præsidum arbitrio, etiam præter *Cycli* legem, *adimerentur* pariter atque *intercalarentur*. Ita pro ^a *Desio* *Alexander* M. secundum suffecit *Artemisium*. Sic enim in dierum *ἐξαιρέσι* sequentis diei *numerus* in priorem translatus est. Similiter in gratiam *Demetrii Poliorcetis*, ^b *Antheſterion* decreto ^b *Plur.* *Demet.* publico *Munychion* appellatus, is autem idem *Munychion* in *Boëdromionem* migravit, *tribus*, iisque admodum *distantibus*, in *Kalendario*, *mensibus* in *unum* confusis. Hinc illud *Philippidis* *Comici* in *Stratoclem* *Psephismatis* illius *Auctorem*: ὁ τ' ἐνὶ αὐτὸν σωπεμῶν εἰς μῆν' ἕνα. Verba ejus conservavit *Plutarchus*. Sic denique *sesquimensē* in *Kalendario* *Siculo* depeculatus est ^c *Verres*, quem nova postea *intercalatione* supplebant *Ce-* ^c *Cicer.* in *Verr.* *phaleditani*. Nec sane *antiquioribus* temporibus *ignotam* illam ^{L. II.} fuisse *dierum* *Superstitionem* constat ex ^d *Hesiodo*. Nescio etiam ^d *Hesiod.* *Ἡμῆς.* annon ad hunc morem *dierum mensiumque* *eximendorum* alluferit ^e *Jobus*, quo loco optat ne *dies* suus *Natalitijs* anni vel ^e *Job.* III. 6. *diebus*, vel *mensibus*, accenseretur. Ita fuerit hæc consuetudo *his*, de quibus loquimur, temporibus *antiquior*. Duplices autem, ex quo *Corinthus* *Argos* facta, *ludos* sibi vendicabant *Argivi*, jure proprio, *Nemeos*; *Corinthus* autem jure, etiam *Isthmicos*. Semperque se, adversus *Peloponnesios*, quoties redirent *ludorum anni*, harum *induciarum* alterarum *Religione* tuebantur, nullis suis *expensis*, & ne quidem *apparatu*. *Fraudem* verbis illis extulit *Xenophon*, quod *μῆνας* & *αρονδὰς* *ὑπέφερον*. Id scilicet volebat, ut existimo, *Scriptor* nitidissimus: cum *induciæ* *mensibus* legitimis affixæ essent; *mensibus* acceleratis vel dilatis, *inducias* una vel accelerasse vel distulisse *sacros* *Kalendariorum* præfectos. Hoc item docuit, *mensēs* *Sacros* ea arte hostibus fuisse objectos, quod *sacros* hosce *mensēs* in *aliorum* *mensium* locum, utque videtur, *nomen* suffecerint. Idem enim *ὑπέφερον* quod *ὑποβάλλειν*. Utque *ὑποβολιμαῖος* is demum *infans* censetur qui in *alieni* *infantis* locum substituitur cujus *nomen* *Personamque* sustinet; ita *mensis* is habendus (si tamen ita loqui liceret) *ὑποφορμαῖος* qui *mensis* alterius no-



men vicemque obtinet, à quo revera alienus est. Vox tamen *Φέρειν* sacro *κηρύκων*, qui *hostibus* obvii mittebantur, *ministerio* aptissima. Itaque si anno *Olympico* 4^o. *desinente* adfuisset *hostis*, jam nomen *Isthmici* mensis accipiebat iste mensis, quicumque demum fuisset, quo *hostis* appulerat, decreto *Civium* publico, ut *mensē* *hostes* *sacrum* violare viderentur. Pro illis nimirum exemplis quibus *posteriorum mensium* nomina induebat *Anthesterion*, *Munychionis* scilicet atque *Boëdromionis*. Sin contra, *Isthmia* fuissent elapsa, nec *ludi* modo, verumetiam *mensis* ipse, & proinde *ludorum induciæ*; poterant illi quidem *Kalendariorum* præfecti *mensē* *sacrum duplicare*, ut *mensis proximus* eodem nomine *secundus* numeraretur, ut pro *Desio* *secundum* numeravit *Alexander Artemisium*. Sed vix potuit ultra *proximum* à *vero* mensē, ullo (quod quidem sciam) *exemplo* *fraus* illa procedere. Supererant ergo eodem anno *ludi* alii *hiberni Nemei*, & proinde aliæ *ludorum* illorum *induciæ*. Itaque si post *Isthmia*, *proximumque* ab *Isthmiis mensē*, *hostis* appulisset; tum *mensis Nemei* nomen cepit *mensis* ille quo appulerat, & *induciæ Nemeæ* obtendebantur. *Veros* certe non fuisse qui objiciebantur *menses* ostendit *Xenophon*, vel potius apud *Xenophontem* *Rex Agesipolis Jovis Olympii* *Oraculum* consulturus. Hanc enim causam reddit cur *induciarum* *Religione* liberarentur *Lacedæmonii*: "Ὅτι ἔχ' ὅποτε καθήκει ὁ χρόνος, ἀλλ' ὅποτε ἐμβαλλειν μέλλουσιν Λακεδαιμόνιοι, τότε ὑπέφερον τὰς μῆνας. Ita scilicet *Argivi* annis illis *securi* nullos faciebant vel *apparatus*. Hinc autem egregie firmantur quæ de *duplicibus* *diversarumque tempestatum Isthmiis Nemeisque* diximus. Non certe temere dicuntur *μῆνας ὑπέφερον*, sed ut intelligeremus illis annis *plures* uno fuisse *menses* qui in aliorum loca sufficerentur. Nec enim suffecerant ad *hostes* per *annum universum* arcendos *uni* tantummodo *ludi*. Proinde nihil tale legimus de *Pythiis* aut *Olympiis*, aut *aliis* quibusvis *ludis* qui erant *singulis gentibus* duntaxat *singuli*. Imo ne de *Isthmiis* quidem & *Nemeis*, dum *seorsim* agerentur à *Corinthiis* & *Argivis*. Sed contrariis *Jovis Olympii* & *Apollinis Pythii* *Oraculis mensium* illas *mutationes improbantibus* fretus *Agesipolis* suos *Religione* illa solvit, magnoque *damno improvisos* affecit *Argivos*. Hæc obiter ut pulcherrimi *Scriptoris* locum nondum satis intellectum explicarem. Nec sane me ab ejus mente aberrasse confido.



In tanta autem *Argivorum* licentia *Civilis* tamen *anni* limites servatos fuisse verisimillimum est. Nempe ut in unum eundemque *Civilem annum* convenerint translata in *Vernos* aut *Æstivos* menses seu *Isthmia* seu *Nemea*. Proinde *anni Civilis Argivi* initium fuerit post menses *hibernos*, & tamen ita ut *Æstivos antecesserit*. Quantumvis enim in his intercalationibus audaces fuerint *Argivi*, vix tamen credibile est eousque progressos, ut unius *anni Civilis menses* in *alterum* transfulerint. Fraudi enim fuerit oportet, non *hostibus* tantummodo, sed *annis etiam Civium* suorum contractibus, *annorum* illa tanta *Civilium* confusio. *Spartæ* certe tumultus concitavit ^a *Agæ-*
silaus cum annum suum *Εφεσιας*, nondum pro *Cycli* sui lege *Embolimæum*, ipse faceret *Embolimæum*, ut *XIIIⁱ* mensis tributum in suam potestatem collegarumque *Ephorum* redigeret, annumque suum sequentis anni spoliis uno saltem mense faceret auctiorem. Et ^b *Civium Publicanorum* avaritia in causa fuisse traditur cur tantisper *Kalendarium Romanum* duobus mutilaretur *Mercedoniis*. Itaque si minus *hostium*, vel *Civium*, causa cavendum erat ne unius *anni* menses in *alterum* transferrentur. Id enim si fuissent ausi, jam ne *medii* quidem *anni* inter *Nemeos Isthmiosque* patuissent *hostibus* opportuni. Quo enim exemplo *mensē* quemvis *alium* è *suo* *anno* in *alienum* transposuissent, eodem licuisset & *Nemeum* quoque *mensē Isthmiumque* *annis alienis* similiter adungere. Hoc tamen ausos ne quidem ipsos legimus *Argivos*. Itaque ab *Hecatombæone Attico*, quo prima esse solebant *Æstiva Isthmia*, ad *Anthesterionem Atticum*, quo ultima agebantur *Hiberna Nemea*, unus censebatur idemque *annus Argolicus*. Proinde vel *Elaphebolione* cœperit, vel *Munychione*, vel *Thargelione*, vel *Sciophorione*, si quidem mense aliquo cœperit qui *Attico* responderit. Certe *Hecatombæone* ipso incipere *annus* vix potuit *Argolicus*. Sic enim *annis Olympicis primis* in *mensē* aliquem *anteriorem*, qui ad *annum præcedentem* spectabat, transferri non potuisset *mensis Isthmicus*. Et maximam adeo *Vere* partem *hostes* tam propinqui *damnis* inferendis *opportunitatem* habuissent. Erant autem *anni Olympiadici primi* *Isthmia* illa *anni Xenophonte* XIX. quo *impressionem* in *Argivos* fecit *Agæsilæus*, *innocuam* plane, pro *more induciarum*. Ego ab ipso *Vere* cœpisse crediderim.

Sect. IX.
 Initium anni
 Argolici, ut videtur, à Vere.

^a Plur. Agid
 & Cleon.

^b Censorin. c. 29.
 & Macrob. Saturn. L. I. c. 14.

Cæterum:



Sect. X. Cæterum *Panemi* mensis XII^o. die, (qui mensis *Attico Me-*
 In forma anni *Argolici Solari,* *tagaitnioni* respondebat,) *Nemea Æstiva* fuisse docuit *Pindari*
 Argolici *Solari,* *Scholias*tes. Turbat autem hic ejusdem *Scholias*tis locus alius
 Nemea *Æstiva* à nemine (quod sciam) explicatus. Sic enim ille de *Rhodi-*
 Aug. 12. *Hi-* *ensium Tlepolemiis* : ^a Τελεῖται ἡ μὲν ἡμέρα ἑκατὸν πεντήκοντα ἡμέραι.
 berna Feb. 12. *ensium Tlepolemiis* : ^a Τελεῖται ἡ μὲν ἡμέρα ἑκατὸν πεντήκοντα ἡμέραι.
 a Schol. *Pindar.* *ensium Tlepolemiis* : ^a Τελεῖται ἡ μὲν ἡμέρα ἑκατὸν πεντήκοντα ἡμέραι.
 ad *Olymp.* VII. Ἀπέχεται ἡ τῶν Νεμεῶν ἡμέρας ἑξήκοντα. Hæc si vera, fuerintque *Nemea*
 mense *Macedonico Gorpiaeo*, quomodo, quæso, *Panemo* esse po-
 terant itidem *Macedonico*? Quomodo à *Tlepolemiis Nemea* sex
 dierum spatio duntaxat discrepare poterant, ipsa mensis *Pa-*
nemi die XII^o? Dies certe à die *Gorpiaei* XXIV^o. *sextus*, quo-
 cunque modo numeretur, seu *antrorsum*, seu *retrorsum*, ægre
 in mensem alium quadrabit quam *Gorpiaem*. Tantum abest
 ut in *diem* alterius mensis conveniat XII^m. Non poterat fa-
 ne, si *unus* jam tantummodo fuisset *Macedonibus* omnibus *Gor-*
piaeus. Non poterat, inquam, si ab eodem initio menses *Ma-*
cedonum omnes processissent. Sed *Macedonicorum* mensium *no-*
mina usurpabant, præter *Macedonas* ipsos atque *Græcos*, mul-
 tæ *Macedonum*, etiam in *Asia*, *Coloniæ*. Et quidem *mensium*
 eadem *serie*, ab *initiiis* tamen invicem diversissimis. Inde fa-
 ctum ut *dies* admodum discrepantes designent *mensis* junio-
 rum etiam *cognomines*, ut in *Atticorum* mensium *Kalendaris*
 jam antea observavimus, valde dissentaneas fuisse *mensium*
Atticorum eorundem in *Zodiaco* sedes. Præcipue autem in
 anni forma, non jam amplius *Lunari* sed *Solari*, quæ tandem
 ubique *Romanorum* exemplo recepta est. *Græci* enim plerique
 ita menses *Romanos Solares* suis veterum mensium *Lunarium*
 nominibus appellabant, ut una cum *Romanis* inciperent at-
 que desinerent. *Asianis* hoc non satis accuratum videbatur.
 Itaque, ut *Lunares* menses à *proximis* post puncta *Cardina-*
lia Noviluniis deduxerant; ita *Solares* ab illis ipsis *Punctis*, alio-
 rumque *Signorum initiiis*, deducendos existimabant. Inde fa-
 ctum ut menses *Astronomorum Cælestes* tandem *Macedonicis* no-
 minibus intelligerentur. Is ergo *Macedonum Panemus*, quem
 cum *Attico Metageitnione* eundem probavimus, cum ^b *Augusto*
 b vld. Diff. II. *Romanorum Solari* concurrebat. Fueritque adeo *Panemi* XII^{us}.
 § 23. etiam *Augusti Juliani* dies XII^{us}. quo fuerint, in forma *Solari,*
Æstiva Nemea. Sed vero *Gorpiaem Macedonum, Europæorum,*
Antiochenorum, Pergamenorum & Ephesorum à *Julii Juliani* die
 c de *Maced.* & XXV. arcessit ^c *Usserius*. Sic dies *Gorpiaei* XXIV^{us}. idem esset
Asian. ann. Sol. *Augusti Juliani* XVII^{us}. Plane *sextus*, ut vult *Scholias*tes, à *Ne-*
 c. 4. *meis*, si uterque terminus includatur. Et sane verba illa τε-
 λείται,



λείται, ἀπὲς, ita sonant quasi & in sua Persona, & de suis quoque temporibus, loqueretur Scholiastes, quæ certe Imperatorum Romanorum fuisse indicat, ni fallor, ab eo laudatus Ammonius, seu antiquior is fuerit cujus meminit Plutarchus; seu recentior alius; eodem nomine, Grammaticus. Eiusdem rei, ni fallor, indicium est, quod certi Gorpiaei & Panemi dies certo invicem dierum numero discedere censentur. Nec enim de uno aliquo anno, quo ita discreparint, loquitur Scholiastes; sed ita potius, quasi fixum hoc esset atque perpetuum quotannis illorum dierum intervallum. Hoc autem nisi in anno utrobique fixo & æquabili locum habere vix potuit. Sin autem fuisset mensis uterque, vel eorum saltem alter, Lunaris; multa obstabant quo minus locum fixum in anno certo & æquabili obtinerent. Obstabant Embolimi menses, quoties non ab uno eodemque initio calculi utrobique procederent, ut hoc nostro exemplo non procedunt. Obstabant dies exemptiles præcedentes, ipsi etiam incerti, nec in eodem mense vel anno sibi invicem respondentes, cum ab initiis diversis numerarentur. Obstabat & superiorum annorum modus admodum varius, etiam Communium, nedum Embolimaëorum. Redundabant autem calculi etiam illi in numeros omnes ad Cycli finem usque sequentes, seu Cyclus utrobique diversus, seu idem fuisset, à diverso tamen ductus exordio. Tot ergo utrobique Anomalix raro admodum sibi invicem, certa aliqua proportione, respondere poterant. Juliana ergo utrobique anni forma supponitur, tam Rhodi quam Argi. Et quidem Nemeorum Æstivorum diem docuit hoc in loco Scholiastes, Augusti scilicet XII^m. Inde Hibernorum quoque Nemeorum diem colligimus, sexti nimirum ab Augusto mensis Februarii diem similiter XII^m.

Sic ergo se habuerint Nemea sub forma anni jam Solari atque Juliana. Antea, cum menses essent Argivis Lunares, & proinde Cycli; vix alios fuisse crediderim Argivis Cyclos quam qui ab illis, una cum Sacris (quorum causa Cyclos institutos ostendimus) ad Macedonas Argivorum colonos emanarint. Sed Macedonas intelligo Europæos patriorum institutorum tenaciores. Multa enim Asiæ Macedones ad victarum gentium consuetudines detorserunt, de moribus patriis & primævis proinde minus audiendi. Macedonum autem Europæorum Cyclos eodem cum Atticis jam antea breviter ostendimus. Convenit porro quod Ætna in Sicilia fuerint Nemea: Ἐκὴ γὰρ ἀγεται ἀγῶν Νέμεα καλέμεν, inquit Pindari Scholiastes. Ab Hie-

Sect. XI.
Cycli Argolici
iisdem, ut vide-
tur, cum Atti-
cis; & ab iis-
dem exordiis.

a Schol. in Pin-
dar. Ol. XIII.



rone forsitan inducta *Ætnæ* conditore, qui *Syracusis* postea regnavit, & dum *Gelo* frater regnaret, adhuc *Syracusano*. Itaque pro *Kalendaris Cyclisque Sicularum*, præsertim *Syracusanis*, quos jam eisdem cum *Atticis* fuisse probavimus. Quæ autem hæcenus diximus, ostendunt, ni fallor, quodcunque demum *Civilis* anni initium habuerint, quo *annui* inierint *Magistratus*; *Kalendarii* tamen, atque *Cycli*, non aliud initium *Argivis* fuisse, aliisque plerisque *Græcis* quam *Atheniensibus*. Sic enim futurum erat, ut & *menses mensibus*, & *mensium* etiam *dies mensium diebus*, responderint, quod innuunt *Veterum*, quæ adduximus, *Testimonia*. Etiam *Sicyone* fuisse *Nemea* docet ^a *Scholias*. Sed temporibus antiquissimis, diu ante usum *Cyclorum*. Nempe sub *Adrasto*, quem *Sicyone* primum regnasse testatur *Homerus*. Nihil ergo inde colligi potest de *Nemeorum tempore* vel *Cyclis Sicyoniis*. Idem porro erat *Nemeacus* hic *Panemus* cum mense *Æginetico Delphinio*, ut idem docet ^b *Pindari Scholias*. *Apollini* gratum fuisse testatur ipse *Pindarus*. Nempe in honorem *Apollinis Delphini*, à quo nomen traxit tribunal *Atheniensium Delphinium*, ne solis *Cretensis*, quibus *primis* hoc titulo innotuisse traditur, notum suspicemur. Hoc mense *Delphinio* ὑδροφόρια ^c festa celebrari solebant, ipsa etiam *Atheniensium*, in memoriam eorum qui perierant in *diluvio*, fortasse *Deucalionis* in *Thessalia*, vel *Ogygis* potius in ipsa *Attica*. Hoc mense *Æginetas Apollini* ὀνισῆς καὶ δωματίης sacrificasse, teste *Pythæneto*, docet *Scholias*. Hoc etiam fortassis at *Atheniensibus* acceperant. Hoc enim ipso mense *Attico*, qui *Nemeaco* respondebat, *Metageitnionē*, *Apollini Metageitnio* sacrificabant *Athenienses*, ut è *Lyfimachide* docet ^d *Harpocraton*. Alio quidem hoc numinis ejusdem *vocabulum*, sed eadem nihilominus *sententia*. A *mutandis* enim *vicinis* nomen traxit Deus ipse *Μεταγείτριος*. Quod scilicet hoc mense fieri solerent *adium* locationes in futurum *annum*. Inde merito *ὀνισῆς* & *δωματίης* *Apollō* *Metageitnius* pariter ac *Delphinus*. Satis ergo apte *Nemeis* *Æstivis* conveniet mensis ille *Delphinus* *Æginetarum*. Dubita tamen, fateor, *Scholias*, num id voluerit ipse *Pindarus*, ut hoc mense *Delphinio* fuerint *Nemea*. Παρ' Αἰγυπτιαῖς Δελφίνιος (inquit) μὲν ἀγεται Ἀπόλλωνος ἱερός ἐν αἰῶσις Φησὶ γερῶνται τὰ Νεμεα. De re ipsa tamen nullus dubitat, an coinciderit cum *Nemeaco* mense *Delphinus*.

^a Schol. ad
Pind. Nem. x.

^b Schol. in
Pind. Nem. v.

^c *Hesych. Suid.*
Eym. Magn.

^d *Harp. Metageitri.*



DISSERTATIO VIII.

De Cyclis Laconicis, deque Magistratibus à Xenophonte memoratis, ad finem usque Belli Peloponnesiaci.

BIBΛΙΟΘΗΚΗ
ΕΥΛΟΓΙΟΥ ΚΟΥΡΙΑ
ΛΑΤΡΙΩΤΟΥ
ΑΥΕΛΗ ΑΡΙΘ.

Græcæ Historiæ universæ inservit Lacedæmoniorum Chronologia. §. I. *Menses Lunares & Periodos usurpabant etiam Lacedæmonii.* §. II. *Et quidem Periodum Octaetericam.* §. III. *Tempore Belli Peloponnesiaci Octaeteris illa Embolimorum integrorum.* *Et pro modo Heccædecaeteridis potius quam Eneadecaeteridis.* §. IV. *Anni Laconici initium à proximo post Æquinoctium Autumnale Novilunio.* §. V. *Anno Præturam Arati præcedente cæpit Octaeteris Laconica.* §. VI. *Prima post Cyclum Metonicum Octaeteris Laconica cæpit Olymp. LXXXVIII. 4.* §. VII. *Octaeteridis Laconicæ anno viii^o. Artemisii xxvii. concurrebat cum Elaphebolion. xxv. Metonico.* §. VIII. *Primus ergo dies hujus Octaeteridis erat Octobris Juliani dies viii^{us}.* §. IX. *Emendatur explicaturque locus difficilis Thucydidis.* §. X. *Octaeteridem suam Lacedæmonii ad vera, pro Principiis Harpali, Novilunia revocarant, pariter ac Athenienses.* §. XI. *Mutilorum Embolimorum Octaeteridem, tempore prælii Marathonii, usurpabant Lacedæmonii.* §. XII. *Post tempora Metonis forte Octaeteridem retinuerunt, sed pro hypothesebus Eudoxi emendatam.* §. XIII. *Qualem illam Eudoxi emendationem fuisse verissimillimum sit.* §. XIV. *Alia ratio qua efficere poterant, ne à Cælo dissentirent Civilia Novilunia.* §. XV. *Geraustus vi^{us}. Lacedæmoniorum mensis, vii^{us}. Artemisius, viii^{us}. forte Phliasius.* §. XVI. *x^{us}. Hecatombæus.* §. XVII. *xi^{us}. Carnius.* §. XVIII. *Xenophontis annui Magistratus non à Xenophonte, sed ab Interpolatoribus. Et tamen, qui recte constituantur, utiles.* §. XIX. *Nullus inter Historiam Thucydidis & Xenophontis hiatus.* §. XX. *Periit Nauarchus Mindarus Olymp. 92. 2. exeunte.* §. XXI. *Is annus probatur fuisse Belli xxii^{us}. cujus tamen initium desideratur in hodierno Xenophonte.*



nophonte. §. XXII. In anno Belli xxiii^o. designando, errores, non Xenophontis, sed Interpolatoris. §. XXIII. Annus Belli xxiv^{us}. Alius juniorque Interpolator numeros annorum addidit. Non ipse certe Xenophon. §. XXIV. Annus Belli xxv^{us}. Xenophonteus à primo Xenophontis Interpolatore non observatus, quo rediit Alcibiades. §. XXV. Annus Belli xxvi^{us}. stabilitur. Unde orti fuerint Interpolatorum errores. §. XXVI. Hoc anno Nauarchia decessit Lyfander, inivit autem Callicratidas. §. XXVII. Anni xxviiⁱ. notæ. Lyfander Ἐπιστάτης. Cyri reditus. Darii Nothi mors. §. XXVIII. Annum eundem, ex utraque parte, firmant notæ aliæ: ortus Dionysii, cædes Callicratidæ. §. XXIX. Hoc ipso anno, mense (ut videtur) Posideone, Athenienses ad Ægospotamos vicit Lyfander. §. XXX. Non potuit Bello xxviii. annos integros concedere Xenophon, ut fecit Interpolator. §. XXXI. Tertius fuisse videtur, mediusque inter supra dictos, Interpolator qui hunc errorem Textui Xenophontis inseruit. §. XXXII.

Sect. I.
Græcæ Historiæ
universæ inser-
vit Lacedæmo-
num Chrono-
logia.
a Herodot. Mus.
l. c. 56.

b Phuarth. Lyc.
init.
c Dionys. Hal.
l. i.
d Harpocrat.
Eulwos.

CÆterum antea quam ad aliorum Græcorum Cyclos transeamus, operæ pretium erit ut Lacedæmoniorum Periodos, pro virili nostra, eruamus. Erant enim & illi Græciæ principes, & Atheniensium æmuli, rerumque publico Græciæ nomine gestarum, plerunque participes, sæpe præsidēs: ^a Dorici nimirum generis, ut Athenienses Jonici, longe præcipui. Proinde Græciæ universæ quodammodo communis habenda est Lacedæmonum Chronologia, ut & aliarum quoque Græcarum Civitatum tempora, quæ propriam sibi notam non habebant, exinde sæpissime æstimanda sint. Annalium certe Atticorum successio primo quidem ex annis Regum, deinde Archontum pro termino vitæ, tum decennialium, denique annuorum Eponymorum, Fastis constat. Et habebant similiter Spartani suos sibi Annalium characteres à Regibus utriusque domus, tam Eurysthenidis quam Proclidis, tandemque etiam ab Ephoris annis similiter Eponymis. Regum *δαδοχὰς* digesserunt Eratosthenes & Apollodorus, teste ^b Plutarcho. Eratosthenes in Opere *Ἐπιτομῆς τῆς ἱστορίας* cuius meminerunt ^c Dionysius Halicarnassæus & ^d Harpocratio. Apollodorus autem in *Chronicis*. Utriusque specimina habemus in Scaligeri Thesauro. Sed anni fortasse Regum ab initiis admodum incertis procedebant. Ephorum anni, ut aliorum etiam quorumcunque Magistratum annuorum, exordium aliud plerunque non habebant quam Civile. Hæc ergo Chrono-



Chronologia maxime accurata erat. Ea tamen ipsa minus certa erit nisi *annum* ipsum habuerimus exploratum. Præfertim cum *Lunares* essent, nec proinde aliter quam ope mensium *intercalarium*, & Cyclo *evoluto*, ad idem *Zodiaci* punctum redire crederentur, interim sibi invicem *dissimiles*, atque *varii*.

Et quidem *Lunares* illis fuisse menses à *Plutarcho* discimus. Sic enim ille in *Agide* & *Cleomene*: μήν τελοκαίδεκατθ, ἀπαίτρεσις τῆς πεντέδεκα. Habebant ergo & *Periodum* annorum multorum mensium singulorum defectibus resarciendis. Habebant & menses *intercalares* cum ad justum mensē dies illi singulorum mensium supervacui confurgerent. Et quidem id non plane pro *arbitrio*, sed *Periodo* ipsa *postulante*. Non tamen ad *Solarium* annorum minutias supplendas spectare poterant justī illi *menses*. Et anni *Civilis* *fine* inferi oportebat mensis ille *Embolimus*, qui alioqui *tertius-decimus* numerari non poterat. Hæc nempe omnia pro disciplina *Cyclorum*, quos Solis Lunæque rationibus invicem *æquandis* excogitatos esse diximus. Erant ergo, ut reliquorum *Græcorum*, ita *Lacedæmoniorum* etiam, menses *Lunares*. *Periodus* ergo necessaria erat *annorum* aliquot, mensiumque *intercalarium*, ne à *Zodiaci* punctis fixis *Lunæ* ille *annuæ* deficerent.

Sed quæ demum fuerit *Periodi Laconicæ* fabrica in tanta veterum *monumentorum* clade statuere difficillimum est. Videamus ergo quid colligere possimus à *Ratiociniis*. *Octaetericam* fuisse, faciunt ut suspicemur non modo veterum prædicta *Testimonia* quæ *Octaeteridem* à *Græcis* *Civitatibus* *plerisque* receptam agnoscunt, sed *Plutarchi* etiam in vitis prædictis *Agidis* & *Cleomenis*. *Novenniis* ibi singulis convenisse testatur *Ephoros* ad *auspicia* de *Regibus* captanda. De *Regni* *annis* intelligi illa vix possunt, cum nullum fuerit *commune* binis *Lacedæmoniorum* *Regibus* *initium*, nec *Regum* alius alium *antecederet*. *Primogenituræ* enim *incertitudinem* in causa fuisse volunt cur *ambo* regnarent. *Cycli* ergo apud *Lacedæmonios* recepti spatium illud fuisse verisimillimum est, qui quoties ad *initium* rediret, tunc sane consentaneum erat, pro temporum illorum moribus, ut nova de *Repub.* haberentur *auspicia*. Ita apud *Romanos* *Quinquenniis* singulis *lustra* condita legimus à *Censoribus*. Similiter causa, ut videtur, *auspiorum*. Erant enim per *Quinquennia* *redituum* publicorum *fundorumque* *locationes*. Similia legimus *Sacra* etiam in *annis*

Sect. II.
Menses Lunares
& Periodos usurpabant etiam
Lacedæmonii.

Sect. III.
Et quidem Periodum Octaetericam.



eorum *Secularibus*, quanquam nulli fuerint in lustris aut in *Secularibus Cycli* fiderum rationibus æquandis. Sed adeo celebres erant apud *Græcos Cycli Octaeterici*, ut alio quam ad *Cyclos* vix referenda fuerint hæc *Octenniorum auspicia*. Nec opus est ut iterum moneamus, quod jam antea e *Censorino* monuimus, *biennii* iusti *Cyclum Trieterida*, *quadriennii* autem *Pentaeterida*, appellasse Veteres. Ne jam miremur, si *Octennium Plutarchus Ennaeteridis* nomine designarit. Imo de *Ennaeteride*

^a *Censorin. c. 18.* hoc idem docet ^a *Censorinus*. Non me quidem latet de *Minoe* testari Veteres ipsum de Legibus suis *octavo* quoque anno *Jovem* patrem suum consuluisse: *δὲ ἐννέα ἔτας*, inquit ^b *Plato*:

^c *Strab. L. XVI.* *δὲ ἐννέα ἔτων*, sic enim ^c *Strabo*: *nono quoque anno*, ita loquitur

^d *Valer. Max. L. I. c. 2.* ^d *Valerius Maximus*. Hoc si exemplo *Lacedæmoniorum Ephori* de *Regibus* suis auspicia ceperint; facile concesserim, *Cycli Octennia* nulla fuisse temporibus *Minois* antiquissimis, nec adeo necesse esse ut *Cyclos Octennes* habuerint *Lacedæmonii*, si

^e *Marsham. Sec. XI. Chr. Canon. P. 277. 281. 613.* hoc exemplo auspicia obseruarint *octennia*. Nec enim *Cl. Marshamo* assentior qui hinc colligit antiquissimam fuisse apud *Græcos Octaeteridem*. Nec me fugit interim, tributum à *Minoe*

^f *Plutarch. Thes.* *Atheniensibus* impositum fuisse, si ^f *Plutarchum* audiamus, *octenne*. Ne quidem illud, quod *αἰδίων ἐνιαυτὸν*, quo *Marti* servit

^g *Apollodor. L. III.* *Cadmus*, de *Octennio* interpretetur ^g *Apollodorus*. Sed antiquiora profecto illa sunt tempora quibusvis *Græcorum* scriptis testimoniis, è juniorum nata *Traditionibus*, vel *Grammaticorum* veterum interpretamentis. *Ἐννέωρον*, fateor, *Minoem* appellat *Homerus*. Sed & *ἐννεώρης* similiter *Gigantes Aloadas*. Nec tamen proinde *Octennem Cyclum* qui sæpius redierit, utrobivis intelligit. Hæc debemus omnia juniorum *ratiociniis*. Aliter *Homeri* alii interpretes. Erant qui *ἐννέωρον Minoem* dictum existimarent quod ^h *ἐννεαετής βασιλεύειν ἤρξατο*. Erant porro qui quod *ἐννέα ἔτη ἐβασίλευσεν*. Horum neutri de *Octaeteride* redeunte *Poetam* intellexerunt. Nec sane *Homero* aliqua innotescere potuit *Octaeteris*. Meliorem, ni fallor, & *Homeri* temporibus convenientiorem vocis significationem discimus e

ⁱ *Censorin. c. 19.* ⁱ *Censorino*: *Sunt* (inquit) *qui tradunt annum trimestrem Horum instituisse; eoque Ver, æstatem, Autumnum, hyemem ὥρας, & annum ὥρον dici, & Græcos Annales ὥρης, eorumque scriptores ὥρο-*

^k *Diodor. L. I. P. 16.* ^k *Diodorus*. Itaque primaria vocis significatione *tempestates anni* denotat. Inde ad *mensum* duodeno-
rum *annos* translata, quod *Horographi Annales* gesta *Annalia*, ut *Thucydides*, sigillatim per *anni tempestates* descriperint. Hu-
jus



jus autem significationis Auctorem volunt Deum *Aegyptiorum* antiquissimum *Horum*. In eo tamen discrepat à *Censorino Diodorus* quod *tempestates* anni *trimestres* faciat *Censorinus*, *quadrimestres* *Diodorus*. Quod scilicet fuerint apud veteres *Aegyptios* qui *Autumni* nullam propriam atque ab *estate* distinctam *tempestatem* agnoscerent. Ita ergo si *ægeus* intellexerit *Homerus*, pro *trimestribus* anni *tempestatibus*; etiam si *Cyclum* denotare vellet, nihil absurdi fecerit, pro nostris hypothefibus. *Novem* enim *Horæ* duos tantummodo annos absolvent, tertio per mensem *Embolimum* *ineunte*. Nec aliter biennem *Thaletis* *Cyclum* omnium antiquissimum & Poetæ fortasse *coævum* designarit, quam qui eundem *Cyclum* tantummodo biennem *Trieridis* nomine insignierint. *Octennii* tamen à *Lacedæmoniis* observandi sine *Cyclo* nullum erit in hoc exemplo præsidium.

Sed qualis illa fuerit *Lacedæmoniorum* *Octaeteris*, indagemus. A temporibus autem incipiemus, ut in *Attica* *Chronologia* fecimus, maxime *exploratis*. Inde ratiocinia nostra ad tempora minus *explorata* tutissime promovebimus. *Embolimorum* certe *mutilorum* usum non fuisse tempore Belli *Peloponnesiaci*, è *Thucydidis* exemplis mox proferendis facile colligemus. Erat enim *pauciorum dierum* in mensibus discrimen quam ferrent rationes mensium *Embolimorum* *mutilorum*. Idem etiam aliunde colligitur. In iisdem enim illis exemplis, biennii *Attici* solidi discrimen est & paulo majus ab *Elaphebolione Olymp.* LXXXIX^æ. anni. 1^æ. ad *Elaphebolionem* anni III^æ. ejusdem *Olympiadis*, accedente ad rationes *Atticas* mense etiam *Embolimo*. Hic tamen *Embolimus* apud *Lacedæmonios* locum plane nullum habere potuit. Alioqui in eundem mensem *Laconicum* pariter atque *Atticum* dies intervallo tam modico invicem discedentes incidissent. E *Thucydide* tamen constat diem priorem in *Laconicum* *Gerastum*, posteriorem in *Artemisum* convenisse, similiter utique *Laconicum*. Tenemus ergo hoc in loco biennium in quo nulla fuerit apud *Lacedæmonios* intercalatio, quale tamen nullum esse potuit in *Cyclis* mensium *Embolimorum* *mutilorum*. Mensium ergo *integrorum* fuerit oportet illa *Lacedæmoniorum* *Octaeteris*. Et ne quidem *Enneadecaeterica* potuit esse *Octaeteris* quæ singulis redibat *Octennis*. Non saltem talis qualem constituit *Meto*. Post primum enim *Metonis* *sedecennium*, erat deinde in *Metonis* *Cyclo* situs *Embolimorum* à situ *Octaeteridum* diversus, qui ne quidem patiebatur ut reliquæ *Cycli* integri *Octaeterides* sibi invicem respon-

Seçt. IV.
Tempore Belli
Peloponnesiaci
Octaeteris illa
Embolimorum
integrorum. Et
pro modo *Hec-*
cadecaeteridis
potius quam
Enneadecaeteri-
dis.



responderent. Constabat enim *Metonis* *Cyclus* integer (qua oriundus erat ex *Octaeteridibus*) ex octo potius *Enneadecaeteridibus* quam vicissim è novendecim *Octaeteridibus*. Idem ostendit discrepantia in secundo *Thucydidis* exemplo *trium dierum* inter diem mensis *Attici* & *Laconici*, major certe quam quæ annorum tam paucorum intervallo potuit irrepere, si pro ejusdem *Cycli* calculis processisset supputatio; major quam quæ diversis annorum *exordiis*, dierumque proinde *exemtium* discrepantiæ potuit assignari.

Sect. V.

Anni Laconici
initium à proximo
post *Æquinoctium*
Autumnale Novilunio.

Itaque *Cycli Heccadecaeterici* potius quam *Enneadecaeterici* consentaneum est illas fuisse *Octaeteridas*. Et quidem pro modo *Harpali*, plenis *Embolimis*, non *mutilis*, quorum unus in fine *Cycli majoris*, qui decem *Heccadecaeteridas*, viginti autem *Octaeteridas*, complectebatur, esset detrahendus. Superest autem explicandum à quo demum *initio* *Octaeterides* illæ arcessendæ sint. Antea tamen ipsius *anni Laconici initium* indagandum est. Inde enim pendet *Cyclorum Laconicorum* commissio cum aliis *Græcorum Cyclis*. Erat autem proculdubio *Civilis* *anni Laconici initium* cum inirent *annui Lacedæmoniorum Ephori*. Idque docet *Auctor certissimus Thucydides*. Sic enim ille anno *Belli XI.* ^a τὴ δ' Ἰππυγνομήδης χημῶν ἐτύχον γὰρ Ἐφοροὶ ἕτεροι, καὶ ἐκ ἐφ' ὧν αἱ πρῶται ἐγένοντο, ἀρχόντες ἦδη, καὶ τινὲς αὐτῶν καὶ ἐναντίοι πρῶταίς. Hæc prima *hyemis* est hoc anno mentio. Ut proinde facile intelligamus ad *hyemis initium* quæ hoc loco dicit esse referenda. Sed vero *hyems* illa, pro more *Thucydidis*, *semestris* intelligenda est, quæ *Autumnum* pariter ac *hyemem* proprie sic dictam, complectebatur. Coepit ergo *annus Civilis Laconicus* ab *Æquinoctio Autumnali*, vel ab illo potius *Civili Novilunio* quod, pro *Cycli lege*, *Æquinoctium* illud proxime sequi censebatur. Ab illo proinde mense qui *Mæmæterioni Attico* respondebat, qua patiebantur utrobivis recepti *Cycli, Attici* atque *Laconici*. Hinc ergo arcessendi erunt rerum *Spartanarum Fasti*. Cur autem *Metonicum* *Cyclum* repudiarint, rationem illam facillimam existimo, & *Lacedæmoniorum ingenio novitatibus* adversissimo accommodatam, quod *Solaris* *anni modum* receptissimum violasset ipse *Meto*. Simile plane severitatis in re *Musica* novanda exemplum conservavit ^b *Boetius*, *ἡρως* in *Timotheum* latæ, cujus ipsa etiam verba habet. Inde constat quam fuerint à *novitatibus* alieni.

a. *Thucyd. L. v.*
n. 36.

b. *Boetius de*
Musica.

Age



Age ergo jam constituamus, pro virili nostra, *Oſtaeteridis* Sect. VI.
Laconicae situm. Jam ergo observavimus, duobus illis annis, Anno Prætu-
ab *Elaphebolione* qui fuit anno Belli *Peloponnesiaci* ix^o. ad *Elaphebolionem* alium qui ad annum ejusdem Belli spectabat xi^m, ram Arati præ-
nullum fuisse apud *Lacedæmonios* mensem *Embolimum*. cedente coepit
Intervallum erat justi *biennii*. Erant autem in *Oſtaeteride*, qualis Oſtaeteris Laco-
hæc erat, *Cleostratea*, quæ *integris* constabat *Embolimis*, nica.
duo tantummodo loca in quibus plusquam *biennio* distabant invicem *Embolimi*: nempe à 1^o. *Oſtaeteridis* anno ad iii^m, vel à
v^o. ad viii^m. Itaque qui secuturus erat *Embolimus*, is vel iiiⁱ.
anni fuerit ipsius *Oſtaeteridis*, vel viiiⁱ. Qua autem 1^o. *Lacedæmoniorum*
mensi respondebat *Atticus Mæmaſterion*, eatenus mensi *Laconico* vi^o.
respondebat *Elaphebolion*. Itaque illo ipso anno *Laconico* exeunte
(post mensem scilicet illius xii^m. qui *Boëdromioni Attico* conveniebat)
novus erat necessarius *Embolimus*. Hic erat annus *Varronianus* 333. *Olymp.*
autem lxxxix^o. 4^{us}. Hic ergo *Oſtaeteridis* vel iii^{us}. fuerit oportet, vel viii^{us}.
His enim duntaxat annis ad annum usque *tertium* differri solebat
Embolimus. *Oſtavum* autem fuisse potius, quam *tertium*, è loco
Plutarchi prædicto suspicor. Auguriis enim de *Regibus Oſtaetericis*
præerat *Ephorus Lysander*. Anno autem elapso, novos deinde
Ephoros constitutos fuisse testatur. Ἀρχὴς ὁ Λύσανδρος (inquit) ἀπηλλάγη, τὸ
χρόνος διελάθοντο. Tum deinde καὶ ἄλλα θεῶν ἐφόροις
Agésilauum accenset novorum motuum *Auctorem*, proinde fortassis
Eponymon. Hujus avaritiæ tribuit, quod mensis *decimus tertius*,
ἐκ ἀπειρίας τότε τῆς πόλεως, ὡς καὶ πῶς νενομισμένον
τῶν χρόνων, fuerit *intercalatus*. Eo nimirum fine ut *tredecim mensium*
tributa in *Ærarium* cogeret, quod & fecit. Erat nimirum annus,
ut *Ephorum* secundorum, ita *Oſtaeteridis Auguralis* secundus,
quem proinde recte dicit non fuisse *intercalarem*. Hinc etiam
intelligimus quam accurate cum legibus *Periodi Oſtaetericæ* convenerit
Oſtaeteris illa Auguralis. Hoc autem *secundo* *Cycli* anno
accerſitus est ab *Arato Achæorum* Prætoris Rex *Agis* ut à
Peloponnesi introitu arceret *Ætolos*. Anno *Laconico* omnino
exeunte. Rationem enim illam ab *Arato* datam testatur ex ipsius
Arati *Commentariis* *Plutarchus*, cur dimicandum cum *Ætolis*
non censuerit *Aratus*, quod *fruges* fere omnes jam ex agris
collegissent *Agricolæ*. Hoc mense anni *Laconici* xii^o. verum
fuisse consentaneum est. Nec sane antea mensis xiiiⁱ. tributum
cogere potuit *Agisilaus* quam fuerit saltem propinquus
S f mensis



mensis ille cuius nomine tributum collegerit. Nec passos fuisse verisimile est cives *Agesilai* ut imperium ad finem mensis præter *Cycli* legem *addititii* ipse sibi prorogarit, nedum ut in proximum mensem tenuerit, ut tributum mense demum Embolimo *elapso* colligeret. Itaque *exeunte* anno *Laconico* adhuc Prætor *Achaeorum* erat *Aratus*.

Sect. VII.
Prima post Cy-
clum *Metonicum*
Octaeteris *La-*
conica coepit *Ol.*
LXXXVIII. 4.
1.

Duplicem autem Præturam gessit *Aratus* Octennio integro invicem dissitam, ut nos docet *Polybius*. Proinde eodem redit utramvis præcesserit *Ephoria Lysandri*. Sic enim fiet ut *situs* utriusque in *Octaeteride* plane idem fuerit, nec potuerit altera anni *Octaeteridis* secundi fuisse quin fuerit etiam altera. Sed *prior* potius fuisse videtur in qua res illi fuerit cum *Ætolis*, ut nos docet in *Arati* vita *Plutarchus*, ex ipsius etiam *Arati*, ut videtur, Commentariis. Videamus ergo illa in quem convenerit annum *Iphyteum*. Hoc autem è *Polybio* ita colligimus. Docet ille prima *Achaeorum* Republicæ, anno illo quo *Pyrrhus Italiam* aggressus est, jacta esse fundamenta, tum primum coeuntibus ^a *Dymæis*, *Patrensibus*, *Tritænsibus* & *Pharænsibus*. Et quidem trajectionem *Pyrrhi* in *Italiam Olympiadi* tribuit *CXXIV*^z. Quotus autem is fuerit *Olympiadis* annus ita discimus. *Pyrrhi* certe res gestas primas cum Consule *Valerio Lævino* legimus qui Magistratum gessit anno U. C. *Varroniano* 474. cum *Tiberio Coruncanio*. Concurrat hic annus cum *Olymp.* *CXXIV*^z. anno 4^o. & 1^o. *Olymp.* *CXXV*^z. Ut proinde si *Olymp.* *CXXIV*. trajecerit *Pyrrhus*, 4^o. illum *Olympiadis* illius anno trajecisse necesse sit. Nempe *vere*, Consulatu *Lævini* non admodum affecto. Conveniunt & reliquæ notæ *Polybianæ*. *Cos.* *Dolabella* cum *Gallis Senonibus* & *Hetruscis* prælium erat ad lacum *Vadimonis*, anno scilicet ejusdem *Æræ Varroniana* 471. de quo ita *Polybius*: ^b *Ταῦτα δὲ συνέβαινε γίνεσθαι τῷ τε τῷ πρότερον ἔτει τῆς Πύρρου διαβάσεως εἰς τὴν Ἰταλίαν, πέμπτῳ δὲ τῆς Γαλατῶν πρὸς Δελφῶς διαφθέρῃς.* Priori nota *situs* hujus anni in *Æra Romana* firmatur; posteriori etiam in *Æra Iphytea* *Pyrrhi* enim adventum in *Italiam* ait *Polybius* fuisse ^c *τῷ πρότερον ἔτει τῆς τῶν Γαλατῶν ἐφόδου, τῶν τε πρὸς Δελφῶς φθαρέντων, & περρωθέντων εἰς τὴν Ἀσίαν.* Erat ergo clades *Gallorum* ad *Delphos* 2^o. anno ab Expeditione *Pyrrhi*, si quidem 5^o. à prælio ad *Vadimonem*. Sed vero Archontis *Atheniensis Anaxicratis* Magistratui cladem illam assignat ^d *Pausanias*, & Magistratum illum anno 2^o. *Olymp.* *CXXV*^z. qua stadio vicit *Ladas Agænsis*. In *Stadionice* convenit etiam in *Thesauro Scaligeranæ Africæ*.

a *Polyb.* L. II. p.
179.

b p. 151.

c p. 8.

d *Pausan.* Phoc.



Africanus. Hinc annos numerat ^a *Polybius* xxv. quibus duos ^a p. 180, 181. Prætores habuerint *Achæi*. Ita scilicet ut primi inierint anno, quem dixi, *Olymp.* cxxiv^o. 4^o. Id si verum, xxvⁱ. inierint *Olymp.* xxx. 4. utroque termino incluso. Tum demum *unicum* Prætozem constitutum dicit, quorum 1^{us}. fuerit *Marcus Carynensis*. Proinde anno *Olymp.* cxxx. 1. Quarto deinde post illum anno *Aratum* successisse testatur, anno utique *Olymp.* cxxxii^o. 1. Secundam ejusdem Præturam tribuit anno post primam viii^o. nempe *Olymp.* cxxxiv^o. proinde primo, de qua ita scribit: ^b Ταῦτ ἐγένετο τῷ περὶ τὴν ἑταίρειαν τῆς Καρχηδονίων ἡτῆς, ἐν ἣ κατόλθαι Σικελίας ἐκχωρήσαντες πρώτον ὑπέμειναν τότε φόρος ἐνεργεῖν Ῥωμαίοις. Victoria hæc erat C. *Lutatii* C. s. ad *Ægates* anno U. C. *Varroniano* 512. Sic fuerit 2^a. illa Prætura *Arati* anno U. C. *Varroniano* 511. qui cum *Olymp.* cxxxiv. 1/2. concurrebat. Hæc ita invicem cohærent ut nec de mente *Polybii*, nec de *fide*, ulla mihi prorsus videatur subesse dubitatio. Prior ergo *Arati*, de qua agimus, Prætura *Olympiadis* fuerit cxxxii. 1/2. Proinde *Ephoria Lysandri*, quæ Præturam illam anno proximo præcessit, *Olymp.* cxxxii. 1/4 assignanda est. Itaque prima, post Cyclum *Metonicum Athenis* receptum, *Octaeteris Laconica Olymp.* lxxxviii. 1/4 inierit.

Videamus ergo jam quo pacto sit cum diebus *Julianis* *Octaeteris* hæc *Laconica* committenda. Ansam autem ad hoc explorandum unicus Veterum, quod quidem sciam, præbebit *Thucydides*. Duos enim habet ille mensium *Laconicorum* dies cum *Atticorum* mensium diebus comparatos, quos jam è mensium *Atticorum* tabulis nostris habemus exploratos. Diem tamen posteriorem, quia minus dubius est, prius aggredimur. Sic ergo habent *Thucydidis* verba: ^c Ἀρχεὶ δὲ τῶν σπονδῶν Ἐφορῶν Πλεισίλας, Ἀρτεμισίς μὲν δὲ τετάρτη φθίνοντ. ἐν δὲ Ἀθῆναις, Ἀρχῶν Ἀλκαίῳ Ἐλαφεβολιῶν μὲν δὲ ἑκτὴ φθίνοντ. *Annum*, quo hæc gesta fuerint, utrobique certum faciunt annui Magistratus, *Alcæus* Archon *Atheniensis* atque *Lacedæmoniorum* *Ephorus* *Plistolas*, nimirum U. C. *Varronianum* *Julianum* 333. *Olympiadis* autem lxxxix^o. an. 3^m. & Cycli proinde *Laconici*, pro rationibus prædictis, *octavum*. Possit autem fortasse quispiam suspicari, neque prorsus immerito, idemne fuerit utrobique dies, *Atticus* atque *Lacedæmonius*, de quo tamen nulla hætenus apud Eruditos suspicio. Ait enim *Thucydides* ἀρχεῖν *Ephorum* *Plistolam*, quasi prior foedus sanciverit. Et priorem sane locum habebat dies in *Kalendario Laconico* quam *Attico*.

Sect. VIII.
Octaeteridis
Laconica anno
VIII. *Artemisii*
xxvii concurre-
bat cum *Elaphe-*
bolion, xxv. *Me-*
tonico.

^c *Thucyd.* L. V.
n. 19.



Addit præterea ἐν δὲ Ἀθῆναις Ἀρχῶν Ἀλλαιῶν, quasi Athenis non fuerit, cum foedus signaretur, *Plistolas* Ephorus. Id quod sane verisimillimum est. Quomodo enim *Sparta* abesse potuit Eponymus anni *Spartanorum Ephorus*? Aut cur potius *Ephorus Athenis*, quam *Spartæ Archon* signarit? Alienum sane hoc erat à fastu *Lacedæmoniorum*, ut *Athenas* propterea proficisceretur *Spartanorum Ephorus*, nec potius vicissim, si necesse fuisset ut convenirent, *Spartam* concederet *Archon Atheniensis*. Non eam certe modestiam præ se ferebant *Lacedæmonii*, cum in communi *Græciæ* periculo *Atheniensibus* alia conditione opitulari recusarent ni communi foederatorum classi præesset dux *Spartanus*, cum tamen in re *navali* præstarent *Athenienses*. Quod si uterque Magistratus seorsim in sua quisque Civitate foedus sanciverit, fieri vix potuit ut uno eodemque die sanciret. Hoc ergo si verum sit, jam non erit cur de his diebus invicem conciliandis admodum laboremus. Sed vero ἀρχεῖν præesse potius foederi signando apud suos, quam incipere, ni fallor, hoc in loco significat. Utque publico Magistratum nomine Acta publica omnia signari solerent, non tamen propterea colligendum Magistratus ipsos adfuisse cum signarentur. Acta Democratiarum vel Aristocratiarum ita signari solebant, cum aliis etiam referentibus conderentur *Senatusconsulta* vel *Plebiscita*. Satis ergo consentaneè ea quoque Acta Eponymorum nominibus inscribi poterant quæ ab aliis, illorum tamen, licet absentium, Auctoritate instructis, fuissent administrata. Idque erat in illorum temporum moribus receptum, ut cum de re summa à supremis Rerumpublicarum Conciliis seorsim convenisset, rerum deinde gerendarum nonnullæ conditiones atque circumstantiæ Legatorum, qui ex utraque parte essent congressuri, arbitrio permetterentur, qui in re præsentis aderant, patriæ tamen suæ Auctoritate munitorum, ut patriam suam utriusque partis Legati obligarent, ni palam, ubi res innotuisset, patria ipsa refragaretur. Hos nos Legatos hodie Plenipotentarios appellamus, illi ἀντιπροξενεῖς. Hinc illa Romanorum *Senatusconsulta* de Actis Legatorum ratis habendis, imo & ducum qui summo Imperio præerant ἀντιπροξενίων. Et raro admodum refragabantur, ni admodum gravi premerentur Reipublicæ incommodo, ut in causa furcæ *Caudinæ* & *Numantinorum*, tunc etiam deditis ignominiosæ Pacis Auctoribus. Acta ergo Legatorum *Atticorum* atque *Lacedæmoniorum*, ubicunque demum in unum convenissent,



nissent, Magistratum *Eponymorum*, licet *absentium*, nominibus erant inscribenda. Nec sane *dies* in foederibus alii designandi erant, quam ii unde *induciae* erant incipiendæ. Non certe hoc saltem in *federe*, in quo non *alius* constituitur *dies* induciis ab eo quo foedus *Archon* dicitur confirmasse. Et si *dies*, quo illud sancivisse dicitur *Lacedæmoniorum Ephorus*, non idem fuerit unde inducias inire oportebat; nihil sane legimus in hoc foedere unde resciri potuerit, quo demum *die* ab armis abstinere oportuit *Lacedæmonios*, quod non erat sane in foedere prætermittendum. Imo alia *temporis* nota nulla est in hoc genere Contractuum adeo necessaria. Atqui ne quidem erat, per Jus Gentium, æquum ut priores aliis ab armis temperarent. Unum ergo eundemque diem fuisse verisimillimum est quo utrisque fuerit ab armis temperandum, qui tamen idem esse vix potuit nisi idem fuisset, qui apud *Lacedæmonios Artemisi* xxvii^{us}. numerabatur, cum eo quem numerabant *Athenienses Elaphebolionis* sui $\epsilon\lambda\pi\eta\upsilon\phi\omicron\lambda\iota\omicron\nu\sigma$.

Hic ergo *dies* in Calendario *Juliano* quærendus est. *Elaphebolion* ille quo *Archon* erat *Alcæus* ad annum Cycli *Metonici* spectabat xi^m. Et proinde cœpit die *Martii Juliani* (pro Tabulis nostris) xviii^o. $\epsilon\kappa\tau\eta\ \phi\delta\iota\upsilon\omicron\nu\tau$ diem mensis denotat xxv^m. si mensis fuisset plenus. Sed diem mensis illius ix^m. (qui xxv^m. præcessit) *exemptilem* repræsentant eadem Tabulæ. Inde colligitur, qui numerabatur dies mensis xxv^{us}. eum fuisse *revera* duntaxat xxiv^m. nempe *Aprilis Juliani* $\frac{10}{11}$. Ita scilicet ut à *Solis occasu* ad *noctem mediam Aprilis* fuerit x^m. inde ad proximum *occafum* xi^{us}. quo die *Juliano* foedus initum est. Sed vero, in forma *Lacedæmonum Octaeterica*, nulli erant unquam *exemptiles* ante mensis vel *cavi* diem xxix^m. Inde constat, qui numerabatur, eundem *revera* etiam fuisse *Artemisi* diem xxvii^m. Proinde sequitur, ut dies *Artemisi Laconici* xxvii^{us}. esset *April.* $\frac{10}{11}$. i^m. fuisse *Martii Juliani* similiter $\frac{15}{16}$. Et quidem anno Cycli *Laconici*, ut jam vidimus, viii^o. Hoc autem ut eveniret, *Cyclus Laconicus* cœperit *Octobris Juliani* die viii^o. non autem (ut anno Cycli *Metonici* iv^o. *Mæmacterion Atticus*) ix^o. Hinc ergo pendet *Octaeteridis Laconicæ* constructio quam in Tabulis exhibuimus. Unum autem *diem* lucrabantur qui à mense *Attico* iv^o. incipiebant. Erat enim illis mensis suus i^{us}. plenus, qui in Calendario *Attico* *cavus* futurus erat pro ivⁱ. loci situ. Inde perpetuum futurum erat *unius diei* discrimen in utriusque gentis *Kalendaris*, propter *initium* anni tantum-



tantummodo utrobique diversum. Poterant etiam ob oculos habere *Lacedæmonii* errorem illum *Metonis* anno *Cycli* 2^o. quem perstrinxit, uti vidimus, *Thucydides*, irrisit autem *Aristophanes*. Eclipsis enim illa *Solis Augusti* die III^o. contigit, cum tamen in diem *Augusti* IV^m. incideret *Atheniensium* Civile *Novilunium*, pro calculis *Metonis*. Hinc, ni fallor, diem unum demendum censuerunt *Kalendarii Laconici* præfides. Cum præsertim *Cycli novi* emendationem cœperint post errorem illum, ut credebant, exploratum.

Sect. X.

Emendatur explicaturque locus difficilis *Thucydidis*.
a *Thucyd.* L. IV. n. 118.
b *ib.* n. 119.

De secundo autem die *Laconico* Quæstio difficillior est. De *foedere* enim alio annuo ita *foederis* ipsius verbis *Thucydidis*: ^a ὁμολόγησαν ἐν τῷ δήμῳ τῷ συνεχεῖαν εἶναι ἐνιαυτὸν ἄρχειν δὲ τῷδε τῷ ἡμέραν τετραδά ἐπὶ δέκα τὰ Ἐλαφροβολίων μηνός. Hæc ex parte *Atheniensium*. Ex parte *Lacedæmoniorum* ita: ^b ταῦτα ξυνέθεντο Λακεδαιμόνιοι, καὶ ὁμολόγησαν, μὲνός ἐν Λακεδαιμόνι τετρασὶς δωδεκάτη. Superiori exemplo præcessit numerus mensis *Attici* XXV. sequebatur autem in mense *Laconico* in quo dies censebatur XXVII. Hic viceversa præcedit dies *Laconici* *Gerastii* XII diem *Elaphbolionis Attici* XIV. Tanta discrepantia tam brevi etiam intervallo contingere vix potuit ni saltem in altero *Cyclo* locus fuisset *mutilus Embolimis*. Faciunt enim illi ut *Civilia Novilunia* ne quidem proportionem aliquam observent invicem, sed nunc præcedant *Novilunia Cyclorum* quæ alios nullos præterquam *integros* patiebantur *Embolos*. Secundo vero ne quidem in *Cyclo Laconico* *mutilus* ullos fuisse *Embolos*, satis jam, ni fallor, ostendimus. Quid hic ergo faciemus? Diem hic eundem utrobique non designari censuit ingenio pariter ac Eruditione celeberrimus ^c *Petitus*. Prius enim *Spartæ* quam *Athenis* *foedus* sancitum existimavit. Et favere fortasse videbuntur verba illa *foederis Atheniensis*, κατὰ ξυνηχώρασι Λακεδαιμόνιοι. Non tamen necesse est ut de præteriti aliqua concessione verba illa intelligantur præsentis temporis non præteriti. Et quæ supra diximus, ea etiam hic procedunt, ne dies alii in *foedere* designentur ab iis à quibus *inducias* ipsas incipere oportebat; & ne alii illi fuerint *Atheniensibus* quam fuerint *Lacedæmoniiis*. Porro brevius illud *emboloidis* spatium quam ut *foedus Spartæ* sancitum *Athenas*, *ejusdem* fuerit mensis, ut voluit *Cl. Petitus*. Sin autem diversorum fuerint mensium, longius quam ut *Athenis* antea non innotuerit. Itaque verisimilius est eundem utrobique diem intelligi, licet aliter illum numeraverint *Kalendaria Attica*.

c *Petit.* Eclog. Chr. L. IV. c. 13.



que *Laconica*. Sed cum *duorum* horum *dierum* notæ ita invicem pugnent, ut veri *ambo* esse non possint; sequitur omnino alium ex alio corrigendum esse. Sed quem potius, inquires, normam statuemus? Ego posteriorem illum diem, de quo modo dixi, ita statuendum existimo. Illa potissimum ratione, quod *major* sit mensis *Laconici* numerus, quam *Attici*, cum è contrà redundaturus sit in priori si diem *Gerasti* XII^m. cum *Elaphebolionis* XIV^o. conferamus. Atqui certum est *maiores* paulatim esse numeros in *Octaeteride Cleostrata*, atque in *Heccaeteride Harpali* (quæ in *Kalendarii* rationibus nihil discrepat ab *Octaeteride Cleostrati*) quam in *Enneadecacteride Metonica*. Erat enim mensis auctior in *Cyclo Metonico* quam in *Octaeteride*. Menssem enim *Embolimum*, quem in *Octaeteridibus* XX, annis nimirum CLX, demendum censuit *Harpalus*, hunc XIX *Octaeteridibus*, annis scilicet CLII, sustulit *Meto*. Et præter *Embolimum exemptilem*, erant præterea in *Kalendaris Cycli Metonici* annuis menses sæpe *pleni cavis plures*, qui nulli usquam erant in *Kalendaris annuis Octaeteridis*. Nempe pro modo *dierum exemptilium*, qui cum semper *seni* essent in anno communi *Octaeterico*, in *Metonico* communi sæpe non reperiuntur plures *quinis*. Proinde quaque *Heccaeteride* triduo integro in menses sequentes vera *Novilunia* migrare censuit *Harpalus* tantisper dum decem *tridua* menssem integrum absolvent in *Cycli* fine *eximendum*. In *Cyclo Metonico* ita comparatum est, ut ne unquam longe à *Civilibus Noviluniis vera* aberrarent *Novilunia*. Ita factum, ut quo longius procederet, eo etiam longius in menses *Cycli Metonici* sequentes incurrerent menses *Heccaeterici*. Sic breviores illi menses numerum diei *menstruum* auctiorem fecerint oportet, quoties cum diebus in *Kalendaris Metonicis* contenderentur. Accessit præterea anni *initium* aliud in utraque *Periodo*, & mensium numero *impari*, ternario scilicet, invicem respondens. Inde enim ortum, ut qui menses in una *Periodo cavi*, in alia *pleni* numerarentur, quod numerum *dierum* alternis minuebat augebatque. Ne dicam jam in *Enneadecacteridum* fine & sequentium *Enneadecacteridum* initio tot simul sine *cavo* aliquo menses *plenos*. Nostra enim exempla ne quidem ad unius *Octaeteridis*, nedum ad *Enneadecacteridis*, finem pertingunt. Magis ergo ad veritatem accedit posterior illa, de qua diximus, *Thucydidis* supputatio quæ numerum diei in mense *Laconico* triduo auctiorem fecit quam in *Attico*, ut proinde ad illam prior hæc



hæc potius quam vicissim ad priorem posterior exigenda sit. Nec sane accidit incommode, quod in exemplo *posteriori*, anno Belli xi^o. *triduo* præcedat calculum *Metonicum* calculus *Hecædecaeteridum* propter *exemptilem* diem qui illo ipso mense fuit, & quidem ante diem à *Thucydide* designatum. Ne quidem & illud incommode, quod ab initio illo, quod nos verissimum probavimus, ducta supputatio id efficiat ut, pro calculo *Thucydidis*, dies mensis *Laconici* diei mensis *Attici* respondeat. Porro, nec illud infeliciter, quod idem *Atticus Elaphebolion* hoc ipso *biennii* spatio *duobus* mensibus *Laconicis* conveniat, quorum alter *Gerastus* fuerit, alter *Artemisus*, propter *Embolimum* qui hoc eodem intervallo occurrebat in Cyclo *Metonico*, non autem in *Laconico*. Denique nec illud inepte, quod errore facillimo emendato, sibi conciliari possit in utroque loco *Thucydides*. Transponantur enim numeri, & pro περὰ δα Ἰπὶ δέκα τῷ Ἐλαφηβολιῶν, reponatur, δωδεκάτις τῷ Ἐλαφηβολιῶν. Rursus pro μὲν ἐν Λακεδαιμόνι Γεραστὶς δωδεκάτη, legatur, μὲν ἐν Λακεδαιμόνι Γεραστὶς περὰ δα Ἰπὶ δέκα. Sic enim distant invicem in Tabulis nostris, *bidui* spatio, initium *Gerasti Martii Juliani* ix^o. anno *Octaeteridis Laconicæ* vi^o. & initium *Elaphebolionis Martii Juliani* die xi^o. anno *Cycli Metonici* ix^o. Non tamen me interim fugit, in Cyclo *Attico*, diem *Elaphebolionis* iii^m. *exemptilem* esse, unde sequebatur diem qui numerabatur illius xii^{us}. revera fuisse duntaxat xi^m. qui nullo modo concurrat cum die *Gerasti Lacedæmonii* xiv^o. Sed fieri potest, ut, cum propter dies *exemptiles* numeratos *diversi* essent eorundem dierum *numeri*, receptum esset ut nunc unum nunc alium ejusdem diei *numerum* adhiberent. Et sane ita fuisse vel ex his, quæ sola habemus, *Thucydidis* exemplis est quod suspicemur. Diem *Elaphebolionis* xxv^{um}. quem ἐκτὼ φθινοπόνοι numerat *Thucydides*, non nisi accensito *exemptili* ita numerari potuisse jam ostendimus. Hic è contrà, qui xii^{us}. erat *Elaphebolionis*, accensito *exemptili*, eum, quia *exemptilis* nullus erat, pro vero, quem tenuit in mense, situ, xii^m. appellarunt in *scædere*, ni fallor, *Athenienses*. Hoc si verum fuerit, (quod sane non absurdum est,) jam facilia erunt omnia. Et *secum* ipse, & cum nostris *Tabulis*, conveniet *Thucydides*. Dies enim *Gerasti Lacedæmonii* xiv^{us}. dies erat *Martii Juliani* 23. Idemque erat *Elaphebolionis*, accensito *exemptili*, xii^{us}. revera autem, cum nullus ille fuerit in *Kalendario Juliano* aut in alio quovis in quo locum nullum habebat *exemptilis*, tantummodo xii^{us}. Sic ad amussim respondebunt omnia. Sic.



Sic autem Cyclum illum *Octennalem* veterem secutos oportet fuisse *Lacedaemonios*, ut eandem tamen Cycli *veteris* emendationem admiserint, quam Cycli sui *Metonici* initio admiserant *Athenienses*. Jam enim à Cycli *sedecennalis* initio dum *Civilia* Kalendaria explerentur, *duodecim* diebus integris à *Caeli* Noviluniis distare credebantur *Civilia* Novilunia. Sic itaque à mensium *Atticorum* initiis totidem, ad minimum, diebus discrepassent mensium *Lacedaemoniorum* initia, quod tamen, è *Thucydidis* exemplis, falsum esse manifestum est. Exemplum etiam *Atheniensem* secutos fuisse verisimillimum est, in emendationis *methodo*. Eo tamen discrimine, quod, cum anni *initium* non novarint (quod fecit *Meto*) *Lacedaemonii*; proinde à superioris *Octennii* Embolimo *ultimo*, novi sui *Octennii*, & Cycli adeo annorum *CLX*, *initium* repetiverint. Idque pro consilio ipsius *Conditoris*. Is enim erat Embolimus qui propter *Sedecenniorum* supervacua *tridua*, tandem, Cyclo evoluta, absumendus erat, & ex Embolimorum numero *tollendus*. Sic *XIII^m*. illius *Embolimi* diem primum illi novi *Octennii*, mensisque novi, diem numerarint *Lacedaemonii*. Estque sane locus ille admodum opportunus, ut post mensē ab emendatione *Attica* tertium, suum quoque Cyclum *Lacedaemonii* correxerint. Sic ergo Tabulas nostras impraesentiarum ordinabimus, dum rectiora docebunt alii sagaciores; aut inedita, siqua fortassis adhuc lateant, certiora monumenta. Sic autem supremo, ante *Metonem*, *Octennio* dies deerunt *XVIII*.

Hac ergo *Oetaeride*, his temporibus, usi sunt *Lacedaemonii*. Aliam, ni fallor, usurpabant, & quidem *mutilorum* Embolimorum illam, si quidem vera scripserit *Herodotus*, tempore praelii *Marathonii*. *Boëdromionis* *VI^o*. ibi depugnatum saepe testatur *Plutarchus*, tam in *Camillo*, quam Libro de Malignitate *Herodoti*, quam demique in Lib. de Glor. *Atheniensem*. *Annus* autem praelii docet idem in *Aristide*, illum scilicet quo Archon erat *Phaenippus*, astipulantibus etiam vestigiis vetustissimi *Chronici* Marmorei. *x^m*. illum fuisse annum ante Expeditionem *Xerxis* testatur *Thucydides*. Imo *x^m*. absolutum fuisse docet *Plato*. Nempe à *VI^o* *Boëdromionis*, qui hoc anno fuit, ad *Boëdromionis* diem *XX^m*. quo depugnatum est ad *Salaminem*. Praelium ad *Salaminem* ad *Olymp.* *LXXV. 1.* referunt fere *Veteres*. Ita necesse erat ut *Olymp.* *LXXII. 3.* ad *Marathonem* vicerint *Athenienses*. Et tamen ad *Ol.* *LXXII. 2.* retulit Auctor *Chronici* Marmorei, cum annum illum, quo

Sect. XI.
Oetaeridem suam Lacedaemonii ad vera, pro principiis Harpali, Novilunia revocaverant, pariter ac Athenienses.

Sect. XII.
Mutilorum Embolimorum Oetaeridem, tempore praelii Marathonii, usurpabant Lacedaemonii.
a Thucyd. L. 1.
b Plato de Leg. L. III.



Archon erat *Phœnippus*, ccxxvii. numerat ante suum sub quo scripsit Archontem *Diognetum*, anni *Olymp.* cxxix. i. Nostræ Tabulæ utrosque conciliant, cum Archontem illum retulerimus ad *Olymp.* lxxii. ³ qui annus erat *Æræ Varronianæ* 264. Nec enim de calculis *Sulpicii Severi* laboramus aut *Gellii*, qui magnam ἀνεξείαν ne quidem præ se ferunt. Illi ad annum referunt U. C. 260. Hoc ergo anno *Varron.* 264. *Heccædecaeteridis* 1^r. 7^o. *Sept. Julian.* die xxiii. incepit *Atticus Boëdromion*. Ita dies ejus vi. fuerit *Sept.* ²⁸. Ita tamen ut diurna νυχθημέρας parte contigerit prælium, & proinde die *Sept. Juliani* non alio quam xxix^o. Sed vero die mensis *Laconici* ix^o. monitis à *Phidippide* legato ut *Atheniensibus* adessent, eam moræ causam fuisse testatur ^a *Herodotus*, ἐκ ἐξελύσεσθαι, μὴ ἔσθ' ἀλλήρεος ἔόντος τῆς κύκλου, quod ille de *Plenilunio* interpretatur, proculdubio *Civili*. Hoc eodem anno, *Octaeteridis* iii^o. mensis *Laconicus* xii^{us}. incipit à *Sept.* ¹⁶/₁₇. Dies ergo ix^{us}. quo *Spartam* venerit *Phidippides*, dies erat *Septembris Juliani* ²⁴/₂₅. Ita scilicet ut legationem egerit die *Sept.* xxv. die ante prælium 1^o. *Plenilunium Civile*, si dies fuerit mensis illius *cavi* xv^{us}. idem *Septembris* erat xxx. vel *Octobris* 1^{us}. Inde die iii^o. ^b in *Atticam* perveniunt *Lacedæmoniorum* auxilia, *Octob.* nimirum ³/₄. Post prælium quidem, sic tamen ut, cum ad *Marathonem* venirent, (quod die factum proximo ⁴/₅ *Octobris* nimirum v^o.) adhuc cadavera insepulta repererint. Acrius hoc in loco invehitur in *Herodotum Plutarchus*, quasi *Lunæ* diversas apparentias invicem permiscuisset. ^c ΜεταΦερεῖς (inquit) τῶν πανσέλιων εἰς δὲ χεῖρ μῆκος, διχομυλίας ἔσθ' ἢ τ' ἔρανεν ὁμοῦ καὶ τὰς ἡμέρας ἔ' πάντα πρῶτα σωμαργασεῖς. Haberent hæc locum, vel saltém fortasse speciem; si aut de *Plenilunio Cælesti* fuisset *Herodoto* sermo, cum diem *Lunæ*, (vel quod eodem redit, *mensis Lunaris*) ix^m. ante diem *Lunæ* vi^m. statuisset; aut si *mensis* illius *Seculi Lunares* semper, ut postea, non longe à *Cælo* discessissent. Sed nihil est necesse ut ita *Herodotum* intelligamus, nec quicquam attulit *Plutarchus* cur ipse ita illum intellexerit. Imo oblitus hic est quod ipse alibi observavit, quam fuerint *Lunæ Civiles* ^d *Bæatorum* atque *Atheniensium* diversæ invicem, & multo magis à *Cælo*. De *Lunis Civilibus* si intelligatur *Herodotus*, quod pro absurdo habet *Plutarchus*, hoc nos ostendimus fuisse verissimum. Qui enim numerabatur mensis *Lunaris Attici* dies vi^{us} idem xiii^{us}. erat *Laconici*, nihilominus similiter, ut fuit *Atticus*, *Lunaris*. Hinc ergo colligimus diutius hanc *mutilorum*

^a *Herodot.* Mus.
vi. n. 106.

^b *Herodot.* ib. n.
120.

^c *Plutarch.* de
Malign. *Herodoti*.

^d *Plutarch.* Ari-
stid.

Emboli



Embolimorum *Octaeteridem* observasse *Lacedaemonios* quam ipsi observarint *Athenienses*. Hoc enim ipso eodem exemplo constat, & pro *mutilis* Embolimis integros mutasse *Athenienses*, & *mutilos* etiamnum retinuisse *Lacedaemonios*. Hæc *Octaeteris* eadem erat cum *Solonis* *Tetraeteride* bina. Ait quidem *Plutarchus* falsum esse quod scribit *Herodotus*, & sæpe ante *Plenilunium* susceptas fuisse à *Lacedaemoniis* Expeditiones. Sed nullo hoc confirmat, ut alibi, coævo *Herodoto* testimonio, imo ne quidem uno adducto in medium exemplo. Si autem, ut hic, ex aliarum Civitatum *Pleniluniis* iudicium tulerit de *Pleniluniis* *Lacedaemoniorum*; jam sane videmus quam vires plane nullas illud Argumentum fuerit habiturum. Nec tamen puto alia ulla fuisse validiora quibus id, quod volebat, conficere potuerit.

Hæ ergo fuerint *Lacedaemoniorum* *Octaeterides* temporibus *Metone* antiquioribus & *Metoni* coævis. Postea verisimile est emendatam esse. Multos enim recenset *Harpalo* juniores, & fortasse *Metone*, *Censorinus*, quibus nihilominus placuerit *Octaeteris*, *Nautelem*, *Mnesistratum*, *Eudoxum*, *Dositheum*. Certe juniores erant *Eudoxus* & *Dositheus*. Duabus autem potissimum de causis placuit, etiam post *Metonem*, *Octaeteris*: Alia, propter modum anni *Solaris* ubique receptissimum, quem nulla adductus necessitate novaverat *Meto*, ut postea constabat, cum hunc etiam in *Cyclo* *Metonico* errorem correxerit *Calippus*. Hæ autem *Solis* rationes *quadriennio* quoque paria facere credebantur. Et sane hunc *Solaris* anni modum qui annum diebus 365 diei etiam *quadrante* auctiorem fecit, *Eudoxum* observasse exinde colligitur, non modo quod illum nusquam *Solaris* anni novatoribus accensuerit *Censorinus*, sed quod ab *Aegyptiis* hac etiam in causa edoctum testentur *Veteres*. *Aegyptiis* enim certe hunc fuisse modum exploratum habemus. Inde enim annum suum didicit ipse *Cæsar*, usus præceptore *Sosigene Alexandrino*. Et modum illum supponebat annus *Aegyptiorum* magnus annorum communium 1461. par annis *Julianis* 1460, quo factum ut festa publica per dies anni universos circuitum facerent, ut jam olim observavit *Geminus*. Hæc autem *Æquatio* *Tetraeteridem* duntaxat exigebat. Alia ergo præterea causa erat quæ placebat in *Octaeteride*, quod justum *trium* Embolimorum spatium illo *Cyclo* conficerent *Epactæ Solares*. Hæc ergo ambo quæ placebant retinuisse consentaneum est *Octaeteridis* Emendatores. *Lunæ* ergo rationes

Sect. XIII.
Post tempora
Metonis forte *Octaeteridem* retinuerunt, sed pro hypothelibus *Eudoxi* emendatam.



tiones erant quæ minus accuratæ videbantur, quas adeo proinde correxerint, tam fortassis *Eudoxus*, quam post *Eudoxum* *Dositheus*. Si quidem correxerit *Eudoxus*, (si quidem conjecturæ venia,) Ego illum ita correxisse crediderim, ut mensis *Lunaris* modum illum introduxerit, quem postea interpolavit in *Enneadecaeteride* jam recepta *Calippus*. Medius enim vixit inter *Metonem* & *Calippum* *Eudoxus*, & rursus medius inter *Eudoxum* & *Dositheum* *Calippus*. Ita & *Metonis* modum *Lunarem* emendare potuit *Eudoxus*, & *Eudoxum* imitari *Calippus*, nec tamen emendationem *Eudoxi*, quam à *Dositheo* institutam innuit ^a *Censorinus*. Et sane tanta sunt apud veteres *Octaeteridis Eudoxeæ* præconia, & *Eudoxi* ipsius à peritia in *Astronomia* fama tam illustris, & tam breve spatium inter *Eudoxum* & *Calippum* novis seu *experimentis*, seu *inventis*; ut nulla prorsus sit ratio cur *Eudoxum* negligeret *Calippus*, præsertim in modo anni *Solaris* eadem omnia cum *Calippo* sentientem, cui mensis *Lunaris* fuerit conformandus. Nec erat sane, his temporibus, tanti nominis quisquam alius, quem *Calippus* sequeretur, *Astronomus*. Itaque nihil aliud, cum sociis suis *Euctemone* & *Philippo*, præstitisse arbitror *Calippum*, quam ut eundem *Lunaris* mensis modum, quem in *Octaeteride* veteri reformaverat *Eudoxus*, ipsi quoque in *Enneadecaeteridem Atticam* induxerint. Certe alium non poterant, si quidem ad eundem anni *Solaris* modum menses *Lunares* totidem fuerint exigendi. Utinam extaret Opus *Eratosthenis* de *Octaeteride* à *Gemino* memoratum. Docuisset ille, ni fallor, inventæ excultæque *Octaeteridis* Historiam, atque constructionem. Imprimis autem *Eudoxeæ* omnium celeberrimæ. Et quidem in *Civili* usu *Eudoxi Octaeteridem*, apud suos saltem *Cives Cnidios* fuisse exinde verisimile est quod ^b *Legislativam* apud eos exercuerit. Sic enim *Solonem* vidimus *νομοθετικῆν* instructum *Tetraeteridem* suam similiter *Atheniensibus* tradidisse. Eodemque spectare arbitror *Censorinum*, cum ait *Dosithei* maxime *Octaeteridem Eudoxi* inscribi. Cur, quæso, *Eudoxi* inscriberetur, si fuerit revera *Dosithei*? Nempe quia *Eudoxeæ Octaeteridis* vitia nonnulla juniorum *experimentis* edoctus correxerit *Dositheus*. Sic enim correctæ à *Calippo* *Enneadecaeteris* adhuc *Metonis* censebatur, non *Calippi*, ut jam supra vidimus. Atqui *Civilem* illius usum ipsa illa, ni fallor, supponit *Emendatio*. Erat ergo apud *Cnidios*. Inde facillime migrare potuit ad *Lacedæmonios*. Erant enim, ut *Lacedæmonii*, ita ^c *Cnidii* quoque, *Dores*.

^a *Censorin.* c. 18.
^b *Laert.* l. VIII. n. 86. *Plutarch.* adv. Col. *Theodores.* Therap. IX.

^c *Herodot.* Mus. I. c. 144.



Dores. Imo *Lacedaemoniorum* a *coloni*. Nec ullos legimus *Lacedaemoniorum* proprios, his temporibus, quos sequerentur, *Astronomos*.

Itaque si pro methodo quidem *Metonis*, pro modis tamen tam *Solaribus* quam *Lunaribus* illis quos postea *Calippus* imitatus est, *Octaeteridem* emendarit *Eudoxus*; Cyclum *Metonis* majorem illum usurparit oportet annorum CLII, qui *aquis* constabat *Octaeteridibus*, non autem *dimidiatum*, quo usus est *Calippus*. Complectebatur autem Cyclus ille octo *Enneadecaeteridas*, quarum singulae *quaternos* dies addebant rationibus *Octaetericis*, & proinde menses *quaternos plenos* complectebantur plures quam erant in *Octaeteridibus*. Hi dies in unum collecti erant xxxii. Sed *duos* lucrabatur *Meto* dies plures quam oportuit pro rationibus *Solaribus Octaetericis*, ab *Eudoxo* proinde praetermittendos. Supererant xxx qui justum mensem *Embolimum* majoris illius *Metonici* Cycli circuitu conflabant. Sed novus non erat atque ab aliis diversus ille mensis, ex eorum tantummodo laciniis oriundus. Itaque penitus truncandus à Cycli conditore. Proinde *xix^a*. *Octaeteridis* *Embolimus ultimus* omittendus erat. Sic enim futurum erat, ut non plures essent in *xix* *Octaeteridibus* *Syzygiae Lunares* quam in octo *Metonis* *Enneadecaeteridibus*, cum tamen *Meto* una pauciores in octo *Enneadecaeteridibus* agnosceret quam fuerant in *xix* *Octaeteridibus*. Non tamen hoc penitus ignoravit *Harpalus* Cycli conditor *Heccaedecaeterici* ex *Octaeteridibus* conflati. Cum autem *minor* esset *Syzygiae Lunaris* modus *Harpalo* quam *Metoni*; proinde superfluum *Embolimum* non ante annorum *CLX* ambitum refecandum censuit, quem sine annorum *CLII*, una nimirum antea, quam *Harpalus*, *Ogdoade* refecuit *Eudoxus*, si *Metonem* in Cycli forma *Octaeterica* fuerit imitatus. Duplici autem ratione hoc praestare potuit *Eudoxus*. Alia erat, si superflui illius & ex aliarum *Syzygiarum* minutiis confecti mensis rationem prorsus nullam habuerit in *annuis* *Kalendaris* ante Cycli *finem*: Alia autem, si *interim*, qua licuit, *dies* illius mensis *integros* suis, quarum laciniæ erant, *Syzygiis* in *Kalendaris* adjunxerit, & paulatim exhausserit. Priori methodo si processerit, ita per omnes *Civilium* mensium dies progressura erant *Cælestia Novilunia*, ut tandem ad mensium *initia* redirent, ut in Cyclo *Heccaedecaeteridum* redierant; nec quicquam præterea novaverat *Eudoxus*, nisi quod breviori annorum *CLII*, ambitu reductum illum concluderet. Sin

Sect. XIV.
Qualem illam
Eudoxi emenda-
tionem fuisse
verisimillimum
sit.



autem illud *Metonis* consilium fuerit æmulatus, ut nunquam longe à *Civilibus* Noviluniis *Cælestia* Novilunia discederent; ita, ni fallor, illi calculus instituendus erat. Erant in *Octaeteride* pro modo *Solari*, quo usus est *Eudoxus*, plane *Juliano*, dies 2922. *Syzygiæ* 99. Itaque in *novendecim Octaeteridibus*, dies 55518. *Syzygiæ* 1881. Sed una *Syzygia*, ut dixi, ex *Octaetericis* rationibus *eximenda*. Itaque duntaxat 1880. His ergo *Syzygiis* tribuantur *triceni* dies. Consient dies in univèrsum 56400. Hinc detrahantur 55518. Restabunt dies 882. Hinc intelligimus mensium 1880. tantummodo 882 esse *excavandos*. Sed quia ex *Octaeteridibus* 19 constabat ille *Cyclus Eudoxi*, dividendæ rursus *Syzygiæ* illæ 882. per 19. Erunt in *quotiente* 46. & 8 præterea *Syzygiæ*. Hinc intelligimus in quaque *Octaeteride* 46 esse oportere dies *exemptiles*, & menses propterea *cavos*, & præterea dies *exemptiles* 8 per totidem *Octaeterides* præter numerum ordinarium *eximendos*, ut proinde *octo* *Octaeteridibus* *exemptiles* 47 singulis detrahendi fuerint. Hoc ita demum æquissima divisione præstandum erat, si in *Octaeteridibus*, quibus 46 dies *eximendi* erant, diem quemque 64^m. *exemerit Eudoxus*, 63^m. autem tantummodo in illis quibus erant *exemptiles* 47. *Novendecim* autem *Octaeteridum* illas 47 diebus *eximendis* aptissimas arbitror, III. V. VII. IX. XI. XIII. XV. XVII. Sic enim commodissime fieret, ut ne admodum longe *Cycli Magni initio* aut *sine* *Civilia* *Novilunia*, pro his hypothèsibus, à *Cælo* discederent. Ita fortasse, si & *Eudoxum Lacedæmonii*, & *Eudoxus* ipse *Metonem*, in *Octaeteridis* receptæ emendatione, (pro modo tamen *Solari Calippico*,) fuerit imitatus.

Sect. XV.
Alia ratio qua
efficere poterant,
ne à *Cælo* dissentirent
Civilia *Novilunia*.

Certe noluisse *Lacedæmonios*, ut *Novilunia* sua *Civilia* admodum longe à *Civilibus* aliorum *Græcorum* *Noviluniis* discreparent, exinde colligimus, quod cum XII. dies, quibus, pro *Harpali* hypothèsibus, discesserant *Civilia* *Novilunia* à *Cælestibus*, novo jam *Cyclo* ordiente, amputassent *Athenienses*, eisdem amputarent *Lacedæmonii*. Nec enim erat alioqui necessarium, ut tum amputarentur, cum essent, ex iisdem hypothèsibus, *Cyclo* integro evoluto, peragratis omnium mensium *Civilium* diebus, ad *Novilunia* vera reversuri. Cum ergo nihilominus amputarent, certe *novam* aliquam rationem iniisse verisimillimum est, qua nunquam deinceps XII. dierum spatio à *veris* *Noviluniis* aberrarent, & quidem illam cum *Octaeteridis* hypothèsibus consentaneam. Atqui nondum illarum

Eudoxus



Eudoxi fuisse certissimum est, vixdum edito in lucem *Eudoxo*. Imo alienam fuisse ab illa dierum *exemtilium* methodo exinde intelligimus, quod tantam illam discrepantiam in diebus è *Thucydide* modo memoratis fecerint novi illi *exemtiles Metonici Atheniensium*, qui nulli erant præterquam in mensium cavorum *sine* apud *Lacedæmonios*. Itaque postea recepta fuerit oportet, si tamen unquam recepta fuerit, prædicta *Octaeteris* à *Lacedæmoniis*. Interim ne unquam rursus XII. dierum spatio à *veris* Noviluniis laberentur initia mensium *Civilium*; hanc Ego methodum arbitror fuisse facillimam, pro receptis illorum *temporum* hypothesebus. Ut scilicet primis novem *Sedecenniis* secundæ cujusque *Octaeteridis* Embolimus *ultimus* dies XXXIII. complecteretur, idemque fuerit numerus etiam *supremo* tandem Embolimo XIX. *Octaeteridis*. Hæc erat methodus facilior, cujus etiam ipsi exemplum ediderant in tollendis, pro imitatione *Atheniensium*, Superiorum *Sedecenniorum* supervacuis diebus. Fieri etiam potuit, ut *triduum* illud singularum *Heccædecaeteridum* seorsim supputarint pro exemplo *Aegyptiacarum Epagomenarum*. Et sane vocem *ἐπιπλά* usurpavit hac ipsa in causa *Geminus*, quæ hætenus fefellit Eruditos, quasi *Civilium* Kalendariorum ante *Metonem* illa fuerit supputatio. Sed errorem illum satis hætenus, ni fallor, evicimus. Nec enim esse poterant initio *Cycli Metonici* XII. eximendi dies, si quidem fini cujusque *Heccædecaeteridis* subjectum fuisset *triduum Epagomenarum*. Quare de *Civilibus* Kalendaribus illa intelligere non potuit *Geminus*, sed potius, ut existimo, de *ratiociniis*. Festum *Apollinis Luna* quaque VII. colebant *Græci*, etiam cum *recessissent* à *Lunis* mensium *Civilium Lunarium* Kalendaria. Sic in *Heccædecaeteride Lunas* non à *Civilibus* Noviluniis, sed pro *Heccædecaeteridum triduis* numerarint. Ita scilicet, ut post primam *Heccædecaeteridem* à diebus mensium *Civilium* tertiis, post secundam à diebus sextis cœperint, & sic deinceps. Utcunque tamen quod non fecerunt *Athenienses*, hoc facere tamen poterant *Lacedæmonii*, ut servata *Octaeteride*, nihilominus non longius quam necesse erat ab aliorum quoque *Græcorum* Kalendaribus recederent. Sed desunt in Libris, quos habemus, mensium *Lacedæmoniorum Civilium* dies quibus possint, quæ diximus, explorari. Si qui novi prodierint in lucem *Libri* vel *lapides* qui exempla suppeditabunt; illi fortasse docebunt, num *alias* *Octaeteridis emendationes*, & à quibus demum *initiiis* admiserint *Lacedæmonii*.

Mensium



Seet. XVI.
Gerastus VI. Lacedæmoniorum
menlis, VII. Artemisius, VIII.
forte Phliasius.

Mensium porro *Laconicorum*, quorum meminit *Thucydides*, situs è Tabulis nostris manifestus est. Sextus enim ab anni *Laconici* initio erat *Gerastus*, septimus autem *Artemisius*. Ita, quoties nullus obstaret *Embolimus*, *Elaphebolioni*. Attico respondebat *Gerastus*, *Munychioni* autem *Artemisius*. Mensem hibernum fuisse *Gerastum* testatur *Pindari* Scholiastes. Sic enim ille ad *Olymp.* XIII. ἐν Εὐβοίᾳ Γεραστία ὑπὸ πάντων Γεραστῶν ἀγεται τῷ Ποσειδῶνι, ἀπὸ τῶν συμβάντων χαμῶνα παρὶ Γεραστῶν. A Civitate enim *Euboica Gerasto*, & *Sacris* inde, ni fallor, acceptis, nomen mensis existimo fluxisse *Laconici*. Et sane video in posteriori mensium *Macedonicorum* Catalogo, quem à prælio *Alexandri M.* ad *Granicum* cœpisse credidit *Ufferius*, similiter contendendi cum *Munychione Artemisium*. Suspicebam ergo à *Doribus Peloponnesiis* exemplum accepisse *Asianos* qui situ illo habebant *Artemisium*. Sed jam nuper vidimus quam vario situ fuerint, apud gentes varias, menses invicem cognomines. Præsertim apud gentes illas quæ singulos tantummodo menses cognomines habebant, non autem seriem mensium integram. Certe, cum *Loo Macedonico* eundem censet *Philippus Alexandri M.* pater *Panemum Corinthiorum*, à *Panemo Macedonum* diversissimus fuerit oportet *Panemus* ille *Corinthiacus*. Itaque in illo Argumento vim plane nullam esse video. Est tamen aliqua in alio quod è nostris deducitur Tabulis. Duos præterea alios *Lacedæmoniorum* menses è Veterum Scriptis observavit *Scaliger*, de quorum situ nihil plane tentavit. *Phliasium* memorat ^a *Stephanus* à fructibus ita appellatum. Est enim φλιῶν, εὐκαρπεῖν, ut ad locum *Stephani* observavit *Holstenius*. Erat sane apud *Græcos* plerisque usus εἰρεσιώνης qua quædam quasi παγκάρπια ostentabatur. Observarunt illam *Athenienses* in *Oscho-phoriis* quæ mensi *Pyanepsioni* tribuit in *Thesei* vita *Plutarchus*, & ^b *Harpocratio*. Imo *Pyanepsionem* à reliquis *Græcis* *Panopsionem* potius appellatum ab illa πάντων καρπῶν ὄψει docet *Harpocratio*. Sic enim ille: Καὶ ἡμεῖς Πυανεψία πῶτῳ τῆς ἑορτῆς καλεῖται, quibus verbis se *Atheniensem*, vel saltem *Athenis* hæc scripsisse, innuit *Harpocratio*. Addit deinde: οἱ δ' ἄλλοι Ἕλληες Πανόψια, ὅτι πάντας εἶδον καρπῶς ἐν ὄψει. Itaque hoc idem festum, hoc etiam eodem mense, reliqui observabant etiam *Græci*, in quibus proinde nihil est quod miremur si fuerint *Lacedæmonii*. Hic ergo si fuerit *Lacedæmoniorum Phliasius*, *Pyanepsioni Attico* concurrerit, ab anni initio proinde secundus. Et similem plane fructuum pompam cum ramis.

a *Stephan.* in φλιῶν.

b *Harpocr.* in Πανόψ.



ramis fructibus onustis habent in Scenopegia *Judæi*, nec ab *Ἐιρεσιώνη Attica* abludentem. *Τραπέζας παντοδαπῆς ὀπωρίας* in illa celebritate memorat ^a *Plutarchus*. Imo *Ἐιρεσιώνης* ipsam quoque vocem adhibet hac in causa *Josephus*. Ait enim Cives suos hoc *Tabernaculorum* festo sacrificare solitos ^b *Φέροντας ἐν ταῖς χερσὶν Ἐιρεσιώνων μυρσίνης ἔϊτέας σὺν κροθῆϊ Φόνικῳ πεποιημένῳ ἔμῆλα τῆ δ' Περούσας προσόντῳ*. Sed non erat certe ejusdem mensis *Ἐιρεσιώνη illa Attica* cum *Scenopegia Judæorum*. *Ἀκμάζοντι τευρητῷ* tribuit *Plutarchus*. Feriæ autem *Vindemiales* cum *Augusto* mense cœperint, proinde earum ἀκμὴ ultra *Septembrem* ne quidem porrigi poterat. In eandem sententiam *Josephus*, *τρεπιδύς τὸ λοιπὸν τῆ καιρῆ πρὸς τῶν χειμέριον ὥραν*. Autumni finem designant illa verba, qui, qua trimestruo spatio concluditur, *Septembri* exeunte terminandus est. Sic *Boëdromioni* potius *Attico* quam *Pyanepsioni* conveniet *Scenopegia*. Post festum *umbraculorum Atticorum* mense *Sciophorione*, & ante fructuum pompam *Pyanepsionis*. Sed *arborum* erant fructus illi potius, quam *terræ*. Et *maturarum* frugum tempestatem indicabat illa *pompa*, aliena fortassis à significatione *Phliasi*. *Hesychius*: *φλιῖς, ἢ τῶν καρπῶν ἐκχυσις*. *Ἐκχυσις* illa *Hesychii* eadem plane videtur, quæ ἐκφύσις aliis, *Suidæ βλάσησις*, *Thucydidi* ἐκβολή. Ita mensis ille *Phliasius* fuerit quo prodit è vagina spica. Hæc enim *εὐκαρπία* illa fuisse videtur quæ voce *φλιῖς* denotari solebat. Auctor *Etymologici Magni*: *φλω, τὸ γέμω καὶ εὐκαρπῶν καὶ φλεῦς, ὁ Διόνυσος ἐν Χίῳ, ὡρᾷ τὸ εὐκαρπεῖν*. Eidem tamen alibi *φλω* idem quod *ἀναπέμπω καὶ ἀναδίδωμι*, quibus vocibus nescio an aliæ aliquæ reperiri possint aptiores ad *emissionem* illam spicæ è vagina denotandam. Sed vero *εὐκαρπία* illam (unde mensis *Phliasi* nomen) rectissime, ni fallor, ad mensem illum retulerimus, quo *festæ* propter *segetum* pericula præcipua celebrari solebant. Erant autem ea apud *Romanos* duplicia, *Robigalia* & *Floralia*: *Robigalia* VII. Kal. *Maias*, *Aprilis* die xxv; *Floralia* autem IV. Kal. *Maias*, *Aprilis* die xxviii. Nempe in honorem *Robigi* atque *Floræ*, quibus (inquit ^c *Varro*) *propitiis, neque rubigo frumenta atque arbores corrumpit, neque non tempestive florent*. Nec longe aberant *Vinalia* priora IX. Kal. *Maias*, *Aprilis* nempe die xxiii. His enim temporibus *fructibus* metuebant, ut nos docet ^d *Plinius*. His ergo periculis defuncti jam merito *εὐκαρπία* ominabantur, & lætum anni proventum. Proinde non alium opinor fuisse *Lacedæmoniorum Phliasum* quam qui obnoxium tot periculis mensem

^a *Plut. Symp.*
L. IV. Probl. v.

^b *Joseph. Ant. L.*
III. c. 10.

^c *Varro. R. R. L.*
I. c. I.

^d *Plin. N. Hist.*
L. XVIII. c. 29.



proxime exceperit, quique adeo *Thargelioni Attico*, & (qua *Lunaris* mensis cum *Solari* contendere potuit) *Maii Juliano* responderit. Ita locum ab initio anni *octavum* illum supplevisse verisimillimum est. Sed viderint acutiores.

Sect. XVII.
Decimus *Hecatombæus*.

Decimum, ni fallor, mensem *Laconicum* memorat *Hesychius*. Nempe *Hecatombæum*. Sic enim apud illum legimus: *Ἐκατομβεύς, μὲν ὡς ἐπὶ Λακεδαιμονίοις, ἐν ᾧ τὰ Τακύνθια*. Vix enim mihi persuadeo, aliud fuisse apud *Lacedæmonios* *Ἐκατομβέα* quam apud *Athenienses* *Ἐκατομβαιῶνα*. Propriæ enim fuisse videntur *Atheniensem* illæ mensium formationes in ὠν, quamvis illos imitati postea fuerint *Astronomi* in formatione mensium *Cælestium* à Signis *Zodiaci*. Nec tamen proprius erat *Atheniensem* cultus per *Hecatombas*, ne quidem proprius illis cultus *Apollinis Hecatombæi*; sed communis cum reliquis etiam *Græcis*. Imo à reliquis *Græcis* ad illos hoc nomen videtur emanasse. Antiquum enim mensis *Attici* nomen *Cronius*, ut nos docet in *Theseo Plutarchus*, *Etymologici Magni* Auctor *Κρονίων* fuisse ait. Sed rescribendum certe, pro Analogia *Attica*, *Κρονίων*. Convenit porro, quod mensium illa recentiora nomina designarint plerumque mensium *tempestates*. Huc spectantem vocis originem edit *Etymologus*: *Ἐκατομβαιῶν ὠνόμασται, ἐπεὶ δὴ ἱερός ἐστὶ τῷ ἡλίῳ. Ὁ δὲ ἡλιος τῷ μὲν μέγαν ποιεῖ τὸ δρόμον. Ἐκάλεσαν δὲ οἱ παλαιοὶ τὸ μέγα διὰ τὸ ἑκατόν*. Sic nomen *Ἐκατομβεύς* ab *ἑκατόν* & *βέω*, pro *βαινω*, unde *βῆμι*. Si à *diærum longitudine*, hoc *Dei* cognomen, hæc etiam *sacra*, emanarint; facit hæc profecto ratio ut, ne quidem apud *alias gentes Græcas*, alia *tempestate* fuerint quam qua *dies* sunt longissimi. Idem ergo situs *Hecatombæorum* apud *Lacedæmonios* qui apud *Athenienses*, idemque proinde mensis utrobique qui à ludis nomen traxerit. Fecit tamen, fateor, cur nonnihil dubitarem, quod *Hyacinthia*, quæ huius fuisse mensis agnovit, uti vidimus, *Hesychius*, cum *Dionysis Atticis* contulerit *Thucydides*. *Fœdus* enim habet ille ab utrisque *quotannis* renovandum: *Lacedæmonis* quidem *Athenas* ad *Dionysia* proficiscentibus; *Atheniensibus* autem se similiter *Lacedæmonem* ac *Hyacinthia* conferentibus. Sed non idem profecto denotatur *tempus* quo fœdus fuerit utrobique renovandum. *Dionysia* enim omnia vel *Posideone* erant, vel *Antheosterone*, vel *Elaphebolione*: mensibus ab hac anni *tempestate* satis alienis. Id potius volebant fœderati, ne esset necesse ut *legati* *quotannis* *dedita opera* mitterentur. Sed cum jam receptum esset

^a *Thucyd.* l. v. n. 23.



ut quotannis *Dionysia Athenis* celebrarent *Lacedæmonii*, *Hyacinthia* autem *Spartæ Athenienses*; hoc satis esse docent, si qui id facerent suorum *Civium* Auctoritate muniti venirent ad foedus renovandum. Hinc ergo discimus *Hyacinthia Athenienses* à *Lacedæmoniis* didicisse; nec alio proinde mense celebrasse quam quo *Lacedæmonii*. Imo *Spartæ* aliter ea celebrare ne quidem poterant quam mense apud *Lacedæmonios* legitimo. Quidni ergo & mensis etiam nomen inde traxerint? Id si verum, ejusdem situs mensum ab illis ita cognominatum fuisse consentaneum est. *Hyacinthiorum* certe situm ita constituit ^a *Xenophon*, ut satis conveniat cum *Hecatombæone Attico*, non autem cum *Posideone* aut *Anthesterione* aut *Elaphebolione*. Erant enim *Isthmiis*, quæ *Vere ineunte* celebrari solebant, *seriora*. Ita tamen *seriora* ut pro Argumento *properationis* habuerit *Xenophon*, quod ab Expeditione *Vere* suscepta ad *Hyacinthia* redierit *Agessilaus*. Cum vero mora *Lacedæmoniorum* ab *Iphicrate* interciperetur, tum *Hyacinthia* ante reditum acta idem docet *Xenophon*. Hæ certe notæ à *Dionysis* omnibus alienissimæ sunt, cum *Hecatombæone* autem satis congruæ.

^a Vid. quæ diximus ad Ann. *Xenoph.* XIX.

Alium porro mensum *Laconicum* *Scaliger* ex *Euripidis* elicit *Alceste*. Legimus enim ibi ^b *κυκλάδα ὤραν*, non tamen *annorum*, ut voluit *Vir Maximus*, sed mensis *Carnii*, idque *Spartæ* in qua decantanda fuerit *Alcestis*, & quidem *ἀειρομένης πανύχθ' ὀλένας*. Tempus designant postrema illa verba mensis *Carnii*, quo festa *Carnia* celebrari solebant, à quibus mensi nomen. Nempe *Plenilunii*, *Civilis* proculdubio illius, & mense *Lunari* proinde *medio*. Inde colligitur ejusdem mensis ne quidem esse potuisse quo fuerint *Olympia*. Nam & *Olympia Plenilunio* tribuit *Pindarus*. Erant autem post *Olympia Carnia*, ut jam supra ^c vidimus ex *Herodoto*. Alterius ergo mensis *Plenilunium* sibi vendicabant, cum suas sibi proprias haberent *inducias* à præcone sacro publicandas. *Proximi* autem mensis fuisse exinde colligimus, quod *Boëdromionem*, quo ad *Salaminem* depugnatum est, præcesserint *Carnia* illa, quæ tamen post *Olympia* statuit *Herodotus*. *Medius* autem mensis inter *Boëdromionem* & *Hecatombæonem*, cujus *Plenilunio* agebantur *Olympia*, non alius erat certe à *Metageitnionem*, cum quo *Carnium Siculum* committit, uti vidimus, in *Nicia* *Plutarchus*. *Dores* enim erant etiam *Siculi*, & è *Peloponneso* plerique oriundi. *Dorum* autem *Peloponnesiorum* omnium communia fuisse videntur, ut è ^d *Thucydide* colligimus, illa *Carnia*. *Carnum* enim

^c Sect. XVIII. Undecimus *Carnius*. ^b *Eurip.* *Alcest.* v. 445.

^c *Dis.* IV. n. 14.

^d *Thucyd.* I. n. 54. 75.



cum *Heraclidis* in *Peloponnesum* descendisse plerique volunt, à quo *Apollo* ipse *Carnius*, & *festa* in illius honorem *Carnia*. Sed mensium *Civilium Lunarium* usum Ego multis *Coloniis* recentiorem existimo. Utcunque tamen non erit quod miremur, si *Metropoliticarum* *Civitatum* mores multæ olim jam antea deductæ *Coloniæ* fuerint imitataæ. Sed *διμδρον Καρνεϊον* memorat *Inscriptio* ^a *Gruteriana*. Ea, si recte se habeat, *ultimum* fuisse mensem docet apud illos, quorum ea fuit *Inscriptio*. Sic autem à *Puncto Cardinali* nullo anni exordium duxerint, si cum *Metageitnione*, qui *secundus* erat à *Cardine Solstitiali* mensis, concurrerit ille *Carnius*. Nec sane deerant, etiam apud *Græcos*, exempla eorum qui annos ab aliis *Zodiaci* punctis ordirentur, præter *Cardinales*. Habebant enim, qui mensibus *Lunaribus* utebantur, annum *Solarem* è *Parapegmatibus* vulgo notum, ex *ortu siderum* & *occasu* insignissimorum, ad res *Rusticas* accommodatum atque *Nauticas*. Et quidem talem, ut *Bissexti* ratio, quæ jam innotuerat, minime perturbarit. Itaque ut anni *quadrantes* à punctis *Cardinalibus*, ita *media* inter quadrantes spatia à *sideribus* numerabant. Et qua ratione vulgo à *Noviluniis* post *Cardines* proximis plerique annos *Lunares Civiles* auspicabantur; sic poterant alii à *sideribus* proxima *Novilunia* in *Civilis* anni rationibus supputare. Idque ita fuisse docet *Censorinus*, qui, præter puncta *Cardinalia*, alia quoque annorum *Civilia* initia recenset. *Quibusdam* ^b (inquit) *ab ortu Vergiliarum*, nonnullis *ab earum occasu*, multis à *Canis exortu*, incipere annus *naturalis* videtur. Et *Achaos* à *Vergiliarum* *ἐπιπλήνη* annum exorfos tradit ^c *Polybius*. Ne dubitemus quin fuerint etiam apud *Græcos*, qui *Lunares* menses usurpabant, qui tamen aliunde annos incipiebant, quam à punctis *Cardinalibus*. Sic itaque illos supputasse verissimum est, qui parem *Metageitnioni Attico Carnium* pro mense anni *ultimo* habebant. Erat porro *Agrigentina* *Inscriptio* illa *Gruteriana*, & proinde *Sicula*, ut erat *Syracusanus* ille *Carnius*, quem commisit cum *Metageitnione* *Plutarchus*.

a *Gruter.* cccci.
I.

b *Censorin.* c. 21.

c *Polyb.* L. IV.
c. 37. L. V. c. I.

Sect. XIX.
Xenophontis anni *Magistratus* non à *Xenophonte*, sed ab *Interpolatoribus*. Et tamen, qui recte constituantur, utiles.

Constituto jam anno *Laconico*, etiam *Ephori* constituendi erunt, & cum *Archontibus* committendi, pro spatio *Belli Peloponnesiaci*. Est enim hoc plane necessarium, ut *Annales* *Græcorum* antiquissimos invicem committamus, *Thucydidis* atque *Xenophontis*. Seriem eorum habemus in *Hellenicorum Xenophonteorum* *Libro* 11^o. Et commissos eorum nonnullos legimus *ibidem* cum *Archontibus* eorundem annorum *Atticis*. Sed jam



jam olim multa mihi in *Hellenicis Xenophonteis* de *interpolatione* suspecta esse significavi in *Prælectione Camdeniana Inaugurali*, ut viris eruditissimis ea nondum suboluisse profecto mirer, quæ tamen insuper habenda non existimo, modo fecerantur à vere *Xenophonteis*. Illud imprimis ab exemplo *Thucydidis* alienum, & manus alienæ proinde suspectum (cum *Thucydidis* exemplum ob oculos habuerit *Xenophon*) quod annos *Magistratibus annuis* invicem secreverit, cum *tempestatibus* potius quam *Magistratibus* hoc idem fecerit *Thucydides*, deditque *rationem* cur hoc potius observandum existimarit. Ab *Æstate* enim *Thucydidea*, qua *tempestatem* etiã complectitur *Vernalem*, tempus rebus gerendis idoneum incipit, & *hyeme*, præsertim *semestri*, definit, quod non *prophanæ* modo verum etiam ^a *sacræ* literæ testantur. Sed rerum gestarum annuarum *mediis* inibant *Magistratus*, observante ipso ^b *Thucydide*. Intelligit nimirum *Thucydides* hos ipsos annuos *Magistratus Atheniensium* atque *Lacedæmoniorum*, quibus primum Belli *Peloponnesiaci* *initium* ipse designaverat, *Archontas* nimirum atque *Ephoros*. Inibant enim *Archontes* à *Solstitio*, *Ephori* autem ab *Autumno*, ut jam ostendimus. Inde factum, ut in *Magistratus annuos* *diversos* ejusdem anni gesta inciderint, qua gesta annua *vere* incipere atque *hyeme* concludi solent. Cur ergo ejusdem *Historiæ* continuator *Xenophon*, alia tamen, quam voluit *Thucydides*, *methodo* annos distingueret? Cur nihilominus *tempestates* adhibuit *Xenophon*, si anni alium modum voluisset ab illo qui *tempestatibus* internoscitur? Cur nullam saltem *mutati consilii* ederet vel levissimam significationem? Sed ut *annuis Magistratibus* gesta *annua* potius insigniri vellet; hoc tamen à *Seculi*, quo vixit *Xenophon*, more alienum erat, ut *Archontes Ephorosque* certis *numeratarum Olympiadum* annis assignaret. Hujus consilii primum Auctorem ^c legimus fuisse *Timæum*. *Archontes*, fateor, pro *Chronologiæ* normis habet coævus *Thucydidi*, paulo tamen senior, ^d *Herodotus*, nusquam tamen *Olympiadas*. Has etiam adhibet *Thucydides*, nondum autem *numero* aliquo, pro juniorum more, designatas; nedum adjunctis *Olympiadum* annis *singulis*, qui fuerint *Archontibus* aut *Ephoris*, aut id genus aliis *annuis Magistratibus*, invicem internoscendi. Solis *Stadionicis*, non item numeris, *Olympiadas* invicem secernit ^e *Thucydides*. Jam nuper evulgatis, ut videtur, ab *Hippia Eleensi*, *Olympionicarum fastis*. Hodierno tamen *Xenophontis* *Textu Olympiadem numeratam* ^f habemus,

a 2 Sam. XI. 1.
2 Chr. XX. 1.
b *Thucyd.* L. V.
n. 20.

c Excerpt. Vales.
c Lib. *Polyb.*
XII.
d *Herodot.* Mus.
VIII. c. 51. Et
de vit. *Homer.*
fin.

e *Thucyd.* L. III.
n. 8. L. V. n. 49.

f *Xenoph.* Hell.
L. L.



^a *Marsham. Chr.*
Canon. *Secul.*
xvi. p. 459.

Sect. XX.
Nullus inter
Historiam *Thu-*
cydidis & *Xeno-*
phontis hiatus.

^b *Thucyd. L. VIII.*
n. 95.

junctosque cum *Archontibus Ephoros*. Sic autem alienis locis, sic alieno à *Thucydidis*, qui continuabatur, exemplo; ut vel inde constare posset, ab *aliena* fuisse, non ab ipsa *Xenophon-*
tis, manu. Sensit hoc ante nos ^a Cl. *Marshamus*, cujus memoriam proinde gratulandum existimo. Ut tamen Chronologia *Thucydidis*, pro Auctoris mente, ad finem *Belli*, deducatur; erit operæ pretium ut hos ipsos *Ephoros*, quos è bonis, qui perierunt, Auctores, habuit Interpolator, suis assignemus annis *Belli Peloponnesiaci*; & vicissim, ut ex illis colligamus, quis fuerit in lapsu annus *Belli* cum illi Magistratum gererent, & cum quibus conferendus *Archontibus*; denique ut ex illis colligamus, quo pacto invicem anni *Belli*, apud *Xenophontem*, & quidem pro ipsius mente, designandi sint. Opus sane difficillimum, in quo graviter erraverint rei Chronologicae Principes. Veniam ergo spero faciliorem, si quid etiam ipse similiter erravero.

Imprimis autem cum *sine* *Thucydidis initium* *Xenophontis* quo pacto cohæreat ostendendum est. Censuit *Ufferius* ἀξέφαλον esse quod ad nos pervenit Opus *Xenophontis*. Fefellit scilicet Primatem, tam à *morum* sanctitate quam à *literis* celeberrimum, *Xenophontis* Interpolator, qui mox *Olymp.* xciij. mentionem cum vero anni illius *Archonte* atque *Ephoro* importune admodum intrusit. Sed si *finem* *Thucydidis* cum *initio* *Xenophontis* contendisset, sic invicem illa cohærent, ut nulla prorsus posset subesse dubitatio quin ad unum eundemque annum spectent. Incipit *Xenophon* à victoria *Hegesandridæ* in *Thymocharem*. Et similem plane victoriam narrat Hic desinit *Æstas Thucydidea*. Ut plane ab *Æstate* desinente inceperit *Xenophon*. Et sane desinit *similiter* *Æstate* desinente, nondum tamen expleta, *Thucydides*. Id nos docent ultima illius verba: "Ὅταν μὲν τῆς τοῦ θεῶν χειμῶν πλεονήσια, ἐν ἧ ἐίκοσιν ἔτ' πληρῆται. Innuit nimirum, cum illa scriberet, jam nondum absolutam esse anni *XXI*. *Æstatem*. Hinc nempe discimus, quo tempore prima *Historiæ* suæ sine ornamentis rudimenta confecerit, uti testis est in illius vita *Marcellinus*. Non statim ab *exilio*, quod anno *Belli* contigit *viii*°. Sed post cladem *Siculam*, & proinde in *Scapte Hyle*. Certe ante reditum, qui fuit, ipso teste, *V. 26.* post annum à re gesta ad *Amphipolim* (anno *viii*°.) *XX*°. & proinde anno à *Belli* initio *xxviii*°. cum urbem tenerent *Lacedæmonii*. Tunc *Lacedæmoniorum* opera reductus fuisse videtur. Postea autem *Psephismate* de *Amnestia*



stia rerum ante Archontem *Euclidem* gestarum, revocatio ejus confirmata. Atque inde fuisse cenfeo, quod Librum hunc VIII^m. *Thucydidi* abjudicaverint nonnulli Critici, quod manum *ultimam* polientis non habuerit. Ornamenta enim styli accurati addidit *post* Bellum jam penitus profligatum, ut ex ipso constat. Sic tamen ut in Operis *retractatione* ad Librum *ultimum* non attigerit, sed, ut videtur, antea sit mortuus quam Librum illum absolverit, ad Belli etiam *finem* Historiam perducturus, si licuisset. Inde obiter colligimus, ab anni Belli XXIⁱ. *Æstate* ad finem anni ultimi, ejusdemque XXVIIⁱ. & ulterius, in Historia ornanda illum laborasse, quod sane non alienum erat ab aliis Seculi illius accuratissimi exemplis. Non multo junior erat ^a *Isocrates*, qui annos se XII *Panegyrico Græciæ* perpoliendo impendisse testatur. Hoc tamen obiter. Sed & *Doriei* res gestas in *Thucydide* legimus & *Mindari*, & reversi ex exilio *Alcibiadis*, pariter ac in *Xenophonte*, imo victoriam unam ad *Cynossema*. Sic enim non modo *tempora temporibus* respondent, sed & *viri viris*, & *res gesta rebus gestis*, ut facile vel inde colligamus unum esse utrobique rerum gestarum cursum in *locis* pariter atque *temporibus* admodum vicinis. Nec patiebatur *Mindari Navarchia*, quam & in *fine Thucydidis* & *initio Xenophontis* legimus, ut tantum fuerit ab unius Auctoris *fine* ad alterius *initium* intervallum.

Neque vero duntaxat Cl. *Ufferium*, verumetiam *Diodorum*, fefellit hæc utriusque Historici commissio. Sic enim ille *Thucydidem* intellexit quasi annum, in quo desit, (quem ille *pereram* XXII^m. numeravit,) absolvisset. Longius ille quidem aberravisset, si Belli annum alium, à quo cœpit *Xenophon*, fuisse censuisset. Nec ab eo etiam errore forsitan immunis erat, cum *Navarchiæ Mindari duos* numerat annos. Sed non à *Vere*, sed à *Solstitio* cœpisse oportet annos *Diodori*, qua cum *Olympiis* & *Archontibus* conferuntur. Cæterum ne quidem ita recte calculum posuit *Diodorus*. Desit enim *Thucydides* paulo ante *Æstatis* suæ *finem*, quem *semestrem* esse diximus. Meminit ille certè ^b *μετοπώρας*, Autumnum nimirum illum intelligens qui *frugum maturitatem* complectebatur, non autem *trimestrem tempestatem* quam ille *Hyemi* accensere solet, ut alibi observavimus. Is tamen *Autumnus* non longe ab *alterius* Autumnii *initio* abesse potuit, & ad novi *Archontis* mensẽ proinde *tertium* porrigebatur. Et proinde *Xenophon* victum ab *Hegesandrida Thymocharem* memorat ante *Hyemis initium*. Sed major alius est error *Diodori*, qui tamen forte è priori manavit,

Sect. XXI.
Periit Navarchus Mindarus Olymp. 92. 2. exeunte.

^b *Thucyd. l. VIII. n. 108.*



navit, cum *duos* proinde annos *Olympicos Mindaro* tribuit, *Olymp. xcii^o. secundum* atque *tertium*. Tertii enim partem nullam potuit videre *Mindarus*. Coepit annus *Belli Thucydideus* anno illius *Olympiadis 1^o*. desinente. Coeperat autem ante *finem* *Historiæ Thucydideæ* annus ejusdem *Olympiadis 2^{us}*. *Χειμῶν ἤδη λήγῃ* *novos Mindari* apparatus refert *Diodorus*, vel ex ipso fortassis *integratori* (quam habemus) *Xenophonte*, vel ex alio aliquo *Horographo Annalista*, qui non ad *Magistratus*, sed ad *tempestates*, *Annales* exegerit. Sequitur deinde *prælium*, quo periit *Mindarus*, ad *Cyzicum*, tam brevi autem post apparatus spatio ut fefellerit illum *Atheniensem* celeritas. Sic *Veris initium* fortasse viderit. Ultra enim pertingere non potuit. Ut perierit anno *Belli xxi^o*. desinente, vel *ineunte xxi^o*. anno *Olympiadis xcii^o*. 2^o. omnino desinente. Hic ergo nota anni novi *ineuntis* mox à cæde *Mindari* saltem inferenda erat, *vere* *ineunte*, quanquam nulla in *Codicibus Xenophontis* appareat hodiernis. Sic ille non *interpolatus* tantummodo, verum etiam *mutilatus*, ad nos pervenit. Certe quæ sequuntur, ad novum annum suum retulit *Diodorus*; oppugnatam *Chalcedonen*, munitam *decimis* navigantium exigendis *Pylon*, &c. In eo tamen erravit quod ad annum *Olymp. xcii^o*. 4^m. illa retulerit. Propterea scilicet, quod *Mindari* cladem ad annum *Olymp. xcii^o*. 3^m, & quidem *exeuntem*, distulisset.

Sect. XXII. Sed malæ commissionis annorum à diversis proditorum ipse se *Diodorus* redarguit. Dum enim in *Hellesponto* copiæ *Atheniensem* universæ versarentur (quod hoc ipso tempore contigit, quo *Mindarum* profligaverunt) expugnatam narrat à *Lacedæmonis Pylum*. Et quidem *πεντεκαίδεκα* (inquit) *ἔτη τῶν Ἀθλαίων αὐτῶν κατοχηκότων, ἀφ' ὅτα Δημοσθένης αὐτῶν ἐτείχισεν*. Munivit *Pylum* *Demosthenes* anno *Belli vii^o*. ut è nostra constat *Chronologia Thucydidea*. Itaque xv annis adjectis, annus erit *Belli xxi^{us}*. quo *Pylum* tandem in suam potestatem redegerunt *Lacedæmonii*, cujus pars *ultima* tantummodo in annum *Olymp. xcii^o*. 3^m. conveniebat *ineuntem*. Sed superioris anni *fine*, vel hujus *initio*, perierat *Mindarus*, & *biennio* adeo in *Olympiadum* annis peccat, hoc in loco, *Chronologia Diodori*, dum recte ab *Auctoribus* prodita male ipse *committit*. Cum *Mindaro* naves omnes vel captæ, vel corruptæ, sunt. Itaque res *nautica* denuo erat à *Peloponnesis* instauranda. Quod quidem hoc anno *Belli xxi^o*. factum, opera *Pharnabazi*. *Convocatis* enim *Urbiū* *σπαρτηγῶν* & *Classis* jam *amissæ Trierarchis*,

Is ann. probatur fuisse *Belli xxi*. cujus tamen *initium* desideratur in hodierno *Xenophonte*.

a *Thucyd. L. IV.*
n. 3, 4.

b *Xenoph. L. I.*



chis, triremes apud Antandrum ut ædificarent jubet, quot ipsorum quisque amisisset; simul eos & pecunia sublevat, & materiam de Ida sumendam ait. Itaque hujus anni fuerit oportet Nauarchus Pasippidas. Hic enim τὸν αὐτικὸν ἠθροικὴ δὲ τῶν συμμάχων. Ita Xenophon. Ab illis nimirum Urbium στρατηγῶν, quibus rem Nauticam denuo instaurandam commiserat Pharnabazus. Non autem Mindari nomine rem Nauticam administravit Pasippidas dum alius Nauarchiæ successor appelleret. Ut enim Lyfander Πισιδεύς Araci ea gessit omnia quæ tempore Nauarchiæ Araci gesta memorantur; ita certe, interfecto Mindaro, non alium utique Mindari munus administrasse verisimile est, quam Mindari Πισιδέα. Sed vero alium à Pasippida, Πισιδέα Mindari Hippocratem memorat ipse Xenophon. Successor ergo, non Vicarius, erat Mindari Pasippidas. Sed successor omnino proximus, cui classis erat, post cladem Mindari, de novo colligenda. Sed diu ille tenere non potuit. Mox enim proditiæ Thasi accusato atque in exilium acto successor missus est Cratesippidas, proximus & ipse Pasippidæ, qui classem accepit à Pasippida coactam. Nota illa temporis quo Thasiorum illa seditio concitata est qua pulsus est Harmostes Laconicus. Eteonicus κατὰ τὸ καὶ τὸν τέτον, idem, ni fallor, designat tempus quo novi venerunt, & in locum Hermocratis suffecti Syracusanorum duces, & quo Syracusani utilem operam Antandriis in muro instaurando navabant, quod idem fuisse docet Xenophon quò & classis ædificabatur. Mox ergo postquam naves constructæ sunt secuta illa est seditio, mox etiam à seditione exulavit Pasippidas, & in locum exulantis suffectus est Cratesippidas. Et mox item à nece Mindari classem novam apparandam curavit, uti vidimus, Pharnabazus. Itaque ad annum illum spectabit initium Cratesippidæ Laconicum qui posteriori parte anni Belli xxii. inivit. Nempe post mensem tertium anni tertii Olymp. xcii. Sed & alias hujus anni notas dedit Xenophon. Imprimis illam quod hoc anno redierit in Siciliam jam exul Hermocrates. Meminit tamen hujus reditus superiori anno Thucydides; sequenti Diodorus, anno nimirum hujus Olymp. xcii. 4°. Media sententia fortasse verisimilior est. Nec rem fortasse tunc gestam voluit Thucydides. Imo noluit, ut videtur. Idque innuunt fortasse verba τὰ πελάγη ad posteriora temporá hæc esse referenda. Hoc item anno Clearchum ab Agide missum ad Byzantium memorat Xenophon. Et postea anno Olympiadis 4°. illum Byzantii sævitia infamem deprehendit Alcibiades, teste Diodoro.

^a Xenoph. L. I. Hell.

^b Thucyd. L. VIII. n. 85.



Hoc denique anno excisas ab Hannibale Pæno Urbes in Sicilia trimestri spatio duas, Selinuntem & Himeram, tradit Xenophon. Et Belli ortum atque apparatus hoc ipso anno Olympiadis 3^o. statuit Diodorus. Sed in apparatu τὸ τε δέξασθαι ἐκεῖνο καὶ τὸν συνάπτοντα χειμῶνα insumfisse tradit Diodorus, è Chronologo aliquo Horographo. Ita Bellum ipsum ad sequentis anni ver dilatatum fuerit. Sed σπατεία, quæ vox est Xenophontis, tam de apparatu potuit, quam de rebus gestis, intelligi.

Seçt. XXIII.
In anno Belli
XXIII. designan-
do errores, non
Xenophontis, sed
Interpolatoris.

Sequitur in Xenophonte annus Belli xxiii^{us}. ab Interpolatore falsissimis notis insignitus: τῷ δὲ ἄλλω ἐτῷ [ἃ ἔω Ὀλυμπίας τρίτη
ἔνενηκστή, ἢ πεσσεύεσσα ζωωεῖς ἐνίκα Ἐυαγόρου Ἡλείου, τὸ δὲ σῆδιον
Ἐυβότου Κυρηναιῶν, ἐπὶ Ἐφόρου μὲν ὄντος ἐν Σπάρτῃ Ἐυαρχίππου, Ἀρ-
χόντος δὲ ἐν Ἀθλαῖσι Ἐυκλήμενος] Ἀθλαῖοι μὲν ἔορακέν &c. Quæ
uncis inclusimus, ea Xenophontis non fuisse, res ipsa loquitur,
sed imperiti Interpolatoris. Nec numeris Thucydideis respondet,
ut hic annus fuerit Olympicus. Annos enim Belli iv^m. & xii^m. pro
Olympicis habet ille, quem Xenophon, ut continuare, ita imitari,
voluit. Hæc autem si vera, xxiii^{us}. Olympicus esse non potuit.
Imo ne numeris hujus ipsius Operis Xenophontei. Annus enim qui
deditionem Urbis sequebatur, hic pro Olympicus habetur, & recte.
A Belli scilicet initio xxviii^{us}. Is autem, si Olympicus fuerit, hic
in quo versamur, Olympicus esse non potuit. Reliquorum enim
annorum inter hunc & xxviii^m. initia in Xenophonte ipso ita ma-
nifesta sunt, ut numerum quaternarium excedant, nec adeo in-
tervallo Olympicus respondere possint. Non potuit se pro-
dere luculentius Interpolator, cum nec præcedentia, nec se-
quentia, respondeant. Nihil ergo est necesse, ut vitiatæ Chro-
nologię ipsum propterea accusemus Xenophontem. Facilis erat
erroris occasio, quod (ut è Diodoro vidimus) anni superioris
gesta nonnulli anno Olympiadis xcii^a. 4^o. tribuerint. Id enim
si fuisset verum, hoc anno aliam Olympiadem inire consen-
taneum erat. Sed non aliunde error ille ortus fuisse videtur,
quam quod Chronologiam, quæ tempestatibus annos designave-
rit, cum alia illa, quæ hoc idem fecit per Magistratus annuos,
imperite confuderint juniores. Sed tempestatum notas hoc
etiam ipso anno, pro Thucydidis exemplo, servavit Diodorus.
Ἀρχοῦ μὲν τῶ δέξασθαι Thrasyly (qui Diodoro semper Thrasybulus est,
sed Plutarch. Alcib. Thrasyly) Athenis ad Samum pervenisse di-
citur. Ἀρχοῦ μὲν τῶ σιτῆ (& anno Attico Archontis proinde ex-
sunte) in Lydiam. Μετὰ ταῦτα Ephesum die, ex quo in Lydiam
appulisset, xvii^o. ubi & victus est, anno jam (ut videtur)
Olym-



Olympiadis xcii^m. 4^o. ineunte. Et sane anno *Olympiadis* iv^o. hanc cladem tribuit etiam *Diodorus*. Hic nuper appulsi cum novis, post *Hermocratis* exilium, ducibus *Siculis*, *Selinuntis*, propter operam in hoc prælio fortiter navatam, non ἀτέλειαν duntaxat, verumetiam πολιτείαν concessam tradit *Xenophon*, ἐπεὶ ἡ πόλις ἀπολώλη. A Civitate sua etiamnum salva, propter συμμαχίαν quam fuerant cum *Syracusanis* pacti, missos fuisse verisimillimum est. Sed tribus mensibus utramque Civitatem direptam fuisse docuerat *Xenophon*, tam *Selinuntiam* quam *Himerensem*. Prior tamen excisa est *Selinuntia*. Ita satis opportune nuncium excisæ patriæ accipere poterant *Selinuntii* cum *Thrasylum* vincerent. Deinde cum *Lampsacum* appellerent, χειμῶν ἐπιή. Hic ergo ἐχείμαζον *Lampsacum* munientes. Quis hic non videt notas Chronologiæ *Thucydideæ* quæ ad anni tempestates, non autem ad Magistratus, annos ipsos exigebat? Nullo ergo iudicio *Interpolator* hos eisdem annos ad Magistratus exigendos arbitratus est. Hoc autem anno Nauarchum *Cratesippidam* agnoscit *Diodorus*. Male tamen hoc anno missum existimavit, cum *medium* inter illum atque *Mindarum Pasippidam* non agnosceret, & *Mindarum* Olympiadis hujus xcii^m. anno 3^o. periisse crederet.

Anni proximi xxivⁱ. initium ita designatum legimus in Textu *Xenophontis* hodierno: τὸ δ' ἐπιόντων ἐτὸς &c. Ἐπεὶ δ' ὁ χειμῶν ἔληγε, [Παντακλέης μὲν Ἐφορευόντων, Ἄρχοντες δ' Ἀντιγύες,] ἔαρ δὲ δεχομένους [δυσὸν καὶ ἔκροσιν ἐτῶν τῷ πολέμῳ παρεληλυθότων,] οἱ Ἀθηναῖοι ἐπώλεσαν εἰς Προικόννησον &c. Sed quem annum *Belli* xxii^m. hæc verba fuisse volunt, nos xxiii^m. jam probavimus, cum annum qui præcessit xxii^m. è *Diodori* testimonio conficeremus. Sic à vero quo inierint *Belli* anno, unico duntaxat anno discrepabant *Archontes* atque *Ephori*, tam hujus quam superioris anni, & errore consono (cujus occasionem jam vidimus) utrobique erraverit *Interpolator*, quod sane verisimillimum est. Quamquam ergo annos *Belli* hunc in modum soleat numerare in annorum exitu *Thucydides*, hosce tamen numeros à *Xenophonte* nullos fuisse censeo. Nullum certe, qui non sit erroneus, in hodierno *Xenophontis* Textu legimus, ut & in aliis ostendimus. Et si numerum hunc in coævo sibi Textu reperisset *Interpolator*, fieri vix potuit ut annum illum ipse cum *Olymp.* xciii^a. & *Belli* anno proinde xxiv^o. conferret, quem *Xenophon* ipse xxii^m. numeraverat. Itaque ab alio, sed juniore, *Interpolator* hos quoque numeros fuisse censeo, falsissimos utique, & à *Xenophontis*

Seçt. XXIV.
Annus *Belli*
xxiv. Alius ju-
niorque *Inter-*
polator numeros
annorum addi-
dit. Non ipse
certe *Xenophon*.



mente alieniffimos. Hic etiam pariter atq; superioris anni *Magistratibus* committendis manifesta *Interpolatoris* oscitantia est. Utrobique enim cum *Vere* ineunte *Magistratus* illos contendit, quorum alii *Æstate*, alii *Autumno* inierint: *Æstate* *Archontes*, *Éphori* autem *Autumno*. Quis credat ita labi potuisse cœvum his temporibus ipsum *Xenophontem*? Hucusque autem in *Nauarchiæ* munere erat *Cratesippidas*, ut ante hujus anni *Laconici* initium (qui 1^o. demum *Olymp.* xciii^o. anno cœpit, *Octobris* autem *Juliani* die xii^o.) ne quidem potuerit succedere *Lysander*. Tempus enim *Nauarchiæ* legitimum implevisse *Cratesippidam* docet *Xenophon*. *Lysandrum* enim illi, τῆς ναυαρχίας παρεληλυθίας, suffectum esse testatur. Erat ergo legitima *Nauarchiæ* *περθεσμία*, explevitque illam *Cratesippidas*. Sed annua majorem fuisse exinde colligimus, quod anno tenuerit *Astyochnus*, qui malæ fidei suspectus munere *exutus* est, & *Mindarus* etiam qui in munere *occisus* est. *Biennio* autem *diuturniorem* fuisse ne quidem patitur *Nauarcharum numerus* qui his annis tenuit *Belli Peloponnesiaci* postremis. Et quidem licet *annuam* duntaxat agnoscat *Diodorus*, uno *commissionis* errore, ut vidimus, in alium illum impellente; *biennem* tamen fuisse ostendit melior *Diodoro* testis *Xenophon* ipse. Numerantur enim duo, ad minimum, anni ab eo quo *Pasippide* successit *Cratesippidas*, ad illum quo *Cratesippide* *Lysander*. Hoc certe anno res alias ab *Alcibiade* gestas testatur *Xenophon*, expugnatam *Chalcedonem*, inducias cum *Pharnabazo*, captam *Selymbriam* atque *Byzantium*. Nempe post *hiberna Lampsacena*. Et quidem ita, ut proximis *hibernis* nuncium de *Byzantii* oppugnatione acceperit *Pharnabazus*. Hoc enim etiam docet *Xenophon*. Hinc *duorum* fuisse colligitur *annorum*, quæ tamen pro *unius anni* gestis habet *Diodorus*. Hinc etiam, *nondum* in patriam *rediisse* ipsum *Alcibiadem*. Atqui certum est, ante *reditum*, nihil ab eo gestum cum *Nauarcho Lysandro*, proximi autem anni, cum è patria ad *Bellum* reversus esset, *initio* fuisse. Hinc sane colligitur, hoc anno *Laconico*, qui hujus anni *Juliani* die *Octobris* cœpit xii^o, *Cratesippide* successisse *Lysandrum*, ut proximo *Vere* *Nauarchus* cum *Alcibiade* res gerere posset. Ita necesse est *duobus* annis tenuisse *Cratesippidam*, & illud adeo *tempus* fuisse *Nauarchiarum legitimum*. Ita recte convenient, quæ sequuntur, omnia.

Sect. XXV.
Annus Belli
xxv Xenophon-

Anni xxv. ad illa verba statuendum censeo *exordium*: Ἀρχε-
μέγας δὲ τῆς ἑαροῦ παρελομένοις αὐτοῖς ὡς βασιλεία &c. Hoc novi anni
ini-



initium ab *Interpolator*e non observatum esse exinde colligimus, quod *nulli* hic occurrant, ut in binis præcedentibus frequentibusque, *annui Magistratus*. Inde factum ut, cum frequentibus annis veros *Archontas Ephorosque* apposuerit *Interpolator*, in præcedentibus uno citius anno quam oportuit, errore utrobique sibi *consentaneo*, illos apposuerit. Nihil ergo opus est, ut annum hoc in loco *insitutum* cum ^a *Petavio* comminiscamur. Plane enim necessarium esse constat, cum & res *gestas* alias, & à novo *Vere* ductas, complectatur. Exinde etiam, quod ita errore *uniformi* sibi respondebunt additi ab *alio* *Interpolator*e annorum *numeri*. Ut enim quem *junior* ille *Interpolator* annum Belli *xxii^m*. censuit, nos jam *xxiii^m*. fuisse probavimus; sic etiam è dicendis constabit, quos ille *xxiv^m*. & *xxv^m*. numeravit, eos revera *xxv^m*. fuisse atque *xxvi^m*. Nec aliunde verisimilius *erroris* illius *ortum* arcessi posse puto, quam quod hoc loco anni novi *initium* non *observavit* prior ille & antiquior *Interpolator*. Age tamen quæ diximus ea vera esse probemus. Hoc certe anno, nec admodum affecto, *Athenas Xenophon* venisse testatur *Alcibiadem*, ut è temporis *notis* omnibus apparet, qua quidem sibi invicem *ipsæ* conveniunt. *Diem* quo rediit *Alcibiades Plynteriorum* fuisse consentiunt tam *Xenophon* quam *Plutarchus*, & proinde pro *infausto* habitum à *Civibus* coævis, tam ipsi *Alcibiadi*, quam *patriæ*. *Causam* illius *Superstitionis* reddit uterque. Non facilis erat error in *facto*, cum *coævis* dies metum eorum injecerit quæ erant secutura. Addit ^b *Plutarchus Thargelionis* ἑκτη Φθίνουτος fuisse hæc *Plynteria*. ^b *Plutarch. Alcibiad.* Paulo aliter *Photius* in *Lexico MS^o*. inedito præstantissimi *Galæi Scholæ Paulinæ* moderatoris meritissimi. Verba describam, quia nonnulla complectuntur vix alibi reperienda. Sic autem habent: Καλλιπῆρια καὶ Πλωτήρια, ἑορτῶν ὀνόματα. Γίνονται μὲν αὐτὰ Ἐσθλῶν, μῶρος ἐνάτη μὲν ἐπὶ δέκα, Καλλιπῆρια δὲ πρῶτα δὲ Φθίνουτος, πρὸ Πλωτήρια. Τὰ μὲν Πλωτήρια Φησὶ [Verba hæc veteris cujusdam *Scholiastæ* fuisse videntur è quibus maximam partem constabant vetera *Lexica*. In ipsum fortasse *Xenophontem*. *Historicorum* enim veterum *λέξεις* in illis locum habuisse ex *Hesychii* *Præfatione* constat, multisque aliis veterum *Lexicorum* vel *Breviariis* vel *Fragmentis*. Imo in hoc ipso *Photii* *Lexico* locum habuisse docet ipsa *Photii* *Præfatio*.] Ἀπὸ τὸν θάνατον τῆς Ἀρχαίας ἐν τῷ ἐνιαυτῷ μὴ πλωθῆναι ἐσθλῶν, εἰς ἕτω πλωθῆσαι, πρὸ ὀνομασίας λαβῆν ταύτην. Τὰ Καλλιπῆρια, ὅτι πρῶτη δοκεῖ ἢ Ἀρχαία φησὶ ἱερεῖα τὰς θεὰς κοσμήσαι, διὸ καὶ Καλλιπῆρια



τήρια αὐτῇ ἀπέδειξαν. Καὶ γὰρ τὸ κερμεῖν καὶ λαμπρῶσαι ἐστίν. Si plures fuerint festi dies, primam fortasse Plutarchus, postremam autem, designarit Photius. Sed priori potius redierit Alcibiades. Itaque anno Attico, pariter ac Olympico, exeunte redierit oportet. Atqui anno Olympiadis xciii^a. 1^o. reditum illius statuit Diodorus, cujus exitus cum huic Belli anno xxv^o. conveniat, non alio utique quam hoc anno redire potuit. Hic illum detinuit φιλοπρία τις (inquit Plutarchus) ὅσα ἀγῶνης usque ad *Mysteriorum* diem illum quo Jacchi pompa Athenis ad Eleusinam deduci solebat. *Mysteria* non parva mensis Anthesterionis, (quorum meminit Plutarchus in Demetrio,) sed majora potius Boëdromionis, intelligi necesse est. Diem enim illum, quo deducendus erat Jacchus, Boëdromionis xx^m. fuisse, tam in Camillo quam in Photione docet Plutarchus. Et de *Mysteriis* his ab Alcibiade celebratis astipulatur Plutarcho etiam Xenophon. Inde intelligimus quomodo Xenophon intelligendus sit, cum ait, Alcibiadem μὲν τὸ κατάπλεον τρίτῳ μῶνι ad Bellum rursus discessisse. Necesse est ut tres à reditu menses Athenis absolverit, tum deinde discesserit paucis antea diebus quam 4^m. penitus explevisset. Hoc certe innuit Plutarchus mox à *Mysteriis* Alcibiadem ad arma se contulisse. Id, ni fallor, ostendunt verba illa κατέχευεν αὐτὸν ἄχρη τῶν μυστηρίων. Nempe nisi detentus fuisset, non eousque illum à Bello abfuturum. Addidit postea Plutarchus: ἐσπείρισαν αὐτὸν ἐκπλεῦσαι πλὴν ταχίστω. Itaque exeunte Boëdromione Attico, & proinde Septembri Juliano, vel Octobri ineunte, caeperint res hujus anni in Lysandrum gestæ ab Alcibiade. Addit Xenophon aliam hujus anni notam, quod hoc anno Carthaginenses Agrigentum per septem menses obsessam expugnarint, vel potius quod hoc anno στρατεῖαν suscepserint, quam obsidionem, quæ sequenti anno peracta est. Olympiadis enim xciii^a. anno 3^o. excidium illud tribuit Diodorus. Idque rectissime. Is menses obsidionis numerat, non ut Xenophon vii, sed viii. Ait χειμῶνα ἐνεσηκένον, & μικρὸν παρεχαιμερῆς τροπῆς Pænos Urbe potitos. Facile inde colligimus Autumno captam, quæ Vere ineunte obsideri caepa est. Numerat inde Diodorus annos cclx. usque ad excidium Carthaginis à Scipione Africano juniore. Annus Belli hujus xxvi^{us}. idem erat, ut è nostra Chronologia constat, U. C. Varron. 348. Adde 260. Annus excisæ Carthaginis idem erit U. C. Varronianus 608. Id quod sane verissimum erit.

Secl. XXVI.
Annus Belli
xxvi. stabilitur.

Annus xxviⁱ. initium sic exhibet hodiernus Xenophon: τῷ δὲ ἐπιόντι ἐτῆ, ὃ ἤτε σελεύη ἐξέλιπεν εἰσέρας, καὶ ὁ παιδαῖος τῷ Ἀθλιῶς νέως ἐστ



ἐν Ἀθλώσις ἐνεπερήθη, [Πιτύς μὲν Ἐφορεύοντες, Ἀρχοντες δὲ Καλλίς Ἀθλώσιον,] οἱ Λακεδαιμόνιοι τῷ Λυσίνδρω, παρεληλυθότες ἤδη τῷ χρόνῳ, [καὶ τῷ πολέμῳ πεπάρων καὶ ἔκθεσιν ἑτών,] ἐπεμψαν ἐπὶ τὰς ναῦς Καλλιχεραπίδαν. Annum hunc certum facit *Eclipsis* illa *Lunæ*, quæ fatis opportune contigit pro mente *Xenophontis*, etiam *εσπέρας*. Talem enim agnoscit ^a *Muller* *April.* xv. hor. 23. 36. 49. post *mediam noctem* superiorem, anno *Periodi Fulianæ* 4308. Nec aliter ^b *Usserius*. ^c *Petavius* è *Tabulis suis Parisinis Aprilis* diei tribuit xvi°. Et quidem anno *Olymp.* xciii°. 2. *Tabulæ nostræ Munych.* i. ab *April.* die ii°. cœpisse docent. Sic *Plenilunium Munychionis* (cujus *ultimus* erat *exemptilis*) diei xv. vel xiv. convenerit. Estque rursus exemplum, quam accurate *Cyclus Metonicus* cum *Cælo* consenserit, quod tamen (nondum constituta *Chronologia Xenophontea*) non occurrebat. Hinc ergo supplenda ea quæ supra ^d differuimus. Convenit autem hæc *Eclipsis* primo anni ineuntis *mensi*, qualis & *alia* erat, cujus meminit *Thucydides*. Et plane *Thucydides* exemplum in *Eclipsibus* observandis, cum jam maxime ferverent studia *Astronomiæ*, *Xenophon* imitatus est. Etiam in *Operis aditu* pro *omine* videtur habuisse *Thucydides*, quod ^e *Eclipses* fuerint, hoc *Bello* gliscente, quam *antea*, frequentiores. Quam *vera* illa fuerit *Observatio*, jam non disputamus. Hoc saltem inde manifestum est, magis *tunc* quam *antea* fuisse *observatas*. Idque nobis sufficit, *Eclipses* observasse illius temporis *Historicos*, recepto jam in *Civilem* usum *Kalendario*, cujus *Novilunia* ac *Plenilunia* nunquam longe à *Noviluniis* & *Pleniluniis Eclipticis* discedebant. Hinc autem jam, ad *Belli* usque *finem*, post illum annum, quem non *vidit* *Interpolator*, recte committuntur invicem, ut *antea*, *Archontes* & *Ephori*. Nec illud modo. Cum *veris* etiam committuntur, quod *non* *antea*, *Belli* *annis*. Quid inde manifestius est quam illum lapsi oculi errorem causam fuisse, quæ, non ipsum certe *Xenophontem*, sed *priorem* tamen illius *Interpolatorum*, in alios errores seduxerit? *Veram* autem esse, ab hoc anno ad *Belli* finem, *Xenophontis* *Chronologiam*, undequaue constat. Sic enim manifesta sunt *hujus* & *sequentium* annorum *initia*, ut nulla prorsus sit *anni* vel *redundantis*, vel *deficientis*, suspicio. Utque nos habemus, ita illos in *Codicibus* sibi cœvis reperit antiquior *Interpolator*. *Ephoros* continuos fuisse constat è *Catalogo Ephorum* quem ipse *Libro Xenophontis* 2°. inseruit. *Archontes* autem illius *continuos* esse docet *Diodorus*. Et *veram* etiam esse *commissionem* partim

Unde orti fuerint Interpolatorum errores.

^a Muller. Tab. P. 174.

^b Usser. ann. Per. Jul. 4308.
^c Petav. Doctr. Temp. L.x.c.28.

^d Diff. I. §. 24.

^e Thucyd. L. I. n. 23.



^a Thucyd. L. II.
n. 2.

^b Meurf. Arch.
Ar.

partim è ^a Thucydide colligitur, qui primum Belli annum tam *Archonte* designavit, quam etiam *Ephoro*, & in reliquis etiam quos memorat obiter, seu *Archontas*, seu etiam *Ephoros*, loquitur, ut è nostris constat *Annalibus*, consentientissime; partim ex ipso *Interpolator*e, qui annum *finiti Belli* suo insignivit *Archonte* atque *Ephoro*, suffragantibus illi melioribus, vel saltem magis exploratæ fidei, Auctoribus, de quibus consulendus

^b Meurfus. Quam ergo certa hæc sunt, tam etiam certum esse necesse est, *numeros* illos quos in hodiernis Codicibus *Xenophontis* legimus anni xxiiⁱ. xxivⁱ. xxvⁱ. ab ipso ne quidem esse potuisse *Xenophonte*. Imo ne quidem *prioris Interpolatoris* ætate locum in *Textu* reperisse verisimile est, qui tam brevi annorum xxvii, imo ne quidem vii, spatio tam aliena *interpolare* ausus non fuisset, si tot locis tam manifesta occurrissent, in ipso *Textu*, in *contrarium* testimonia. Imo verisimilem hujus quoque erroris *occasionem*, ni fallor, deprehendi. Observavi in his numeris unum & sibi consonum errorem ab anno *Belli* xxii^o. Ita scilicet, ut ubique numerentur uno, quam oportebat, anno *pauciores*. Vel inde colligimus annum, qui prætermisus est, locum habere oportere inter *finem Thucydidis*, qui ad anni xxiⁱ. partem *mediam* & illum quem numeravit *junior Xenophontis Interpolator* xxii^m, & omissum proinde annum non alium utique fuisse quam qui fuerit revera xxii^{us}. Locum autem *Xenophontis* jam è *Diodoro* ostendimus quo res gestæ narrantur anni xxiiⁱ. Sic tamen ut *novi anni* nullum vestigium in hodierno *Xenophontis Textu* appareat. Hinc facilis erat causa cur annos uno pauciores numeraret *junior Interpolator*. Et, cum ita numerarit, vel inde colligimus, jam *olim* mutilatum esse ad eundem modum *Xenophontis Textum*, cum *junior* ille viveret *Interpolator*. *Senioris Interpolatoris* ætate *nondum* fuisse suspicor. Is enim *prioribus*, ut vidimus, duobus *Archontibus Ephorisque* uno anno plures quam oportuit numeravit, dum annis *Belli*, quos xxii^m. & xxiii^m. 2^{us}. numeravit *Interpolator*, Nos autem xxiii^m. & xxiv^m. fuisse probavimus, *Archontas* ille *Ephorosque* assignavit, qui tamen Magistratum non *inierint* ante annos *Belli* revera xxiv^m. & xxv^m. *Duorum* fuisset in tam paucis annis, qui ab anno *Belli* xxi^o. fluxerant, error, si nullam ille in *coævis Codicibus* anni xxiiⁱ. notam reperisset, qui sane parum verisimilis est. Nisi forte *retro* ille numeros duxerit ab *Olympiadis* xciv^æ. anno 1^o. quo constituti sunt à *Lysandro* xxx *Tyranni*, ad *Olympiadis* xciii^æ. annum 1^{um}. quo rediit *Alcibiades*.



biades. Prior autem *Olympias* xcii^a. non ad *Historiam* spectabat *Xenophontis*, sed potius *Thucydidis*, ut proinde illam à consilio suo alienam censuerit *Interpolator*. Sic poterant biennio ab eorum numeris discrepare qui Codicibus *Xenophontis* mutilatis usi fuerint, etiamsi ipse integros habuerit, si annos illa *Olympiade* priores ipse non numerarit. Estque hæc fortasse conjectura verisimillima. Et tamen veteres illos esse numeros colligere licet, si quidem hinc sumserit *Cornelius Nepos*, quod habet in vit. *Lysandri*, c. i. *Athenienses illum sexto & vicesimo anno Bellum gerentes confecisse*.

Hujus autem anni partem magnam in *Nauarchia* tenuit *Lysander*. A *Septembris* autem die xx. cœpit novus annus *Laconicus*, quo successerit illi *Callicratidas*. *Nauarchiæ* tempus integrum explevisse testatur *Diodorus*: παρεληλυθότεν ἤδη τὸ τὸ *Nauarchίας χρόνον*. Idem tamen *Diodorus* unicum annum *Lysandro* concedit *Olymp.* xciii^a. 1^m, duos autem *Callicratidæ*, 2^m. scilicet ac 3^m, quem nemo tamen Veterum tempus legitimum absolvisse tradit. Quis hic non videt quam imperite cum annis *Olympicis* *Nauarchias* commiserit *Diodorus*? Reddatur ergo *Lysandro* prior annus detractus *Callicratidæ*, & satis commode se habebunt omnia. Sic enim primum *Olympiadis* annum tenuerit & secundum quod sane necessarium erat. Anno enim *Olympiadis* 1^o. exeunte rediit, ut vidimus, *Alcibiades*, cujus in *Lysandrum* gesta omnia post reditum legimus. Itaque 2^o. *Olympiadis* anno res Bello gestæ omnes à *Lysandro* assignandæ sunt. Tantæ quidem illæ, ut classem traditurus *Callicratidæ* *Γαλασσοματείαν* venditaret, & tantæ adeo, ut ad annum illum explendum sufficerent, cujus si partem aliquam tenuerit totum tenuisse necesse erat, quem tempus omne *Nauarchiis* constitutum explevisse constat. Hoc inde etiam firmatur, quod annum *Callicratidæ* unicum concedat melior *Diodoro* testis *Xenophon*, quem etiam eodem anno *Olympico* 3^o. concludendum (quod facit ipse *Diodorus*) mox probabimus. Sic è *Nauarchiis* recte se nostros habere calculos constabit, falsos autem esse posterioris *Interpolatoris*, qui hunc *Belli* annum xxv^m. superiorem xxiv^{um}. numerat.

Annus *Belli* postremus, idemque xxvii^{us}. pro priori parte cum *Olymp.* xciii^a. anno 3^o. pro posteriori autem cum 4^o. concurrebat. Et proinde annus ille *Xenophontis*, qui illius *Olympiadis* annis illis respondebat, non alius utique fuerit quam *Belli* xxvii^{us}. quibuscunque demum numeris illum vitiatus alienusque

Y y

nusque

Sect. XXVII.
Hoc anno *Nauarchia* deceſſit *Lysander*, inivit autem *Callicratidas*.

Sect. XXVIII.
Anni xxvii. nota. *Lysander* ἐπιστάτης. *Cyri* reditus. *Darii* *Nothi* mors.



a Xenoph. Hel-
len. L. II.

nusque ab Auctoris mente *Textus* designaverit. Is autem incipit illis verbis, tam Auctoris, quam *Interpolatoris*: τῷ δὲ Πρωτόντι ἔτι, [ἐπὶ Ἀρχύτῃ μὲν Ἐφεσέουτῳ, Ἀρχόντῳ δὲ ἐν Ἀθῆναις Ἀλεξίῃς,] Λύσανδρῳ ἀφικόμενῳ ἐς Ἐφεσον μετεπέμψατο Ἐπειόνικον ἐκ Χίῃς &c. His anni *hujus* jam descriptis *partibus* respondent *annui Magistratus* etiam *Interpolatoris*. Ita scilicet, ut hoc *Belli* anno inierint. Ea tamen illius *parte* quam patiebantur anni *Attici* atque *Laconici*. Nec refragatur ipse *Xenophon*. Res enim *hujus* anni à *Xenophonte* memoratæ his anni *hujus partibus* conveniunt. Hoc anno *Ephesum Lysandrum* venisse testatur *Xenophon*. Et quidem *posteriori* illius *parte*, qua jam inierant prædictus *Archon* atque *Ephorus*, venisse credidit *Interpolator*. Hic certe non absurde, pro mente etiam ipsius *Xenophontis*. Mox enim, cum appulisset *Lysander*, *Eteonicum* è *Chio* cum navibus arcessitum memorat. Sed vero ipso *Libri* II. initio *hyemis Eteonico* in *Chio* etiamnum versanti coeptæ meminit. *Semestris* scilicet, pro more *Thucydidis*, quæ à mense *Attico* IV°. *Laconico* autem I°. coepit. Et quidem *Lysandri* in *Asiam* adventum, Archonte *Alexia*, & *Olymp.* XCIII. anno IV°. statuit etiam *Diodorus*. Ut ne dubitemus quin *hujus* anni *Laconici* initio coeperit *Araci* quidem *Nauarchia*, *Lysandri* autem *Legatio*. Adit *Xenophon*, tunc ad *Patrem* suum ægrotantem profectum esse *Cyrum*, quam ægritudinem fatalem in *Cyri Expeditione* idem agnoscit. Convenit satis accurate quod alibi tradit ipse *Xenophon*, Legatos *Atheniensium*, postquam *triennio* detenti fuissent à *Cyro*, tandem rogatu *Pharnabazi* dimissos. *Triennium* hoc vix est quod dubitemus quin hoc *Cyri* ad *Patrem* ægrotantem discessu fuerit terminandum. Sed vero Legati illi deducendi erant à *Pharnabazo* per foedera inita cum eodem ad *Chalcedonem*. Hæc autem foedera inita anno illo quem *proximum* ostendimus ante reditum *Alcibiadis*, *Belli* proinde anno XXIV°. (pro nostris numeris) affecto. Itaque hoc *triennium* à foedere illo *Chalcedonensi* hoc ipso *Belli* anno deserit, in quo versamur, XXVII°. similiter affecto. Videt Lector quam hæc nostra *Chronologia* non minus cum *Xenophonte*, quam secum ipsa consentiat. Astipulatur etiam *Diodorus*, qui hoc *Cyri* junioris iter *Archonti* eidem tribuit, cui *Xenophontis Interpolator*. & *Olympiadis* ejusdem XCIII. anno itidem IV°. Nec id, quod sæpe solet, temere. Regnavit enim *Darius Nothus* *Cyri* pater annis XIX, (ut è *Canone* accuratissimo constat *Astronomico*, decessitque adeo anno *Nabonassari* CCCXLIII°. Coepit annus ille

b Xenoph. Exp.
Cyr. L. I. init.

c Xenoph. L. I.
Hellenic.

Nabo-



Nabonassari Decembris Juliani die III^o. anno U. C. Varroniano 348. pertigitque ad Dec. II^m. anni Varroniani 349. His ergo terminis mors illa Darii concludenda est. Mortem porro Artaxerxis Longimani anno Belli hujus VII^o. affecto memorat^a Thucydides. Sed ad annum spectabant illa sequentem, Belli^a Thucyd. L. IV. scilicet VIII^m. cum Legati ad illum mitterentur. Est enim mortuus^{n. 50.} anno Nabonassari CCCXXIV^o. cujus Thoth inivit Decembris Juliani die VII^o. anni Varroniani 329. Decessit ergo anno Varroniano sequenti, & Belli adeo VIII^o. Idque agnoscit ipse^b Thucydides, cum foedus anni Belli Peloponnesiaci XXIⁱ. desinentis, sed^b Thucyd. L. VIII. Varroniani ineuntis 343, Ephoro Alexippida, sed mense Martio, anno Darii Nothi tribuit XIII^o. Imo melior ipso Thucydide testis. Agnoscunt enim annum illum Darii foederis ipsa verba. Sic annus Darii XIX^{us}. idemque ultimus, conveniet huic anno Belli ultimo. Sic enim disertis verbis Diodorus: μικρὸν δὲ τῆς εἰρημῆς ὕπερον ἐτελεύτησε Δαρῆς ὁ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς, ἀρχὴς ἔτη δεκαεννέα. Pacem illam intelligit quæ deditam Urbem Bel-lumque penitus absolutum secuta est. Annum ergo explevit Darius XIX^m. Sic tamen ut Thoth XX^m. non attigerit, nec annum Regni XX^m. absolverit. Sic ergo hæc nota Lysandri munus Expeditionemque huic anno affigit, ut in priorem aliquem quadrare non potuerit, ne quidem pro sententia Xenophontis. Suffragatur etiam Diodoro Trogus, ut mox videbimus.

Addit & aliam hujus anni notam Xenophon: Καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἔληξεν, ἐν ᾧ μεσσηῖν Διονύσιος ὁ Ἐρμοκράτης Συρακῶσι ἐτυράννησε. Et Trogus, si tamen emendetur. Sic enim habet: ^c Insignis hic parte firmitate nota aliæ: ortus Dionysii, cædes Callicratide. ^c Trog. apud Justin. L. V. annus & expugnatione Athenarum, & morte Darii Regis Persarum, & exilio Dionysii Siciliae Tyranni fuit. Sed pro exilio rescribendum exortu, vel quid simile. Atque hoc voluit, ut arbitor, Eusebius, cum hæc duo ad annum eundem refert, quamvis illum à vero alienissimum: ^d Dionysius Syracusis tyrannidem exercet. Athenienses sustinent tyrannidem. Hoc enim ille apud suos Auctores repererat, ejusdem anni utramque fuisse tyrannidem. Sic etiam ^e Gellius. Sic tamen, ut Syracusanorum illa ^e Gell. Noct. Att. XVII. ult. præcefferit. Sed cur anni partem mediam interponit Xenophon? Nempe quod, cum anno Belli Peloponnesiaci eidem anni Olympici duo, ut jam diximus, responderint; priori tamen exortus fuerit Dionysius, Olympiadis nimirum XCIII^æ. anno 3^o. Huic enim anno, hujusque anni Archonti Calliæ, initium Dionysii assignant, tam Diodorus, quam ^f Dionysius etiam Halicarnassæus, Ant. L. VII. init.



Auctor nunquam sine laude nominandus. Et ne malam aliquam *commissionem* apud *Diodorum* hic fuisse suspicemur; respondet apud illum annus quo *mortuum Dionysum* fuisse tradit. *Bis* ille *Dionysum* in tyrannide per annos xxxviii. fuisse testatur, tam scilicet *initio* quam *sine* tyrannidis. Totidemque anni numerantur ab *Olymp.* xciii^a. anno tertio quo *ortum*, ad ciii^a. annum 1^m. quo *obitum* illius statuit idem *Diodorus*. Sic annum hunc *Belli* ex utroque anno, cum quo concurrebat, *Olympico*, ex ipso *Xenophonte* habemus exploratum. Sed anni *Olympici* prioris aliam quoque notam habet *Xenophon*, quod mox à cæde *Callicratidæ*, & prælio ad *Arginusas*, missum testetur fuisse *Lysandrum*. Hinc enim sequitur, *posteriori* hujus anni parte (qua *Belli* anni censentur) munus illud *Lysandro* fuisse demandatum. Mox enim à *victoria* ad opprimendum *Eteonicum Mitylene* relictum à *Callicratida* profecturi erant, ni venti prohibuissent, *Athenienses*. Interim de periculo monitus ille *Chium* concedit, *Æstate*, ut Libri iiⁱ. initio docet *Xenophon*. Hinc facile intelligimus *Æstate* illa periisse *Callicratidam*. *Semestri* scilicet, quæ tam *Ver*, quam proprie sic dictam *Æstatem*, complectebatur. Et quidem anno *Olymp.* xciii^a. 3^o. *exeunti* cædem illius assignat *Diodorus*. Assignat etiam ^a *Athenæus* Archonti illius anni *Olympici* *Calliæ*. Ita tamen ut *Belli* anno tribuat xxvii^o. A morte enim *Periclis* ad hoc prælium annos numerat xxiv. Et à *Belli* initio annis *duobus* & mensibus præterea *sex Periclem* superfuisse testis est ^b *Thucydides*. Sic *Belli* anno perierit ille iii^o. Convenit porro quod ait *Xenophon* reversos à prælio illo duces ^c *Apaturiis* fuisse damnatos, atque ex illius festi celebritate occasionem captasse ducum hostes illos opprimendi. Cum enim convenirent *οἱ τε πάλαιες καὶ οἱ οὐκ ἐπείθευς* pro more festi, fecit *Theramenes* ut multi *rafi* & *atrati* convenerint, ut ita ducibus invidiam conflarent quod merforum in prælio cognatorum corpora ad sepulturam non retulissent. Sed *Pynepsioni* festum hoc tribuunt ^d *Harpocratio*, Scholiastes ^e *Aristophanis*, & Auctor ^f *Etymologici Magni*. Habet quidem *Xenophon* eorum gesta nonnulla post prælium antequam redirent. Non plura tamen quam ut hoc spatium ad ea abunde suffecerit. Itaque ante *Æstatem* hujus anni desinentem non potuit *Callicratidæ* succedere *Lysander*. Sic annum hunc undequaque tenemus exploratum. In eo autem *Xenophontem* ipsum non prorsus excusamus, quod ab Expeditione *Lysandri* hunc annum fuerit *exorsus*, & cædem *Callicratidæ*, quæ hoc *Belli* anno facta est,

^a *Athen.* Deipnos. l. v. c. 13.

^b *Thucyd.* l. ii. n. 65.

^c *Xenoph.* Hell. l. 1.

^d *Harpocras.*

Απαύγε.

^e Schol. *Arist.*

ad *Acharnens.*

^f *Etym.* Magn.

Απ.



est, superiori tamen anno narraverit. Hic scilicet illum transfertur egit mos ille suo tempore receptus *Annales* exigendi ad annuos *Magistratus*. Nec caruit, fateor, *Thucydidis* exemplo, cum res uno impetu gestæ fuissent, nullis interpositis *hibernis*, quibus *tempestatum* limites constarent. Sic etiam ^a *Tacitus* ^{a Tacit. Annal. XII. c. 40.} duorum annorum gesta simul narrat ne filum *Orationis* abrumperet. Et sane *postremis* huius *Belli* annis, cum in mari *Ægeo* & *Helleponto* non procul à *litoribus* Bellum gereretur, aut *nulla* fortasse, aut *brevia* admodum fuisse videntur *hiberna*. Sed *Thucydidis* morem, cujus *Historiam* continuavit, revocavit nihilominus in mentem *Xenophon*, cum anno *μεσοῦν* ortum *Dionysii* tyranni tribuit. *Medias* enim illas anni partes non aliter illum puto distinxisse quam *annis Magistratibus*, qui annos *Belli* (pro modo anni *Thucydidis*, qui à *Vere Civili* coepit) fere *medios* partiebantur. Ita certe partiebantur *Ephori Laconici*, si quidem illi *Autumno* inierint. Nec longe discedebant forte *Syracusani* qui post *Carnium* novo anno initium dabant, ad quorum annos *Dionysii* tyrannis exigenda erat. Potius tamen annum *Laconicum* in mente *Xenophontem* habuisse suspicor, apud quos, dum hæc scriberet, exulavit, propterea quod *Cyrum* juniorem secutus in fratrem fuerit. Diu enim post illa *Cyri* tempora hæc ab eo scripta fuisse manifestum est. Hinc autem obiter colligo, quanquam *communis* fuerit *Doribus Carnius* tam *Siculis* quam *Peloponnesiis*; non tamen fuisse similiter anni *ultimum* apud *Lacedæmonios*, ut fuit apud *Siculos*. Hoc innuit fortasse *Xenophon*, cum, quæ ante initium anni *Laconici* gesta erant, ea anno tribuit *μεσῶν*. Hoc rursus forte, cum *mensẽ* à *Munychione* VI^m. numerat ad novi *Ephori* initium quo redierit *Lysander*.

Coepit ergo annus *Laconicus* quo novum hoc *Ἐπιτολέως* munus inivit *Lysander*, ab *Octobris Juliani* die VII^o. Sed cum anno *Olymp.* XCIII^o. 3^o. probaverimus cecidisse *Callicratidam*, potuit fortasse *Lysander* ante menses aliquot mitti quam *inciperet* annus *Laconicus*. Certe admodum properasse necesse est si non antea officium susceperit. Venit enim de *Sparta Ephesum*. Hinc è *Chio Eteonicum* & alias undecunque *Lacedæmoniorum* naves arcessivit, quas & reficiebat, & alias præterea *Antandri* novas ædificandas curavit. Interim ad *Cyrum* profectus pecuniam ab eo impetrat, trierarchos constituit, nautis stipendium debitum solvit. Denuo ad *Cyrum*, ab eo *arcessitus*, proficiscitur. *Cyrus* deinde ad *patrem* extremo morbo laborantem. Tum in *Ceramiũ*.

Sect. XXX.
Hoc ipso anno, mense (ut videtur) *Posideone*, *Athenienses* ad *Ægospotamos* vincit *Lysander*.



mium Cariae finum movet *Lysander* & *Cedreas* expugnat diripitque. Hinc *Rhodium* navigat, inde *Hellepontum*, inde *Abydum*, inde *Lampsacum*, quam etiam captam prædatus est. Postquam huc venisset, *Athenienses* in *Ægospotamis*, paucorum dierum spatio, penitus debellavit. Quinque dierum spatio debellatos innuit in *Lysandri* vita *Plutarchus* & ipse *Xenophon*. Mense, ut existimo, *Posideone*, qui hoc anno *Olymp.* xciii^o. 4^o. *Decembris Juliani* die cœpit xii^o. desiit autem *Januarii* x^o. *Hoc mense victos ab illo *Athenienses* exinde colligo. Nuncium victoriæ infra triduum ad *Spartam* missum testatur *Xenophon*. Postea *Agidem* monet qui cum Rege altero *Pausania Athenas* obsidet

^a *Xenoph.* L. II. terra, quam postea mari claudit ipse ² *Lysander*. Ad quartum usque mensem ea duravit obsidio. *Munychionis* autem die xvi^o. dedita Urbs est. IV^{us}. autem ante *Munychionem* mensis erat *Posideon*, quo fuerit proinde ad *Ægospotamos* debellatum. Vix enim poterat maturius propter res gestas à morte *Callicratidæ*, & ab initio *Lysandri*. Convenit quod modo ostendimus, sententiam ab *Atheniensibus* in duces, qui ad *Arginusas* vicerant, latam mense *Pyanepsione*. Ait enim ^b *Xenophon* ἡ πόλις ἔπειτα ὑπέσχετο ποενιτῆσαι τοὺς ἀθηναίους τῶν ἐπιτεταγμένων, ὡς καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐγένετο. Ἔπειτα οὖν ἐγένετο ἡ ἀπορία τοῦ λαοῦ, ὅτι οὐκ ἔμελλε εἶναι ἡ πόλις ἡγεμονία, ἀλλὰ ἡ ἀρχὴ τοῦ λαοῦ. Ἔπειτα οὖν ἐγένετο ἡ ἀπορία τοῦ λαοῦ, ὅτι οὐκ ἔμελλε εἶναι ἡ πόλις ἡγεμονία, ἀλλὰ ἡ ἀρχὴ τοῦ λαοῦ.

^b *Xenoph.* L. I. fia.

Cleophon, obstitisse, & postea eorum, qui accusabantur, fugam, quo minus ad sententiam res processerit. Facile suspicamur victoriæ ad *Ægospotamos* seditionem illam fuisse tribuendam, cum πῦρ ἀπὸ τῆς *Conone* missa illos de clade monuisset. Præsertim cum & seditione Civitatem nuncius impleverit, & proximo saltem à cæde ducum mense *Posideone* nuncius infaustus appulerit. Et *Cleophon* ille idem fuit qui *Pacem* diffuaserat, post *Mindari* cædem petentibus *Lacedæmoniiis*. Merito proinde, post cladem, Populo invisus.

Sect. XXXI
Non potuit
Bello xxviii
annos integros
concedere X-
enophon, ut fecit
Interpolator.

Cæterum à *Munychione* illo, quo Urbs dedita est, (cum annus fuerit *Communis*, non *Embolimus*,) annus inivit à *Belli* initio xxviii^{us}. Sed paucorum illorum dierum rationem non habebant qui justo xxvii. annorum spatio Bellum complectebantur. Poterant enim illi tam augeri quam minui. Augendi erant si à re gesta ad *Plateam*, ut solet *Thucydides*, Epochæ initium arcefferetur. *Munychionis* enim die ultimo illam fuisse probavimus in *Annalibus Thucydideis*. Contra fortasse minuendi, si decem dierum, quos elapsos causabatur *Lysander* ex quo muri longi diruendi fuerant, ultimus ille fuerit *Munychionis* xvi^{us}. Hoc autem



autem annorum numero, & hoc deditæ Urbis termino, *Bel-*
lum concludunt Auctores fide dignissimi. Ita ^a *Thucydides*
 ipse. Ita ^b *Eratosthenes*. Ita ^c *Diodorus*. Ita ^d *Marcellinus*. Et
 ne aliter Epocha illa se habere possit, vetat mors *Darii Nothi*
 quæ hanc deditæ Urbis Epocham proxime *secuta* est, ut jam
 ostendimus, & quidem pro mente *Xenophontis*. Est enim mors
 illa tam è *Thucydide*, quam è Canone *Astronomico*, certissima.
 Hujus certe anni fuisse, ex aliis quoque notis *sequentibus*, ma-
 nifestum est. Numerat ^e *Diodorus* ab Excidio *Trojæ* ad κατά-
 λυσιν *Belli Peloponnesiaci* & ^f *Ἀθλωαίων ἡγεμονίας*, ad illam scilicet
 κατάλυσιν qua *Librum* superiore concluserat, anno nimirum
 4^o. *Olymp.* xciii^æ, annos DCCLXXIX. Deme ex his annos 407
 quot numerant Veterum celeberrimi Chronologi ab Excidio
 illo ad initium *Olympiadum*. Reliqui erunt anni 372. quos,
 si per 4 divideris, ad annum *Olymp.* xciii^æ. 4^m. pervenies accu-
 ratissime. Proinde primum Libri sequentis xivⁱ. annum, qui
 primus erat *Olymp.* xciv^æ. idem ab Excidio *Trojano* censet
 DCCLXXX^m. Quid potest esse accuratius? Imo ipsa illa *Anar-*
chia, quam pro *Pythodoro* substitutam Archonte anno *Olymp.*
 xciv^æ. 1^o. testatur *Xenophontis Interpolator*, hoc idem ostendit jam
 superioris *Olymp.* xciii^æ. anno ultimo Urbem fuisse penes *Lace-*
dæmonios. Inde enim factum, ut à *Lacedæmoniis* creatum *Ar-*
chontem vitio creatum censuerint *Athenienses*, & proinde *Fastis*
 excludendum. Pro eodem scilicet exemplo quo etiam *Olym-*
piadas à *Lacedæmoniis* celebratas *Elei Fastis* expunxerunt, an-
 nosque illos pro ἀνολυμπιάσιν habebant. Verba repræsentanda
 ut ab *Interpolationibus* purgentur. Sic ergo habent: Ἰ τῶ δ' ^f *Xenoph.* *Hell.*
 ἐπιόντι ἔτι, [ἐν ᾧ τῶ Ὀλυμπίας ἢ τὸ στίδιον ἐνίκα Κροκίνας Θετταλῶς, *L. II.*
 εὐδίκῃ ἐν Σπάρτῃ Ἐφερέουσι], Πυθοδῶρος δ' ἐν Ἀθλωαίσι Ἀρχοντῶν,
 ὃν Ἀθλωαῖοι, οἳ ἐν Ὀλιγαρχίᾳ ἤρεθον, σὺν ὀνομάζουσιν ἀλλ' Ἀναρχίαν
 τὸν ἐνιαυτὸν καλεῖσιν.] Ἐγένετο [δὲ αὐτῇ] ἡ Ὀλιγαρχία αὐτῆ. Hæc
 editos jam à *Demetrio Phalereo* *Fastos Archonticos* sapiunt, cum
 jam in *privatorum* manibus versarentur, qui pro arbitrio *Ar-*
chontas admiserint vel repudiarint; non autem *coævum* aliquem
 Scriptorem qui ex ipsis hauserit *Archivis*. Non me quidem
 latet ex *Archivis* erasa fuisse nonnunquam *damnatorum* Magi-
 stratum nomina. Sed si publico aliquo *Psephismate* erasus
 fuisset ex *Archivis* *Pythodorus*, nemo profecto illum *Archon-*
tem agnovisset præter *Lacedæmonios*, ut nemo *Olympiadus* *Lace-*
dæmoniorum agnovit *Eleus*. Sed obnoxii erant *Lacedæmoniis*
 hoc anno *Athenienses*, ita ut *libertatem* ipsam illorum indul-
 gentiæ

a *Thucyd.* L. V.
 n. 26.
 b *Eratosthen.*
 ap. *Clem. Al.*
 Strom. I. p. 336.
 c *Diodor. Sic.* L.
 XIII. Ol. 93. 4.
 d *Marcellin.* vit.
Thucyd.

e *Diodor. L.* XIV.
 init.

f *Xenoph.* *Hell.*
 L. II.



gentiæ deberent, præcipue autem Regis *Pausaniæ*. Sed aperta fuisset *contumelia* si quod gestum fuerat ab eorum Dominis *Lacedæmoniiis*, id hoc uno nomine damnassent, id ex *Archivis* erasissent, & quidem publico *Civitatis* decreto. Proximo autem anno ne quæ talis esset *erasio*, obstabat ἀμνησία ab Archonte *Euclide*. Fieri ergo non potest, ut Bellum *Olymp.* LXXXVII^m. anno 1^o. exeunte coeptum (hujus enim anni Archonte coeptum testis est ipse ^a *Thucydides*) ad anni XXVIIIⁱ. finem pervenerit. Ne aliqua sit in *Thucydidis* numero erroris suspicio, hoc idem spatium tribus ^b concludit novenniis, de quibus *vaticinium* memorat vulgo receptum etiam antea quam Bellum concluderetur. Firmat denique hunc annum *Eclipsis Solaris* à *Xenophonte* memorata post constitutam *Oligarchiam*. Ea erat *Septembris Juliani* die 3^o. ipsa *Metageitnionis Attici* ἑξακάδι, ut jam supra observavimus, anno *Periodi Julianæ* 4310. Sed ab Urbe capta *Munychionis* die XVI^o. *Aprilis Juliani* die XXIV^o. vel potius diei *Atticæ* parte illa quæ *Juliani Aprilis* diei XXV^o. respondebat, annum *Belli* XXVIII^m. coepit *Xenophon*. Hoc etiam pro exemplo *Thucydidis*, qui ad captum *Piræum* & longos muros, & solutam *Atheniensium* ἀρχὴν, annos numeravit similiter XXVII. quod pauci illi tantummodo dies redundarint *Munychionis*, quorum rationem in tanto temporis spatio nullam habendam censuit. Hinc ergo sex mensium spatium arcessere oportuit *Xenophontem*, si ad reditum *Lysandri*, & *Ephorum* adeo *Eudicum* supputandum censuisset. Sic enim mensis *Attici* IVⁱ. *Laconici* autem Iⁱ. medio *Spartam* attigerit *Lysander* ut XXIXⁱ. à *Belli* initio *Ephori* exordio domum rediret. Est ergo annus *Belli* XXVIII^{us}. *Olymp.* XCIV. 4. Quartus nimirum *Olymp.* XCIII^o. qua *Lysander* Urbem *Atheniensium* occupavit; idemque *Olymp.* XCIV^o. primus, qua spolia captæ Urbis domum reportavit. Et quidem pro mente *Xenophontis*, qua ille sibi methodum *Thucydidis*, quem continuavit, immitandam proposuit. Idque ad oculum constabit ex hac *Nauarchiarum* serie:

^a *Thucyd.* L. II.
n. 2.

^b *Thucyd.* L. V.
n. 26.

Hinc



Period. Julian.	U. C. Varron.	Ante Christum	Olymp.	Archontes ineuntes.	Ephori in- euntes.	Nauarchie cum Ephori ineuntes.	Ann. Bell. Interpol.	Ann. Bell. Pelop. veri.
4303.	343.	411.	$\frac{1}{2}$	Theopompus à Jul. xxv.	Misgolaïdas à Sept. xvi.	Mindarus in loc. Aphyochi revocati.		XXI. à Munych. 1. Mart. 28.
4304.	344.	410.	$\frac{2}{3}$	Glaucippus à Jul. xiv.	Isias ab Off. v.	Paspipidas in loc. Mindari occisi.		XXII. [ab Elaph. 1. Mart. 18] è Diodoro.
4305.	345.	409.	$\frac{3}{4}$	Diocles à Jul. 11.	Aracus à Sept. xxiii.	Cratesippidas cum Ephoro anni sup.	xxii.	XXIII. à Munych. 1. Apr. 5.
4306.	346.	408.	93. $\frac{4}{1}$	Eudæmon à Jul. xxi.	Euarchippus ab Off. xii.	Cratesippida an. 2. Lysandri an. 1. cum hoc Ephoro.		XXIV. ab Elaph. 1. Mart. 25.
4307.	347.	407.	$\frac{1}{2}$	Antigenes à Jul. x.	Pantacles ab Off. 1.	Lysandri an. 2. cum hoc Ephoro.	xxiv.	XXV. à Munych. 1. Apr. 13.
4308.	348.	406.	$\frac{2}{3}$	Callias à Jun. xxx.	Pityas à Sept. xx.	Callicratidas cum hoc Ephoro.	xxv.	XXVI. à Munych. 1. Apr. 2.
4309.	349.	405.	$\frac{3}{4}$	Alexias à Jul. xvii.	Archytas ab Off. viii.	Lysander ἐπιστολεύς cum hoc Ephoro.		XXVII. [ab Elaph. 1. Mart. 21.] ex Athenao.
4310.	350.	404.	94. $\frac{4}{1}$	Anarchia vel Pythodorus à Jul. vii.	Eudicus à Sept. xxvii.	Lysandri reditus hujus Ephori initio.		XXVIII. à Munych. 1. Apr. 9.

Hinc ergo colligitur quam immaniter, non solum à *veritate*, Sect. XXXII. verumetiam à mente *Xenophontis*, erraverit *Interpolator*, cum an- Tertius fuisse vi- nos supputat ad *Ephorum Eudicum*, sub quo rediit *Lysander*, à *Belli* detur, mediusque initio xxviii. cum sex mensibus. Sic enim habet: ταῦτα δὲ πάντα inter supra di- λακεδαιμονίοις ἀπέδωκε [*Lysander*] πλεονῶντ' ἢ τὸ θέρους [ἐς ὃ ἐξά- ctos, *Interpolator* μῶν ἢ ὀκτῶ ἢ ἕκασιν ἐτη τῶν πολέμων ἐτελεύτα. ἐν οἷς ἑφοροὶ ἀριθμῆσθαι qui hunc erro- οἶδε &c. usque ad οἴκαδε κατέπλωσαν.] Postea sequuntur verba rem Textui *Xe- Xenophontis*. Potuit erroris occasio esse quam suspicatur *Petavius*, nophontis infe- quod xxixⁱ. *Ephori* partem nullam attingere potuisse *Lysandrum* ruit. crediderit, nisi annis à *Belli* initio xxviii. penitus absolutis, quod tamen è nostra dispositione constat esse falsissimum. Ego aliam verisimiliorem existimo, quod *annum* à primo *Interpolator*e præ- terminissimum alius *nuperiorque* *Interpolator* observavit. Ita fiet, ut qui hanc observationem de xxviii. annis mensibusque præterea sex à *Belli* initio ad reditum *Lysandri Xenophontis* Textui inseruit, tertius fuerit mediusque inter illos, quos jam hæcenus distinxi- mus, *Interpolatores*. Post *primum* *Interpolator*em vixerit oportet qui *neglectum* à primo *Interpolator*e annum ipse *primus* observa- rit, & *primi* calculis addiderit. Et ante *secundum* tamen *Interpo-* latorem vixisse consentaneum est, qui jam *longius* ab illius ratio- nibus discedit quam vel *primus* discesserat *Interpolator*. Non ita certe discessurus, si quos annorum *numeros*, quales hodie in *Xeno-* phontis Textu interpolatos habemus, ipse deprehendisset. *Omnium* certe eorum, quos diximus, *Interpolatorum* errores *crassiores* sunt, quam ut in ipsum convenire possent *Xenophontem*.

Zz

DIS-



DISSERTATIO IX.

*De Cyclis Macedonum, obiterque etiam de
Judaicis.*

Idem fuisse videntur Macedonibus antiquissimis Cycli atque Atheniensibus. §. I. Idem præterea, his antiquis temporibus, Macedonibus atque Atheniensibus anni Civilis, ut videtur, initium. §. II. Situs mensum atque modus idem apud Macedonas atque Athenienses. §. III. Idem apud utrosque locus mensum Embolimorum. §. IV. Mensum plurium dies sextos pro eodem die habebant posteri juniores Ephemeridum Alexandri consarcinatos. §. V. E junioris falsarii ratiociniis, & quidem falsis, natæ illæ fuisse videntur Ephemerides. §. VI. Nondum antiquioribus hisce temporibus usus anni Macedonici Solaris Ufferiani. §. VII. Imo ne quidem esse potuit. §. VIII. Male Cl. Norfius menses Macedonum Lunares credidit tricenarios. §. IX. Recentior anno Juliano fuerit oportet annus Macedonicus Solaris Ufferianus. §. X. Epochæ Antiochenorum Actiaca Romanarum in Urbe illa antiquissima, multis tamen annis Victoria ipsa recentior. Serior alia illa quam à Julii Cæsaris initio deduxerunt. §. XI. Post Epochas Orientalium Romanas cæpit apud illos anni forma Romana. §. XII. Paulo post prædictas Epochas Orientalium Parapegmata cum Kalendario constat commissa esse Juliano. §. XIII. In priori Epochæ Julium cum Augusto confudisse videntur Antiocheni. §. XIV. Chaldæi Cyclo Lunari Calippico usi diu post tempora Alexandri M. §. XV. Anno Seleucidarum 67. Novemb. xiv. cæpit Apellæus, Lunaris scilicet. §. XVI. Ann. Seleucid. 75. Oct. xvi. cæpit Dius. §. XVII. Ann. Seleucid. 82. & post ann. Epochæ ejusdem 75^m. in locum Dystræ retrocesserat Xanthicus. §. XVIII. Variorum in mensibus Macedonicis ordinum tempora & rationes. §. XIX. Hoc anno Chaldæorum 82. Feb. xxvi. cæpit Xanthicus. §. XX. Menses Judæorum mensibus Macedonum respondebant, etiam Lunariibus. §. XXI. Et mensum Macedonicorum Lunarium die-

bu



bus mensum Judaicorum Lunarium etiam dies. §. XXII. Ann. Seleucid. 148. Calæu xxv. erat Sabbaticus. §. XXIII. Ann. Seleucid. 182. proxime Sabbatum sequebatur Pentecoste. §. XXIV. Ann. U. C. Varron. 691. Tifri x^{us}. erat Sabbaticus. §. XXV. Ann. Varron. 717. Tifri x. Oct. vii. Herodi M. in Regno Natalis. §. XXVI. Pro nostri Cycli rationibus passus fuerit Dominus noster Mart. xxvi. Ær. Vulg. 34. fortassis. §. XXVII. Cædes Hierosolymitanorum à Floro Artemisii xvi. ann. Chr. 66. non Sabbato, sed feria v^a. §. XXVIII. Non Sabbato cæsus est Pontifex Ananias. §. XXIX. Hoc anno Chr. 66. Tifri Judaici dies xxii. Lunaris cum xxii. Hyperberetæi concurrebat, proinde Lunaris. §. XXX. Idem, hoc in loco Josephi, Hyperberetæus, qui in Originibus. §. XXXI. Non est necesse ut xxxi. dierum hic fuerit Hyperberetæus. §. XXXII. Capta Jotapata ann. Chr. 67. Panemi 1^o. forte Sabbatico. §. XXXIII. Alia Exempla quibus cum Lunariibus Judæorum rationibus conveniunt menses Macedonici. §. XXXIV. Gorpiaei viii^{us}. quo expugnata est à Tito Urbs Hierosolymitana, ann. Chr. 70. erat, pro Solaris anni Kalendario Sabbaticus. §. XXXV. Illo Seculo exploratum est triduum à Coelestibus Civilia discrepasse Novilunia. §. XXXVI. Sed vitium illud ante Urbis Excidium correxerunt, atque ita fecerunt ut ann. Chr. 70. Gorpiaei viii^{us}. fuerit, in Cyclo etiam Lunari, Sabbaticus. §. XXXVII. Alia, & fortasse melior, explicatio diei, quo expugnata est Urbs Jotapatena. §. XXXVIII. Biduum è rationibus Macedonum Calippicis detractum anno U. C. Varr. 728. Triduum ab anno Varr. 804. Christi 51. §. XXXIX. Sabbatum, ante quod Crucifixus est Dominus, proprie erat dies ipse Paschatis, quod tamen illo anno fortassis in Sabbatum incidit Hebdomadale. §. XL. Hinc obiter ostenditur Pentecosten Sabbatum δσπεροπεσων recte fuisse appellandam. §. XLI. Hodiernus Judæorum Cyclus ex illorum natus ratiociniis, multoque recentior Originibus Christianis. §. XLII. Hanc Epocham Seleucidarum Urbes à suis annorum Civilium initiis numerabant. §. XLIII. Multæ ita ut Diem primum numerarent, à quacunq; demum tempestate annum ordirentur. De Dio Corinthio, 2 Macc. xi. 21. §. XLIV. Discrimen inter Auctores Librorum Maccabaicorum in annis Seleucidarum supputandis. §. XLV. Annus Macedonicus Solaris Ufferianus, non ab anno Juliano, sed à Chaldæorum Parapegmate, oriundus. §. XLVI.



Sect. I.
Iidem fuisse vi-
dentur Macedo-
nibus antiquissi-
mis Cycli atque
Atheniensibus.

Progredimur jam ad *Macedonas*, quorum *victoriæ* fece-
runt ut *mensēs* eorum, & *anni*, & fortasse *Cycli*, non apud
gentes modo *barbaras*, verumetiam apud *Græcos* ipsos,
longe lateque reciperentur. Antea tamen quam *patriæ* limites
superarent, *Cyclos Argolicos* propter *Sacrâ patriâ*, atque adeo
Atticos propter *Atheniensium Astronomorum* celebritatem, hic
etiam obtinuisse, quæ diximus ostendunt esse verisimillimum.
Communia *Græcis universis* erant illa, quorum meminit *Geminus*,
Oracula, de *Sacris patriis secundum tria* observandis. Commu-
nes adeo *Græcis plerisque* nati inde *Cycli*, *Tetraeterici* præsertim
atque *Octaeterici*, illi maxime qui *integrīs* constabant *Embolimis*,
quod etiam innuunt ^a Auctorum veterum à nobis jam adducta
Testimonia. Et communes adeo illas fuisse *Octaeteridis emen-
dationes*, quæ erant *manifestæ*, consentaneum erat. Hoc autem
censu *Heccædecaeterides* fuisse, atque *Enneadecaeterides*, *Metonis*
primo, deinde *Calippi*, jam ostendimus, ex aliis alias perpetua
ferie oriundas. *Cyclum* certe *Metonicum Græcis aliis* in usu fuisse
testantur, uti vidimus, *Geminus* atque *Diodorus*: *Diodorus* *ἁλει-
σος*, *Geminus* *omnibus*. Quam *laxe* vocem illam usurparit *Gemi-
nus*, incertum est. Sed *Græcos* saltem *Europæos* complexus est *ple-
rosque*, & in his *Macedonas* omnium celeberrimos. Ne quidem
Colonias Græcorum Asiaticas exclusisse verisimillimum erit, si
quidem *Rhodi* scripserit illa *Geminus*, ut conjectatur, nec ab-
surde, ^a *Petavius*. Imo in coloniis *Asiaticis* prima fuisse osten-
dimus *Oracula*; primos atque antiquissimos *Græcorum Astrono-
mos*; primas *Græcorum Observationes Astronomicas*; primum eun-
demque omnium rudissimum *Thaletis* *Cyclum*, quo certe vix
rudius quicquam esse poterat *Cyclorum* artem *Astronomiamque*
ipsam vel à primo limine salutantibus. Itaque ne quidem illi
excludendi erant, à quibus *Astronomia*, à quibus ipsa *Cyclorum*
ars, qualis qualis fuerit, ad *Europæos* emanavit. *Macedonibus*
autem *Europæis* non alium fuisse quam *Atheniensibus* *Cyclum*,
jam è ^b *Philippi Macedonis* Epistola superius ostendimus. Ibi
cum *Attico Boëdromione* suorum *Macedonum* confert *Loum*. Et
quidem ita quasi *toti* invicem concurrerint. Hæc ille ad Civi-
tates quæ in communi *Amphictyonum* Concilio jus habebant.
Harum enim consensu dux electus est in *Sacrilegos Phocæenses*.
His ergo omnibus formam anni *Attici* notissimam supponit.
Mensem autem *Macedonicum*, quo fuerit illos expectaturus,
per mensem designat *Atticum & Corinthium*, cum quibus pro-
inde

^a *Petav.* App.
ad Uranolog.
l. IV. c. 6.

^b ap. *Demosth.*
Orat. pro Co-
rois



inde coinciderit. Ita scilicet *Olymp.* CVIII. I. quo apud *Athenienses* obtinuit *Cyclus Metonicus*, qui fuerit proinde *communis*, non *Corinthiis* modo, verumetiam *Macedonibus*. Et *Cycli* adeo quorum *vitia* correxit ipse *Meto*.

Concurrebant ergo *Loi Macedonum & Corinthii Panemi* initia cum initio *Boëdromionis Attici*. Et quidem pro lege *communis*, his etiam (ut videtur) temporibus, utrobique *Cycli*. Merito quidem *initia mensum*, quod *Anni* etiam *initium* commune fuerit *Atheniensibus* fortassis atque *Macedonibus*. Illius nimirum cujus dies numerabantur in receptis *Macedonum Kalendaris*. Hoc mihi videor inde colligere, quod res gestas *Macedonum* annuas *Archontibus Atticis* consignavit *Arrianus*. Ex *Aristobulo*, ut videtur, atque *Ptolemæo Lagide*, quorum ille fidem secutus est in *Historia Alexandri M.* concinnanda, ipsis quoque *Macedonibus*, & rebus, quarum memoriam posteris tradebant, etiam coævis. Itaque jam ante *Timeum*, qui primus *Historiam Universalem* *Archontibus* designavit *Atticis*, mos tamen est receptus *Annales Macedonum* per *Archontes* distinguendi. Cur, quæso, illud, nisi idem fuisset utrobique *annus*? idem utrobique *anni* etiam *initium*? Imo hoc ipsum indicat ipse, ni fallor, *Arrianus*.

Navigationis Alexandri in Oceanum tempus ita designat: ^a Ἰππία ^a *Arrian. Indic.*

Ἀρχοντῶν Ἀθλήσει Κηφισοδώρῃ, εἰκάδι τῶν Βοηδρομιῶν μῆνός, καθότι Ἀθλωαῖοι ἄγουσιν ὡς δὲ Μακεδόνες τε καὶ Ἀσianoὶ ἦγον, τὸ ἐνδέκατον βασιλεύοντ' Ἀλεξάνδρῃ. Hæc ille, ut videtur, è *Nearcho* classis *Præfecto*, aut è *falsario* aliquo qui *Nearchus* videri voluit. Facit enim *Archontis* hujus nomen (quem hoc tempore nullum agnoscit *Diodorus*, imo *Diodoro* Auctor accuratior *Dionysius*) ut coævi *Nearchi* hæc ne quidem esse potuisse suspicer. Et multa fuisse in *Historia Alexandri Magni* falsissima docet non uno in loco *Strabo*. Imo ^b *Nearchum* ipse fabulatoribus accenset. *Junioris* au-

tem *Nearcho* *Impostoris* non erit quod miremur tam crassum in coævis *Nearcho* *Archontibus* errorem. Hoc tamen certe exploratum habere potuit, quomodo *Macedonas*, quomodo *Asiani*, horum temporum annos invicem secernerent. *Mensum* autem nullum prorsus discrimen agnoscit, aut proinde *Kalendaris*. Hoc autem unum *Macedonibus* *Asianisque* proprium facit, quod *annos*, non per *Magistratus annuos*, sed à *Regni* exordio numerarint, sed *vario* illo, prout erat *Princeps* ipse *varius*. Hoc autem cum incertum esset, facile inde intelligimus cur potius à *Civilium* annorum *exordiis* *Annales* essent arcessendi. Erant quidem *Cyclis* annisque *Macedonum* notiores adhuc *anni* atque

Sect. II.
Idem præterea, his antiquis temporibus, *Macedonibus* atque *Atheniensibus* *anni Civilis*, ut videtur, *initium*.

^a *Arrian. Indic.*

^b *Strab. l. i.*



Cycli *Atheniensium*. Potuitque adeo hæc esse ratio, cur mensibus *Atticis* res gestæ consignarentur potius quam *Macedonicis*, si quidem *iidem* fuerint *utrobique*. Sin vero *proprii* fuissent atque invicem diversi, potius fuissent designandæ mensibus proculdubio *Macedonicis*. Sed nullum habuit hujusmodi exemplum Auctor *Arriani*, quicumque demum is fuerit, in tot *Macedonum*, quæ tunc extabant, *Historiis*. Nullum *Plutarchus*, quo dies *alius* in mense *Macedonico* numeraretur quam in *Attico*; cum tamen hoc ipse observatione dignum censuerit in civibus suis *Bæotis*, quod diem prælii ^a *Plataensis* alium in mense suo, quam *Athenienses* in suo, numerarint. Non me quidem fugit locum hunc pro *mutilo* habuisse nostrum ^b *Ufferium*, atque ita *interpretavisse*: [τῆς Α μιλῶς ὀγδοῆς ἰσχυρῆς] ἢ ἐνδέκατον &c. Sed nulla prorsus, quæ in *MSS.* appareat, nulla quæ in loci *sententia* eluceat, lacunæ *fide*. Sed nec jam adhuc locum habebat, tempore *Nearchi*, ratio illa menses *Macedonicos* notis *numerabilibus* invicem internoscendi, cum nondum invicem, in *mensum* suorum *ordine*, discessissent ipsi *Macedones*. Et *nostris* melius, quam præstantissimi *Primatis*, tabulis respondet dies ab *Arriano* designatus quo *Nearchus* navigare cœperit. *Boëdromionis* enim xx. *Olymp.* cxiii. 4. quo cœpit *Alexandri* annus xi^{us}. Periodi *Calippicæ* i^{re}. vi^o. idem erat (pro ea parte quæ *noctem mediam* sequebatur) *Septembris Juliani* xxii^{us}. Ait enim ^c *Arrianus* tunc illum navigare cœpisse ὡς τὰ ἐτήσια πνεύματα ἐξιμύθη, quod venti illi è mari in terram spirantes navigationi viam præcluderent. *Etesias* hic *Affyriæ* à ^d *Chaldaeis* observatos voluit Auctor, quorum exitum *Septembris* xix^o. ipse ponit *Ufferius* è *Plinio*, qui xiii^o. ^e tribuit *Kalend. Octobr.* In loco *Nearchi* quem è ^f *Strabone* adduxit idem Præsul præstantissimus, alias habemus cœptæ navigationis notas: fuisse nimirum illam μετώρησ κατὰ Πλειάδων & Ἰππολῶ, & μήπω τῶν πνευμάτων οἰκείων ὄντων. Quod fuerit *Autumno*, nostris etiam *Hypothesibus* fatis consentaneum est. *Autumni initium* ante diem, quem dixi, *Sept.* xxii. multa veterum agnoscunt *Parapegmata* in ipsa Præsulis eruditissimi *Sylloge*, ad diem scilicet *Sept.* xv. xvi. xviii. Quod vero ait, nondum secundos fuisse *ventos* cum *Nearchus* navigaret, nostro diei *Sept.* xxii. magis favet quam *Ufferiano* *Oct.* i. *Etesiarum* enim *dæm*, quo *desierint*, certum non fuisse non est prorsus quod miremur. Nec enim *dies certos* ipsi præ se ferebant *Parapegmatum* Auctores. Hoc tantum volebant, quod contingere solebat *ut plurimum*. Vel inde tamen colligimus,

^a *Plutarch. Arist.*

^b *Uffer. de Maced. & Asian. ann. Sol. c. 2.*

^c *Arrian. Indic.*

^d *Plin. N. H. xviii.*

^e *Plin. ib. xviii.*

^f *Strab. L. xv.*



mus, ut plurimum *Etesias*, de quibus loquebatur *Nearchus*, *Septembris* die xix. præter propter desuisse, cum tamen, hoc navigationis anno, discedente *Nearcho*, nondum desuissent. Inde etiam colligimus *contrahendum* esse potius discessus tempus, ut nos fecimus; quam *protrahendum*, uti fecit maximus *Ufferius*. Sola illa verba sibi favere credidit Vir doctissimus, quod κατὰ πλειάδων & Ἐπιτολῶν se navigasse dixerit *Nearchus*. Præsertim cum illo ipso mensis primi die octavo, *Octobris* autem *Juliani* primo, *Pleiadum* illum exortum vespertinum statuerit *Euctemon*, nempe *Libræ* die v^o: Sed *serius* alii plerique ortum illum ponunt *Parapegmatum* fabricatores. *Eudoxus* apud eundem *Geminum* die *Libræ* viii^o. *Octobrisque* adeo *Juliani* iv^o. *Columella* *Octobris* x^o. ^a *Plinius* xiii^o. Horum quemvis si sequamur, jam adhuc *ultra* calculus protrahendus erit quam fecerit Cl. *Ufferius*. Vel inde constat, si quidem non ipsa ἐπιτολῆ discesserit *Nearchus*, potius *antea*, quam *postea*, discessisse, quod nostræ quoque *ferunt* rationes, imo *exigit* discessus ille vixdum finitis *Etesias*. Nec est necesse ut voces illæ κατὰ ἐπιτολῶν tantundem valent quod ipsa ἐπιτολῆ. Satis autem commoda erit sententia, si non diu *ante* ipsam discesserit ἐπιτολῶν. Ita certe intelligenda forma illa κατὰ τὰς αὐτὰς χρόνους in *Chronologia Thucydidea* atque *Xenophontea* frequentissima, non ut prorsus *eadem*, sed ut *proxima* indicent tempora, nec *longe* invicem distantia. Hoc si quando consentaneum sit, hic certe locum habeat oportet, ubi *certitudinem* nullam profitentur ipsi *Parapegmatum* Auctores *Astronomi*.

a *Plin. N. H.*
xviii. 31.

Similem porro mensium *Macedonicorum* atque *Atticorum* in anno *situs*, & *modum* mensium eundem, & *dierum* etiam in *mensibus* par utrobique intervallum, docet ipsa *Alexandri* M. *Historia* diebus *Atticis* frequentius accuratiusque designata quam *Macedonicis*. Natalem illius *Loi* vi^m. docet fuisse *Plutarchus*, quem tamen male idem cum *Hecatombæonis Attici* die contulit vi^o. Sed *Boëdromioni* potius *Loum*, & quidem *post* natum filium, commisit *Philippus Alexandri* pater. Et *Boëdromioni* rectius quam *Hecatombæoni* convenit, quod à *Natali* menses viii. ad diem ejusdem Principis *emortualem* numerarit apud *Arrianum Arriani* Auctor coævus *Aristobulus*. *Thargelione* enim mortuum testatur ^b *Ælianus*, qui mensis à *Boëdromione* in *Kalendario Attico* erat viii^{us}. Hinc saltem *situs* apparet mensium idem in anno *Attico* atque *Macedonico*. Et *dies* mensium utrobique pari numero respondisse, ex ipsis *Plutarchi* verbis facile colli-

Sect. III.
Situs mensium
atque *modus*
idem apud *Macedonas* atque
Athenienses.

^b *Ælian* var.
Hist. l. ii. c. 25.



colligimus. Ait enim ille prædictum *Alexandri* Natalem fuisse *ἰσχυρὸς μὲν ἑκατομβαιῶν*, ὃν Μακεδόνες Λῶον καλεῖσιν, ἕκτη. Hoc scilicet ex *Auctoribus* didicerat, qui mensis *Attici* dies vi^m. numerabatur, eundem vi^m. fuisse mensis etiam *Macedonici*. Etiam illud, mensur fuisse *Macedonum Loum*, quo editus fuerit in lucem Principum omnium celeberrimus. Non item illud, *Atticum* fuisse *Hecatombæonem* qui, cum nasceretur *Alexander*, cum *Loo Macedonico* concurrerit, uti jam olim observavit *Maximus Ufferius*. Hoc suis debuit *Plutarchus* ratiociniis, vel *junior* alius *Alexandri* temporibus, qui tamen *Plutarcho* præiverit, Auctor, quod *Loi* vi^o. Natalem *Alexandri* celebraverint *Macedones juniores*, qui quidem *Lous*, cum scriberet *junior* ille, quicumque fuerit, *Historicus*, cum *Hecatombæone* coinciderit. Diebus enim eorundem mensium iisdem *Sacra eadem* peragi solebant, etiam mensium veterum mutatis nominibus, etiam mensibus cognominibus in aliam anni partem postea translatis. Festa *Thesei* olim a *Cronio* peracta posteri *Hecatombæone* peragebant, quod scilicet fuerit idem *junioribus Hecatombæon* qui veteribus *Cronius*. Et menses *Atticos* jam ostendimus apud *juniores*, pro variis annorum initiis sedem mutasse. Et *Sacra vetera* mensibus cognominibus agebant, quantumvis invicem distantibus. Male ergo menses *Atticos* atque *Macedonicos*, qui in forma veteri concurrerant, postea invicem commiserunt in forma *Solari* *juniores*. Nos de antiquioribus impræsentiarum agimus, quorum ita dies diebus respondisse probavimus. Mensium item sedem apud illos respondisse consentaneum erat, si quidem idem utrobique locus fuerit *Embolimi*.

Sect. IV.
Idem apud utrosque locus mensium *Embolimorum*.

Is autem idem fuerit oportet, si etiam ab eodem initio utrobique *Kalendaria* processerint. Ita autem se his, de quibus loquimur, temporibus rem habuisse verisimillimum est. *Dium* scio primum mensem fuisse *junioribus*. Aliis adhuc recentioribus primus erat *Audynæus* qui formam anni *Julianam* mensium duntaxat nominibus *Macedonicis* observabant. Quis autem primus fuerit *Cyclo Metonico* aut *Calippico* vigente, nulla habemus Testimonia satis antiqua ut nos doceant. Ego *Desius* primum his temporibus fuisse suspicor, qui scilicet mensi *Attico* primo *Hecatombæoni* pro illa mensium *Macedonicorum* dispositione respondebat, qua mensi *Attico* tertio *Boëdromioni Loum* vidimus respondisse *Macedonim*. Facit autem ut ita suspicer, quod ne *Desius* succederet *Regibus Macedonicis* infaustus tempore illo suspecto secundum *Alexander* intercalarit *Artemisium*.
Vel



Vel inde intelligimus *locum* pro *Cycli* norma intercalandi *legitimum* non fuisse; quod, nisi periculo illo imminente, alioqui nulla fuisset intercalatio. Et tamen prætextus erat, satis in speciem honestus, si quidem ad normam *Kalendarii Attici* menses suos disposuerint *Macedones*, cur illo etiam *mense* intercalaretur. Postea enim quam *Kalendarii Attici* initium mutasset *Meto*, ut non deinceps à *Gamelione*, sed ab *Hecatombæone*, annus *Civilis* iniret; *locum* tamen *intercalationis* non mutavit. Itaque non *sine* *Kalendarii novi*, sed *veteris*; & *medio* proinde *Kalendarii novi*, inferi volebat *Embolimum*. Proinde *medio* etiam *Kalendarii Macedonici* similiter erat *intercalandum*, ne alioqui menses *Macedonici* mensibus *Atticis* aliquando non congruerent. *Primi* tamen *Intercalatores* *mensē* anni *ultimum* intercalarem fecerant. Nec alia de causa *intercalaris* fuerat apud *Athenienses* *Posideon*, quam quia *Posideon* fuerat *olim*, cum primum *intercalaretur*, *ultimus*. Pari ergo de causa *Scirrhophorion*, cum etiam ipse esset *ultimus*, in *novo* *Kalendario* erat *intercalandus*. Sed *Posideonem* tamen, etiam sub *Metone*, intercalarem fuisse, constat è *Ptolemæo*. Par itaque ratio erat, ut etiam *mensis Macedonicus* (qui *Sciophorioni Attico* idem fuit) non quidem pro lege *Civilis* *Kalendarii*, sed pro primo *Cyclorum consilio*, intercalaretur *Artemisus*. Hæc ergo ratio *Alexandro* esse potuit, cur, hoc periculo imminente, fieret *intercalaris*. Sed vero supponit hæc nostra *Argumentatio* *Hecatombæoni Attico*, non autem *Thargelioni*, ut volebat *Usserius*, concurrisse *Dæsum*. Adhuc ergo *veteri* ordine erant menses *Macedonici*, quo fuerant cum scriberet *Epistolam Philippus*. Idque magis constabit ex illis quæ de *Tyrri Excidii* tempore mox disputabimus, quo facta est revera, ut arbitror, illa ipsa *Alexandri* intercalatio. Tunc enim *Hecatombæonem* fuisse docet *Arianus*. Ut enim in plerisque hujus generis exemplis, quibus res gesta eadem duplici *Kalendario* insignita legitur, usu venire solet, ut notam temporis aliam è *coævis* hauserint *Scriptores* monumentis, alteram suis debuerint *conjecturis*; hoc idem contigit in hac duplici temporis nota, quo *Darii* copias ad *Granicum* *Alexander* profligavit. *Mensem* fuisse revera *Thargelionem* quo pugnavit *Alexander*, hoc è *coævis* emanavit monumentis. *Dæsum* eundem fuisse *Macedonicum* res gesta non supponit, *Auctor* nullus *coævus* memoratur qui testatus fuerit. Hoc ergo inde collegere *juniores*, quod *postea* *Thargelioni Attico* concurrerit *Dæsus Solaris*. Pro eodem scilicet *ratiocinii* exemplo,



quo *Loum Alexandri* natalem eundem cum *Hecatombæon* fuisse colligebant. Perperam utrumque, atque falsissime. Nisi autem hæc fuisset, quam dixi, *secundi Artemisi* intercalandi causa; poterat alioqui *Alexander* omen vitare si diem vel *primi Artemisi ultimum* ejusdem mensis initio propius admovisset.

^a *Plutarch. Alex.* Ita dum *Tyrum* obsideret, mensis *Macedonici* ^a *τριάδα, τετάρτω* *Θβίοντ* & numerandum edixit. Potuit eodem jure decrevisse, ut *τριάδος Artemisi* *πρώτη* *ισαυδός* numeraretur. Sed nomen mensis, ominis causa, mutandum erat. Et speciosius erat si *mensem*, qui jure intercalaris videri posset, eum, hac urgente necessitate, faceret *intercalarem*. Nec puto usquam apud *Græcos* exemplum esse mensis eodem anno *duplicis* præterquam in *intercalaribus*. Idem ergo *Intercalarium* locus *Atheniensibus* atque *Macedonibus*.

Sect. V.
Mensium plurimum dies sextos pro eodem die habebant posteri juniores *Ephemeridum Alexandri* consarcinantes.


^b *Justin. L. XII. c. 16.*

^c *Ufer. Ann. Period. Jul. 4358.*

^d *Ælian. Var. Hist. L. II. c. 25.*

^e *Gell. Noct. Att. L. V. c. 17. Macrob. Saturn. L. I. c. 15, 16.*

Diem præterea mensis eundem *sextum*, sed nec *mensis* (imo ne quidem *anni*) ejusdem, duplici alio nomine celebrabant *Macedones* tempore *Philippi*; quod eodem, quo natus est *Alexander*, die *Potidæam Philippus* expugnaverit; & quod *victoriæ* nuntium eodem die acceperit *Olympicæ*, quo *κέκλη*, sive *equo singulari*, *victor* idem *Philippus* fuerit renunciatus. Sic enim *Plutarchus*. Sed *quadrigæ* illam *victoriam Olympicam* fuisse vult, *Trogo Pompeio* teste, ^b *Justinus*, qui *Potidææ* eodem die *direptæ* nullus meminit. *Potidææ* autem *cladem* biennio *antiquiorem* fuisse probavit ^c *Uferius*. Itaque non sunt in eodem annum res illæ *gestæ universæ* conferendæ. Sed *Thargelionis* *VI^o*. *natum Alexandrum mortuumque* statuebant alii, quos sequebatur ^d *Ælianus*. Erroris occasio manifesta erat, quod *dies mensis* *VI^{us}*. fuerit, quo *natus* fuerit & *decesserit Alexander*. Error autem in eo erat, quod *unum* eundemque *menssem* utrobique intelligerent posteri, tam in die *Alexandri Natali* quam etiam in *emortuali*. Perperam illi nimirum. *Sexto* enim *Boëdromionis*, & qui *Boëdromioni Attico* tum respondebat, *Loi Macedonici* natus est. Mortuus autem *Thargelionis Attici* die *VI^o*. & *mensis* (quicumque demum is fuerit) qui *Thargelioni* respondebat, illo ipso *mortis Seculo*, *Macedonici*. Itaque *mensum* omnium *dies sextos* utrique omni, tam *Natalis* quam *mortis*, obnoxios crediderunt, qui *dies mensium fastos* collegerunt & *nefastos*. Ita ^e *postriduanis* omnes post *Kalendas*, *Nonas*, vel *Idus Romanis nefasti*. Et *dies etiam omnes* ante *quartum Kalendas* vel *Nonas* vel *Idus*, quocumque demum *mensse* fuissent, itidem *nefasti*. Hoc cum non adverterent posteri, sed *sextum Thargelionis*



lionis Religiosum legissent, aliorum mensium tacitis nominibus; inde factum ut quæ *sextorum dierum* omnium fuerant, ea solius *Thargelionis* diei *sexto* tribuerent, & proinde illum tam *Natalem* quam *emortualem* crederent. Atqui certissima nos, hac in causa, docuit ^a *Aristobulus*. Testatur ille *Alexandrum* præter ^{a ap. Arian. L.} annos xxxii. vixisse præterea *mensēs* viii. Itaque cum *Lous* ille, cujus die vi^o. *natus* est, idem fuerit cum *Attico Boëdromione*; mensē proinde ab eo viii^m. cum *Thargelione* concurrisse consentaneum erat. Sic ergo *Thargelionis Attici* die vi^o. *mortuus*, mensē viii^m. expleverit accuratissime. Ita scilicet, ut in eundem mensis diem, licet non in eundem mensē, *Natalis* illius atque *obitus* inciderint. Hoc autem verum fuisse, siquid solidi è coævis hauserint monumentis, testantur Auctores *Æliani*. Itaque vix mihi persuadeo, verum esse quod hoc scripserit *Aristobulus* quod ex eo refert *Plutarchus*, *Alexandrum Dæsi Macedonici* *τριάκτι* decessisse. Vel si hoc ipse in *Aristobulo* repererit, interpolatum esse suspicor, ut *Archontis* nomen in *Nearcho* interpolatum à juniore aliquo suspicati sumus. Si enim *natus Loi* vi^o. *oἰταυ* à *Loo* mensis *τριάκτι* *Alexander* excessisset; *oἰταυ* certe mensē *superasse* scripsisset *Aristobulus*, cum plusquam *dimidiam* noni mensis *partem* absolverit. Et certe *Ephemeridum*, è quibus *Dæsi* *τριάκτις* emanavit, fidem suspectam facit ipsa earum inconstantia. *Dæsi* xxx. *mortuum* scripsisse fertur *Aristobulus*, quem *Dæsi* ejusdem *τῆ τρίτη φθίνοντι* excessisse ipsæ referebant, eodem *Plutarcho* teste, *Ephemerides*. Et tamen Auctorem coævum illæ quoque præ se ferebant *Ephemerides*. *Eumenem* intelligo *Cardianum*, si quidem is fuerit *dux* apud *Alexandri* successores celeberrimus. *Diodotus Erythræus* alius *Ephemeridum* confarcinator, quis fuerit, aut quando vixerit, nihil constat. Unicus nos docet ^{b Athen. L. X. c. II.} *Athenæus* ab his collectas esse *Alexandri Ephemerides*. Multo minus exploratum habemus tempus *Strattidis Olynthii*, quem docet *Suidas*, non, quod putant alii, *Ephemerides* collegisse; sed scripsisse *ἠεὶ τῶν Ἀλεξάνδρου ἐφημερίδων βιβλία πέντε*. Non videtur ex illis *Ephemeridibus*, tanquam è *monumentis* fide dignissimis, *Alexandri Historiam* congeffisse; sed potius de illis, quid *sentiendum* esset, *Libris* suis exposuisse. Seu illas *defenderit*, seu *oppugnavit*; innuit, ni fallor, fuisse tamen qui de earum *fide* dubitarint. *Arianus* certe qui summo iudicio *Alexandri Historiam* concinnavit, neminem tamen reperit è tot illius *Historicis*, cujus *fidem* sequi tuto posset præter *Aristobulum Peripateticum*



teticum & Ptolemæum Lagidem. Cur autem has repudiaret *Ephemerides*, si quidem illæ è *coævis* haustæ fuissent *Archivis*, aut è *coævis* saltem *Auctoribus*? Atqui tantum abest ut illas in *testimonium* adhibuerit, ut ne quidem unquam *mentionem* dignatus sit. Ne quidem illo ipso in loco quo *Aristobuli* sui sententiam de *Alexandri* morte refert, mortisque tempore. Nihil tamen ille de *Dæsidio* cujus *ἡμερολόγιον* *Alexandri* obitum, si quidem *Plutarcho* fides, statuerat *Aristobulus*. Unde ergo factum ut hoc repererit in *Aristobulo* *Plutarchus* quod non reperit *Arianus*? Nihil præterea ex his *Ephemeridibus* *Curtius*, nihil antiquior *Curtio* *Diodorus*, nihil *Diodoro* antiquior *Trogus*. Non dico illos tantummodo nunquam ad *Ephemeridas* provocasse. Adde insuper ne quidem quicquam habere unde constare posset unquamne illas *viderint*. Nihil illi de *Eumene* *Cardiano*, aut *Diodoto* *Erythraeo*, aut de alio aliquo qui *Ephemeridas* collegerit. Alia prorsus erant *Alexandri* *ἡμερολόγια*, quorum meminit ^a *Diodorus*. *Ephemerides* res *gestas* complectebantur, ad ditis rerum gerendarum *diebus* duntaxat *Macedonicis*. *ἡμερολόγια* de rebus in *futurum* gerendis tantummodo præcipiebant. Rem porro *gestam* nullam illi *diebus* designant, nedum *Macedonicis*. Primus autem, quod sciam, *Plutarchus* harum meminit *Ephemeridum*. Sunt enim illo juniores *Ælianus* atque *Athenæus*. Estque profecto mirum res *gestas* *Alexandri* *M.* *diebus* aliis vix fere designari quam *Atticis*, si quidem ulla fuissent earum *Archiva* *coæva*, quæ illa memoraverunt *diebus* tantummodo *Macedonicis*.

^a *Diodor. Ol.*
3142.

Sect. VI.
E junioris falsarii ratiociniis, & quidem falsis, natæ illæ fuisse videntur *Ephemerides*.
^b *Esth. VI. 1.*

^c *App. ad Præl. Camden.*

Mihi, fateor, suspectum est, *juniorum* inventis has omnes esse tribuendas *Ephemeridas*. Non me quidem fugit *Persarum* *Regibus* suos fuisse rerum *diurnarum* *Commentarios* quos *Alexander* imitari potuerit. Hoc nos ^b *Estheræ* docet *Historia*. Inde postea manavit mos *Principibus* *viris* receptissimus res suas *gestas* omnes *publicis* *Actis* consignandi. Inde postea *Arati* & *Sulle* de rebus suis *Commentarii*. Inde *Julii* & *Augusti*. Inde *Trajanii*, *Hadriani* aliorumque *Imperatorum Romanorum*. Etiam ad homines *privatos* exemplum emanasse, ^c alibi ostendimus. Hoc itaque, ni fallor, exemplum ob oculos habuerunt, quicumque fuerint, harum *Alexandri* *Ephemeridum* conditores, ut ex his *Historiam* congererent, quam volebant haberi certissimam. Recte quidem illi, si quidem ullæ fuissent, his temporibus, *publicorum* *Archivorum* custodia securæ *Ephemerides*. Sed nondum eousque mos ille processerat. *Principum* *privatis* placitis,

&



& in eorundem *usus tantummodo privatos* conditæ, dum *vi-*
verent ipsi Principes, *arcane*; cum periissent, pro *consciõrum*
arbitrio neglectæ ipsæ quoque perierunt. *Cyri* certe edictum
 de templo *Judæorum* condendo non inter ejus *Ephemeridas* re-
 pertum est, sed in ^a *Archivis Provincialibus*. Sed nec rem ge-
 stam Regum *Persarum* vel *unicam* habemus *die mensis Persici*
 vel *Babylonicæ* consignatam, quæ originem prodat ex istius-
 modi *Ephemeridibus*. Ne quidem ullas *Ephemeridas* opponit
Herodoto tam infensus famæ illius *Ctesias*, qui tamen vixit in
 ipsa aula Principi charissimus. Sed nec ullos legimus ex *Alexan-*
dri Successoribus, cujus *Historia* per *dies* digesta originem sa-
 piat quæ ipsa emanarit è *Diurnis*. Horum ergo temporum
 exemplis verisimillimum est *alienas* illas fuisse *Ephemeridas*, &
 juniores adeo fuisse qui illas cœvorum nominibus confinxerunt
 Impostores. *Solarem* certe annum *Macedonicum* supponunt,
 ut proinde forma anni *Macedonici Solaris* antiquiores esse
 non possint. *Dæsi* dies xxviii. (quo *Alexandrum* excessisse vole-
 bant incerti nominis, quarum meminit *Plutarchus*, *Ephemerides*)
 pro tabulis Cl. *Ufferii*, idem erat in anno communi *Maii Ju-*
liani xxii^{us}. Nihil sane quicquam habet commune, fateor,
 hoc in loco, hic dies *Maii Juliani* xxii. cum die *Thargelionis*
Attici vi^o. Habebat tamen, cum pugnaretur ad *Granicum*, quam
 pugnam *Thargelionis* vi^o. fuisse probavit Cl. *Ufferius*. Debel-
 lati *Thebani* anno 2^o. *Olymp.* cxi^a. teste etiam *Diodoro*. Nempe
Atheniensibus *Mysteria* celebrantibus, ut fatentur tam ^b *Plutar-*
chus quam ^c *Arianus*. *Septembri* proinde *Juliano*. Pudit au-
 tem *Alexandrum* tantæ cladis in *Græcos* illatæ. Mox ergo se
 ad Expeditionem adversus *Persas* accinxit. "Απα τῆ ἡεὶ δεξι-
 ῶδω, inquit *Arianus*. Hinc sane constat prælium ad *Grani-*
cum anno hujus *Olympiadis* 2^o. fuisse, si quidem mense fuerit
Attico Thargelione. *Diodorus* ad 3^m. retulit, quod illo anno,
 qua à *vere* cœpit, annus *Olympiadis* 3^{us}. inceperit. Sunt enim
 hujusmodi errores, in annis variis male invicem committendis,
 in *Diodoro* frequentissimi. Cœpit *Thargelion Atticus* hoc anno,
 pro nostris *Cycli Metonici* tabulis, anno vi^o. *Enneadecaeteridis*
 3^{io}. *Cycli* autem universi 98^o. *Maii* die xvii. Ita dies ejusdem
 vi^{us}. erit proinde *Maii*, ut dixi, xxii^{us}. Et proinde *Dæsi* *Sol-*
aris die xxviii^o. Inde, quia semel cum *Dæsi Solaris* die xxviii^o.
 convenerat *Thargelionis Attici Lunar*is dies vi^{us}. temere inde
 collegit harum *Ephemeridum* confarcinator, etiam anno quo
 obiit *Alexander*, eundem fuisse cum *Dæsi* xxviii. Suspicio præ-
 terea



a *Arian. L. II.*b *Plutarch.
Alex.*

terea male Auctorem *Plutarchi* de prælio ad *Granicum* illa intellexisse, quæ erant verius ad excidium *Tyri* referenda. *Tyrum* mense *Hecatombæone* expugnatam docet ^a *Arianus*. Itaque pro nostris hypothefibus, mense *Macedonum Dæfio*, sed *Lunari*. Et *τηνανάδα* fuisse, mensisque *ultimum*, docet ipse ^b *Plutarchus*. Auctacter autem vaticinatus fuerat *Aristander* aruspex insignissimus, hoc ipso mense urbem esse expugnandam. Hic ergo, cum de vaticinii exitu metueret, ut famæ Aruspici sibi gratissimi consulere; iussisse *Alexandrum* refert *Plutarchus*, μηκέτι *τηνανάδα* τὴν ἡμέραν ἐπέειλε, ἀλλὰ τρίτῃ φθίνοντι ἀεθμῆν. Ita conciliantur invicem interpolatus *Aristobulus* & *Ephemeridum* aliarum Auctor Anonymus. Quæ enim erat mensis *τηνανάδος* eadem erat revera *τρίτῃ φθίνοντι*, & quidem *Dæfii*, sed *Lunaris*. Hic consentaneum erat, ut qui ipsius *Dæfii* etiam Religionem metuerent, hoc præterea consulere, ut loco *Dæfii secundus* numeraretur *Artemisius*. Ita respondebunt examussim omnia. Nec obstat quod diem hujus *Hecatombæonis ultimum*, quo *Tyrus* excisa est, *exemptilem* faciant nostræ *Tabulæ Ol. cxii. r.* Erant enim in mensibus etiam *cavis* suæ tamen *τηνανάδες*, ut alibi ostendimus. Fallunturque qui aliter sentiunt Viri præstantissimi, in quibus & *Norissus*. Potius è contra illum ipsum diem *exemptilem* fuisse innuit, quod non *δωδέκα φθίνοντι*, sed *τρίτῃ Alexander* numerandam decreverit. In mensibus enim *cavis* quæ *τηνανάδος* numerabatur, ea erat revera *δωδέκα φθίνοντι*. Itaque necesse erat ut *τρίτῃ φθίνοντι* illam numeraret, ut vel unum in mensis fine diem lucraretur. Hic itaque, si scopum attingerimus, egregium specimen habemus, quibus demum *ratiociniis* *Ephemerides* suas constituerint juniores; quam temere illi *unius facti* diem ad *aliud* retulerint; quam imperite *Lunares* rationes & *Solares* invicem permiscuerint; quam raro unquam gesta *Macedonum* diebus *Macedonicis* in *coavis* monumentis consignata repererint, cum necesse habuerint dies *Solares Macedonicos* non è diebus *Macedonum Lunaribus*, sed ex *Atticis*, in *Historia Veteri*, per *ratiocinia*, qua licuit elicere. Concorrebat ergo his *Tyri* captæ temporibus cum *Hecatombæone Attico Dæfio Macedonicis*; non autem, ut postea in anno *Solari*, cum *Thargelione*. Concorrebant etiam cum mensibus *Atticis* menses etiam *Macedonici Lunares*. Cur enim, quæso, aliter tot mensium *Atticorum* dies *sextos* in *Historia Macedonica* observarent quasi ominosos coævi Scriptores, nisi qui mensium *Atticorum sexti* fuissent, iidem etiam mensium *Macedonicorum*



nicorum sexti numerarentur? Cur etiam toties mensium *dies sexti* concurrerent, nisi *mensēs* etiam *integri* invicem concurrissent? Cur denique *dies gestorum Macedonicorum Macedonicos* toties *omitterent* Scriptores illi, cum jam *Atticos* designassent, nisi quia ex similibus utriusque gentis *Cyclis*, & similibus etiam *Kalendaris*, die *Attico* designato, *Macedonicum* supposuissent proinde manifestum. Hoc sane supponunt juniorum illa, quæ dixi, *ratiocinia*. Interim observatione dignum est in hac antiquiori *Macedonum* Historia, *dies Atticos* plerunque fuisse qui è *coævis* prodierint monumentis; *Macedonicos* autem, præsertim in forma *Solari*, juniorum potius deberi conjecturis. Pluris ergo faciendi *Attici* ab iis qui *temporis* seriem cupiunt accuratam, & ad illos erunt exigendi *Macedonici*. Itaque, ut ad *exempla* jam dicta redeamus, *Thargelionis Attici* die vi°. pugnatum ad *Granicum*, *Ol. cxi. 2. Maii Juliani* die xxiii°. si nullus fuisset *exemptilis*; sed propter *exemptilem*, proinde tantummodo xxii°. nempe posteriori diei *Attici* die *Juliano*. Non tamen *Dæsi*, sed *Xanthici* (qui *Thargelioni Attico* respondebat) *Macedonici* die itidem vi°. *Tyrus* etiam expugnata est *Attici Hecatombæonis*, & proinde *Dæsi Macedonici* *τετρακάδι*, cujus pars posterior qua *Urbs* capta, *Olymp. cxii. 1. cum Augusti Juliani* die concurrebat xx°. Denique mors *Alexandri Olymp. cxiv. 1. Thargelionis Attici*, & proinde *Xanthici* rursus *Macedonici*, die vi°. *Aprilis* fuerit *Juliani* die xxi°. *vespera*. Sic ergo conferendi invicem, his temporibus, *Macedonum Atheniensiumque* menses:

- | | | |
|--|---|--|
| I. <i>Dæsius</i> & <i>Hecatombæon</i> . | V. <i>Hyperberetæus</i> & <i>Pyanepsion</i> . | IX. <i>Peritius</i> & <i>Elaphebolion</i> . |
| II. <i>Panemus</i> & <i>Metageitnion</i> . | VI. <i>Dius</i> & <i>Posideon</i> . | X. <i>Dysstrus</i> & <i>Munychion</i> . |
| III. <i>Lous</i> & <i>Boëdromion</i> , è <i>Demosth.</i> | 2. <i>Dius</i> & 2. <i>Posideon</i> . | XI. <i>Xanthicus</i> & <i>Thargelion</i> . |
| IV. <i>Gorpæus</i> & <i>Memaesterion</i> . | VII. <i>Apellæus</i> & <i>Gamelion</i> . | XII. <i>Artemisius</i> & <i>Scirophorion</i> . |
| | VIII. <i>Audynæus</i> & <i>Anthesterion</i> . | |

Hæc ergo si vera sint, jam fundamentum omne corruet, quo fretus anni *Solaris* usum his temporibus astruxit *Cl. Ufferius*. Hoc nimirum inde collegit, quod prælio ad *Granicum Dæsi Macedonici* dies xxviii^{us}. vel xxx^{us}. cum *Thargelionis Attici* die coinciderit vi°. quam discrepantiam tantam esse non potuisse credidit, si *mensis* uterque fuisset *Lunaris*. Quod si quæ diximus recte procedant; jam errore factum esse constat, quod cum *Thargelione* commissus fuerit *Dæsius* cum quo nihil commune habuit prælium ad *Granicum*. Recte quidem, fateor, procederet Argumentum, si veterum coævorum testimoniis utrumque constaret, tam *Dæsum* fuisse, cum pugnaretur, *ex-*
euntem;

Sect. VII.
Nondum antiquioribus hæc temporibus usus anni *Macedonici Solaris Ufferiani*.



euntem; quam *Thargelionis* diem fuisse tantummodo vi^m. Sed vel juniorum nemo utrumque hoc asseruit, nec Veterum ullus fuisse *Dasum*. Quod si fides ulla juniorum *ratiociniis*, etiam ante Epistolam *Philippi* situm eundem tenuissent menses *Macedonum* quem postea tenebant in anno *Solari*. Tunc enim, cum nasceretur *Alexander*, *Loum* nihilominus, non (ut postea *Philippus* pater) cum *Boëdromione* committit, sed cum *Hecatombæone* *Plutarchus*. Et tamen medio spatio & *Lunares* fuisse *Macedonum* menses, & veteri situ dispositos, ipse concedit Cl. Præsul. Proinde mirum est hoc ipso exemplo usum esse ad astruendum illum mensium *Macedonicorum* ordinem quem ipse *Philippo* recentiore agnovit. Melius è contra, è *Natali Alexandri* ita commisso collegisset, Veterum de die *Attico*, quo natus fuerit *Alexander*, *testimoniis*, suas de die *Macedonico conjecturas* immiscuisse juniores, & proinde quam nullam fidem de illis mereantur temporibus nisi aliunde fulciantur. Magis hoc mirandum quod de hoc ipso *Alexandri Natali* malam *Plutarchi* commissionem ipse convicerit ex *Aristobulo*, qui præter annos xxxii. menses præterea viii. *Alexandro* concesserat. *Octavius* quippe mensis, quo obiit, *Thargelion* non erat à *Loo* qua cum *Hecatombæone*, sed qua cum *Boëdromione*, contendebatur. Inde merito suspicari potuit Vir sagacissimus, ne forte simili errore juniores *Thargelionem*, quo pugnatum est ad *Granicum*, cum *Dasio Macedonico*, non veteri, sed suorum temporum, contulissent. Nec id præterea observavit doctissimus Primas, is si fuisset, quem volebat ipse (cum ad *Granicum* pugnaretur) locus *Macedonici Artemisii*, ut cum *Munychione Attico* pari jure processerit; duas præterea ad minimum fuisse oportere in anno *Macedonico* mutationes, ut qui olim cum *Scirophorione* commissus fuerat *Artemisius*, jam duobus gradibus retrorsum ad *Munychionem* usque relaberetur. Parum scilicet alioqui, in tam brevi, tam paucorum annorum circuitu verisimiles. ^a *Ufferius* ipse mutationem à forma *Lunari* in *Solarem* inter *Olymp.* cviii. 2. & *Ol.* cx. 4. concludendam censuit. Vix tamen potuit ab exitu *Philippi* forma coepisse *Solaris*, si prælio ad *Granicum* *Olymp.* cx. 2. tum primum intercalatus posterior *Artemisius* secuturos deinde menses perpetuo in anteriora protruserit. Et ne quidem id rationi consonum est per tot *Asiæ* Civitates recentiore illum mensium *Macedonicorum* situm tam cito obtinuisse, si à prælio ad *Granicum* coepisset. Denique nec illud meminerat tantus Præsul cautum esse à Veteribus ne fraudi essent

^a *Uffer.* de Mac.
& *As.* an. Sol.
c. 1. 5-



essent in futurum *Cycli* rationibus exemptiones illæ vel intercalationes *dierum* seu *mensium*, pro re nata, Religione exigente, factas. Hoc nos docet in *Verrem Cicero*, dies *exemptos* aliis diebus præter *Cycli* normam *intercalatis* suppleri solitos, ut *congruerent cæli rationes*; & *sesquimestre spatium* à *Verre* *Kalendario* direptum de novo *intercalavisse Cephæditanos*. Quid ergo dubitemus quin *secundum* illum *Artemisium* loco alieno additum *Alexander*, mense alio sublato *sarciverit*? Poterat *secuturum*, post *secundum* saltem *Artemisium*, *Dæsum* sequentis post *Dæsum* mensis *Panemi* nomine appellasse, ut constaret sibi *Kalendarium*. Sic enim menses alios aliorum *nominibus* appellasse vidimus *Athenienses* in causa *Demetrii Poliorcetae*. Hoc si exemplo præverit *Alexander*, nulla casus illius memoria in *posterorum Kalendaria* redundare potuit. Nullum sane in *Kalendario Attico* hiatus vestigium propter tot *mensium nomina* uni *mensi* attributa in gratiam *Demetrii*.

Exemplum his temporibus plane nullum reperire potuit tantus Auctor quo tam antiquum apud *Macedonas* anni *Solaris* usum evinceret. Sunt autem alioqui Argumenta multa, quæ *contrarium* suadeant. Cur enim, quæso, de anno *Solari* cogitarent *Macedones* nondum *Græcia* egressi? Anni certe *Solaris* nullum habuisse in *Græcia* videntur exemplum, postquam *Oracula* illa (quorum meminit *Geminus*) *Græcis* universis reddita *Legibus* à *Gemino* similiter memoratis *Græci* confirmassent, *Cyclis* proinde introductis qui *mensium* formam *Lunarem* cum *annis* forma *Solari*, certo annorum *circuitu*, in concordiam redigerent. Erant autem ipsi quoque *Macedones Græci Argivis* oriundi, & post Bellum *Sacrum* à *Philippo* confectum, in *Concilium Amphyctionum* admissi, qui *Græciæ universæ* *Sacris* præerant. Imo *Græciæ universæ* nomine *Dux* adversus *Persas* primo *Philippus*, tum deinde *Alexander*, renunciatus est. Itaque eidem *Religioni* obnoxii de *mensium* forma observanda *Lunari*. Nec sane alios *mensis Philippi* temporibus fuisse quam *Lunares* ipse etiam concessit *Ufferius*, qui à *Philippi fine* Epocham *Solaris* anni deduxit. Sed nec *Numinum* contemtor ipse fuit *Alexander* quem *Aristandro* aruspici fuisse constat addictissimum. Postea, capta *Babylone*, tum demum innotuit anni forma *Solaris*, qualis erat in *Æra Nabonassarea*, *mensium* *xii. tricenariorum* cum quinque *Epagomenis*. Tum demum rerum novarum studiosi *Macedones* à *legibus patriis* ad victarum gentium consuetudines desciverunt. Hoc certe nomine *Alexandrum* re-

Bbb

prehen-

Sect. VIII.

Imo, ne quidem esse possit.



prehendunt *Historici*, quod fuerit morum *barbarorum*, quam tantum Principem decuit, studiosior; & paulatim ad eorum ritus defecerit. Num ergo, cum *vestitu*, formam anni *Babylonici* suis commendavit *Macedonibus*? Hoc certo nulla nos cœva docuit *Historia*, ne quidem ipsi censent qui formam *Solaris* his temporibus à *Macedonibus* acceptam censent. Est enim plane alia illa à *Nabonassarea*, & *Julianæ* propior, quam tabulæ repræsentant *Ufferianæ*. Et ne quidem postea anni *Solaris Nabonassarei* vestigium in *Asia*. Atqui si vel maxime *Kalendarium* novare voluissent *Macedones*, nec tamen sequi *Babylonios*; quos, quæso, habebant sibi proprios *Astronomos* quorum consilio id efficerent? Legimus sane nullos. Et ne quidem vestigium novæ *Epochæ*, unde processisse verisimile sit novæ formæ *Solaris* supputationem. Pacatiorum, quam fuerint *Alexandri*, temporum videtur illa fuisse mutatio. Suntque adeo *Alexandri* morte seriores *Epochæ*, quas quidem habemus exploratas, annorum *Macedonicorum Solarium*. *Epocha Dionysii* *Astronomi Ægyptiaca* per menses *Astronomicos*, ab initio incipiunt *Ptolemæi Philadelphii* illo quo cum *Patre* regnavit, post annum ab *Alexandri* morte xxxix^m. Hos, fateor, menses *Cælestes Macedonicos* appellant *Paschaliū* *Scriptorum* nonnulla *MSS. Kalendaria*. Sed *Ægyptiaca* illa, non *Asiana*, ut fuit *Epocha ipsa Ægyptiaca*. Sed *Juliano* anno *juniora*, qualia erant *Scripta illa omnia Paschalia*. Et *ratione* manifesta, quæ tamen propria fuerit *Alexandrinorum*. Tres enim apud illos obtinebant annorum formæ, proinde invicem accurate distinguendæ. Erat annus *Ægyptiorum vagus* à *Thoth mobili* inter incolas *Alexandriæ Ægyptios*, quem proinde *Ægyptiacum* appellabant. Erat etiam, à temporibus *Augusti*, annus ^a *Ægyptiacus fixus* à *Thoth fixo*, dieque *Augusti Juliani* xxix^o, inter *Græcos Alexandriæ* colonos quem proinde *Græcum* censebant, ut à priori anno *Ægyptiaco* secernerent, quod *coloni* illi origine fuissent *Græca*. Erat denique inter *Astronomos* annus ille mensium *Cælestium Astronomicus*, quem quia *Græcum* appellare non poterant, proinde, distinctionis gratia, *Macedonicum* appellabant, quanquam *Græci Alexandrini* iidem fuerint qui *Macedones*. Hanc formam postea imitatos *Asianos* existimo, & mensium *Macedonicorum* nomina pro *Signis* suffecisse. Sed nullum his temporibus vestigium mensis *Astronomici* qui nomine *Macedonico* fuerit insignitus. Ne quidem si eodem fuissent ordine quo postea, cum *Solares* essent; exinde constabit menses ipsos fuisse *Solares*. Hoc tamen unum

^a Vid. App. ad
Dils. Cypr.




unum probarent exempla illustrissimi Primatis, si vel maxime ex *Archivis* emanassent, non autem è *juniorum* tantummodo *conjecturis*. Mensis *Macedonici*, qui plusquam dies xxx completeretur, exemplum nullum habemus ante Epocham *Julianam*.

Alio pugnat Argumento *Cl. Norisus*. Observavit ille mensibus *Macedonicis* ab initio *impari* numero supputatis suas tamen tribui apud Veteres *τριακάδας*. Hoc alienum censet à more mensium *Lunarium*, quos alternis *plenos & cavos* fuisse arbitratur. Ita scilicet ut *pleni* præcesserint, *cavi* sequerentur. Inde saltem illud sequi credit non fuisse his *temporibus* menses *Macedonicos Lunares* pro modo *Metonis*. Sed ita ut *Lunas* complexæ fuerint *tricenarias*. Sed jam antea ostendimus jam diu ante *Metonem* exolevisse *Lunaris* mensis formam illam *tricenariam*. Nec quicquam faciunt ad *horum temporum* usum probandum *Cyclorum Paschalium* imperiti *Conditores Astronomie* rudes. Sed fallitur plane *Vir doctissimus* cum hoc in mensibus *Lunaribus Metonicis* perpetuum existimat. Erant, fateor, à *Solonis* tempore usque ad *Metonem* alternis *pleni & cavi*, ut nos alibi ostendimus, & eodem, quo voluit *Vir doctus*, ordine. Sunt etiam, fateor, in *Enneadecaeteridibus Ecclesiæ Paschalibus*, hæcis proculdubio ex antiquioribus illis *Enneadecaeteridibus Metonis & Calippi*. Inde factum existimo ut in *antiquioribus* etiam *Enneadecaeteridibus* rem ita se habuisse crediderit *Vir aliqui peritissimus*. Sed hoc ipso discrepant *Veterum juniorumque Enneadecaeterides*, quod non fuerint veterum illæ mensium alternis *plenorum atque cavorum*. Mensem enim illum tantummodo *cavum* fecere *Veteres* in quem incidisset dies ab initio *Cycli LXIII^{us}*, nec de eo laborabant, *Communis* fuisset mensis an *Embolimæus*. Nec de eo etiam, *par* fuisset ab initio anni, an *impar*. Sed unus idemque mensis annis *Cycli diversis*, pro *exemptilis diei* forte, nunc *plenus* erat, nunc *vicissim cavus*. *Diferta* sunt, in hanc sententiam, verba *Gemini*: ὡςτε μὴ ἀγεῶδες ἓνα καὶ ἓνα κοῖλον ἢ πᾶληρον ἀλλὰ καὶ β' ποτὲ κατὰ τὸ ἕξῃς πᾶληρον. Τὸ ποτὸν ἢ φύσις ἢ τῶν φαινομένων ἐπιδέχεται πρὸς τὴν τῆς σελήνης λόγον ὅπερ ἐν τῇ ἀκαστηρίδι σου ἐνέω. Sic ille de *Hypothesibus veteris Enneadecaeteridis*, qua quidem discrepabant ab hoc anni *Lunaris Norisiani* modo qui *alternis* constat *plenis cavisque* mensibus. Addit idem *Geminus*: οὐδὲ γίνεται ἑξαμῆσιμῳ ἢ τριακᾶς ἀπὸ παντός, ἀλλ' ἢ ἀπὸ τῆς ἕξ ἡμερῶν πηχισοῦ ἑξαμῆσιμῳ λέγεται. Ita ne quidem in mensibus *cavis plerisque* defuerint *τριακάδες*, ut

Sect. IX.
Male Cl. Norisus menses Macedonum Lunares creditit tricenarios.
a Noris. Ann. & Ep. Syro-Maced. Diff. I. c. 1.

b Gemin. Astr. El. c. 6. p. 37. Petav.



credidit *Norifius*. Ego nunquam defuisse crediderim. Nam in illa quoque forma *Octaeterica* quæ revera mensibus alterna *plenis* constabat & *cavis*, & qua *ῥετανάδα* semper *ἑξαπέσιον* fuisse, innuit hoc loco *Geminus*; cavebant nihilominus *Veteres*, propter *sacras*, ut videtur, causas, ne menses *sine* mutilarentur, nec deessent *ῥετανάδες*. Hoc ita factum docent *Hesiodi* Commentatores, *Proclus*, *Tzetzes*, *Moschopulus*, non ut *ῥετανάς* appellaretur *ἑνὴ καὶ νεα*, ut in aliis *diebus exemptilibus* factum, sed ut *xxix^{us}*. quisque mensis cavi dies *ῥετανάς* appellaretur. Videantur quæ nos in hanc sententiam alibi ostendimus. Eadem *Religionis* causa exigebat ut etiam in *Enneadecaeteride* pro eodem exemplo eximeretur *ῥετανάς*, quoties in illam *dies à Cycli initio* *LXIII^{us}*. incidisset. Ut scilicet non tam *ipsa* quam, illius vice, *xxix^a*. potius mensis dies *eximeretur*. Ita undequaque hæc *Viri eruditissimi* corrui Argumentatio.

Diff. III. §. 24.

Scct. X.
Recentior anno
Juliano fuerit
oportet annus
Macedonicus So-
laris Ufferianus.

Nihil ergo est quo tantam anni *Macedonici Ufferiani Solaris* antiquitatem probent *Viri eruditissimi*. Contra multa sunt quæ tam antiquum ne quidem esse *potuisse* vincant. Plane jam dimiserant *Asiani* mensium *Lunarium* curam, cum *menses* non (ut olim) à *Noviluniis*, sed ab *ipsis Zodiaci punctis Cardinalibus* arcesserent. Quod sane brevi spatio contingere non potuisse facile concedet qui meminerit formam mensium *Lunarium* à *Religione*, & *Divinis* (quorum meminit *Geminus*) *Ora- culis*, in usum *Civilem* irrepsisse, pariter ac *Legibus* (eodem teste) *Civilibus*. Illo nimirum *sine* ut *Sacra patria* rite, & pro *Numinum* sententia, peragerentur. Et cum puncta ipsa *Cardinalia* anni *Solaris Macedonici Asiani* Auctores ab *octavis Kalendarum* mensium, in quos incidebant puncta *Cardinalia*, *Romanorum* censuerint, ut nos docuit testis (pro suo *Seculo*) certissimus *Galenus*; vel inde constat anni reformatione *Juliana* antiquiorem esse annum illum ne quidem *potuisse* quem *Alexandro M.* coævum credidit ornatissimus *Ufferius*. Primum illud antiquissimumq; (eorum quorum meminit *Ptolemæus*) *Solstitium* observavit *Meto Junii Juliani* die *xxvii.* non autem *xxiv.* ut volebant *Romani*. Nondum autem illis *Alexandri M.* temporibus suspicio aliqua de *Punctorum Cardinalium anticipatione*. Itaque quæ puncta illo *Seculo* recepta sunt, illa *perpetua* fore credebantur. Tantum aberat ut anni *Solares*, ætate *Alexandri*, ad puncta *Cardinalia* formæ *Julianæ* fuerint exigendi. Primus *anticipationem* illam detexit *Hipparchus*, elapsis à morte *Alexandri* annis plus minus *CLX.* *Æquinoctia* ab illo observata, non
item

item *Solstitia*, conservavit nobis *Ptolemæus* *Æquinoctiis* diversa. *Æquinoctium Autumnale*, à quo annum suum *Solarem* supputabant *Macedones*, die *Septembris Juliani* xxvii°. observavit *Hipparchus*, quod iusto triduo distat ab *Æquinoctio* illo à quo *Solarem* annum *Macedones* testatur censuisse *Galenus*. *Æquinoctium* alterum *Vernum* die *Martii* non xxv. ut voluit *Sosigenes*, sed xxiv. vel xxiii. observavit *Hipparchus*. Hucusque ergo nulla erat apud veteres *Græcos Asianosque* suspicio de *Æquinoctiis* in illos dies conferendis, qui cum *octavis Romanorum Kalendis* convenirent. Post *Seculum* ab *Hipparcho*, & quod excurrerat, *Kalendarium Romanum* ad *Solaris* anni modum emendavit *Julius*. Erat quidem is idem modus anni *Solaris* apud *Romanos* in antiquioribus *Julio Cyclis*. Et *Æquinoctium* viii. Kal. *Apriles*, sed pro modo *Juliano*, supponebatur vetustiora *Julio Parapegmata*, ut alibi^a ostendimus. Sed potius à *Magna Græciæ*, vel *Siciliæ*, *Pythagoræis* instituta arbitror illa *Parapegmata*; quam à *Græcia* proprie ita dicta. In *Asia* certe, de qua agimus, nullum apparet vel minimum vestigium ante *Julium* anni vel *Parapegmatis Juliani*. Alioqui ad *Parapegmata* illud potius, quam *Julianum*, sua omnia exegissent *Parapegmata*. Itaque *Julio* in *Asia* antiquior esse vix potuit sententia illa quæ puncta *Cardinalia* ad dies illos referebat, quos diebus *Kalendarum Romanarum octavis* in *Kalendarii* sui reformatione primus assignavit *Julius*. Et *juniores* adeo *Julio* fuerint oportet, qui annum illum *Macedonum Asianorum Solarem* constituerint quem descripsit *Galenus*. Fueritne *Æquinoctium Autumnale*, cum anni *Romani* formam *Cæsar* emendaret, *Septembris* die xxiv°. de eo jam non admodum laboro. Quanquam id quoque *conjecturis* potius atque *ratiociniis*, quam *Observationibus*, deberi censuerit^b *Petavius*. Mihi jam abunde sufficit, *Asianis*, ante *Cæsarem*, nondum innotuisse illam, seu *conjecturam*, seu *Observationem*. Et tamen certum est hoc ipso *Septembris Romani* die xxiv°. cœpisse annum *Asianum*. Et *Martii* etiam xxv°. (quo *Romanum* erat *Æquinoctium*) illud etiam in confesso est, *initium* fuisse mensis *Asiani septimi*. *Decembris* quidem die xxiv°. *mensis* suum *quartum* arcessebant *Asiani*, cum tamen die ejusdem mensis xxv°. *Romanum* fuerit *Solstitium*. Et *Junii* xxv°. *mensis* eorundem x°. deducit *Cl. Usserius*, cum tamen die *Junii* xxiv°. *Solstitium* constituerint *Romani*. Sed *Usserii* *Kalendarium* in eo correxit *Norifus*, ostenditque *Junii* xxiv°. (prorsus ad mentem *Romanorum*) *mensis* illum eundem x^m.

a App. ad Præf. *Camden*.

b *Petav. Doct. Temp. L. IV. c. 27.*



quem à *Solstitio* censebant, inchoasse *Asianos*. Superest ergo sola *Bruma Asiana* à *Romana Bruma* diversa, quam alia efficere potuit *Eccentricitas*, quæ nec ipsi sibi constat. Potius tamen crediderim *Chaldæorum Brumam* secutos *Asianos*, quam cum ix. Kal. *Januarias* necit^a *Columella*, ut jam monuit *Cl. Norisus*.

a *Colum. L. I. C. 2.*

Sect. XI.

Epocha Antiochenorum *Asiaca Romana* in Urbe illa antiquissima, multis tamen annis *Victoria* ipsa recentior. *Serior* alia illa quam à *Julii Caesaris* initio deduxerunt.

b *I Mac. XIII. 39. 40. 42. Joseph. Ant. XIII. 11.*

c *Dio L. II. init.*

Itaque *Julii Caesaris* temporibus *serior* illa fuerit oportet anni *Solaris Juliani* forma per *menses* designata *Macedonicos*, quam nos docuit *Galenus*. Multas autem habemus *Urbium Epochas*, non *Alexandro* duntaxat *Magno*, sed *Julio* etiam ipso juniores, præcipue *Syriacarum*, de quibus justum volumen scripsit *Cl. Norisus*. Harum pleræque in memoriam *αυτονομίας*, vel *αυτονομίας*, vel *πρωτοκαθεδρίας*, Juris nimirum *Metropolitani*, institutæ sunt, & *Patronorum* à quibus *Jura* istiusmodi fuissent consecutæ. Sic à remissis *Macedonum vectigalibus* Epocham libertatis inchoavit^b *Simon*. Itaque cum *Civitates liberæ* (quæ *αυτονομίας* & *αυτονομίας* etiam in *numis* suis venditant) *Jura* alia à *Macedonum* Regibus, alia à *Romanis*, acceperint; inde factum ut *Epochas* constituerint, pro indulgentiarum ordine, alias aliis antiquiores. Nullæ tamen sunt (quod quidem meminerim) in *Asianarum Urbium* seu *numis*, seu *Inscriptionibus*, istiusmodi *Epochæ*. Itaque è *Syriacarum Urbium Epochis Macedonicorum mensum* nominibus insignitis colligendum est, quid sit de *Asianis mensibus* statuendum, qua scilicet *Kalendarium Julianum* imitabantur. *Epochæ* autem illæ solæ ad causam nostram faciunt, quæ *Epocha Juliana* juniores sunt, quæque ad eventum aliquem in *Historia Romana* insignem spectant. His enim *Solis* verisimile est rationem habitam fuisse *anni Romani*. Sed vero *Urbium Syriacarum* prima erat *Antiochia*, certe rerum potentibus *Romanis*. Hic enim erant *Præsides Syriæ* quibus alii parebant *Provinciarum Syriacarum* præfecti. Hinc ergo primum exemplum emanasse verisimillimum est *anni Romani* ad alias *Syriacas* seu *Urbes*, seu *Provincias*. Dux autem erant apud *Antiochenos Epochæ Romanæ* omnium celeberrimæ: Alia ab origine recentiori, *Victoria Adriaca*; ab origine antiquiori aliâ, nempe ab initio *Julii Caesaris*. Antiquior autem usus erat *Epochæ* recentioris. Nempe ab anno *Varroniano 723. Sept. 11º*. Hinc enim *Imperii* initium censei solitum monet^c *Dio*. Imo ab hoc ipso die. Quod scilicet, profligato *Antonio*, *Monarchia Augusti* hoc ipso *victoriæ die* inierit. Quamvis autem ab hoc die atque anno procefferit *Epochæ calculus*; *Epocha* tamen ipsa *serior* erat, & post multos demum annos à *Victoria Adriaca* in usum



usum *Civilem* recepta. Numum *Quintilio Varo* *Syriæ* Præfide antiquiorem nullum habemus hac *Epocha* signatum. Sub eo tres habemus EK. SK. ZK. à Cl. ^a *Norifio*, ^b *Pagio* & ^c *Scheifstrateno* memoratos. Horum annorum primus anno *Varroniano* 748. definēbat, *Juliano* autem 40. Sunt etiam numi *Antiocheni* annis HK & GK signati, *Augusti* quidem vultu insignes, & nomine, nulla tamen *Vari* mentione. Proximi illis occurrunt numi *Antiocheni* sub Præfide *Silano*, ejusdem *Epochæ* annis insigniti BM. FM. & DM. Est & *Antiochenus* alius sub eodem *Silano* præsidente, superne A. inferne autem EM. signatus, quo cum primo *Tiberii* anno necitur annus hujus *Epochæ* XLV. Et similis alius *Seleuciensium*, superne Γ infra ZM. quo tertius itidem *Tiberii* annus cum anno hujus *Epochæ* XLVII. Ipse quoque ad *Æram* referendus *Antiochenam*, cum fuerit hæc *Seleucia* *Antiochiæ* tantummodo *Navalis*. Ex his duobus numis manifestum est, annos *Varronianos* designari 768. & 770. nec proinde alio quam ad *Epocham* hanc *Actiacam* hos numeros esse referendos. Edidit *Patinus* numum ex altera parte inscriptum: ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ, ex altera autem ita: ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΔΝ. Annus à victoria *Actiaca* LIV^{us}. idem erat *Varronianus* 777. *Tiberii* X^{us}. Nec est necesse ut ad *Augusti* tempora illum referamus, de quo dubitat merito Cl. *Norifius*. *Tiberium* ipsum *Cæsarem Augustum* multi appellant numi apud *Mediobarbum*. Facile item erat ut TI. è numo evanuerit, vel è *Typis* exciderit. Rem ita se habuisse vincit numus *Flacco* præsidente excusus anno *Antiocheno* BZ. si recte annum repræsentarit Cl. *Pagius*. Is enim ab anno victoriæ *Actiæ* arcessitus in annum definit *Varronianum* 785. Hucusque ergo duravit *Epocha Actiaca*. Postea hoc eodem *Flacco* præsidente, non jam amplius ab initio *Augusti*, sed ab initio *Belli Civilis* inter *Julium* & *Pompeium*, cum nondum vel *Julius* *Monarchiam* adeptus esset, novam *Epocham* cœperunt *Antiocheni*. Est enim alius numus quem vidit ^e *Norifius* penes *Vaillantium*, anteriori parte ita signatus: ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΣ, posteriori ita: ΕΠΙ ΦΛΑΚΚΟΥ. ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. ΕΤ. ΒΠ. Certe ante annum *Varronianum* 790. quo excessit *Tiberius*. Non vidit *Pagius*, sed à *Toinardo* communicatum vitiose descripsit, quem à *Ciceronis* *Consulatu* *Epocham* arcessivisse credidit. Hic sane numus *Epocham*, quam dixi, sequitur quæ ab anno cœpit *Varroniano* 705. Proinde excusus anno *Varroniano* 787. biennio post superiorem, triennio autem ante obitum *Tiberii*. Hoc ergo biennio,

a *Norif. Ann. & Ep. Syromac. Diss. III. c. 7.*
b *Pagi App. ad Baron. S. 127.*
c *Scheifstrat. Ant. Illustr. Nr. Edit.*

d *Pag. A.D. 33.*

e *Norif. Diss. III. c. 4.*



biennio, inter ann. *Varr.* 785. & 787. novam hanc Epocham condiderunt *Antiocheni*. Numi enim *Antiocheni* pesteriores à *posteriori* illa *Epocha* calculum ducunt. Sequebatur alius numus *Antiochenus*, Imperante *Claudio*, & *Petronio Syriae* Præsidente, anno *Antiocheno* q, nempe xc. annoque adeo *Varroniano* 795. non aliunde utique quam ab anno *Varroniano* 705. supputando. Est & alius, eodem Imperante *Claudio*, Præsidente *Syriae* *Cassio*, ut videtur, *Longino*, insculptus anno ejusdem *Epochæ* q q, nempe xcvi. Nempe *Varronianis* 799. & 801. respondentes. Nisi enim ita responderent, *Claudii* temporibus convenire non poterant. Putat *Cl. Norisus* notam hanc *Senarii R* supinum referre, eamque ita pingit α quasi ita se haberet. Aliter tamen ipse in numi *Ectypo* repræsenterat. Ita scilicet α quasi *R* pronum referret potius quam supinum. Ipse quidem hujusmodi numos *Epocha Antiochena* insignitos nullos vidi. Propius tamen mihi videtur ad veritatem accedere *Schellstratenus*, qui, ni fallor, ipse vidit. Sic autem depingit: α . Sic enim non longe discedit ab *Epifemo* $\beta\alpha\delta$. Qua scilicet *Græcas* literas ζ & τ in unam coalescentes repræsenterat. Hoc tamen obiter. Sequuntur numi, Præsidente *Quadrato*, *Nerone* Imperante, alius anno Δ f. alius *E* f. nempe annis *Varronianis* 809. & 810. *Christi* 56. & 57. Denique *Muciani* Præsidis, cum vultu *Galbæ* anno *Z* i p. Omnes ab anno *Varroniano* 705. Annus ille *Muciani* erat *Varronianus* 822. Sed *caeptus* tantummodo. Perit enim *Galba Jan.* xv. *Capit* autem anno *Christi* 68. exeunte, quo *Nerone*, (*Junio* mortuo) agnitus est in *Oriente Galba*. Ita tamen *sera*, ut missus ad gratulandum à *Patre Titus Romam* ante *Galbæ* *caedem* non attigerit. Postea non aliam quam hanc *posteriorcm* usurpabant *Scriptores*, quotquot habemus. Cur autem hanc *Epocham* ab illo, quem dixi, anno 705. arcessiverint, non certe *Julii Cæsaris* gratia factum, ut vult *Malela*, cujus *Monarchia*, nondum victo *Pompeio*, inde censi non potuit; sed potius quod inde pares procederint *Indictiones* tributorum à *Syriae* Præsidentibus exigendorum. Idque videtur agnoscere *Auctor Chronici Paschalis*, quod vulgo *Alexandrinum* appellari solebat. Diu autem postea *Epocham* ipsæ fecerunt *Indictiones*.

a Pag. A. D. 42.

8.

b *Noris* Diff. III.

c. 4.

c *Noris*. de E-

poch. *Syro-Mac.*

Diff. III. Cap. IV.

p. 153. Et Cap.

VII. p. 212.

d *Joseph Bell.*

Jud. V. 6. Lat.

n. xi. Gr. p. 83.

Sect. XII.

Post *Epochas*

Orientalium

Romanas coepit,

apud illos, anni

forma *Romana*.

Harum *Epocharum* *posteriorem*, non ab ipso *Epochæ* *initio* *Antiochenis* usurpatam fuisse constat; sed postea quam *prior* à *recentiori* *initio* ductæ aliquantisper assuevissent. Itaque non est quod miremur si & *prior* illa etiam fuerit tantummodo *Proleptica*, multisque fuerit *Abiaca* ipsa victoria annis *recentior*.

Faci



Facit certe ut ita rem fuisse suspicemur, quod primus numus xxv°. post victoriam anno fuerit signatus. Erant enim, cum vinceretur, in *Antonii* partibus *Antiocheni*, uti etiam *Asiani*. Paulatim ergo delenda memoria erat *Antonii*, & novis victoris beneficiis *Orientalium* concilianda benevolentia, antea quam à Patroni clade Epocham inirent. *Varo* itaque Auctore, *ludentibus* tamen, imò *promptis*, ipsis *Antiochenis* Epocham illa fuerit fortasse recepta. Antea autem non erat cur anni formam *Romanam* imitatos fuisse suspicemur *Antiochenos*. Cum autem Epocham *Romanam* suscepissent; jam consentaneum erat ut Epocham *Romanam* annis etiam *Romanis* metirentur. Non tamen est negandum, quin Epochas varias eadem nihilominus anni forma supputare potuerint. Sic variæ erant in anni forma *Nabonassarea*, etiam *mobili*, Epochæ, quam *mobilem* semper observabant *Astronomi* & *Ægyptii*: à *Nabonassaro*, à *Philippo Arideo*, ab *Augusto*, à *Diocletiano*. Et variæ item in forma anni *Juliana*, annorum *Julianorum*, & à *Victoria Actiaca*, ne recentiores alias memorem ab initio *Pii*, à *Divis Fratibus*, &c. Sed vero hoc initio, quod ab anno *Varroniano* 748. deduximus, ut antiquiora nulla anni *Romani* vestigia apud *Orientalis* legimus; ita certe proxima legimus. Ut proinde consentaneum sit Epocham ipsam *Romanam* *Romanis* annis fuisse numeratam. *Romanum* certe annum ubique notum supponebant qui ad illius normam *Solares* suas rationes exigebant. Nec modo in *Coloniis*, verumetiam in *Urbibus* *Provinciarum primariis* & *Metropoliticiis*: Nec enim alioqui laborabant ut *privatarum* *Civitatum* mores imitarentur, quantumvis *celebrium*.

His autem ipsis temporibus *Solaria* sua *Parapegmata* omnes ad annum certe, si minùs *Parapegma*, exigebant *Julianum*. Cur illud, quæso, nisi omnium interfuisset ut scirent quo demum die *Juliano* *Siderum* ortus aut occasus esset statuendus? Cur illud, nisi forma anni *Juliani* jam omnibus fuisset exploratissima, aliis certe quibuscunque formis exploratior, etiam *Solaribus*? Cur illud, nisi etiam ipsa fuisset, pariter ut aliæ, in usum recepta *Civilem*? Cur apud *Orientalis*, nisi etiam ita se res habuisset in *Oriente*? Cum scriberet major *Plinius*, tres ait fuisse *Sectas* de siderum ortu & occasu per *Parapegmata* distribuendis: *Chaldaeam*, *Ægyptiam*, *Græcam*: quibus quartam testatur apud *Romanos* suos addidisse *Cæsarem Dictatorem*. Non erant certe aliorum, quam *Solarium*, annorum illa *Parapegmata*. Nec conferrî invicem poterant, nisi reliqua ad unum

C c c

reducta

Sect. XIII.

Paulo post prædictas Epochas

*Orientalium**Parapegmata*cum *Kalendario*

constat com-

missa esse *Julia-*

no.

a *Plin. N. H.*

xviii. 25.




redacta fuissent reliquis notius & celebrius. Discrepabant enim in *Zodiaci* distributione invicem *Astronomi*: in punctis *Zodiaci Cardinalibus*, quæ primis alii, alii octavis Signorum partibus tribuebant: in *Æquinoctiorum & Solstitiorum anticipatione*, quam nullam supponebant *Parapegmata vetustissima*: in Signorum ipsorum *partitione*, quam etiam diversissimam supputabant *Astronomi*: aliis *Eccentricitatem Zodiaci* nullam prorsus admittentibus; aliis admittentibus quidem, sed ne quidem in eo, qualis fuerit, invicem *consentientibus*. Inde adeo *diversæ*, de *dierum numero* quibus *Sol Signa* singula peragrabat, *Astronomorum* sententiæ. Mitto jam *initia* Supputationum diversa, pro punctorum *Cardinalium* diversitate. Mitto etiam *Observationum discordiam*, de qua queritur ibidem *Plinius*. Fecerunt hæc omnia ut ne quidem contendere invicem possent hæc tam diversa *Parapegmata*, nisi ad *unum* aliquod, ut dixi, ubique notissimum, quod reliquis *normæ* loco esse posset, cætera fuissent redacta. Hoc autem quodnam, quæso, aliud esse potuit quam *gentis omnium Dominæ Romanæ*? Imo verissimum esse constat, alia quæcunque gentium *Orientalium Parapegmata*, ut intelligerentur, ad *dies* esse redacta *Kalendarii Juliani*. Sic *Nonis Januariis* *Egypto sagittam occidere docet Plinius*. Sic *Nonis Aprilis* idem in *Attica Vergilias vesperi occultari*; *postridie* autem in *Bœotia*. *Cæsari* autem & *Chaldæis* (inquit) *Nonis, Egypto Orion & gladius ejus incipiunt abscondi*. Idem paucis interpositis: *Decimo quarto Calend. Maii* *Egypto* *Sucula* occidunt vesperi, *fidus* vehemens, & *terra marique turbidum*, *decimo sexto Atticæ*, *XV. Cæsari*, continuoque *triduo significat*; *Assyriæ* autem *XII. Calend.* Iterum: *VII. Calend. [Maii]* *Egypto hedi exoriuntur*: *VI. Calend. Bœotia & Atticæ canis vesperi occultatur, fiducula mane oritur*. *V. Calend. Assyriæ Orion totus absconditur, tertio autem Canis*. Postea: *Egypto* autem eodem die [*VIII. Id. Maii*] *Canis vesperi occultatur*. Ita cap. seq. 27. *XII. Calend. Junii. Capella vesperi occidens, & in Attica Canis*. -----*Tertio Nonas Junii Cæsari & Assyriæ Aquila vesperi oritur*. -----*Decimo septimo Calendas Julii gladius Orionis exoritur, quod Egypto post quadriduum*. Cap. 28. ita: *Zona* autem ejus [*Orionis*] *IV. Nonas Assyriæ, Egypta vero Procyon matutino æstuosus*. Idem habet de exortu *Canicula* Cap. 29. Pergit autem Cap. 28. *III. Nonas [Julii] Chaldæis corona occidit matutino. Atticæ Orion totus eo die exoritur. Pridie Idus Julii & Egyptiis Orion desinit exoriri. XVII. Calend. Augusti Assyriæ Procyon exoritur*. -----*XVIII. Calend. Augusti Egypti Aquila*

2 Plin. N. H.
xviii. 26.



Aquila occidit matutino, Etesiarumque prodromi flatus incipiunt, quod Cæsar X. Calend. sentire Italiam existimavit. Aquila Atticæ matutino occidit. Sic iterum Cap. 31. Pridie Idus August. Atticæ Equus oriens, vesperi Ægypto. -----XI. Cal. Septemb. Cæsari & Assyriæ Stella, quæ vindemiator appellatur, exoriri mane incipit. -----Vindemiator Ægypto Nonis exoritur. Atticæ Arcturus matutino, & Sagitta occidit mane. -----Decimo sexto Calend. Octob. Ægypto Spica, quam tenet Virgo, exoritur matutino, Etesiaque desinunt. Hoc idem Cæsari XIV. Calend. XIII. Assyriæ significant. -----Sexto Nonas Octobr. Atticæ corona exoritur mane. Asiæ & Cæsari V. Calend. Heniochus occidit matutino. E similibus cum anno Juliano commissis Parapegmatibus Orientalium hausit etiam illa paulo senior ^a Plinio Columella: Nono Kalendas Januarias ^a Colum. l. xi. Brumale Solstitium, sicut Chaldæi observant, significat. Exscripsit ^{c. 2.} enim uterque Auctores alios, se utique antiquiores, quorum Catalogum in Libri xviii. Indice dedit Plinius. Diu ergo ante tempora Galeni cum Kalendario Juliano commissa fuerant reliquarum Romani orbis gentium Parapegmata. Non alia, ut videtur, de causa, quam quod Solaris annus jam esset ubique receptissimus, propter hos, ni fallor, Parapegmatum usus, qui nulli locum habere poterant in anno Lunari; & quod forma Solaris anni Juliani esset omnium notissima. Ante Galenum certe Parapegma Ægyptiacum in anno Ægyptiaco fixo cum mensibus Julianis à Ptolemæo commissum edidit Petavius. Dies tamen utrobique commisit accuratius Codex Savilianus longe integrior; è quo sua hausit Cl. Usserius. Sed nec Plinii vel Columellæ temporibus nova erat illa commissio. ^b Plinius certe ^b Plin. N. H. quæ de hoc Argumento primus ipse investigavit, à nullo ante ^{xviii. 28.} illum prodita, sedulo distinguenda censuit. Reddit etiam rationem cur ab Auctorum, quorum Catalogum ediderat, testimoniis temperarit, quod scilicet ^c verbosum esset. Habuit er- ^c Plin. ib. c. 25. go in singulis, quorum fidem sequebatur, Auctores. Addidit autem nomina regionum, ut legentes (inquit) meminerint, brevitatis gratia, cum Attica nominata fuerit, simul intelligere Cycladas Insulas: cum Macedonia, Magnesium, Thraciam: cum Ægyptus, Phœnicem, Cyprum, Ciliciam: cum Bœotia, Locridem, Phocidem, & finitimos semper tractus: cum Hellepontus, Cherrhonesum, & continentia usque Atho montem: cum Ionia, Asiam, & Insulas Asiæ: cum Peloponnesus, Achaiam, & ad Hesperum jacentes terras. Chaldæi Assyriam & Babyloniam demonstrabunt. Regionum hanc distinctionem fecit propter Astronomos Parapegmatum Auctores,



a Ptolem. de
Appar. P. 93.
Ed. Petav.

qui his *regionibus* ipsi observationes ediderant, ut intelligeremus quid cuique *Astronomo* tribuendum esset. Μετο' ἀβλώησι, ἔ παῖς κυκλαῖσι, καὶ Μακεδονία καὶ Θράκη, ut nos docet ^a Ptolemæus. Hinc obiter intelligimus, apud *Macedonas* etiam obtinuisse *Parapegma Metonis*, ne dubitemus quin etiam apud eosdem obtinuerit ejusdem *Cyclus*. Sed seorsim *Macedoniam* cum *Thracia* memorat *Plinius*. Et seorsim *Metrodorum* memorat *Ptolemæus*, qui ἐν Μακεδονία observavit, καὶ Θράκη. Retulit etiam ad *Macedoniam* *Democritum* patria *Abderitam* Cl. *Ufferius*. In *Helleponto* *Calippus* observavit, è cujus proinde *Parapegmate* emanarint ortus *siderum* in *Helleponto* memorati. In *Peloponneso* *Philippus*. *Bæotice* *Astronomos* nullos habet *Ptolemæus*. Sed *Pythagoræos* fuisse verisimillimum est. Et ne quidem *Ionie* ullos, cum tamen ibi potissimum floruerint *Astronomorum Græcorum* antiquissimi, *Hesiodus*, (si quidem illius fuerit quæ ejus nomen tulit *Astrologia*,) *Thales*, *Anaximander*, *Anaxagoras* &c. quorum proinde *Parapegmatibus* hausta illa intelligenda sunt, quæ ad *Asiam* relata legimus. *Chaldæorum* illa fuerint quæ ad *Berosum*, *Critodemum*, & *Epigenem* alibi retulit idem ^b *Plinius*. His ergo *regionibus* jam olim ante *Plinium* & *Columellam* innotuerat forma anni *Solaris Juliana*, ut proinde fuerint ad illam exigenda tanquam omnium notissimam recepta illarum *Parapegmata*. Non certe diu post annum *Varronianum* 748. quo numum antiquissimum excusum esse diximus, qui fuerit *Epocha Romana* insignitus. Vix autem aliter committi invicem poterant illa *Parapegmata*, non certe cum *Juliano*, nisi *Julianum Kalendarium* fuisset in *Oriente* notissimum, usu etiam *Civili*; vel saltem forma anni *Solaris*, pro modo *Juliano*. Vaga enim *Parapegmata Zodiaci* gradibus designanda difficillime contendere poterant in tanta *Hypothesium* diversitate. Hinc ergo repetenda anni *Macedonici Solaris* origo.

b Plin. N. H.
VII. 56.

Sect. XIV.
In priori Epochâ Julium cum Augusto confudisse videtur Antiocheni.

Obiter de *antiquiore* illa *Epocha Antiochena*, cujus tamen usum *posteriores* è numis evicimus, pauca monenda sunt. A *Belli Civilis*, potius quam *Julii*, initio repetitam ostendimus. Hoc scilicet sine, ut *Indictionum* initia, qua *lustris* olim *Censoriis* responderant, explerent. Erat enim, *postremis* præsertim *Consulibus* temporibus, quintus quisque *Epochæ Varroniane* annus *lustricus*. Numerabant autem *Antiocheni* ab illius anni *Gorpiceo*, qui postea *Septembri Juliano* respondebat (cum tamen nondum *Kalendarium emendasset Julius*) ut nos docet Auctor
Chro-

Chronici *Paschalis*, qui ex iisdem multa hausit, unde *Malela*, fabulatoribus *Antiochenis*. Quanquam autem *Julii tempora*, non *originem*, attigerit *Epocha* illa; mihi tamen est suspicio, *Augusti* potius, quam *Julii*, initium eâ designasse, qui *Epocham* ab anno *Varroniano* 705. deductam usurpabant, *Orientalis*. Nempe ut *originem* ejus, non, ut antea, *Monarchiæ*, sed à primo ejus *Triumviratu* celebrarent. *Julio* enim annos xviii. tribuit *Antiochenus* ipse *Malela*, totidemque similis *Malelae* nugator Anonymus Barbaro-Latinus à *Scaligero* editus, qui scripsit sub *Anastasio Dicoro*. Hujus tam crassi erroris occasionem verisimiliorem non reperio, quam quod *Augusti* tempora ante *Victoriam Adriaticam*, quæ in annum incidit *Varronianum* 723. à *Cæsaris Julii* initio anno *Varroniano* 705. numerarint. Qui quidem error eò erat facilior, quod etiam *Augustus* eousque *Julius* audiret. *Augustus* enim anno tandem ejusdem *Epochæ* 727. appellatus est. Antea *C. Julius Cæsar C. F. Octavianus*, ut ex *Inscriptionibus* constat. Hinc facile erat *Orientalibus* rerum *Occidentalium* imperitis duos *Caios Julios Cæsares* invicem confundere, & pro uno eodemque Principe habere. Convenit certe quod ab *Augusto* *Monarchiam Romanorum* incipiant *Veterum* nonnulli. Convenit etiam quod à *Consulatu Lepidi & Planci Julii* sui *initium* arcessit *Auctor Chronici Paschalis*, quem adeo multa debere diximus *Scriptoribus Antiochenis*. Imo ipso illo in loco ubi de *origine* agit hujus *Epochæ Antiochenæ*. Annum enim *U. C. Varronianum* 712. hic designat *Consulatus*, cum quo nihil habuit commune *prior. Julius*. *Cæsus* nimirum *Mart.* xv. anni ejusdem *Epochæ Varronianæ* 710. Non tamen incommode pro *initio* habetur *Augusti*, qui primum *Triumviratum* à *Novemb. xxvii^o*. die cœperat anni superioris 711. Inde factum ut annum *Augusti* *XLII^m*. quo *natus* statuitur *Christus Dominus*, cum anno *Epochæ Antiochenæ* *XLII^o*. committat ^a *Malela*. E *Scriptoribus Antiochenis* proculdubio *Paschalibus*. Nec fane mirum est, si errore tam crasso lapsi fuerint *juniores* illi *Cyclorum Paschalium* sub *Veterum* commentitiis nominibus imperitissimi fabricatores. Magis erat cur miraremur si ipsius *Tiberii* temporibus, qui *proximus* *Augusto* successit, *Augustum* ipsum à *Julio* non internoverint *Antiocheni* novæ hujus *Epochæ* conditores, qui primos, ut vidimus, numos eâ insignitos excudebant. Et tamen rerum *Romanarum* admodum rudes erant *Scriptores rerum Orientalium*, ut alibi ^b ostendimus.

^a *Malél. l. x. p. 293. Part. I.*

^b *Add. ad Pearson.*



Sect. XV.
Chaldaeï Cyclo
Lunari Calippico
usi diu post
tempora Ale-
xandri M.

Cæterum diu post mortem *Alexandri*, adhuc apud *Macedonas* usum fuisse *Cycli Calippici*, discimus è *Babylonicis Chalæorum* *Observationibus* à *Ptolemæo* conservatis, quas tamen, quo pacto fuerint supputatæ, nondum docuerunt Viri Eruditi. Tres habet ille istiusmodi *Chalæorum* *Observationes*, mensibus tamen designatas *Macedonicis*. Cur, quæso, *Macedonicis*, nisi quia jam apud *Babylonios* ipsos obtinuerant menses *Macedonici*? nisi quia novis *Babyloniæ colonis Macedonibus* inutiles futuræ fuissent illæ *Observationes*, si mensibus designarentur tantummodo *Nabonassareis*, *Astronomorum*, atque adeo *Chalæorum*, propriis? *Mensibus* ergo *duplicibus* illæ omnes *Observationes* insigniuntur; *Nabonassareis*, propter anni formam cui jam assueverant *Astronomi*, quo possent facilius cum *prioribus Observationibus* eadem anni forma *Nabonassarea* à coævis eorum decessoribus traditis contendere: & tamen etiam *Macedonicis*, in gratiam *colonorum*, quod forma anni *Nabonassarei* propius ad *Solarem* accederet; & *dies* adeo *mensum* adeo *diversorum* longe invicem (ut ex ipso constat *Ptolemæo*) discreparint. Numentur præterea *anni* illi in *Epocha Macedonica*, nempe *Seleucidarum*. Cur itaque dubitemus quin *menses* illi nominibus *Macedonicis*, & in *Epocha Macedonica*, fuerint in usu *Macedonum Civili*? Et cum fuerit *Epocha* illa *Seleucidarum*, quorum sedes *Regia* in ipsa fuit *Babylone*; cur dubitemus quin *Macedonum* tam *Epocha* illa, quam etiam *menses*, fuerint *Babyloniorum*? Quod si *caput Imperii*, in *Asia*, *Macedonici* adhuc *Sacra patria*, ex *Oraculorum* jussu, *mensibus* veteribus observarint *Lunaribus*; non est profecto cur suspicemur subditas jugo *Macedonico Provincias*, *Macedonas* intelligo in *Provinciis* agentes, à *Sacris patriis secundum tria observandis* descivisse. Et si in regionibus *Babyloniæ & Chalææ* adeo *remotis* ea illibata servarint; magis est profecto verisimile, in *Provinciis mediis*, *Asiæ & Syriacis*, ritus pristinos, in quibus etiam locum habebant *Cycli mensium Lunarium*, retinuisse. Nondum ergo in his *Provinciis* obtinuerat forma anni *Solaris Macedonici* quam è *Galeno* descripsit *Cl. Ufferius*.

Sect. XVI.
Anno *Seleucidarum* 67. Nov. XIV. coepit *Apellæus*, *Lunaris* scilicet.
a *Ptol.* L. IX.
Constr. *Magn.*
c. 7. p. 232.

Videamus ergo quæ illa forma anni fuerit quam hæc supponunt *Observationes*. Primam ait fuisse à *Ptolemæo* anno κατὰ Χαλδαίους LXVII°. *Apellæi* die v°. anno *Nabonassareo* DIV°. *Thoth Ægyptiaci* XXVII°. εἰς τὴν κη. ἄρθρον. Annus ille *Nabonassareus* 504. coepit anno *U.C. Varroniano* 509. Demantur inde anni 67. Reliquus erit annus *Varron.* 442. quo *Epocham Seleucidarum* inivisse

pro-



probavit Cl. *Norifus*. Ita quidem si *absolutus* fuisset annus ille *Chaldæorum* anno *Varron.* 509. Sed *cæpit* duntaxat anno illo *Varroniano* annus ille *Chaldæorum* 67. ut *cæpit* etiam annus *Nabonassareus* 504. *Exiit* ergo anno *Varroniano* sequenti 510. Inde ergo si detrahantur 67. supererunt 443. Hoc ergo anno *Varroniano* post Epocham *Seleucidarum* receptissimam *proximo*, inivit Epocham *Chaldæorum*. Nec aliter forte *Seleucidarum* Epocham supputat Auctor Libri *Macca-baici* posterioris. Vid. 2. *Macc.* xi. 21. 33. 38. Ab illa ergo Epocham numerabant *Chaldæi*. Suntque fortasse hi *numeri* in illa Epocham omnium antiquissimi. Epocham enim hujus etiam *usum* post aliquot ab *initio* Epocham annos *cæpisse*, idem probavit Vir præstantissimus. Sed vero anno illo *Nabonassareo* *Thoth* inivit *Octob. Juliani* die xxiii. Proinde *Thoth* xxvii. idem erat cum *Novembris Juliani* die xviii°. Is ergo cum fuerit mensis *Macedonici* v^{us}. proinde die ejusdem *Novemb.* xiv. *cœperit* *Apellæus*. Anno autem illo *Varroniano* 509. *cœpit* Periodi *Calippicæ* ii^a. annus x^{us}. quo *initium* *Apellæi* ipso illo die *Novemb. Juliani* xiv°. nostram quoque statuunt *Tabulæ* *Cycli Calippici Macedonici*. Hoc tempore *Solem* ait *Ptolemæus* fuisse in *Scorpione* α d' 5" γ ". Est certe hoc *mensis initium* ab eo alienum, quod postea, vel ab ipsis punctis *Cardinalibus*, vel ab *initio* sui *primi* mensis *Juliano*, arcesserant *Macedones*, & mensis *Attici Calippici* *initio* propius, ut è nostris utriusque generis *Tabulis* constat *invicem collatis*. Incipit enim ejusdem mensis *Juliani* *Nov.* xv°. *Posideon Atticus*, anno illo *Cycli* x°. Cautius enim *Macedones* diem illum quem *redundare* diximus in *Cycli Metonici* *fine*, sui *Cycli Calippici* *initio* demendum censuerunt. *Cœpit* *Cyclus Macedonum Calippicus* anno *Olymp.* cxii. 3. *Sept.* xxvi. cum *mensis Attico Mæmacterione*, qui pro *Calippi* rationibus *Boëdromionis* erat penultimus; pro *Metonis*, ultimus. Sed quia alio *initio* anni utebantur, *Metonis* rationes eousque decurrere passi sunt. Sed cum diem unum *Metonis* rationibus demendum censuissent, hoc ita, ni fallor, effecerunt. Nempe *Boëdromionis Metonici* diem *ultimum primum* numerabant *novi* sui *Hyperberetæi*. Pro eodem scilicet exemplo quo *Meton* ipse *Harpalei Scirophorionis* diem xiii^m. *primum* numeraverat *novi* sui *Hecatombæonis*. Itaque factum est ut anno *Cycli Metonici* ultimo xxviii. tantummodo dies complexus fuerit *Metonicus Boëdromion*. Unum enim diem detraxerat dies *exemptilis Boëdromionis* vi^s. vel fortasse ii^{us}. Alium, quod *ultimum Boëdromionis* *primum* numeraverant

primi



primi sui Hyperberetæi. Et quidem *duos* ex eodem mense *dies*, ut æquarentur *Solis Lunæque* rationes, ex eodem mense detrudere nonnunquam solitos *Græcos* docet *Cicero* loco in *Verrem* celeberrimo. Ita ipsis *Atheniensibus* accuratius *Macedones Cycli Calippici* initium constituerint.

Sect. XVII.
Ann. Seleucid.
75. Oct. 16^o.
cœpit Diur.
a Ptolem. IX. 7.
p. 232.

Proxima *Chalæorum* Observatio erat anno *Epochæ* suæ LXXV^o. *Dii Macedonici* die XIV. Hunc numerat annum in *Epocha Nabonassarea* DXII^m. diem autem *Ægyptiaci Thoth* IX. εἰς τὴν ἰ ὀρθὴν ἂ Ptolemæus. Cœpit *Thoth* illius anni *Nabonassarei* die *Octob. Juliani* XXI. Ita *Thoth* IX^{us}. inierit die *Octob. Juliani* XXIX^o. Sed qui erat *Thoth Ægyptiaci* dies duntaxat IX^{us}. idem numerabatur *Dii* XIV^{us}. Ita inierit *Dius Macedonicus* *Octob. Juliani* die XVI^o. Plane ut in nostris legitur *Calippico-Macedonicis* Tabulis anno *Cycli* XVIII^o. qui pari annorum intervallo à priori discrepabat quo annus *Epochæ Chaldaicæ* LXXV^{us}. à LXVII^o. *Biduo* hic discrepat initium *Attici Pyanepsionis Calippici*. Inivit enim *Oct. Jul.* XVIII. *Triduo* *Mæmaeterion Metonicus*, propter *exemptiles* à diversis initiis supputatos. Hinc ergo colligitur recte nos *exemptiles*, & pro *Macedonum* sententia, constituisse. Colligitur etiam *Pyanepsioni Attico Calippico* respondisse *Dium Macedonicum*. Locum *centri Solaris* ait *Ptolemæus*. fuisse $\sigma\tau\omicron\upsilon\pi\tau\iota\omega\nu \textcircled{\text{C}} \mu\omicron\sigma\phi. \varepsilon \textcircled{\text{C}} 5'$.

Sect. XVIII.
Ann. Seleucid.
82. & post ann.
Epochæ ejufdem
75^o. in
locum *Dysfri*
retrocefferat
Xanthicus.

Tertia *Chalæorum* Observatio erat *Epochæ* ejusdem *Seleucidarum* anno LXXXII. die *Xanthici Macedonici* V^o. anno *Nabonassareo* DXIX. & mense *Ægyptiaco Tybi*. Sed quotus fuerit *Tybi* dies, *Librariorum* errores fecerunt incertum. Alibi enim dicitur *Tybi* β. alibi δ. utrobique tamen εἰσέρεος. Numerus β nota denarii utrobique communis est. Is ergo extra controversiam esto, cum nulla sit in eo *Codicum* discrepantia. Alius ergo quærendus qui cum eo necti debeat, qui in β vel δ facillimo *Librarii* errore perverti possit. Is autem est, ni fallor, θ minusculum, quale apud *Ptolemæum* usurpari sæpe videmus. Ita dies fuerit *Tybi* XIX. qui cum *Xanthici Macedonici* die V^o. coaluerit. Idque voluisse *Ptolemæum* exinde colligi posset, quod ab illo die quem designaverat *Tybi* dies numeret 215. Accuratissime. Erat enim dies *Tybi* XIX. anni *Ægyptiaci* 139. *Mesori* autem XXIV. quem pro alio habet termino, ejusdem anni *Ægyptiaci* dies erat 354. Subducantur ergo 139. è 354. Reliqui erunt dies 215. ut numeravit *Ptolemæus*. Hinc ergo *augendus* numerus videtur. Aliunde *minuendum* innuit. Locum enim *Solaris centri* statuit in *Piscium* gr. 6. 10. nempe gradu *Piscium* 7.

Si



Si autem dies fuisset *Tybi* XIX^{us}. ad gradum ejusdem Signi 14^m. propius accessisset quam 7^m. Horum ergo numerorum alterum erroneum esse necesse est, vel *diei* scilicet, vel *gradûs*. Sed nullus prorsus est numerus qui *Xanthicum Macedonicum* cum quocunque demum *Tybi* die illo anno conciliet. Illo enim anno *Nabonassareo* 519. *Thoth* inivit *Octob. Juliani* die XX^o. Ita mensis *Aegyptiacus* V^{us}. *Tybi* inierit die *Februarii Juliani* (qui tunc *Bisextilis* erat) XVII^o. & proinde deserit *Martii* sequentis die XVII^o. Sed vero anno illo *Bisextili*, qui *Cycli* erat *Calippici* XXV^{us}. non ante *Martii Juliani* diem XXVI^m. *Xanthicus* inivit, ut proinde nihil quicquam commune habere potuerit cum *Tybi Aegyptiaco*. Quid ergo hic statuemus? *Mensemne* alterum suspectum habebimus? Sed ægre admodum locum habere potest illa suspicio. *Chaldaeï* ipsi, qui tum *Macedonibus* parebant, quin *mensibus* has suas *Observationes Macedonicas* designârint, vix est quod dubitemus. Eisdem etiam (quo facilius cum *Veterum Observationibus* contenderentur) etiam *annis Nabonassareis*, & *mensibus* proinde *Nabonassareis*, easdem designâsse verisimillimum est. Ita *menses* utrique à coævis *Veterum Traditionibus* fluxerint, neutri à juniorum *ratiociniis*. Sed nec quicquam fuisse in ipsis *Observationibus* dubium ipse docet *Ptolemæus* ^a. Imo & ἀδιστακτως ἀναγεγραμμέναις παλαιῶν τηρήσεσιν has etiam *Observationes* accenset. Ergo *Tybi* fixum intelligemus? Atqui nondum inventus est illo *Seculo Tybi fixus*. Nec unquam placuit *Astronomis*, ob diversam anni formam ab eâ quâ majores primas *Observationes Astronomicas* posteris tradiderant. Nec denique cum *Solis* loco convenit in *Piscibus*, qui etiam ipse è coævâ *Observatorum traditione* manavit. Ergo *menses* alteros in alterorum locum credemus substituisse *Librarios*? Sed nulla est *mensum*, qui vel *Xanthicum* vel *Tybi* præcesserint aut secuti fuerint, tanta nominum similitudo quæ speciem huic suspicioni præbeat. *Menses* ergo *Xanthicum* & *Tybi*, aliquâ saltem ex parte, concurrisse verisimillimum est, cum hæc ultima *Chaldæorum* fieret *Observatio*. Sed concurrere non poterant nisi *sedem* mutârît *Xanthicus* in *Civili Babyloniorum* *Kalendario*. *Tybi* enim locus in *mensis Aegyptiaco* *vago* certus erat, & è loco *Solis* in *Piscibus*. Non poterat autem *Xanthicus* in locum hunc migrare propter aliquem, qui præcesserit, *Embolimum*. *Protrudebat* enim *secuturos* *menses*, non autem *retrahabat*, *mensis Embolimus*. Hic autem *Xanthicus* in *Dystri* præcedentis locum retrocesserat. Nihil itaque

a L. xi. c. 7.
p. 269.



video verisimilius, quam ut *medio* inter has duas ultimas Observationes *spatio* pruni mensis nomen ex *Hyperberetæo* in *Dium* mutarint *Babylonii*. Cum enim in *præcedentis mensis* nomen successisset *Dius*; consentaneum erat certe ut in *Dystri* locum succederet etiam *Xanthicus*. Ita gradus tenebimus, quibus à mensibus *Atticis* discesserint *Macedonici*, ad illum usque ordinem quo illos disposuit Cl. *Usserius*, qui sane ut sciantur, rei *Chronologicae* maxime interest. Eos uno intuitu ob oculos ponemus. Ita tamen ut mensium *Atticorum* ordinem (quod ab illo discesserint *Macedonici*) pro *normâ* habeamus:

	Philippi tempore.	Babyloniorum. ante 1 ^m . Chald. Obl.	Babyloniorum. inter Obl. 2 ^m . & 3 ^m .	Acheorum.
1. Hecatombæon.	Dæsius.	Panemus.	Lous.	Dius.
2. Metageuion.	Panemus.	Lous.	Gorpiæus.	Apellæus.
3. Boëdromion.	Lous.	Gorpiæus.	Hyperberetæus.	Audynæus.
4. Memaeterion.	Gorpiæus.	Hyperberetæus.	Dius.	Peritiæus.
5. Pyanepson.	Hyperberetæus.	Dius.	Apellæus.	Dystrus.
6. Posideon.	Dius.	Apellæus.	Audynæus.	Xanthicus.
7. Gamellon.	Apellæus.	Audynæus.	Peritiæus.	Artemisius.
8. Anthesterion.	Audynæus.	Peritiæus.	Dystrus.	Dæsius.
9. Elaphebolion.	Peritiæus.	Dystrus.	Xanthicus.	Panemus.
10. Munchion.	Dystrus.	Xanthicus.	Artemisius.	Lous.
11. Thargelion.	Xanthicus.	Artemisius.	Dæsius.	Gorpiæus.
12. Scirrhophorion.	Artemisius.	Dæsius.	Panemus.	Hyperberetæus.

Sect. XIX.
Variorum in
mensibus *Ma-*
cedonicis ordi-
num tempora, &
rationes.

a s. 6.

Nempe *primam* mutationem his omnibus *Chaldaeorum* Observationibus *antiquiorem* esse constat. Prioribus enim duabus Observationibus cum *Posideone Attico* concurrebat *Macedonicus Apellæus*, & cum *Pyanepson Attico* *Dius*; cum *Philippi* tempore *Pyanepson* cum *Hyperberetæo*, & *Posideon* cum *Dio* coinciderit. Ego, si *secundus* ille ab *Alexandro* intercalatus *Artemisius* non fuerit aliunde refarcitus, à *Tyri* obsidione illum mensium *Macedonicorum* ordinem cœpisse crediderim. *Hecatombæonem* enim fuisse, quo *Tyrus* expugnata est, & qui proinde cum *Dæzio* fuerat concursurus, ni *secundus* ille intercalatus fuisset *Artemisius*, jam ^a ostendi. Hucusque ergo obtinebat ordo mensium *Macedonicorum*, quo usus fuerat *Philippus*. Hinc ergo cœperit ordo eorundem mensium *secundus*, nempe ab *Olymp. cxii. 1*. *Tertius* inde ordo cœperit, ut dixi, medio aliquo anno inter ann. *Nab. 512. & 519*. Nempe inter ann. *Varron. 517. & 524*. Non, ut opinor, propter mensem aliquem



quem *intercalarem fortuitum*; sed *deditâ* potius *operâ*, ut *Dium* anni *principium* haberent. Ita *Religioni* nihil adversum in eâ mutatione visum, ut potius ipsâ *Religionis ominisque causâ sit*, ut à *Jove* rerum gerendarum auspicia ducerent, quod præcipit *Aratus*. Proinde *anni*, quicumque demum is fuerit, *initio* facta fuerit *Kalendarii illa mutatio*. Itaque *post* annum illum *Macedonicum*, qui anno *Nabonassareo 512*. inibat, nec adeo ante annum *Epochæ Nabonassareæ 513*, *Religionis* illam fuisse mutationem exinde colligo; quod quemcunque deinceps *mensum primum* anni censere volebant *Græci*, qui nomina mensium usurpabant *Macedonica*; eum postea *Dium* appellarent. Pro eodem scilicet exemplo quo jam supra observavi *Hecatombæonem Atticum* primum *mensum* appellatum junioribus, à quocunque demum *Coeli cardine* annus inivisset. Non aliud retulerim quod *Dæsum Sicyonium* cum *Anthesterione Attico* paria fecisse doceat in *Arati vitâ Plutarchus*. Supponebat jugum illud etiam cum *Hecatombæone Attico* parem fuisse *Dium Macedonicum*. Inde colligitur, cum *anno Attico* idem *initium* habuisse *annum Sicyonium*. Colligitur etiam ante mortem *Arati* jam primum locum in *Kalendario Macedonico* concessum esse *Dio*. Itaque *post* annum *Varronianum 518^m*. cœperit exemplum ordinis mensium *Macedonicorum* tertii. Nec multo tamen postea, cum ante mortem *Arati* ad *Sicyonios* etiam transierit, qui à *Philippo Macedone* circiter annum *Varr. 540^m*. veneno est extinctus. Nec diu, ni fallor, antea *menses* illos suos à *Macedonibus* acceperunt *Sicyonii*. Certe postea quam *Macedonum* iugo *Peloponnesus* etiam assueverat. His ergo *Chronologiæ* limitibus hæ *mutationes Kalendarii* omnes, ut videtur, concludendæ sunt. E tertio certe illo mensium *Macedonicorum* ordine natum arbitror errorem illum *Ariani*, quo prælium *Alexandri* ad *Arbela* mense statuit *Pyanepsione*. Jam enim monui gesta *Alexandri* à *coævis* *Scriptoribus mensibus* non aliis quam *Atticis* consignari solita; *Macedonicos* autem *ratiociniis* suis è *Seculi* sui moribus collegisse *juniores*. Itaque cum *Boëdromione* pugnatum tradidissent *Veteres*; hinc *juniores Hyperberetæo* mense pugnatum esse collegerunt. Quod scilicet in *coævis* sibi tertii ordinis *Kalendaris Hyperberetæum Macedonicum Boëdromioni Attico* respondere didicerant. Inde vicissim alii prudentiores, ignari tamen erroris unde *mensum Macedonicum* collegerant eorum decessores, sed rati è *coævis* emanasse *monumentis*; è dato mense *Macedonico* ipsi *Atticum* *ratiociniis*



fuis colligebant. Ita nimirum Argumentantes: Si quidem fuisset mensis *Macedonicus Hyperberetaeus*, *Pyanepſionem* potius fuiſſe *Atticum* quam *Boëdromionem*. Quia nimirum *veteri Hyperberetaeo* par fuerat non *Boëdromion*, ſed *Pyanepſion*, ut in noſtrâ primi ordinis Tabulâ manifeſtum eſt. Recte nimirum illi, ſi & verus fuiſſet, cum ad *Arbela* pugnaretur, *Pyanepſion*; nec menſium *Macedonicorum* ordinem *rurſus* mutâſſet intercalatus in Excidio *Tyri* ab *Alexandro* ſecundus *Artemiſius*. Ipi ſibi proculdubio, & *Ariano* etiam, prudentiſſime ratiocinari videbantur, quod de menſe *Attico* potius ex *Antiquo* Kalendariorum conſenſu quam è ſui *Seculi* Kalendariis ſtatuendum cenſuiſſent. Certum eſt *utrumque* illum menſem *Atticum*, *Boëdromionem* ſcilicet atque *Pyanepſionem*, è coævis monumentis emanare ne quidem potuiſſe. Nec ullum proſus hodie apparet è coævis monumentis, vel è Veterum teſtimoniis, menſis *Macedonici* veſtigium. Proinde conſentaneum eſt, ut tam menſis *Macedonicus*, quam menſium *Atticorum* alter, ortum debuerint *ratiociniis*. Nec vero ulla ſunt (quod ſciam) *ratiocinia* veriſimiliora magiſque ſpecioſa illis quæ modo recenſuimus.

Sect. XX.
Hoc anno
Chaldeorum 82.
Feb. XXVI. cœpit
Xanthicus.

Hæc tamen obiter. Redeo jam ad *Ptolemæum*. Ut ſcilicet diem *Tybi Aegyptiaci* ab eo designatum, ſi minus cum ipſo *Xanthico*, at ſaltem cum *Dyſtro Macedonico*, qui jam *Xanthici* locum occupaverat, conciliem. Recolendum ergo, ut dierum intervallum ad *Mefori* diem $xxiv^m$. 215. diem exigebat *Tybi* xix^m . ita viciffim locum *Solis* in *Piſcium* gradu 7. magis eò ſpectare ut *dies* fuerit inter dies à *Ptolemæo* designatos *Tybi* XII. & XIV. poſterior nempe xiv^{us} . Cœpit autem, ut diximus, hujus anni *Nabonaſſarei Thoth Oſt.* XX. Ita incidit dies *Tybi* XIII. in diem *Martii Juliani*, hoc anno *Bifextili*, 1^m . Hic ergo *dies* ſi idem fuerit *Xanthici Macedonici* v^{us} . cœperit proinde *Xanthicus* ille *Feb. Juliani* XXVI. Annus erat *Cycli Calippici*, ut dixi, xxv^{us} . quo *Dyſtri* 1^m . ipſo illo die *Feb. Jul.* XXVI. noſtræ repræſentant *Cycli Calippici Macedonici* Tabulæ. Inde colligimus *Dyſtrum* fuiſſe reverà quem hujus ultimæ *Observationis* tempore *Xanthicum* appellabant *Macedones Babylonii*. Convenit porro *Ætas Lunæ* hoc die *Februarii* XXVI. ipſa quoque ſatis commode. Et fane *Xanthicum* tertii ordinis *Solarem* *Februario* exeunte cœpiſſe manifeſtum eſt. Ita factum, ut, cum ab ipſis *Zodiaci cardinibus* calculus in *Solari* anno procederet, locum tenuerit non admodum ab eo remotum, quem



quem tenuerat in anno *Lunari*, cum à proximis numeraretur, post *Cardines*, *Novilunio*. Atque hic, ni fallor, *Cyclus* apud *Macedonas* obtinuit, quamdiu vixit apud eosdem forma anni *Lunaris*.

Constitutis ergo *Macedonum* *Cyclis*, jam etiam *Judæorum* *Cyclos*, postquam *Macedonum* jugum induissent, exploratos habebimus. Ita certe loquitur ubique *Josephus*, quasi invicem perpetuo responderent menses *Macedonum* atque *Judæorum*; quasi & *dies* mensium *diebus* etiam responderint, nec *Solarium* tantummodo, verumetiam *Lunarium*. Et quidem cum *tertio* mensium *Macedonicorum* ordine confert menses suos patrios. Hac nimirum serie:

Sect. XXI.
Menses *Judæorum* mensibus *Macedonum* respondebant, etiam *Lunariis*.

I. *Nisan*, *Xanthicus*. Ant. II. 5. è *Mosis* instituto *μὴν πρώτος ἐπὶ τῷ εὐρητίσῃ*. Ant. I. 4. *ἔτος δευτέρῃ*. Ant. III. 9. p. 93. *μὴν πρώτῳ*. Ant. XI. 4. p. 366.

II. *Jiar*, *Artemisius*. *μὴν δευτέρῳ*. Ant. VIII. 2. p. 259.

III. *Sivan*, *Dæsius*.

IV. *Tamuz*, *Panemus*.

V. *Ab*, *Lous*. ἄλλα *Josepho*, *Syriacè*, idem qui *Atheniensibus* *Hecatombæon*. Ant. IV. 4. p. 110. Pro ordine scilicet mensium *Macedonicorum* *tertio*. Ita explicat *Josephus*, quod *v^m*. hunc mensem appellant sacre literæ Num. xxxiii. 38.

VI. *Elul*, *Gorpiæus*.

VII. *Tisri*, *Hyperberetæus*. *ἑβδόμῳ μὴν ὃν Μακεδόνες ὑπερβερηταῖον καλεῖσιν*. Ant. III. 10. p. 92. *ἑβδόμῳ μὴν ὑπὸ μὲν τῶν Ἰσραηλιτῶν ὀνομαζομένου* [male.] *ὑπὸ δὲ τῶν Μακεδόνων ὑπερβερηταῖον λεγομένου*. Ant. VIII. 2. p. 263. Hunc mensem *veteri* ordine *primum* agnoscit, ut sequenti mense videbimus. Hoc etiam pro sententiâ *Macedonum*.

VIII. *Marchesvan*, *Dius*. Hunc mensem olim *ii^m*. fuisse censuit *Josephus*: *μὴν δωδέκατον, δῖον μὲν ὑπὸ Μακεδόνων λεγομένου, Μαρσάνη δὲ ὑπὸ Ἑβραίων*. Ant. I. 4. Hunc etiam eundem adhuc post *Mosem* ab *Ebræis* receptum esse concedit, *ἐπὶ ὧν αἰσὶ καὶ πρῶτον καὶ τῷ ἄλλῳ διοίκησιν*. Nempe ut à *Tisri* & *Hyperberetæo* censitus fuerit annus *Politicus*. Male tamen *veteribus* ante *Mosem* *Ægyptiis* hunc mensem tribuit *Macedonicum*, qui nunquam fortassis apud *Ægyptios* obtinuit, ne quidem apud *Macedonas Alexandrinos*. Male illis hunc annum assignat *Lunarem*, cum annus *Ægyptiorum* *Solari* propior fuerit quam *Lunari*. Nec habuit *Josephus*, præter *Sacra*, ulla *Mosi* coæva monumenta, quæ eum hoc docerent. Sed *exitum* anni, *Rustici* scilicet,



ante mensē vii^m. fuisse docent literæ etiam Sacræ. Hinc ergo *secundum hoc Judæis anni initium*; non à *Macedonibus*.

IX. *Kisleu, Apellæus*. Nonum hunc mensē recte, sed perperam, nec pro suis calculis, *Tebethum*, appellat *Josephus*: εικάδι τῆ ἐνάτης μηνός, ὃς κατὰ μὲν Ἑβραίους Τεβέθας, κατὰ δὲ Μακεδόνας Ἀπελλαῖ Ⓞ καλεῖται. Ant. xi. 5. p. 370. Mensē fuisse ix. è loco constat quem exscripsit *Josephus* Ezr. x. 9. Rectius autem alibi non *Tebethum*, sed hunc in quo versamur mensē *Josephus* idem contendit cum *Apellæo*: ὃς καλεῖται κατὰ μὲν ἡμῶν, Χασλεύς, κατὰ δὲ Μακεδόνας, Ἀπελλαῖ Ⓞ. Ant. xii. 7. p. 409. Et xii. 11. p. 415.

X. *Tebeth, Audyneus*.

XI. *Sebat, Peritius*.

XII. *Adar, Dystrus*. ὑπέτω μηνὶ. ἔ τας, ὑπὸ μὲν Μακεδόνων Δύστρα καλεῖται, Ἀδάρας δὲ ὑφ' ἡμῶν, νεμλίω. Ant. iv. ult. p. 132. δωδεκάτω μηνὶ Ἀδέρω καλεῖται. Ant. xi. 6. p. 374. ἔ β'. μηνός, ὃς κατὰ μὲν Ἑβραίους Ἀδάρ καλεῖται, κατὰ δὲ Μακεδόνας Δύστρος. Ant. xi. 6. p. 381. 382. Aliter alibi: μηνός ἐνδεκάτω, ὃς καλεῖται παρ' ἡμῶν μὲν Ἀδάρ, ὡς δὲ Μακεδόσιν Δύστρ Ⓞ. Ant. xi. 4. p. 366. Sed proculdubio male. *Nisanem* cum *Artemisia* confert *Hesychius*. Hoc si è *Scriptore* aliquo emanaverit, qui, *Josephi* more, menses *Judæos* cum *Macedonicis* totis comparaverit, ad *Judæos* spectavit fortassis *Asianos*. Qui enim erat *Syro-Macedonibus Xanthicus*, idem erat *Asianis Artemisius*. Potuit autem à *Scriptoribus Cyclorum* fuisse *Paschaliū*. Ut scilicet *Nisan Lunaris* in *Solarem* inciderit *Artemisium*.

Sect. XXII.
Et mensium
Macedonicorum
Lunarium diebus
mensium Judæo-
corum Lunarium
etiam dies.

^a *Joseph. Ant.*
iv. 4. p. 109.

^b *Ant. ii. 5.*
p. 64.

^c *Ant. iii. 10.*
p. 93.

Quod vero ad *Josephum* attinebat, & *Macedonicorum* temporum *Judæos*, qui ipsam incolebant *Palestinam*; non aliter, quam dixi, respondebant invicem *Macedonum* menses atque *Judæorum*. Sic autem eos contendit *Josephus*, ut eosdem supponat in utroque mensis genere redire *dierum* etiam *numeros*. Etiam ubi manifestum erat de *Judæorum* mensibus non aliis agi quam *Lunaribus*. Mortuam credidit *Miriam* *Mosis* sororem mensis *Xanthici* ^a νεμλίω κατὰ σελήνην. Non aliâ certe de causâ quam quod menses illorum temporum *Judæicos Lunares* crediderit, & mensibus, quales erant postea, *Macedonicis* examussim respondententes. *Pascha Ægyptiacum* *Xanthici* diei assignat ^b xiv^o qui fuit etiam *Nisan Judæici* xiv^{us}. nec alterius quam *Lunaris*. Illam certe diem alibi ^c ποσαρεσκαιδεκάτην numerat κατὰ σελήνην, ἐν Κελῶ ἔ ἡλίς καθεστῶτος. Vel inde intelligimus notas illas anni etiam *Solaris* populariter intelligi, quod scilicet etiam

Cycl)



*Cycli Lunares ad Novilunia post cardines Zodiaci exigi sole-
rent. Idem alibi discessum ex Aegypto Xanthici die statuit*
περὶ τῆς καὶ δεκάτης κατὰ σελήνας^a, mense *Judaico* ne quidem nomi-
nato. Non aliâ proculdubio de causâ quam quod eandem fu-
isse crediderit. Nec aliter de temporibus suis. Etiam Vespasi-
siani tempore *πρὸς ἀρχὴν καὶ δεκάτης ἑορτῆς μῶως*^b *Azymorum festum*
in propinquo fuisse testatur, ne hic quidem mense Judaico
vel nominato. Sic etiam *ὑπερλίαν κατὰ σελήνας*, quâ decessisse
testatur^c *Aaron*, tam *Ab Ebræo* quam *Loô Macedonico* quam
Hecatombæoni tribuit *Attico*. Sic & *jejunium mensis VII. Ju-*
daici die x. idem assignat *Hyperberetæi diei*^d *δεκάτης κατὰ σε-*
λήνας. Nec aliter quem numerat *Auctor Libri prioris Mac-*
cabæorum Judæus Casseu diem *xxv.* eundem *Josephus*^e *xxv^m.*
numerat similiter Apellæi. Pro eodem exemplo fatalem Mōsi
ὑπερλίαν eandem Adaris censet atque *Dystri*. Festum præ-
terea solenne in memoriam victi Nicanoris tam *Adaris* quam
Dystri diem supputat *xiii^m.* Dies denique festos *Purim* quos
Adaris designant sacræ literæ, eosdem^h *Dystro* accenset in eodem
que numeris Josephus. Non in eodem quidem fugit cum mensibus
nonnunquam Solaribus hos nonnunquam *Judæorum* menses com-
poni à Josepho. Talis erat certe *Egyptiorum Pharmuthi* fixus
ætate Josephi, cum quo in eorum *Nisanem*ⁱ coincidere putavit.
Talis etiam Augustus, si quidem nomen illius in *Josephi Græcis*
cum Ebræorum Abba commissum repererit vetus illius *Interpres*.
Nullus enim fuerat Lunaris Augustus. Et Sextilis etiam Lu-
naris diu antè Josephum exoleverat, tum etiam, cum usurpa-
retur, incognitus Orientalibus, & à mensibus Macedonum, etiam
Lunaribus admodum diversus. Augustum tamen ut interpola-
verit Interpres, δεκαμβεῖς tamen μῶως ὑπερλίαν alibi in *Græcis*
ipsis Josephi legi certum est. Et quidem eo fine ut quod lo-
cus Ezræ *iii. 8.* initio mensis *Judaici* fuisse innuerat, idem Jo-
sephus primo *Decembris Romani* die fuisse significaret. Male
autem cum mense vel à Tisri *ii^o.* componitur ab illo *Roma-*
nus December. Sed nec illud in *Josepho* probandum, quod men-
ses Macedonicos eosdem ad Epocham *Exodi* retrorsum suppu-
târît; & quod ab illo usque tempore communia illis Judæis-
que Kalendaria supposuerit. Annos autem sui temporis & pa-
triæ, mensesque, ignorâsse vix potuit. Sed nec antiquiores
illi, quorum fidem est secutus, Scriptores Syri atque Palæstini,
quos excerpfit ille, suorum quoque temporum & suarum pa-
triarum Kalendaria nescire poterant. Itaque quousque ha-
buit

a Ant. II. 6.

P. 65.

b Bell. Jud. I.

VI. c. 4. Lat.

Gr. p. 910.

c Ant. IV. 4.

P. 110.

d Ant. III. 10.

P. 92.

e Ant. XII. 11.

P. 415.

f Ant. IV. ult.

P. 132.

g Ant. XII. 17.

P. 424.

h Ant. XI. 6.

P. 382.

i Ant. II. 5.

P. 64.

k Ant. IV. 4.

l Ant. II. 4.

P. 364.



buit suorum temporum testes, hucusque certe vix est cur de *Josephi* fide dubitemus. Habuit autem multos à temporibus, de quibus agimus, *Macedonicis*. Itaque, cum pares invicem supponunt menses *Judæos & Macedonicos*, etiam *Lunares*; supponunt utique eosdem utrobique *Cyclos* eundemque *situm*, tam *dierum exemptilium*, quam & *mensum Embolimorum*. Imo *Seleucum* jussisse dicit *Malela*, ut nominibus *Macedonicis* patrii *Subditorum* menses appellarentur. Sed me fateor de rebus adeo antiquis, non multum Auctori tam futili tribuere.

Sect. XXIII.
Ann. Seleucid.
148. Casleu xxv.
erat Sabbaticus.

a Petit. Ecl.
Chr. L. I.
b Joseph. Ant.
VII. IX. p. 248.

Age ergo, experiamur, num cum nostris *Tabulis* consentiant horum temporum, quos habemus hodieque characteres. Anno ergo *Seleucidarum* CXLVIII. *Casleu* die xxv. Encænna Templi à *Judâ* celebrata tradit Auctor Libri *Maccabæorum* prioris. Inde *Sabbatum* fuisse colligit, nec absurde, Cl. *Petitus*, quod Sacerdotum vices *δοτὸ οὐβλάτῃς, εἰς οὐβλάτων* pertigisse testetur *Josephus*, qui vixit ipse cum *ἑΦημεῖαι* illæ nondum in defuetudinem abiissent. Mos certe *Maccabæorum* ad tempora *Josephi* nunquam deinde interruptus est. Annus ille *Seleucidarum* exiit anno U. C. *Varroniano* 590. Coepit ergo anno ejusdem *Epochæ* 589. pro *Gentilium* more ab *Hyperberetæo*; pro more autem *Judæorum* (quem sequitur Auctor prædicti Libri) à mense *Xanthico*, anno illo *Bisextili*, literâ *Dom. FE.* anno *Periodi Calippicæ* xiv. si à *Vere* censeatur initium anni *Calippici*. Illo anno *Neomeniam Casleu* Nov. xviii. nostræ repræsentant *Tabulæ*. Ita tamen ut *dies* ille *Julianus* à *Solis occasu* ad *noctem mediam* tantummodo pertingat. Dies autem, quo peracta sunt *Encæniorum* Sacrificia, posterior erat pars diei *Macedonici*, quæ à *nocte mediâ* ad *occasum* pertigit sequentem, spectavitque adeo ad diem *Novembris Juliani* duntaxat xix^m. Ita *dies Casleu xxv^{us}*, quæ quidem diurnam designat *ἡμέραν* partem, dies erat *Decemb. Juliani* xiii. literâ *D.* Proinde *Sabbaticus*.

Sect. XXIV.
Ann. Seleucid.
181. Sabbatum
proxime sequetur
Pentecoste.

c Joseph. Ant.
XIII. 16. p. 450.

Proximum habemus in *Josepho* exemplum è *Nicolao Damasceno*. Ait ille *Joannem Hyrcanum Judæorum* Principem, cum *Antiochum Sidetem* comitaretur in *Phraatem Parthum*, ab *Antiocho* bidui otium impetrasse, quod per *Judæorum* Religionem, illo *biduo*, nefas esset è loco quo castra metati fuerant movere: Itaque illo *biduo*, universum *Antiochi* exercitum, ut *Judæis* gratificarentur, castris iisdem sese continuisse. Explicat autem *Damasceni* mentem *Josephus* ipse, cur *bidui* illius *Religionis Judæi* tenerentur: Quod scilicet *ὅτι ἐστὶν ἡ πανταχόθεν ἐορτή*



ἡ δὲ ἑορτὴ οὕτως. Ita diem priorem *Sabbatum* sacrum fecerit, posterio- rem *Pentecoste*. Quæ cum *Sabbatum* proxime exciperet, proinde feriâ *primâ*, quam nos *Dominicam* appellamus, contigerit. Sed nondum annum illius Expeditionis exploratum habent Eruditi. Initium hujus *Antiochi* anno *Seleucidarum* CLXXIV^o. tribuit Auctor Libri^a *Maccabaici* prioris. Ita a I Macc. xv. 10. annus ejusdem VIII^{us}. anno *Seleucidarum* CLXXXI^o. etiam ini- erit. Is ipse nimirum annus quo in feriam I^m. *Pentecoste* in- cidit. Pertigit autem hic annus *Judaicus Seleucidarum* à *Ni- san* ad sequentem *Nisan*. Addantur ergo annis *Varronianis* 442. anni illi 174. desinentque anno *Varroniano* 616. Sic ta- men ut annus ille *Seleucidarum Judaicus* à *Nisan* anni *Varro- niani* 616. ad *Nisan* anni ejusdem Epochæ 617. numerandus sit. Itaque hoc toto spatio concludendum erit initium *An- tiochi*. Ego hoc anno admodum affecto *Antiochum* iniisse credo, ita ut propius ad annum *Varr.* 617. accesserit. An- num hujus *Antiochi* IV^m. cum *Hyrçani* senioris I^o. *Olympiade* autem CLXII. committit^b *Josephus*. Cæterum ad annum *Se- leucidarum* CLXXVII. ejusque mensem *Judaicum* XI^m. pertigerat^c ipse^c *Simon*. Hinc sane constat annum illum *Seleucidarum* CLXXVII^m. quo *Simon Hyrcani* pater interfectus est, *Sabbaticum* esse non potuisse, ut volebant hætenus Viri alioqui Erudi- tissimi. Certe ad anni illius fere finem, pro initio anni *Ju- daici*, pertigit mensis anni *Judaici* XI^{us}. Itaque ad annum *Se- leucidarum* sequentem CLXXVIII^m. spectârit oportet annus ille *Sabbaticus*, cujus meminerunt Auctor *Maccabaicorum*, & ex eo *Josephus*. Nam dum Patris percussorem *Ptolemæum Abubi* fi- lium obsideret *Hyrçanus*, ἐλατρώσης εἰς χρόνον ἑ πολιορκίας ἐνίσταται ἡ ἑτος ἐκεῖνο καθὼ συμβαίνει τοῖς Ἰουδαίοις δεγῆν, inquit *Josephus*. Nec in eo erravit à sententiâ Auctoris, cujus fidem est secu- tus, *Maccabaici*. Nondum ergo cœperat, dum in vivis esset *Simon*, annus ille *Sabbaticus*. Et ne quidem statim ab illius cæde, sed cum in longum protraheretur obsidio. Si autem quic- quam cum anno *Seleucidarum* CLXXVII^o. quo cecidit *Simon*, commune habuisset annus ille *Sabbaticus*; certe ante cædem *Simonis* mense *Judaico* XI^o. cœperit necesse est, mense scilicet *Judaico* VII^o. Ita obsidionem non *mediam* interrupisset, sed obstitisset quo minus inciperetur. Nec recalebant Viri illi *Maximi*, ipsis his temporibus *Maccabaicis* annum^d *Seleucida- rum* CL^m. fuisse *Sabbaticum*. Ab illo autem VII^{us}. numeratur non CLXXVII^{us}. sed CLXXVIII^{us}. Itaque anni *Seleucidarum* CLXVIIIⁱ.

b *Joseph. Ant.*

XIII. 16.

c I Macc. XVI.

14.

d I Maccab. VI.

20. 53. *Joseph.*

Ant. XII. 14.

p. 419. 420.

E e e

mense



mense vii^o. imminente, obsidionem *Ptolemæi* dimisit *Hyrchanus*,
 si quidem anni *Sabbatici* Religione obsidionem solverit, non-
 dum ipse vicissim obsessus ab *Antiocho*, qui tamen parvâ ad-
 modum morâ interpositâ *Hyrchanum* aggressus est. Incidit e-
 nim in posteriorem illam obsidionem occasus *Pleiadum*, deinde
 festum *Scenopegie* mensis *Judaici* viiⁱ. nota certissima. Itaque
 mense *Judaico* vii^o. nondum *Antiochus* iv^m. Regni annum ex-
 pleverat. Et quidem hujus anni Epochæ *Seleucidarum*, ut iv^{us}.
 ejus annus cum i^o. concurreret *Hyrchani*. Concessit porro idem
Antiochus, in honorem festi, vii. dierum inducias. Inde in-
 telligimus ante mensē exeuntem nondum illum ab obsidione
 discedere potuisse, nec iv^m. adeo Regni annum absolvere.
 Quantum deinde ad illius finem superfuerit, nihil habemus
 in Historiâ exploratum. Hinc tamen sequitur, anno *Seleuci-*
darum CLXXIV. admodum affecto *Antiochum* inivisse, & fortasse
 exeunte. Ita incidit hæc obsidio in annum Urbis Conditiæ
Varr. 620. qui *Olymp.* CLXI. $\frac{2}{3}$. Sed tantum abest à vero *Jose-*
phus, cum illam *Olympiadi* imputat CLXII^e. ut ne quidem in *Ol.*
 CLXI^e. annum convenerit 2^m. sed 3^m. ut jam ostendimus. An-
 num hujus *Antiochi* viii^m. cum anno fundatæ *Antiochiæ* CLII^o.
 absolutæ CXXII^o. committit ^a*Malela*. Is erat *Seleucidarum* CLXXXII.
 Ita fundata fuerit anno hujus Epochæ xxx^o. qui idem erat
 xxx^{us}. ipsius *Seleuci*; absoluta autem anno Epochæ LX^o. sub *An-*
tiocho demum *Theo. Eusebius Seleuci* xii^o. extractam fuisse testa-
 tur. Ita nihil fani habet *Syrus* ille fabulator. Utcunque ta-
 men, ex iis quæ jam diximus abunde constat annum *Antiochi*
 hujus viii^m. pro modo Epochæ *Judaicæ*, annum fuisse *Seleu-*
cidarum CLXXXII^m. Et quidem illo anno admodum affecto de-
 fuisse. Hic annus erat *Varronianus* 624. cujus pars maxima in
 annum *Calippici* *Cycli* quadrabat XLVIII. Cœpit enim annus
 ille *Cycli*, pro more *Judæorum*, à *Nisan*, & proinde à *Vere*;
 pertigitque adeo ad proximum usque *Nisan* anni *Varroniani*
 625. Sed ix. annis tenuit *Antiochus*. Ad annum scilicet *Var-*
ronianum, & quidem desinentem. Et sane anno *Judaico* affecto
 annum illius ix^m. absolutum jam ostendimus, cujus *Judaici* anni
 exitus anno *Varroniano* 626. ineunti conveniebat. Hic idem
 exitus anno *Olymp.* CLXII^e. 4^o. quadrabat, sed exeunti. Sic an-
 nus *Demetrii* fratris iv^{us}. is quoque desierit *Olymp.* CLXIII^e. 4^o.
 desinente. Sed quadriennium ille paulo superabat. *Seleuci* enim
 filii annus, qui anno *Olymp.* CLXIV. i^o. desinebat, *Seleuci* fratri
Antiocho imputatur in Fragmento horum temporum accura-
 tissimo,

a *Malel.* p. 265.
 i. part.



tissimo, forte *Porphyrii*, (est enim *Porphyrii* Fragmento alteri de *Ptolemæorum* successione geminum,) quod in *Græcis* legitur ^a *Scaligeranis*. Ibi *Seleuci* frater alius *Antiochus* successisse dicitur *Olymp.* CLXIV. 2. tenuisse autem per annos XI. ad annum *Olymp.* CLXVI. 4^m. Quod scilicet *Seleuci* fratris annus *unicus*, (quem ipse cum *Seleuco* communem habuisse videtur,) *Antiocho* fuerit imputatus. Est ergo hæc *Antiochi Sidetæ* Chronologia accuratissima. Ita annus, quo *Antiocho* aderat *Hyrchanus*, idem fuerit *Olymp.* CLXII. 2^{us}. Idque fortasse voluit *Auctor Josephi*, ut *hujus facti* tempus *Olymp.* CLXII. designaret, quod ad tempus *obsessi* ab *Antiocho Hyrcani* male retulit *Josephus*. Auctor is fuerit *Nicolaus* forte *Damascenus*, *Herodi* M. charus, & *Judæis* propterea faventissimus, quem maxime in rebus *Herodis* Auctorem agnoscit *Josephus* atque profitetur. Coepit autem annus ille *Cycli Calippici* XLVIII^{us}. *Martii Juliani* die XIII. Nempe pro *priori* parte *nocturnâ*. *Diurna* autem erat *Martii* XIV. Ita XIV. *Nisan* idem fuerit *Martii Juliani* XXVII. *feria* VI. Dies ergo proximus *Nisan* XV^{us}. *Martii* XXVIII^{us}. quo sacrabatur pro more *manipulus*, *feria* erat VII. sive *Sabbatica*, unde inibat numerus *Pentecostes*. Proinde diem ab eo XLIX^m. sive *septies septimum* necesse erat similiter fuisse *Sabbaticum*. Is erat *Maii Juliani* XVI^{us}. *Sivan Judaici* V^{us}. Qui sequebatur autem, dies *Maii* XVII^{us}. *Sivan Judaici* VI^{us}. *feria* erat I^a. illo anno quo *litera Dominicalis* erat D. Erat quidem *dies* ille, quacunque demum fuisset *feriâ*, *Sabbatum* nihilominus appellandus. Quâ scilicet tantundem valebat apud *Ebræos* *Sabbatum* quod *dies septimus*, à quocunque demum *initio* numerus *septenarius* repeteretur. Imo hoc ipso sensu *hunc* ipsum diem *septies septimum* ab oblatione *manipuli Sabbatum* nihilominus appellant *sacræ literæ*, quacunque demum occurrisset *Septimanæ feriâ*, & sequentem *Pentecostes* diem *crastinam Sabbati*. *Lev.* XXIII. 15. 16. Hoc tamen *Sabbatum* quo *feriabatur Hyrcanus* alio nomine *Sabbatum* fuisse verisimillimum est, quam quod *septenus* numerabatur ab oblatione *manipuli*. Si enim *septenis* quibusque ab illo *initio diebus* ne quidem *itinerari Judæis* fas fuisset; ita annis plerisque, per *septem* illas *Septimanas*, *binæ* fuissent *feriæ* rebus non *Bello* modo, sed *Pace* etiam gerendis incommodissimæ. In anno autem, quem huic *Antiochi* Expeditioni assignavimus, astipulatur nobis ^b *Orosius*. *Perpenna* enim *Consule* (qui hoc ipso ^b *Oros.* V. 10. Magistratum gessit anno U. C. *Varron.* 624.) *Antiochum* testatur, *adversus Phraatem Parthorum Regem congressum & victum*.



Recte, ut opinor, quod fuerit *congressus*. *Tribus* autem *præliis victor* erat *Antiochus*, teste *Justino*, quorum aliqua *hoc anno* fuisse verisimillimum est. *Victus* autem non est ante anni sequentis *hiberna*, quo etiam periit. Hæc ille, ut videtur, è *Livio*. Eodem enim *Cos. Perpennâ* hæc *Bella* statuuntur *Antiochi & Phraatis* in *Epitome Livianâ* L. LIX. Collegam addit *Perpennæ Appium Claudium Julius Obsequens*, qui *Prodigium* addit, Expeditionis, ut videtur, *initio*, quo de clade *futurâ* præmonitus est *Antiochus*. Hinc quoque discimus, *hoc anno* de hoc Bello egisse *Livium*, è quo pleraque excerpfit *Julius Obsequens*. Sed quod ait *Josephus* templum *Garizitanum* jam ab *Hyrcono* mox à clade *Antiochi* dirutum $\mu\epsilon\tau\ \sigma\ \epsilon\tau\eta$, *rotundus* est numerus, non *accuratus*. Ab anno enim captæ *Tyri* annus numerabatur 205.

Scet. XXV.
Anno U. C.
Varr. 691. *Tisri*
x. erat *Sabbati-*
cus.
a *Joseph. Ant.*
xiv. 8. p. 474.

Est & aliud exemplum anno *Varr. 691. Cicerone & Antonio* *Coss.* Hoc enim anno testatur ^a *Josephus Olymp. CLXXIX.* expugnata fuisse à *Pompeio* Urbem *Hierosolymitanam*, qui respondet *Ol. CLXXIX. ½*. Sed *posteriori* ejus parte, non *priori*, ut credidit fortasse *Josephus*, parum diligens aut peritus *Epocharum* ab aliis acceptarum *commissor*. Addit fuisse *mente ter-*
tio, non certe *anni*, sed *obsidionis*. Hoc enim docent verba

b *Bell. Jud. i. 5.*
p. 720. Et vi.
x. 25. Gr. p. 930.

ejus in *Opere* de ^b *Bello Judaico*: $\tau\epsilon\iota\tau\omega\ \delta\ \mu\epsilon\lambda\omega\ \tau\ \mu\alpha\lambda\iota\sigma\tau\alpha\ \delta\epsilon$. Mensis ergo quis fuerit aliunde explorandum est. Ait ergo fuisse *νηστείας ημεραι*. Nempe *jejunium* insigne designavit quod

c *Dio L. XXXVII.*
an. U. 691.

fuerit *unici tantummodo diei*. Docet præterea ^c *Dio* feriam fuisse *Saturni* quâ *Templum Pompeius* occupavit. Cavendum hic ne confugiamus ad *jejunia* à recentioribus *Rabbinis* adinventata. Erat autem sane diu ante tempora *Pompeii* *jejunium*

d *Levit. xvi.*
29, 30. *XXIII.*
27. *Num. XXIX.*
7.

annuum *Judæorum* è *Babyloniâ* reducum, à ^d *Deo* ipso institutum die x. mensis viiⁱ. *Tisri*, quod merito sane *νηστεια κατ' εθω-χλω* appellari potuit, quod omnium esset *jejuniorum* longe præcipuum. Et post *Captivitatem Babylonicam* observatum do-

e *Zach. vii. 5.*
viii. 19.

cet *Propheta* ^e *Zacharias*. Quid ergo dubitemus quin hic dies fuerit omnium commodissimus? Egregie autem cum nostris hujus anni consentit *Tabulis*. Deducantur enim è 691. qui primum *Cyclum Calippicum* præcesserant anni *Varroniani* 424. Reliqui erunt 267. His per 76 divisis, supererunt 39. In anno autem *Cycli Calippici Judaici xxxix.* incipit *Tisri Sept. XVI.* Ita scilicet ut *diurna* ejus pars (cujus solius rationem habendam esse diximus) post *noctem mediam* ad diem *Septembris Juliani* spectaret xvii. Sic dies illius x^{us}. qui pro parte fini-



similiter *diurnâ* (quâ facta *Propitiatio*) *Septembris* erat xxvi. (pro illo anno qui literam *Dominicalem* habebat D. *Cycli* nimirum *Solaris* iii^{us}.) proinde fuerit *Sabbaticus*. Meritoque hoc *Judeis* observatum est, quod nec *Sabbati* sui, nec *Propitiationis*, rationem Deus habuerit in Peccatis eorum supplicio afficiendis. Eodem enim *sine & Sciluntem* deserui, & *Templum* suum excindi passus est, ne externis illis gens *superstitiosa*, magis quam *pia*, crederet. Appellatur tamen hic dies *Propitiationis Tisri* x^{us}. proprio quodam jure *Sabbatum*. Lev. xvi. 31. Philoni *σαββατον σαββατων*, de *Septenar.* p. 1194. De quâ *Sabbati* significatione infra plura. §. 30.

Observavit porro ^a *Josephus*, quod hâc eâdem die, τῇ αὐτῇ *ἡμέρᾳ*, nempe *νῆστιας*, victi essent *Judæi*, μὲν ἔτη κ'. *Secundam* illam victoriam intelligit *Herodis & Sossi*, M. (inquit) *Agrippâ & Canidio Gallo* Coss. anno nimirum *Varroniano* 717. Utrumque ergo *terminum* includit. Sed quod annum illum numeret *Affamonæorum* cxxvi. hoc ex *Auctore* accepisse videtur, qui cum *Dione* senserit. Is enim superioris anni 716. Coss. Urbis alterum hoc excidium assignavit. Vix enim est quod dubitemus quin *initium Affamonæorum* duxerit à die *Castei* xxv. ann. *Seleucidarum* cxlviij^o. quo *Templum* expiavit *Maccabæus*. Hic autem numerus à sequenti cxlx. procedit. Sed duplex illud, cujus toties meminit *Josephus*, *Herodis* initium, *triennio* discrepans, facit ut ne dubitemus quin ab anno 717. Regni possessionem fuerit auspicatus. Ad sequentem autem annum 718. differunt aliæ *Josephi* notæ, tam scilicet anni à clade sub *Pompeio* xxvii. quam & alia illa, quod annus fuerit, cum *Antigonus* caperetur, *Sabbaticus*. Nec sane ante anni 719. *finem* triumphum *Sossi* statuunt *Fasti Capitolini*. Ita sane *Josephum* vulgo intelligunt *Eruditi*. Sed de anno potius sequenti *Varron.* 718^o. loquitur *Josephus* Ant. xv. 1. si verba ejus expendantur. Dimisitque certe *Patris* percussorem *Ptolemæum Hyrcanus* propter *Sabbatici* anni *Religionem*. Non ergo *Sabbatici* anni *Tisri* ille potuit quo Urbem expugnavit *Herodes*, ipse pariter *Judæus* ut fuerat *Hyrcanus*. Sed utriusque anni Coss. hausit, ni fallor, *Josephus* è *Nicolao Damasceno* *Herodis* amico, quem sequitur ut plurimum in rebus *Herodis*. Itaque de illis vix est quod dubitare possimus. Ait præterea fuisse *Olymp.* clxxxv. Anno autem 718. qui respondebat *Olymp.* 183. 4. erat certe mense *Tisri*, quo Urbs capta, jam *Ol.* clxxxvi. Hæc de anno. *Mensem* autem ait fuisse,

Sect. XXVI.

Ann. Varr. 717.

Tisri x. Off. VII.

Herodi M. in

Regno Natalis.

a Joseph. Ant.

xiv. 28. p. 506.

507, 508.



a Bell. Jud. i.
13. p. 741.

b Ant. xiv. 28.
p. 507.

fuisse, cum caperetur, III^m. Hoc si è loco priori in hunc ejusdem *Josephi* locum non infererint Librarii; Ego de mense *oppugnationis* III^o. libenter intellexerim. Scio quidem Opere altero de *Bello* ita loqui *Josephum*, quasi per *quinque* a menses obsidionem *Hierosolymitani* toleraverint. Nempe ab eo tempore quo Urbem cinxit. Sed post reditum *Herodis* à *nuptiis*, accessumque *Sofii*, tertio mense captam ipse innuit b. Nempe diebus XL. primus Urbis murus; secundus post dies XV. Templum deinde infra duos tresve, ut videtur, dies. Cum enim post secundum murum occupatum *quotidianas victimas* immisisset *Herodes*, sperans fore tantâ suâ benignitate ut obsessos ad obsequium redigeret; nec fecius illi vim pararent: tum demum irritatus Urbem adortus expugnavit. Nihil ergo faciunt verba illa ad *mensem*, quotus fuerit in anni ordine, intelligendum. Sed nec ait *Josephus* hoc anno *feriam* eandem fuisse quæ fuerit sub *Pompeio*, nec adeo fuisse *Sabbaticam*. Interim, ni fallor, *diem* Regni possessi *Natalem*, quis fuerit *Herodi*, ex his nostris Tabulis obiter lucrabimur. Urbis enim annus *Varr.* 717. *Cycli* erat LXV. quo X^{us}. *Tisri* idem erat *Octobris Juliani* VII^{us}. Sed à *Tisri* potius X^o. quam *Octobris* VII^o. sequentes annos censet, ut existimo, *Josephus*. Quod scilicet forma anni *Judaici* non fuerit *Solaris*.

Sect. XXVII.
Pro nostri *Cycli*
rationibus *pas-*
sus fuerit *Do-*
minus noster
Mart. xxvi. Ær.
vulg. 34. for-
tassis.

Atque hinc, ni fallor, obiter & illud eruemus, quis annus fuerit quo *Dominus* in *crucem* sublatus est. Hoc enim creditur vulgo certum annum illum fuisse, quo mensis *Lunaris Civilis* XIV. in *feriam* incidit VI^m. Talis autem annus nullus fuit inter XV^m. *Tiberii* annum atque ejusdem Principis *finem* præter duos. Anno enim *Æræ Christianæ vulgaris* XXX. *Nisan* XIV^{us}. idem erat anno *Cycli* LV^o. *Aprilis Juliani* VII^{us}. & *feria* VI. literâ *Dominicali* A. Et anno ejusdem *Epoche* XXXIV^o. qui erat *Cycli* LIX. rursus XIV^{us}. *Nisan* erat *Martii Juliani* XXVI. & *feria* itidem VI. literâ *Dominicali* C. Horum ergo annorum altero *crucifixus* *Dominus* fuerit oportet, si quidem, pro *hujus Cycli* normâ, *Judæi* *Domino* coævi XIV^{us}. *Lunas Paschales* observârint. Priori anno si *passus* fuerit, non potuit tot *festas Paschalia* observâsse inter *Tiberii* XV^m. suamque *mortem*, quot *Dominum* observâsse testatur S. *Joannes* Evangelista. Quin *plura* *Paschata* observârît quam quorum meminerunt *Evangelistæ*, nihil plane pugnat, cum præter S. *Joannem* aliorum *Evangelistarum* nullus plusquam *unius* meminerit. Non tamen convenit anno illi, sed superiori, *Eclipsis* cujus mentio erat

erat apud *Phlegontem Trallianum*. Itaque ampliandum. Nec enim illud impræsentiarum agimus. De Lunæ *phasi* testimonium illud antiquissimum est, cujus meminit ex Apocryphâ *S. Petri Prædicatione* ^a *Clemens Alexandrinus*. Juniora enim sunt illa *Rabbinorum*. Itaque nihil est quod probet illius rationem fuisse in *hujus Seculi* festis Paschalibus. Satis tamen convenit, quod Dominus *superiori* die, quam per *Kalendarium* licuit, hoc festum observârit, cum *Kalendarii* diem expectare non posset; quod *vera Plenilunia* dies *Civilium Kalendariorum* anticipârint. Ita *accuratius* festum observârit, magisque pro *Hæsidæorum* exemplo, quam ipsi *Pharisæi*. Itaque ne quidem licuit festum ultra *Kalendarii* diem *xiv^m*. protrahere. Nihil tamen illud obstat quo minus *antea* observaretur, dummodo Luna reverà *xv* appulisset. Imo nihil obstat quo minus ita observari possit, pro festi *consilio*, etiam *accuratius*. Sed meliora infra.

^a Cl. *Strom.* vi.

Sed mutatum credidit Cl. *Petitus*, paulo antea quam Dominus veniret, *Judæorum Cyclum*. Videamus ergo annon cum characteribus Domino *recentioribus* nostræ *Tabulæ* conveniant. Quod ait *Josephus* anno *Æræ Christianæ* 66. de *viii^o*. *Xanthici*, non certe de festo ipso loquitur, sed de Populo ad festum jam propinquum celebrandum *conveniente*. Hoc enim ^b *Josephi* verba ipsa innuunt: ἀθροίζομεθα ἔλαθ' πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ἑορτήν. Aliter certe in diem *Xanthici* *xiv^m*. festum confert, ut mox videbimus. *Azymorum* enim nomine festum *ipsum* intelligi, contra *Petitum* docuit Cl. ^c *Norifus*. Certe *Xanthici Solaris* diei *viii^o*. non conveniebat *xiv^a*. Luna *Paschalis*, seu anno illo *Ær. Christ.* *lxvi*. seu *lxv*. quocumque demum *Solari* *Kalendario* censetur. Nihil itaque colligendum pro formâ mensium *Macedonicorum Solaris*. Percurramus ergo *Judaici Belli* opus, quo rem dubiam fecisse videtur negligentia *Josephi*. Cædem *Judæorum* à *Floro* memorat ^d *Artemisii* *xvi*. ipso *Belli initio*, quod à *Neronis* *xii^o*. *Agrippæ* autem *Regis* *xvii^o*. arcessit *Josephus*. Et paulo antea *Sabbatum* memorat, quod si proxime hæc cædes exceperit, sic fuerit cædes ipsa die *Dominicâ*. Hoc autem fateor cum nostris *Tabulis* non convenire. Annus ille *Christi* 66. idem erat *U. C. Varron.* 819. Deducantur hinc 424. Reliqui erunt 395. His rursus divisus per 76. supererunt 15. Sed vero in anno *Cycli Calippici* *xv*. dies *Artemisii* *xvi^{us}*. erat *Maii Juliani* 1^{us}. qui hoc anno lit. *Dom. E.* feria erat *v*. non *i*. *Artemisius* autem *Syro-Macedonium Solaris* à die

Sect. *XXVIII.*
Cædes *Hierosolymitanorum* à *Floro Artemisii* *xvi*. ann. *Chr.* 66. non *Sabbatum*, sed feriâ *v*.

^b *Joseph. Bell.* *Jud.* *vii*. 12. *Græc.* *λα'*. *p.* 960.

^c *Norif. de* *Ann. Mac.* *Diff.* *i*. *Cap.* 3. *p.* 41.

^d *Bell. Jud.* *ii*. *x. xi'*. *Græc.* 14. *Lat.* *xv'*. *Græc.* 15. *Lat.*



à die cœpit *April. Julian.* xxv. Dies inde xvi^{us}. *Maii* erat xi. & feria i. accuratissime. Ita quidem si dies i^{us}. excludendus esset, quod faciendum ostendimus in mensibus *Macedonicis Lunaribus*, quorum dies *occasu Solis* inibant, ut proinde res die gestæ ad diem *Julianum* sequentem spectant. Aliter tamen se res habet in diebus mensium, pro normâ anni *Juliani, Solarium*. Hi enim dies ad exemplum anni *Juliani* constituti proinde concurrunt cum diebus *Julianis*. Itaque si dies *Aprilis Juliani* xxv. pro primo habeatur *Artemisii*, dies ejusdem mensis xvi. non xi. *Maii* sed x^{us}. numerabitur, & proinde feria non i. sed vii. Sed non *proximus* fuisse videtur post *Sabbatum* dies ille xvi^{us}. *Artemisii*. Die enim *Sabbati* quo cœpit tumultus, jam erat *Sebaste Florus*. Missi ergo ad illum à *Cæsareâ* legati ab eo male habiti, quod moleste tulerunt *Hierosolymitani*. Sed novam dedit querelæ occasionem *Florus*, cum mitteret qui è sacro *Ærario* pecunias acciperent. Hic iterum tumultuari cœpit *Populus*, absentemque *Florum* convitiis profcindere. Tum demum ipse aderat, & proximo postquam adfuisset die *cædes* fecit, quas *Artemisii* die xvi^o. factas testatur fuisse *Josephus*. Hic unus saltem dies erat medius inter *Sabbatum* & *Artemisii* xvi^m. quo *Florus* à *Sebaste* sese contulit ad *Hierosolyma*. Sed & *alios* aliquos fuisse verisimillimum est, quibus legati ad *Florum* missi ab eo injuriis affecti sunt, quibusque malæ tractationis fama ad *Hierosolymitanos* emanavit. Hæc fane *duorum* dierum spatium exigebant. Distabat enim *Cæsarea* ab *Hierosolymis* 600. stadia ipso teste ^a *Josepho*, milliaribus ad minimum 75. Sed longo alio itinere ad *Septentrionem* erat *Sebaste* seu *Samaria*. *Bidui* certe iter post *Sabbatum*, quo itinera *Judæis* suscipere non licuit, necessarium erat, ut è *Cæsareâ* *Sebasten* legati, tum deinde *nuncius* de rebus à *legatis* gestis perveniret *Hierosolyma*. Ita feria ii. fuerit oportet à *Sabbato Cæsareensium* ad primos *Hierosolymitanorum* motus prudentiorum consilio *repressos*. Feriâ ergo iii^a. miserit *Florus* qui *Ærarium* sacrum emungerent, novorum autem motuum nuncium ante feriam iv^m. quæ sequebatur, vix acceperit. Venerit ergo cum copiis ipso illo die *Hierosolyma*, & *sequenti cædem* peregerit feriâ v^a. *Artemisii* xvi. Ita omnia cum nostris *Tabulis* convenient adanussim. Sic enim *Sabbatum Cæsareensium* fuerit *Aprilis* xxv. *Artemisii* autem nostri *Lunaris* dies xi^{us}. *Cædes* autem ipsa *Artemisii* xvi. in feriam v^m. incidit, *Maii* autem *Juliani* diem i^m. Detracto autem *triduo*, quod infra detra-

a *Joseph. Ant.*
xiii. 19. p. 455.
Et *Bell. Jud.* i. 3.
p. 713.



detrahendum ostendemus, *Artemisii* XVI. erit *April.* XXVIII. feria II. ut *bidui* fuerit duntaxat spatium inter *Sabbatum* & *cædem*. Sic horum aliqua simul gesta fuisse necessarium est.

Missis postea ab *Agrippa* Rege in *Urbem* iis, qui *Pacem* cupiebant, præsiidiis, primis VII. diebus crebras ait fuisse cædes; τῆ ἐξῆς, VIII^o. scilicet, festum fuisse *Xylophoriorum*; τῆ ἐξῆς, IX^o. nimirum, XV^m. fuisse *Loi*. Ab XXII. idem festum tribuit à *Libro Fuchasin Scaliger*, XV. Dominus *Abendana*. *Josephi* autem testimonio colligitur, XIV. Ab fuisse, si quidem his etiam temporibus Ab cum *Loo* coinciderit. Addit ^a *Josephus*, post *Loi* XV^m. seditiosos post biduum *Antoniae* propugnaculum occupasse, *Loi* proinde XVII^o. Tum *στρατόπεδον*, *Castra*, ut videtur, *præsiidiariorum*, cum *Romano præsidio* tenerentur, occupatum incensumque à Seditiosis testatur *Josephus*, *Gorpiæi* die VI^o. Tum cæsum ^b κατὰ τὴν Πιπίαν ait Pontificem *Ananiam*, *Gorpiæi* proinde VII^o. Subjungit deinde cædem *Manaimi*, & *præsiidiariorum*, post fidem datam, *Romanorum*. De hac postrema cæde tradit, ἡ γὰρ δὴ σαββάτω σωέβη περαχθῆναι τὸ φόνον. Hæc si omnia eodem die *Gorpiæi* VI^o. contigerint (quod verum credit *Cl. c Petitus*) nostras *Tabulas* refutarent. *Gorpiæi* enim VII^{us}. *Augusti* erat XVIII^{us}. non *Sabbatum*, sed feria II. Propius accedent secundæ nostræ *Tabulæ* emendati *tridui*. In illis enim *Gorpiæi* VII^{us}. *Augusti* erat XV^{us}. fer. VI. *Sabbatum* autem erit si post *Solis occasum* cædes peracta fuerit *Ananiae*. Sed non ita bene conveniunt *Kalendaria Gorpiæi Solaris* ^d *Ufferiana*. Utrumvis sequamur, seu *Asianorum* illud, seu *Syro-Macedonum*, neutro modo efficiemus ut dies *Gorpiæi* VII^{us}. sit *Sabbaticus*.

Sequitur in *Josepho* exemplum quo *Tabulæ* nostræ mirifice confirmantur. Ait ille *Cestium* cum ex *Antiochia* in rebelles *Hierosolymitanos* moveret, *Lyddam* pervenisse, quam tamen habitatoribus vacuum offenderit propter festum *Scenopegiæ*, quo incolæ *Hierosolyma* ascenderant. Inde per *Bethoron* profectum in loco, cui *Gabao* nomen, castra posuisse, qui ab *Hierosolymis* L. stadiis distârit. Hic de *Judæis* ita scribit: ^e ἀφῆρθη τὸ εὐρυπύλον ἐκ τῆς πόλεως, καὶ μέγα τῶ πλῆθει τῶν ἰσραηλῶν, ἀπακτοὶ καὶ μετὰ κραιώνης ἐξεπήδων ἐπὶ τῷ μαχλῶ, μηδὲ τὸ δρογῆς ἐβδομαίδος ἐννοίαν λαβόντες. Ἦν γὰρ δὴ τὸ μέγιστον παρ' αὐτοῖς θρησκευόμενον σάββατον. Fefellit hoc in loco hæctenus Viros Eruditissimos, quod hoc *Sabbatum* quale fuerit nondum intellexerint, sed pro feria *Septimanæ* VII^a. acceperint. Non meminerant & alia quoque

F f f

festa

Sect. XXIX.
Non Sabbato
cæsus est Pon-
tifex Ananias.

a Bell. Jud. II.
x. 22. Græc.
p. 811.

b ib. c. 18.
Lat. 28. Græc.
p. 812. 813.

c Petit. Eclog.
Chr. L. IV.
c. 15.

d Uffer. de Mac-
ced. & Af. ann.
Sol. c. 4. fine.

Sect. XXX.
Hoc anno Ch.
66. Tisri Judaicæ
dies XXII. Lu-
naris cum XXII.
Hyperberetæi
concurrerat,
proinde Luna-
ris.
e Bell. Jud. II.
23. Lat. 28.
Græc. p. 818.



a *Horat. L. 1.*
Sat. IX.

b *Gemin. Elem.*
Astr. c. 7. fin.
p. 40.

c *S. Joh. vii. 37.*

d *Nehem. viii.*
18.

e *Ant. iii. 10.*
p. 93.

feſta *Sabbata* à *Judæis* appellari ſolita, præfertim illa quæ erant *ἀργία* ſeu *otio*, pariter ut ipſa *Sabbata*, celebranda. Ab hoc enim *otio* nomen ipſa traxere *Sabbata*. Ita *Novilunia triceſima Sabbata* appellat^a *Horatius*; pro ſermone proculdubio *Tranſtiberinorum Judæorum*. Quod ſcilicet *τριάκοντα* *Lunaris* eadem haberetur *ἐν ἡ καὶ νῆα*, ut proinde verum *Novilunium* ad diem *Civilis Lunæ triceſimam*^b propius accedere putarent. Sic & in feſto *Scenopægiæ Sabbathum* τὸ μάλιστὶ θρησκολόγητον appellat *Joſephus*, quod reliquis feſti diebus proprio quodam jure eminebat, quodque adeo *μεγάλη ἡμέρα* vulgo appellabatur, quod haberetur, præ aliis feſti diebus, *μεγάλη*. Hi dies erant in feſto *Scenopægiæ* tantummodo duo, *primus* atque *ultimus*. His enim ſolennes erant *Populi Convocationes*. *Ultimum* autem appello à primo *vii^m*. ſi autem *primus* excludatur, *οκταυτον*. Sic enim loquuntur *Sacræ etiam literæ*. Itaque diem feſti *ultimum* *μεγάλῃ ἡμέρᾳ* appellat *S. Evangeliſta*. Loquitur enim de hoc ipſo feſto *Tabernaculorum*. Et die *viii^o* ſolem-nem *Convocationem* memorat^d *Nehemias*. His item feſti diebus, *primo* nimirum & *οκταυτο*, prohibentur opera *ſervilia*, pariter ut in *Sabbato*. *Levit. xxiii. 35. 36. Num. xxix. 12. 35.* Sic apud *Joſephum* dies feſti *viii^{us}* eſt *ἀργία ἑβδομάς*, excluſo nimirum *primo*, quod ſcilicet *ἀργίας* præcepto aliis eſſet celebrior. Sic enim ipſe alibi quo loco de hoc feſto agit ex profeſſo^e: *Ανιένται δὲ ἀπὸ παντὸς ἔργου κατὰ τὴν ἑβδομῆν ἡμέραν*. Ita ratio cur jure *Sabbatum* hic dies poſſit appellari, manifeſta eſt. Imo ne à *Sabbati* nomine, hac in cauſa, temperant *Sacræ literæ*. *Primum* hujus feſti diem *οκταυτον*que verbis diſertiffimis *Sabbatum* appellat ipſe *Legiſlator*. *Lev. xxiii. 39.* Sic itaque *Joſephus* intelligendus eſt. Certe *Sabbatorum Septimanalium* quæ in medios hujus feſti dies incurrerent, majorem fuiſſe rationem, præ aliis feſti diebus, aut præ aliis anni *Sabbatis*, nulla ſunt, quod ſciam, quæ nos doceant *Veterum Teſtimonia*. Hic ergo diem tenemus in menſe *Judaico Lunari* certum, qui poſſet cum menſe *Macedonico* componi. *Octavus* enim feſti dies idem numerabatur *Tiſri* *xxii^{us}*. à ſacris etiam literis *Tiſri* dies ille, pro *Tabulis noſtris*, idem erat *Octobris Juliani* *i^{us}*. *feria iv.* Si autem pro *Tabulis noſtris* poſterioribus emendationibusque æſtimetur; ſic erit *Sept. xxviii. feria 1^a*. & *Sabbato* etiam *Septimanali* proxima. Hic ſi cum *Hyperberetæi* die concurrerit etiam *xxii^o*. tria lucrabimur ad conſilium noſtrum admodum utilia: 1^o. *Hyperberetæum Joſephi*, his etiam tempo-ribus,

ribus, non *Solarem* fuisse, sed *Lunarem*. Nemo enim dubitat, quin *Lunaris* fuerit *Tisri* ille quo observanda erat, pro Legis præscripto, *Scenopegia*: 11°. nondum adeo, scrupulosos fuisse *Judæos* ut *Φάσεων* rationem haberent in statuendis mensium suorum *Civilium Noviluniis*, sed è *Cyclorum* norma observasse, nec nefas existimasse si *Civilium* mensium initia, pro *Cyclis* accuratissimis constituta, à veris *Lunæ* & coelestibus rationibus parum aberrarint. Tam enim hoc certum fuerit oportet quam etiam certum erat diem *Octobris* 1^m. quem pro *Luna* xxii^a. numerabant horum temporum *Judæi*, nihilominus non fuisse à coitu diem vere xxii^m. Propius accessit ad veras *Lunæ* rationes dies *Septembr.* xxviii. secundarum *Tabularum*. Sed cum *Cyclorum* menses diebus censeantur *integræ*, ne quidem ita poterant perpetuo respondere: 111°. item, ut *Cyclum* ab illis vel hinc observatum fuisse constat, ita illum alium non fuisse ab eo quem *nostræ* repræsentant *Tabulæ*, è quibus efficitur ut in hunc ipsum *Octobris Juliani* diem incurrerit dies *Civilis Tisri Judaici* xxii^{us}, vel *Septembr.* potius xxviii^m. Eundem certe in quem xxii^{us}. *Hyperberetæi*, ut mox videbimus.

Age ergo, videamus an hic idem fuerit in anno *Macedonico* dies, tempore Belli *Judaici*, qui *olim* fuerit in mense *Macedonico Lunari*. Non est quod dubitemus, quin de *Macedonico Hyperberetæo* locutus fuerit *Josephus* in *Originibus*, cum hoc ipsum festum *Tisri Lunari* observandum, tribuit tamen *Macedonico* ^a *Hyperberetæo*. Et hic quoque *Scenopegiam* tribuit similiter *Hyperberetæo*. Nihil ergo est quod hucusque pugnat quo minus *Lunaris* hic etiam fuerit *Hyperberetæus*. Imo ita rem fuisse magis constabit, si qui numerabatur in *Tisri*, idem etiam in *hujus Seculi* numeratus fuerit *Hyperberetæo*. Nec vero aliter se res habuit. Post illum prælii diem, quem nos *Tisri* xxii^m. ostendimus, *τριών ημέρας* ibidem hæsit *Cestius*. Nempe ad *Tisri* diem xxv^m. Tum inde movit ad locum qui *Scopus* appellabatur. Die utique *Tisri* xxvi^o. Jam 6 duntaxat *stadiis* ab ipsa *Urbe* aberat. Hic tamen rursus per *tres dies* expectavit è rebellium discordiis occasiones. Ad diem scilicet *Tisri* xxix^m. ^b *Τῇ τετάρτῃ δὲ, ἥτις ἐστὶν τριανκὰς ὑπερβερταῖς μιλῶς*, ipsam *Urbem* ingressus est. Hic sane manifestum est diem hujus *Hyperberetæi* xxx^m. cum xxx^o. concurrisse *Tisri Lunaris*, & proinde mensem *Macedonicum* pariter ac *Judaicum* fuisse *Lunarem*. Et sane commode accidit, ut in nostris quoque *Tabulis*, mensis uterque *plenus* fuerit, non *cavus*.

Sect. XXXI.
Idem hoc in
loco *Josephi*
Hyperberetæus
qui in *Originibus*.

a Ant. III. 19.
P. 92.

b Bell. II. c. 24.
Lat. x. xi. Græc.
p. 819.



.XXXII.
est necesse
xi. dierum
fuerit Hy-
perberetæi.

Pergit *Josephus* in rebus *Cestii* describendis, aitque *quinque diebus Romanos frustra Urbem tentavisse.* Nempe ad diem *Dii*, non v^m. ut videtur, sed iv^m. Cum enim ne quidem *unius miliaris* iter *primo die* impleverit, nihil vetat quin dies *Hyperberetæi xxx^{us}*. idem fuerit oppugnatae *Urbis* etiam *primus*. Cur *Jotapatam* primo obsidionis die non oppugnârit *Vespasianus*, in causa tradit fuisse *Josephus*, quod fuissent *Romani* δι' ἡλῆς ὠδ' ἀχέτες ἡμέρας. *Bell. Jud. III. κ. ια'. p. 839.* Quæ certe hic locum habebat plane nullum. Τῇ Πρῶτῃ *Cestius* alia parte Templo Septentrionali *Judæos* aggressus magnum illis terrorem incutit. Subito autem milites revocavit, recessitque rursus ad *Scopum*. Hæc die *Dii* v^o. pro nostris hypothesis. Τῇ Πρῶτῃ, *Dii* nempe vi^o. recedens, à *Judæis* male multatus ægre tandem ad castra vetera in *Gabao* pertigit, ubi δύο ἡμέρας ἐπέμεινεν. Sed, cum non vi. miliaribus ab Urbe distaret *Gabao*, proinde dies, quo eò pervenit, pro *bidui* primo habendus est, ut rectissime observavit *Cl. Norisius*. Itaque *bidui* illius finis erat in vi^o. *Dii*. Τῇ τετάρτῃ fugit, nempe ex quo venerat ad *Gabao*, ambobus terminis inclusis. Sed passus gravissima, sub noctem ægre ad *Bethoron* evasit. Inde noctu clam elapsus est, ut postea *Judæi* illum non fuerint assecuti. Itaque licet ἐωθεν præfidiarios ibi relictos *Judæi* confecerint, hic tamen dies quo ad *Bethoron* evasit *Cestius*, cladis illius *ultimus* habendus est, de qua ita loquitur *Josephus*: τὰντα μὲν ἐν ἐπελάτῃ δις μίωος ὀγδὼν, δωδεκάτῳ ἐπὶ τῷ Νερούῳ ἡγεμενίως. Ita nec necesse erit ut mensẽm cum doctissimo *Petito* intercalarem inter *Hyperberetæum* admittamus & *Dium*; nec cum *Cl. Norisio* dies ix. ab *Hyperberetæi xxx²*. ad cladem numeremus, quam tamen *Dii* viii^o. fuisse testatur ipse *Josephus*. Nec proinde metus erit ne *Solaris Octobris* modum dierum xxxi. attigerit hic, de quo loquitur *Josephus*, *Hyperberetæus*. Nec denique necesse est ut *Neronis* annum vere xii^m. multum exceßerit hic *Hyperberetæus*, ut suspicatar idem præstantissimus *Norisius*. Imo paucis admodum diebus *Neronis* annum xii^m. superavit *Dii* dies viii^{us}. Erat enim, pro nostris Tabulis, *Octobris Juliani* dies tantummodo xvii^{us}. cum successerit *Nero* die *Octobris* xiii. Non est quod miremur tam modicum errorem in *Josepho* rerum *Occidentalium* adeo imperito.

Bell. Jud. II.
24. Lat. κ. μ.
rac. p. 82 f.

Secl. XXXIII.
Capta Jotapata
in. Chr 67. Pa-
nemi 1. forte
Sabbatico.

Nescio porro huccine referre debeam, quod bis dicat *Josephus* Urbem, quam tuebatur ipse, *Jotapatam* πρῶταρακῆσῃ ἡμέρα καὶ ἐβδόμῃ expugnata à *Vespasiano*. Hoc die aggeres
Ro-



^a *Romanorum* super murorum altitudinem fuisse testatur elatos. Hoc eodem die, τ̄ αὐτῆς ἡμέρας, profugum ex Urbe narrat *Vespasiano* auctorem fuisse, ut extrema noctis vigilia fatigatos vigiliis custodes matutini somni tempore aggrediretur, quod cum fecisset, Urbe potitus est. Hoc ait se antea suis *Jotapatensis* prædixisse, ὅτι μὲν πικραρχεῖν ἐβδόμῳ ἡμέραν αἰῶσιν πῶν. Atqui nulla certe efficient *Kalendaria*, ne *Solaria* quidem, ut ad diem XLVII^m. obsidio duraverit. *Artemisii* enim die ^c XXI^o. ipse se in Urbem appulisse testatur; mox autem *Placidum* missum cum *Ebutio*, qui Urbis aditus obstruerent, ne inde rursus elaberetur. Postea μὲν μίαν ἡμέραν venit ipse *Vespasianus*. Sed verò Urbem captam ὁ τρισκαίδεκάτω τ̄ Νέρωνος ἡμερονίας ἔπ̄, Πανέμυ νεμλίω. Esto ergo fuerint xxxi. dierum ambo, tam *Artemisius* quam *Dæsius*, & utrumque numeri *terminum* complectamur; ne quidem ita efficiemus ut plusquam diebus XLIII. obsidio tenuerit. Cum tamen *bis* hunc eundem numerum in *Josepho* hodierno reperiamus, nec *notis* tamen *numeralibus*, sed *verbis* ad plenum expressis; vix est ut *Librario* tribuendum esse suspicemur; sed ipsi potius *Josepho*. Ut tamen vere ita scribere potuerit, rationem ego aliam nullam video quam ut expugnatio in diem incidit ab initio *obsidionis* XL^m. & *septimanae* VII^m. Estque sane prius pro nostris *Tabulis* verissimum, si *terminum* utrumque complectamur. Dies enim *Artemisii* IX. *Dæsi* xxx. & *Panemi* 1. numerum illum explent accuratissime. Nempe anno *Ær. Chr.* 67. *Cycli* XVI. *Panemi* 1^{us}. post *noctem* mediam *Julii* erat *Juliani* dies III^{us}. cujus mane Urbe potiti sunt *Romani*. Idem dies *Julianus*, Solis *occasu* *Panemi* seu *Tamuz* 11^m. inchoabat, qui post *noctem mediam* cum die *Julii Juliani* 14^o. coincidebat, qui hoc anno *littera Dominicali D.* erat *Sabbaticus*. Hoc sane certum ipso etiam *Sabbato* fuisse cædes. Ipso enim excidii die τ̄ φανερόν πλῆθος cecidisse testis est *Josephus*; τ̄ δὲ Ἰπρίσους, illos etiam qui in speluncis latebant & cuniculis. Quinam autem illi dies fuerint, ipse nos alibi docet. ^e *Tertio* enim latebrarum die ipse ad *Vespasianum* adductus est. *Panemi* proinde III^o. Discessit enim ^f *Panemi* 14^o. ipse *Vespasianus*. Spectabat autem ad malum auspiciam quod in *Sabbatum* incidit *excidium*. Sic enim iussit orare Dominus ne in eandem *feriam fuga* conveniret. Quod scilicet hoc, pro recepta illius *Seculi* opinione, *Judæis* maxime dolendum videretur, si ^g *feriæ* verterentur in *luctus*; & ne quidem *Sabbato* vel *quiescere*, vel *securos* esse liceret.

a Bell. III. 12.
Lat. x. xβ'. Gr.
P. 849.

b ib. x. xγ'. Gr.
P. 854.

c Bell. III. 7.
Lat. . . . Gr.
P. 839.

d Bell. III. 14.
Lat. x. xδ'. Gr.
P. 850.

e Bell. III. 14.
Lat. x. xδ'. Gr.
P. 851.

f Bell. III. 14.
Lat. x. xδ'. Gr.
P. 854.

g Am. VIII. 10.
Tob. II. 6.
I Maccab. I. 41.



Nec vero est quod miremur ἐξδομης nomine *Sabbatum* intelligi. Similiter hoc ipso eodem *Josephi* Opere ἐξδομάδος Religionem apud *Titum* obtendit ^a *Joannes*, cum fugam meditaretur è *Gischala* patria. Eodemque nomine est usus *Josephus* quo loco de ^b turri agit, unde Sacerdos ineuntis *Sabbati* exeuntisque fines *tubæ* clangore significabat, & alibi. Ita Tabularum nostrarum certitudinem hoc etiam testabitur, quod diem eundem repræsentent *obsidionis* XL^m. & pro *posteriori* ejus parte etiam *Sabbaticum*. Sed meliora sunt, ni fallor, quæ postea trademus, pro Tabulis *posterioribus*.

Ipso autem Excidii anno, qui Æræ nostræ *Christiana* LXX^{us} erat, *Cycli* autem XIX^{us}. Pascha *Xanthici* XIV. agnoscit fuisse ^c *Josephus*. Nec tamen inde manifestum est quem *Xanthicum* intellexerit, *Lunarem*, an *Solarem*. *Solaris Xanthici* dies XIV^{us}. idem erat *Aprilis Romani* XIV^{us}. pro *Kalendarii* illius rationibus quas observabant *Scriptores Syro-Macedones*, non *Antiocheni* tantummodo, verumetiam *Palestini*. Ne recentiores nomen, hoc certe *Kalendarium* sequitur *Libro de Martyribus Palestinis Eusebius*, & *Eusebio* antiquior *Syrus Episcopus Laodicensis* ^d *Anatolius*. Num autem *Josephi* tempore usus fuerit in *Palestina* mensium *Macedonicorum Solarium*, ex hoc certe loco colligi non potest. Convenit enim in eundem *Aprilis Juliani* diem, pro *posteriori* diei parte, etiam *Judaici*, dies *Xanthici* nostri *Lunaris* XIV. ut è nostris Tabulis constat, anno *Cycli* XIX^o. & dies idem *Nisan* etiam *Judaici*. Numerat præterea ^e *Josephus* ab *Artemisia* XII. ad XXIX. dies XVII. Satis id quoque commode, pro nostris Hypothesibus, cum in diem mensis *ultimum* cadat *exemptilis*. Suspicio autem, apud *Macedones* qui menses suos rectè numerabant, non autem per tres partes, ἰσαδύς, μετᾶντος & ὀπίοντος, nec *retrosum*, ut *Athenienses*, diem mensis *ultimum*, vel fortasse potius *penultimum* fuisse *exemptilem*, ut scilicet pro XXIX. ἡγιασῆς *Civiliter* appellaretur, idem tamen quia erat reverà duntaxat XXIX. illo quoque numero non absurde, ut hoc in loco, insigniri posset. Ita intervallum diei LXIII. *mensē* potius *cavandum* designârit, quam mensis *locum* quo detrahendus esset *exemptilis*. Nec illud etiam incommode, quod dies *Panemi* XVII^f. quo defecit jure Sacrificium, *feria* fuerit ^g. Quasi nimirum Deus ita significâisset ab illa demum *feria* censenda esse *Christianorum* Sacrificia ἀναίμακτα. Hoc certum est, ex istiusmodi eventibus *auguria* captâsse illius ævi *Christianos*. Id quoque certum id voluisse *Spiritum Sanctum*, ut in rebus

Bell. iv. 4.
at. κ. γ. Gr.
869.

Bell. v. 9.
at. κ. δ. Gr.
898. vi. κ. δ.
ir. p. 918.
L. VII.
p. 992.


sect. XXXIV.
Alia Exempla
quibus cum
Lunaris Ju-
leorum rati-
onis conveniunt
mensis Macedo-
nici.

c Bell. Jud. vi.
4. Lat. κ. γ.
Gr. p. 910.

d ap. Euseb.
H. E. vii. κ. δ.
Gr. ut 26. Lat.

e Bell. Jud. vi.
12. Lat. κ. γ.
Gr. p. 934.

f Bell. Jud. vii.
4. κ. γ. Gr.
p. 947.



rebus istiusmodi, quæ jam *fortuitæ* videri possent, auguria *vera* captarentur. Talia erant verba longe alia sentientis *Caiaphæ*, de uno homine qui pro Populo esset moriturus. *Panemum* illum eundem fuisse cum *Judæorum Thamuz*, & proinde *Lunarem*, docent *Rabbini*, cum ipsi quoque *Thamuz* die xvii^o. jejunandum præcipiunt, propter *Sacrificium jure* sublatum. Hoc etiam ante nos observavit Magnus ^a *Scaliger*. Numerat præterea *Josephus* à *Loi* xx^o. ad *Gorpiæi* vii^m. dies *octodecim*. Id quoque satis commode, pro *Tabulis nostris*, in quibus *Lous* *plenus* est. Si *Loi* nomine *Romanus* intelligatur *Augustus*, extremorum alterum excludendum est. - Dedit quidem *Cl. b* *Norifus* exemplum quo, *excluso* numeri principio, supputavit *Josephus*. Et nos vicissim alia dare possumus quibus *inclusit*. Id certe fecit cum expugnationem *Urbis Hierosolymitanæ* sub *Sofio* anno statuit xxvii^o. postquam fuisset expugnata à *Pompeio*. Id rursus, cum die latebrarum 3^o. se *Vespasiano* captivum oblatum esse testatur. Urbs enim *Jotapatena* occupata est *Panemi* i^o. Inde *Panemi* iv^o. discessit *Vespasianus*. Itaque *Panemi* iii^o. deditus est *Josephus*, qui tamen dies, nisi dies excidii *Panemi* i^{us}. includatur, *tertius* esse non potuit. Nec aliter numeravit *Josephus* quo loco agit de accessu *Cestii* ad *Urbem* & recessu, ut supra vidimus. Estque adeo, apud *Josephum*, hic modus numerandi frequentior. Sic ἐπισημασίας ^c *Sacerdotum*, quas δὲ τοὺς οὐββάτας ἐπὶ οὐββάτων ipse item fuisse agnovit, ἐπὶ ἡμέρας οὐτὼ munus peregrisse censet.

Cæterum difficillimus omnium in *Josepho* dies is est, quem *Urbis* fatalem fuisse testatur, *Gorpiæi* nimirum ^d vii^{us}. Erat enim ille *Sabbaticus*, si dignus fide *Dio*. Hæc enim nota, ut putatur, diem *Juliani Septembris* vii^m. designat, qui illo anno *Æræ* nostræ lxx^o. litera *Dominicali G.* reverà *Sabbaticus* erat. Sed mirum est, hoc non observâsse ipsum, qui aderat, *Josephum*. Cum præsertim toties observârit *festos* rebus patriæ suæ adversis celebres, ut jam antea vidimus. Nec tamen temere fortasse diem *excisæ* potius, quam *captæ*, *Urbis Sabbaticum* fuisse testatur *Dio*, ut etiam ante nos observavit præstantissimus *Vfferius*. Voce *Dio* usus est, ἀπώλετο. Hoc si voluit, nec *Josepho*, nec nostris Hypothesibus adversum quid in eo scripserit. Incidit enim dies *Gorpiæi* vii^{us}. anno *Cycli* nostri xix^o. in diem *Septembris Juliani* iv^m. pro parte nimirum diei *Judaici*, qua res gerendæ erant, *posteriori*. Proximum *Sabbatum Septembris* ejusdem diei convenit vii^o. Post *noctem* nempe *mediam*.

a *Scaliger* ad fin. Emend. Temp. Not. in Fragm. p. 57.

b *Norif.* de Ann. Mac. Diff. i. c. 3. p. 42.

c *Ant.* vii. ii. p. 248.

Sect. XXXV. *Gorpiæi* viii. quo expugnata est à *Tito* Urbs *Hierosolymitana*, ann. Chr. 70. erat, pro *Solaris* anni *Kalendaris Sabbaticus*. d *Bell. Jud.* vii. 16. Lat. x. μβ'. Gr. p. 967. Cap. 18. Lat. x. μβ'. Gr. p. 969.



mediam. Cœpit autem à Solis *occasu* illo qui *Septembris* diem VII^m. terminabat. Intervallum erat IV. dierum, non tamen *integrorum.* Sed vero testatur ^a *Josephus* non antea de Urbe *excindendâ* præcepisse *Titum*, quam *occidendi finem* atque *deprædandi* fecissent irati milites: ἐπεὶ ἔτε Φοβεύειν, ἔτε Ἀγρῶν εἶν, εἶχεν ἢ σπατιά. Erat autem illud, quod dixi, spatium satis arctum Urbi tantæ, tamque populosæ diripiendæ, in qua præfertim tot essent speluncæ & cloacæ viris pariter ac divitiis refertissimæ. Die certe captæ Urbis *Jotapatenæ* III^o. captus ipse est *Josephus*, nec discessit ante IV^m. uti vidimus *Vespasianus*. Quidni ergo ad diem IV^m. in *Hierosolymitanæ* Urbis reliquiis permanferit *Titus*, & *discedens* demum de diruendis ædificiis præceperit? Imo *triduum* ^b Conviviis & Sacrificiis impendit *Titus*, Belli jam negotiis omnibus penitus confectis. Nihil ergo pugnat, quin vel hoc ipso *Sabbato Septemb. VIII.* vel *sequenti*, diruendæ Urbis opus cœperit. Erant enim Urbis *ædificia* adhuc necessaria, dum adefset ipse *Titus*, dumque *Ἰαννῖνα* celebraret, exciperetque Sacrificiorum conviviis *exercitum*. Proinde post discessum illius diruta fuisse verisimile est.

^c XXXVI. Sed vero *Christo* in carne versante, jam V^{us}. agebatur *Cyclus Macedonum Calippicus*. Hoc autem spatio *triduo* fere discesserant à *Civilibus* *Cœlestia Novilunia*. Et quidem ita ut *Cœlestia præcesserint*. Hoc sane manifestum est ex *Eclipsibus* illorum temporum, quorum *dies* in cœvis monumentis traditos habemus. Nec enim alias idoneas arbitramur ut in hac rerum adeo antiquarum causa pro *norma* habeantur. Præsertim ubi de *illius Seculi* agitur opinionibus. Unam alteramve proferam. Coss. anni *Æræ Christianæ XLV.* Solis Eclipsim *Claudii Augusti Natali* testatur fuisse *Dio*, quem *Augusti Juliani I^m.* docet fuisse *Suetonius*. Annus ille Urbis erat *Varronianus 798.* Detrahantur 424. reliqui erunt anni 374. qui (si per *Cyclos integros* annorum 76. dividantur) reliquos facient annos LXX. In illo autem *Cycli nostri* anno, *Augusti*, non I^{us}. sed IV^{us}. pro *Civili* habetur *Novilunio mensis Judaici Ab, & Loi Macedonici*. Aliam ejusdem Luminaris Eclipsim *Campaniæ* observatam Coss. anni *Æræ nostræ LIXⁱ.* prid. *Kal. Maias*, nempe *Aprilis* die ultimo, memorat *recenti memoria* ^c *Plinius*. Nempe annis post priorem XIV. & proinde *Cycli Calippici* sequentis anno VIII^o. Consulantur illo anno *Tabulæ nostræ*, & reperietur *Civile Novilunium Fiar, seu Artemisi, Maii Juliani* die III^o. pari *tridui* discrimine, sic item ut *præcesserit Novilunium verum & Cœleste.*

II. 18.
Gr.

VII. 19.
Gr.

t. XXXVI.
Seculo ex-
atum est
to à Cœlesti-
Civilis dif-
fasse Novi-
a.

lin. N. H. 11.



Cæleste. Hæc duo exempla tam sibi consentanea *medii* sunt spatii inter Domini nostri *Crucifixionem* Urbisque *Hierosolymitanæ Excidium*, illis ipsis *temporibus* observata, & cum *diebus* commissa *Kalendarii Juliani* jam ubique notissimi. Hinc ergo constat, *illis* saltem jam *temporibus* errorem illum *tridui mensium Lunarium Civilium* à rationibus motuum vere *Cælestium* innotuisse, vel diligentioribus peritioribusque saltem innotescere *potuisse*. Non est ergo, uti dixi, cur miremur, si *Domini* festum Paschale ante *Judæorum Pontifices* observârit. Nulla est vel levissima mentio editi à *Synedrio Decreti*, quo id quod alioqui *illicitum* fuisset, pro jure illo *ligandi & solvendi* quo polluisse censentur *Synedrii Judices*, *licitum* fuerit pronunciatum. Sed nec ullus memoratur vel levissimus *scrupulus* eorum qui *Legi* erant, *Legisque antistitibus Pontificibus* addictissimi, rectene fecerit, an secus, in hac causa, *Mundi sospitator*. Non *discipulorum* rituum *Mosaicorum* hucusque studiosissimorum; non *hospitis* cujus in *cœnaculo* convivium *Discipuli Paschale* paraverant: ne quidem *Pontificum* vel *Pharisæorum*. Hinc facile colligimus *novum* non fuisse illud *Domini exemplum*, sed probatissimorum usu *receptum*, ne scilicet ultra *Civilis Kalendarii* diem *xiv^m*. festum differrent, & ne quidem *temere*, cum nulla esset ita faciendi causa *necessaria*, anticiparent, *Civiumque* morem receptissimum violarent. Hac tamen conditione, ut, si causa istiusmodi intervenisset, non *licite* modo, verumetiam cum *laude*, fas esset anticipare, si quid obstitisset quo minus die *Kalendarii* legitimo Præcepto satisfacere non possent, qualem Domino nostro fuisse manifestum est, qui exploratum habuit se ad diem *Kalendarii* legitimum non superfuturum. *Securi* enim illi qui festum mense *Lunari*, & *die* mensis etiam *legitimo* observabant, qua quidem patiebantur leges *Cycli* à *Synedrio* probati. Propius tamen illi ad *mentem* Legislatoris accesserunt qui, qua patiebantur leges *concordiæ* in *Peculio*, propius accedebant ad verum *cæli Plenilunium*. Idque à *Domino* observatum nostræ docent rationes omnium accuratissime. Hoc sane proprium habent nostræ præ aliis quibusvis doctorum *Virorum* hypothésibus, quod utrique suo more festum servârint salva interim *concordia*, quod verisimillimum ostendimus. Alii enim, jure suo minime contentos utrosque credunt se mutuo invicem *damnâsse*.



Diff. IX. *Cycli Macedonum & Judæorum.*

Et quidem, si qua fuerit prædicto intervallo inter *Crucifixionem* Domini Urbisque *excidium*, anni *mutatio*; hanc Ego longe verisimiliorem facilioremque censeo, quæ Lunaris mensis *vitium* jam temporis progressu satis exploratum emendârit, quam quæ *modum* mensium alium & *Solarem*, sub iisdem tamen mensium *nominibus Macedonicis*, introduxerit. Vix certe credibile est in his de *Bello Judaico* Libris *Josephum* res gestas patriæ, *mensium* tamen *nominibus*, nunquam *patriis*, semper *Macedonicis*, designare voluisse, si jam alii fuissent à mensibus *Judaicis* menses *Macedonici*: nec tamen de eo *Lectorem* monuisse, jam alios fuisse qui olim, uti vidimus, coinciderant; jam invicem in mensium *modo* fuisse diversos, qui olim non in mensium duntaxat *modo*, verumetiam in *diebus* convenerant. Nuspiam tamen hoc facit *Josephus*, ne quidem ubi de *festis* loquitur patriis, *Paschatis* atque *Pentecostes* aut *Scenopegia*, quæ *modum* saltem mensium *Lunarium* exigebant, & proinde alium à *Solari*. Adhuc eosdem supponit menses *Judaicos* atque *Macedonicos*, ut editis mensium *nominibus Macedonicis*, *Judaica* edere ne quidem fuerit necessarium. Nec ulla tamen est ratio cur *Judæos* ipsos à rationibus *Lunaribus* defecisse suspicemur, ut postea *Asiani Tessarescaidecatitæ*. Imo *propius* illos ad veras *Lunæ* rationes accedere voluisse docet antiquus *Auctor Prædicationis Petri* apud *Clementem Alexandrinum*. Cum enim iste scriberet *Impostor*, jam ne quidem *Cyclorum ἀνεγεία* contenti ad *Φάος Lunæ* observandas pervenerant. *Medius* autem *gradus* erat ut *Cyclum* vitii convictum pro virili sua *corrigerent*. Idque illos fecisse, evanida licet, vestigia tamen habemus. *Cycli vitium* fuisse, idque in *confesso*, supponit exemplum *Domini festum Paschale*, sine ullo tamen *scandalo*, pridie observantis. *Vitium* autem ante *Urbis excidium* emendatum indicat prædictum *Dionis* testimonium. Incidit enim in *Cyclo vitioso* dies *Gorpiæi* viii^{us}. in *Septembris Juliani* diem iv^m. Detrahatur *triduum* illud, quod è *coævis Observationibus* detrahendum ostendimus. Ita fiet ut in *Septembris* i^m. idem *Gorpiæi* dies viii^{us}. inciderit *Sabbaticum*, ut testatur incidisse *Dio*. Nec enim dies uno *plures* Urbi patriæ fatales agnoscit *Judeus* ipse *Josephus*, nec alium illum ab eo quo *Urbs à Tito expugnata* est. Ita convenient utrobique, tam in *Antiquitatum*, quam in *Belli*, Libris cum mensibus *Judaicis* menses *Macedonici*; eademque erit utrobique etiam *diversitas*, *Cycli* nimirum *vitiosi* atque *emendati*. Est ergo hoc, ut existimo, verissimum. A
Cycli



Cycli autem viⁱ. *Calippici* initio facta est fortassis emendatio, ut cum Cycli anno xix^o. *Æræ Christianæ* annus LXX^{us}. quo Urbs excisa est, concurreret. Proinde anno *Varroniano* 804. *Æræ Christianæ* LI^o. *Claudii* autem Principis cœpto XI^o. Ita autem facta, ut existimo, ut dies mensis superioris *antepenultimus* sequentis *primus* fuerit numeratus. Pro eodem scilicet exemplo quo etiam *Meton* superioris *Scirrhophorionis* diem XIII^m. sui *Hecatombæonis* primi I^m. similiter numeravit. Eodem tamen res redibit, quocumque demum Cycli anno, aut anni mense, ita fuerit supputatum. Redundabit enim in menses sequentes calculus ille à quocumque tandem *initio* numeretur.

Obstabit autem, fateor, hæc Cycli emendatio quo minus dies Excidii *Jotapateni* fuerit, uti dixi, *Sabbaticus*. Nec verisimile est medio illo spatio, & *mediis* adeo Belli *tumultibus* factam illam fuisse Cycli *emendationem*. Sed nec admodum fidenter asserui *Panemi* illius diem I^m. quo expugnata est à Romanis *Jotapata*, fuisse *Sabbaticum*. Hoc sane verum est, numerum illum diei XLVII. quo obsidionem illam videtur concludere *Josephus*, vix posse subsistere. Jam enim ostendimus, menses nullos, ne quidem *Solares* sufficere, ut à die *Artemisi* XXI^o. (quo cœpit obsidio) ad diem *Panemi* I^m. dies numerentur XLVII. Non tamen inde sequitur *feriarum* esse *septenarium*, cum sit *dierum quadragenarius*. Ita certe utrobique loquitur, quasi *unum* eundemque numerum complerent tam major ille, quicunque demum fuerit, *Decadum* numerus quam *septenarius*. Ante obsidionem numerus ille prorsus inire non potuit *dierum*, quibus Urbem patriam tuebantur Cives *Jotapateni*. Sed nec mox ab *obsidione* antea quam *vim* inferrent *Romani*. Non certe tamdiu duraturam obsidionem prædixerat *Josephus* antea quam in Urbem sese conclusisset. Elabi^a enim postea volebat, proinde ne quidem ingressurus, si quidem antea quam ingrederetur, capiendam credidisset. Itaque post cœptam obsidionem Prophetam egit, ut ipse testis est *Josephus*. Hinc certum est numerum utrumque sanum esse non posse. *Decadem* minuamus, qui error erat non admodum difficilis; & *proσωαγωγῆ* legatur *τριάκοντῆ* & à vero oppugnationis exordio numerum ineamus; & alterum duntaxat *extremum* includamus: sic omnia respondebunt aptissime. Inclusit se *Josephus Jotapate* die *Artemisi* XXI. Proximo die aderat *Vespasianus* ipse, die nimirum ejusdem mensis XXII. Sed *μέχρι δειλῆς ὀδύσεως*^b. Proinde addit, paucis interpositis, *Ῥωμαῖοι δ' εὐθὺς μὲν ἀπώκνησαν*

Sect. XXXVIII.
Alia, & fortasse
melior, explica-
tio diei, quo
expugnata est
Urbs *Jotapata*.

a Bell. Jud. III.
8. Lat. x. 18.
Gr. p. 842.

b Bell. Jud. III.
7. Lat. x. 18.
Gr. p. 839.

G g g 2

ωροσβα-



Diff. IX. *Cycli Macedonum & Judæorum.*

πεσοβαλειν, δι' ὧν ἀδελφείας ἡμέρας. Itaque 11^o. demum die,
atque adeo *Artemisii* xxiii^o. cœpit *oppugnatio*. Supererant il-
lius mensis (qui in nostris Tabulis *cavus* est) dies vi. His
accedant *Dæsi* dies xxx. & unus *Panemi*, & numerum xxxvii.
implebunt accuratissime. Sic nullum erit, hoc in loco *Jose-
phi*, vestigium diei *Sabbatici*. Sed *Lunaris* fuerit oportet *Ar-
temisius* ille, qui dies tantummodo xxix. complectebatur. Et
quidem pro situ diei *exemptilis* illo quem in nostris habet Ta-
bulis. Dies autem erit, pro Tabulis posterioribus, *Junii Ju-
liani* xxx^{us}. qui cum *Panemi* 1^o. illo anno *Cycli* xvi^o. concurre-
rit. Nec aliter se rem habuisse arbitror.

Fieri etiam potest ut, cum *Cruci* affigeretur Mundi Sospita-
tor, ad vera *Cæli* Novilunia *Judæi Civilia* sua Kalendaria re-
degerint. - Sic omnia optime respondebunt si anno *Ær. vulg.*
33. Dominum passum statuamus, quo anno *Eclipsim*, cujus me-
minit *Phlegon*, (quæ illius anni nota est fortasse certissima,)
fuisse alibi ^a probavimus. Post *Cyclum* illum *Calippi* v^m. (cu-
jus anno xlix^o. ita *passus* fuerit Dominus) evolutum, *plusquam*
triduo non discrepasse à veris *Lunæ* motibus *Civilia* Kalenda-
ria jam ostendimus. Et tamen *ante* *Cyclum* illum elapsam,
Eclipsis anni *Ær. vulg.* 45. *Cyclo* jam ad *finem* vergente, si-
militer à rationibus *Calippi Macedonicis* justo *triduo* discrepa-
bat. Sed ut norma aliqua statueretur quâ redigerentur dein-
ceps ad *Cæli* rationes *Civilia* Novilunia, nec tamen *Cyclorum*
rationes mutilarentur; non erant proinde *Cyclorum* illæ
emendationes alibi, præterquam in *Cyclorum exitu* statuen-
dæ, ut deinde certis *Cyclorum* circuitibus novæ quoque dies
essent similiter è *Kalendario* demendæ. Hoc ergo *Cyclo* *Ca-
lippi* v^o. nondum evoluta, *duo* erant tantummodo dies è *Civilis*
Kalendarii rationibus subtrahendæ. Ita futurum erat ut dies
Nisan xiv. qui (anno *Ær. vulg.* 33. *Cycli* LVIII^o.) *Aprilis* vi^o.
pro antiquioris *Cycli* rationibus concurrebat, jam, *Cyclo* e-
mendato, cum *Aprilis* die iv^o. coincideret, vere tum *Sabbatico*,
cum litera *Dominicalis* esset D. Sic tamen propius accessit ad
verum *Cæli* Novilunium dies superior *Aprilis* iii. quo Domi-
nus noster agnum Paschalem epulatus est. Sic *arctioribus* li-
mitibus claudetur licentia illa privatis concessa Paschale fe-
stum *anticipandi*. Erat sane, vel *Solis* rationibus *dies unus* post
iv. *Cyclos Calippicos*, pro *Hipparchi* etiam hypothesibus, exi-
mendus, quod tamen nemo, quod quidem scimus, ante ipsum
observaverat. Proinde ante illum neminem exemisse verifi-
millimum



millimum est, qui tamen vixit observavitque Cyclo *Calippico* III^o. labente. Sed nec post illum brevi spatio de emendando Kalendario cogitasse *Judæos*, è jam dictis apparet. Quod enim *Ciceronis* Consulatu U. C. *Varroniano* anno 691. *Magnum* jejunium die *Propitiationis*, *Tisri* *Judaici* x^o. *feriâ* VII^a. contigerit, prioris, necdum emendati, Kalendarii calculis tribuendum jam ostendimus. Nec enim dubium est quin *Septimanæ Sabbathum* designarit *Dio*, qui diem *Saturni* appellat, eaque occasione disputat de *Septimanæ feriis* per *Planetas* internoscendis. *Sabbatis* certe jejunium fuisse, quanquam apud *Ethnicos* ea opinio obtinuerit, falsissimum tamen, & receptis *Judæorum* moribus adversissimum, observârunt ad *Suetonium* Viri doctissimi, ^{a ad Suet. Aug. c. 76.} *Casaubonus* & *Torrentius*. *Festa* potius fuisse lautissima docet, è recentiorum *Judæorum* sententia, in *Synagoga* sua *Judaica* *Buxtorfius*. *Gentilibus* autem illis in animo erat, ni fallor, jejunium *Tisri*, quod *Sabbati* nomine insigniri, quacunque tandem contigisset *Septimanæ feriâ*, jam superius §. 25. è *Philone* & *Sacris* etiam *litteris* ostendimus. IV^{us}. autem tum agebatur *Calippi* *Cyclus* illo *Ciceronis* Consulatu, quo necdum vel unum diem è Kalendarii sui rationibus exemerant *Judæi*, & quidem *medius*. Itaque si, *Christo* *patiente*, ad veras *Lunæ* rationes redacta fuerint *Kalendaria* *Judæorum* *Civilia*, & quidem ita ut calculos priores *biduo* anticiparent; si hoc etiam *Cycli initio* contigerit, vel superioris potius *Cycli*, quod eodem redibat, *finē*, quo norma statueretur *Cyclis* in futurum emendandis: non alio certe in loco mutationem illam fuisse consentaneum est, quam *Cycli* IVⁱ. *finē*. Ita à *Septembris* die, non, ut antea, XXVI^o. coeperit *Cyclus* V^{us}. *Calippi* *Macedonicus*, sed duntaxat XXIV^o. Et, si sequenti *Cyclo* jam III^{us}. dies fuerit exemptus; ita à *Sept.* XXIII^o. coeperit eorundem *Macedonum* *Cyclus* *Calippicus* VI^{us}. Coepit autem *Cyclus* V^{us}. anno U. C. *Varron.* 728. VI^{us}. autem anno ejusdem *Epochæ* 804. *Christi*. 51. Hinc ergo nova illa *Kalendariorum* *Macedonicorum*, & proinde *Judaicorum*, initia processerint. Nec sane video quid obstat quo minus ita se habuerint.

Hæc equidem certiora arbitrarer, si adeo esset, quam vulgo creditur, exploratum, *Septimanæ feriâ* VII^m. illud fuisse *Sabbatum* quod à *Judæis* postridie post *Crucifixionem* *Domini* celebratum legimus. Ipsam *Crucifixionis diem*, *ἡμέραν τῆς σταυρώσεως* appellat *S. Matthæus* XXVII. 62. Item *S. Marcus*, qui tamen ita vocis significationem explicat: *ἡμέραν τῆς σταυρώσεως τοῦ κυρίου ἡμετέρου.*

G g g 3

Sect. XI. Sabbathum, ante quod Crucifixus est Dominus, proprie erat dies ipse Paschalis, quod tamen illo anno fortassis in Sabbathum incidit XV. Hebdomadale.



Diff. IX. *Cycli Macedonum & Judæorum.*

xv. 42. S. Lucas ita : καὶ ἡμέρα ᾧ ᾠδασιδὴν, καὶ οὐββατον ἐπιφωσκε. xxiii. 54. Denique S. Joannes ita : Ἦν δὲ ᾠδασιδὴν ἔπάχα. xix. 14. Hinc intelligimus tantundem apud Evangelistas valere ᾠδασιδὴν & οὐββατον, quod ᾠδασιδὴν ἔπάχα. Non me quidem fugit ita hoc tueri qui receptam sententiam sequuntur, quod in *Septimanæ Sabbathum* incidit festum *Paschale*. Et ne quidem illud fugit, receptissimum esse apud Christianos ut *feriam Septimanæ vi^m*. ᾠδασιδὴν appellent. Ita quidem illi ex his ipsis locis, quod *Sabbatum* hoc de receptissimo *Septimanæ Sabbatho* intellexerint. Sed nullo profus exemplo Veteris Instrumenti ᾠδασιδὴν *Hebdomadali Sabbatho* tribuunt. Quæ enim unquam præcipitur ad *Sabbatum Hebdomadale præparatio*? Ad festum *Paschatis* præcipitur verbis discretissimis: Ut scilicet *fermentum* ex ædibus purgarent; ut agnum *Paschalem* pararent, ut affarent, aliaque in promptu haberent ad convivium hac ipsa nocte, quæ *Pascha* præcedebat, peragendum. Hanc ἐπιμασιαν ἔπάχατος appellant Evangelistæ quibus locis de ipso *Domini Paschate* loquuntur. Itaque *Paschatis* potius quam *Sabbati* propriam rationem reddit Evangelista, cur die illo quo passus est Dominus, ᾠδασιδὴν haberetur. παρασχιδὴν ᾧ ᾧ γὰρ (inquit) μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνη ἔοὐββάτῃ. S. Joann. xix. 31. Innuit nimirum, nisi μεγάλη illa fuisset ἡμέρα, non futuram alioqui ᾠδασιδὴν. Indicat ergo hoc sensu *Sabbati* nomine hunc diem insignitum, quo dies festorum μεγάλοι *Sabbatorum* nomine insigniebantur. Exemplum jam supra a dedimus in festo *Scenopægiæ*. Nec aliter se res habebat in *Paschate*. Erat etiam primo *Paschatis* die solennis *Convocatio*, qua *servilia Opera* pariter vetabantur ac in *Scenopægiæ*. Levitic. xxiii. 7. Num. xxviii. 18. Cœpit autem hæc *Azymorum* *Septimana* à die *mensis primi xv^o*. Lev. xxiii. 6. Num. xxviii. 17. Proximo utique post *noctem Convivii Paschalis* quod *vespere* *mensis Lunaris xiv*. præcipiebatur. *Sabbati* itaque nomen pariter merebatur *primus* hic festi *Paschalis* dies ac *primus Scenopægiæ*. Imo non aliter illum ipso *Sabbati* nomine ornant Sacræ literæ. Lev. xxiii. 11. 15. Is nempe dies ita appellatur, qui *spicæ* oblationem proxime præcessit, qui certe alius esse non potuit ab eo qui numerabatur *mensis illius primi xv^o*. Itaque manifestum est hoc, de quo loquuntur Evangelistæ, *Sabbatum* aliud ab eo non fuisse quod cum die *primi mensis xiv^o*. perpetuo recurrebat è præscripto Divini Legislatoris; nec *Hebdomadarium* illud esse potuisse, quod



quod singulis annis *certo* mensis certi die redibat, & à quo deinde septies septeni dies ad *Pentecosten* numerabantur, quam tamen nemo credit certæ alicui Septimanæ *feriæ* affixam. Et *propriam* hujus *Sabbati* fuisse cujus Evangelistæ meminerunt *ᾠρασκιδιῶ*, docet ^a *Josephus*. Ait enim Deum *Mosi* præcepisse, ^a *Joseph. Ant.*
 ut Populo ediceret *ἡσάβαν ἐπίμυλον ἔχεν, ΠΑΡΑΣΚΕΥΑΣΑΜΕΝΟΥΣ* ^{II. 5. p. 64.}
τῇ τρισκαίδεκάτῃ & εἰκοτῆς μιλῶς εἰς τὴν πεντακαίδεκάτην. Sic ille fortasse legerit *Exod. XII. 3.* quod nostri Codices hodierni agnum sumendum die primi mensis x°. præcipiunt, quasi die mensis xiii°. sumendus fuerit, ut postea exciderit nota ternarii. Utcunque tamen, *duo* sunt ex hoc *Josephi* loco manifesta: 1°. *Agni Paschalis* illam fuisse *ᾠρασκιδιῶ*, nec adeo quicquam commune habere cum *Sabbatorum* Hebdomadalium *vigiliis*. *Sabbatorum* enim *vulgarium* Sacrificia etiam *matutina* poterant satis tempestive *mane* parari. Hoc autem *Paschale* Sacrificium ipso *vespere* quo cæpit dies *Ebraicus Lunar*is XIV^{us}. absumendum, proinde die, qui in *vesperam* illam desinebat, XIII°. parandum erat. 2°. utcunque *sumtus* fuisset *agnus* die Codicum hodiernorum x°. at certe *ᾠρασκιδιῶ* illius ipso illo die cœpisse quo & illa cujus meminerunt Evangelistæ, die mensis XIII°. qui illo ipso *vespere* Convivii *Paschalis* desinebat, ut ne dubitemus quin huic *Sabbato Paschali*, quod *Lunæ* XIV^a. *vespere* inibat, optime conveniat. Scio quidem junioribus *Rabbinis* *Sabbatum hebdomadarium*, quod proxime *Paschale* Epulum præcessit, *magnum* appellari. Sed nullo plane *veteri* testimonio, seu *sacrarum literarum*, seu *Philonis* aut *Josephi*. Suspicio itaque hoc, ut & alia multa *Mischnica*, juniorum deberi *rationibus*, quod hunc *primum* festi *Paschalis* diem, quem *Sabbatum* appellari probavimus, ab *Hebdomadario* *Sabbato* non satis accurate distinxerint. Ita autem hoc *Sabbatum* censent Evangelistæ, ut *alium* deinceps ab eo *Sabbatorum numerum* auspiciantur, hoc extra numerum relicto. Sic ergo hoc *Sabbatum* designant: τῇ ἐπιπέμυλον, ἣτις ἐστὶ μὲν τὴν ᾠρασκιδιῶ. S. *Matth.* XXVII. 62. Ὁψὲ σαββάτων. S. *Matth.* XXVIII. 1. Forte σαββάτων. Vocem enim *שַׁבָּת* usurpant sacrae literæ. Διαβροιδύς & σαββάτῃ. S. *Marc.* XVI. 1. Et σαββάτων ἐπιφωσκε. S. *Luc.* XXIII. 54. Et ἔμυ σαββάτων ἡσύχασαν κατὰ τὴν ἐντολήν. V. 56. Σάββατον. S. *Joann.* XIX. 31. Proximum diem *μίαν σαββάτων* appellant S. *Matth.* XXVII. 1. S. *Marc.* XVI. 2. S. *Luc.* XXIV. 1. S. *Joann.* XX. 1. Et πρῶτῃ σαββάτῃ. S. *Marc.* XVI. 9. Tantundem enim valent hæc duæ phrasæ pro *Idiomate* *Ebræo*. Facile hic agnoscimus diem *Azymorum*



Diff. IX. *Cycli Macedonum & Judæorum.*

morum 1^m. qui à die *Mensis* cœpit xv^o. *Septimanam* enim integram, ut *ἑβδομάδα*, ita *Sabbatum*, appellant sacri Scriptores. Ita se *ἡμερῶν ἑβδόμας* jejunare jactitat *Pharisæus*. Dies ergo qui *Αχῦμα* præcessit eorum numero exclusus, *primus* erat festi *Paschalis* quem *Sabbatum* appellari jam ostendimus, quacunq̄ue demum *Septimanæ feria* incidisset. A voce ergo *Sabbati* hujus diei *feria* colligi non potest. Aliunde tamen fortasse potest. Huc enim fortasse spectant verba illa: *Ἦν γὰρ μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνη τῶν σαββάτων*. S. *Joan.* xix. 31. Innuere enim videtur *Sabbatum* illud duplici nomine insigne fuisse: alio quo *ἑβδομάδην* præviam vendicare non potuit, quippe quæ nulla erat ante *Sabbata vulgaria*: alio quo potuit, qua scilicet habebat decus sibi proprium, nec cum *vulgaribus Sabbatis* commune, quod esset non *Sabbatum* tantummodo; verum etiam *ἡμέρα μεγάλη*. Innuit certe alio quam *ἡμέρας μεγάλης* jure *Sabbatum* appellari potuisse *ἐκεῖνο τῶν σαββάτων*. Distingui certe videtur hic dies à die sequenti, qui *μία σαββάτων* appellatur, quasi extra numerum eorum, qui propter *festum* (licet in *feriam* vii^{am} non incidissent) *Sabbata* tamen essent appellanda. Ita necessaria erit *Cycli Macedonici* illa emendatio, ut in annum *Ær.* vulg. 33. convenire posset *Crucifixio Domini*, quod postulabat *Eclipsis* à *Phlegonte* memorata.

Hæc tamen obiter monenda erant, ut deinceps caveant Chronologi de hoc duplici *Sabbatorum* genere invicem confundendo, unde vitiosi procedent *Temporum characteres*. Etiam & illud fortasse lucrabimur, ut compertum habeamus *Sabbatum* *ἑβδομήδεον* S. *Luc.* vi. 1. de quo, post *Epiphanium*, tam multa *juniores*. Vulgo hoc ad *Sabbatum Hebdomadarium* refertur, cum in illud *festum* aliquod *magis* incidisset. Facilius autem ad has *μεγάλαις ἡμέραις* retulerimus, quas etiam ipsas *Sabbatorum* nomine insigniri jam ostendimus, ut ne quidem quicquam habuerint commune cum *Sabbatis* illis *vulgatissimis*. *Sabbatum* illud quod *ἑβδομήδεον* appellat S. *Lucas* *Pentecostes* fuisse è tempore *messis maturæ* facile colligitur. Ipsa enim *Pentecoste* offerri solebant *Panes* messis jam *maturæ* indices. Atque inde legitimus erat frugum *usus* in illis jam *Primitiis* sacratarum, & *gentis* adeo *sacræ* usibus deinceps idonearum. Erat ergo *Pentecoste Sabbatum* pari jure quo & reliqua, quæ dixi, *festiva solennia*. Erat hoc eodem die *solemnis Convocatio*, & *servilium operum* interdictio. *Lev.* xxiii. 21. Imo hoc omnium festorum commune fuisse pronunciat *Josephus*. *Ἐστὶ δὲ ἑδραίμα*, inquit, τῶν



τῶν ἑορτῶν, καθ' ἣν ἔχ' ὀλοκαυτῆσιν, ἐδὲ τ' πίνων τῶν ἐπὶ τοῖς ἔργοις ἀνεσιν & διδῶσιν· ἀλλ' ἐν ἀπίστους νόμιμον τί τε τ' θυσίας εἶδος καὶ τ' τ' δαγίαις ἀταλαίπωρον, & πρὸς εὐωχίας εἰσι τεθυκότες. Hoc tamen proprium habebat, præ aliis *Sabbatis*, etiam *primi nominis*, quod ut alia *Sabbata septeno ordine* sibi invicem respondebant, ita *Pentecostes numerus septies esset septenus*, *Sabbatici* nimirum numeri ipse *Sabbaticus*. Itaque *Sabbatum* merito appellandum. Sed cur δευτερόπρωτον? Id nos docet Textus ipse sacer. A *crastino Sabbati* cœpit numeri *Quinquagenarii* supputatio, מחרמחרמחשב Lev. xxiii. 11. 15. Nempe à die oblato *manipuli*. *Sabbatum* hoc in loco non aliud fuisse constat quam *diem ipsum Paschatis* (quæcunque demum fuisset *Septimanæ feria*) & mensis *primi* proinde *xiv^m*. Nec alium proinde *diem* fuisse volunt oblato *manipuli* à die *mensis* ejusdem *xv^o*. Proinde idem fuerit à *Paschali Sabbato*, 1^{us}. Itaque *vii^{us}* ab hoc initio *Azymorum dies*, Lev. xxiii. 8, qui, rursus, ἡμέρα erat μεγάλη & solenni *Conventu* & δαγία insignis, & proinde *Sabbaticus*, erat similiter ab hujusmodi *Sabbato* 1^{us}. *Sabbati* enim nomine non 1^{us}. *Azymorum* cenferi solebat, sed *Pascha* ipsum. *Azymorum* autem 1^m. *crastinum* à *Sabbato* (& proinde *novi Septenarii primum*) appellari jam ostendimus. Hoc ergo *Sabbatum* merito πρώτοπρωτον appellabitur, seu *primo primum*. Procedunt enim ab eodem *Paschatis* initio duo hujusmodi *majora Sabbata*, *viii^{us}* à *Paschate*, & *L^{us}*, quorum prius illud fuisse constat quod *Azymorum* *Septimanam claudebat*. Itaque *posterius* illud fuerit *diei* ab oblato *manipulo* *L^{us}*, quo celebrari solebat festum *Pentecostes*. Utque prius illud *Sabbatum* *diei* à *Paschali festo* *viiiⁱ*, non *septimo* post *Pascha* die, sed *Septenarii 1^o*, potius agebatur, unde *nomen* emanarit fortasse πρώτοπρωτον ita & *secundum* illud festum *Pentecostes*, quod à *crastino Paschatis* numerari cœpit, non tamen *die* *septenarii* ab oblato *manipulo* *septimi* *vii^o*, sed *septenarii* qui illum excipiebat *primo*, observari solebat, qui erat, non à *Paschate*, sed à die oblato *manipuli*, qui *primi mensis* *xv^{us}* erat, *L^{us}*. Hoc enim est quod voluit S. Legislator cum *Pentecosten* absolvendam præcipit *die* post *vii^m*, ab oblato *manipulo* *Sabbatum crastino*, Lev. xxiii. 15. 16. *Sabbatum* illo in loco, nec *Septimanæ* vulgare, nec *μεγάλης ἡμέρας*, intelligit, sed tantummodo *vii^m*. Quia *Sabbatum vulgare* erat *Septimanæ vulgaris* dies *vii^{us}*, inde factum ut *vii^{us}*, quisque à *quolibet initio* dies *Sabbatum* appellaretur. Utque *Hebdomas* tam *diem* *vii^m*, quam *Septenarii circuitum* denotabat, ita & *Sabbatum* non



diem modo vii^m. verumetiam *Cyclum Septenarii* designavit, ut in prædicto loco quo *dis die Sabbatarum* dicitur jejunasse *Phariseus*. Sic fuerit pari & æquissimo jure *dies ipse Pentecostes Sabbatarum* ἡμεραν πεντηκωστής nomine insigniendus. Sic ipso *Pentecostes* die fruges illas convulserint Discipuli. Maluit tamen Evangelista tempus *Sabbatarum* potius ἡμεραν πεντηκωστής quam *Pentecostes* nomine designare, ut intelligeretur *dies*, quo hoc fecerint Discipuli, *Sabbati* fuisse Religione munitissimus. Huc enim spectabat nata inde Domini de *Sabbati* Religione Disputatio. Hæc enim quoque *Sabbata* Sabbatorum nomine, sub *Quarto Præcepto*, complectitur, pro cœvorum *Apostolis Judæorum* sententia, *Philo* in *Decalogum*, p. 766. Anni autem certi nota erit nulla, qualis fuisset si die *Septimane* receptæ vii^o. insigne aliquod festum illo anno contigisset.

t. XLII.

rnus Ju-
um Cyclus
lorum nã-
atiociniis,
oque re-
r Origini-
Christianis.
seph. Bell.
II. 19. 20.
p. 813. &c.

Post Urbis *Hierosolymitanæ* cladem, reductis jam ad extrema *Judæis*, periit deinceps eorum cum Urbibus *Syro-Macedonum* omne fere commercium. Casos enim in plerisque *Syriæ* Urbibus *Græcis* narrat ipse ² *Josephus*. Successere deinde eorum clades sub *Trajano* gravissimæ, aliæque sub *Hadriano*, & quidem usque ad illius Imperii exitum. Imo novos eorum tumultus legimus sub *Antonino Pio*. Illos memorat Auctor *vite* *Pii*, qui vulgo creditur esse *Capitolinus*, & *Justinus Martyr* in *Dialogo* cum *Tryphone*, post *Hadriani* mortem, imo post *Apologiam* ipsi *Antonino* inscriptam, cujus meminit verbis disertissimis. Hoc certe tempore *Legi* vacare non poterant, cujus mores plurimos sustulerat excidium *Templi* Urbisque *Hierosolymitanæ*. Imo Urbem patriam colonia *Christianorum Romana* ipsis invisissima in illos munivit *Hadrianus*, ut ne quidem aditus illius *Judæis* patuerit. ³ *Vestigal circumcisis* impositum *Fovi* pendendum *Capitolino*. Tum *vetiti* ⁴ *mutilare genitalia*. Deinde tam alienos Principes experti sunt, ut ne quidem evulgare ⁵ *Symmachus* auderet elaboratam à se *Scripturæ* veteris *Interpretationem*. ⁶ *Severus* etiam *Judeos* fieri *vetuit*. Tandem sub *Caracalla* *Judei* melius habiti in Corpora coalescere cœperunt, & mores gentis suæ, quæ licuit, è longævorum *Traditionibus* collegerunt. Plane ad exemplum *Christianorum* qui erant etiam ipsi, ipsis his iisdem temporibus, in *Traditionibus Apostolorum* colligendis occupatissimi. Nam ad *Clementem Alexandrinum* & *Hippolytum* *Traditionis Apostolicae* *Alphoxas* pertigisse alibi ⁷ ostendimus, & proinde ad *tertium* à *Christo Seculi*, quo *Caracalla* imperavit, *initium*. Hujus Prin-

Dio Xiphilin.
palian. Sue-
Domit. 12.
artian. Hadr.

vid. Diff. IV.
Iren. 5. 42.

Diff. III. ad
m. 5. 29. 31.



cipis benevolum in *Judeos* animum testatur, quod *puer* etiam propter *Judeum* durius tractatum *fleverit*. *Ægre ante illum, post Templi cladem*, ita affectum Principem reperiemus. Breve enim erat *Nervæ* beneficium. *sublatæ calumniæ fisci Judaici*. Et novi eorum sub *Traiano, Hadriano, Pio*, tumultus non est quod dubitemus quin *Principes* illos à *Judæis* alienârint. Et post *Caracallam* brevi imperârunt *Elagabalus & Alexander* patria *Syri*, & *Judæis* adeo magis propitii. Itaque vel *Caracalla* vel *Elagabalo* Principe vixisse crediderim *Rabbi Jehuda* quem *Sanctum* appellant, *Traditionum collectorem*, sed *Græcarum* potius quam *δδρεπώσεων*, quam *Mischnaioth Ebræarum*. Et quidem *Antonini* tempore illum floruisse consentiunt *Rabbini*. Quoties autem ætatem ejus per annos ab *Excidio Templi* designant, sic invicem diversi sunt ut nunc illum *Pii Imperio*, nunc *Caracallæ*, admoveant. Quod scilicet nescirent eorum *Chronologi* horum temporum imperitissimi, utrumque *Antonini*, utrumque *Pii*, nomine insignitum, tam *Titum Antoninum* quam *Caracallam*, imo etiam *Elagabalum*. Sed *juniorum Antoninorum* *Seculo* maxime sedes *fixas* habebant in terra *Sancta*, & *Synedria*, & vacabant proinde *colligendis* majorum *Traditionibus*. Certe neminem habemus qui vel *δδρεπώσεων* meminert *antiquiorem Origene*. Et quæ habemus veterum *ωδωδωσεων* *rudera*, nihil prorsus affine complectuntur cum *Traditionibus Rabbiorum*. *Aliena* habent omnia *Philo & Josephus*. *Aliena Barnabæ* *Epistola* post *Templi excidium* scripta. *Aliena Auctor Testamentorum Patriarcharum* coævis illorum temporum *Traditionibus* refertissima. *Aliena S. Justinus Martyr* in *Dialogo cum Tryphone Judeo*, sub *Antonino Pio*, & proinde post *cædem Akibæ*, quem tamen *Traditionum* suarum *Auctorem* venditant *Doctores Mischnici*. Se tamen ostendit ille in *Scriptis* documentisque *coævorum* sibi *Rabbiorum* versatissimum. *Aliena Liber Esdræ* *iv^{us}*. *Apocryphus* sub *finem*, ut videtur, *Seculi secundi* editus, quamvis etiam ipse *sonniis Judaicis* abundet. Ne quidem illis *nota* *Scripta* horum temporum *Pseudepigrapha Judaizantium* *Auctorum*: *Non Libri Tobie* vel *Judithæ*: *non appendices Danielis* à *Theodotione Judaizante* *Hæretico* primum editæ: *Non Liber Enoch*; *non Oratio Josephi*; *non Mosis Assumptio*; *non Prophetia Eldadi & Medadi*. *Missos* enim facio *Impostores*, quorum *tempus* minus exploratum est. *Nihil ergo est quod Origene* multo *antiquiores* illas evincat fuisse vel *Græcas δδρεπώσεων*. *Ebræas Mischnaioth*, quales jam



habemus, multo adhuc *juniores* fuisse, ut ne *quintum à Christo* nato Seculum præcesserint, ostendit doctissimus ^a *Pezronius*. Sed Rabbi *Jehuda* *juniores* illas fuisse vel exinde esse constat, quod illum ipsum ^b aliquoties in Testimonium advocarint. Nec ipsum modo, verumetiam illius filios, *Doctorum* utique *etate* atque *Auctoritate* vigentes. Si quas ergo collegerit ille *Judæorum* Traditiones, *Græcas* utique, non *Ebræas*, collegisse censendus est. Sed quicumque demum is fuerit qui primus collegerit, non ille certe ex *usu*, vel è *Libris*, sed è majorum duntaxat collegit *Traditionibus*. Quod ex ipso Opere abunde manifestum est. Rabbi ^c *Eleazar* filius *Azarie* Præceptor *Jehude septuagenarius*, quem post *excidium Templi* statuunt *Rabbini*, Traditionem recitat à *Ben Zoma* adinventam. *Ætas* ejus propterea memoratur ut constaret quousque *Traditionum* testis idoneus esse posset. Etiam post *excidium Templi* dicitur vixisse R. *Ismael*, cujus tamen *Traditiones* testantur Discipuli R. ^d *Meir* & R. *Joses Ben Hacoteph*. Vel inde colligitur non adeo antiquum esse quam volunt R. *Meirum*. Similiter *Traditiones* deducit Rabbi ^e *Simeon*, qui quoties simpliciter memoratur, fil. *Juchaii*, discipulus R. *Akibæ* intelligitur, teste ^f *Maimonide*, proinde *Templi excidio* aliquanto junior. Hæc itaque *proxima* fuisse videtur *Traditorum* *Διδασκῶν* ante R. *Jehudam*, qui par fuerit secundæ *Eusebianæ* *Διδασκῶν* *Traditorum* ab *Apostolis*. Ita *priores* qui in *Mischna* memorantur *Traditionis* testes pares fuerint *Eusebianæ* *Διδασκῶν* ab *Apostolis* *πρώτη*. Hoc ergo tempore *Jamniæ* Synedrium habebant *Judæi*, siqua fides *Doctoribus* *Mischnicis*, à quo novum hoc artificium adinventum est à *Φάρι* judicandi de *Noviluniis*. Jam enim antea quam in *Synedrium* coalescerent, in *desuetudinem* abierant veteres *Judæorum* ritus, proinde veterum *Traditionibus*, quæ licuit, restaurandi. Sed quod *ratiociniis* plerumque niterentur à *Textus* verbis, inde suspicio est *diuturnius* fuisse, quam *Rabbini* volunt, interval- lum ab *Excidio Templi* ad *restauratas* seniorum *Traditiones*. Nec fane *Φάρι* alibi, præterquam in terra *Sancta*, ^g admittunt *Rabbini*; nec in illa ipsa terra patria nisi cum *Synedrii* jus haberent à quo posset de *Φάρι* judicari, quod certe nisi in *Pace* cum *Romanis* haberi non potuit. Hanc illos habuisse constat ^h cum colligerentur *διδασκῶν*, quæ tamen ab *Excidio Templi* nulla illis erat solida ante tempora *Caracallæ*. *Caracallæ* autem tempore fuisse testis est in *Apologetico* *Tertullianus*. *Sacras*, inquit, *litteras* *Judei* *PALAM* *lectitant*. *Vectigalis* *libertas*

vulgo

yon. Def.
Antiq.
Tems Ch.
3.
biith vi.
bi vid. Cl.

rac. I. 5.

hil. III. 7.

ebiith vi. 5.
aim. Præf.

Maim. de
inf. Calen-
ii.

Sheb. v. 9.



vulgo aditur Sabbatis omnibus. Et quidem hoc ipso tempore vixisse videtur Impostor *Prædicationis* sub nomine *S. Petri*. Primus enim illius meminit ^a *Serapio* Episcopus *Antiochenus*. Ediditque *Cotelerius* Epistolam sub nomine *S. Clementis* ad *S. Jacobum*, quæ illam *Prædicationem* pollicetur. Itaque inter Pseudepigrapha *Clementina* hæc etiam erat accensenda *Prædicatio*. Sed verò *Clementina*, quorum meminit *Origenes*, his ipsis, aut paulo recentioribus temporibus ^b alibi asseruimus. Placuerunt enim *Severo* Principi *Milesiæ*. Inde factum ut & alia emanarent, hoc eodem Seculo, Scripta *Historico-Poetica*, vita *Apoltonii Tyanei* per *Philostratum*, & *Recognitiones* sub nomine *Clementis*. Sub *Severo* certe *Pax* illa *Judæis* esse vix potuit. ^{vº} illius anno *Judaicum Bellum* memorat ^c *Eusebius*. Et animum ejus à *Judæis* alienum prodit, quod *Judæum* puniri præceperit quem *puer* etiamnum flevit ^d *Caracalla*. Hoc ergo spatio fortasse formam anni *Lunaris* in *Solarem* mutaverant *Syro-Macedones*. Et qui *Lunarium* mensium formam retinendam censuerunt, non *Calippicam* tamen, sed *Octaetericam*, secuti videntur, ut colligimus ex *Hippolyti* *Cyclo Paschali*. Illum enim in *Arabia* Episcopum fuisse testatur *S. Hieronymus*. Ortum ejus in *Oriente* prodit usus & in *Palmyrenis Inscriptionibus* fere perpetuus, & ΔΙ, pro *τεσσαρεσθαιεκάτη*, numero à *dextra* incipiente, *Orientalium* numis *Inscriptionibusque* frequentissimus, quod tamen nondum observaverat *M. Scaliger*. - *Cyclus Judæicus* qualis fuerit tempore ^e *Epiphaniæ*, ipse nos docet. Ab eo discimus alium fuisse tam à *Calippico* quam ab *Hippolyteo*, quam ab eo etiam qui jam recipitur à *Judæis*. Hunc sane *ultimum* sub ultimis *Talmudis* *Scriptoribus* ætate *Abæi* & *Rabbe* (nempe tempore *Talmudis Hierosolymitani*) statuit ipse ^f *Maimonides*, quem Seculo demum à *Christo* nato ^{viº} conditum docuit præstantissimus ^g *Pezronius*. Proinde mirum est tot nuperos *Chronologos*, alioqui doctissimos, ex hoc tam *nupero* *Judæorum* *Cyclo* de *Judæorum* temporibus statuere *Cycli* ipsius *usu* longe antiquioribus. Nihil faciunt ad *Christianitatis Origines* explicandas *mores* istiusmodi *Judæorum Christianitatis* origine *recentiores*.

Hæc tamen de *Judæorum* *Cyclo* duntaxat obiter. Erat autem in ipsa *Seleucidarum* *Epocha* discrepantia. Jam vidimus multis post *Epochæ initium* annis *usum* *Epochæ* cœpisse *Civilem*; nec à re gesta aliqua cujus tempus fuerit exploratum: sed hoc duntaxat sine ut familiæ *initium* celebrarent, quæ paulatim ad

^a ap. Euf. Eccl. Hist.^b Diff. ad Iren. VI. 5.^c Euseb. Chron.^d Spart. Caracall.^e Epiph. Hæres. LXX.^f Maim. de Conf. Calend. v. 3.^g Pezron. ubi supra.

Sect. XLIII.

Hanc Epocham Seleucidarum Urbes à suis annorum Civilium initiis numerabant.



Regni fastigium excrevit à parvis admodum in Epochæ *exordio* initiis. Proinde ad *Civilis anni sui initium* annos hujus Epochæ exigebant subditæ *Seleucidis Civitates*. His enim *Civitatibus* Epocham ipsam tribuendam existimo quæ *Seleucidarum* Principum beneficio *αυτονομίαν* vel *αουλίαν* vel aliam aliquam *ελευθερίαν* adeptæ sunt, ut *gratitudinem* suam facerent tam insigni Epochæ testatam. Erat autem *Antiochia & Civium colonia Macedonum, & origine Macedonica*, quæ se totam huic ipsi stirpi Regiæ debebat. Proinde consentaneum erat ut *mensis* suos *Macedonicos* ab *anni* etiam *Civilis origine Macedonica* repeterent. Horum ergo annum ab *Autumno* iniisse recte

ff. II. c. I.
poch. Urb.

pra §. 18.

colligit è *Numis Cl. a Norisus*. *Dium* enim primum mensium *Macedonicorum* fuisse testantur *Zenobius & Suidas*. Non tamen semper, ut jam ostendimus; sed ex quo in locum *Hyperberetæi* susceptus est, quod inter annum Nabonassareum 512. & 519. factum^b superius ostendimus. Inde certe ex loco *Diz* *Civilium* annorum, qui *mensibus* censebantur *Macedonicis*, initia recte colligi posse arbitror. Hoc enim, ni fallor, sine facta illa est mensium ad anteriora translatio. Sic enim factum, ut *primus* fuerit à cardine *Dius*. Nempe à Cardine *Autumnalis Æquinoctii*. Pro exemplo scilicet *Cycli Calippici Attici*, qui à *Solstitio* inibat. Erat enim deinde 3^{us}. ab *Hecatombæone* anni *Attici* mense primo *Dius* qui ita translatus par factus est mensi *Attico* 4^o. *Mamacterioni*. Itaque ab hoc mense procedunt dies *exemptiles* qui à *Cycli*, & proinde à primi *Cycli anni*, initio numerandi erant. Qui sane cum tam accurate respondeant, hoc ipsum *anni initium* fuisse convincunt. Vetus tamen mensis nomen retinuisse videntur *Antiocheni*, apud quos primum adhuc locum retinuit *Hyperberetæus*. Inde factum ut subiectæ Regno *Seleucidarum Antiocheno* Provinciae similiter retinuerint, in quibus erat *Judea*. Hæc sane ex iis quæ jam, *Josepho* teste, prodidimus, abunde manifesta arbitramur. *Mensium* tamen *Macedonicorum* seriem *Urbes* multæ, aut saltem *anni*, pro *sui anni* modo censebant. Jam vidimus ut à *Nisan*, & proinde à *Xanthico*, *Seleucidarum* annos numerârit *Josephus*. Idem fecit antiquior *Josepho* Auctor *Eibri Maccabæici* saltem *primi*. Nempe quia jam olim à *Deo* receperant *annum Civilem* à *Vernali Æquinoctio* esse numerandum. Idem *anni initium* habebant *Damasceni*, & *Arabes Damasco* finitimi, qui etiam ipsi ab eodem *Æquinoctio*,^c *Simplicio* teste, annum inchoabant. Nec aliter, ut existimo, finitimi his omnibus,

mplic. in L.
physic.

tam



tam *Judæis*, quam *Damascenis*, *Palmyreni*. Arabes certe hodieque mensium modo non alio utuntur quam *Lunari*. Minus autem commode quam cum *Cyclorum mensiumque Embolismorum* beneficio consequerentur ne unquam longe à *Solaris* etiam anni rationibus discederent. Tunc poterant etiam ipsi à primo post *Æquinoctium Vernale* *Lunari* mense annum suum à *Seleucidis* inchoare. Sic itaque intelligendas existimo *Inscriptiones Palmyrenas*, ut dum fuit illis mensium modus *Lunaris*, annum *Seleucidarum* novum inchoarint à *Lunari Macedonum Xanthico*. Qui *Xanthicus* cum *Aprili Juliano* idem fuit in annis *Antiochenorum* juniorum mensibusque *Julianis*. Tum enim nomine duntaxat invicem discrepabant menses *Romani* atque *Antiocheni*.


Sic illæ nimirum *Civitates* quæ annos suos *Civiles* ad menses *Macedonicos* *Antiochenos* exigebant. Aliæ sic menses suos *Macedonicos* disponebant, ut quacunq; demum anni *Solaris* parte annum *Civilem* suum inchoabant, primo tamen mense *Dii* nomen imponerent. Eodem, ut videtur, ordine, quo etiam ipsi *Macedones*, ut à *Jove* annum auspicarentur. In Fragmento veteri *Saviliano*, quod publici juris fecit Max.^a *Usserius*, cum *Januario Romano* commissos legimus *Dios* duos, tam *Sidoniorum* quam etiam *Lyciorum*. Facile intelligimus inde genti utrique jam anni idem fuisse initium qui erat *Romanorum*. Postea scilicet quam utrobique obtinisset forma anni *Juliana*. Idem fecisse *Sicyonios* è ^b *Plutarcho* colligimus. Committit enim ille cum *Antheferione Attico* *Desium Sicyonium*. Quod sane jugum nullum esse potuit, nisi *Hecatombæoni Attico* respondisset similiter *Dius Sicyonius*, ut jam supra ^c observatum est. Consentaneum illud anni principium erat iis qui *Cyclos* mensesque *Atticos* pro norma habebant, quod sane tum fecisse *Sicyonios* innuit idem *Plutarchus* cum eorum *Desium* cum *Attico* contendit *Antheferione*. *Græcos* autem, quorum *Audynæus* cum *Januario* commissus legitur in eodem Fragmento *Saviliano*, à mense *Hyperberetæo*, & ab *Æquinoctio Autumnali* annum æstimasse constat. Nec enim alii fuisse videntur ab ipsis *Macedonibus*. Idem de *Arabibus* judicium, quorum similiter *Audynæus* ibidem confertur cum *Romano Januario*. Sed cum *Peritius Ephesiorum* cum *Januario* comparatur, vel inde intelligimus vere *Cl. Usserum* annum eorum à mense *Dio* & *Æquinoctio Autumnali* arcessivisse. Sic ergo intelligo mensem cujus meminit *Lysias* 2. *Macc.* xi. 21. *Dioscuri* legitur in *Latino Interprete*

Sect. XLIV.

Multæ ita ut *Dium* primum numerarent, à quacunq; demum tempestate annum ordirentur. De *Dio Corimbio* 2. *Macc.* xi. 21. a *Usser.* de anno *Asian.* c. 4.

^b *Plutarch.* *Arat.* sine.

^c sup. s. 19.



Diff. IX. *Cycli Macedonum & Judæorum.*

terprete vulgari. *Græci* Διοσκουρίδης. Hic ingeniosior est, quam solidior, conjectura Cl.^a *Petiti*, qui ita legit δὴ ὁ αὐτὸς ἔπος *Jæis*, nec pro illius *Seculi* more. Est enim recentior usus ὁ αὐτὸς *Jæis* pro *Principis Edicto*. Ego mutatione facillima legerim: Δὴ Κορινθίῳ. Eundem enim vix dubito fuisse mensem quo datæ fuerant *Epistolæ ipsius Antiochi & Romanorum* legatorum ad *Judæos* iisdem *Lysie* literis inclusæ, quæ ambæ signantur *Xanthici* die xv. ut jam ante nos vidit *Petitus*. Nec enim in alium usque mensem dilatas fuisse consentaneum est antequam à *Lysia* mitterentur. Dies ergo *Dii Corinthii* xxiv. idem fuerit etiam *Xanthici Macedonici* xxiv. si morem in scribendo *Macedonum* observârit *Macedonici Regis* minister *Lysias*. Vel inde intelligitur ingeniosum *Scaligeri* commentum locum hic habere non posse. Post *Regem* enim scripsit certe qui *Regis* literas inclusit misitque *Lysias*. Non itaque mense qui *Xanthicum* præcesserit, quem locum ille credidit *Embolimi Macedonici*. Hoc potius voluit, ut existimo, observare *Lysias*, mensem quo literas misit, ipsum quoque fuisse *Dium*, anni *primum*, & pariter adeo, ac *Dius* habebatur ipse, *felicem*. Sed cum manifestum esset alium à *Xanthico* mensem fuisse *Dium*, si ex eadem serie ambo censerentur; addendos censuit, quibus *Dius* haberetur, non *Syro-Macedones*, sed *Corinthios*, quibus proinde *primus* anni mensis *Dius* audiebat, isque fuit quem *Xanthicum* appellabant *Syro-Macedones*. Potuit autem *Lysias* & *Regi* suo gratulari si *Regni exordium* cum *novi anni exordio* commune habuerit, cum novo nempe *Dio* mense *auspicii* felicissimi. Potuit etiam *Judæis* ad quos scribebat, quod *mensis* eorum vere *primus*, paris esset, ac ipse *Dius*, *auspicii*. Sed cum mensis esset *Græcus*, proinde testes advocavit quibus *primus* fuerit, non *Judæos*, sed *Græcos*, *Corinthios*. Nec dissimile habemus exemplum aliud *Antiochi Epiphanis*. Literas ille in gratiam *Samaritanorum* signavit ^b *Hecatombæonis* xviii. Non magis erat *Macedonicus* mensis *Hecatombæon* quam *Corinthius* ille *Dius* qui idem erat cum *Macedonico* non *Dio*, sed *Xanthico*. Et tamen illum pariter ipsum usurpavit *Rex* ipse *Macedonum* in *Edicto* publico, ad suos subditos. Et pari, ut videtur, *omine*, quod fuerit etiam *Hecatombæon Attici* anni, similiter ut *Dius Macedonici*, *primus*; & quod *Hecatombæonem* *Dium* appellârint *Sicyonii*. *Græci* enim hi *Cyclorum* eorundem *mensēs* videntur *Macedonibus* etiam *Asiaticis* fuisse notissimi.

Sed



Sed exercuit hætenus Eruditos discrepantia illa inter primi secundique Libri *Maccabaici* Auctores in annis *Seleucidarum* supputandis. In confesso est discrimen illud quod *exordis* annorum *Civilium diversis* ortum debet. Numerat enim Libri *primi* Auctor *Judæus*, pro more *patriæ*, Epochæ annos à *Nisan Ebræo* vel à *Syro-Macedonum Xanthico*, quem eundem fuisse mensẽ è *Josepho* didicimus. *Secundi* Auctor ab *Autumno*, initio eodem unde etiam *Antiocheni Macedones*. Hunc autem Auctorem *Judæum* fuisse constat, tam scilicet *Jasonem Cyrenæum*, cujus Libros V. in *Epitomen* redegit hodierni Operis confarcinator, (erant enim etiam in *Cyrenæica* frequentissimæ *Judæorum* coloniæ,) quam etiam ipsum *Epitomatorẽ* Anonymum. Nec tamen alienum erat à *Judæo* illud quoque anni *Civilis exordium*. *Civilem* enim annum ipsi quoque *Judæi* à *Tisri* suo arcessiebant, qui idem erat cum *Syro-Macedonum Hyperberetæo*. Inde annos *Sabbaticos* numerabant & *Jubileos*, ipsius etiam *Dei* permisso, & *Civiles contractus annuos*. Nihil itaque vetuit *Civilis Historiæ* Scriptorem *Judæum* à *Civilis* anni initio *patrio* annos numerare. Fieri tamen potest ut hoc propterea fecerit, quod ex *Archivis Gentilium* materiam hauserit *Historicam*. Nec enim aliter illis *Seleucidarum* Regum *Annales* quam per *annorum* initia *Macedonica* distinguere consentaneum erat. Sic integro *semestri* spatio discedunt invicem hi Auctores in annis *Seleucidarum* supputandis. Moritur *Antiochus Epiphanes* anno *Seleucidarum* CXLIX. 1. Macc. vi. 16. Et tamen post mortem illius literas *Antiochi Eupatoris* & legatorum *Romanorum* & *Lysæ* legimus anno ejusdem Epochæ CXLVIII. datas. 2. Macc. xi. 21. 30. 33. 38. Obsidisse arcem *Bethsuræ* anno Epochæ CL. *Antiochum Eupatorem* testatur Auctor Libri *Maccabaici prioris*. 1. Macc. vi. 20. Eandem Expeditionem anno CXLIX. assignat Auctor Libri de eodem Argumento posterioris. 2. Macc. xiii. 1. Denique *Lysiam* & pupillum ejus *Antiochum Eupatorem* interficit *Demetrius* anno Epochæ CLI. pro prioris *Maccabaici* rationibus. 1. Macc. vii. 1. Pro posterioris calculo, anno duntaxat CL. 2. Macc. xiii. 4. Medio nimirum spatio inter *Nisan* & *Tisri*, ut è *Polybio* docuit *Norifus*. Sed primo exemplo, de morte *Antiochi Epiphanis*, majus intervallum fuisse suspicantur Viri Eruditissimi, quam quod possit adeo arctis limitibus concludi. Hoc si fuisset verum; posset nihilominus locum hic habere Epochæ *Seleucidarum Chaldaica*, quæ (uti vidimus) uno anno est recentior. Plane enim pro *arbitrio* suo hoc Epochæ

Sect. XLV.
Discrimen inter
Auctores
Librorum *Maccabaicorum* in
annis *Seleucidarum* supputandis.



Diff. IX. *Cycli* Macedonum & Judæorum.

uæ *initium* statuebant *Urbes Syrae*, cum nullum adhuc, & ne quidem ante annos aliquot elapsos, jus in *Syriam* haberet ipse *Seleucus*. Multoque adhuc magis licuit temporibus *Antiochi Eupatoris*, cum nondum *separati Regni* Metropolis facta esset *Antiochia*. Sed opus non est, ut opinor, ut eo confugiamus. Nec enim ipso illo anno necesse est ut spatium *semestri* majus agnoscamus. Magnus ^a *Scaliger* propterea necessarium esse credidit, quod post *Scenopegiam* Pacem illam initam fuisse censuerit *Eupatoris* cum *Judæis*. Atqui *Scenopegiæ* nulla prorsus in *Textu* mentio est. Unde ergo notam illam elicuit Vir sagacissimus? Inde, ni fallor, quod *Pacem* hanc, cujus meminerunt *Regis & Lysie* Epistolæ, eandem fuisse crediderit cum ea, cujus meminit Auctor *Maccabaici* primi Cap. vi. 49. cum *septimus* esset annus, v. 53. Annum enim vii^m. sive *Sabbaticum* *Judæi* à *Tisri* inchoabant, qui *mensis* erat *Scenopegiæ*. Hunc enim annum, qui v. 20. cl^{us}. numeratur, merito mirari potuit Vir Maximus, si *Rex* ipse atque *Lysias* cXLviii^m. duntaxat numerarent. Sed nulla erat profecto ratio cur ad *illam Pacem* Epistolarum illarum annum referret *Scaliger*. Sequebatur enim illa obsidionem *Bethsuræ*, quam secundo demum post Epistolas Capite narravit Auctor Libri *Maccabaici* posterioris, & ad annum suæ Epochæ retulit tantummodo cLix^m. ut modo vidimus. Nulla ergo prorsus erat *duorum annorum* à *Scaligero* observata discrepantia. De *Pace alia*, & *priori*, loquuntur Epistolæ, quæ *Antiochi Epiphaniis* mortem, parva admodum mora interposita, exceperit. Hoc enim innuunt verba *Eupatoris* illa: *Patre nostro inter Deos translato* 2. Macc. xi. 23. Quasi quamprimum fuisset, à *Lysia* in Regno stabilitus, *Pacem* concesserit. Alia sunt autem quæ in contrarium objicit Cl. ^b *Norisius*. Ait *Epiphaniem* mortuum post *Nisan*, quod *mortem* illius ad annum *Seleucidarum* cLix^m. retulerit Auctor Libri *Maccabaici* prioris. Recte scilicet si de *Nisan* intelligi velit Vir Doctissimus, duntaxat *ineunte*. Idque Ego verissimum esse puto. *Xanthici* certe die xv^o. ipsæ illæ literæ signatæ sunt, quem nos eundem mensē cum *Judæorum Nisan* è *Josepho* fuisse probavimus. Potuit ergo illius mensis *initio* in *Perside* decessisse major *Antiochus*, & *nuncios mortis* accepisse minor, ante illum, quem dixi, *mensis diem*, per publicos veredarios, quorum exemplum à *Persis* inventum, nomine ἀγροτέρων (in Evangeliiis usurpato) testatur ^c *Herodotus*. Et *primum* illum fuisse novi Regni mensē supponunt ea quæ modo diximus de nomine *Diæ*,
Corinthiæ



Corinthii, & primi mensis omine felici. Nec sane tempus *Paci* opportunius ullum esse potuit *Regni* vixdum stabiliti *auspiciis*, cum & res *Judæorum* præcessissent *secundissimæ*, & suspectus esset, qui Patri aderat morienti, *Philippus*. Is certe idem *Philippus* secundæ item *Paci* causam dedit, quam cum priori confudit *Magnus Scaliger*. Addit *Norissus* narrari postea prælia quæ fecerit cum *Idumæis* secunda *Judas*, atque alia postea cum *Timotheo*, denique & postremum illud cum *Lysia Eupatoris* Tutore, quo fuerit ad *Pacem* adactus in literis, quas dixi, memoratam. Sed vis omnis hujus Argumenti in eo sita est, si res gestæ illæ omnes medio spatio fuerint inter *Antiochi Epiphanis mortem* scriptasque illas ab *Antiocho Eupatore* de *Pace* literas. Facile enim concessero tot tantasque res xv. novi anni diebus concludi non posse. Sed nihil est profecto cur post *Antiochi* majoris mortem, cum *Cl. Norisso*, fuisse supponamus. Est enim sane infirmum admodum Argumentum (quo tamen unico nititur Vir Doctissimus) quod à Narrationis serie deducitur. Mortem eandem *Epiphanis* narraverat idem secundi *Maccabaici* Auctor Cap. ix. Postea Cap. x. *Templi Expiationem*. Ideone illam morte illius recentiore fuisse concedemus? Quominus ita faciamus pugnat 1 Macc. vi. 7. quo loco de *sanctificatione* ante mortem suam ipse rescivisse dicitur *Antiochus Epiphanes*. Id voluit autem Auctor ille *Libri Maccabaici secundi* quo loco transitum à majoris *Antiochi* morte ad res gestas *minoris* & *Lysie* facit, ut res omnes gestas complecteretur, ex quo *Antiochia* in *Persidem* pecuniæ cogendæ causa major concesserat *Antiochus*. Discesserat ille anno *Seleucidarum* CXLVII. pro calculo *prioris* Auctoris ^a *Maccabaici*, qui inire solet à *Ni-* ^a 1 Macc. iii.
san, & ^b *Josephi*, qui illum semper sequitur præterquam in ^b *37. Joseph. Ant.*
Oratione Maccabaica,cujus Argumentum omne *secundi Libri* Auctori soli debuit, nisi ex ipso potius hauserit *Jasone Cyrenæo*. Anno, ni fallor, affecto discesserit *Antiochus*. Sic enim fiet ut duobus duntaxat annis abfuerit, si & anno *Seleucidarum Judaico* CXLVII^o. discesserit, & *ineunte* (quod nos credimus) CXLIX^o. fuerit *defunctus*. Hoc intellexit, ni fallor, *biennium* ad *Templi Expiationem* Auctor *Libri Maccabaici* 11ⁱ. Cap. x. 3. *Secundo* enim anno ab *Antiochi discessu exeunti* conveniebat mensis *Casteu*, quo est peracta *Expiatio*. Nec sane *majoris* moræ absentiam ejus fuisse verisimile est, cum eo consilio Expeditionem illam susceperit, ut *pecunias* undequaque corradendas *Bello Judaico* impenderet, nec gratos interim de *Bello nuncios* acceperit.



Diff. IX. *Cycli Macedonum & Judæorum.*

Sed vero *Lysia* discedens *Antiochus* negotia Regia mandaverat, & filii *Antiochi*, dum rediret, curam. 1. Macc. III. 32. 33. Quamquam autem ab *Eupatore* etiam Regni negotiis præfectus fuerit idem *Lysias*, 2 Macc. x. 11. non tamen de *secunda*, quæ erat *Regnante Eupatore* solo, Præfectura, sed de *priori* quam acceperat ab *Epiphane*, loquitur *secundi Libri Maccabaici* Auctor, si cum *prioris* Libri Auctore illum conciliare velimus. Nec absurde à rebus *Epiphanis* has secrevit, quæ *absente Epiphane* gestæ, & rebus *Eupatoris* accensuit, quæ illius *auspiciis*, quamquam *ministerio Lysia*, patratae sunt. *Regem* enim illum designaverat discedens *Epiphanes*, teste ipso *Epiphane*, ut verba ejus ostendunt ab ipso illo *secundi Libri Maccabaici* Auctore conservata. 2. Macc. ix. 25. 26. Itaque de *priori* hoc *Eupatoris Regno* loquitur Auctor, quod *commune* habuit cum *Patre* etiamnum *superstite*. Hoc enim certe tempore *Gorgiam* elegit *Lysias*, 1. Macc. III. 38. cujus res gestas cum *Juda* recenset Auctor *secundi Maccabaici* Cap. x. 14. Hujus autem *Gorgiae Acta* anno eidem, quo discesserat *Epiphanes*, tribuit Auctor *Maccabaicorum prior* Cap. iv. 1. &c. nempe anno, ut videtur, CXLVII^o. *Lysia* autem *Expeditionem* illam *infelicem*, quæ *Pacem* proxime præcedit in *Libro Maccabaicorum secundo*, ad annum, qui sequebatur *Acta Gorgiae*, refert Auctor *Libri Maccabaici prioris*, Cap. iv. 28. Postquam autem *is* quoque victus è *Judæa* profugisset, mox se *Judæi* ad *Templi expiationem* accingunt, quam anno *Seleucidarum* CXLVIII^o. & *Casteu* diei xxv^o. tribuit idem Auctor *Maccabaici prioris*, v. 51. Facile inde intelligimus ipso illo quo discesserat *Epiphanes* anno CXLVII^o. victum esse, quem præfecerat *Lysias*, *Gorgiam*; sequenti autem anno CXLVIII^o. ipsum fugatum esse *Lysiam*. Certe ante *Dec.* XIII. qui anno *Varroniano* 589. *Cycli* autem XIV^o. cum *Casteu* xxv^o. concurrebat. Mox *expiato Templo*, sequebantur prælia *Judæ* cum *Idumæis* & *Timotheo* Cap. v. Cum scilicet otium esset à *Lysia* jam *superiori* anno victo fugatoque. Hæc ergo *ineunte* anno *Varroniano* 590. ante annum *Cycli* xv^m. qui à *Martii* die coepit XVI^o. Inde enim coepit anni *Seleucidarum* CXLIXⁱ. *Nisan* seu *Xanthicus*, quo *ineunte* defunctus est *Epiphanes*, successit autem, pro nostris hypothefibus, *Eupator*. Pro *posterioris* autem *Maccabaici* Auctoris calculo, adhuc numerabatur annus *Seleucidarum* duntaxat CXLVIII^{us}. usque ad sequentis *Tisri* seu *Hyperberetæi* initium, ad diem scilicet *Septembris Juliani* IX^m. Hæc sunt, ni fallor omnia, quæ *post mortem* majoris *Antiochi*, & tamen

ante



ante initam cum minore *Pacem*, gesta credidit Cl. *Norifus*. Nos autem *medio* inter *discessum* illius ab *Antiochia* mortemque spatio gesta probavimus, & tuis etiam quæque *annis* assignavimus. Et certe horum omnium *nuncium* accepit in *Perside* *vivus* adhuc & *valens* *Antiochus*, eodemque quo nos disposuimus *ordine*. Sic enim *Auctor* *Maccabaici* prioris Cap. vi. 5. 6. 7. *Et venit qui nunciaret ei in Perside, quia fugata sunt castra que erant in terra Juda: Et quia abiit Lysias cum virtute forti in primis, & fugatus est à facie Judæorum, & invaluerunt armis, & viribus, & spoliis multis quæ ceperunt de castris quæ exciderunt: Et quia diruerunt abominationem quam edificaverant super altare quod erat in Jerusalem: Et^a sanctificationem, sicut prius, circumdederunt muris excelsis: sed & Bethsuram Civitatem suam. Quid potest esse manifestius? Hæc certe prior erat illa *Lysie* fuga, 2 Macc. xi. 12. quam *Pacis* causam agnoscit *Auctor* *Maccabaici* *secundi*. Hic enim fugit *solus*. In *secunda* autem *Expeditione* qua *Bethsuram* obsedit, de cujus *munitione* audiverat major adhuc in *vivis* *Antiochus*, juniorem *Antiochum*, qui, *Patre* mortuo, res suas administrabat ipse, *comitem* habebat *Lysias*, anno *Varroniano* sequenti 591. & *Seleucidarum* cXLIX. pro *posterioris* *Maccabaici* rationibus; pro *prioris* autem CL. in quem incidisse dicitur annus *Judæorum* *Sabbaticus*. Hæc mihi interrim satisfaciunt. Expecto tamen quid sit dicturus promissus à Cl. *Norifio* *Toinardus*. Spero enim meliora.*

Cæterum quo tempore *mensibus* *Lunaribus*, propter *festa*, usi sunt *Macedones*; eodem tempore *Solares* erant etiam necessarii propter *Parapegmata*, ad quos res *Rusticæ* & *Nauticæ* erant exigendæ. Hoc cum in *Cyclis* omnibus fuerit necessarium, qui omnes habebant, præter menses *Lunares*, etiam *Parapegmata*; in *Cyclis* tamen *Macedonibus* obtinuisse certissimum est, qui postea cum *Solares* menses, rejectis *Lunaribus*, *Civilium* mensium *nominibus* insignirent; hac arte longe omnium facillima id consecuti sunt, quod quos antea *tacitos* habuerant & *Anonymos* menses *Parapegmatum*, illos deinceps fecerint *Civiles*, & quos antea *Lunares* *Civiles* usurpaverant, illos deinde *tacitos* fecerint & *Anonymos*. Ita sane apud *Macedones* rem se habuisse, exinde constat, quod menses *Macedonum* *Solares* Signis *Zodiaci* frequentissime designent juniores mensium *Solarium* *Macedonicorum* *Catalogi*, quod tamen nunquam faciunt in mensibus *Solaribus* *Julianis*. Nec enim sane *Eccentricitatis* rationem habuisse *Romanos*, in mensium *Solarium* *distributione*, con-

Sect. XLVI.
Annus Macedonum Solaris Uferianus, non ab anno Juliano, sed à Chaldæorum Parapegmate, oriundus.

b vid. Uffer. de ann. Maced. c. 5.



Diff. IX. *Cycli Macedonum & Judæorum.*

tat è ^a *Macrobio*; sed potius *Religionis*. Nec sane ullus est
Zodiaci mensis qui dies tantummodo xxviii. complecteretur,
 quod facit tamen *Romanus Februarius*. Nec anni *Romani* exem-
 plum sibi proposuisse (quod tamen *Viris* maximis præeunti-
 bus antea credideram) exinde constat, quod *Asiani Macedo-*
nes parem *Februario* mensem nullum agnoscant, nec dies xxxi.
 mensibus iisdem assignant, quibus solebant assignare *Romani*.
 Recte ergo suspicabatur è *Parapegmate* aliquo *Solari* menses
 illos *Solares Macedonum* emanasse sagacissimus *Usserius*. Non
 tamen vidit quodnam illud fuerit *Parapegma*. Hoc unum vi-
 dit à *Metonis & Eudoxi* illis, quæ primus ipse explicavit, fuisse
 alienissimum. Ego *Dionysii* veteris *Astronomi* fuisse arbitror,
 cujus exempla aliquot servavit *Ptolemæus*. Conveniunt certe
 illa, quæ patiuntur *Codicum hodierna vitia*. Primum exem-
 plum est ^b *Aegonis* xxv. quem diem ille cum *Athyr* xx^o. conten-
 dit, anno *Epochæ suæ* 13. *Nabonassari* 476. à morte *Alexandri*
 M. 52. Illo anno *Thoth* inivit *Oct. Juliani* xxx. Proinde *Athyr*
 xx. qui dies erat anni *Aegyptiaci* 80. cum *Januarii Juliani* die
 concurrebat xvii. Is ergo, cum fuerit *Aegonis* xxv. sequitur
Aegonem illum iniisse *Decemb.* xxiv. Nempe cum mense *Mace-*
donum iv^o. *Peritio Asiano*, *Syro-Macedonum* autem *Audynæo*, qui-
 bus *Capricornum* ipse apposuit *Usserius*. Secundum exemplum
 est ^c *Scorpionis* xxii. Hunc ille diem eundem facit cum die
Thoth Aegyptiaci xviii. anno *Epochæ Dionysianæ* 21. *Nabonassar*.
 484. quo *Thoth* i. incidit in *Octob. Juliani* xxviii. Sic dies *Thoth*
 xviii. idem fuerit *Novemb. Julian.* xiv. Hic itaque si fuerit *Scor-*
pion. xxii. quartus proinde ante *Thoth initium* dies fuerit *Scor-*
pionis i^{us}. *Octobris* nempe *Juliani* xxiv. Idem scilicet i^{us}. mensis
Macedonici iiⁱ. *Asiani Apellæi & Syro-Macedonum Dii*, cui *Scor-*
pium similiter apponit *Usserius*. Reliqua *Ptolemæi* exempla fere
 inutilia fecerunt manifesta *Codicum hodiernorum vitia*. Ea
 tamen ipsa quo propius ad *veritatem*, eo etiam propius ac-
 cedunt ad menses anni *Asiani*. Ait ex eodem *Dionysio* ^d *Ptole-*
mæus Hydronis κθ. cum *Choiac Aegyptiaci* die concurrisse xvii.
 Sed manifestam mendæ suspicionem fecit, quod mox addidit
Ptolemæus, *Solem* tunc in *Aquarii* gradu fuisse 18. & 5'. quæ
 nota gradûs vel sextam partem denotare potest, vel partem
 gradûs dimidiam. Inde alibi collegit *Cl.* ^e *Usserius*, vel diem
 intelligi xix. vel certe xx. Ego ita scripsisse puto *Ptolemæum*:
 "Ετρε γδ κγ. κατὰ Διονύσιον Ἰδρωων & κ'. ὁ ἐὼν σίλβων &c. Mutatio
 admodum proclivis erat. Et conveniet cum *Kalendario anni*
 Solaris

Ann.
ian.



Solaris *Macedonici Ufferiano* accuratissime. Anno enim illo *Dionysiano* 23. *Nabonassareo* 486. *Thoth* adhuc idem erat qui antea, *Octob.* scilicet *Juliani* xxviii. Sic dies *Choiac* xvii. qui idem erat anni *Aegyptiaci* 107. cum *Februarii Juliani* die conveniet xi. Is ergo si fuerit *Hydronis* xx. *primus* proinde ejusdem *Hydronis* idem erit *Januarii Juliani* xxiii. & *primus* etiam mensis *Macedonici* vⁱ. *Dystri Asiani*, *Peritii* autem *Syro-Macedonum*, quibus *Aquarium* idem junxit *Ufferius*. Iisdem annis *Tauronis* iv^m. cum *Phamenoth* $\tau\epsilon\iota\alpha\chi\theta\varsigma\eta$ εἰς τὴν α'. confert hodiernus ^a *Ptolemæus*. ^a *Ptolem. ib. p. 232.* Locum tamen *Solis medii* in *Arietis* gradu 29 $\frac{1}{2}$. idem ponit *Ptolemæus*. Nempe, ut videtur, ex hypothesebus *Hipparchi*, è quo hæc omnia mutuatus fuerat ipse *Ptolemæus*, propter *anticipationem*. Vel inde manifestum est *initio Phamenoth* rectius quam ejusdem fini, diem *Tauronis* esse admovendum. *Cl. Ufferius* ergo litera numerali locum olim conceptum esse suspicatur λ , & pro ea α censet esse reponendum. Quid vero tum fiet verbis illis εἰς τὴν α'. quæ sequuntur? Nos mutatione faciliori rem confici posse arbitramur, ut scilicet $\tau\epsilon\iota\tau\eta$ εἰς τὴν α' scripserit olim ipse *Ptolemæus*. Sic unius erit ejusdemque mensis uterque dies, quod fieri plane non posset si xxx^{us}. aliquis mensis dies hoc in loco memoraretur. Sic *Tauronis* dies iv^{us}. ut cum *Phamenoth* iii^o. ita cum die *Aprilis Juliani* coincidet xxviii. Et *primus* adeo *Tauronis* dies idem erit *Aprilis Juliani* xxv. qui *primus* etiam erat mensis *Macedonici* viiiⁱ. *Desii Asiani*, *Artemisii* autem *Syro-Macedonum*, quibus *Taurum* sociaverat *Ufferius*. Eodem anno *Nabonassareo* 486. *Dionysiano* tamen alio 24. *Leontonis* xxviii. cum *Payni Aegyptiaci* xxx^o. committit ^b *Ptolemæus*, Sole tum in *Leonis* gradu $\kappa\zeta. \varsigma'. \gamma'$. ^b *Ptolem. ib. p. 232.* Hunc locum *Solis bis* memorat *Ptolemæus*, quo minor sit de *mendo* suspicio. Proinde gradu fuerit *Leonis* xxviii^o. qui sane *gradus dierum* plusquam xxviii. fuerit oportet, accedente etiam ad calculum *anticipatione*. Itaque uno saltem *dierum* numerus augendus est, ut pro $\lambda\epsilon\acute{\omicron}\nu\tau\omega\nu\textcircled{\alpha} \kappa\eta'$. rescribendum sit $\kappa\theta'$. Sed & numero diei *Aegyptiaci* unus vicissim, ni fallor, *destrahendus* est, ut forma *Ptolemæo* solennis observetur. Itaque pro verbis, $\kappa\alpha\tau' \text{Αἰγυπιαῖς Παύνη λ'. ἐπιέρας}$, ita locus supplendus erit: $\kappa\alpha\tau' \text{Αἰγυπιαῖς Παύνη} [\kappa\theta' \text{ εἰς τὴν}] \lambda' \text{ἐπιέρας}$. Sic enim respondunt accurate. *Payni* enim xxix. idem erit *Augusti Juliani* xxii. qui si fuerit *Leontonis* etiam xxix. ita *Julii* xxv'. *Leontonem* coepisse necesse erit, cum mense *Macedonico* xi. *Gorpieo Asiano*, *Leo* autem *Syro-Macedonum*, cui *Leonem* adjunxit *Ufferius*.

Exemplo



Diff. IX *Cycli Macedonum & Judæorum.*

Exemplo ultimo ^a *Didymonis* VII. cum *Pharmuthi* die v. committitur. Sed diem illum *Didymonis* suspectum facit locus *Solis* ab eodem *Ptolemæo* ibidem assignatus in *Geminorum* gradu $\beta. 5'. \gamma.$ Hinc facile colligitur diem à *Ptolemæo* memoratum iv^m . *Didymonis* superare vix quidem potuisse, si quidem sit ad locum *Solis* dies exigendus. Ita pro $\zeta.$ reponendum $\delta.$ errore non admodum difficili. Hoc si verum, conveniet cum *Kalendario* anni *Macedonici Ufferiano* hoc etiam exemplum. Annus enim tum agebatur *Dionysii* 28. *Nabonassari* 491. quo coepit *Thoth Octob. Juliani* die xxvii. Dies *Pharmuthi* v. anni erat *Aegyptiaci* 215. Supererant ad finem anni *Juliani* dies 66. qui subducti è 215. reliquos facient 149. Erat itaque *Pharmuthi* v^{us} . dies anni *Juliani* sequentis 149. Erat autem annus ille *Bisextilis*, ut proinde dies ejus 149. in *Maii* inciderit $xxviii^m$. Hic ergo cum esset *Didymonis* iv^{us} . primus proinde *Didymonis Maii* fuerit xxv. initium, mensis *Macedonici* vⁱ. *Panemi Asiani*, *Syro-Macedonici* autem *Dasii*, quibus *Gemini* assignantur in *Kalendario Ufferiano*. Recte nimirum in anno *communi*. Hic autem erat, ut dixi, *Bisextilis* quo mensis initium *Maii* xxiv. assignatur tam ab *Ufferio* quam etiam à *Norifio*. Fieri ergo potest ut is numeratus fuerit *Didymonis* fortasse v^{us} . & ex *Equinarii* nota elicuerint *Librarii* vocem *Ἐδύμης*, quam alii deinde secuti *Librarii* in notam numeralem corruerint $\zeta.$ Vix certe multum à *Ptolemæi* mente aberrasse nos confidimus, si è locis illius *sanis* de locis ejusdem judicium statuatur *insanis*. Non me quidem fugit Epocham hanc *Astronomi Dionysii* esse plane *Aegyptiacam*, ab anno post mortem *Alexandri M.* 39. qui primus erat *Ptolemæi Philadelphi*, non à *Patris* morte, sed ab anno *Patris ultimo* quo in consortium *Regni* à *Patre* est admissus. Proinde ad initium anni *Aegyptiaci* Epocham suam accommodavit *Dionysius*. (quà quidem illi *initium* anni *fixum* in *Parapegmate* habebant,) cum in anno *vago* initium nullum *fixum* habere possent. Ab ortu enim *Caniculæ* anni *Aegyptiaci* initium *fixum* processisse, & à *Solis* in *Leonem* ingressu *ortum* illum esse censitum alibi ^b ostendimus, quod certe de *Thoth* *fixo* verum non erat, sed tantummodo de *Solari Parapegmate*. Et sane à *Leontone* Epochæ suæ novos annos numerasse videtur ille *Dionysius*. In anni *Nabonassarei* 486. *Hydrone* & *Taurone* annuni numeravit ille Epochæ suæ duntaxat 23^m . A *Leontone* ejusdem anni *Nabonassarei* annum numerat Epochæ suæ 24^m . Hinc sane manifestum est vel à *Leontone* illum vel à *Didymone* nume-



numerâsse, vel *Carcinone*. Sed nec à *Didymone* anni novi initium arcessivisse exemplo *ultimo* constat anni *Nabonassareï* 491. Eo enim usque *pares* respondent utrobique numeri Epochæ suæ & *Nabonassareæ*, à primis Epocharum quæ conservavit *Ptolemæus* *initis*; suæ nimirum 13^o. anno, *Nabonassareæ* autem 476. *Observationem* fateor nullam servavit *Ptolemæus* mensis *Carcinonis*, è qua judicare possimus, num ab eo mense novum annum *Dionysius* numerârit. Fateor equidem à *Carcinone* annum suum *Cælestem* censere *Geminum*. Propterea scilicet, quod *Metonis* & *Calippi* initia ob oculos habuerit, qui à *Cardine Solstitiali*, quem primus observavit *Græcorum* *Meto*, annum censabant. Sed qui ab *Ægyptiis* sua hausit *Eudoxus*, eum à *Caniculæ ortu* numerâsse, è ^a *Plinio* observavit *Cl. Usserius*, ^b *Usserius*, ^c *Columella*, quod *Brumam* hic, quæ ab *Ægone* coepit, à *Decembris Juliani* die xxiv^o. repetitam legimus. Ita eosdem *mensium Cælestium* modos habuerint tam *Chaldæi* quam *Ægyptii*, quo facilius invicem contendere possent utrorumque *Observationes*. Satis id consentaneè, cum etiam anni formam *Nabonassaream* utrique, etiam antiquitus, *communem* habuerint. Et sane utriusque Epochæ annos invicem confert ^d *Ptolemæus*, vel potius *Hipparchus*, tam *Dionysianæ Solaris*, quam *Chaldaicæ*, quæ fuit, uti jam probavimus, *Lunaris*, quasi ex iisdem *hypothesibus* emanâssent. Admodum nempe congruè, si *Chaldæorum Solares* rationes cum eorundem rationibus *Lunaribus* contulerit. Pariterque consentaneum erat, ut qui *Chaldæorum* menses *Lunares* *Civilium* mensium *nominibus* insignivissent *Macedones Asiatici*, iidem *Chaldæorum* menses *Cælestes* (cum tandem magis placeret anni *Civilis* forma *Solaris*) *Civilium* pariter mensium *nominibus* insignirent. Imo *Parapegmatur*

^a *Plin. N. H.*
^b *Usser. de Ann. Maced. c. 7.*
^c *Colum. L. xi. c. 2.*

^d *Ptolem. L. ix. c. 7. p. 231. &c.*



Diff. IX. *Cycli Macedonum & Judæorum.*

pegmatum usum à *Chaldæis* *Aegyptiisque* ad *Græcos* emanasse observavit ad *Aratum* *Theo Alexandrinus*, & ex eo *Cl. Uferius*. Quod certe de his *Græcis* *Asianis* *Macedonibus* præcipue intelligendum erat, quos ob oculos videtur habuisse *Theo*; præsertim cives suos *Alexandrinos*. De *Atheniensibus* *Europæisque* *Græcis* ne quidem verum esse potuit, qui his temporibus antiquiores habebant cives suos *Parapegmatum* Auctores, ex propriis etiam *Observationibus*. Inde factum ut *Sectam* à *Chaldæa* *Aegyptiaque* distinctam *Plinius* *Græcam* agnoscat.

DISSER-



DISSERTATIO X.

De antiquis Romanorum Cyclis.

Cum Siciliae Prætor esset Verres, deerant in Kalendario Romano duo (major minorque) Merkedonii. §. I. Cum Græcorum Civili Novilunio concurrebant anno Varron. 683. Kalendæ veteris Martii. §. II. Augusti natalis Septembris Juliani die xxiii. Veteris autem Novembris ix. anno Varronian. 691. §. III. Utrumque Augusti Natalem videtur designasse Virgilius. §. IV. Non pugnat, quod sub Capricorno natus fuerit Augustus. §. V. Recte se habebat, illis quoque temporibus, Parapegma Romanum, unde Natalem, pro Solaris anni rationibus, hausit Augustus. §. VI. Romanum hoc Solaris anni Parapegma omnino antiquissimum. Cæpitque fortassis à Tauro, Aprilis Juliani 18. §. VII. Veris initium in antiquissimo illo Parapegmate à die 7. 8. vel 9. Februarii Juliani. §. VIII. Æstatis initium Maii Juliani 9. vel 10. §. IX. Autumni initium Aug. 7. vel 8. §. X. Hyemis initium Novemb. 10. vel 11. §. XI. Ex his tempestatum limitibus probatur anno Varroniano 586. duos defuisse Merkedonios. §. XII. Ad veteris Romani Parapegmatis Solaris modum Kalendarium reformavit Julius. §. XIII. Pro his Parapegmatis normis intelligendæ tempestates anni Livianæ, & vetustiorum Livio Auctorum. §. XIV. Inter ann. Varr. 677. & 706. bini deerant Merkedonii. §. XV. Forte ante ann. 653. & post ann. 586. suppletus fuerit minoris formæ Merkedonius. §. XVI. Anno 663. duo deerant Merkedonii. §. XVII. Anno certe 586. duos defuisse Merkedonios rursus probatur. §. XVIII. Diem à Veteribus intercalatum ad diem anni veteris 355^m. male retulit Macrobius. §. XIX. Quomodo suspectos dies Romani veteres à Nundinis avertent. §. XX. Anno Varroniano 586. Martii xxix^{us}. erat Nundinalis. §. XXI. Alius quam qui ab illo numerabatur octavus illo anno Nundinalis esse non potuit. §. XXII. Medio inter Consules Æmilium Lepidumque spatio duo prætermitti fuisse videntur majoris formæ Merkedonii. §. XXIII. Nonæ nullæ propter



Diff X. De antiquis Romanorum Cyclis.

propter Nundinas exemptæ ante annum Varron. 583. Et ne tum quidem Nonæ mensis Intercalaris. Kalendæ Januariæ nullæ ante Lepidum. §. XXIV. Nonarum exemptio propter Nundinas non erat diutina. §. XXV. Coepit, ut videtur, anno Varron. 583. §. XXVI. Merkedonius anni Varroniani 586, ut videtur, omissus. §. XXVII. Finis eximendi Nonas, propter Nundinas, anno Varroniano 588. §. XXVIII. Non tamen Nonæ omnes, propter Nundinas, eximi solebant. §. XXIX. Inter Nundinas Æmilianas & Lepidianas nihil juvant Nundinæ ad explorandos Merkedonios. §. XXX. Nullum esse post Consulatum Æmilii anno Varron. 586. in Historia Romana anni defectum probatur è Quinquenniis Censoriis. §. XXXI. In ludis suis Secularibus Augustus annum unum dedita opera omisit. §. XXXII. Anno Varron. 586. non superiori, Consulatum gessit Æmilius. §. XXXIII. Hinc plenos habemus Fastos ad annum U. C. Varr. 580. §. XXXIV. Inde etiam ad ann. Varr. 570. §. XXXV. Incertum est anni Varr. 568. an 572. omissus fuerit Merkedonius. §. XXXVI. Ann. Varr. 568. & 567. loco Merkedoniorum majoris & minoris, qui antea deerant, suppleti fuisse videntur Merkedonii minores duo. Inde factum ut eadem tunc redierint Nundinæ quæ atate Lepidi. §. XXXVII. Ad ann. Varr. 560. pleni anni, & pleni etiam Merkedonii. §. XXXVIII. Male Scaliger, his etiam temporibus, anni tempestates perversas credidit propter vitiosas Pontificum intercalationes. §. XXXIX. Non est necesse ut votum Verni pecoris ann. Varr. 559. solutum propterea iterandum fuerit, quod Vernam tempestatem pervertissent additi omissive, præter Cycli legem, Merkedonii. §. XL. Annus nullus in Fastis deficit ad ann. Varr. 555. Ver primum Liviolum ad Æquinoctium pertingit. §. XLI. Pleni Fasti ad ann. Varr. 551. §. XLII. Etiam ad ann. Varr. 547. Nisi quod ann. Varr. 548. abfuerit fortasse Merkedonius. §. XLIII. Male Livius ann. U. C. Varr. 547. cum ludis commisit Olympicis. §. XLIV. Observatio necessaria in committendis invicem Græcorum Romanorumque Annalibus. §. XLV. Hinc ad ann. 540. Varr. Fasti pleni, quo tempore Nundinarum modum Æmilianum receptum fuisse probabile est. §. XLVI. Recte se habent anni Varr. 539. & 538. §. XLVII. Anno Varr. 537. pleni certe videntur fuisse Merkedonii. §. XLVIII. Hinc intervalla Fastorum plena sunt usque ad initium Belli Punici I. ann. Varr. 490. §. XLIX. Hic U. C. annus Varr. 490. partim



tim concurrebat cum Olymp. cxxviii. 4. desinente, partim cum Olymp. cxxix. 1. incipiente. §. L. Hoc tempore, medio aliquo die inter Mart. xvii. & xxiii. Consulatus iniri solebat. Post annum autem Varr. 502. ad init. Belli Punici II. à mense fortasse Maio. §. LI. Anno fortasse 494. suppletus Merkedonius olim debito loco detractus. §. LII. Recte se habere hucusque Fastos probatur ex intervallis fide dignissimis. §. LIII. Probatum item è diebus triumphalibus, qui proinde non fuerint Nundinales. §. LIV. Argumenta in contrarium non id, quod videntur probare, necessario evincunt. §. LV. Ante Fabium Pictorem primum Scriptorem, erant tamen Historiæ Romanæ monumenta fide digna. §. LVI. Fasti integri sunt ad finem Belli cum Pyrrho, qui fuit anno Varroniano 479. §. LVII. Urbis Conditæ Epocham Varronianam omnium accuratissimam fuisse probabile est. §. LVIII. Epocham Catonianam secuti Dionysius Halicarnassæus atque Livius; Varronianam Dio Cassius, & certe major Plinius, Censorinus item & Velleius. §. LIX. Male Plinius duos annos inserit inter annum Varr. 474. & 479. §. LX. Pyrrhi res in Romanos gestæ aliunde suis temporibus asseruntur. §. LXI. Idem Plinii error refellitur è Polybio. §. LXII. Recte se habent Fasti à Bello Pyrrhi ad annum Varronianum 460. §. LXIII. Ab anno U. C. Varroniano 363. Kalendis Quinctilibus inibant annui Magistratus. §. LXIV. Ad annum Epochæ suæ 450. recte se habebant Fasti Varroniani. §. LXV. Recte item se habebant hucusque Nundinæ. De anno Varr. 472. refellitur Sigonius. §. LXVI. Plinius Catonianas rationes aliquando suis immiscet Varronianis. §. LXVII. Annorum Varronianorum 447. & 448. Consules apud Veteres suspecti. §. LXVIII. Dictaturam annuam anni Varr. 445. omisit Livius, & (pro Fabii Pictoris rationibus) etiam Diodorus. §. LXIX. Fasti integri ad annum Varron. 435. Nempe pro rationibus Varronianis, quæ (Consulum temporibus) eadem sunt cum Capitolinis. §. LXX. Recte se habent ad annum usque Varr. 425. §. LXXI. De annorum Civilium, his temporibus, exordiis. §. LXXII. Miscet aliquando Livius cum suis rationibus rationes Epochæ Fabianæ. Quæ quales fuerint, obiter ostenditur. §. LXXIII. Unde fluxerint tantæ in Historia Romana antiquissima discordiæ. Annales primi non per Coss. sed per Templorum clavos. §. LXXIV. Clavi illi Templorum postea à junioribus cum sui Temporis Fastis Consularibus committebantur, primo mutilis, tum deinde



Diff. X. De antiquis Romanorum Cyclis.

*paulatim sincerioribus. §. LXXV. Clavorum Capitolinorum origo aliis ab ipso censetur Regifugio; rectius autem ab aliis à tertio arcessitur post Regifugium anno. §. LXXVI. Quibus ratiociniis processerint Varroniani in Fastis receptis ad fidem Archivorum Quindecimviralium exigendis. §. LXXVII. Inter ann. Varr. 419. & 425. Coss. qui in Fastis hodiernis desiderantur, inseruit Pighius. Et recte. §. LXXVIII. Sed anno Varroniano 423. inserendi erant, non anno illo. quo volebat Pighius. §. LXXIX. Illos Consules agnovit etiam Livius, sed reiectis annuis Dictaturis. Recte autem hic etiam se habet Epochæ Varroniana. §. LXXX. Epocham hic Catonianam sequebatur Livius, Polybianam Cornelius Nepos. §. LXXXI. Annus eruitur Fastis receptis Ep. Varronian. 378. inserendus. Annus præterea Epochæ Varr. 383. in Fastis Fabianis omissus. §. LXXXII. Camilli post Urbem captam Dictatura ne quidem potuit esse annua. §. LXXXIII. Natalem Aristotelis anno U. C. 370. statuit Gellius. Pro Epochæ scilicet Varroniana. §. LXXXIV. Annus inter annum Varr. 310. & 354. nullus inferi potuit, ut male hæcenus crediderunt inserendum Viri docti. §. LXXXV. Post annum Varr. 305^m. annum 3^m. Decemvirorum addiderunt Catoniani omissum à Varron. §. LXXXVI. Post Decemviros usque ad ann. Varr. 418^m. uno anno auctior Varronianâ est Epochæ Catoniana. Omissæ à Catonianis tres annuæ Dictaturæ. §. LXXXVII. Refellitur sententia Cl. Rubenii de anno ante ann. Varr. 328. inserendo. §. LXXXVIII. Post Decemviros ad annum usque Varr. 363. Idibus Decembribus inibant annui Magistratus. Inde ad ann. Varr. 425. plerumque Quintilibus Calendis. §. LXXXIX. Confirmantur prædicta è diebus illorum Temporum triumphalibus. §. XC. Varronianam Epocham sequitur nonnunquam Gellius; nonnunquam Polybianam, vel Cornelii Nepotis. §. XCI. Censorum successio explicatur. Livius emendatur. Stabilitur inde Epochæ Varroniana. §. XCII. Primi Decemviri Martium pro primo anni Cyclici mense statuebant numerandum, & Januarium è Martii loco in illum, quem obtinet hodieque, moverunt. §. XCIII. De Intercalando Populum rogabant, non ipsi Decemviri, sed potius Coss. Et quidem pro Varronianis, primus eorum Intercalaris anno erat Epochæ suæ 306; pro Catonianis, anno 308. §. XCIV. Non tamen cæpit à Decemviris mos ipse mensis Intercalaris. §. XCV. Inde Fasti recepti integri sunt usque ad Regifugium. §. XCVI. Exordia anni
Romani*



Romani Civilis ante Decemviros. §. XCVII. Primi Coss. mense Januario inibant, & spatium annuum in Magistratu superabant. §. XCVIII. Firmantur prædicta è diebus horum Temporum non-Nundinalibus. §. XCIX. Anni Lunaris, apud Romanos, usus, non à Numa, sed à Tarquinio potius Superbo. §. C. Nec multo juniores erant Cycli, quem Pompilianum appellant, emendationes. §. CI. Argumenta Catonianorum expenduntur. De tabulis Cenforiis. De temporibus Aristodemi Cumani. De legatione in Siciliam sub Gelone. §. CII. Post Catonem, & tamen ante Varronem, scripserunt plerique Romanorum Annalium conditores. Proinde Catoni magis additi. §. CIII. Constituuntur Fasti Epochæ Polybianæ. Idem Cornelii etiam Nepotis & Lutatii. §. CIV. Constituuntur Fasti Epochæ Fabianæ. §. CV. Reliquorum Veterum Epochæ Fastis destitutæ, & pluribus erroribus obnoxia. §. CVI. Satis apte convenit hæc Cyclorum Lunarium apud Romanos origo cum superius tradita Historia Astronomiæ. §. CVII. Annus decimestris sub Romulo fictitius, nisi fuerit Solaris, nondum inventa forma mensum Lunarium. §. CVIII. Annus Rusticus fidereus omnium fuisse videtur antiquissimus. §. CIX. Historia Romana ante Romulum nulla fide digna. Vel Romuli ipsius fortasse dubia. §. CX.

EXplicati jam Græcorum Cycli multam proculdubio lucem foenerabuntur gentium aliarum Cyclis è Græcia oriundis. Nos, hac occasione, ea excolemus quæ in Prælectionum Camdenianarum Appendice de Cyclo veteri Romano (qui Solarem anni formam à Julio Cæsare introductam, anno U. C. Varroniano 708. proxime præcessit) ibidem enucleavimus. Placet tamen imprimis nova quædam à nobis ibi nondum observata, quæ tamen ad eorundem confirmationem faciânt, hic præmittere. Diximus ibi, ab anni U. C. Varron. 586. ad finem anni ejusdem Epochæ 706. duos defuisse Merkedonios, majorem alterum, alterum minorem, qui ambo dies complecterentur in universum 45. Idque verum fuisse Verres, ni fallor, ostendit. Deprædator ille Siciliæ, ne Sacerdotium, tempore legitimo comitiorum, ambiret Herodotus, ita Kalendarium Cephæditanorum mutilavit, ut quo die (inquit Cicero) esse oporteret Idus Januarias, eo die Kalendas Martias proscriberet, qui dies erat legitimus comitiis habendis. Non certe, quod mensibus Januario aut Martio tunc usi fuerint Græci Cephæditani.

Sect. I.

Cum Sicilia Prætor esset Verres, deerant in Kalendario Romano duo (major minorque) Merkedonii.

a Cicero. L. II. in Verres. c. 52.



Diff. X. De antiquis Romanorum Cyclis.

phaleditani. Sic tamen Romanos docuit Cicero è Kalendario suo quale fuisset spatium hiatus quem fecerat Verres in Kalendario *Cephaleditano*. Hoc spatium ergo mensem dimidiatumque mensem testatur fuisse Cicero. Non tamen inde constabat Romanis quot fuisset dierum, nisi exploratos habuissent Græcorum menses, qui pro dierum *exemptilium* situ quotannis variabant. Addit ergo mutilationem illam mense intercalari XLV. dies longo supplevisse *Cephaleditanos*. Addit præterea Cicero, idem si Romæ fieri posset, pugnaturum Verrem ut dies XLV. inter binos ludos tollerentur, per quos solos iudicium fieri posset. De ludis loquitur iisdem de quibus prima in Verrem Actione, de Votivis Cn. Pompeii post Bellum Sertorianum, quos continuo secuturos ait fuisse Romanos. Tum spatio interposito alios memorat ibidem ludos *Victoriæ*, à Sulla nimirum constitutos Civilis Belli victore, cum quibus *Plebeios* testatur fuisse conjunctos. Medios ergo horum ludorum dies XLV. fuisse forte testatur Actionibus forensibus utiles, à Verre Romæ, si licuisset, eximendos. Hic numerus anno illo Veteri num responderit, non vacat impræsentiarum indagare. Est enim longe certius ab *Idibus Januarii* ad *Kalendas* in anno veteri Romano *Martias* numerum satis accurate constare, cum nullus esset *Merkedonius*. Post diem enim veteris *Januarii* XIII. supererant alii *Januarii* dies XVI. Accedant *Februarii* dies XXVIII. consentque XLIV. qui cum *Kalendis Martiis* numerum prædictum implebunt accuratissime. Nisi autem habuisset Verres exemplum in anno Romano; nihil sane video cur hunc dierum numerum potius quam alium quemvis, qui consilio suo suffecisset, tollendum censuerit. Nihil video cur ab *Idibus* ad *Kalendas Romanas* sesquimestre spatium metiretur. Apud Græcos nullum fuisse tam laxæ exemptionis exemplum satis ipse docet Cicero. Sed nec apud illos à die mensis XIII. ad *secundi* post illum mensis *Novilunium* respondisset dierum numerus XLV. Deerant ergo jam *Verris* tempore Kalendario Romano dies illi. Nec enim sine exemplo illos exemisse verisimile est, quod speciem recti saltem aliquam præberet, quamvis fuerit, ut è *Ciceronis* accusatione constat, sane impudentissimus.

Est etiam aliud in hoc eodem *Verris* exemplo cum nostris anni *Romani* rationibus apprime congruum. Ait Cicero diem illum *Cephaleditanorum*, qui Romano *Martio* respondebat, fuisse *Comitiis* Sacerdotii Maximi legitimum. Incidebant autem plerunque Græcorum, *Ἐκκλησιῶν* designandis annuis Magistratibus in *Neomenias*.



Neomenias. Ita certe apud *Athenienses*. Erant quidem tres in mense νόμιμοι Εκκλησία, si Scholiastem audiamus ^a *Aristophanis*, qui mensium etiam *dies* addit quibus haberi solebant, πεντηκάδα & τριακάδα. Ita fortasse temporibus antiquissimis. Quartam enim habebant certe juniores, *εκαδά*. Has omnes *κυρία* appellabant, qua quidem tantundem valebat ἡ *κυρία* ^b quod ἡ ἄριστιμύνη κ' ἐμπροσθεσμος ἡμέρα, quæ scilicet quotannis eodem *Civili die* redibat *stata & legitima*. Opponebantur enim iis quæ, pro *re nata*, jussu Magistratum, & præconum ministerio, *indicabantur*. Sic enim disertis verbis ^c *Photius*: αὐτὰς Κύριας πρὸς σύγκρισιν ἐλέγοντο τῶν συγκλήτων. Et quidem *κυρία* Εκκλησία Magistratum *χειροτονίας* omnes fuisse consentiunt. Non tamen qualibet, sed earum *una* duntaxat & *certa*. ^d *Hesychius*: μία *κυρία* Εκκλησία ἦγετο Ἀθῶν, ἐν ἣ τὰς δεξὰς ἑπιχειροτονεῖν ἔδει. Et *κυρίαν* proinde unam, qua de Magistratibus agebatur, præcipuam agnoscunt *Harpocratio*, *Photius* & *Suidas*. Quæ fuerit autem docet omnium accuratissime ^e *Pollux*: τῶν δὲ ἐκκλησιῶν, ἡ μὲν *κυρία*, ἐν ἣ τὰς δεξὰς ἑπιχειροτονῶσιν, εἴπερ καλῶς ἔχουσιν, ἡ δὲ *ἀποχειροτονῶσιν*· ἐν ἣ καὶ τὰς εἰσαγγελίας ὁ βυλομύθου εἰσαγγέλλει· καὶ τὰς ἀπογραφὰς τῶν δημοσίων ἀναγινώσκουσιν οἱ πρὸς τὴν δίκαις, καὶ τὰς λήξεις τῶν κλήρων. Ἡ δὲ δὲτερον Εκκλησία ἀνεῖται τοῖς βυλομύθοις ἱκετηρίαν θεύδοις, λέγειν ἀδεῶς περὶ τε τῶν ἰδίων, καὶ τῶν δημοσίων. Ἡ δὲ γ' κήρυξι καὶ πρεσβείαις, ἄξιον χρηματίζειν ἕως δὲ πρῶτερον τοῖς Πρυτάνεσιν ἀποδῆναι τὰ γράμματα. Ἡ δὲ δ' περὶ ἱερῶν καὶ ὁσίων. Hinc sane manifestum est *κυρίαν* Εκκλησιῶν primam, quæ κατ' ἐξοχὴν *κυρία* audiebat, propriam constituendis Magistratibus, quam mensis die primo observari solitam docuit Scholiastes *Aristophanis*. Nec sane aliam fuisse à *Civili* *ἑπιχειροτονία*, qua delectus est in *πρατηρὸν Cleon*, ipse testatur ^f *Aristophanes*. Quare non alium à *Cephaleditanorum Græcorum Novilunio* diem à *Verre* per *Kalendas Martias* designatum fuisse verisimillimum est. Illo ergo anno concurrebant *Romanorum Kalendæ Martiæ* cum *Græcorum Novilunio*. Quod cum raro admodum contingere potuerit, propter mensium *Embolimorum mutilorum* atque *integrorum* tam diversum modum, hoc tamen anno, quo *Kalendarium Cephaleditanorum* mutilavit *Verres*, contigit per nostras *Tabulas* accuratissime. Sæpe testatur *Cicero* triennio integro *Verrem Siciliæ* Prætozem fuisse, vel potius prædatorem. *Verrem* autem accusavit *Cicero* Cn. *Pompeio* l. & M. *Crasso* Coss. ut nos docet ^g *Asconius*. Anno nimirum antea quam *Consulatum* iniret ipse *Verris* patronus *Hortensius*. Hæ duæ notæ anni sunt

^a Schol. *Aristophanis* in *Acharn.* Act. I. Scen. I. p. 371.

^b *Suid.* *Harpocras.* verb. *Κυρία*. Εκκλ.


^c *Phot.* Lexic. MS. verb. *Κυρία*. Εκκλ. & Schol. *Arist.* ib.

^d *Hesych.* *Κυρία*. Εκκλ.

^e *Poll.* l. VIII. c. 9. n. 7.

^f *Aristoph.* *Equit.* Act. I. Scen. I. p. 290.

^g *Ascon.* *Ped.* Not. ad *Divin.* in *Q. Cæcil.*



sunt *Varroniani* 684. ante quem *Verres Siculae* Præturæ triennium proinde necessario absolverit. Et sane superioris anno absolvisse triennium exinde constat, quod à *M. Terentio & Caio Cassio Coss.* tabulas *Verris* arcessit ^a *Cicero*. Innuens nimirum à suscepta *Siciliae* Prætura, ne *furta* detegerentur, à *Tabulis* abstinuisse. Sic enim locum intelligit *Asconius*. Ad annum *Varronianum* 681. spectant illi Coss. Proinde annis 681. 682. 683. *Siciliae* incubuit, verius quam præfuit, ille depeculator. *Medius* autem annus esse non potuit 682. qui erat, pro *Cylo Romanorum, intercalaris*, qualis hic annus esse non potuit quo ab *Idibus Januariis* ad *Kalendas* usque *Martias* pertigit dies tantummodo XLV^{us}. *Primo* ergo vel *ultimo* Præturæ anno fuerit oportet illa *Kalendarii* violatio. Imo *ultimo* fuisse (qui *Varronianus* erat 683) res ipsa loquitur. Is annus erat *Cycli veteris*, pro nostris hypothefibus, VII^{us}. Ad VI. anni finem numerabantur (in ^b *Tab. nostra* IV. pro forma *veteri*) dies 2495. Ad hujus anni *Kalendas Martias*, in anno *Communi*, pro *Tab. nostra Veteris* formæ III. dies sunt tantummodo 58. qui superioribus additi conficiunt in univrsum dies 2553. His detrahantur dies *Juliani* ad anni superioris finem 2498. Reliqui erunt dies 55. His rursus detrahantur, pro *duobus* omiffis *Merkedoniis*, dies 45. Eritque *Martii veteris* dies I^{us}. hujus anni *Juliani*, mensisque pariter *Juliani Januarii*, X^{us}. Hunc autem annum *Varronianum* 683. cum annis *Periodi Calippicæ* IV^e. XXXI. & XXXII. committunt *Tabulæ* nostræ. Ita scilicet ut mensis *Januarius* ad annum *Periodi Calippicæ* posteriorem XXXII. sit potius referendus. Id sane verum qua à *Palilibus* numerari solebant anni U. C. Nempe ab *April. XXI.* Imo qua *Januario* illo *veteri* inibant *Verris* ætate Coss. Is enim *Januarius* inibat *Novembris Juliani* die XIV^o. superioris anni *Varroniani* 682. Ibi autem *Novilunium Gamelionis* in hoc ipso die *Januarii Juliani* X^o. nostræ repræsentant *Tabulæ*. Hoc rursus insigni *Argumento* colligitur, tam *Cyclum Romanorum veterum*, quam etiam *Atheniensium Calippicum*, recte à nobis esse constitutos. Colligitur etiam *Civilem* fuisse *Cycli Calippici* usum, de quo adeo hætenus dubitarunt *Chronologi celeberrimi*. Hæc eadem probat similis illa alia *Martii veteris* cum *Antheferione* concordia in primis utriusque mensis diebus, è *Sullæ* *Commentariis*, hoc ipso *Opere* à nobis superius ^c observata. Hoc autem insuper ex hoc, in quo versamur, *Argumento* colligimus, quod è *Sullæ* illo testimonio non constabat, recte

er. Verrin.
vel L. I. in
n. 23.

Append. ad
l. Camden.

diff. II. s. 8.



nos superius Cycli *Calippici* usum *Civilem* asseruisse, etiam in *Sicilia*.

Habemus præterea aliud his temporibus exemplum, octenio post Præturam *Verris*, ipso *Ciceronis* Consulatu, anno nimirum *Varroniano* 691. cum nostris anni *Romani* Tabulis consentientissimum. Ipso illo anno natus est *Augustus*, & *Natalem* ejus habemus utraque forma, tam *veteri*, quam *Juliana*, consignatum. Pro forma *Juliana* Proleptica Natalis ejus celebrari solebat ix. Kal. *Octobris*, nempe *Septembris* die xxiii. Sic enim *Suetonius* & *Vetera Kalendaria*. Formam certe *Julianam* supponunt vitæ illius supputationes tam in *Suetonio* quam in *Dione*. Obiit anno *Varroniano* 767. *Aug.* xix. Vixisse autem ad annum LXXVI. diebus quinque & triginta minus tradit ^a *Suetonius*. Dierum numerus respondet accuratissime ab *Aug.* a xix. ad *Sept.* xxiii. in forma *Juliana*. Anos LXXV. menses x. dies xxvi. tribuit *Augusto Dio*, numeratque à *Sept.* xxiii. anni 691. ad *Aug.* xix. anni 767. Sed à *Julii* xxiii. ad *Aug.* xix. dies sunt xxvii. Numeravit autem Auctor, cujus fidem secutus est *Dio*, à ix. potius *Kal. Augusti* ad xiv. *Kalendas Septembris*. Sic dies quo mensem x^m. absolverit *Augustus*, *Julii* fuisset xxiv. Inde supersunt ad finem *Julii* dies vii. qui additi diebus *Augusti* xix. numerum illum conficiunt examussim. Sed in forma *Juliana*. Non certe in forma *veteri*. Habebat enim *Quintilis*, qui *Augustum* in *veteri* forma præcessit, dies xxxi. Proinde ix. Kal. *Aug.* seu *Sextil.* erat *Quintilis* dies xxiv. *Augustus* autem ipse, qui tum *Sextilis* appellabatur, dies complectebatur duntaxat xxix. Sic xiv. Kal. *Septembris* dies *Quintilis* fuisset tantummodo xvii. *Biduo* ergo deficit. Proinde *Kalendario Juliano* usus est, quicumque demum is fuerit, *vetustior* ille *Dione* Auctor. *Dionem* enim ipsum, qui non *retrorsum*, sed *recto* numeravit, calculos minime posuisse, vel exinde manifestum est. Et sane aliunde constat, ne quidem *Septembri veteri Augustum* nasci potuisse, ut proinde si *Septembri* Natalem habuerit, non alius ille *September* esse potuerit quam *Julianus*. Quo enim die natus est *Augustus*, de *Catilinæ* conjuratione actum in *Curia* (cui propter *uxoris puerperium* tardius interfuerit *Augusti* pater *Octavius*) testis est ^b *Suetonius*. Atqui *prima* mentio hujus *Conjurationis* in *Senatu* facta est, cum de *Manlii* exercitu rescivisset *Cicero*, teste ^c *Salustio*. Tempus designavit ipse *Cicero* xii. Kal. *Novembris*. Tum se ait dixisse ^d in *Senatu*, *certo die fore in armis*, qui dies futurus esset ante diem vi. Kal. *Novembris*,

Scct. III.
Augusti natalis
Septembris Juliana
ni die xxiii.
Veteris autem
Novembris ix.
anno Varr. 691.

a Suet. Aug.
c. 101.

b Sueton. Aug.
c. 94.

c Salust. Catil.
lin. c. 29.

d Cicer. Catil. 1.



Diff. X. De antiquis Romanorum Cyclis.

vembris, C. Manlium. Sic enim locum *Ciceronis* è *Salustio* correxerunt ^a *Lipsius* & ^b *Gruterus*. Hoc enim die arma accepisse ^{3.} *Manlium* testis est ^c *Salustius*. Itaque certum est post XII. Kal. ^{n.} *Novembris* natum fuisse *Augustum*, pro stylo *Romanorum veteri*. ^{at.} Id quoque certum est, eo die natum esse quo de causa *Catiline* actum fuerit in *Senatu*. Est autem utrumque de die *Sept. XXIII. Juliano*, pro nostris hypothesebus Tabulisque verissimum. Incidit enim ille, pro *Kalendario Veteri*, in diem, quo de causa *Catiline* in *Senatu* actum est post XII. Kal. veteris *Novembris*. Annus ille quo *Consul* erat *Cicero* 691. erat *Cycli veteris Romani* XV. Ad finem autem anni XIV. numerantur dies in forma *Juliana* 5420. Addantur dies in anno communi ad diem *Septembris* XXIII. 266. Confiunt 5686. His detrahe, pro annis *Cycli Lunaribus*, 5425. Supererunt dies 261. Adde dies 45. pro duobus *Mercedoniis*, eritque dies ille *Julianus* idem cum die anni *veteris communis* 306. *Novembris* nempe *veteris* IX^o. V^{us}. nimirum *Idus* vet. *Novembris*. Coincidetque adeo cum die quo egregiam illam *Orationem Catilinariam* I^{am}. habuit in *Senatu* *Cicero*, ipso præsentente *Catilina*. Numerat enim ibi ^d *Cicero* à XII. Kal. *Novembris* ad diem *Orationis* dies XX. Nempe supra dies XII. *Kalendarum* dies præterea VIII. qui ipsis *Kalendis* additi ad diem illum, quem dixi, pertingent *Novembris* IX^m. Scio quidem hæc verba *Ciceronis* ita interpretari ^e *Asconium Pedianum*, ut per diem *vigesimum* intellexerit diem duntaxat *decimum octavum*, quo factum est SC. ut viderent *Consules* ne quid *Respublica* detrimenti caperet. Sed facile illa invicem conciliari poterunt, si dicamus XII. Kal. Nov. de *Catiline* conjuratione primum retulisse *Consulem Ciceronem*, quo tamen die nihil adhuc fuerit à *Senatu* decretum, de causa *Catiline*. Decretum autem idem testatur, ^f ne postero die *Comitia* haberentur, ^{o Mu-} *ut de his rebus* (inquit) *in Senatu* agere possimus. Itaque postri- ^{5.} die (rem fatente *Catilina*) *senatum frequentem*, neque tamen *satis* (ait) *severe*, pro rei dignitate, decrevisse. Nempe SC. illud cuius meminit *Asconius*. Ita SCⁱ. dies fuerit revera, ut vult *Asconius*, tantummodo *decimus octavus*. Sic tamen eundem designabit *diem Orationis*. Numerabitur enim non à XII. sed à X. Kal. *Novembris*. Non tamen absurde *Cicero* à *primæ relationis die* calculum deducit, quod tunc SC. licet non *conditum* fuerit, *consensum* tamen aliquatenus *Senatus* consecutus fuerit ut conderetur. Hoc certe innuunt non *Ciceronis* modo verba, ^{Cati-} *verumetiam* ⁸ *Salustii*: *Rem* (inquit) *ad Senatum* refert, jam ^{9.} *antea*



antea vulgi rumoribus exagitata. Itaque, quod plerumque in atroci negotio solet, Senatus decrevit, darent operam Consules, ne quid Respublica detrimenti caperet. Primam certe relationem ad Senatum verba Salustii designare videntur. Deque ea ita loquitur, quasi SC. secutum fuerit in eam, de qua dixi, sententiam. Propter suffragia utique Senatus illo ipso XII. Kal. Nov. die SC. condendo faventia. Nec pugnat, quod cædem Catilinæ PROCOS. Antonio, & proinde sequentibus Coss. ad hyemem retulerit ^a Cicero. Ut enim certum est, post sequentem *Januarium* veterem illam fuisse cædem, 2^o. ad minimum post *Novembrem* mense; ita non constat quanto post initium *Januarii* fuerit intervallo. Convenit & illud quod illo ipso die *Nov. x.* quo *Catilinariam* 11^m. habuit Cicero, jam *Æquinoctium* confectum supponere observavit Cl. ^b Rubenius, ex illis nimirum *Ciceronis*, de *Catilinæ mulierculis*, verbis: *Quemadmodum illis carere poterunt, his præsertim noctibus?* Nempe jam longioribus. Atqui die *Septembris Juliani* XXIV. *Autumnale Æquinoctium* confici censebant Romani. Estque sane 2^a. illa *Catilinaria* à Cicerone dicta *Nov. x.* nempe *Septembris Juliani* XXIV. pro nostris Tabulis accuratissime. Magis fortasse obstare videri posset, quod *hyemem* tunc fuisse ibidem Cicero disertis verbis agnoscat ^c: *nisi idcirco se* (inquit) *facilius hyemem toleraturos putant, quod nudis in convivis saltare didicerunt.* Nos autem alibi ^d *hyemem* ab hoc ipso *Æquinoctio* censere ostendimus æqualem *Ciceroni Cæsarem*. Firmant ergo nostras rationes, potius quam refellunt, hæc loca *Ciceronis*. Sunt quidem Veteres, de Anni tempestatibus, magis, quam vulgo creditur, invicem diversi. Sed *hyemem* eorum *semestrem*, quæ *Autumnum* complectebatur, ab *Æquinoctio Autumnali* coepisse notius est, quam ut egeat Testimoniis. Hæc sane *Ciceronis* Testimonia omnia docent *Septembrem* illum, cujus die XXIII^o. natus est *Augustus*, à *Juliano* alium esse ne quidem potuisse. Certum enim est illo *Confusionis* tempore præcessisse dies *Julianos*, secutos autem dies mensium eorundem veterum. Ita certe in *Æquinoctio Ciceronis* ostendimus coincidisse. *Martii Juliani* die XXV. & *Maii* tamen veteris XVII. Proinde si *Septembris veteris* die XXIII. natus fuisset *Augustus*, mense potius *Julio Juliano* editus fuisset in lucem, ut volebat *Scaliger*, quod tamen noluit *Rubenius*. Mense autem *Julio* exeunte nondum potuit de longioribus *noctibus*, aut de *hyeme* instante, queri *Cicero*.

^a Cicero. pro Sextio.

^b Ruben. de Nat. August. p. 284.

^c Catilinar. II.

^d Not. ad App. Præl. Camden. Part. 2. not. X.



Diff. X. De antiquis Romanorum Cyclis.

Nescio sane annon ad *utrumque* hunc *Natalem*, & *sedem* utriusque *mensis*, cum *Solaris* factus esset, in *Zodiaco*, alluserit *Virgilius*, quo loco de *sede Augusti* auguratur in *caelis*, cum, pro exemplo *Julii*, esset in *Concilium Deorum* referendus. Sic enim vaticinatur:

*Anne novum tardis sidus te mensibus addas,
Qua locus Erigonen inter Chelaeque sequentes
Panditur? Ipse tibi jam brachia contrahit, ardens
Scorpius, & caeli justa plus parte relinquit.*

Jam enim diu est ex quo nihil temere *Virgilium* effutiisse, sed reconditis doctisque rationibus omnia, disposuisse, observavit *Macrobius*. De *Genio* loquitur *Augusti*, & quidem pro disciplina *Chaldaeorum*. *Genium* enim *Principis* pro *Deo*, habebant *Romani*, quem etiam *τύχης* appellabant, & *Divinis honoribus* colebant. Inde illae *Christianorum* per *Cæsarum Genios*, vel *Fortunas*, vel *τύχας*, *adjurationes*. Hunc ergo *Augusti Genium* inquit fuisse potentissimum. Id quoque pro mente *Chaldaeorum*. Sic enim, apud *Plutarchum* observavit *Astrologus Genium Antonii*; alioqui quoties cum aliis conferretur, *insolentem & superbum*, *Augusti* tamen *Genium* horruisse, quasi majorem se potentio-remque agnovisset. Hunc autem *Genium* propterea ita appellabant *Romani*; quod in *Genitura* cuique fuisset assignatus. Nempe in *Genesis*, & proinde à *Geneseos γενεαλογία*, ut loquebantur *Astrologi*. *τύχας* item, propterea quod, in *sortitione* animorum, de qua *Platonici*, nascenti cuique obtigerunt. Et vero *Genituram* à *Cardinibus Zodiaci* tempore *Geniturae* censebant *Astrologi*. Utque *potentiam* suam ab ea parte *Zodiaci* unde descenderant, fortiri credebantur *Genii*; ita καθόδον ad *primæva astra*, & partem proinde *Zodiaci eandem*, fieri credebant unde descenderant. καθόδον enim nomine nihil aliud designabant quam *reditum* ab *exilio* (sic enim anima ab illis censebatur, dum in hoc mundo versaretur, *φυγὰς θεοῦ καὶ ἀλήτης*) utique in *patriam*. Et quidem non *unum* quendam *Zodiaci gradum*, nedum *unum* *geniturae diem* manifestum est hoc in loco designare *Virgilium*. Imo ne *unum* quidem *mensē*. Ominatur *Augustum* *tardis mensibus* addendum. Quod scilicet *mensēs*, qui *dies* habebant *prolixiores*, secuturi essent illius post *Autumni Aequinoctium* *mensēs*. Initium ergo illius *Natalis* arcessit post *finem Virginis*. Proximum autem *Virginis* *Signum* duplex facit,



facit, pro mente *Chaldeorum*, qui proinde *undecim* tantummodo numerabant, teste in hunc locum *Servio*, *Zodiaci Signa*, non *duodecim*. Sic & alii *Romani*, qui, similiter ut *Virgilius*, *Chaldeos* sequebantur. Inde *Scorpius* appellatur, ^a *Germanico Cesari* a *Germanic*. *duplex*. Inde eundem in spatium *Signorum duorum* porrigi docet *Ovidius*. Inde ^b *Arato*, & *magnus* ^d *Lucano*. Inde *Scorpii in Libra brachia consumi* canit *Manilius*. Et *Chelæ*, quæ *Scorpii brachia* sunt *sexaginta partes* (hos *gradus* appellant *juniores*) implent, teste *Servio*. Inde *utriusque* laudes in *Augusto Virgilium* agnoscere docet idem *Servius*. Quod scilicet fuerit & *justus* propter *Libram*, & *fortis* propter *Scorpium*, quo *Martis* domicilium statuebant *Chaldei*. Et sane locum quem assignat *Augusto* laxum admodum facit *Poeta*. *Pandi* ergo dicit inter *Chelæ*, quas *duorum Signorum* fuisse diximus. Et quidem ita *pandi*, ut ipsa quoque *Scorpii brachia* fuerint ad eum capiendum *contrahenda*. Imo ut *Cæli iusta plus parte reliquerit Augusto*. Seu *Libram* *justam Scorpii duplicis* partem appellârit, quia *Libra justitiæ* *Symbolum* erat; sic etiam innuit in *communi Signo duplici*, potiore partem *ampliolemque* *cessuram Augusto*. Ita *ultra Libram* pertigerit, ipsosque *Scorpii fines* penetrârit oportet, si *iusta illa parte plus* fuerit occupaturus. Seu *justæ partis* nomine *æquam* intellexerit, & *plusquam dimidiam* partem *Scorpii* proinde intellexerit, & ad partem illius *contracti* retulerit, qua scilicet à *Libra* distinguitur; sic etiam indicabit *Scorpii* seorsim accepti partem *plusquam dimidiam Augustum* fortiturum. Utrovis modo indicat partem *duplicis Signi* longe *maximam Augusto* *cessuram*, ut non *æqua* fuerit pars *Scorpii contracti* parti *Scorpii* etiam *ipsius* ab *Augusto* occupandæ. At qui hæc de *unico Natali* vera esse non poterant, quem *unico Signi unici gradui* vel *parti* tribuunt *Astrologi*. *Duplicem* ergo *Augusti Natalem* hic alludit *Poeta*, & pro *duplicis Kalendarii* rationibus, tam scilicet *Septembris* illum quam etiam *Novembris*. Omnemque illam *Zodiaci partem* assignat *Augusto* quam, pro *Solaris anni Juliani* hypothesebus, *Sol* peragrare credebatur inter *Septembris* diem *xxiii^m*: *Novembrisque* *ix^m*. Dedimus jam supra illud ^f *Parapegma*. Ibi *Solis* in *Libram* introitum *Septem-* ^f *bris* diei assignavimus *xvii^o*. in *Sagittarium* autem *Novembris* diei *xviii^o*. Ita *prior Augusti Natalis* nec longe discesserit à *Virgine*, nec à *sine contracti Scorpii posterior*. Pro mente, ut videtur, *Virgili*. *Scorpii* certe locum *Novembri* mensi tribuit hoc ipso in loco *Servius*. Alibi ^g *Taurum* cum *Aprili* committit ^g *idem*

b Ovid. Metam.
L. II. Fab. 2.

c Arat. Phæ-
nom.

d Lucan. L. VI.
e Manil. L. II.

f Diff. II. §. 20.

g Ad Virgil.
Georg. I. v. 218.



Diff. X. De antiquis Romanorum Cyclis.

idem *Servius*. Et ad eundem modum alibi. Ut ne dubitemus quin de *exitu Scorp*i** hoc loco fuerit intelligendus. *Introitus* ergo *Scorp*i* Octobri*, & proinde *Libræ Septembri* erat assignandus. Hæc ergo *Natalis duplicis loca* Poeta supponit, qui proinde illi fuerint quos diximus, *Julianus Septembri*, *vetus Novembri* assignandus.

Sed pugnare crediderunt hæctenus Viri Eruditi cum hoc loco *Juliano*, quod sub *Capricorno* natus fuerit *Augustus*. Quæ quidem spectant ad *Astrologiam* Astrologis libenter judicanda reliquerim. Utinam prodisset de hoc Argumento *Dissertatio Wendelini*. Ego meam de *Facto* sententiam proponam. Vis omnis ergo Argumenti in eo sita est, si, cum nasceretur *Augustus*, *Capricornus* fuerit in *Horoscopo*. Cum enim *Sol* in *Libra* jam per aliquos dies fuisse crederetur, paulo ante *Solis exortum*, quo tempore *Augustum natum* tradidit *Suetonius*, *Libram* certe, non *Capricornum*, in *Horoscopo* fuisse certissimum est. Idque verum fuisse è *Virgilio* jam ostendimus. Hoc autem nemo *Veterum* prodidit, *Capricornum* tunc fuisse in *Horoscopo*. *Felicia* quidem ominatur *Julius Firmicus* ei, cui primus *Capricorni* gradus vel tertius fuisset in *Horoscopo*. Nihil tamen ille de *Augusto*. Imo contrarium verisimilius est. *Fuisset* in *Augusti* ortu *Capricornum* testantur *Manilius* & *Germanicus*. Quod certe longe rectius in *culminantem Capricornum* quadrat quam *Horoscopantem*. *Oriri* enim vel *apparere* magis dicenda erant sidera quorum situs erat in *Horoscopo*. Cæterum de *adverso* nobis *Hemisphærio fulgor* ille intelligendus erat, plane ut volebat *Wendelinus*. Est enim manifestum, cum in *Horoscopo* esset *Libra*, tunc in *adversi Hemisphærii culmine*, vel ἀντιμεσεσθενίματι fuisse *Capricornum*, tertium nimirum à *Libra* Signum in *consequencia*. Videndum ergo, de illo Schematis genitalis *cardine* quid egregium polliceantur *veteres Astrologi*. Nihil autem faciunt ad hanc causam quæ proferuntur è *Firmico*, quanquam ne quidem fuisset in *Horoscopo* ille, de quo loquitur, *Capricornus*. Erat enim profecto in *septimo* fere *Libræ* gradu *Natalis Augusti* pro veteri *Parapegmate Romano*, quale illud è *Plinio* descripsimus. Proinde *ultra* primum vel tertium gradum *Capricorni* progressus fuerit oportet *cardo* ille ἀντιμεσεσθενίματι. Sed locum forte *Sphæræ genitalis* certum nullum designat nota illa ⊕ quæ cum *Capricorno* in *Numis* apponitur. Est enim simplicissima omnium *Sphæræ* illius in *Cardines* distributio, eo tantummodo fine apposita ut moneret ad *thema genitale* spectasse



spectâsse illam, quæ appingebatur, figuram *Capricorni*, quod fuisset utique verissimum, *quamcunque* Sphæræ partem tenuisset ipse *Capricornus*. Est tamen, fateor, admodum consentaneum, ut ad *Fortunam* spectârit *Imperium Augusto* prædictum ab Astrologis. Num tamen ad τῆς εἰκὸς proprie sic dictum, an ad οὐρανὸς οὐρανὸν *Lunam*, quam τῆς Dominam statuunt, ut *Solem Dæmonis*, de eo judicent *Astrologi*, sed *veteres* tantummodo illi, pro quorum hypothefibus hæc *Augusto* prædicta sunt. Nihil tamen video in Hypothefibus *Wendelini*, quod cum hoc die pugnet, quem tuemur, *Juliano*. Imo magis faciunt ad eum confirmandum.

Sed credidit illustris *Scaliger*, ne quidem potuisse *Agrippam* & *Augustum* tempus geniturarum suarum edere in tanta *confusione* anni *Romani*. Unde igitur tot illa Veterum loca, quibus probavit ipse à *Celi* rationibus annos discrepâsse *Civiles*? Si nihil quicquam de *Solari* anno exploratum habuissent *Romani* ante *Kalendarii* sui reformationem à *Julio*; unde, quæso, illis exploratæ erant illæ, de quibus loquuntur, anni *tempestates*, tam *alienæ* præsertim à *Kalendaris Civilibus*? Unde ipse *Æquinotii dies*? Unde *ortus Vergiliarum*? Unde illis constabat *error* ille ipse *Kalendarii*, quo utebantur, *Civilis*? Etiam ex *Auctoribus* non *Astronomis* hujusmodi testimonia proferuntur, ne calculi *Astronomici* beneficio hæc rescivisse credantur. Et nullo sane *Civilis Kalendarii* beneficio, quod adeo *corruptum* fuisse in confesso est. Oblitus est hoc in loco *Vir doctissimus*, quæ aliter satis explorata habuit, *Cyclos Lunares* omnes ad modum anni *Solaris* fuisse formatos, ut *Cyclo* demum redeunte ad idem *initium* redirent annus *Solaris* atque *Lunaris*, nec unquam *interim* à se invicem, plusquam *Embolimi* mensis spatio discederent. Oblitus est, in hoc ipso *Cyclo Romanorum*, modum *Solaris* anni alium non fuisse quam *Julianum*, dierum scilicet 365 & quadrantis, ut paria fecerint *Cycli Lunaris* anni universi cum totidem annis *Julianis*. Est itaque falsissima quæ hactenus inveteravit apud vulgus opinio, modum illum anni *Solaris* à *Julio* fuisse excogitatum, quem nos in *Cyclis Græcorum* antiquissimis locum habuisse jam ostendimus, quem in his ipsis *Romanorum Cyclis*, qui formam anni *Juliani* præcesserant, supponi manifestum est. Oblitus est *Vir scientissimus*, etiam dum anni *Lunaris menses* mensium *Civilium nominibus* intelligerentur, interim non fuisse neglectam *Solaris* anni formam in rebus illis, quibus necessaria erat temporis ratio accuratissima. Hoc

M m m

ergo

Sect. VI.
Recte se habebat, illis quoque temporibus, *Parapegma Romanum*, unde *Natalem*, pro *Solaris* anni rationibus, hausit *Augustus*.



Diff. X. De antiquis Romanorum Cyclis.

ergo sine inventa esse novit *Solaris* anni *Parapegmata*, quæ ita scilicet appellabantur, quia publicis locis *affixa* omnibus patebant, post *Metonem* jamdiu ante *Cæsaris* tempora excogitata. Verba *Theonis* in *Aratum* in hanc sententiam disertissima sunt, & passim observata: Οἱ μὲν Μέτωννα Ασρόνομοι καὶ Πίνακας ἐν τῷ Πίλεσιν ἔθηκαν περὶ τῶν ἡλίου περιφορῶν τῶν ἐνεακαιδεκαετηρίδων, ὅτι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τοῖόςδε ἔσται χιμῶν καὶ τοῖόνδε ἔαρ, καὶ τοῖόνδε θερῶν, καὶ τοῖόνδε φθινόπωρον, καὶ τοῖοίδε ἄνεμοι, καὶ πολλὰ πρὸς βιωφελῆς χρείας τοῖς ἀνθρώποις. Similia quoque *Parapegmata Romanos* habuisse consentaneum est, *mensium* & ipsa *duodenorum*, sed *Solarium*, & *Signorum Zodiaci nominibus* insignitorum, pro *Cycli* universi annis, cum *mensium Civilium* diebus committenda. Cyclo enim evoluto deinde pariter *incipiebant* cum *Civilibus Kalendaris*, dum nullæ erant Pontificum in intercalando *fraudes*. Postea vero magis necessaria erant, cum manifestum esset *Kalendarii* vitium, ut proinde vix sit quod dubitemus quin fuerint quotannis descripta ab hominibus negotiosis pro norma earum, quas servabant, *Ephemeridum*. Hinc igitur illa quæ produnt Auctores de anni *tempestatibus*, de *Solstitiis* & *Æquinotitiis*, de siderum *ortu* & *occasu*, quibus proinde tempora accuratius designabant quam per *Civilia Kalendaria*. His enim familia complectuntur omnia quotquot habemus veterum *Parapegmatum* fragmenta. Nec alia illa fuisse in *Cardinibus Signorumque partibus* designandis à *Cæsarianis* exinde colligimus, quod diei *Martii Cæsariano* xxv. conveniat *Ciceronis* illud, quod *Maii* sui coævi diei xvii. assignavit *Æquinotium*. Quosdam equidem siderum *ortus* & *occasus* ad alias retulit *Cæsar*, auctore *Sosigene*, *Signorum partes* quam antea. Unde jocus ille *Ciceronis* de *Lyra*: *Cras*, inquiebat, *orietur ex edicto*. Et quidem in *Parapegmate* præcipue erat *Cæsaris* reformatio. Non autem in *mensura quadrantum* aut *Signorum*. Dedit enim operam ut in illis annus *Civilis Solaris* à se institutus cum *Parapegmate veteri* conveniret. Non quidem ita ut *mensures* sui *Solares* cum *Signis* *Parapegmatis cælestibus* pariter inciperent atque desinerent, ut in mensibus vidimus *Macedonicis*. Hoc enim quo minus fieret, obstabant festorum *Civilium* sacræ quædam rationes, ut nos docet ^a *Macrobius*. Anni tamen *Cælestis* modum servavit eundem qui fuerat in *Parapegmate*, eademque inter *Cardines*, & *Signorum* singulorum, spatia. Ita erat facillimum, è dato *Signi*, in quo quis fuerat natus, *gradu*, diem, qui ei in *Kalendario Juliano* responderet, colligere. *Augusti* ergo *Natalis* in

Libræ



Librae die VII^o. non alibi quærendus erat quam in *Septembris Solaris* die XXIII. Nec enim ad alios *Cæli Cardines annum* suum *Solarem* exegisse *Julium* quam prædicti *Parapegmatis* exinde manifestum est, quod reformationem *Kalendarii* sui æquis peregerit *Mercedoniis*, qui fuerant, pro prioris etiam *Cycli* legibus, intercalandi. Hoc autem, fateor, nondum observaverat *Scaliger*, nec alii (quod quidem sciam) *Viri Eruditi*. *Siderum* autem nonnullorum *ortus & occasus* reformavit in *Parapegmate*, pro *Sosigenis* consilio *Julius*. Deque hac *Parapegmatis* reformatione, non autem de modo *anni Solaris*, varius erat à seipso *Sosigenes*, & *trinam* illam scripsit *commentationem*, cuius meminit in *Historia Naturali* *Plinius*. Hos ergo *duplices Natales*, his *confusionis* temporibus, ante reformatum à *Julio* *Kalendarium*, non solus habuit *Augustus*, sed & alii quique *Romani* cives his temporibus *nati*, utrosque suo proprio usu insignes. In *Legibus Annalibus* de *toga virili* induenda, & de *adeundis hereditatibus*, à *mobili* illo *Civilis* *Kalendarii Natali* verisimillimum est processisse *supputationem*. Illum quippe *Natalem* fuisse quo fuerit quisque in *matriculas* *Civitatis* relatus. Sed cum de *Natali* consulerentur *Astrologi*, non alius profecto *Natalis* erat proponendus, quam *immobilis* ille *fixusque* *Parapegmatis*. Receptum autem fuisse ut de partibus tollendis consulerentur *Astrologi*, docet *Tabula Puerperæ*, & notæ in illam *Cl. Bartholini*. Quare non ad alium quam hunc *Parapegmatis* *Natalem* referendus erit *Augusti Capricornus*.

Hoc autem *Parapegma Julianum* cum *Eruditos* hætenus latuerit, effecit sane ut notæ illorum temporum pleræque fuerint *inutiles*, vel *minus saltem utiles* quam si fuisset exploratum. Quare operæ pretium est ut accurate constituatur. Nam è constituto *Parapegmate* normas lucrabimur, quibus iudicandum erit de *Civilibus* eorum *Kalendaris*, tum *quando* illa, & *quousque*, à *Parapegmate* discrepârint. His enim potius *tempestatum* vel *confectorum siderum* notis frequentius utuntur illorum temporum *Auctores*, quam *dierum mensum Civilium*, propter illam, ut videtur, *Kalendarii Civilis incertitudinem*. Et ex illis de *Kalendario* sententiam pronunciavit ipse *Scaliger*, quem nos securius imitabimur, cum *notas* illas ipsas *Parapegmatum* constituerimus accuratius. Et quidem diligentiam nostram propterea merebitur, quod nihil habeamus quod ad *Romanorum* tempora faciat, ut videtur, antiquius. *Solares* illorum annos *Lunaribus* antiquiores fuisse vix est quod dubitemus. Ita certe

a Plin. N. H. XVIII. c. 25.

Sect. VII.
Romanum hoc Solaris anni Parapegma omnino antiquissimum. Coepitque fortassis à Tauro, Apr. Jul. 18.

b L. II. de Emend. Temp. fin.



Diff. X. De antiquis Romanorum Cyclis.

apud Græcos rem fuisse jam ostendimus, qui de mensibus Lunaribus antea ne quidem cogitasse videntur, quam præciperentur ab Oraculis. Idem res ipsa docet cum ad modum Solaris anni receptum Cyclos suos Lunares conformarint, ut ad eundem Parapegmatis diem, Cyclo evoluta, tandem Novilunium Civile rediret. Erat ergo Lunaribus omnibus mensibus antiquius Romanum Parapegma, ut redirent sua tempestate dies Rerum Rusticarum. Nec ullam adeo fidem meretur annus ille, quem volunt fuisse sub Romulo, decem tantummodo mensum, & dierum duntaxat 304. plane rebus gerendis inutilis, & signis tempestatum Rusticis, etiam in rudi Astronomia, adversus. Et rectius adeo veteres alii annum Romanum antiquissimum duodecimestrem fuisse volunt, qui erat certe ex his Rei Rusticæ experimentis, sine omni Astronomiæ ope, exploratus. Ferri tamen potest Parapegmatis Solaris partitio etiam decimestris, si Solaris anni dies omnes exhausserit, ut infra §. 108. ostendemus. Nec ullam legimus in Solaris anni Romani modo mutationem, à temporibus antiquissimis, cum tamen varias in Lunarium Octaeteridum concinnatione recensent Macrobius. Anni certe Juliani modum supponunt Octaeterides non Græcæ tantummodo, verumetiam Romanæ, antiquissimæ. Nec ullum unquam legimus Romani Parapegmatis apud veteres errorem, vel erroris quantumvis levem suspicionem, quæ Parapegmatis novandi prætextum dare potuerit. Quod tamen octavas Signorum partes punctis assignarint Cardinalibus, rudes fuisse prodit rei Astronomicæ qui primi Parapegma illud ad suæ Civitatis usus aptaverant. Exinde merito suspicamur ipsa Solstitiorum atque Æquinoctiorum inventione antiquius illud fuisse Parapegma, cum à sideris alicujus exortu, vel occasu, qui à Rusticis fuisset observatus, exordium supputationis duxerint. Erat enim ante inventos Cardines plane arbitrarium à quo puncto Zodiaci circum vellent inchoare. Crediderim illos à Sicularum occasu annum illum veterem, cui fuerit aptatum hoc Parapegma, coepisse. Ab Aprilis xviii. die, qui idem xiv. erat Kalendas Maias, init, secundum nostram veteris Parapegmatis dispositionem, Taurus. Et illo ipso die abscondi Sucas scribit Columella. Illo ipso die Ægypti Plinius, cum Casari xv. Kal. occidere censerentur. Alienum autem à veteris Parapegmatis rationibus fuisse intelligimus, quod primus statuit pro Edicto Casar. Erat profecto hoc sidus terra marique turbidum, teste Plinio, ut proinde merito fuerit à Rusticis observandum. Idem testatur Palilitii

sideris



sideris nomine fuisse insignitum, quoniam (inquit) *xl. Kalend. Maii Urbis Romæ Natalis, quo fere serenitas redditur, claritatem observationi dedit.* Erat porro *Rusticorum Dea Pales*, à quibus anni vertentis usus excogitandus ante excultam *Astronomiam*. Et *Rusticis Italicis* fidus insignissimum fuisse oportet, à quo *festâ illa eorundem insignissima designabantur Romane Urbis Natalitiis* celeberrima. Convenit præterea quod à *Tauro* annum certe *Rusticum* inchoet ^a *Virgilius*. Et à terra *aperienda* nomen deducitur *Aprilis*. Quod scilicet tum terra *arari* solebat. Et sane *Vergiliarum occasu arandum* præcepit ^b *Hesiodus* *Agriculturæ Auctor antiquissimus*. Illum autem *Vergiliarum occasum Aprilis* tribuunt Veterum pleraque *Parapegmata*, sed *inveniunt*. Hic *primus* erat labor *anni Rustici*, qui post illum *occursum* sequebatur. Hinc ergo *antiquissimum* anni *Romani initium* fuisse verisimillimum est. *Rusticos* enim fuisse plerisque qui cum *Romulo* Urbem condiderint, consentiunt fere veteres *Historiæ* illius, quotquot habemus, *Auctores*. Anni autem *Romani hæc* erat, ni fallor, forma *vetustissima Civilis*. Tum vero pro *Parapegmate* usurpari cœpit, cum mensium *Civilium* nomina menses accepissent *Lunares*. Diei autem, qui è *quadrantibus* conficiebatur, locum discimus ex ipsis *Octaeteridibus*. Quartus enim quisque eorum annus plerumque majorem habuit *Merkedonium*. Itaque in *Solari* etiam *Parapegmate*, illo quoque anno exeunte, fuerit numerandus.

Constituto ergo *Solari Romanorum Parapegmate* vetustissimo, videamus jam ut fuerint in illo dispositæ anni universi *tempestates*. In eo autem discrepabant ab aliis *Romani*, quod nec justos *Civiles menses*, nec justa *Parapegmatis Signa* tempestatibus assignaverint, nedum per justos *Parapegmatis Cardines* distribuerint, quod postea fecerunt *Astrologi*. *Mediis* illi inter *Cardines* fere spatiis *tempestatum* initia posuerunt, naturam secuti ducem, utque *Rusticos* decuit anni *Rustici* conditores, quæ *aeris* tempestas favebat *operibus Rusticis* tempestati cuique *propriis*. *Veris* ergo signa habebant quæcunque *mitiorem* jam *aeris* temperiem vel *faciebant*, vel *arguebant*. Certissimum *Veris* indicium ^c *papilionum* proventum censebant nonnulli, teste *Plinio*, *ob animalis infirmitatem, quod frigus tolerare non possit*, qui mense *Februario* plerumque contingit. Hæc vero ille de *cœvis*. Antiquissimis etiam indicium erant *hirundines*, & prænuncii *hirundinum Favonii*, qui propterea *Ornithiæ* appellabantur. Hæc quanquam veræ habebantur *Veris* notæ à *Rusticis*,

^a *Virgil. Georg. L. I.*

^b *Hesiod. "Epy. & Hæc. L. I.*

Seç. VIII.
Veris initium in antiquissimo illo *Parapegmate* à die VII. VIII. vel IX. *Februarii Juliani*.

^c *Plin. N. H. XVIII. 25.*



Diff. X. *De antiquis Romanorum Cyclis.*

erant tamen *quotannis incertæ*, nunc *seriores*, nunc *maturiores*, nec proinde *diei certæ* poterant annecti. Varie ergo disponuntur in *Parapegmatibus*. *Ornithiæ Februarii* diei xx°. assignantur à *Columella*. *Hirundinum autem adventum* diei ejusdem *Februarii* xxiv. tribuit *Ovidius*, xxiii. *Columella*. Sed à *primo Favoniorum*, ut plurimum, flatu, & à *primo avium* illarum appulsu *Veris initium* arcessunt *Parapegmata* accuratissima. Et à die *Februarii* viii. nempe vi. Idus, *Aquarii* autem xxv. & à *Bruma* 45. deducit non uno in loco *Plinius*. Inde forte corrigendus *Varro* qui vii. Id. tribuit, & *Aquarii* diei xxiii. Repugnat enim sibi *Varro* hodiernus, & *Varrone* usum *Plinium* constat è *Librorum Indiculis*, sed *emendatiore* quam habemus. Et sane numerum illum *dierum* à *Bruma* agnoscit ipse ^b *Varro*, qui diei *Pliniano* convenit, non *Varroniano*. Sed in die *Aquarii* vicissim corrigendus è *Varrone* *Plinius*, ut è supra dictis ^c constat. Et sane à die proximo *Feb.* ix. *Veris* initium deducit etiam *Ovidius*. Conveniunt exempla è *Cicerone* à Cl. ^d *Scaligero* probata. *Hiemem* fuisse dicit cum scriberet ad Q. Fratrem L. ii. Ep. 3. Ea scripta est anno U. C. *Varr.* 698. xv. Kal. *Mart.* nempe *Februarii* veteris die xv. Is annus erat *Cycli* xxii. Ad finem anni superioris *Cycli* xxi. numerantur in utraque forma tam *veteri* quam *Juliana* dies 7977. *Epactis nullis*. Addantur ergo ad *Feb.* xv. in forma *veteri* dies 44. Dies erunt in univ-
sum 8021. Detrahantur pro duplici *Merkedonio* dies 45. Eritque dies ille *Februarii veteris* xv. idem cum *Decembr.* xxx. anni *Varroniani Juliani* superioris 697. in hieme fere *media*. Proxima ad Fratrem Ep. 4. illa verba habet: *Spero nos ante hiemem contubernales fore*. Finem *hiemis* intelligit, cum superiori *Epistola* *captæ* meminerit. Hæc ille eodem anno, an. d. ii. Id. *Mart.* nempe *Martii* xiv. vel xv. ut legit *Scaliger*. Dies est à superioris *Epistolæ* die xxviii. Nempe *Januarii Juliani* xxvii. Ad diem *Februarii Juliani* viii. supererant dies xii. intra quos satis commode poterat ad fratrem venire *Quintus*. Observavit præterea *Scaliger* duas ad *Atticum* *Epistolas* mense *Martio* ^e *datas*, ^f posteriorem vii. Id. die nempe illius ix. Annus erat ^g *Varr.* 705. *Cycli* v^{us}. Ad finem anni superioris numerabantur in forma *veteri* dies 1763. Addantur dies 66 ad ix^m. *veteris Martii*. Erunt omnes 1829. Detrahantur ad finem anni superioris in forma *Juliana* dies 1767. Reliqui erunt dies 62. His rursus detrahantur, propter *duplicem Merkedonium*, dies 45. Concurretque is dies *Martii veteris* cum *Januarii Juliani* die xvii. die



die ante initium *Veris* xxii. Quod autem addit *Scaliger* de hibernis militum in *Aprilem* à *Cicerone* relatis, vereor ne quicquam faciat ad ejus propositum de *Kalendarii veteris* confusione. *Militia* enim omnis vel *Æstiva* censebatur, vel *Hiberna*, ut proinde utraque fuerit *semestris*. *Ver* tamen non includi fateor, nempe *militare*. *Ver* autem *militare* à *pabulo* jumentis idoneo censebatur, eratque adeo paulo *tardius* *Vere* illo, de quo agimus, *Rusticorum*. Nihil tamen obstabat anno *Varron. 706.* etiam *Aprilis initium* hiemi etiam *Rusticæ* accensebatur. Deerant enim inde jam *tres Mercedonii*, & dies adeo 67. quibus efficiebatur ut ne quidem *Januarii Juliani* fines egrederetur *initium* veteris *Aprilis*. Hoc ergo *Veris* erat *Parapegmatici* initium.

Æstatis initium à *Vergiliarum* ortu censent tam *Varro* quam *Plinius*. Uno tamen die invicem discrepant. ^a *Varro* ad vii. Id. *Maias* refert, mensis nimirum *Juliani* ix^m. Et quidem recte, pro illius hypothesebus. Numerat enim *Veris* dies 91. qui quidem à *Feb. vii.* ad *Maii* ix. respondent accuratissime. Inde ergo emendandi alii ejus numeri. Numerat à *Favoniis* ad *Æquinoctium Vernale* dies xl. Sed rescribendum xlvi. Totidem enim dies sunt à prædicto *Februarii* die ad diem *Martii Juliani* xxv. qui *Romanis* pro *Æquinoctio* habebatur. Rursus ab *Æquinoctio* dies supputat ad ortum *Vergiliarum* xliv. Sed xlv. sunt à *Martii* xxv. ad *Maii* ix^m. Hunc diem *Varro* *Tauri* numerat xxiii. Sic *Taurum* *Aprilis* xvii^o. Sol fuerit ingressus. Non tamen *secum* in gradibus assignandis consentit ipse *Varro*, ut alibi ostendimus. ^b *Plinius* ad vi. Idus *Maias* refert, diem nempe *Maii* x^m. & ad ^c *Tauri* partes totidem, quot peregerat in *Aquario* Sol cum orientur *Favonii*, quas xxv. fuisse antea monuerat. Ita Sol *Taurum* ingressus fuerit *Aprilis* xvi. pro mente *Plinii*, & *Arieti* dies duntaxat xxix. *Tauro* autem, ut facit *Geminus*, xxxii. essent assignandi. Nisi forte dies ille posterior *Geminis* potius concedendus sit. In *Æstatis* initio cum *Varrone* sentit *Columella*, licet *Vergiliarum* ortum ad diem ejusdem *Maii* retulerit vii^m. Utroque ferior est ^d *Ovidius*, qui tam ortum illum quam *Æstatis* initium ad diem ejusdem mensis refert xiii. Apud omnes in confesso est non longe à *Maii Juliani* initio *Æstatem* esse arcessendam. Itaque non absurde *Cicero* ab illius anni, quo est in Provinciam profectus, *Sextili* menses *Æstivos* potuit censere, ut volebat *Scaliger*. Is annus erat *Varron. 703. Cycli* iii^{us}. Ad anni superioris finem supputantur,

Sect. IX.

Æstatis initium *Maii Juliani*. 9. vel 10. ^a *Varr. R. R.* L. I. c. 28.

^b *Plin. N. H.* xviii. 26. ^c *Plin. N. H.* ii. 47.

^d *Ovid. Fast.* L. V.



Diff. X. De antiquis Romanorum Cyclis.

tantur, in forma *veteri*, dies 1030. In anno, qualis erat hic, *communi* dies erant ad Kalendas *Sextil. vet.* 209. Additi confident dies 1239. Inde si subtrahantur ad finem anni superioris, pro rationibus *Julianis*, 1037. reliqui erunt dies 202. Hinc rursus detractis *duorum Merkedoniorum* diebus 45. dies erit huius anni *Julianus* 157. *Junii* nimirum *Juliani* vi. Et sane aliquam *Æstatis* partem elapsam esse, cum scriberet, testatur ipse *Cicero*. Verba illius hæc sunt ^a: *Erat mihi in animo recta proficisci ad exercitum: æstivos menses RELIQUOS rei militari dare, hibernos jurisdictioni.* Unum ergo mensem *deesse* supponit, ut de *quadrante* locutus fuisset *Æstiva*, & plures tamen uno superesse à Kalendis *Sextilibus*, pro huius *Parapegmatis* hypothesebus accuratissime. Sed annum, ut videtur, universum mensium *Æstivorum Hibernorumque* nomine complectitur. Præsertim cum mensium *Autumnalium* nullus meminerit, qui tamen *medii* intercedebant si *quadrantes* tantummodo *Æstivam Hibernamque* designassent. Quod si *Vernos* menses *Æstati* accensuerit, *Autumnales* autem *Hiemi*; sic quoque nostris hypothesebus conveniet. Pars enim *Æstatis semestris* ultima *quadrans* ita fuerit *Æstiva*. Ut proinde si tum menses *Æstivi* plures superfuerint, plures proinde superesse necesse fuerit *quadrantis Æstivæ*. Et quidem ita *Æstates Hiemesque semestres* censet *Thucydides* Annalistarum hodiernorum antiquissimus. Et *Vere* susceptas *Expeditiones* plerasque, imo *primo Vere* multas, legimus. Et rursus *propinquo Æquinoctio Autumnali* de *hibernis* cogitasse ^b *Cæsarem* aliosque legimus. Sic ergo *Veterum*, præsertim *Romanorum*, *Æstates Hyemesque* invicem optime distinxerimus, ut ab his, quos dixi, *Veris* limitibus non longe aberrarent. Erant autem *festæ* huic *tempestat* fixæ: *Rubigalia* à *Numa* ipso instituta, si fides ^c *Plinio*, anno *Regni* sui xi^o. *quæ nunc* (inquit) *aguntur ad vii. Kalend. Maii, quoniam tunc fere segetes rubigo occupat: Floralia* instituta ann. U. C. 516. *ut omnia bene deflorescerent.* Et *Vinalia priora* ix Kal. Maii, *ante hos* (inquit) *dies degustandis vinis instituta*, *Plinii*, ut videtur, *Seculo*. *Priora duo*, è *Parapegmatis* rationibus constabat quando essent celebranda.

Rursus in initio *Autumni* discrepat uno die à *Varrone Plinius*. Quod scilicet à diversis *sideribus* *Autumnum* arcessiverint. *Varro* à *Caniculæ ortu* censet, certe pro rationibus anni *Rustici* vetustissimis, cum *ἀστὴρ ὀρθωρὸν* ^d *Homerus* etiam *Caniculam* appellet. Et vii. Id. *Sextil.* hunc *ortum* assignat, *Augusti*
nimirum



nimirum *Juliani* diei vii. Non tamen conveniunt apud eum summæ omnes vitiosissimæ. *Plinius* à die sequenti, *Augusti* viii. *Autumnum* deducit, & à *fidiculæ* occasu, quem etiam pro initio *Autumni* agnovit, *Plinio* teste, *Varro*. Proinde *Varroni* eodem die quo *Canicula* oritur, occidit etiam *fidicula*. Sed sui temporis observationi diem illum deberi concedit ipse ^a *Plinius*: ^a *Plin. N. H. xviii. 29.* Nunc (inquit) *Fidiculam* occidere ad sextum *Idus Augusti* servatur. Alibi: ut vera ratio id fieri invenit, vi. *Idus ejusdem*. *Cæsar* eundem *fidiculæ* occasum, & initium *Autumni*, *Augusti* xi. assignavit, teste *Plinio*, quos *Augusti* xii. tribuit *Columella*. Ita nimirum in *Parapegmatum sideribus*, non *Cæsar* modo, sed *juniores Cæfare*, nonnulla novabant. Sic tamen illi ut non longe invicem discesserint. *Varronis* autem diem *veteris Parapegmatis* fuisse verisimillimum est, vel ad illum diem propius accessisse. Ait ergo ^b *Suetonius*, cum *Cæsar* fastos emendaret ^b *Sueton. Jul. c. 40.* *messium* *ferias Æstati* non convenisse. *Ferias* illas mense *Julio Juliano* celebrabant *juniores*. Proinde *Quintili veteres*, qui adeo tam longe à loco quem tenuerat in *Parapegmate* recesserat, ut quæ *Quintili* mense celebrabantur *messivæ feriæ*, post *Iduum Maiarum Julianarum* diem illum contigerint, quo *quadrans Æstiva* inire solebat in *Parapegmate*. Hæc nempe *Suetonius* de anno illo qui emendationem *Julii* proxime præcesserat, *medio* nimirum inter annum *Confusionis ultimum* 708. quo *Kalendarium* emendavit, & 706. quo jam ad *Confusionem* augendam *novus Merkedonius* omissus accesserat. Is annus erat *Varro-nianus* 707. quo *Aprilis Juliani* die xviii. inierint *Kalendæ Quintilis* veteris. Ita in diem *Quintilis* illius xxii^m. inciderit dies *Maii Juliani* ix^{us}. unde *Æstatem* censet *Varro*, qui die, ut vidimus, maturrimo illam inchoandam censuit, cum *medio*, ut videtur, *Quintilis* convenerint *feriæ*. Merito ergo ^c *Plutarchus* ^c *Plutarch. Cæl.* testatur τὰς ἐορτὰς τῶν θεογονηθῆναι κατὰ μικρὸν, εἰς ἐναντίας ἐκπεπληκέναι τοῖς χρόνοις ἄετος. Quod scilicet quas *ferias Æstivas* esse oportebat, ex hoc anno ne quidem in *Æstivam* anni *tempestatem*, sed *Vernalem*, inciderint. Hinc ergo facile colligitur mensem *Aprilem* ab illius *Seculi Æstate* excludendam esse, recteque nos constituisse *Æstatis* illius fines. Et sane à *Kalendis Martii* ad *Kalendas Maias Ver* adhuc censerit docet verbis disertissimis ipse ^d *Livius*. ^d *Liv. L. xxxiv. 43.* Nec sane poterant *Verni pecoris Verni* menses aliter censerit si à *Kalendis Civilibus* ad *Kalendas* essent æstimandi. Post *Kalendas Februarii* coepit, pro hisce rationibus, *Ver*, & tamen *Æstas ante Kalendas Junias*.



S. XI.

his initium

mb. 10.

I. I.

Sod. Epy. 2

N. H.

I.

Vergiliarum occafu *Hiemem* inire consentiunt omnes. Etiam *Hesiodus* inde arandi tempus arcessit. Cum nempe *Deus* signum dederit, inquit *Xenophon* in *Oeconomico*. Hoc *Cicero* *Novembris imbris* fieri interpretatus est, teste *Plinio*, qui *Xenophonis Oeconomicum* vidit à *Cicerone* versum. Addit ^b *Plinius*: Hoc ipso *Vergiliarum* occafu fieri putant. Proinde ab illis etiam temporibus hoc *Hyemis* initium fuisse censuit *Plinius*. Die tamen uno rursus dissentiunt *Plinius* & *Varro*. Et quidem *Varro*, pro more suo, *Hyemis* initium *Plinio* serius. Nescio annon hoc unius diei discrimen exinde emanarit, quod *Bisextum* *Cesar* primo suo anno intercalarit, cum tamen anno ipsi *Confusionis* ultimo 708. majorem *Mercedoniam* inferuerit, qui suppleverit *Bisexti* vicem. Sic enim factum ut anni emendati initium uno die priorem locum in *Parapegmate* occuparit, ut fecerit *Varro* proinde rectius. Is ergo iv. Id. Nov. nempe *Novembris* diem x^m. pro temporis *hiberni* primo habuit, quem *Plinius* *Novembris Juliani* xi^m. fuisse censuit. Rursus autem de hac quadrante observat ^c *Suetonius*, *ferias Vindemiarum* *Autumno* non quadrasse. *Ferias* illas mense *Augusto* celebrabant in forma *Juliana* juniores. Proinde in *Sextili* veteres, sed utrique mense medio. Sed vero anno, quem dixi, 707. *Maii Juliani* die xix^o. coepit *Sextilis*, exiit autem *Junii* xvi^o. ut proinde totus fuerit *Aestivus*, & plane extra hos, quos dixi, veteris *Autumni* limites. *Hyemis* autem spatium ab hoc initio ad initium *Veris* è jam dictis manifestum est. Initium ejus *Novembris* ix^o. assignat *Columella*. Ex alio fortasse *Parapegmate*. Discrepasse enim invicem variorum Auctorum *Parapegmata* *Plinius* abunde testatur.

veton. Jul.

10.

Sect. XII.

x his tempesta-

m limitibus

robatur anno

Varronian. 586.

nos defuisse

Mercedonios.

Nos autem quæ diximus de veteri Romano *Parapegmate* intelligi volumus. Jam enim ostendimus è prædicto *Theonis* loco accuratas *tempestatum* rationes non è *Kalendaris* mensium *Civilium*, sed è *Parapegmatibus* fuisse potius expectandas. Hinc ergo constabat quando recte se haberent *Civilia* *Kalendaria*, & viceversa quando à veris *Zodiaci* rationibus insigniter errarent. Hinc sane anno U. C. *Varroniano* 586. quo *Perseum* debellavit *L. Aemilius Paullus*, colligimus verissimum esse, quod in *Prælectionum Appendice* diximus, duos defuisse *Mercedonios*. Jam ibi ex *Actis* nostris *Urbanis* atque *Livio* ostendimus *Aprilis* veteris *Kalendis* ex Urbe discessisse *Paullum*. Ipse etiam nos *Paullus* docuit, non pauciores fuisse inde diebus x. cum in castra appelleret. Nec multo plures fuisse verisimile est.



est. Itaque ante *Aprilis* illius diem xi. eouſque penetrare non potuit. Idem autem teſtatur ^a *Livius*, *Veris principio Æmilium* ^{a Liv. XLIV. 30.} in *Provincia* fuiſſe *Macedonia*. Quod verum eſſe omnino non potuit niſi detrahendi fuiſſent, pro illis, quos dixi, veteris anni calculis, duo ſaltem *Merkedonii*. Jam enim vidimus, cum recte ſe haberet *Kalendarium*, *Aprilem* menſem *ultimum* fuiſſe quo *Veris ſacri* pecus naſci potuerit. Et quidem decreto *Pontificum*, quibus commiſſa erat cura *Kalendarii* cum *veris Cæli* rationibus conciliandi. Itaque non eſt cur errorem aliquem fuiſſe ſuſpicemur. Etiam à *Conſulatibus*, qui tum *Idibus Martiis* inibant, *Ver* cenſet ipſe *Livius*. Hic autem *Pontifices Martium integrum* à *Kalendis* uſque *Veri* imputant. Annus erat *Varronianus* 560. *Cycli* iv^{us}. Ad anni ſuperioris finem numerabantur in ſtylo *veteri* dies 1385. Inde ad *Kalendas Martias* eodem anno *veteri* dies erant 81. qui additi conficiebant 1466. Inde detractis ad finem anni ſuperioris *Juliani* diebus 1402. ſupererant dies 64. qui ad diem *Martii Juliani* pertingebant v^m. *Menſis* ergo nullus erat ante *Martium* qui à *Kalendis* uſque ad *Ver* ſpectaret, ut nec *menſis* aliquis erat poſt *Aprilem* qui totus *Veri* fuerit imputandus. Itaque cum *Parapegmatis Solares* rationes haberent ob oculos *Pontifices*, manifeſtum eſt eas ne quidem pati ut *Aprili medio Veris principium* haberetur. Imo ne *Martii* quidem illius *initio* qui non cum *Martio Juliano ineunte* concurreret. Quare ut *Aprilis veteris* dies x^{us}. *principium Veris* habeatur, neceſſe erit ut ſaltem *primo menſi Vernali exeunti* fuerit accenſendus; & *Martio* proinde *Juliano ineunti* convenerit. Et quidem verum erat illud de hoc anno *Varr. 586.* quo *Perſeum* vicit *Paullus*, pro noſtris hypotheſibus veriffimum. *Aprilis veteris* i^{us}. erat, ut alibi vidimus, *Februarii Juliani* xx^{us}. Proinde x^{us}. idem fuerit oportet dies *Martii Juliani* i^{us}. Ut, ſi accederet ad calculum unus alterve dies, adhuc fuerit *primi Vernalis* menſis ambitu concludendus. Vix itaque fieri poteſt ut alius fuerit, ab eo quem deſcripſimus, *Veris* modus in *veteri Parapegmate Solari*.

Modum certe *Juliani* anni eundem fuiſſe qui *veteris* fuerat *Parapegmatis*, innuit etiam *Macrobius*, qui tamen ita ſcribit, quaſi quæ docuit veriffima ex antiquioribus Auctoribus, ne quidem ipſe tamen intellexerit. ^b *C.* (inquit) *Cæſar omnem hanc inconstantiam temporum vagam adhuc & incertam in ordinem ſtatæ definitionis coegit, ADNITENTE SIBI M. FLAVIO SCRIBA,* qui *ſcriptos dies ſingulos ita ad Dictatorem retulit, ut & ordo eorum*

Sect. XIII.
Ad veteris Romanæ Parapegmatis Solaris modum Kalendarium reformavit Julius.
^b *Macrobi. Sat. L. 1. c. 14.*



Diff. X. De antiquis Romanorum Cyclis.

inveniri facillime posset, & invento certus status perseveraret. Sic loquitur quasi Dictatori Cæsari adfuisset Flavius ille Scriba in reformando Kalendario, qui tamen plusquam ccl. annis antea florebat quam Cæsar Kalendario manum admoveret. Meminit enim illius ^a Livius ad ann. Varronianum 450. Editis enim fastis, quos antea arcanos servaverant Pontifices magno suo compendio, tantum apud Populum promeruit ut *Aedilis Curulis* fieret, ipse tantummodo *libertini* filius. Sic equidem hoc *Flavii* factum vulgo repræsentant Auctores, quasi dierum tantummodo *fastorum nefastorumque* discrimen, qua quidem ad causas forenses spectabant, Flavius ille tradidisset. Sed vel ex hoc *Macrobi* loco colligitur, præter *fastos dies & nefastos*, quos in Kalendario legimus *Augusti*, etiam *aliorum dierum* discrimina omnia, quæ ad *anni Cyclique* artem faciebant, eundem prodidisse *Flavium*, & *Cycli* illius *Solares* rationes pro *norma* habuisse *Julium*. Nam & illa quoque *Cyclorum* cura *Pontificibus* demandata est, & *Solares Cycli* rationes celaverant Pontifices, & in *lucrum* suum converterant. ^b *Plutarchus*: Περί τῶν τότε ἔστων ἡλιακῶν οἱ μὴ ἄλλοι παντάπασιν τῶν αἰσθητικῶν εἶχον, οἱ δὲ ἱερεῖς μόνοι τὸ καιρὸν εἰδότες, ἐξ αἰφνης καὶ προσηθηδύμια μηδενὸς τὸ ἐμβόλιμον προσέγραψον μὲν αὖ, Μερκηδόνιον ἰνομάζοντες &c. Hinc enim pendebant *lucrosa* illæ *Pontificibus* mensium *intercalarium* nundinationes. Reliquis enim nescientibus *intercalarium methodum*, penes *Pontifices* erat, ut *intercalares* pro *Cycli* jure debitos venderent pretia numerantibus, & si modum *Cycli* excessissent, rursus pretio dato eximerent mensem qui fuerat, pro *Cycli* exigentia, eximendus. Sic enim, etiam apud *Græcos*, ^c *Agesilaus Ephorus*, mensem similiter decimum tertium, ὅτι ἀπαιτήσεως τότε τὸ πείσοδα, ὡς γὰρ τὸ νενομισμένῳ τάξιν τὸ χεῖρον, *tributorum* gratia interpolavit. Et sane *Pontificum* avaritiæ omnem hanc *Lunarium* annorum depravationem tribuunt Auctores. Securius tamen peccabant dum præter illos, quorum erat commune *lucrum*, nemo alius *Cycli* artem calleret. Cum autem hanc evulgasset *Flavius*, jam inde *aliis* quoque *Civibus* exploratæ fuerint oportet *Pontificum* fraudes. Cautiores ergo deinceps futuros fuisse verisimile est. Imo ita fuisse, duo habemus proximorum *Cæsari* temporum exempla: *Curionis*, qui hoc omnia opera fatagebat, ut *intercalaris adderetur*; & *Ciceronis*, qui viceversa operam dedit, ne *Cycli lege debitus intercalaris* suo loco infereretur. Quorum tamen *neuter*, quod volebat, impetravit. Hac ergo arte usi sunt, ni fallor, Pontifices. *Cyclus* duplices

t. ad
Cam-



plices rationes complectebatur, *Solares* alias, alias *Lunares*. Harum *Lunares* tantummodo vulgo patebant dum mensium *Civilium* forma esset *Lunaris*. Habebant interim penes se *Cyclum* xxiv. annorum *Solarium*, cum totidem *Lunaribus* commissum, in quo ea designabant quæ volebant in vulgus emanare. Distinguebantur autem hi anni *Solares Signis* potius quam *mensibus*, qui quanquam communi *Pontificum* consilio, & methodo consentientissima, dispositi essent, sic tamen varii videbantur in annis *Civilibus Lunaribus*, ut, nisi *Cyclo integro* evoluto, non potuerit è *prioribus* annis colligi quid esset in *secuturis* expectandum. Et quidem cum *Solaribus* rationibus commissos videmus dies *fastos* & *nefastos* in *Kalendario Augusti*. Et in illis certam quoque *legem* habebant proculdubio *Mercedonii*, quem tamen nesciebant illi qui ultra receptos vulgo *Lunares menses*, annumque *labentem*, nihil sapiebant. Hi vero, *Cyclo integro* evoluto, pro *Cycli lege*, perpetuo redibant. Non item dies *Religiosi*, qui propter *concursum* cum aliis diebus *Religiosi* habebantur, quales erant *Nundinæ* in *primum* anni diem vel *Nonas* quascunque incidentes. His, vel si qui alii similes occurrerent *Reipublicæ* damnosi *dies*, occurrebant *Pontifices* in *annuis Kalendaris*, illos scilicet suis locis *eximendo*; alios autem *sufficiendo*, qui necessarii viderentur ad *Solis Lunæque* rationes invicem æquandas. Sic enim *Siculos*, reliquorum *Græcorum* exemplo, testatur fecisse *Cicero*. Hos autem nemo rescire potuit antea quam ederetur à *Pontificibus* annum *Kalendarium*. *Permissos* enim eorum *arbitrio* qui *fastis præerant* testatur ^a *Macrobius*. Sed nec alia quoque illa, quæ è *Solaribus* ^a *Macrobius. Sat. L. I. c. 13.* *Parapegmatibus* in *Kalendaris annua* derivata sunt, scire poterant alii, cum nondum *Parapegmata* illa evulgasset *Flavius*. Sic autem vulgavit ille, ut *Græci* sua *Parapegmata*. *Fastos* enim suos *circa forum in albo proposuisse* docet ^b *Livius*. Nempe in ^b *Liv. L. IX. c. 46.* *ἀσώματι* seu *tabula gypsata*. Itaque ad hunc usque annum *Varronianum* 450. non modo *eodem* erant in *Rep.* rationes anni *Solares* cum *Julianis*, verumetiam palam *innotuerant*. Postea ergo *rariores* erant, quas tamen fuisse certum est, enormes *Mercedoniorum*, seu *exemptiones*, seu *intercalationes*. Et cum antea eundem anni *Solaris* modum haberent, qua *normam* tenebant, non poterant longe ab his, quos dixi, *tempestatum* limitibus discedere.

N n n . 3

Itaque



Sect. XIV.
Pro his *Para-*
pegmatis normis
intelligendæ
tempestatibus anni
Liviana, & *ve-*
rustiorum Livio
Auctorum.

a Diff. I. s. 15.
16. 17.

Itaque quoties de Anni *tempestatibus* horum temporum Scrip-
tores loquuntur accurate, ita erunt intelligendi, uti jam
ostendimus. Et cum *menses* anni *veteris Romani Civiles* cum
tempestatibus, quales nos descripsimus, connectunt; facile inde
colligemus, non magis annos *Civiles* à modo *Parapegmatis* re-
cessisse, quam necesse erat propter modum mensium *Civilium*
Lunarium adeo diversum à rationibus *Solaribus*. Hanc enim
diversitatem, quæ è *Cycli* ipsius *natura* necessaria intelligi po-
tuit, ita poterant *negligere*, quasi *nulla* plane esset. Sic enim
supra observavimus *Solstitia Græcos* atque *Æquinoctia* certis
mensibus *Lunaribus* asseruisse, cum tamen non ab ipsis *Cardi-*
nibus, sed à *proximis* post *Cardines Novilunii* menses *Civiles*
inire crederentur. Ita factum ut tres menses *Civiles* integros
singulis anni *quadrantibus* assignarint, etiam cum à *Cardinibus*
anni *tempestatibus* metirentur, cum tamen certum esset *tertii* men-
sis *finem* à *tertii Signi* in *Zodiaco sine* necessario recessurum,
cum ne quidem *mensis primus* iniret à puncto *Zodiaci Cardi-*
nali. Pro eodem itaque exemplo mensium *Novilunia* proxima
his, quas dixi, *Signorum* partibus *Populariter* ab illis ipsis *Signo-*
rum partibus inchoari credebantur, quod mensium *Embolimo-*
rum intercalatione efficeretur, ut modo *ante* *Signorum partes*,
modo *postea* inciperent, nec unquam ab iisdem *longe* recede-
rent. Ita certe loquitur sæpe *Livius*, quasi à *Martio Vernam*
tempestatem censuisset, imo ab *Idibus* (quibus *Consules* olim
inibant *Magistratum*) *Martii*, cum tamen *Idibus Martii Veris*
mensis *primus*, & proinde pars *Vernæ* tempestatibus *tertia* ad *exi-*
tum pervenisset. Inde præterea sequebatur, mensem *Civilem*
à *Martio tertium* à *veris* hujus tempestatibus limitibus *alienum*
fuisse, qua quidem mensis *tertius* à *secundi* fine supputandus
erat. Et tamen ita videtur, ut dixi, supputare *Livius*, cum
COSS. qui *Idibus Martii* inierant, *Senatu* habito, & *procu-*
ratis anni ineuntis *prodigiis*, & feriis *Latinis* celebratis, in *Pro-*
vincias profectos *principio* tamen *Veris* profectos fuisse censet.
Id sane ita se habuisse necesse erat, si *fixum* aliquem in *Vere*
situm *Martius Civilis* habuisset; nec, licet mensis hucusque
Vernus haberetur, modo tamen *maturior* in *Vere* fuisset, modo
senior. Sed *fixum* non fuisse, pro censu *Livii*, in *Vere Martium*
multa sunt quæ vincunt. Jam vidimus *duos* tantummodo men-
ses *Civiles Vernales* censuisse *ontifices*, tres proculdubio nume-
raturi si à *Civilis mensis* initio *Veris* initium arcessivissent. Vi-
dimus etiam ut *Aprilem* affectum pro *Veris principio* habuerit,
quem



quem tamen *Pontifices* Vernalium mensium ultimum numerabant. Ait præterea, ^a ad prima ac dubia signa Veris ex hibernis movisse in *Hetruriam Hannibalem*. Quæ, quæso, illa prima erant ac dubia signa Veris, alia quam primi, necdum stabiliti, Favonii? quam paucae quædam hirundines, vel papilliones? quam plantarum præproperæ quædam germinationes? Hæc signa Veris erant plane Rustica, nec è *Kalendario* aliquo, sed ex anni labentis temperie petita, nullatenus certa, nisi qua è siderum ortu vel occasu hujus temperiei prænunciis normæ quædam statui possent quæ raro fallerent, idque saltem designabant quod contingere solebat ut plurimum. Et quidem Vernam tempestatem, qua quidem ad res gerendas spectabat, feriolem censeferi infra observabimus. Sic ^b *Brumæ tempus & nivalem diem* pro eodem habet idem ^c *Livius*. *Nivis autem casum, occidente jam sidere Vergiliarum*, statuit. Hoc idem prorsus *Hyemis initium* erat cum eo quod statuerat *Parapegma*. Non itaque aliunde quam è *Parapegmate* explorandum, in quo designari solebant siderum ortus & occasus. Nec enim potuit *Brumæ* nomine *Solstitium* ipsum intelligere (quod nemo *Vergiliarum occasu* committi censuit) sed quadrantem anni *Hyemalem*. Itaque, pro eodem exemplo, *Æstatem* intellexit & *Autumnum*, qua reliquas duas anni quadrantes apud illum denotant, mensibus *Civilibus Lunaribus* nusquam affixas. Et sic adeo vetustiores illi, quos excerpfit *Livius*, *Historiæ Romanæ* Auctores intelligendi erunt, quoties rerum gestarum tempora anni tempestatibus insigniunt. Nec aliter, cum *Æquinoctiis & Solstitiis*, non mensium *Civilium diebus*, res gestas narrant, tam *Livius* ipse quam *Livio antiquiores* Auctores, etiam *Cicero* atque *Cæsar*. Et confecti *Vergiliarum signi* meminit Auctor *Belli Africani*. Hæc certe omnia è *Parapegmate Solari* cum *Civili Kalendario* collato emanasse consentaneum est. Cum enim exploratum haberent qua *Signi Coelestis parte* inierant *Kalendæ* anni labentis *Martia*, facile deinde processit supputatio ad tempestatum initia, aut *Siderum ortus* vel *occasus*, aut ipsos etiam *Cardines*, in quem scilicet *Civilis* anni diem fuerint incursum. Recte ergo ex his tempestatum notis collegit *Cl. Bullialdus* minorem fuisse anni veteris errorem, quam volebant *Chronologi præstantissimi, Scalliger & Petavius*, quantumvis anni veteris *Parapegmatici* plane nescius. Et recte Nos ex iisdem colligemus normas, è quibus judicare possimus quousque processerit, quantusque fuerit veterum *Romanorum error in Merkedoniis, seu omittendis, seu interpolandis.*

Age



Sect. XV.
Inter ann.
Varr. 677. &
706. bini dec-
rant Merkedonii.

Age ergo, jam *Fastos*, ante *Julium*, *Romanos*, ex hoc *Parapegmate Solari* componamus. Diximus in *Prælectionum Appendice* perpetuum fuisse *duorum Merkedoniorum* defectum ab anno *Varr.* 586. ad annum ejusdem Epochæ 706. quo *alius* omissus est à *Pontificibus*, qui *Cyclo* tamen debebatur, *Merkedonius*. Hoc ibi probavimus è *Nundinis*, quæ respondere non poterant spatiis *intermediis*, si *alius* aliquis fuisset in illis spatiis, quam supponimus, numerus *Merkedoniorum*. Et recte quidem, si spatia fuissent *breviora* quam ut *plurium Merkedoniorum* fuerint capacia. Sed in spatio inter annum *Varr.* 586. quo *Cos.* erat *Paullus* & 677. quo *Cos.* erat *Lepidus*, poterant in extremis *pares* deesse *Merkedonii*, & *medio* tamen intervallo nunc *plures* defuisse, nunc *pauciores*. Itaque quærendæ porro vel *brevissimorum* spatiorum *nundinæ*, vel notæ aliunde certæ *Merkedoniorum*, ipsæ quoque *spatiis*, quam poterit fieri, *brevissimis*. Retrorsum ergo progredimur ab anno *Varron.* 706. Anno autem superiori 705. *duos* defuisse *Merkedonios* probavimus è *Cicerone*, qui *Æquinoctium Parapegmatis Romani*, quod *Martii Juliani* conveniebat diei xxv. cum cœvi sibi *Maii* die composuit xvii. Proximus ante annum illum locus *Merkedonii* erat anni *Varroniani* 704. quo desiit annus *Ciceronis* in *Provincia*, Kalendis nempe *Sextilibus*. Hunc autem *intercalatum* (nequicquam renitente, ne *intercalaretur*, ipso *Cicerone*) in prædicta ostendimus *Appendice*. Prioris anni *Varr.* 703. illum fuisse *intercalarem*, quem rogavit, nec tamen impetravit, à *Pontificibus Curio*; è *Dione* manifestum est. Illo enim anno *Tribunus* erat, & *Tribunitiis legibus* ferendis *intercalarem* illum rogavit, eodem teste *Dione*. Idque etiam exinde constat, quod fuerit *illo anno* *intercalaris intercalandi legibus* adversus, ut nos docet idem *Dio*. Cum tamen non impetraverit, inde manifestum est hucusque *duplicis Merkedonii* hiatum illibatam processisse. Sed nullum certe vel *prætextum* habuisset rogandi *intercalaris* hoc anno (qui, pro *Cycli* lege, non erat *intercalaris*) nisi *defuisset* *Cycli* rationibus is ipse, quem rogabat, *Merkedonius*. Hoc enim de eo observavit rursus *Dio*, ipsum, quia *Pontifex* erat, non utique latuisse *leges intercalandi Pontificias*. Itaque, ne quidem in *defectu*, quem *illegitima intercalatione* suppleri posse censuit, illum errasse verisimile est. Sed & præcedenti anno 702. *intercalarem* legitimum interpolatum docet ^a *Asconius*. Docet etiam duobus in locis ^b *Cicero*, quibus dies numerat à cæde *Clodii*, qui aliter constare non poterant nisi nume-

^a in *Milonian.*
^b *Cicer.* Orat.
pro *Milon.* & L.
v. ad *Att.* Ep. 13.



numeratus fuisset *minor* xxii. dierum *Merkedonius*, non autem *major*, ut volebat Cl. ^a *Rubenius*. Porro anno *Varr.* 700. qui *Cycli* erat, pro nostris hypothesebus, *ultimus*, locum plane nullum habebat *intercalaris*. Et in *tribus* ejusdem *Ogdoadis ultime* intercalaribus annorum 694. 696. & 698. dies erant, pro iisdem nostris rationibus, *singulis* tantummodo xxii. In *ultimo* autem *secundæ* *Ogdoadis*, (qui idem erat *Varronianus* 692.) *major* erat *Merkedonius* dierum xxiii. Totidemque supponuntur per Argumentum à Natali *Augusti Septembris Juliani* die xxiii^o. anno *Varr.* 691. Cos. *Cicerone*, & per Argumentum à *Nundinis Kal. Januar.* quibus Cos. erat *Lepidus*, anni *Varroniani* 677. ad *Nundinas* alias, quarum, sub forma anni jam *Juliana*, meminit *Dio* anno jam *Varroniano* 714. Itaque illos omnes, vel *suo* quemque loco, intercalatos fuisse necesse est; vel, si quis fuerit *omissus*, parem alium *alieno* loco intercalatum fuisse, qui ejus locum suppleverit. Atqui temporibus *Ciceronis*, quorum *Historiam* habemus ex *Epistolis* illius locupletissimam, nullas de *Merkedoniis* lites legimus, seu *eximendis*, seu *interpolandis*, præter eas quas modo diximus, quarum annos certos exhibuimus. Proinde verisimillimum est pro *Cycli olim violati* legibus annum hucusque processisse. Etiam anno 683. eadem fuisse *Cycli* recepti *vitia* dierum 45. è *Verris* fraude in *Kalendario Cephaleditano* facile suspicamur. Et ad *Lepidi* *Consulatum* anno 677. respondent, uti dixi, *nundinæ*, pro *bini Merkedonii* *omissi* labe. Itaque ab illo saltem anno ad ann. *Varr.* 706. deerant *Kalendaris bini Merkedonii*.

Sed anno demum ejusdem Epochæ 653. quo v^m. *Consulatum* gessit *Marius*, unus fortasse duntaxat deerat, isque *majoris* modi, *Merkedonius*. Ait enim *Plutarchus* *victoriam* illius anni in *Cimbros Marii* fuisse ^b $\mu\epsilon\tau\alpha$ $\tau\epsilon\sigma\pi\alpha\varsigma$, $\omega\sigma\tau\epsilon\tau$ $\tau\epsilon\tau\iota\omega\nu$ $\eta\mu\epsilon\rho\omega\nu$ $\nu\epsilon\mu\lambda\omega\iota\alpha\varsigma$ mensis, qui postea *Augustus*, tum vero *Sextilis* appellabatur. Phrasis illa $\mu\epsilon\tau\alpha$ $\tau\epsilon\sigma\pi\alpha\varsigma$ ipsas $\tau\epsilon\sigma\pi\alpha\varsigma$ sæpe denotat, cum ipsum nempe *Solstitium* conficeretur. Et sane hoc ipso anno III. Kal. *Sextil.* qui idem erat *Quintilis* xxx. *unius Merkedonii* *majoris* spatio ab ipso *Solstitio* discrepabat, qui, si tolleretur, efficeret, ut in ipsum *Solstitium* incideret. Erat nimirum annus novi *Cycli* 1^{us}. Supererant ergo de *anno superioris Cycli supremo* dies 298. Addantur dies ad *Quintil.* xxx. 207. Confiunt dies 505. His ergo detrahantur ad finem superioris anni in rationibus *Julianis* dies 306. Reliqui erunt dies 199. His rursus detrahantur dies *majoris Merkedonii* xxiii. Supererunt dies 176.

O o o

qui

^a *Ruben.* Diff. de Natal. August. p. 300.

Sect. XVI.

Fortè ante ann.

653. & post

ann. 586. sup-

pletus fuerit Mi-

noris formæ

Merkedonius.^b *Plutarch.* Mar.

quī anno, qualis hic erat, *Bisextili* pertinet ad *Junii Juliani* diem xxiv^m. quo referendum erat *Solstitium* pro rationibus veteris *Parapegmatis*. Suppleverant ergo, *medio* spatio inter annum illum, & annum Epochæ *Varron.* 586. *Merkedonium* *minorem*. Vix certe anno cui *legitimus* debebatur *Merkedonius*, qui gratiam *Pontificum* nimiam prodidisset, si *unus* idemque annus *duobus* auctus fuisset *Merkedoniis*, uno pro lege *Cycli*, alio pro indulgentia *Pontificum*. Cautius ergo facturi erant *Pontifices*, si annum potius *communem* *Merkedonio* additio *auctiorem* fecissent. Et rursus viceversa *medio* spatio inter annum illum *Varron.* 653. & 677^m. quo Consulatum gessit *Lepidus*, *Merkedonium* aliquem *minorem*, pro *Cycli* lege debitum, *exemissent*. Sed quo demum anno is fuerit *exemptus* statuere fateor esse difficilimum. Est sane quod suadeat fuisse ante annum U. C. *Varron.* 673. ut proinde postea *duplices* rursus fuerint ex anni veteris rationibus detrahendi *Merkedonii*. Hoc inde colligi posse videtur. Vix puto *triumphos* unquam in *nundinas* incidisse, imo *cavisse* potius arbitror ne in illas unquam incidere. Operam enim dederunt Veteres ne interpellarentur *Nundinatores*, ut nos docent ^a *Festus* & ^b *Macrobius*. Dies autem *Triumphis* deligendi erant plane liberrimi, ut nihil esset necesse ut *mercantium* negotiis molesti erant. Et toti *spectaculis* infumebantur, ne esset aliarum rerum gerendarum *otium*. Ne dicam jam *Sacrificiorum* pompas quæ diem *feriatum* effecerint, quales tamen essentne *Nundinae*, Veteres dubitasse docet ^c *Macrobius*. Faciebat porro ad *Triumphantis* honorem, si *spectatorum* conventus esset *frequentissimus*, qui sane tum potissimum expectari potuit, si *Populo* *otium* fuisset. Illo enim anno *Æræ Capitolinæ* 672. qui *Varronianus* erat 673. triumphum *Sullæ* Dictatoris statuit *Fastorum Capitolinorum* conditor, forte *Verrius Flaccus*. Et quidem *duorum* fuisse *dierum* triumphum illum testatur satis manifeste ^d *Plinius*. Et iii. Kal. Febr. legimus in *Fastis Capitolinis* tam *Sigonii* quam etiam *Pighii*. Ad dit *Pighius* iv. Si quidem recte, sic dies fuerit *Januarii veteris* xxvii. Is autem, si nova nulla fuisset ante annum illum 673. & 653^m. *Merkedonii* mutilatio, omnino fuisset *Nundinalis*. Is annus erat *Cycli* *xxi^{us}*. Ad finem autem anni *xxⁱ*. numerantur dies in forma veteri 7622. Addantur dies *Januarii* xxvii. Eruntque omnes 7649. Detrahatur *unitas* (quam detrahendam esse docet in *Cyclo* illo *Tabula* nostra vi^a.) dividantur autem reliqui per 8, nec quicquam supererit. Est ergo dies ille, quem

^a *Fest.* Nundin.
^b *Macrob.* Saturn.
L. I. c. 16.

^c *Macrob.* Saturn.
I. ib.

^d *Plin.* N. H.
xxxiii.



quem dixi, *Nundinalis*. Firmat præterea Argumentum exemplar Marmoris *Capitolini* descriptum ab *Onuphrio*, in quo nullus apparet hiatus inter *iii. K. Febr.* ut proinde dies alius triumphi, præcedentibus, in quibus lacuna manifesta est, non sequentibus, tribuendus sit. Proinde, ne incideret dies ille triumphi in *Nundinalem*, adhuc deerat alius ille majorque *Merkedonius*, quem nostri omisum supponunt hujus spatii *Canones*. Sed minor *Merkedonius* non deerat, qui si defuisset, effecisset ut, pro *Canonum* nostrorum norma, is dies fuisset *Nundinalis*. Et tamen deerat, cum *Consulatum* iniret *Lebidus* anno *Varron.* 677. Itaque recisus fuerit medio illo spatio inter annum 673. ineuntem & 677. minor aliquis, pro *Cycli* lege debitus, *Merkedonius*. Is autem anno *Cycli* ultimo 676. erat, pro *Cycli* ipsius lege, plane nullus. Proinde alius esse non potuit ab eo, qui ad annum spectabat *Varron.* 674. qui etiam ipse formæ fuerit minoris. Atque hoc fortasse tam recentis memoriæ exemplum habuit ob oculos *Curio*, additi, in anno non *Embolimæo*, *Merkedonii* supra *Cycli* rationes. Hucusque ergo *Cycli* rationibus unicus deerat tantummodo *Merkedonius*, si quidem ex antiquo aliquo *Auctore* hæc hauserit *Plutarchus*, non autem è suis duntaxat *ratiociniis*. Qui tamen ^a *Januarium* anni *Confusionis* 708. ^a *Plutarch. Cæf.* cum *Attico* contulit *Posideone* & cum *ῥεοσις ἡμερικῶν*. Alia nulla ratione quam quod *Solaris Januarii* is fuisset situs. Potuit, fateor, *Quinctilis* exitum statuere *ῥεοσις*, quod scilicet *Julii Juliani* dies xxx. revera *Finit Juliani* diem xxiv^m. sequeretur, quo die in *Romano* *Parapegmate* veteri statuebatur *Solstitium*. Vereor ergo ne etiam hoc in loco similiter ab anno *Juliano* ad annum *Romanum veterem* fuerit Argumentatus. Certe ne ad annum 673^m. suppletus fuerit *Merkedonius* ille minor, obstat, quod jam supra probaverimus, anno *Varronian.* 667. quo *Athenas* expugnavit *Sulla*, cum *Anthesterionis Attici* *Novilunio* concurrisse *Kalendas Martias*, pro nostris illis hypothesibus, quæ duorum *Merkedoniorum* defectum supponebant. Estque sane *Pighius* in describendo *Marmore Capitolino* negligentissimus, qui nullas prorsus *Marmoris lacunas* agnoscit, sed literas *Quadratarum* atque *Criticorum* invicem confundit. Et ipso etiam *Onuphrio* diligentior erat *Sigonius*, qui ita *Marmoris* lectionem repræsentavit: *iii. = K. Febr.* Quasi scilicet *secundus* ille triumphus dies fuisset *Prid. Kal. Febr.* Sic autem fiet ut neuter fuerit *Nundinalis*. Itaque si anno 653. unus duntaxat defuerit *Merkedonius*, alium tamen certe ante ann. 667. recisum fuisse



a Plin. N. H.
XXXVII. 2.

b Plutarch.
Symp. VIII. 1.
& Camill. &
Vell. L. II. c. 53.
c Lucan. L. VIII.

neceſſe eſt, ut *Sullæ* teſtimonio fides conſtet. Quare ſi quid ſani habeat in illo *Marii* loco *Plutarchus*, omiſſus fuerit *Merkedonius* anni vel 654. vel 658. vel 662. vel 666. His enim duntaxat hujus ſpatii annis locum habebant *minores Merkedonii*. Natalem porro *Pompeii* M. anno U. C. *Varroniano* 648. *Septembris* diem ultimum, teſte ^a *Plinio*, cum *Libræ* parte illa, quæ *partes* complectebatur *horas*, contendit *Lucanus*. Emortualem certe, quem alii ^b *pridie Natalis*, alii *poſtridie* fuiſſe volebant, ita cum ^c *Libra* componit, ut *præteritum* fuiſſe tunc innuat *Æquinoctium*. Ait enim *nocti hibernæ lucem minorem verni damni ſolatia rependiſſe*. Nec erat ſane, cum interficeretur *Pompeius*, *Julianus* aliquis *September* aut *Solaris*, cujus dies ultimus vel penultimus *Septembris Juliani* diem xxiv^m. ſequeretur, cum quo, pro *veteri Romano* Parapegmate, concurrebat *Æquinoctium*. Illo autem, quo cecidit *Pompeius*, anno etiam *præceſſit*. Tum enim, cum *tres* deſſent *Merkedonii*, *Quintilem Julianum* non ſuperavit *vetus* ille *September*, ut *Libræ* partem plane nullam attingere potuerit. Quod ſi ad *Natalem Pompeii* ſpectârit nota illa *Aſtronomica*, quam tamen ad *Emortualem* ejuſdem male retulerit *Poeta* major quam *Aſtronomus*; ſic anno, quo *natus* eſt *Pompeius* 648, ne *unus* quidem deſuerit *Merkedonius*, ſed diſcrepantia illa (quæcunque demum fuerit à die *Septembris Juliani*) alia tamen eſſe non potuit quam *annuarum* in *Cyclo Epactarum*. Sic medio aliquo anno inter 648. & 653. exemptus fuerit *major* aliquis, præter *Cycli* legem, *Merkedonius*. Atqui ſpatio illo talis nullus occurrebat qui eximeretur. Anno enim 652. qui *Cycli* ultimus erat, omittendus erat, pro ipſa *Cycli* lege, *Merkedonius*. Qui autem locum habebat anno 650. *Merkedonius*, formæ erat tantummodo *minoris*. Sed nec reſpondent *Epactæ annuæ*, nec annus *Cycli*, quo naſcebatur *Pompeius*, xx^{us}. Ego *Lucanum* de *Septembri veteri* à *Septembri Juliano* ſtauiſſe arbitror. Ut proinde nihil hinc colligi poſſit, rectene *Plutarchus* diem *Quintilis veteris* xxx^m. quo *Cimbros* delevit *Marius*, cum *Solſtitio* Parapegmatis commiſerit.

ſect. XVII.
Anno 663. duo
decerant *Merke-*
donii.
d *Cicer. de O-*
rat. L. III. 1. 2.

Etiam ante annum illum 667. quo *Athenas* expugnavit *Sulla*, *Kalendarium* ſuſpicio *duobus Merkedoniis* fuiſſe mutilatum. Anno quo *COS.* erat *L. Marcius Philippus*, *Varroniano* ſcilicet 663. vii^o. poſt ^d *Idus Septembris* die deceſſit *Crassus* ſummus illius *ſæculi* Orator, *vix diebus decem* poſt eum diem quo egregia ejus *Colloquia* *Libro de Oratore* ii^o. & iii^o. ſervavit *Cicero*. Ita *dies Colloquii* fuerit *Septembris*, qui tum agebatur, x^{us}. Et tamen



tamen hoc ipso Colloquio *opacitatem* ab iis quæsitam esse vult, & *frigus*, ipse *decori* in Dialogis suis observantissimus. ^a *Me* Id. ib. L. 1. 7. (inquit *Crasso Scævola*) *hæc tua platanus admonuit, quæ non minus ad OPACANDUM hunc locum patulis est diffusa ramis, quam illa, cujus umbram secutus est Socrates, &c.* Sic *pridie, Septembris* nimirum *veteris* die IX. Sic etiam hoc ipso die *Septembris* X^o. ipse ^b *Crassus*: *Quisnam igitur ille locus? An in media silva placet?* ^b Id. ib. L. III. 5. *Est enim is maxime & OPACUS & frigidus. Æstatem* potius arguit quam *mensē Septembrem opaci loci atque frigidi* tam anxia indagatio, quæ tamen nulla esse potuit, si in *Septembrem Julianum* incidisset *vetus ille September*. Nulla certe talis quæ *locos opacos atque frigidos* faceret *amœnissimos*. Et sane hanc maxime anni *tempestatem* Colloquiis *subdivalibus* eligere solent Dialogorum veterum conditores. Nec opem ferunt hoc anno legitimæ *Cycli Epactæ*. Annus enim erat *Cycli XI^{us}*. quo *Septembris veteris* dies IX^{us}. & X^{us}. iidem dies fuissent *Septembris Juliani* IV^{us}. & V^{us}. quo tempore *calor* magis ad *amœnitatem* facere solet quam *frigus*. Detrahantur *duo Merkedonii* dierum 45. in universum. Sic autem convenient in dies *Julii Juliani* XXII. & XXIII. *umbris* captandis atque *frigori* aptissimos. Hucusque ergo ne quidem *unicum* suppletum *Merkedonium* fuisse verisimillimum est. Sic adhuc *arctioribus* limitibus concludetur illa, si qua fuerit, cujus meminisse *Plutarchum* observavimus, *unici* tantummodo *Merkedonii* Anomalia. Nec enim post annum *Varr. 662.* emanare ultra potuit. Est autem *Cicero decori* atque *temporum* observantior, quam reliqui solent esse *Dialogorum* conditores. *Platonis* quidem *Ἐπιχρῆσις* redarguit ^c *Athenæus*. Peccat autem licentissime in hoc temporis ^c *Athen. Deipn.* *decoro* *Lucianus*. Non ita *Cicero*. Ipse suam culpam agnoscit, ^{L. v. c. 12.} quod *Lucullo* colloquia personæ *Luculli* parum congrua affinxerit. Et, ne peccaret in *tempore*, certum *annum* suis Dialogis constituit; ne quidquam admisceret tempore illo recentius. Facile ergo mihi persuadeo de anni *tempestate* qua Dialogos de *Oratore* fuisse comminiscitur, ista illum propterea monuisse quod illo *Cycli* illius *anno* rem ita se habuisse recordatus fuerit, quod scilicet *anno*, quo *Crassus* extinctus est, *September* in *Æstivam* anni *tempestatem* inciderit. Neque vero hoc illum latere potuit, qui maximam *ætatis* suæ partem sub illo *veteri* *Cyclo* egerit.



Sect. XVIII.
Anno certe
586. duos de-
fuisse Merkedo-
nios rursus pro-
batur.

a Liv. L. XLV.
c. 15.

Quærant ergo Eruditiores, si qui fortassis apud veteres occurrant, inter annum hunc *Varronianum* 663^m. illumque quem dixi 653^m. dies *Characteristici*. Ego propiores nullos observavi. Proinde ascendendum ad annum 586. quo *Merkedonios* duos omissos in nostra Prælectionum *Camdenianarum* Appendice probavimus, utriusque formæ, si quidem vera sint quæ ibi disputavimus. Accessit jam novum Argumentum ab illius anni tempestate *Verna Parapegmatica* cum *Civili* illius anni *Kalendario* commissa, de quo supra. Superest & aliud ex ipso *Livio*. Ait ille *Censores* illius *lustrum* petiisse, ut ex instituto ad *sarta tecta exigenda*, & ad opera, quæ locassent, probanda, anni & bimensis tempus prorogaretur; Cn. autem *Tremellium Tribunum*, quia lectus non erat in *Senatum*, intercessisse. Annua scilicet erat illa locatio, ab anno superiori 585. quo *Censuram* inierant, repetenda. Id ergo volebant; ut annus ille *bimestri* spatio augetur, quod quidem *bimestre*, si primi anni fini accessisset, etiam *Quinquennium lustrale* aucturum fuerit. Habemus itaque hic etiam exemplum *Magistratuum*, qui hoc à *Pontificibus* rogârint; ut annus *mensibus*, præter modum anni solitum, augetur, quem *Magistratuum ambitum* corrupti *Kalendarii* causam *Veteres* agnoscunt. Et quidem *bonorum*, ut è *Livio* constat, *Censuram*, quos proinde verisimillimum est non alia quam *æqua* fuisse rogaturos. Imo adeo æquum hoc fuisse supponebant *Livii Auctores*, ut *Tribuni* perveris affectibus tribuerint quo minus impetrârint. Causa autem *æquissima* ea fuerit quam nostræ ferunt rationes, quod veris anni *Cyclique* rationibus deessent ipsi illi *menses*, quos *Lustro suo* additos cupiebant. Sic enim, quod rogabant, *Cycli*, pariter ac *suo* lucro sperari potuit, nec ullo *succedentium* *Magistratuum*, qui ipsi quoque *menses legitimos* habituri erant, dispendio. Hæc autem causa si nullum locum habuisset, ita *Æquitatis* vel *speciem* nullam habuisset illa *Rogatio*, ut contra fuisset impudentissima, si plures *uno* *menses* anno tamen *unico* *intercalari* vellent, cum, per ipsas *Intercalationis* *leges*, nulli *Cycli* *anno* *mensis* plusquam *unus* *intercalaris* deberetur. Deerant ergo hoc ipso anno *duo* *Kalendario* *menses* qui tamen hoc eodem anno quo minus supplerentur, *Tribunus* intercesserit. Firmat porro lectionem nostram, qua *Sext.* apud *Livium* pro *Sept.* reposuimus, *Plutarchus*. Ait enim ille in vita *Æmilii*, *Σεπτεσ ἡμερῶν Ὀδισσέως* fuisse cum adversus *Perseum* castra poneret *Æmilius*. Jam vidimus initio *Augusti* finem *Æstatis* fuisse pro rationibus

Para-



Parapegmatis Romani. Ita certe *Plutarchus*, qui de mensibus veteribus judicat è situ quem habebant in anno *Juliano*.

Hinc ergo certum est, cum non æquis *Nundinis*, seu (quod eodem redit) diebus octonis constent *Merkedoniis*, proinde, additis detractisve *Merkedoniis*, nisi paribus & pari numero, ne quidem *Nundinas* sibi invicem respondere potuisse. Itaque si aut *Nundinales* fuerint deinceps dies, qui, pro his detractorum duorum *Merkedoniorum* hypothesebus, *Nundinales* esse non poterant; aut si viceversa *Nundinales* non fuerint, qui erant, pro his iisdem hypothesebus, octoni: ita demum constabit, num quid novatum fuerit additis detractisve, præter harum hypotheseum leges, *Merkedoniis*. Ita scilicet, si aut plurium dierum discrimen fuerit, aut in illis etiam annis fuerit, in quibus nullæ fuerint Anomalix propter *Nundinas* quæ in *Nonas* aut in *Kalendas Januarias* inciderint. Sed *Nundinarum* disponendarum methodum, Age, jam explicemus quam in illa fecimus *Appendice*, paulo clarius. Est tamen hoc, fateor, difficile, cum unicum habeamus Veterum, qui id nos doceat, *Macrobius*, nec ipse tamen intellexerit quæ ex Auctoribus hausit se antiquioribus. Observavit ille a quosdam Veterum retulisse, non solum mensem apud Romanos, verum etiam diem, intercalarem fuisse. Quæ ille ita intellexit, quasi diem illum superfluum 355^m. anni Romani Veteris Lunaribus Veteres illi designassent. Hoc enim innuunt verba illius præcedentia: Unde dies, quo abundare annum diximus, eorum est permissus arbitrio qui fastis præerant, uti cum vellent intercalarent. Sed dies ille quo annum abundare dixerat, non alius erat ab eo quem dixi, quem à *Numa* in honorem imparis numeri additum fuisse credidit. De hoc die postea subjungit: fugit eos unum diem, sicut supra admonuimus, additum esse ad Græcorum numerum, in honorem imparis numeri. Iterum: Octavo quoque anno intercalantes octo affuebant dies ex singulis, quibus vertentis anni numerum apud Romanos, supra Græcos abundasse jam diximus. Quasi scilicet 355^{us}. ille dies secutus fuisset *Terminalia*; & tamen mensem Intercalarem præcessisset. Sic enim postea addit; Pontificum arbitrio permissum ut hunc diem redundantem, cum vellent, intercalarent. Dummodo eum in medio *Terminaliorum* vel mensis intercalaris ita locarent, ut à suspecto die celebritatem averterent *Nundinarum*. Sed nihil quicquam cum consilio *Nundinarum* avertendarum commune habebant dies illi singulorum annorum addititii. Erant enim hi dies quotannis singuli, cum tamen *Nonæ* tot essent in anno

Sect. XIX.
Diem à Veteribus intercalatum ad diem anni veteris 355. male retulit *Macrobius*.

a *Macrobius*. Sat.
L. I. c. 13.



anno quot *menses*. Et si *Nonas* alias à *Nundinis* averterint, effecerunt tamen ut aliæ in *Nundinas* inciderent; & quidem eodem anno erant sæpe *plures*, non utique *unico die* interposito à *Nundinis* avertendæ. Sed nec illi Pontificum *arbitrio* permiffi, cum *certum locum* in anni Civilis mensibus haberent, quales illos descripsit ipse *Macrobius*; & *certum* item in tertia ultimaque Cycli Ogdoade *locum*, quo fuerint etiam, ad Cycli rationes æquandas, *eximendi*. Sed nec *ille* hujus diei *locus* erat quem assignavit *Macrobius*, medius nimirum inter *Terminalia mensemque Intercalarem*. Non potuit certe *locum* illum habere in annis quibus nulli debebantur, pro ipsa Cycli lege, *Intercalares*. Imo ne quidem in ipsis illis *Intercalaribus*. Memorat enim *Livius* annum, in quo *postridie Terminalium* fuerint *Kalendæ* ipsæ *Intercalares*. Illo enim anno dies *medius* nullus esse potuit. Sed ne quidem *anni ultimus* atque adeo 355^{us}. erat dies ipse *Terminalium*. Spectabant enim ad annum præcedentem *Kalendæ Martii* v. quæ *sequebantur* *mensē* ipsum *Intercalarem*. Credo (inquit *Macrobius*) *vetere Religionis suæ more*, ut *Februarium omnimodo Martius consequeretur*. Horum ergo ultimus idem, *anni* etiam erat *ultimus*, & proinde 355. qua quidem ab *Intercalari mense* *annus* ipse distinguendus erat. Quid porro erat in hoc *die* quod Pontificum *arbitrio* relictum posset vel fingere *Macrobius*, uti *cum vellent illum intercalarent*; si tamen *certus locus* ei intercalando fuerit designatus, *medius* scilicet ille inter *Terminalia mensemque Intercalarem*? Sed & *bidui* ibidem *intercalati* meminit idem ^a *Livius*, de quo nihil videtur rescivisse *Macrobius*. Et tamen recte observaverat apud *Veteres* non *mensē* tantummodo, verumetiam *diem*, *Intercalarem*. Sed alius erat, ni fallor, *dies* ille ab eo, quem designavit ipse *Macrobius*. Nempe *Parapegmatis Solaris* rationibus accesserunt *quarto* quoque *anno* dies *singuli*, à *Pontificibus* proinde intercalandi. Hunc enim exigebant *majores* illi *quarto* quoque *anno*, in *Lunaribus* rationibus, *Merkedonii* hoc ipso *die*, ut cum *Parapegmatis* rationibus æquarentur, aucti. Atqui certum & *ille* *locum* in *Parapegmate* videtur habuisse, in *ultimi Signi fine*, nec à Pontificum *arbitrio* pendentem. Nec sane ad *Nundinas* movendas quicquam faciebat, quæ in *Lunaribus* rationibus numerari solebant, *Civilibusque Kalendariis*. Erat autem *diei* illius *locus* alius in *veteri Parapegmate* quam in *Civili Kalendario Juliano*. Fugit autem hæc supputatio ipsum, cum suo *Sosigene, Julium*, cum anno

^a Liv. L. XLIII. c. II.



anno Confusionis Varr. 708. majorem, pro veteris Cycli rationibus, Mercedonium intercalarent; & tamen anno sequenti, Juliano 1^o. Varr. 709. primum nihilominus intercalarent Bisextum. Fecit hoc ut diem illum, non quarto demum anno, ut antea, sed tertio deberi crederent rationum Julianarum imperiti Pontifices, dum errorem tandem animadversum corrigeret Augustus. Ni hæc fuerit erroris occasio, mirum est alioqui tantisper aberrare vel potuisse Pontifices.

a Solin. Polyhist. Macrob. Sat. L. I. c. 14.

Sed vero ad amovendas à Nonis Nundinas, non satis erat intercalatio, sed necessaria præterea erat exemptio, quod sane mirum est non vidisse Macrobius. Intercalatio enim, quæcunque demum fuisset, si tamen fuisset sola, ut à Nonis aliis Nundinas averterit, eadem tamen effectura erat ut Nonæ aliæ in Nundinis ipsas inciderent. Itaque ne Nonæ quorundam mensium in dies incurrerent octonos, vel addendi erant vel eximendi dies ante Nonas illas, quibus fieret ut vel septeni essent, vel Nundinalium primi, qui alioqui futuri erant octoni. Sed viceversa cavendum erat, ne dies illi, seu addititii, seu exemptiles, eoque procederent, ut Nonas alias, pro pristinae supputationis lege, non Octonas ipsi tamen facerent Octonas. Quod sane evitandum erat, vel novo die exemptili, si prior dies fuisset addititius; vel addititio, si fuisset, è contra, dies qui præcesserat, exemptilis. Erat enim sane necessarium, Cycli ipsius rationibus æquandis, ut qui dies alio Cycli loco redundaverat, alio eximeretur. Hoc ergo Pontificum arbitrio permissum est, ut cum Octonorum dierum series quotannis invicem discreparent, & proinde mensium Civilium Nonis aliis aliisque convenirent; in annis Kalendariis dies designarent tam intercalandos quam eximendos, quibus fuisset cautum ne Nonæ illius anni in Nundinas incurrerent. Potuitque sane horum dierum alter locum in Calendario notum habere atque fixum. Ea tamen lege ut alter, quicumque demum is fuerit, pro mensis (cujus Nonas à Nundinis avertere debuit) situ mobilis fuerit ac incertus. Et quidem diem addititium fuisse (non exemptilem) cujus locus fixus fuerit, ex hoc loco discimus Macrobius, suffragante, ut mox videbimus, etiam Livio. Nec enim poterat dies ille insititius inter Terminalia mensemque Intercalarem ad Cycli ipsius rationes pertinere, ut è Macrobio aliisque alibi ostendimus. Erat ergo alibi eximendus, ne veræ vacillarent Cæli rationes, pro hujus Cycli hypothesebus. Et quidem arbitraria illa Pontificum exemptione factum, ut à suspecto die Nonæ averterentur.

Scet. XX.

Quomodo suspectos dies Romani Veteres à Nundinis averterint.

P p p

Nec



Nec alius erat *Intercalandi* locus, si *Macrobium* audiamus, ab hoc ipso *medio* inter *Terminalia* atque *Merkedonium*. Omni enim *Interkalationi* mensem *Februarium* deputatum fuisse idem Auctor est. Hoc si verum, dies propter *Nonas exempti* ibidem fuerint *intercalandi*. Sic autem, ni fallor, *suppleri* debet potius locus *Macrobii*, quam *emendari*, ad mentem eorum, quorum fidem est secutus, Auctorum: *dummodo eum in medio Terminaliorum [& Regifugii] vel mensis interkalaris ita locarent, ut à suspecto die celebritatem averterent Nundinarum.* Ita quotannis dies *Nonis Nundinalibus eximendis* absumendos *intercalarent* Pontifices post *Terminalia*: Annis nimirum *Communibus*, inter *Terminalia & Regifugium*; Annis autem *Embolimæis*, inter *Terminalia* mensemque *Intercalarem*. Hoc enim ipso loco, etiam sublato *Merkedonio*, intercalabatur dies *Bisextilis*, medio scilicet inter *Terminalia & Regifugium*. Ut facile inde suspicemur eundem illum locum jam olim fuisse in annis *Communibus Interkalationibus* opportunum. Imo hoc ipso loco intercalabatur *mensis Intercalaris* universus. Hoc etiam exemplo *Græcorum* admiserunt *Romani*, quos testatur *Cicero* dies alibi propter Religionem *exemptos* alibi *supplevisse*. Quod scilicet *dies mensesque* suos congruere vellent cum *Solis Luneque* ratione. Sic enim loquitur Orator.

a Cicero in *Verr.*
L. II.

Sect. XXI.
Ann. *Varr.* 586.
Marii XXIX. ce-
rat *Nundinalis*.

Poterant autem dies illo in loco intercalati tam ad *superioris* anni dies *exemptiles* supplendos referri, quam anni etiam *consequentis*. Et quidem, cum anni *sine* intercalarentur, *precedentis* anni damnis potius resarciendis instituti videntur (cujus ipsi pars erant) quam *sequentis*, cum quo nihil quicquam commune habebant pro *Cycli* consilio atque *Kalendarii*. Utunque tamen certum est ad *consequentis* etiam anni rationes promovendas facere dies etiam superioris anni additios. Et huc etiam spectare videntur verba *Macrobii* de *avertenda à suspectis diebus Nundinarum celebritate*. Sed vero quo possit accuratius de *Nundinarum* usu judicari, ex *Historia* horum temporum *Nundinas* existimo esse constituendas. Procedunt enim *Tabulæ* nostræ, quas *Prælectionum Appendici* subjunximus, ex illis duntaxat hypothesebus, quod nihil fuerit in *Merkedoniis* novatum præter ea quæ ibidem exploraveramus, & de quibus *Lectorem* ibi monueramus. Jam autem anno *Varr.* 653. unicum *Merkedonium* abfuisse observavimus à *Plutarcho*. Et fieri potest, ut alii fuerint, vel *exempti*, vel *interpolati*, spatio medio inter *Emilium Paullum & C. Marium*. Ipso autem anno illo



illo Varr. 586. quo *Consulatum* gessit *Emilius*, vii. dierum *Acta continua Urbana* ibidem edidimus, à *Martii* veteris die xxviii. ad diem *Aprilis* veteris iii^m. Deest duntaxat dies unicus ad *Nundinas* integras explendas. Quare si nullæ fuerint his limitibus *Nundinæ*, vel die *præcedenti* fuisse necesse, *Martii* scilicet die xxvii. vel *subsequenti*, *Aprilis* nimirum iv^o. Atqui *Martii* certe die xxvii^o. *Nundinæ* esse non poterant. Sic enim *Aprilis* dies xii^{us}. fuisset etiam *Nundinalis*, quippe qui à *Martii* die xxvii^o. numerabatur *octonus*. Sed vero diem illum, qui *Prid. Id. Aprilis*; feriis *Latinis* constitutum docet ^a *Livius*. Scio a *Liv. L. xlii. c. 19.* quidem illo die non *observatas* fuisse, sed *Prid. Kal. Aprilis*, properante scilicet *Consule* iter in *Provinciam*. Sed ne quidem *constitutus* fuisset dies ille *feriis Latinis*, nisi *feriis* illis fuisset idoneus. Nec idoneus ille *feriis Latinis* censendus erat, si fuisset *Nundinalis*. Erant quidem *Nundinæ feriæ*, & qua *feriæ nefastæ* ante quam lege *Hortensia* fieret ut *fastæ* essent: uti *Rustici* qui *Nundinandi causa* in *Urbem* veniebant *lites componerent*. Sic enim ^b *Macrobius*. Atqui *legem* illam *Hortensio* *Dictatori* tribuit *Pighius* anno *Capitolino* CDLXVI. *Varron.* CDLXVII. multis ante annum, in quo versamur, annis. Hac igitur causa *feriis* illas *Jurisconsulti* alii non accensuerant, ut ibidem idem docet *Macrobius*. Quod scilicet hoc *feriarum aliarum* jure fuissent solutæ. Liberas enim *Juris Actionibus* jusserat *Lex* illa esse *Nundinas*, quales tamen esse non poterant si in illas *aliæ feriæ* incidissent. Poterat quidem *Lex* illa cavere, ne *feriæ* in *Nundinas* lege *Kalendarii* incidentes obstarent quominus *fastæ* haberentur. Sed *conceptivæ* erant *feriæ Latine*, & à libero indicentium *arbitrio* pendentes, quas proinde nihil erat necesse ut in *Nundinas* constituerent; cujus si *oblitus* fuisset *Magistratus*, plus erat certe valitura *Lex* quam annui *Magistratus Edictum*. Itaque *Nundinalis* non erat dies *Martii* xxvii. Nec verisimile est *Aprilis* iv^o. fuisse *Nundinas*, eodem Argumento, quia etiam ipse à *Martii* xxviii^o. numeratur *octavus*. Et si ita se res habuisset; sic *multis diebus* discrepâssent horum temporum *Nundinæ* à *Nundinis* sub *Consulatu Lepidi*. Nam *Lepidianis Nundinis* respondet dies horum *Actorum Martii* xxx. à quo dies *Aprilis* iv^{us}. est v^{us}. Horum ergo dierum aliquem *Nundinalem* fuisse verisimillimum est. Nec tamen illum quem dixi à *Lepidianis Nundinis octonum*, *Martii* viz. xxx. Non equidem urgeo, quod causam *Q. Aufidii mensarii* coram *Prætoribus* actam *Acta* illa testentur. Jam enim olim constituta fuerat



fuerat Lex *Hortensia* (si quidem recte illam ad *Hortensium*, quem dixi, Dictatorem retulerit *Pighius*) qua *Nundinas fastas* testatur factas fuisse *Macrobius*. Et tamen de causis *Nundinantium* legem *Hortensiam* itauisse verisimillimum est, à quibus *aliena* erat Actio illa in *mensarium*, quæ poterat ad alium quemvis diem *fastum* non incommode differri. Sed præcedentem *Martii* xxix^m. his temporibus *Nundinalem* fuisse, res ipsa loqui videtur, qualis in his describitur *Actis*. Hoc enim die nulla legimus *Populi Comitiam*, nulla vel *Senatus gesta*. Cum tamen *Senatui* legitimum fuisse diem *sequentem* eadem prodant *Acta*, cum narrant *Tribuni Plebis* cum *Consule* litem de *Senatu* cogendo, quæ sane locum nullum habuisset in *Nundinis* *Senatui* habendo admodum incommotis. Legimus præterea iv. Kal. *Aprilis*, vel *Martii* die, quem diximus, xxix. *Cauponum rixas*, & *multam Laniorum* *Edicto* *Aedilis Plebei*, quod *carnem vendidissent Populo non inspectam*. Quis non agnoscat hoc in loco *mercatum*, rerumque *Nundinis* gerendarum negotia? Et quidem satis bene respondent rerum gestarum dies in *Historia* memorati, quæ *Nundinis* geri non poterant. *Martii* dies a *Liv. L. XLIV. XV. a XXIV. & XXV. Senatui* legitimos docet fuisse *Livius*. Idem *Prid. Id. b Aprilis* (qui dies erat mensis xii^{us}.) *feriis Latinis* docet fuisse destinatum, quæ tamen die *Martii* xxxi. celebratæ sunt, ut testatur tam *Livius* ipse quam etiam *Acta* à nobis edita. c *Liv. L. XLV. Quod* vero ait *Livius*, vi. Kal. *Octob.* fuisse *Senatum*, vel inde colligitur, male illum, vel hodiernos saltem illius *Codices*, *tempus* constituisse *pugnæ in Perseum* *Emiliæ*, de quo Nos plura in prædicta *Prælectionum Appendice*. Erat, fateor, dies ille *Septembris veteris* xxv. *Nundinalis*. Non autem dies, quem Nos pro eo substituimus, mensis præcedentis *Sextilis* xxv. *Tribuit enim Livius Septembri* ea quæ rectius erant *Sextili* assignanda. Nisi forte *Comitia Nundinis* haberi non posset, *Senatus* autem posset.

Seft. XXII.
Alins quam qui
ab illo numera-
batur oct. xviii il-
lo anno *Nundi-*
nalis esse non
potuit.

Annus hic 586. qua quidem à mense *Martio* censetur, unicam habuit *Nonas* quæ in *Nundinas* incidebant, nempe mensis *Novembris*, proinde *eximendas*. Habuit ergo *November* ille dies tantummodo xxviii. Proximus annus 587. *communis* erat, habuitque etiam ipse *Nonas* unicam *Nundinales*, mensis scilicet *Decembris*, die proinde *unico* mense *Februario*, inter *Terminalia* & *Regifugium* intercalato, compensandas. Erat *Februarius* ille anni *hujus* initio, qua à *Januario* censetur, *superioris* autem 586. *fine*, qua censetur à *Martio*, & complectebatur dies proinde



inde xxix. *December* autem dies tantummodo xxviii. Ita fiet ut *Triumphus Æmilii Paulli* in *Perseum*, quem *Novembris* xxvii. xxviii. xxix. per *triduum* fuisse docent *Fasti Capitolini*, (suffragante etiam in *tridui* numero *Plutarcho*), alienus tamen fuerit à *Nundinis*. Triumphavit etiam proximo die, ipsis *Decembris* *Kalendis*, de *Perseo* victoria *Navali* *Prætor Octavius*, eodem *Capitolinorum* *Faltorum* *Auctore* teste, suffragante etiam *Livio*. Dies erant iv. continui, à *Nundinis* tamen omnes alieni, quæ quidem *Nundinæ* à *Martii* die xxix. anni 586. censentur. Rectissime, cum fuerit, pro nostris illis calculis, dies *Novembris* veteris xxvi. *Nundinalis*. Adde præterea ne quidem diem *Decembris* illius iii^m. esse potuisse *Nundinalem*. Is enim si *Nundinalis* fuisset, etiam *Quirinalia* sequentia *Nundinalia* fuisse necesse erat. *December* enim ille, qui *Nonas* habuit propter *Nundinas* exemptiles, proinde dies complectebatur duntaxat xxviii. Supererant ergo à die illius mensis iii^o. ad eisdem finem dies 25. Addantur dies *Januarii* 29. & *Februarii* 18. Hoc enim *Februarii* die *Quirinalia* fuisse docet *Ovidius*, nempe xii. Kal. *Martii*. Hi dies universi ad 72. confurgunt, qui per 8. divisi nihil reliquum faciunt. *Ambos* ergo *Nundinales*, aut neutrum, fuisse necesse est. Atqui non fuit certe *Nundinalis* dies ille *Quirinalium*, quo de *Gentio* Rege & *Illyriis Anicium* *Prætorem triumphasse* docent *Fasti Capitolini* atque *Livius*. Sed *Quirinalium* alium diem statuunt, ut infra videbimus, *Fasti Capitolini*. Itaque huic Argumento fidendum non est. Atque ex hoc *Æmilii* triumpho diem *Martii* xxx^m. (quem *Nundinis Lepidianis* respondere diximus) hoc certe anno discimus non fuisse *Nundinalem*. Aliter *Novembris* xxvii. (quem *primum* *Triumphum* diem fuisse docent *Fasti Capitolini*) fuisset etiam ipse quoque *Nundinalis*, quippe qui fuerit à *Martii* die illo xxx. (pro illis, quas dedimus, rationibus) octonus. Hinc etiam firmatur superior nostra è *Plutarcho* suspicio, hoc medio spatio inter *Consulatus Æmilii* atque *Lepidi*, aliquid novasse *Kalendarium* *Præfectos* in *Merkedonias* aliter, quam pro *Cycli* lege, intercalandis. *Merkedonios* enim, qui non plenis constabant *Nundinis*, causam fuisse verisimillimum est, cur ipsæ *Nundinæ* hujus anni, atque illius quo *Consulatum* gessit *Lepidus*, invicem non responderint. Ita dies v. tenemus qui non fuerint *Nundinales*. Nempe dies à *Nundinis* i. ii. iii. iv. & vi. Constabit hoc è *Tabula* nostra annorum quibus *primæ Nundinæ* in *Martii* v^m. cadunt & ii^m. Cum *Nonæ* essent propter *Nundinas*



^a Liv. L. XLIII.
c. 16.

^b Liv. L. XLIV.
c. 16.

eximendæ. Etiam anno superiori Varr. 585. quo *inibant novi Censores*, VIII. & VII. *Calendas Decembres Comitiales* fuisse docet Livius, proinde non *Nundinales*. Erant hi *Novembris* illius dies XXIII. & XXIV. à *Nundinali* Novembris die XVIII. (pro nostris Tabulis) V^{us}. & VI^{us}. Sic fiet ut ne quidem *Decembris* anni 587. dies II. & III. potuerint esse *Nundinales*. Restat jam dies *unicus*, idemque à nostro *Nundinali* VII^{us}. Et illum quoque *Nundinalem* non fuisse docet idem Livius. Ait enim *Censores Coss.* anni Varron. 585. *Idibus Decembribus* censum habuisse. Non certe *Nundinis*, cum tanti momenti res gerendæ obstarent, quo minus *Nundinis* vacari posset. Ita, pro nostris hypothesibus, accuratissime. Erant enim *Nonæ* illæ *Nundinales*, & proinde *exemptiles*. Inde factum ut loco *Nonarum* illarum sufficeretur VIII. *Id. Decembris*. Et cum VIII. *Id.* in diem mensis incideret V^m. necesse erat ut *Idus* ipsæ in diem mensis ejusdem inciderent revera duntaxat XII^m. qui tamen, cum *exemptis Nonis*, numerabatur XIII^{us}. Nec sane ulla est suspicio *Merkedoniorum*, hoc, de quo agimus, spatio, qui *Nundinarum* seriem perverterent. Post *Martium* anni Varr. 586ⁱ. ad finem anni 587ⁱ. nullus erat, pro *Cycli* lege, *Merkedonius*, qui vel *omissus* vel *intercalatus* *Nundinarum* ordinem alium induceret. Erat, quidem, fateor, initio anni 586ⁱ. Sed utrovis modo, seu *intercaletur* ille, seu *prætermittatur*; non tamen erunt dies illi anni 585. quos dixi, *Nundinales*. Recte ergo, ni fallor, *horum* temporum *Nundinas* constitui.

Sect. XXIII.
Medio inter
Consules Æmili-
um Lepidumque
spatio duo præ-
termitti fuisse
videntur majoris
formæ *Merkedo-
nii*.

Hæc ergo si ita se habuerint, ut & Consulatu *Æmilii* anno Varr. 586. & Consulatu *Lepidi* anno Varr. 677. *par* fuerit discrimen *Merkedoniorum*, præter *Cycli* leges, *omissorum*; & quidem *Merkedoniorum* sibi quoque invicem *parium*, duorum scilicet utrobique, quorum *major* alter fuerit, alter *minoris* formæ; & tamen *Nundinæ* invicem non responderint, sed uno die discrepârint: Sequitur sane *medio* aliquo spatio inter illos Consulatus, *Merkedoniorum* simile fuisse discrimen, qui etiam ipsi similiter ab *his* discrepârint *Merkedoniis*, ut *Nundinæ* illæ recentiores à *pristinis* diffidebant *Nundinis*, die nimirum similiter *unico*. Poterat id duobus modis contingere; si aut *medio* spatio *ambo* *Merkedonii* *majoris* formæ fuerint aut *minoris*. *Majoris* autem formæ hic fuisse verisimilius est, quod uno die *profectiores* fuerint *Nundinæ Lepidianeæ*, non scilicet *septimæ* à superioribus *Nundinis*, sed *primæ*. Et nescio sane annon hæc causa fuerit, cur præter *majorem* anni confusionis

Mer-



Merkedonium, qui vicem *Bisexti* præstitit in Calendario Romano veteri, proximum præterea annum *Varronianum* 409. *Cæsar* (qui primus erat *Julianus*) fecerit *Bisextilem*. Quasi nimirum adhuc defuisset dies ille ad partem *Solaris Parapegmatis* eandem, unde *Civilia Kalendaria Pontificum* neglectu desciverant. Hoc si verum fuerit; sic dies ille locum habuerit in rationibus ipso *Emilio* vetustioribus, & proinde veriores fuerint *mediæ illæ Pontificum* inter *Emilium Lepidumque* rationes. Et tamen *Æquinoctium Parapegmatis Ciceroni* coævi idem fuisse cum *Juliano* vidimus, *Martii* scilicet *Juliani* die xxv°. Dubito autem an sit propterea de hujus Observationis veritate dubitandum. Nec enim fecit *Bisextilis* ille dies anni 709. ut ab illo ipso *Æquinoctio* dies ille *Julianus* idem *Martii* xxv. propterea discesserit. Idque verum fuisse docent juniores *Julio* Scriptores *Romani*. Sed quo demum loco alterum illum *majoris formæ Merkedonium* intercalârint, aut *minorem* ejus vice suffecerint *Pontifices*, nulla docent Veterum hodierna monumenta. Possemus tamen illud fortassis explorare, si vel *Nundinas* haberemus consignatas, vel dies *Comitiales* aut *Triumphales* satis frequentes, aut *ferias Conceptivas*, aliosve id genus dies à *Nundinis* saltem alienos. Dierum enim *numerum* à datis quibuslibet *Nundinis* ad alium cujuslibet mensis sequentis diem docent ipsæ *Cyclorum* rationes. Sic intelligi poterit quinam dies futuri essent è *datis Nundinis octavi*, & proinde *Nundinales*. Obstant tamen, fateor, dies propter *Religionem exemptiles*, quo minus *situm* debitum à *datis Nundinis* servârint dies mensium *Civilium*. Poterunt tamen hi ipsi dies ad normam redigi, si ad primas *Martii Nundinas* ducatur calculus annorum. *Supplebant* enim quotannis *exemptilium* dierum vices dies mense (ut vidimus) *Februario* inter diem illius xxii^m. & xxiv^m. totidem *intercalati* quot fuerant *exempti*. Nec aliæ occurrebant *Nonæ* ante *Martias*, quæ rursus ordinem perturbarent ita instauratum. Constitutis autem *primis Martii Nundinis*, facile colligetur quinam *sequentis anni* dies essent propter *Religionem exemendi*, illud modo constet, quos dies habuerint *Seculo illo*, de quo quæritur, *Religiosos*.

Nonarum



Sect. XXIV.
Nonæ nullæ
 propter *Nundi-*
nas exeatæ an-
 te ann. *Varr.*
 § 84. Et ne tum
 quidem *Nonæ*
 mensis *Intercal-*
laris. Kalendæ
Januariæ nullæ
 ante *Lepidum.*
 a *Macrob. Sat.*
 L. 1. c. 13.

b Gen. XL. 20.

c vid. Præl.
 Camden.

Nonarum ergo *eximendarum*, siquæ in *Nundinas* incidissent, Religionem à natali *Servii Tullii* arcessit ^a *Macrobius*. Cum enim *Nonis* natum existimarent, nec tamen quo fuisset natus mense constaret; proinde *Nonas omnes celebri* (inquit) *notitia frequentabant*. *Veritos ergo qui diebus præerant, ne quid Nundinis collecta Universitas ob Regis desiderium novaret, cavisse ut Nonæ à Nundinis segregarentur*. Hoc si fuisset verum; ut, ante necem *Tullii* locum habere non potuit; ita *proximis* saltem à nece *Regis* illius temporibus morem illum *Nonarum* à *Nundinis* avertendarum cœpisse necesse erat. Tum enim maxime *metus* erat à *Populo*, cum solium ejus possideret nefarius percussor *Tarquinius Superbus*. Quis autem credat *Natalem* *Regis nuperi* tum fuisse *obscurum*, qui & morem antiquissimum fuisse meminerit *Natalium* observandorum, præsertim ^b *Regiorum*; & morem item fuisse antiquissimum referendorum in *Civitatibus* ^c *matriculas Natalium Civium ingenuorum omnium, nedum Principum?* Locum certe in *matriculis* illis nullam habere poterant sine mense suo *Nonæ*. Plane *juniorum* hæc fuisse videntur, longeque à *Servii Tullii* ætate remotorum de hujus *Regis natali* conjecturæ, non à *Traditionis* cœvæ fontibus oriundæ. *Tarquinius Superbi* indolem compertam non habuerit oportet, qui crediderit *Nonas* singulas à *Populo* observatas in memoriam honoremque *oppressi* à se *decessoris*. Mox autem à *Regifugio* non fuit *Populo* adeo gratum *Regis* vel *nomen*, quam nullum immineret à gente hujus *Regis Tullia* periculum. Tum certe *Regibus* omnibus infensissimi *Populo* erant hoc ipso nomine gratissimi. Inde enim *Valerio Poplicolæ* nomen. Inde *Tarquinius Collatinus Lucretiæ* maritus hac una causa honore erutus quod vel *nomen* habuerit commune cum *Rege*, ipse alioqui *Regis hostis* meritissimus. Inde *Valerii* ædes in *Capitolio* dirutæ, ne *gentis* tantummodo *Tarquiniæ* suspicionem fuisse existimemus. Mitto jam exempla *Manlii Capitolini*, mitto *Spurii Melii*, mitto aliorum quibus abunde constabat quam fuerit apud *Populum* *Regis* nomen odiosum in *Personis* alioqui gratiosissimis. Nec sane quippiam etiam hujus *Regis* memoriam posteris magis commendabat, quam quod fuerit *Populi* studiosissimus & à *fastu Regio* alienus. Suspecti tamen erant etiam *merentium Regum* nimii honores in recenti *Regni* memoria. Estque profecto mirum siquæ fuissent antiquissimis hisce temporibus *Nundinarum* illæ, quas vult *Macrobius*, avertiones; quod post *captam Urbem*, *Senatusconsulto de atris diebus,*



diebus, cujus ipse meminit ^{a Macrobius}, nulla tamen occurrat ^{a Macrobius. Sat. L. 1. c. 16,} mentio *Nonarum Nundinalium*. Hoc omnium antiquissimum est exemplum dierum *atrorum* publico Reipublicæ decreto constitutorum, ob nuperam memoriam cladis acceptæ in pugna cum *Gallis Alliensis*. Nec præter *Alliensem* ipsum diem *alios* pro *atris* habendos esse decreverunt, quam *postriduanos* omnes *Nonarum, Iduum & Kalendarum*. De *Nonis* ipsis nulla adhuc vel levissima suspicio. Et sane *primum* illum fuisse diem *atrum* decreto *publico* exinde colligimus, quod dies *atri* omnes exinde *Allienses* appellati fuerint, ut scilicet lege eadem & Religione tenerentur qua & ille antiquissimus *pugne Alliensis*. Sed nec illi ipsi dies *eximendi* statuuntur, nedum de eo cavit Senatus ut dies alii in eorum locum sufficerentur. Hoc tantum de illis cavit *Senatus* ut neque *præiales*, neque *puri*, neque *Comitiales* essent, nec *fierent* in illis *parentationes*. Locum tamen tenuerunt legitimum in annuis *Kalendaris*. Ita adhuc penitus incognita erat ars illa omnis dierum *avertendorum*, saltem apud *Romanos*. Ego certe hoc ipso *Cyclo*, quo *Consulatum* gessit *Æmilius*, hanc disciplinam *avertendarum* à *Nonis Nundinarum* coepisse arbitror. Idque mihi innuere videtur ipse *Livius*, cum anno *Varron. 584.* observaret, *post Terminalia die tertio Kalendaras* fuisse *Intercalares*. Quasi *rarum* hoc esset, & proinde *Annalium* memoria dignum, quod non *mox* à *Terminalibus* sequerentur, ut solebant, *Kalendæ Intercalares*. Si autem jam *antea* receptus ille mos fuisset, ne quidem *bidui* spatium medium inter *Terminalia* & *Kalendas Intercalares* potuit videri *rarum*, cum etiam *quaternæ* multis annis *Nonæ* fuerint, propter *Nundinas*, sæpe *eximendæ*, & proinde *dies* totidem, qui earum *vicem* supplerent, ibidem fuerint *intercalandæ*. Quin enim *Nonarum Nundinalium* locum impleverint *dies* illi supra *Cycli* normam *Intercalares*, vix patitur *Nos* dubitare *Macrobius*. Sed mensis *Intercalaris Nonas* illis accensitas fuisse plane non existimo. Mox enim ostendemus *mensē illum* illis *Servii* temporibus fuisse recentiorē. Ita nulla potuit esse dubitatio, num ad illius *Nonas Servii Natalis* fuerit referendus. Et ne quidem apud *Veteres* ulla occurrit, quod sciam, mentio *Nonarum Intercalariūm*. Utque fuissent; non tamen certe *ante* illas, sed *postea*, *intercalari* oportebat *dies* in eorum *locum* sufficiendos. Hoc enim, ut videtur, consilio ad *Terminalia* distulerunt *Pontifices*, ut in anni *sine* dies omnes anni præcedentis *exemptiles* una compensarentur. Sed nec ulla his temporibus



a *Macrob. Sat.*
L. I. c. 13.

videtur fuisse Religio de Kalendis Januariis, aut de Nundinis in illas incidentibus. Incipientis enim anni illud fuisse videtur omen. ^a *Macrobius* ubi supra: quotiens incipiente anno dies cepit qui additus est Nundinis, omnis ille annus infaustis casibus luctuosus fuit: maximeque Lepidiano tumultu opinio ista firmata est. Inde manifestum est nullam fuisse Kalendarum Januariarum Religionem antea quam Kalendis Januariis inirent annui Magistratus. Nec enim alio quam illo nomine annus Civilis ab illis incipere censebatur Kalendis Januariis. Diu enim postea à temporibus Decemvirorum, usque ad Reformationem Kalendarum Julianam, idem ut obtinuit Cyclus, sic idem obtinebat Kalendarum Cyclici annui initium à Kalendis Martiis, ut postea videbimus. Antea, fateor, à primo usu anni Lunaris ad Decemviros, à Januario, sed qui situm obtinebat veteris Martii, inibat annus Cyclicus. Sed ne tum quidem ipsis Kalendis Januariis inibat annui Magistratus. Cœpit mos ille anno Varroniano 601. Tam enim certum est Vetustioribus anni initium fuisse à Martio, quam certum est mensium nomina numeris designata, Quintilem, Sextilem, Septembrem, Octobrem, Novembrem & Decembrem, non aliunde quam à Martio fuisse numerata. Tam certum, inquam, quam etiam certum est mensum anni ultimum fuisse Februarium, qui proinde solus pari dierum numero constabat pro Cycli veteris consilio; & quam denique certum est ipsa illa Terminalia ad anni terminum fuisse relata. Proinde ante illum, quem dixi, annum Varr. 601^m. ne quidem locum illa habuit Observatio. Nec tamen verisimile est illam ipsam, antea quam firmaretur, opinionem satis fuisse ut Pontificibus liceret à Nonis Nundinas avertere. Firmam illam opinionem *Macrobius*, ni fallor, Senatus intellexit, qui, post tumultum illum Lepidianum, decreverit, ut darent operam Pontifices ne unquam deinceps cum Kalendis Januariis Nundinæ concurrerent. Nulla enim erat, ut è *Macrobio* ipso constat, Pontificum potestas in Kalendario, nisi quæ ortum debuerit Senatusconsulto. Nec illud antea conditum fuisse verisimile est, quam in Senatu ea firmata esset opinio, quæ illo demum tumultu Lepidiano firmata est. Ita certe dies Calendarum, Nonarum, Iduumque postridianos Senatusconsulto atros factos docuerunt tam ^b *Livius* quam ^c *Macrobius*. Post Lepidi ergo Consulatum cœperit oportet mos ille avertendarum à Nundinis Calendarum Januariarum. Si antea cœpisset, ipso quoque illo anno operam dedissent Pontifices, ne Kalendæ illæ in Nundinas incur-

b *Liv. L. VI. c. 1.*
c *Macrob. Sat.*
L. I. c. 16.



incurrerent. Sic enim certe cavisse docet ^a Dio anno Varr. 714. a Dio L. XLVIII. ne ita contingeret.

Sed vix puto diu obtinuisse morem illum de Nonis omnibus propter Nundinas eximendis. Nimia enim illa visa est potestas, ut quot possent in anno Nonæ esse Nundinales, tot dierum pro arbitrio suo eximendorum jus Pontifices haberent. Certe ut Pontificibus permissam illam Nundinarum avertendarum potestatem docet Macrobius, ita plusquam unius diei potestatem illis permissam non fuisse innuit, quem satis non fuisse jam observavimus Nonis omnibus à Nundinarum celebritate avertendis. Nec sane unquam legimus in anno dies præter Cycli rationes Intercalares quot poterant in anno Nonæ esse quæ in Nundinas inciderent. Quatuor illos fuisse necesse erat quoties in primas anni Nonas Martias Nundinæ quadrarent. Sed quatuor dierum Intercalationem præter Cycli exigentiam in uno anno nunquam legimus. Et quidem tota ratio hujus intercalationis temporaria erat, nec temporis admodum longinqui; tantisper duntaxat dum & Regum Natales agerentur publice, & dum metus esset à Populo ad solennitatem conventuro, ne quid, ob hujus Regis desiderium, novaret. Sed ut serum illum probavimus Servii cultum; ita non admodum diutinum fuisse verisimile est. Nullum certe habemus illius vestigium post ann. Varr. 588^m. Et ne quidem Nonarum, quæ propterea fuerint à Nundinis averfæ. Cesarum habemus quidem Augustorumque Natales in junioribus Julio Kalendariis, ut alibi ^b ostendimus. Servii Natalem qui tunc coluerit, & quidem aliorum, quantumvis bonorum, Regum, habemus plane neminem. Nullus illi locus in Templo Taciti, aut in larario Imperatoris Alexandri, sed nec ullius profus Regis. Nulla horum Natalium mentio in Scriptoribus Historiæ Augustæ, qui tamen sæpe & sedulo exequuntur omina Natalium, captantque omina à similibus decessorum Natalibus, Imperatorum, non autem Regum. Facile inde colligimus jam ante tempora Imperatorum Natales Regum penitus exolevisse, nec jam amplius fuisse celebratos, imo ne quidem fuisse exploratos. Nihil de Regum Natalibus Astronomi Romani, nec Manilius, nec Firmicus, qui tamen de Augusti Natali sub Capricorno mentionem faciunt adeo magnificam. Nescimus sane quæ causa fuerit, quæ tot Seculis à morte Tullii memoriam illius revocaverit, & Populo tam caram fecerit, ut metus esset post ann. Varr. 580^m. ne quid Populus ob ejus desiderium novaret, utque Nonas omnes, cum veras nescirent, Na-

Sect. XXV.
Nonarum exim-
tio propter
Nundinas non
erat diutina.

^b Præl. Camd.
I. II. ad Spart.
Hadrian.



*tal*is hujus nomine *festas* effecerit. Sed ab intervallo tam *longinquo*, quo *verus* ejus *Natalis* extinctus fuerat, utcunque *revocatum*, diutinum fuisse non est verisimile, ut *Kalendarii intercalatione* tam frequenti *Pontificibus* molesta esset. Nec verisimile est *Populo* ipsi *diutinum* fuisse hujus *Regis* à memoria tam *longinqua*, quacunque demum occasione *revocatum*, *desiderium*. Nec rursus verisimile est postquam deflagraverat *Regis* illud in *Populo desiderium*, nec ullus esset amplius eo nomine à *Populo metus*; diutinum fuisse *Pontificum* in *avertendis Nonis Nundinalibus* studium. Ne quidem illud verisimile est, permissum à *Senatu Pontificibus plurium dierum*, arbitrium diutius quam res ipsa illud necessarium faceret.

Sect. XXVI.
Capit, ut videtur, anno Varroniano 583.

a Liv. L. XLIII.
c. 11.

Hujus moris *limites* discimus, ni fallor, è *Livio*. In Actis anni quo *Coss.* erant *A. Hostilius Mancinus & A. Atilius Serranus*, ita scribit: *Hoc anno intercalatum est: tertio die post Terminalia Calendæ Intercalares fuere.* Hic annus erat *Varronianus* 584. cujus *Idibus Martiis* inibant prædicti *Coss.* Sed ad *Terminalia Februarii* præcedentis anni, præcedentiumque *Consulum* spectabat illa *Intercalatio*. Ita quidem, si pro *initio* anni illo anno *recepto* processisset *supputatio*. Sed vel ^a *Livius* ipse, vel illius *Auctor* aliquis, qui *postea* vixerit cum à *Kalendis Januariis* *Consulatus iniretur*, ut *Consulatus præcedentes* necerent cum *sequentibus*, unum utrobique & commune *initium* supponunt à *Kalendis Januariis*. Ita factum, ut ab *initio Januarii* procedant, his quoque temporibus, *annuæ* *supputationes*. Ea, ni fallor, potissimum de *causa*, quod *Cyclus* idem utrobique obtinuerit, tam in *Consulibus* qui *Idibus* inibant *Martiis*, quam in *illis* quoque qui *Kalendis Januariis*, & proinde *anni Cyclici* *modus* idem; & varia fuerint etiam antea *Consulum initia*. Ita fiet ut anni *Intercalares* utrobique respondeant, cum videatur alioqui *Livius* illos in *Epocha Varroniana* *impares* numerare, quos tamen certum est in illa fuisse *pares*, cum à *Kalendis Januariis* procederet *Civilis Kalendarii* *supputatio*. Quid tamen sibi vult *Livius* verbis illis: *tertio die post Terminalia Calendæ Intercalares fuere*? An *exclusis Terminalibus* ipsis diem inde *tertium* fuisse *mensis Intercalaris* *Calendas*, ut *medium* fuerit *biduum*? An potius *extremo utroque incluso*, & *uno* duntaxat *die* *medio*, ut *primus* hujus numeri *dies* ipsa fuerint *Terminalia*, *secundus dies*, quem dixi, supra *Cycli rationes addiditius*, *tertius* denique *Merkedonii* *Kalendæ*? Hoc potius posteriori modo *Livium* intellexerim, ut scilicet hoc in *Historia* dignum *Observatione*



vatione duxerit, quod non hoc anno, ut solebant, *Terminalia* proxime exceperint *Calendæ Intercalares*. Sic enim alibi idem ^a Livius *Sp. Cassium & Posthumium Cominium per secessionem Plebis Consulatum iniisse* tradit. Sequebantur Consules *T. Geganius & P. Minutius*. Tum *M. Minutio & A. Sempronio Coss.* anno *Varr. 263.* ita concionatur *Coriolanus*: ^b *Rapiant frumenta ex agris nostris, quemadmodum tertio anno rapuere.* Unico duntaxat Consulatum pari medio. Ita rursus: ^c *Extractum in tertium annum bellum est Q. Fabio & T. Quintio COSS.* Loquitur de *COSS.* anni *Varron. 289.* de Bello autem quod coeperat sub *COSS.* anni tantummodo 287. Sic iterum de *A. Cornelio Coss.*: ^d *Tertius ab Consulatu Cossi annus Tribunum eum militum Consulari potestate habet.* Annus quo ^e *Consulatum* gessit *Cossus* erat *Varr. 326.* quo autem ^f *Tribunus* erat *militum Consulari Potestate*, ejusdem erat Epochæ 328. Et quidem pro hypothesis ipsius *Livii*, unici erant inter hos duos annos medii *COSS.* Sic ^g *tertio anno post Satricum restitutum Coss.* assignat anni *Varr. 408.* Restitutam autem Urbem illam testatur sub *Coss.* anni *Varr. 406.* Et tertium annum cum *Liguribus* dubio Bello detinebatur. *Q. Minutius* anno *Varr. 563.* anno 561. *COS.* eam Provinciam fortitus. *Liv. L. xxxiv. c. 54.* Et *L. xxxvi. c. 39.* Ita sibi consentaneus est in hoc vocis usu. Et diem *nudiustertium* ita semper intelligunt Scriptores, ut diem duntaxat *hesternum* inter eum & diem de quo agitur, *medium* agnoscant. Proinde unicæ fuerint anno præcedenti *Varr. 583. Nonæ Nundinales*, quarum exemptionem suppleverit hic *dies intercalaris* præter *Cycli* legem unicæ. Mensis scilicet *Novembris*. Recte omnino, pro nostris hypothesis, qui horum temporum *Nundinas* à *Martii* xxix. anni *Varr. 586.* retrorsum supputamus. Sic enim primi anni 583. *Nundinæ* mensis *Martii* in diem illius v^m. quadrarint. Et quidem hoc ipso anno morem illum cœpisse verisimillimum est, quod novitatem illam in *Kalendario Historia* sua dignam *Livius* existimârit.

Supponunt autem (ut hoc obiter observem) hæ nostræ hypothesis, omissum à *Pontificibus* qui anno *Varr. 586.* pro *Cycli* lege debebatur, *minorem Merkedonium*. Omissum certe etiam antea suspicabar. Paulo enim antea utrumque *Merkedonium* plenum jam olim in *Appendice Prælectionum* observaveram. Ut proinde non admodum longinquo intervallo utrumque *Pontifices* prætermiserint. Accessit præterea, quod cum hoc anno *intercalatum*, sed *tertio* demum post *Terminalia die* observârit.

Qq 3.

Livius;

Sect. XXVII.
Merkedonium anni *Varroniani*
 586: ut videtur;
 omissus.



Livius; certe neglectam intercalationem innuere mihi videbatur. Et cum rursus postea anno *Varr.* 588. intercalatum monuerit, sed *postridie Terminalium*; vix certe anno 586. medio neglexisset, siqua fuisset *Intercalatio*, sed Lectorem monuisset num fuissent etiam ibi, & quot fuissent inter *Terminalia* mensemque *Intercalarem* medii dies. Sed fecerunt illa, ut rem ita fuisse tantummodo suspicarer. Hinc autem etiam vera suspicio illa fuisse probatur. Omisso enim illo anni 586. *minoris Merkedonio*, erunt anno 583. unicae, ut dixi, *Nonae Nundinales*, unico proinde, ut docet *Livius*, die intercalari anno 584. supplendae. Si autem *Merkedonium* illum intercalassent Pontifices, *Martii* Nundinae primae fuissent anno 583. mensis ejusdem *Martii* III. Hoc autem die quoties primae Nundinae contingunt, necessario sequebantur tres *Nonae* propter *Nundinas* eximendae, *Maii* scilicet, *Augusti* seu *Sextilis* & *Novembris*, ut e *Tabulis* manifestum est, quod nulla verum fuisse patitur *Livii*

a *Liv.* L. XLIII.
c. II.

Interpretatio. Idem praeterea aliunde colligitur. Docet *Livius* *Comitia Consularia* quibus designati sunt anni 585. Coss. fuisse v. Cal. *Sept.* anni scilicet superioris 584. Hic dies erat

b vid. *Tabulas*
in fin.

illius *Sextilis* xxvi. Atqui pro *Tabulis* quae *Merkedonium* illum intercalatum supponunt, primae illius *Martii* Nundinae in diem *Martii* primum incidissent, ut proinde *Sextilis* xxvi. *Nundinalis* fuerit, nec proinde *Comitalis*. Non ita pro *Tabulis* ve-

c *Liv.* L. XLII.
c. 35.

rioribus *omissi* illius *Merkedonii*. Docet praeterea idem *Livius* *ferias Latinas* anni 583. ipsis fuisse *Calendis Junii*. Est autem hic etiam dies *Nundinalis* pro illis *Tabulis* quae *Merkedonium* anni 586. supponunt intercalatum, quae primas illius anni *Nundinas* in *Martii* diem conferunt III. Non autem pro nostris quae primas *Nundinas* cum die *Martii* componunt v. Itaque verisimillimum est anno illo *Varroniano* 586. nullum fuisse mensem *intercalarem*. Forte ut celerius *Consulatum* iniret *Paullus*. Magistratum enim causa constat corruptum fuisse *Kalendarium*, idque verum agnoscunt quotquot habemus harum rerum *Scriptores*. Et *properatam* illam *Paulli* in *Perseum* Expeditionem *Livii* verba manifestum faciunt. *Omnia*

d *Liv.* L. XLIV.
c. 17.

(inquit) *ut MATURFUS* agerentur, *Belli Macedonici* stimulat cura. Itaque designatos EXTEMPLO sortiri placuit *Provincias*. Addit: *Latinas*, ubi Magistratum inissent, quod per *Religiones* posset, PRIMO QUOQUE TEMPORE, fieri placere. Haec ille e *Senatusconsulto* de illius anni Coss. *Senatui* autem, vix est quod dubitemus, quin obsecuti fuerint *Kalendarii praesides Pontifices*.
Finem



Finem hujus moris verbis, ut opinor, illis designavit Livius: *Inter calatum* eo anno: *postridie Terminalia intercalares* fuere. Hæc ille anno quo inibant Coss. anni *Varroniani* 588. Nec enim poterant *postridie Terminalia* *Calendæ* esse *intercalares*, nisi mos exoleviffet *Nonas Nundinales* exemptas novis intercalariibus *diebus* supplendi; aut saltem eo loco, supplendi. Sed *locum* alium *intercalarium* negat fuisse *Macrobius*, quod sane de temporibus *recentioribus* videtur fuisse verissimum. Alium enim, quos habemus, nesciunt Scriptores. Et anno illo quo *primæ Nundinæ* in diem *Martii* conveniunt *viii^m*. tres occurrunt *Nundinales Nonæ*, *Junio* scilicet, *Septembri* & *Decembri*. Superiori autem 587. quo *Martii* die *ii^o*. *primæ* erant *Nundinæ*, occurrunt saltem *Nonæ Nundinales* unicæ mensis *Decembris*. Utrovis ergo modo *dies intercalares* fuisse oportebat, seu præcedentis anni *Nonæ* exemptæ fuerint *supplendæ*, seu sequentis anni fuerint à *Nundinis avertendæ*. Ita cœperit mos ille anno *Varroniano* 583. defierit autem 588. Satis enim erat hoc tam paucorum annorum spatium ad *Populi* studium in memoriam *Servii* avertendum quo fuerat ad res *novandas* concitatus. Idque *Historia* sua dignum censuit maximus *Historiæ Pater*, quod deinceps more *solito* *Kalendaria* processerint, nullis inde perturbata *diebus* præter *Cycli* legem *intercalariibus*.

Post *Consulatum Lepidi* cœpit *Religio* de *Kalendis Januariis*, quæ fuerint & ipsæ à *Nundinis* amovendæ. Sed *unico die intercalato*, & quidem anno *superiori*, ne *sequentis* anni *Calendæ Januariæ* in *Nundinas* convenirent. Deinde alia *exempta dies* (forte post *Terminalia*) ut tempus ad *Julii Cæsaris* ordinationem competeret. Hoc enim factum anno *Varroniano* 714. testatur *Dio*. Jam consentaneum erat ut *dies Intercalaris* præcederet, & à *Nundinis* *Kalendas* *Januarias* averteret. Nec enim *eximi* oportebat diem ineundis annuis *Magistratibus* solennem. Itaque *avertendus* erat *alio* antea *intercalato*. Is tamen ne *Cycli* rationibus fraudi esset, alium *postea* diem idem *Dio* indicat *exemptum*. Et quidem cum *initium* anni esset à *Januario*, dies post *Februarii Terminalia* *intercalatus* eundem annum affecit ad sequentem usque *Januarium*, & recte adeo *dies intercalaris* præcesserit *exemptilem*. Aliter autem se res habuit cum *initium* esset à *Martio*. Tum enim anni *sine* censebatur *dies* post *Terminalia* *intercalatus*. Itaque ut eodem anno haberentur *dies intercalatus* & *exemptilis*; viceversa *dies*, antea quam *intercalaretur*, erat *eximendus*. Sed *Nonis* omnibus à *Nundinis* aver-

Sect. XXVIII.
Finis eximendi
Nonas propter
Nundinas, anno
Varronian. 588.
a Liv. L. XLV.
c. 44.

Sect. XXIX.
Non tamen
Nonæ omnes
propter Nundi-
nas eximi sole-
bant.



avertendis plane incommoda erat *prævia* illa *intercalatio*. Dies *unicus* intercalatus si *Nundinas* *alias* à *Nonis* *avertisset*; idem tamen, ut dixi, effecisset ut *Nonæ* *aliæ* necessario in *Nundinas* inciderent. Et ne quidem *unus* dies suffecit ut *Nonæ* *omnes* *Nundinales* vitarentur. Ut enim *omnes* vitentur, necesse erat ut *Martii* *vi^o* *primæ* occurrerent *Nundinæ*. Tot ergo *quotannis* post *Terminalia* intercalandi dies erant ut ad *vi^m* sequentis *Martii* diem *Nundinæ* rejicerentur. Sed vero admodum incommoda erat tot *Nonarum* *exemptio*, & ne quidem *Religioni* satis consentanea. *Nonis* certe *Caprotinis* (*Julii* scilicet vel *Quintilis*) festum erat ^a *ancillarum*, diu ante hæc, in quibus versamur, tempora institutum, paulo ante *Urbem* à *Gallis* captam, cujus proinde *Sacra* non erant prætermittenda. Et *Nonis* præterea *Februarii* *ferias* mensium sequentium *indixit* *Rex* *Sacrificulus*. Et *Sacra* adeo illius *Nonalia* memorat ^b *Varro*. Has ergo *Nonas* propter *Nundinas* nunquam *eximendas* fuisse crediderim, ut fuerint fortassis *avertendæ*. Imo *Nundinas* illis potius *viceversa* cessisse *Auctor* *Dio* est. Sic etiam si qua fuerint aliorum mensium *Nonis* annexa *Sacra*. Quod enim *Nonarum* *tutelam* *Deo* *caruisse* canit ^c *Ovidius*, non ita intelligendum est quasi nulla potuerint *Nonis* convenire *Sacra*, ut ex his evicimus exemplis; sed quod non fuerint *omnes* sub *Dei* alicujus *tutela*, ut erant *Idus* *omnes* *sacræ* *Jovi*, *Kalendæ* autem *Junoni*. Neque vero necessarium erat ut propter hujusmodi *Sacras* *Nonas* quidpiam novarent in *Kalendario* *Pontifices*, cum nullus esset illis *metus* à *Populi* *convæntibus*. *Ipsæ* enim *Nundinas* mutabant illæ, ne essent *Nundinales*. Utcunque tamen *Nonarum* omnem (propter *Servii* natalem) *Religionem* *brevi* *intercidisse* *verisimillimum* est; *diu* autem *postea* *coepisse* illam *Kalendarum* *Januariarum*. Certe post *Consulatum* *Lepidi*. Duravit autem post *Kalendarium* *Julianum*. Nec enim anno duntaxat *Varr.* 714. propter *Kalendas* *Januarias* facta est *Nundinarum* *translatio*. Etiam sub *Claudio*, anno *Varron.* 797. *Christi* 44. propter *Sacra* *Nundinas* *translatas* fuisse testatur ^d *Dio*. Sed nusquam occurrit plusquam *unius* *diei* *intercalatio* ut *Nundinæ* transferrentur. *Isque* ipse fuerit fortasse *dies* *interkalaris*, cujus (præter *mensem* *intercalarem*) mentionem observaverat apud *Veteres* ^e *Macrobius*. Ita certe si ad rationes *Kalendarii* *Lunares* *dies* ille spectaret *interkalaris*. Male tamen *Macrobius* à more *juniorum* in *avertendis* *Kalendis* *Januariis* de *Veterum* more pronuntiavit, cum *Nonæ* *omnes* essent

a *Macrob. Sat.*
L. I. c. II.

b *Varro L. L.*
Lib. v.

c *Ovid. Fast.*
L. I.

d *Dio L. LX.*

e *Macrob. Sat.*
L. I. c. 13.



à *Nundinis* avertendæ. Male imprimis collegit unum diem factis fuisse tot *Nonis* avertendis, quod unicum diem apud juniores observasset, cum dies duntaxat unicus esset avertendus. Male deinceps *Februarium* idoneum censuit avertendis anni universi *Nonis*, cum in anni fine esset *Februarius*, quod hunc mensem intercalaribus averfuris sequentes anni dies deputarint *posteris*, cum anni initio propius admoveretur. Male denique apud *Veteres priores* exemtilibus *intercalares* fuisse argumentatus est, cum in anni fine dies essent *intercalares*, quod apud *posterios* ita se res habuerit, cum ab anni *Civilis exordio* non longe distarent.

Sic nullæ fuerint inter *Consulatus Æmilii Lepidique* molestæ *Nonæ*, quæ *Nundinarum* ordinem perverterint. Et *Merkedoniorum* adeo discrepantiam fuisse necesse est, quæ (si qua *Nundinarum* discrepantia hoc spatio fuerit) eam effecerit. Hæc tamen ita fuerit necne, non produnt *Fastorum Capitolinorum* dies *Triumphales*. Primus, post supra memoratos, *Triumphus Sulpicii Galli* Cos. anno *Æræ Capitolinæ* 587. *Varronianæ* 588. X. K. *Mart.* Hoc anno, cum fuerit, ut docuit *Livius*, *intercalatum*, & quidem pro situ ejus in Cyclo, *Merkedonio majori*; is dies fuerit proinde *Merkedonii* xx^{us}. pridie *Nundinarum*, quæ pro *Tabulis* nostris conveniunt diei ejusdem *Merkedonii* xxi. Erat ergo dies à *Nundinis* vii^{us}. Fecit enim dies *intercalaris*, propter *Nonas* superioris anni *Nundinales*, ante *Regifugium* insertus, ut bis numeraretur vi. *Kal.* & proinde ut qui numerabatur x. *Kal.* revera esset xi. Proximus *Triumphus* erat *Fulvii Nobilioris* jam *Proconsulis* anno *Capitolino* 595. *Varroniano* 596. *Cycli veteris* xvi. xii. K. *Sept.* Is dies erat *Sextilis veteris* xix. Proinde *Cycli* 6030. Detrahantur, pro novis, quas hic dedimus, rationibus, 2. Reliqui autem dividantur per 8. eritque dies ille *Sextilis* xix^{us}. à *Nundinis* iv^{us}. Proximus *Triumphus*, cujus diem compertum habemus, erat *C. Sempronii Tuditani* anno *Capitolino* 624. *Varr.* 625. K. *Octob.* Is dies erat *Cycli* 7889. Rejectis 4. & reliquis per 8. divisus, dies erit à *Nundinis* v^{us}. Alius erat præterea *Triumphus Aquillii Proconsulis* anno *Capitolino* 627. *Varroniano* 628. *Cycli novi* 1^o. ineunte, iii. *Idus Novembres*; *Novembris* nempe *veteris* xi^o. Hic dies erat novi *Cycli* 251. Rejectis pro hoc Cyclo diebus 6. & reliquis per 8. divisus, erit rursus à *Nundinis* præcedentibus v^{us}. *Triumphum* porro alium *L. Aurelii Orestis* de *Sardinia*, è *Fragmentis* post *Sigonium* erutis refert *Pighius*, anno *Capitolino* 630. *Varron.* 631.

R r r

Cycli

Sect. XXX
Inter Nundinas Æmilianas & Lepidianas nihil juvant Nundinæ ad explorandos Merkedonios.



^a Plutarch.

Gracch.

^b Gell. Noct.

Att. L. xv. c. 12.

Cycli III^o. VI. Id. Decembris. Nempe tertio demum anno post illius *Consulatum*, quem tenuerat anno *Varroniano* 628. Nempe *Orestem* in Provinciam comitatus fuerat *C. Gracchus* illius *Quæstor* per triennium, ut vult ^a *Plutarchus*. Sed verba ipsius *Gracchi* biennium duntaxat agnoscunt apud ^b *Gellium*. Facile intelligimus inde biennium duntaxat fuisse completum. Reliquerat autem *Orestem* in Provincia *Gracchus* (exercitu nimirum nondum deportato) qui tamen ipse *Tribunatum* hoc anno tenuit superiori *Decembri* initum. Cum autem nullum habuerit in Provinciali *Quæstura* *successorem*; facile inde intelligimus brevi *Orestem* fuisse rediturum. Itaque hoc anno illum rediisse verisimillimum est. Dies autem hujus *Decembris* VIII^{us}. idem erat hujus *Cycli* 1364. Detrahantur 6. & dividantur reliqui per 8. eritque dies à supremis *Nundinis* VI^s. Male ergo ad annum sequentem *Varr.* 632. hunc *Triumphum* retulit *Lidyattus*, quo dictus *Decembris* dies fuisset *Nundinalis*. Exhibet idem Fragmentum *Pighianum* alium *Triumphum* *Q. Marci Regis*, sed jam *Proconsulis*, & proinde anno *Varr.* 637. III. Non. *Decembris*, qui dies erat proinde *Decembris* III. *Cycli* autem 3557. Iterum deducantur 6. & dividantur reliqui per octo, eritque dies à *Nundinis* VII^{us}. Ita *Decembris* illius dies IV. fuerit *Nundinalis*, & proinde etiam dies ejusdem mensis XII^{us}. Ut proinde *Idus* illius, sive dies XIII^{us}. à *Nundinali* I^{us}. Illis autem *Idibus* *Senatum* fuisse docet Fragmentum aliud *Pighianum* anni *Varr.* 637. *Coss.* consignatum. Sed qui *primus* erat pro *Nundinis* *Emilianis*, idem VIII^{us}. fuerit oportet, & proinde *Nundinalis*, pro rationibus *Nundinarum* *Lepidianis*. Nisi ergo *Senatus* *Nundinis* haberi potuerit; hic certe Argumentum habebimus, nondum loco unius *Merchedonii majoris* suffectum fuisse *minoris* formæ *Merchedonium*, qui tandem effecerit ut *Kalendis* *Lepidi Januariis* *Nundinæ* convenirent. Imo jam ante hunc etiam annum *Merchedonium* unum *majorem* suppleverant, nondum exempto *Merchedonio minori*, ut è *Plutarchi* *Mario* jam observavimus. Est porro aliud exemplum ipsius *Marii*, qui ipsis illis *Kalendis* ^c *Januariis*, quibus 2^m. inivit *Consulatum*, de *Fuzurtha* Rege triumphavit. Is annus erat *Varr.* 650^{us}. & proinde in diem *Cycli* illius 7978. inciderunt *Kalendæ* illæ *Januariæ*. Subtractis 6. reliquis autem per 8. divisus, dies ille erit à *Nundinis* postremis IV^{us}. Non tamen inde discimus quæ fuerint hoc tempore *Nundinæ*, aut *Merchedoniorum* intercalationes. Habet præterea ^d *Reynesius* *Inscriptionem* *Dedicatam* XIV. K. *Junias*, *C. Claudio*

^c *Sabyt.* *Bell.*
Jug. c. 114.


^d *Reynes.* *Class.*
s. 288.



§ M. Perperna COSS. - Hic dies erat *Maii* xix. anni *Varron.* 624. *Cycli* xx. Dies ergo erat *Cycli* 7403. Subtractis 4. reliqui erunt dies 7399. His autem per 8. distributis, erit dies à *Nundinis* vii^{us}. Minus tamen certum an *Dedicationes* propter *Sacra* fuerint à *Nundinis* amovendæ. Sed erant præterea eorundem nominum COSS. C. *Claudius* & M. *Perperna* anno *Varr.* 662. Hunc ad annum si dies prædictus referatur; erit à *Nundinis* *Æmilianis* v^{us}. à *Lepidianis* iv^{us}. Erant & alii ante mortem *Crassi* Oratoris dies *Triumphales*, L. *Cornelii Dolabellæ* anno *Varron.* 656. v. K. *Feb. T. Didii* jam *Procos.* anno *Varr.* 661. iv. *Id. Jun.* & *Licinii Crassi* eod. anno *Varr.* *Prid. Id. Jun.* omnes à *Nundinis*, pro utrisque hypothefibus, alieni diebus scilicet post *Nundinas* *Æmilianas* iii. iv. vi; quique adeo nihil infervant ad probandum quæ forma *Nundinarum* illis annis obtinuerit. Alia ergo expectanda illorum temporum monumenta, quibus de *mediis* inter *Æmilium Mariumque* intercalationibus statuatur accuratius. Nihil enim profunt hic *Eclipses*, & ipsæ minus certæ, nec certis Romani *Kalendarii* veteris diebus consignatæ.

Itaque procedent hæc recte, si quidem *Fastos* ipsos *Consulares* integros habeamus; nec ullus sit hucusque in *Historiæ Romanæ* *Chronologia* hiatus. Quo minus autem aliquem fuisse suspicemur, ab hoc, in quo versamur, *Æmilii* *Consulatu*; facit egregium illud monumentum *Fastorum Capitolinorum*. Quamquam enim in eo multi sint hiatus; anni tamen *Urbis* *Conditiæ* *Triumphis* annexi intervalla confirmant *Fastorum* integriorum, ut fuerint etiam ipsa *mediorum Consulum* nominibus, pro *Auctoris* mente, supplenda. Respondent etiam intervalla *Plinii* aliorumque *Auctorum* accuratorum, qua quidem licet per *Librarios*. Nec enim discrepat hoc spatium supputatio *Varroniana* ab aliis quibuscunque *Veterum* supputationibus. Nec ulli sunt hoc spatium suspecti *Consules*, seu *inserendi*, seu *omitendi*. Præcipue autem horum *Temporum* integritas è *Censurum* *successione* fortasse constabit; quæ ita ipsi *Historiæ* innexa est, ut minus pendeat à *Librariis*. Erat enim *Censura*, his temporibus, sine dubio *Quinquennalis*. Et quidem ita ut ne quidem licuerit in *mortuorum* loca alios sufficere, qui *medio* *Quinquennio* facti potuerint pro novi *Quinquennii* initio haberi. Vera autem horum *Quinquenniorum* *Censualium* initia è *recentioribus* *certioribusque* antiquiorum *Temporum* vestigiis habemus explorata. Nempe è *redituum publicorum* locationibus, quæ semper erant *Quinquennales*. ^{a Liv. L. iv. c.} *Censurum* enim fuisse ma-

Sect. XXXI
Nullum esse
post Consul:
tum *Æmilii* a
Varr. 586. ii
Historia Ro
mana anni de
fectum proba
tur è *Quinquennis* *Censuris*.



nifestum est illas *locationes*. *Lustris* enim integris *vestigalia* redimebant *Publicani*, è quibus *lustris* oriundæ erant juniorum *Indictiones* è tribus istiusmodi *lustris* conflatae. Sed vero *Indictionum* *lustra* cum *quinquenniis* concurrunt Epochæ *Varroniana*. Ita *Indictiones* illæ quæ incipiunt à tempore majoris *Theodosii*. Ita antiquiores illæ quæ à victoria *Constantini Magni* in *Maxentium* anno *Æræ Christianæ* 312. Ita & illæ quoque omnium antiquissima quæ ab initio *Belli Civilis* inter *Cæsarem* & *Pompeium* arcessuntur, annoque proinde *Varroniano* 705. quas è *Numis Antiochenis* jam supra observavimus, & *Scriptoribus Antiochenis*. Et sane *Quinquenniis* illius Epochæ *Varroniana* conveniunt *Censuræ* initia, quæ quidem habemus è bonæ fidei monumentis explorata. Proximum post *Consulatum Æmili* *Quinquennium* in *Æra Varroniana* erat anno illius *Æræ* 590. Et sane sub *COSS.* illius anni (qui *Æræ Capitolinae* 589. est) *Censores* agnoscunt ipsi illi *Fasti Capitolini* ipsum *L. Aemilium Paullum* & *Q. Marcium Philippum*, qui etiam *Lustrum fecerint* *LIII*. Etiam anno suo 594. qui *Varronianus* erat 595. novos habent *Censores* iidem *Fasti Capitolini*, *P. Cornelium Scipionem Nasicam* & *M. Popillium Lænatem* *Lustrum* conditores *LIV*. Et quidem superioribus *proximos* fuisse docet ^b *Plinius*. Gesta quidem horum *Censuræ* sub *sequentis* anni *Coss.* refert ^c *Plinius*. Sic tamen ut hoc etiam anno in *Censura* fuisse doceat idem ^d *Plinius*, *Varroniano*. Urbis enim *Condita* tunc numerat annum 595. cum *Horologium* hi *Censores* restaurarent, ipse Epochæ *Varroniana* observantissimus. Et proximo quoque *Quinquennio* Epochæ suæ 599. *Varroniana* 600. *Censores* refert *Fastorum Capitolinorum* *Auctor* *M. Valerium Messallam* & *C. Cassium Longinum*, qui etiam *Lustrum* *LV*. fecerint. Et quidem *decennium* fuisse medium inter hanc *Censuram* eamque quam gessit *Q. Marcus Philippus*, tradit ^e *Plinius*. Ita arcte invicem cohererent hæ *Censuræ*. Quod ergo tunc *Consulem* appellent *Scipionem Nasicam* ^f *Appianus* & ^g *Velleius*, male factum. Rectius, ni fallor, apud *Velleium*, vel *Consularem* reposuerimus; vel *bis* *Consulem*, ita scilicet ut eum designaverit qui *bis* *Consul* fuisset, jam autem duntaxat *Consularis*. Facile *Consulis* & *Consularis* discrimen nescire potuit *Appianus*. *Cæpionis* nomen pro eo repræsentavit è *Velleii* *MS^o*. *Rhenanus*. Proculdubio culpa *Librarii*. Exempli autem passim occurrunt quibus *bis* *terve* *Consul* censetur, non qui *tum* *Consul* fuerit, sed qui *totidem* *Consulatibus* functus fuisset. Hic sane integriora habemus


b *Plin. N. H.*
L. VII. c. 60.
c *Plin. N. H.*
L. XXXIV. c. 6.
d *Plin. N. H.*
L. VII. c. 60.

e *Plin. N. H.*
L. XVII. c. 25.

f *Appian. L. I.*
Civil.
g *Vell. L. I.* c. 15.



habemus Marmora *Capitolina*, & proinde certiora, his, quæ dixi, *Quinquennis* consentanea. Et postea etiam occurrunt ejusdem *consensus* vestigia. Anno certe *Capitolino* 644. *Varroniano* 645. invitus fere novorum *Censorum* initia agnoscere cogitur *Sigonius*. In anno *Capitolino* 664. *Censuris* utriusque nomen magna ex parte legitur. Idemque *initium* firmat duobus in locis ^a *Plinius*, qui annum eundem 665. utrobique numerat. Pro Epochâ nimirum quam ille semper sequitur, *Varroniana*. Suffragatur ^b *Plinio Solinus*. Cæterum hoc eodem *Quinquennio* novos *Censores* exhibent *Fasti Capitolini* Coss. anni *Capitolini* 667. *Varroniani* 668. Et quidem alterius *Consulis*, alterius item *Censuris* literis integris. *Censores* hoc anno referuntur *L. Marcius Philippus* & *M. Perperna*, quibus *lustrum* etiam tribuunt *Sigonius* & *Pighius*. Recte nimirum illi, si quidem hoc anno illi *Censores* fuissent. *Censum* enim ab his collegis actum esse testantur *Veteres* fere quotquot eorum meminerunt, ^c *Cicero*, ^d *Valerius Maximus*, ^e *Plinius*, ^f *Dio*. Atqui *Censum* hujus *Lustris* eo anno factum fuisse tradit in *Eusebiano Chronico Hieronymus*, quo *Sulla* expugnavit *Athenas*, quem Nos *Urbis Varron.* 667. fuisse alibi ^g probavimus. Proinde ante annum 668^m. quo novos illos *Censores* intrudit *Auctor Fastorum Capitolinorum*. Est ergo merito cur fidem *Auctoris Capitolini* hoc in loco suspectam habeamus. Præsertim cum is idem *priores* quoque illos *Censores* hoc eodem *Quinquennio* repræsentârit. Et *Suetonii* fidem, ut videtur, secutus est in *Census* tempore *Hieronymus*. Et ad annum potius *Varron.* 670. referendi erunt *Censores* illi *posteriores*. Postea *Censuram* aliquantisper *intermissam* esse docet ^h *Cicero*, ejusque *Scholiastæ*. Sed primo *Crassii* & *Pompeii* *Consulatu*, qui annus erat *Varron.* 684. *Censores Gellium* & *Lentulum* fuisse docet *Plutarchus*. Nihil autem habet è quo tum demum *Censuram iniisse* possit colligi. Imminutos à *Sulla* *Censores* nusquam, opinor, legimus præterquam in recentiori *Scholiastæ Ciceronis* edito à *Gronovio Vulcatio* forte *Gallicano*, cujus testimonium his de rebus non magni faciendum est. Non est ergo cur hoc demum anno à *Pompeio* restitutos arbitremur. Porro anno *Varron.* 690. novos fuisse *Censores* testatur *Dio*. Quod autem novos *Censores* ante hoc *Quinquennium* elapsum, anno *Capitolino* 692. *Varron.* 693. creatos volunt *Sigonius* atque *Pighius*, non tamen quod volunt evincunt. Hoc unum probant, anno *Varr.* 693. *Censum* factum, & 694. *Lustrum* fortasse conditum, quæ satis commode de supra dictis



anni 690. *Censoribus* intelligi possunt. Dixerat enim *Dio Censores* illos illo anno factos nihil egisse, impediens eos in legendo *Senatu Tribunis Plebis*, timentibus ne *Senatu* ipsi eji-
cerentur. Nempe tamdiu impediisse quamdiu essent qui sibi à *Censoribus* metuerent *Tribuni*, quales per *Quinquennium* inte-
grum fuisse nihil est quod suadeat. Nec sane quicquam ha-
bet seu *Dio*, seu *Cicero*, quod *novos* illos fuisse qui *Censam* ege-
runt *Censores*, aut illo demum anno *Varr. 693.* factos, evincat. Nec reperiunt *Viri* in *Historia Romana* versatissimi *Consulares*,
qui hoc demum anno *Censores* creati potuerint. Longe ita-
que verisimilius est hujus tandem anni *Tribunos Censoribus* mi-
nus *inensos* proinde non intercessisse quo minus *Censura* proce-
deret. Hoc enim solum voluit monere *Dio*, non *priori* solum
Quinquennio, sed *hoc* etiam, *impeditos* fuisse à munere *Censores*.
Quod satis verum erat si non ante *tertium* tandem *Censuræ*
annum muneri suo obeundo se accinxerint. Proximos *Censores*
anno *Capitolino 698. Varroniano 699.* tribuunt *Fastorum Con-*
ditores. Cur ita vero? Nempe quia *COSS.* sub quo rediit,
Marcellino anni *Varr. 698. Cicero* ita scribit: ^a *Ego me à Pom-*
peio legari ita sum passus, ut nulla re impediret, quod ne, si vellem,
mibi esset integrum, aut, si Comitia Censorum proximi Consules ha-
berent, petere posse &c. Proinde anno *Varroniano 699. Comitiam*
Censuram expectarit. Et quidem eo anno quo nondum ^b *Con-*
sulatum adeptus erat, qui per tot annos *repulsam* tulerat, *L. Do-*
mitius Ahenobarbus. Is autem *Consul* erat anno *Varron. 700.*
Anno vero *Varron. 700.* quo *Candidatus* erat *Messalla*, sequen-
tis anni *701. Consul*, de *Censoribus* ita loquitur ^c quasi *jam* *con-*
stitutis. Sic ille *iv. Kal. Maias*. Quærit enim ab *Attico*, num
censum impedirent *Tribuni diebus vitandis*, totaque de *Censura* quid
agerent, quid cogitarent. Rursus: *Perscribe ad me* (inquit) *quid*
primus dies, quid secundus, quid Censores &c. *Censores* certe
jam fuisse supponit, à *Tribunis* autem *diebus vitandis* impe-
ditos quo minus *munus Censorum* exercerent. *Inibant* autem
Censores annis *quinis Varronianis*, cum *paria* cum *Quinquenniis*
Varronianis facerent: Et *iisdem annis* quibus *habita* fuerant *Co-*
mitia Censoria. Proinde *jam annos mutasse* constat, ut anno
antea quam *Quinquennia* finirentur, *inirent*. Pro hoc exem-
plo etiam anno *Varron. 704. Censores* creatos fuisse tradit *Dio*,
Appium Claudium & L. Pisonem, quem etiam *Pisonem* sub se-
quentibus *COSS.* *jam Censorem* memorat *affinis* ejus ipse *Cæsar*.
Proximos *Censores* anno adhuc magis *alieno* recenset *Fragmen-*
tum

^a ad *Attic.*
L. iv. Ep. 2.

^b *Cicer. ib.* L. iv.
Ep. 8.

^c *Cicer. ib.* Ep.
9. 11.



tum *Collotianum*, sub *COSS.* anni *Varr.* 712. Temporibus jam Reipublicæ perturbatissimis. Hisque respondent *Censores* ultimi *privati* quos anno 732. testatur fuisse *Dio*. Utcunque tamen fracta *Censuræ* dignitate, & *Censorum* Potestate imminuta; adhuc tamen temporis legitimi vestigium habemus in illa *morum* Præfectura, quæ nomine alio tantundem valebat quod ipsa *Censura*. Hac enim *Augustum* ornatum anno *Varron.* 725. è *Dione* manifestum est. Hæc itaque *Augusti Censura*, & hujus ævi *lustra Indictionesque* cum *vetustiorum Censorum lustris* conveniant. Nullum certe his temporibus *hiatum* fuisse verisimillimum est, qui nisi integri *Quinquennii* nullus esse potuit quin è primarum ultimarumque *Censurarum* commissione appareret. Erratum quidem in ætate *Pompeii* docet ^a *Velleius* integro *Quinquennio*. Idem tamen monet *facilem* fuisse, nec proinde *dubiam*, ab *Atilio & Servilio Coss. annorum digestionem*. Itaque docet ab illis saltem anni *Varron.* 648. *COSS.* ad suam usque ætatem nihil fuisse cur de *Fastorum* fide dubitaretur.

Non est tamen dissimulandum esse nihilominus è contra quæ hoc etiam *spatio* unius anni lacunam suspectam faciant. Annos *Seculares*, hoc certe tempore, certo annorum circuitu observabant *Romani*. Imo 110 annorum, recentioribus his temporibus, illum fuisse circuitum docent monumenta fide dignissima. Imprimis *Quindecimvirorum* *Commentarii*, quorum meminit *Censorinus*. Tum etiam *Fasti Capitolini* qui *Ludos* etiam *Seculares* exhibent, pro hypothesebus *Quindecimvirorum*, ut testatur *Onuphrius*. Sed & *Oracula Sibyllina* à quibus præcipiebantur, si quidem fides *Zosimo*. Denique *Edictum Augusti*, & *Carmen Horatii* *Seculare Augusti* jussu cantatum, ut docet *Censorinus*, & *Horatii* *Interpres Acron*. Hi certe *horum temporum* testes sunt locupletissimi, omnique exceptione majores. Saltem de *Ludis Secularibus* ab *Augusto* restauratis, qui aliis *Secularium ludorum* modis planè non respondent. Hos autem *Augusti* *Seculares* *ludos* *COSS.* anni *Varr.* 737. assignant omnes qui eorum mentionem fecerunt, nemine refragante: *Fasti prædicti Capitolini* ipsa illa ætate sculpti: *Censorinus*, *Dio*, alii. Et tamen anno *Capitolino* 627. (qui *Varronianus* erat 628.) *ludos* præcedentes *Seculares* assignant *Quindecimviri*, assignant *Fasti* etiam *Capitolini*. Deesse hic manifestum est annum *unum* ad numerum illum explendum quem edixerat *Augustus*. Sic inter *COSS.* anni *Varr.* 628. & 737. par etiam *unum* *Consulum* *Fastis* deesse consentaneum.

Sect. XXXII.
In ludis suis Secularibus Augustus annum unum dedita opera omisit.



neum est, si quidem ludos accurate, pro suis etiam rationibus, observarit Augustus. Censet Onuphrius unum ab Augusto annum *dedita opera* fuisse prætermisum, ut scilicet nova, quam ipse tunc usurpatam publice censet, *Epocha Varroniana* 737. numeraretur annus *ludorum*, ut in priori *Epocha Capitolina* annis 297. 407. 517. 627. numerabantur à *Quindecimviris*, ut scilicet *Decadis* anno VII. celebrarentur. Sed ipso illo *Augusti ævo* vixit Auctor *Fastorum Capitolinorum*. Et *Epocha publica*, si qua talis fuisset, designaturum fuisse verisimilimum est Fastos in usum publicum consignatos, quam tamen *aliam* usurpavit à *Varroniana*. Ad hunc certe ipsum ludorum annum 736. processit *Tabula Capitolina* IV^a. eademque ultima, ut nos docet *Onuphrius*. Inde intelligimus tum vixisse *Tabularum Auctorem*; nec ultra, cum opus primum moliretur, voluisse procedere. Reliqui ad *mortem Augusti* *Consules*, loco à *primi Conditoris consilio alieno*, additi sunt. Ut facile inde colligamus, illos præter *primarium Operis consilium* fuisse subjectos, vel ab ipso forsitan *Collectore*, vel à *Posteris*. Sunt enim spatio illo quod *primis Tabulis ludis duntaxat* *Secularibus* destinatum fuerat. Imo post *Sullæ tempora* *characterum* formam *aliam* observarunt *Fastorum* *descriptores*. Ita fiet ut *primus Fastorum conditor Varroniana Epochæ* ne quidem *inventæ* vixerit. Ea tamen *Epocha postea recepta* ludos *postremos* designarunt *Fastorum continuatores*. Hoc nos docet *Onuphrius*. Et sane *recentioris* manus in *iisdem Tabulis* manifesta sunt vestigia. Nihil est quod dubitemus quin huic fuerint *imputandi ludi Domitiani*, nomenque illius *Principis* primo *insculptum*, tum deinde *erasum*; sic tamen ut *literarum apices* etiamnum apparerent. Eidem rursus *imputandum* nomen *M. Antonii Triumviri* similiter *erasum*. Hinc etiam fortasse colligi posset *primam Fastis hisce manum* *adnotam*, *multis* ante ludos *Seculares annis*, etiam *antea* quam *damnaretur Antonius*. Hinc rursus colligimus, qui annus 110. à ludis superioribus numerabatur ab *Augusto*, eum 109. *juniorum* aliquo errore fuisse numeratum. Docent enim hæ ipsæ *Augusto* *coævæ Tabulæ*, quo pacto *supputarit Augustus*. *Dedita* ergo *opera* ita numeravit *Augustus*, vel *coævi* *Augusto* *Quindecimviri* qui *ludos* *hosce* *procurabant*, ut scilicet *terminum* *numeri utrumque* *includerent*. Sic enim eodem *Augusti* *Seculo*, pro IV^o. quoque anno, III^o. *Bisextum* *intercalabant Pontifices*. Quod scilicet III^m. illum annum IV^m. numerarent, *accensito* *priori*



priori anno *Bisextili*. Sic etiam *Tacitus* ludos *Claudii* anno *Varr.* 800. anno post *Augusti* ludos anni *Varr.* 737. 64°. tamen anno fuisse censet. Quod similiter verum esse non potuit, nisi terminis *ambobus* inclusis. Pro eodem exemplo quo *Livium* numerasse supra ^a probavimus. Non ergo alium, quem ^a 5. 26. nescimus, annum accensuit *Augustus* ut 110^m. compleret; sed novo numeravit duntaxat exemplo. Quod scilicet ipse terminum *utrumque* incluserit, quorum *alterum* tantummodo supputaverant priorum ludorum *Secularium Auctores*.

Difficilius aliud Argumentum est, quod nondum reperi ab ^{Secl. XXXIII.} Eruditis observatum, de ipso anno quo *Consulatum* gessit *Emilius*. Hoc enim certe anno, & quidem postea quam ^{Anno Varr. 586, non superiori 585, Consulatum gessit Emilius.} debellatum *in Macedonia*, *C. Popilius Lenatem* ab *Aegypto Antiochum Epiphanem* testatur arcuisse ^{b Livius.} Et quidem III. Non. April. hujus ejusdem *Consulatus* missum ad *Bellum inter Reges Syriae & Aegypti componendum*, *Livio* suffragantur etiam *Acta Urbana* à Nobis edita in *Prælectionum Appendice*. ^{b Liv. L. XLV. c. 10. II. 12.} *Conventus* deinde à *Popilio Antiochus* ex *Aegypto* recessit. *Discessumque* ejus anno *Seleucidarum* 143. statuit *Auctor Libri* ^{c I Macc. I. 21. Joseph. Ant. L. XII. c. 7.} *Maccabaici* prioris. *Ad* dantur illi anno *Varron.* 442. Eritque annus ejusdem Epochæ *Varr.* 585. Desinet enim annus ille *Seleucidarum* hoc anno, quem dixi, *Varroniano* 585. seu pro prioris *Maccabaici* rationibus annus à *Nisan*, seu pro posterioris à *Tisri* potius, inire censeatur. Neutro certe modo quicquam habet cum anno *Varron.* 586. commune. Hoc si verum esset, quærendum deinceps esset num aliqua fuerit *Eclipsis Lunæ* superiori anno, quæ in *Macedonia* videri posset, noctis parte prioris *Sept.* III. pro forma anni *veteris*. Hic idem dies, si nulli defuissent *Merkedonii*, fuisset *Augusti Juliani* XXIV. Inde ad diem *Jun. Juliani* XXI. anni 586. quo veram *Lunæ Eclipsim* agnoscunt omnes, menses erant, ne quidem pleni X. quo spatio *Eclipsim* aliam ne quidem esse posse demonstravit *Ptolemæus*. Sin autem unus defuerit, ut nos volumus, *majorque ille, Merkedonius*; sic *Augusti Juliani* die fuerit 1^o. Quod si & *minor* fuerit prætermisus; *Julii Juliani* die contigerit X. Ab hoc die *posteriori* longe aberat *Plenilunium*. Et ne quidem *Augusti Plenilunium* erat *Eclipticum*. Fieri ergo nequit ut hoc anno *Varron.* 585. *Perseum* debellârit *Emilius*. Idem etiam aliunde vincimus. ^{d Liv. L. XLV. c. 11. 12.} *Constat* è ^d *Livio* hoc anno quo *legationem* obiit *Popilius*, *convenisse* inter se fratres *Ptolemæos* primum sponte sua, cum *animum Antiochi Epiphanis* majorem adjuvantis *utrique* suspectum haberent.



^a Euseb. Chron. Amit. Ed. 1658. p. 6. Gr.

haberent. Tum deinde à *legatis* in concordia confirmatos. Illo ergo anno fuit *Popilii legatio*, qui *commune* fratris utriusque *Regnum* proxime præcessit. Hunc autem *annum* docet Nos Auctor horum temporum peritissimus atque accuratissimus *Porphyrus* aureo Fragmento à *Scaligero* edito in *Græcis*, quæ appellat *Scaliger*, ^a *Eusebianis*. Utrique fratri *Ptolemæo* tam *Philometori* quam *Euergetæ* annos tribuit in universum 64. Et quidem ita ut horum 35. *majori* fratri *Philometori* assignet, reliquos *Euergetæ*, in quo suffragatur illi *Canon* horum temporum accuratissimus *Astronomorum*. Cum vero invicem interpolentur utriusque fratris anni, quo pacto internoscendi, solus nos docuit illo in fragmento *Porphyrus*. Nempe annis xi. solum regnâsse dicit, & sine æmulo *Philometorem*. Atqui certum est de x. duntaxat annis completis, xi^o. autem duntaxat inchoato, numerum illum intelligendum esse. Ita scilicet, ut xi^m. Regni annum *solus* attigerit. Cum enim *ambobus* annos, ut dixi, 64. assignet; *Euergetæ* tamen annos tribuit in universum 54. illis nimirum *inclusis* quos habuit cum fratre *communes*. Itaque ab anno x^o. fratris completo is debet inire numerus. Et tamen annus Regni xi^{us}. *Philometori* accensetur, quod *Thoth* xi^m. attigerit, & *Euergetæ* proinde annus i^{us}. à *primo* ejus *Thoth* supputatur, qui erat ab initio *Philometoris* xi^{us}. Hanc enim methodum in *Epocha Nabonassarea* obtinuisse nostra *Dissertationum Cyprianicarum Appendice* probavimus. Proinde à *Thoth* anni *Nabonassarei* 568ⁱ. inivit annus i^{us}. hujus *Ptolemæi Philometoris*. Nempe ab *Octob. Juliani* die vii. anni *Varroniani* 573. Ita certe supputare videtur ^b *Ptolemæus*, cum *Eclipsim* Lunarem *Phamenoth* die xxvii. anni *Nabonassarei* 574. cum hujus *Ptolemæi Philometoris* anno componit vii^o. Is dies *Phamenoth Aegyptiaci* idem erat *Aprilis Juliani* dies *ultimus* anni *Varroniani* 580. quo jam adhuc decurrebat illius Regni annus vii^{us}. ad *Octobris* usque diem v^m. Sic anno *Nabonassareo* 578. *Octobr. Juliani* v. cœperit annus ejusdem Regni xi^{us}. Anno scilicet *Varroniano* 583. Hoc ergo anno *Varroniano*, vel *sequenti* forte *ineunte* 584. primam Expeditionem in *Aegyptum* fecerit *Antiochus*, qua diadema *Philometoris* ab *Antiocho* ademtum testatur *Porphyrus*. Imo anno *Varr.* 583. quo *CONS.* fuit *Licinius*, exeunte, postquam victus esset à *Perseo* *Licinius*, Bellum *Philometoris* in *Antiochum* fuisse testatur cœvus *Polybius* Excerpt. Leg. 69. 70. 71. 80. 81. 82. 85. Inde *Ptolemæum* *Euergetem* cum *sorore* ipsi sibi præficiunt *Aegyptii*. Sed quia xi^{us}.
Philo-

^b Ptol. L. vi. Mag. Construct. c. 5. p. 142.



Philometoris Thoth inceperat antea quam iniret *Evergetes*; ideo annum sequentem *Philometori* imputant, *Thoth* autem qui ab initio *Philometoris* erat XII^{us}. *Evergetæ* tribuunt, primumque ejus annum inde numerant. Ita factum ut annum *Philometoris* XXXVI. non primum, sed XXV^m. numerarit *Evergetes*. Non quidem pro ea numerandi methodo, qua anni *Evergetæ* 54. numerantur, qui vere à primo ejus initio numerantur, quo primum annum cum *Philometore* fratre communem habuit; sed pro recepto apud *Ægyptios* more annos Regni à *Thoth* potius primo arcessendi. Tempus autem quo *Ægypto* pulsus est *Antiochus*, ita designat *Porphyrus*: διώξαντες Ἀντίοχον ἐρύσαντο τὸ Φιλομήτρεα, καὶ ἐχρημάτισεν αὐτοῖς Φιλομήτορα 15, Ἐυεργέτα δὲ ἐν. Reponendum: Ἐυεργέτα δὲ ἐ. Ut scilicet quinarium notam ε̄ Librarius corruperit in ἐν. Ita enim scribendum, si ab anno demum *Philometoris* XI. initium *Evergetæ* arcessatur, quod jam ex ipso *Porphyrio* faciendum ostendimus. Hinc ergo colligimus, anno *Philometoris* XV^o. *Ægypto* discessisse *Antiochum*, si quidem proximus ab illius discessu annus, idem fuerit *Philometoris* XVI^{us}, *Evergetæ* autem V^{us}. Sed vero XV^{us}. *Philometoris* *Thoth* inibat anno *Nabonassareo* 582. *Varron.* 587. *Octob. Julian.* IV. Hoc ergo anno, ut videtur, *Ægypto* cessit *Antiochus*. Nec incommode mors hujus *Ptolemæi Philometoris* statuitur ab Auctore primi *Maccabaici*, inter annum *Seleucidarum* 165. quo venit in *Alexandrum* *Demetrius*, I *Mac.* X. 67. & successionem *Demetrii* anno ejusdem *Epochæ* 167. I *Mac.* XI. 19. *Medius* ille annus erat *Seleucidarum* 166. qui anni *Varronianis* 442. juncti annum efficiunt *Epochæ Varronianæ* 608. quo exeunt anni XXXV. hujus *Ptolemæi*, si ab anno, quem dixi, *Varroniano* 573. exordium capiant. Suadebunt hæc potius ut ad annum sequentem *Varr.* 587. differatur *Consulatus Æmilii*, quam ut uno anno locum in *Fastis* receptum anticiparit. Medio loco inter hæc extrema incedunt *Fasti*, ut solet *Veritas*. Idque, ut puto, rectius. Suffragatur annus ille *Seleucidarum* 143. à primi *Maccabaici* Auctore designatus. Concurrit enim ille cum anno *Varroniano*, ut jam dixi, 585. Recte omnino. Hoc enim anno *Cos. Marcio* legatio venit ab *Antiocho* teste *Polybio*, *Leg.* 72. Hoc etiam anno, *Polybio* eodem teste *Leg.* 84. 89. Regno *Ægyptiaco* restitutus est ab *Antiocho* major *Ptolemæus Philometor*. Sed non illo anno legationem obiit *Popilius*, sed sequenti, cujus primo Vere in *Ægyptum* rediit *Antiochus*, non jam, ut anno superiori, in fratrem alterum duntaxat, *Evergetem*;



a Liv. L. XLV.
c. 11. cum L.
XLIV. c. 19.

sed in ^a *utrumque* bellum gesturus. Hoc autem sequenti Vere anni proinde Varron. 586. legatione functus est Popilius, & proinde Consul etiam fuit *Emilius*. Ita non pugnat cum *Fastorum* fide testimonium Auctoris *Maccabaici*, ut eandem contra potius confirmet. Hæc si vera, anno *Philometoris* XIV^o. illum ipsum *Philometorem* *Memphi* reliquerit, & in *Syriam* redierit *Antiochus*, sequenti Vere, quo missus est *Popilius*, in *Ægyptum* rediturus. Fierique adeo potest ut locum *Porphyrii* mutilaret *Librarius*. Fuerit ergo in hanc sententiam supplendus: κ ἐχρημάτισεν αὐτοῖς [ὀκείνω τῷ ἐτῆ φιλομήτορος 14, εὐεργέτης δὲ τῷ δὲ ὀπίοντι] φιλομήτορος 15, & deinceps, ut supra. Sic recte sequetur: ὁμοῦσαι δὲ ἄρχη ἔπι ακαίδεκάτης, &c. Ut omnium annorum quos *communes* habuit cum fratre *Philometor*, stylo fuerit à *Porphyrio* repræsentatus. Ita nihil obstat quo minus anno Varron. 586. *Consulatum* gesserit *Emilius*. Rediit enim, pro mente Auctoris *Maccabaici*, ex *Ægypto* cum exercitu in *Syriam* *Antiochus* anno *Seleucidarum* 143. Plane ut eundem anno, qui *Consulatum* *Emilii* legationemque *Popilii* præcessit, Varron. 585. testatur in *Syriam* rediisse *Livius*.

Sect. XXXIV.
Hinc plenos habemus Fastos ad annum U. C. Varr. 580.

Age autem jam ad *antiora* ascendamus. Proximus ante *Consulatum* *Emilii* annus erat Varr. 585. Hoc anno *Q. Marcium Philippum*, qui *Macedoniam* Provinciam sortitus fuerat, *extemplo* profectum testatur *Livius*, L. XLIII. c. 15. Et *principio* tamen *Veris*, L. XLIV. c. 1. Inivit ille, pro more tunc recepto, *Idibus Martiis*. Et XI. diebus delectus erat, antea quam *COSS. Provincias* sortirentur, L. XLIII. c. 15. Et tamen ante hunc delectum novi creati *Censores*, & nova creatorum *Edicta*, c. 14. Tum *feriæ* post sortitionem *Latina*, c. 15. Efficient hæc ut ante finem *Martii* proficisci vix potuerit. Demum die *Martii* ultimo fuisse profectum. Is dies fuerit *Cycli* illius 1851. E quibus detrahantur pro IV. annis *Julianis* 1767. Reliqui erunt dies 84. Hinc rursus detracto *majori Merkedonio*, reliqui erunt dies 61. qui anno illo *Bisextili* ad diem *Martii Juliani* 1^m. pertingent, infra primum *Veris* mensem, quem non attigerit ante Expeditionem *Consul*, si quidem & alius, quamquam minoris formæ, *Merkedonius* fuisset detrahendus. Hinc ergo rursus colligitur, recte Nos censuisse exemptum à *Pontificibus* anni 586. *Merkedonium*. Et viceversa colligitur, unum saltem hoc anno *Merkedonium* *Cycli* rationibus abfuisse, ut *principio Veris*, nempe mense *Veris* primo, *Consul* in Provinciam proficisci posset. Ex his etiam *Censorum Comitibus*, rebusque gestis, colligi-



colligimus hujus anni Civilis initio, mox à creatis COSS. etiam creatos fuisse *Censores*, & *Censuram* iniisse. Plena ergo erant hucusque *Censorum Quinquennia*, nec ullus proinde potuit esse in *Fastis Consularibus* hiatus præterquam integri *Quinquennii*, quem nullum fuisse vincunt ludi *Seculares*. Et aliena erant à *Nundinis Populi* ^a *Comitia Sept. xxiii, xxiv. de Censoribus. Censum* autem nihil vetat, quod sciam, quin habuerint ipsis *Nundinis Censores*, quem *Idib. Dec.* fuisse docet ^b *Livius*. Anno 584. intercalatum fuisse idem docet, si quidem intercalarem fine anni 583. qua à *Martio* deducitur, is à *Januario* coepto anno *Varr.* 584. tribuerit. ^c *Comitia* autem *Consularia* pro sequentibus COSS. v. Kal. *Sept. Prætoria* post diem tertium fuisse tradit. Nempe *Augusti* veteris xxvi. & xxviii. Utique non *Nundinalibus*. Si autem anno 586. fuisset intercalatum, *Aug.* xxvi. fuisset *Nundinalis*. Recte ergo intercalarem illum exclusimus. Anno 583. qua à *Januario* censetur, *Comitia Consularia* xii. Cal. *Mart.* *Prætoria* postero die fuisse tradit ^d *Livius*. *Februarii* ergo xviii. & xix. non erant *Nundinales*. Recte. Erant enim à *Nundinis Lepidianis* ii. & iii. ab *Emilianis* i. & ii. *Latinas* ferias *Kalendis* ait ^e fuisse *Juniis*. Hinc etiam rursus apparet non 3. pro more *Nundinarum Lepidianarum*; sed 2. pro more *Emilianarum*, hoc tempore esse detrahendos. Iphis enim *Nundinis Lepidianis* fuissent illæ *feriæ*. Pro more autem *Nundinarum Emilianarum*, in diem inciderent longe opportunior, qui fuerit à *Nundinis primus*. Porro *fitum* hujus anni verum ostendit ^f *Livius*, cum ait xxvi. fuisse ex quo *Philippo* petenti *Pax* data esset. Eam *Pacem* anno *Varr.* 557. datam post victoriam ad *Cynoscephalas* constat ex initio *Libri Liviani* xxxiii. ab *Horrione* edito, quod non vidit *Sigonius*. Inde numerus ad hunc annum respondet accuratissime, non autem à *Triumpho* qui *triennio* erat recentior. Eundem *fitum* firmat, quod *Coss. Sp. Posthumium & Q. Mucium* ^g *triennio* antea fuisse tradit, *biennio* autem *Coss. L. Posthumium & M. Popilium*. Hos item iv. annos certos facit *Bellum* cum *Perseo*, quod iv. annorum fuisse testatur non uno in loco ^h *Livius*. Superiori anno 582. ipsis *Idibus Martiis* quibus inibant novi COSS. dies dictus ⁱ *Popilio*. Facile inde colligimus diem fuisse *fastum*. Recte. Erat enim à *Nundinis primus* pro rationibus *Emilianis*. Pro *Lepidianis* in ipsas conveniebat *Nundinas*, nec proinde *fastus* esse potuit, nisi forte propter legem *Hortensiam*. Illo ipso anno debebatur *Merkedonius*, sed *minoris formæ*, quem proinde



intercalatum fuisse verisimillimum est, cum major ille fuerit quem hoc tempore *omissum* probavimus. Anno deinde *Capitolino* 579. qui *Varronianus* erat 580. novos *Censores* habent *Fasti Capitolini*. Suffragatur etiam ^a *Livius*. Locus quidem mutilus est. Annum tamen fuisse manifestum est, qui *COSS.* anni *Varroniani* 581. præcessit. Imo *Consulis Æmilii*, qui illo ipso anno 580. Magistratum gessit, in illo Capite legitur, in quo mentio *Censorum* eo anno *creatorum*. Addit præterea ibidem *Livius* biennio ante *M. Cornelium Maluginensem* in *Hispania* *Præto*rem fuisse, quam sane *Præturam* ipso ^b *Livio* teste obiit sub *COSS.* anni *Varr.* 578. Male ergo *Censuram* hanc anno *U. C.* 579. tribuunt ^c *Plinii* *Codices hodierni*, cujus calculum manifestum est pro more *Varroniano* procedere. Nisi forte hunc unicum locum excerpserit ex Auctore qui *Fastos* potius *Capitolinos* fuerit imitatus. Hucusque ergo plena *Fastorum* fuisse spatia hi *Censores* evincunt. Hoc autem anno *Varroniano* in eunte *Cyclus* antiquus exiit, novus autem cœpit, pro nostris hypotheseibus.

a Liv. L. xli.
c. 27.

b Liv. L. xli.
c. 15.

c Plin. N. H.
vii. 48.

Seçt. XXXV.
Inde etiam ad
ann. Varr. 570.

Anno *Varr.* 578. *Petilius* *Cos.* eodem quo inivit die sacrificasse testatur *Livius*, L. xli. c. 14. Et quidem *Martii* illius dies xv. si quidem illo die sacrificarit, à *Nundinis Æmilianis* vii^{us}. erat, à *Lepidianis* autem vi^{us}. *Latinas ferias* illius anni iii. *Nonas Maii* tribuit, die scilicet *Maii* v^o, c. 15. Iphis etiam *Nundinis Lepidianis*, quas hinc etiam hoc *Seculo* non respondisse constat; die autem (pro rationibus *Æmilianis*) à *Nundinis primo*. Rursus iii. *Non. Sext. Comitiam* edicta esse idem docet *Livius*, c. 16. 17. Id quoque satis commode. Erat enim dies à *Nundinis*, pro calculo *Æmilii secundus*, *Lepidi* autem *primus*. Inde constat *Sextilis* *Nonas* (quibus *paludatum COS.* alterum *profectum* testatur, c. 17.) satis opportunas fuisse ^d *Sacris* illis obeundis quæ *paludato* necessaria erant, & à *Nundinis* alienas. Ann. *Varr.* 577. ipsis *Idibus Martiis* iniisse *Coss.* testatur *Livius*, L. xli. c. 8. utique non *Nundinalibus*. Recte. Erat enim à *Nundinis Æmilianis* dies vi^{us}. à *Lepidianis* v^{us}. Porro *Principium Veris* cum horum *Coss.* *initio* componit *Livius*, xli. 10. *Idus* illæ *Martiæ* dies erat *Cycli* 7694. His demantur, pro rationibus superioris anni *Julianis*, dies 7611. Reliqui erunt dies 83. Rursus pro majori, qui deerat, *Merkedonio*, detractis 23. concurret cum die anni *Varroniani* 60. qui in anno (qualis is erat) *Bisextili* dies erat *Februarii* xxix^{us}. Hinc sane colligitur, unum saltem defuisse *Merkedonium*. Erat enim alioqui

d Liv. L. xli.
c. 10. Varr.
Ling. Lat. L. vi.
p. 72.



alioqui futurum, ut ne quidem mense *Verno primo* illi *COSS.* inierint. Anno *Varr.* 576. dies quatuor memorat ^a *Livius*, ut videtur; à *Nundinis* liberandos: primum *Triumphis*, secundum *Comitiorum Consularium*, tertium quartumque *Comitiorum Prætoriorum*. Et *Prætorum* tres postremos factos dicit ante diem quartum *Idus Martias*. Is dies erat *Martii veteris XII. Cycli* autem 7336. Proinde pro modo *Nundinarum Lepidianarum*, quem hoc Seculo nondum obtinuisse probavimus, à *Nundinis VII^{us}*. Pro modo autem *Nundinarum Emilianarum*, ipsi *Nundinis*. Facile quidem Nos hinc expediremus, si vox ante diem qui fuerit *pridie IV. Id. Mart.* designaret. Sed nescio ullumne suppetat exemplum quo locutio illa ita fuerit usurpata. Potius ergo de *lectione* dubitandum censeo. Dum enim *notis* numeralibus designaretur, quas postea in verba *Librarii* mutarint; facile erat, ut pro *v. Id. Mart.* sufficeret *IV. Id. Mart.* parum cautus *Librarius*. Fieri certe non potuit, quod volunt *Chronologi* alii, ut anno *Cycli*, quo hæc gesta sunt *XX^o*. *Merkedonium* non *minorem*, sed *majorem*, intercalarent, & *Cycli* anno *XXII^o*. *Merkedonium* dierum duntaxat *XXII*. Sic fieret ut in diem mensis *anteriorem* occurrerent *Nundinae*, quæ contra erant potius ad *posteriorem* aliquem differendæ. Itaque expectandæ aliorum *Codicum Lectiones* in loco nondum Eruditis suspecto, quod modum *anni veteris Romani* nondum haberent exploratum. Rursus anno *Varron.* 575. *Censores* novos representant *Fasti Capitolini*; ^b *Livius* etiam *Comitia Censoria*. Ne ^b *Liv. L. XL.* dubitemus *in eundem Censuræ* tempus fuisse legitimum. Etiam ^c *Liv. L. XL.* *situs* hujus anni è ^c *Livio* certus est, quod *VIII. annis Consulatu* ^c *Liv. ib. c. 52.* *M. Emili Censoris* fuerit recentior; *XI. autem victoria navali Emili Regilli in Antiochum*. Accuratissime. Vicerat enim *Antiochum Regillus* anno *Varr.* 564. *Consul* autem fuerat *Emilius Lepidus* anno ejusdem *Epochæ* 567. Anno *Varroniano* 574. *Idibus Martias* iniisse tam *Coss.* quam *Prætores* tradit ^d *Livius*. Idem ^d *Liv. L. XL.* tamen hoc ipso initio *Principium Veris* agnoscit. Dies erat ^c *35.* post *Nundinas VII^{us}*. pro rationibus *Emilianis*. *Cycli* dies erat 6607. pro rationibus *anni veteris*. Detractis ad finem anni superioris diebus 6516. supererunt 91. Rursus, detracto *majori Merkedonio*, dies erit *anni Juliani* 68^{us}. in illo anno, qui *communis* erat, *Martii Juliani* dies *IX^{us}*. Si nullus defuisset *Merkedonius*, plane extra limites primi mensis *Vernalis* fuisset illud *Consulatus initium*, pro veteris *Parapegmatis* hypothesebus. Similiter anno 573. cum *Consulatus exordio Principium Veris*.



a Liv. L. XL.
c. 25. 30.

Veris necit^a Livius. Merito quidem illud, cum in diem Martii Juliani 1^m. conveniat Martii veteris dies ille xv^{us}. unico demto, sed majoris formæ illo, Merkedonio, anno illo Bisextili Juliano. Hinc ergo facile colligimus, inter annum Varr. 566^m. quo plenos fuisse Merkedonios nostra Prælectionum Appendice probavimus, annumque 572. quærendum esse illum majoris formæ Merkedonium, quem Cyclo debitum Pontifices prætermiserint. Et sane duo erant tantummodo hoc spatio qui prætermitti potuerint: alius anni 568. alius 572. Pergamus ergo ad Temporis notas alias, siquæ fortasse fuerint quæ Nos, uter omissus fuerit, edocere possint. Medium autem horum Merkedonium, qui anno Varroniano 570. erat, qua quidem censetur annus à Januario, prætermisum innuit Livius. Ait enim^b M. Nevium Tribunum Plebis, qui Scipionem Africanum majorem accusavit, Tribunatum inivisse iv. Id. Decembres (quem sane diem ineundo Tribunatui solennem fuisse docet, ni fallor, Dionysius etiam Halicarnassæus) Appio Claudio & M. Sempronio Coss. anno nimirum Varroniano 569. Inde autem ad Idus Martias sequentes quibus inierint COSS. proximi, P. Claudius & L. Porcius, anni nimirum Varroniani 570. tres numerat tantummodo menses, quod ita demum verum esse potuit, si nullus intercalatus fuerit Merkedonius. Sic tamen loquitur secure Livius, quasi ne quidem illud exploratum haberet, essetne annus hic intercalationi legitimus. Fieri ergo potest ut hoc loco, quo de morte Africani argumentatur, ratiociniis hæc suis debuerit potius, quam idoneis Auctoribus. Si autem Testes habuerit probæ fidei quos sequeretur; cum tamen debiti Merkedonii omitti nullus meminerit, cogitandum deinceps erit, num eodem loco, quo postea, post Terminalia, hoc tempore Pontifices intercalârint. Duos enim menses Intercalares post Novembrem in anno Confusionis additos fuisse in confesso est, qui scilicet ad elapsum annorum rationes spectabant. Ut videtur propter aliqua, quæ jam interciderunt, Veterum Testimonia de intercalandis post Novembrem Merkedoniis. Ita sane faciendum erat, si Atheniensem exemplum, ut in XII. Tabularum Legibus, multisque aliis, hic etiam fuerint imitati. Nec enim fere ab Attico Posideone discrepabat Romanus November, qua quidem patiebantur Lunarium mensium tam diverse rationes. Et hunc locum intercalandi retinuerunt Athenienses, etiam cum annum Civilem exordirentur ab Hecatombæone. Et sane vetustissima anni forma Lunari, qua Martii locum tenuit Januarius, etiam

b Liv. L. XXXIX.
c. 52.

Decem-



Decembris locum tenuit (ut infra probabimus) *November*. Proinde anni mensis *ultimus*, qua censebatur à recentiorum *Januario*. Quæ causa esse potuit cur tot ante anni *finem* mensibus *intercalare* potuerint etiam veteres *Romani*. Sed *majoris* formæ fuisse probavimus qui jam deerat *Merkedonius*, qualis hoc anno per *Cycli* leges locum non habebat. Itaque prædictorum annorum *altero* *Merkedonium* *omissum* suspicor. Vel scilicet anno *Varron. 568.* vel *572.* Utro autem, discendum è veterum *Ephemeridum*, si qua forte occurrent, monumentis. Nec enim facile mihi persuadeo unius *anni* in *Fastis* defectum in causa fuisse quo minus hic annus fuerit, pro *Cycli* saltem lege *intercalaris*.

Pergamus igitur. Anno rursus *Varr. 570. Censuram Comitiam* fuisse testatur ^a *Livius*, & creatos *Censores* antea quam in *Provincias* *COSS.* proficiscerentur. Idem de anno suo *569.* qui idem est, testatur *Fasti* etiam *Capitolini*. Idem accuratissime *Cicero*. Ait *Plautum* ^b *P. Claudio, L. Porcio* *Coss. viginti annis* post *M. Cethegum* & *P. Tuditanum* *Coss. mortuum esse Catone Censore*. Priores *Coss.* hujus anni sunt. Posteriores anni *Varr. 550.* Idem alibi ^c *Scipionem majorem* anno ante *Catonem Censorem* mortuum esse tradit, *ix.* autem annis post *Catonis Consulatum*. *Cato COS.* erat ann. *Varr. 559.* Novem ergo anni illi, exclusis ambobus terminis, intelligendi sunt. Similiter ^d *L. Flaminius* à *Catone Censore* *Senatu ejectum* tradit *septem annis* postquam *Consul* fuisset. Sic enim habet *Editio Gronoviana*. *Cos.* erat *L. Flaminius* ann. *Varr. 562.* Exclusis terminis, hic etiam spatium est annorum *vii.* Sic etiam *Editio Cl. Grævii*. Sed pro *septem*, in *Libro Ursini* legi *octo*, monet *Aldus Manutius*. *Sigonius* ad ann. *Capitol. 569.* fidenter *ix.* legit. Nescio an aliqua fretus *MSS.* fide. Utcunque tamen celeberrimam illam *Catonis* majoris *Censuram* certam faciunt *Notæ* illæ, si quidem intelligantur pro more *Ciceronis*. Et mirum est profecto in tot exemplorum tanto consensu de legitimo *Censuræ ineundæ* tempore, nihil tamen vidisse *Fastorum Romanorum* nuperos *Conditores* alioquin oculatissimos. Hucusque ergo nullus est in *Fastis* *hiatus*. Sed vero hoc spatium inter duos *Merkedonios*, quos dixi, annorum *Varr. 568.* & *572.* paucos habemus *dies* rerum *Nundinis* fortassis alienarum in *Historia* consignatos. Hoc autem modo progrediendum erit, si qua nova monumenta illos suppeditabunt. In *Cyclo integro* dies sunt *8766.* Ab initio autem *Cycli* ad *Martii* diem *v^m.* *Cos. Emilio*

Sect. XXXVI.
Incertum est an
anni *Varr. 568.*
an *572.* *omissus*
fuerit *Merkedo-*
nus.
a *Liv.* L. XXXIX.
c. 41.
b *Cicer.* *Brut.*
15.
c *Cicer.* *Cat.*
Maj. c. 6.
d *Cicer.* *Cat.*
c. 12.



anno *Varron.* 586. (quem diem *Martii Nundinalem* fuisse jam probavimus, cum fuerit dies ejusdem mensis *xxix. Nundinalis*) dies fuissent, si nullus prætermisus fuisset *Nundinalis*, pro lege *Cycli*, 2302. Addantur invicem, consentique 11068. qui desinent in *Nundinalem*. Dividantur per 8. nec quicquam restabit. Itaque octavus quisque hujus numeri, pro rationibus *Emilianis*, *Nundinalis* esset, si quidem Pontifices *Merkedonium* nullum legitimum prætermisissent. Demantur rursus ex eodem numero, pro *majori Merkedonio* (quem *priori loco omissum* ostendimus) dies 23. Supererunt 11045. His autem per 8. partitis, restabunt 5. per Regulam perpetuam detrahendi ad *Nundinas*, quo loco sublatus hic fuerat *Merkedonius*, investigandas. Post diem nempe hujus *Cycli* 4367. (tot enim numerantur ad *Terminalia Feb.* *xxiii.* quo loco cœpisset si quis fuisset *Merkedonius*) si anno *Varr.* 568. *omissus* fuisset *Merkedonius*. Si autem anno demum 572. *Merkedonium* sustulerint Pontifices; ita ad illius anni *Terminalia* procedet, ut supra, calculus. Ut scilicet nihilo demto, dies quilibet *viii^{us}*. esset *Nundinalis*. Is *Februarii* dies *xxiii.* qui anno erat *Varron.* 572. *Cycli* dies erat 5832. Itaque post illos demum *Cycli* dies demendi 5. ut *Nundinae* respondeant. Inde ad *Terminalia* anni *Varr.* 586. eodem modo procedemus. Accedit tum *brevior* quoque *Merkedonius* similiter tollendus. Hic superiori additus dies complectetur 45. His detractis è superiori numero 11068. reliqui erunt 11023. Partire per 8. & reliqui erunt 7. ex hoc numero proinde perpetuo tollendi ut inveniantur *Nundinae*. Tentemus ergo. Docet, ut vidimus, *Livius*, anno *Varr.* 569. *Tribunos Plebis Dec.* *x.* iniisse; anno autem qui sequebatur, 570. *Mart.* *xv.* *Coss.* Dies ille *Cycli* fuisset 5029. si *nulli* abfuissent *Merkedonii*. Hi per 8. divisi reliquos faciunt dies 5. quotus proinde fuerit à postremis *Nundinis*. Detracto *Merkedonio majori*, dies erit tantummodo 5006. à quibus 5. detractis, dies erit à *Nundinis* *i^{us}*. Similiter *anni* 570. *Martii* *xv.* dies erat *Cycli* 5142. à *Nundinis* *vi^{us}*. si nihil detrahatur; *ii^{us}*. autem, si 23. & 5. antea sustuleris. Hinc ergo nihil constat, utra supputandi ratio fuerit observata. Porro *Senatusconsultum* edidit ad *Ciceronem Gronovius* anno 568. *N. Octob.* de *Bacchanalibus*. Et quidem *SC.* de *Bacchanalibus* ipso illo anno editum fuisse suffragatur etiam *Livius*. Dies erat *Cycli integri* 4611. Sublatis *octonis*, supererunt 3. *Tertius* ergo fuisset à *Nundinis*, integris omnibus *Merkedoniis*: *vii^{us}*. autem fuisset, sublato.

^a Liv. L. xxxix.
c. 18. 19.



sublato Merkedonio majori, & præterea diebus v. Nihil ergo habemus hoc intervallo, unde colligi possit, uter Merkedonius fuerit omissus, ut certum fuisset dies illos ne quidem esse potuisse Nundinales. Hoc tamen ipsum minus certum est. Illis enim temporibus certos fuisse constat Magistratum annuorum ineundorum dies, quos nonnunquam Nundinales esse necesse erat. Nec tamen de alio Magistratu Religionem illam de Nundinis legimus, præterquam de Consulatu. Et ne quidem illam ante Consulatum Lepidi. Nec adeo certum an Nundinis Senatium fuerint averfati.

Hucusque respondent Nundinæ. Deinceps variant. Progre- diamur ergo. Hoc ipso anno 568. ineunte, qua censetur à Ja- nuario, triumphavit Cn. Manlius Volso de Galatis III. Nonas Mar- tias, teste Livio. Martii dies v^{us}. Cycli dies erat 4400. quo num- mero per octo diviso nihil superest. Proinde Nundinalis erat. Superiori anno 567. duos Comitiales dies memorat idem Li- vius: alium XII. Cal. Mart. quo facti COSS. alium postero die quo Prætores. Hi dies erant Februarii XVIII. & XIX. Dies Fe- bruarii XIX. Cycli erat 4008. è paribus constans octonis. Proinde Nundinalis, pro rationibus Emilianis. Triumphavit eodem an- no X. Kal. Januar. de Ætolis & Cephalaria M. Fulvius Nobilior. Non incommode. Decembris enim dies XXI. Cycli dies erat 4307. & dies proinde à Nundinis III^{us}. pro rationibus etiam Emilia- nis. Anno Varr. 566. pares fuisse rationes, nec ullum pror- sus omissum Merkedonium, nostra Prælectionum Camdenianarum Appendice probavimus. Quid ergo hic censuimus? Calcu- lum certe Lepidianum si rursus hic sequamur; convenient om- nia, nec erit prædictorum dierum ullus Nundinalis. Nempe si, ante partitionem per 8, unum è numero diem detraxissemus, quod faciendum præcipiunt nostræ in prædicta Appendice Tabule. Et sane respondet Julianus Eclipsis (quæ anno erat 566.) dies diebus Julianis post Lepidum, pro Cycli hypothesi- bus. Æquavit ergo Cycli rationes illa, quæ è Nundinis ap- paret, Seculi Emilianique Lepidianique in uno die Anomalia. Et proinde qui dies deerat in Merkedonius Seculi Emilianique, eum suppleverint Seculi Lepidiani uno die auctiores Merkedonii. Quod sane munus Pontificibus incubuit ut æquarentur, ut sit proinde verisimillimum. Sic autem responderunt invicem Nun- dine Emilianæ atque Lepidianæ, ut qui dies fuisset, pro ratio- nibus Emilianis, Nundinalis; is idem esset, pro rationibus Le- pidianis, duntaxat VII^{us}, à postremis Nundinis. Proinde auctiores fuerint

Sect. XXXVII.
An. Varr. 568.
& 567. loco
Merkedoniorum
majoris, & mino-
ris, qui antea
deerat, sup-
pleti fuisse vi-
dentur Merke-
donii minores
duo. Inde fa-
ctum ut eadem
tunc redierint
Nundinæ quæ
ætate Lepidi.
a Liv. L. XXXIX.
c. 6.
b Liv. L. XXXVIII.
c. 42.
c Liv. L. XXXIX.
c. 5.



fuerint oportet rationes *Æmiliana*, *contractiores* autem *Lepidiana*. Imo *Merkedoniorum* (qui anno 586. aberant) alium majorem fuisse ex *Eclipsi* illa probavimus, atque ex *Epactis* in *Tabula* nostra representatis. Sequitur ergo duos fuisse *minoris* formæ *Merkedonios*, qui ante *Lepidi* Consulatum *detrahi* effecerint, ut rursus *Nundina* in eisdem dies occurrerint. Sic enim fieret, ut qui dies esset, pro *prioribus* rationibus, à *Nundinis* 1^{us}. idem esset, pro *posterioribus*, viii^{us}. & proinde *Nundinalis*. Hæc si vera sint, unus erit è numero dierum *demens* antea quam illos per 8. partiamur. Et deinceps *Lepidiana* methodo ad *antiora* progrediendum, dum *nova* Pontificum de *Kalendario* novando *placita* *novas* facerent *Anomalias*.

Sect. XXXVIII. Videamus jam an etiam in *præcedentibus* hæc respondeant. Ad ann. *Varr.* Anno *Varroniano* 565. exeunte, qua quidem ab *Idibus Martiis* tum censebatur; qua autem à *Januario*, 566. ineunte, triumpharunt de *Antiocho M. Æmilii Regillus* Calend. *Februariis*; L. autem *Scipio Asiaticus*, mense *Intercalario*, prid. Cal. *Martias*. Anno certe *Varroniano* 565. tribuit *Scipionis* triumphum etiam *Plinius*. Annus erat *Cycli* x^{us}. quo dies *Februarii* 1^{us}. idem erat *Cycli* 3613. Demto, pro methodo *Lepidiana*, uno, & reliquis per octo divisus, dies erit à *Nundinis* iv^{us}. Dies autem *Merkedonii* (qui illo anno *minor* erat) *ultimus*, *Cycli* erat 3662. Rursus uno demto, & rejectis *octonis*, die à *Nundinis* v^o. triumphabit *Asiaticus*. *Idibus* illius anni *Martiis* Magistratum inibant & *Senatum* habebant *COSS.* Is quoque dies *Martii* xv^{us}. *Cycli* erat 3677. Demto uno, & reliquis per 8. distributis, dies fuisset à *Nundinis* iv^{us}. Anno 564. *Capitolino*, qui *Varronianus* erat 565, *novos Censores* creatos fuisse consentiunt *Fasti Capitolini* atque *Livius*. Eodem anno, *iisdemque prope diebus* quibus res gessit in *Ætolia* *Fulvius*, alter quoque *Cos.* *Manlius* res gessit in *Gallo-Græcia*; *Ephesum* autem *Vere primo* testatur venisse *Livius*. *Idus Martiæ* (quibus hi *COSS.* inibant) *Martii veteris* dies erat *Cycli* 3300. Demantur, pro *superioris* anni rationibus *Julianis*, dies 3228. occurretque in diem hujus anni *Bisextilis* 72. pro rationibus *Julianis*. Nempe in diem *Martii Juliani* xii^m. Ne quidem intra *primi mensis Verni* limites. Inde colligimus nimis arcte *Livium* non esse intelligendum. *Serius* si contigisset, non potuit ita loqui *Livius*. Patiuntur quidem hæc rationes ut unus prætermisus fuerit *Merkedonius*, nisi aliunde constaret verum illud non fuisse. *Duos* autem omisos ne quidem *patiuntur*. Sic enim mense *Juliano* *Januario* iniissent

Sect. XXXVIII.

Ad ann. Varr.

560. pleni anni,

& pleni etiam

Merkedonii.

a Liv. L. xxxvii.

c. 58.

b Plin. N. H.

xxxiii. 11.

c Liv. L. xxxviii.

c. 35.

d Liv. L. xxxvii.

c. 57. 58. 50.

e Liv. L. xxxviii.

c. 12.



Diff. X. De antiquis Romanorum Cyclis.

inivissent ante *Veris Parapegmatici* menssem vel *primum*. Eodem anno *Varr. 565*. *Coloniam Latinam Bononiam* deductam fuisse testatur ^a *Livius*, ante diem tertium *Calendas Januarias*. *Sacrorum* causa atque *auspicio*rum in *Coloniis* deducendis adhiberi solitorum alium à *Nundinis* diem delectum fuisse verisimillimum est. Et quidem satis commode pro nostris quoque rationibus. Dies *Decembris* penultimus *xxviii*. *Cycli* erat *3582*. Uno demto, & reliquis per *8*. divisus, in diem occurret à *Nundinis* præcedentibus ^{v^m}. Anno *Varr. 564*. *Eclipsim* refert ^b *Livius*, & *v. Id. Quinctil.* assignat. Sed perperam, cum fuerit anno potius *566*. assignanda, ut in prædicta probavimus *Appendice*. Agnoscunt tamen fateor ipso illo anno *564*. *Martii Juliani* die *xiv*. *Eclipsim* aliam *Chronologi*, quam in animo *Livius* habere non potuit. Convenit enim dies ille (*plenis jam Merkedoniis*) diei *Martii veteris vi^o*. antequam inirent *COSS*. Sed *Livius* illis diebus *Eclipsim* tribuit, quibus est profectus ad *Bellum Consul*. Imo illam ipsam *Eclipsim* (quæ anni erat *revera 566*.) designasse, loco licet alieno, *Livium*, exinde facile intelligitur, quod cum mense *Quinctili* illam copulârit, & *ludis Apollinaribus*, qui non alio mense erant quam *Quinctili*, & quod *Idibus Quinctilibus* edixisse *Scipionem* referat ut exercitus ad *Brundisium* conveniret. Recte nimirum si *v. Id. Quinctiles* *Roma Consul* ad *Bellum* paludatus discessisset. Perperam ergo loco *Iduum Quinctilium* *Idus Apriles* reposuit *Cl. Bullialdus*. Hic etiam exemplum habemus consensus *Livii* in falso tempore designando, ne mira videantur quæ nos de *Emilia Eclipsi* in prædicta asseruimus *Appendice*. Est sane mirum, quod postea *stativa* castra ad *Hellepontum* fuisse tradit propter dies *Anciliorum*, qui *P. Scipionem*, quia *Salius* erat, disjunxerint ab exercitu. Et tamen nondum ^d *hyemem* elapsam multa postea arguunt. *Anciliorum* autem festa mense *Martio* tribuit *Ovidius*. Hæc certe *Livium* aliquando minus attentum ostendunt. Convenit porro superioris anni *Varr. 565*. notis aliis *Chronologicis*, quod ait ^e *Livius*, *Manium* illius anni *COS. medio Autumni* in *hiberna* concessisse. *Roma* discesserat post diem *Martii Juliani XII^m*. Itaque *Septembris Juliani* fine, vel *Octobri* ineunte in *hiberna* se receperit. *Autumnus* enim *Parapegmaticus* ab *Augusti Juliani* die vel *vii*. vel *viii*. censitum jam superius ostendimus. Hoc sane tempus *hibernorum tempestivorum* etiam alibi observavimus. Anno *Varr. 563*. *v. Nonas Maias* paludatus in *Antiochum* profectus est *M. Acilius Glabrio* *Cos*. Dies erat



Maii veteris 11^{us}. *Cycli* 2615. & à *Nundinis Lepidianis* 6^{us}. Anni autem hujus *situm* in Fastis astruit accurate *Livius*, cum illum numerat à *Coss.* anni *Varr.* 550. 13^m. à *COSS.* anni 547. a *Liv.* L. xxxvi. c. 36. a 16^m. & à *Fulvii Nobilioris Pratura* ann. 561. b 2^m. Ann. Varr. 561. *Cato major* ædem *Victoriæ* c quam *COS.* ann. 559. verat, post *biennium* dedicavit. Hunc annum d *decimum* prope censet *Livius*, ex quo *assiduus*, in oculis hominum fuerat *Scipio Africanus major*. Et in illum anno 551. omnem civitatem ver- sam idem ait *Livius*. Ne dubitemus quin illum ipsum annum illo in loco designarit. Anno ejusdem *Epocha* 560. *Censurum Comitia*, & *Censores creatos* agnoscit f *Livius*, & *Fasti etiam Capitolini*. Inde facile colligimus tempus fuisse *Comitiis Censoriis* legitimum. Pro nostris utique, non autem pro receptis, hypothesebus. *Censores* etiam iisdem *COSS.* agnoscit *Africanus Pe- dianus* in *Cornelianam*. Et hujus anni *situm* evincit, quod g *Livius* illum *U. C.* numeret 558^m. Accuratissime scilicet, pro *Epocha Catoniana* quæ *Varroniana* biennio recentior est. Illam enim sequitur *Livius*. Sic enim alibi in *Epitom.* Libri XLVII. annum 598^m censet, qui *Varronianus* erat 600. Et in *Epitom.* Libri XLIX. annum 601. qui *Varronianus* erat 603. Ex hoc enim consensu potius colligendum quam fuerit *Epocham* secutus, præfertim in temporibus minus dubiis, quam è locis, vel singularibus, vel invicem *dissentaneis*, quod tamen fecerunt hactenus *Chronologi*. *Situm* eundem similiter astruit *Livius*, cum hunc eundem annum h *quartum* numeret à *Cornelio Cos.* anni, 557. x^m. autem à *Sempronio* anni 550. 6^m. autem à *L. Furio Purpuri- rione Pratore*, quem ipse anno 554. in i *Pratura* fuisse testa- tur. Hoc autem anno k *Ver sacrum* statuunt *Pontifices* *pecus* quod natum esset inter *Cal. Martias*, & *pridie Cal. Maias*, *P. Cor- nelio Scipione* (inquit) & *T. Sempronio Longo* *COSS.* Primum designant ultimumque diem *Veris*, qua quidem *integræ* constabat *Kalendarii* tum recepti *mensibus*, exclusis scilicet *mutilo- rum mensium* diebus. Et quidem pro recepti *Parapegmatis* tempestate *Verna*. Dies illi erant *Martii Juliani* v^{us}. & *Maii* 11^{us}. itidem *Juliani*. Continentur illi intra *Vernæ tempestatis* li- mites *Parapegmatis* veteris *Romani* à nobis supra assignatos: *Februarii* scilicet VII. VIII^m. vel IX. & *Maii* IX. vel X^m. Et qui- dem ita ut dies extra nullos relinquunt præterquam *mutilorum mensium* in illo *Kalendario veteri*. Hic equidem manifestum est duos nec deesse potuisse hoc anno vel redundare *Mercedo- nios*. Si defuissent; fieret ut ante illos, quos dixi, *Februarii Juliani*

h *Liv.* L. xxxiv. c. 52.

i *Liv.* L. xxxi. c. 4.

k *Liv.* L. xxxiv. c. 43.

l *Liv.* L. xxxiv. c. 53.



Juliani dies coepisset *Martius ille vetus*. Si redundasset, id viceversa eventurum erat ut post *Calendas Maii Julianas* defuisset *vetus* anni illius *Aprilis*. Imo redundare non potuit *Merkedonius* vel *unicus*. Ita enim si fuisset, esto *minoris* formæ, effecisset tamen ut dies *Aprilis veteris* ultimus illo anno in diem *Maii Juliani* incidisset xxv. plane extra oleas *Veris Parapegmatici*. Poterat quidem unus abesse *Merkedonius*. Et quidem ita ut *Martius ille Aprilisque veteres Veris Parapegmatici* terminos nihilominus non excefferint. Sed non poterant, ut dixi, uno plures fuisse, cujuscunque demum formæ. Proinde nulla prorsus est ratio cur hoc tempore *Intercalares* per annos multos omissos suspicaretur *Lidyattus*. Scripsit quidem *Fulvius*, teste ^a *Macrobio*, *Manium Consulem de intercalando Populum rogasse ab Urbe Condita anno quingentesimo sexagesimo secundo, inito mox Bello Aetolico*. *Manium* intelligit *Acilium Glabronem Cos. anni Varr. 563*, qui in *Aetolos* Bellum gessit pariter ac *Antiochum*, & de utrisque triumphavit. *Fulvium* illum *Nobiliorem* fuisse verisimillimum est, quem *Fastos* in æde *Herculis Musarum* [*l. Musagetæ*] posuisse testatur idem ^b *Macrobius*. Utinam addidisset quid in *intercalando* fieri voluerit *Acilius*. Si quidem omissum antea *Pontificum* neglectu, *intercalarem* inferi, hoc forte anno omissum intellexerit. Erat enim annus ille (quo *COS.* erat *Acilius*) *intercalationi* legitimus. Qui enim *intercalaris* ad annum *U. C.* spectabat 363. qua annus censetur à *Martio*, idem ad annum *Varr. 364.* spectabat, qua exordium cepit à *Januario*. Sed nondum satis amplam habemus dierum veterum supellectilem, ut è *Nundinis*, itane fuerit necne, exploremus. Fieri etiam potest, ut hoc demum anno coeperit mos *intercalandi* mense *Februario*, cum antea post *Novembrem* *intercalaretur*. Vix enim à me impetro ut credam, quod tamen videtur credidisse *Macrobius*, id voluisse *Fulvium*, ut *Intercalaris usum* tum primum impetrarit *Acilius*. Ne quidem id facile, ut *Varro Fulvium* ita intellexerit. Cæterum quod de suo *Seculo* testatur coævus ipsi *Manio Acilio Fulvius Nobilior*, in eo sane falli non potuit. Itaque vix est quod dubitemus quin de *intercalando* *Populum* rogarit *Acilius*. Non quasi nulli antea fuissent *intercalares*, cum adeo certum sit jamdiu antea annum *Romanorum Civilem* fuisse *Lunarem*, nec tamen longe à *Parapegmatis Solaris* rationibus discessisse, quod sine *Intercalaribus* evitari non potuit: Imo cum tam frequentem habeamus *Intercalarium* mentionem ante *Consulatum Acilii*,

non



non illorum duntaxat quorum meminit *Macrobius*, sed aliorum in Fastis etiam *Capitolinis*. Itaque de errore aliquo *Intercalationis* Populum ab *Acilio* rogatum arbitror. Hoc ergo tempore primum corrupti à Pontificibus *Kalendarii* exemplum fuisse suspicor, quod ne longius emanaret, cavebat *Acilius*. Hoc nempe Seculo. *Duilii* enim *Consulatu* U. C. 494. aliter quam per *Cycli* leges licuit, *intercalatum* suspicamur. Suspicionis autem rationes postea trademus.

^a Sect. XXXIX.

Male *Scaliger*,
his etiam tem-

poribus, anni
tempestates per-

verfas credidit
propter vitiosas
Pontificum in-

tercalationes.
^a vid. *Append.*
ad *Præl. Cam-*
den. p. 759.

Ita certe *Leges Georgicas* recenset *Cato*, qui his ipsis vixit scripsitque temporibus, quasi fixæ essent anni tempestates, quæ quidem ope mensium *intercalarium* fixæ esse poterant, quasi nullus esset metus à Pontificibus, nullæ in contractus Privatorum redundaturæ fraudes propter *Intercalares*. Mensibus certe à *Civilibus* contractus illi à *Legibus* designantur. Etiam *Intercalarium* rationem habent. Sic tamen ut unius duntaxat mensis Anomaliam propter illos agnoscant, quæ aliorum esse non potuit præterquam *legitimorum*. Itaque dum *Leges* illæ conderentur, dum etiam nullo *Rusticorum* contractuum incommodo aut querela reciperentur, non jam erant illæ *Pontificum* fraudes. Et tamen jamdiu innotuerant *Fasti* à *Flavio* *Scriba* in lucem dati quibus innotescerent, siqui fuissent, præter *Cycli* *Leges*, vel additi vel omitti *Mercedonii*. Obtinebant autem, cum scriberet de *Re Rustica* *Cato*, illæ nondum suspectæ *Leges*. Natus enim *Cato* anno U. C. *Varroniano* 520. (ut è multis *Ciceronis* locis colligitur in *Catone Majore*) annum egit, cum de hoc *Vere novo* ageretur, ad minimum XL^m. Proinde illius memoria illa *Pontificum* artificia plane esse non poterant, quibus nullæ adhuc occurrerant *Rerum Rusticarum* *Leges*, quibus ne suspicionem quidem innuunt vel levissimam. Sed ex ipsis hisce, fateor, *Legibus* colligit *Magnus Scaliger* jam à *Solaribus Zodiaci* rationibus discessisse menses *Civiles*. Ideone credemus perversam illam anni rationem per *Leges* illas fuisse stabilitam, ne *Pontificibus* liceret annum à se corruptum restaurare? Id enim si fieret, mensium *Civilium* tempestates mutaret, & *Rerum Rusticarum*, quæ totæ à tempestatibus pendebant, damno fieret gravissimo. Sed videamus unde illud ^b *Scaliger* eliciat. Nempe quia locus *vinis redemptis* ad *Kalendas Octobris* primas per illas *Leges* conceditur. Contra *Scaliger* tempus pendens *Vindemia* colligit è *Vinalibus secundis*, calcandi autem à *Volcanalibus*, quæ festa utraque *Sextilis* erant mensis, qui postea appellabatur *Augustus*. Itaque *Octobrem veterem* in *Septembrem*

^b *Scalig. Emend.*
Temp. L. II. fin.

Julianum



Julianum recessisse colligit. Imo potius *Augustum*, pro mente *Scaligeri*, cum in *illum* referant *Veteres* festa illa, si vera tradat Vir immortalis memoria dignissimus. Sed quod uvarum *calcationem Sextili* tribuat, nescio quo idoneo *Veterum* testimonio fretus hoc asseruerit. Non me fugit tamen *Vinalibus* illis *secundis*, uvarum *primitias* ^a atque *musti* fuisse consecratas. ^a *Varr. Ling. Lat. L. v. p. 47. Fest. v. Calpar. b Plin. N. H. xviii. c. 29.* Ut tum demum licuerit *privatis percipere*, & *torcularia exercere*, quæ *xiii. Calendas Septembres* agi solita docet ^b *Plinius*. Et ne quidem illud fugit, recepto jam *Kalendario Juliano*, mense proinde *Augusto* ferias fuisse *Vindemiales*. Sed tum demum consecrari solebant *Primitiæ*, cum *primæ* saltem *species maturefcerent*. Non tamen inde colligendum tum *messi* illas aut *Vindemiæ* fuisse *maturas*; sed quod *messis* aut *Vindemiæ* bonæ *spem* tum primum fecerint. *Messis* & *Vindemiæ* tempestatibus illæ erant cum *omnes* maturuissent; & cum *privati* sese in *messe* & *Vindemia* occuparent. Imo *collectas* fruges jam supponebant *Leges* illæ, quæ de frugum redemtarum loco concedendo statuebant. *Hanc* autem *Vindemiæ* tempestatem ad *Æquinoctium* usque prorogabant, de quorum nunc sententia agitur. ^c *Plinius*: *Vindemiam antiqui nunquam existimavere maturam ante Æquinoctium: jam passim rapi cerno*. Rursus ibidem: *Iustum Vindemiæ tempus ab Æquinoctio ad Vergiliarum occasum dies XLIV.* Imo *XLVIII. à Septembris xxiv. ad Nov. xi.* Sic itaque legendum etiam *L. II. c. 47.* Sed *Autumni* potius, qua pro anni quadrante integra censetur, quam *Vindemiæ*, modum *Plinius* hoc in loco designavit, quem supra vidimus *Hyemis* initium ab illo *Vergiliarum occasu* deducere. Itaque cum *Septembris* die *xxiv.* colligi solet *vindemia*, merito *locum* frugibus collectis ad *Octobris Calendas primas* illæ concedebant *Leges*. Sed plane pro modo *Juliano*, quem eundem cum *Parapegmatis* etiam tum recepti modo jam probavimus. Idem etiam è *Vindemiatoris* ortu colligitur, *Vindemiæ* (inquit ^d *Plinius*) *maturitatem promittentis*. Hunc enim mense *Augusto xi. Cal. Septembris*, die scilicet *Augusti xxii.* statuit idem *Plinius*. Sed cum *promitti* tum *Vindemiam* tantummodo testatur, innuit certe *nondum* fuisse *maturam*, sed *aliam* tempestatem expectandam qua fuerit *colligenda*. Sic erat certe, etiam apud ^e *Judeos*, inter *manipulum Nisanis xvi. die* oblatum, & *Pentecosten* qua *panem* obtulerunt è novi anni *frugibus primitias*, spatium septem hebdomadam. Tantum erat inter *messes promissam maturamque* intervallum. ^e *Joseph. Ant. L. III. c. 10. Levit. xxiii. 10. 11. 12. 15. 16. 17. 20.* Finem autem *Vindemiæ Judaicæ* è *Festo Tabernaculorum* colligimus,



gimus, *Tifri* mensis vii. die xv. qui fere *Septembri Romano Juliano* respondebat, qua patiebatur norma *Cycli Lunaris*, ut è nostris apparet *Tabulis*, utque apud plerosque in confesso est. Qui autem extra *Septembrem* dies illius evagabantur, non tamen *Augusto*, sed *Octobri* conveniebant. Sed vero *elapsa* non *messi* solummodo, verumetiam *Vindemia*, hoc festum observari solebat. Quando (inquit) collegeris de area & torculari fruges tuas. Deut. xvi. 13. Quando congregaveris omnes fructus terræ vestræ. Lev. xxiii. 39. Sequebatur enim *messem vindemia*. Fallitur ergo Vir summus, cum *finem*, de quo *Leges* illæ statuebant, *Vindemiæ Romano* tribuendum censuit *Augusto*. *Vindemiam* inter *Æquinoctium Autumnale* & *Vergiliarum occasum* statuit *Varro R. R. 1. 34*. Nempe inter *Sept. xxiv.* & *Nov. x.* Ad- dit idem *Cato* & aliam quoque *Legem*, qua fuerit constitutum, ut *Vinum* ante *Kalendas Januarias primas* acciperetur. Si non ante accepisset, ut *Dominus vinum admeteretur*. Intelligit, ni fallor, de *doliorum* in terra *conditorum* translatione. Inde enim *admetiendum* erat, ut intelligeretur quantum in *doliis* super- esset paribus invicem ejusdemque *mensuræ*. *Pithoigian* *Græci* mense *Pyanepsione* celebrabant, ut jam supra ostendimus, qui *Octobri Juliano* exeunti, vel ineunti *Novembri*, respondebat. Erat autem ea *Pithoigia Primitiarum*. *Calpar* illud appella- bant *Romani*, à *καίπαρι*, ut recte ^a *Scaliger*. Eo tamen discrimine, quod *Romani musti*, potius quam *Vini*, *primitias* conse- crabant, quam etiam *Sacrimam* vocabant, pro *vineis* & *vasis*, inquit *Festus*. Proinde *dolio*, ut idem docet *Festus* in voce *Calpar*. Has etiam *Primitias Præmetium* appellabant. Sed è *dolio* nondum *condito*. Itaque *Romanis Vinalibus secundis* quæ *Græca Pithoigia* præcedebant. Ut scilicet apud *Judeos spicæ oblatio panum* oblationem præcessit. Nam ante *Romana* illa *Vinalia*, ne *mustum* quidem *privatis* usurpare fas erat. *Græca* autem solennitas ad *vinum* spectabat è *doliis* jam *conditis* de- libandum, quam proinde necesse erat paulo esse *recentiorem*, ut spatium *vino* *condito maturandi* concederetur. Sed *primæ* erat *maturitatis* hæc *Pithoigia*, ut proinde *spatium* *recentiori vin- demie*, (ut etiam ipsa *maturesceret*,) fuerit concedendum. *Men- struum* saltem, ut videtur. Tum etiam *transferendi* tempus *laxius* necessarium erat, propter *incommoda transvectionum Hyemalium*. Itaque ne quidem *Januarius* ille longe potuit distare à *Januario Juliano*. *Legem* porro de *Pabulo* illam re- fert idem *Censor*: *Pabulum frus occipito ex Kalendis Septembribus*.
Nomine

^a Scaliger ad
Varr. L. v. &
ad Fest.



Nomine autem *Pabuli* non *gramen*, sed *faenum* intellexit. Varro:
^a *Primum faeniciae conduntur melius sub tecto quam in acervis, quod
ita fit jucundius PABULUM.* Sed vero circa *Calendas Junii*^{56.}
caedi docet ^b *Plinius*. De *fruitione* autem loquitur *Lex*, quae ^b *Plin. N. H.*
spatium aliquod temporis postulabat antea quam usurpari possit. ^{XVIII. 28.}
Secundum autem *faenicium* inter *Caniculam* & *Aequinoctium* sta-
tuit ^c *Varro*. Nempe inter *Julium Julianum* exeuntem & *Sept.* ^c *Varro. R. R. I.*
^{xxiv^m.} Proinde *faeni* usum *Septembri* mensi tribuit *Palladius*.^{33.}
Juliano scilicet, à quo proinde longe abesse non potuit *Septem-*
ber, ille *Legis veteris* à *Catone* memoratae. Cetero *pabulo* *Kalen-*
dis Martius cedito, inquit alia apud eundem *Lex*. *Pabuli* nempe
nomine ea omnia complectebantur *Veteres*, quae *jumentis*
in *pabulum* cedebant: *Ocimum*, *Farraginem*, *Viciam*, *Medicam*,
Cytisum, *Lupinum*. Hæc omnia *faenum* præcedere docet *Var-*
ro, ^d *novissime* (inquit) *faenum secari*. Hoc ergo volebat *Lex*, ^d *Varro. R. R. I.*
pabulorum illorum *ultimum* ante *Kalendas Martias* provenire. ^{23. 31.}
Sed *varia* erant his *Pabulis* ferendi tempora, nec omnia *Ca-*
tonis temporibus cognita, ut proinde non sit facile sine ope-
rosa disquisitione tempus hoc designare in anno *Juliano*. Ca-
vebant porro de *Agnis* eadem illæ *Catonis* *Leges*: *Hiscæ* (in-
quit) *Legibus* *agnus* *diem* & *noctem* qui *vixerit in fructum*, & *Kal.*
Jun. emtor fructu decedat. *Si intercalatum* erit, *K. Maiis* *agnos*
^{xxx.} *ne amplius promittat*. De *annis ovium* *fructibus* illæ, ni
fallor, agebant *Leges*; *ultimumque* tempus statuebant *Verni Pe-*
coris. Hinc ergo colligimus *Sacrum* illud *Ver* anni 560. *cujus*
mentionem supra observavimus è *Livio*, anni fuisse *intercalaris*,
quod mense *Mai*o, non *Junio*, *Vernum* pecus censerit.
Colligimus etiam ne quidem à *Pontificibus* neglectum esse
illum, qui pro *Cycli* *Lege* debebatur, *Merkedonium*. Alio-
qui ad mensem *Junium* usque pertigisset. *Pleni* ergo erant
hucusque *Merkedonii*. Ita enim prope ad menses *Julianos*
accedunt hi *menses veteres*; ita prope ad *Solis* rationes in *Pa-*
rapegmate veteri designatas, quas jam *easdem* probavimus cum
Julianis: ut longius à *Kalendario Juliano* distare non possent
quam necesse erat per *annuas Cycli Lunaris Epactas*, nullis
sublatis, vel *redundantibus*, *Merkedoniis*.

Uuu 2

Cæte-



Seft. XL.
 Non est necesse
 ut *Votum Verni*
pecoris an. Varr.
 559. *solutum*
 propterea ite-
 randum fuerit,
 quod *Vernam*
tempestatem per-
vertissent additi
omiffive, præter
Cycli legem,
Mercedonii.

Cæterum; ut redeamus ad hujus, in quo versamur, anni
 560. *Ver Sacrum*, constat è *Livio* priori anno 559. debitum
 fuisse solutumque. Nempè *votum* à *Sulpicio Galba* COS. anni
 554. Sic enim habet *L. xxxiv. c. 43.* *Donum* enim præter *li-*
dos, voto *quinquenniali*, ab eo *votum* initio *Belli cum Philippo*
Macedonici testatur idem *Livius L. xxxi. c. 9.* Pro forma pro-
 culdubio *Votorum Quinquennialium*, si *Resp.* per *Quinquennium*
 futurum eodem statu fuisset. Inde colligitur ad illum usque
Sulpicii *Consulatum* nullam adhuc in *Fastis* esse *Jacunam*. *Doni*
 autem nomine *Ver Sacrum* intelligi ex his duobus *Livii* locis
 invicem collatis apparet. Cur igitur hoc anno rursus *solutum*
 est? Nempè quia non recte factum anno superiori 559. *Lici-*
nus *Pontifex* observaverat, eodem teste *Livio*. Quod ad an-
 num attinebat, recte factum fuisse certissimum est. Itaque ad
tempestatem anni *Vernam* error ille, ut videtur, referendus
 erat. An igitur *omiffis*, vel *interpolatis*, præter normam, *Mer-*
cedoniis factum, ut menses *Verno pecori* assignati *Vernæ tempe-*
statis limites in *Parapegmate Solari* designatos egredèrentur,
 hoc autem anno intra illos fuerint revocati? Plane non est
 necesse ut ita rem fuisse suspicètur. E *Catonis* verbis, imò è
Legibus ab eo memoratis, jam didicimus alios fuisse *Verni pe-*
coris menses in anno *communi*, alios in *Embolimeo*. Fuerat au-
 tem is annus *Varr. 559. communis*. Proinde *Verni pecoris* men-
 ses à *Kalendis Aprilibus* ad pridie *Kalendas Junias* pertigissent.
 Erat annus *Cycli III^{us}*. quo dies *Maii veteris* ultimus idem erat
Cycli 1178. Detrahantur ad anni *II^{um}* finem, pro rationibus *Ju-*
liani, dies 1037. Sic erit hujus anni *Juliani* dies 141. *com-*
munis utique, *Maii* proinde *Juliani* dies *xxi^{us}*. Plane extra
Vernæ tempestatis limites è *Solari Parapegmate* tum recepto su-
 pra à nobis designatos. Nec tamen casum huius præviderant
legum latores à *Catone* memoratarum. Itaque facillimum erat
 ut ante tempus elapsum ne quidem à *Pontificibus* fuerit ob-
 servatus, quos aliunde constat in cura *Kalendarii* sibi com-
 missi adeo fuisse negligentes. Hinc autem firmantur, magis
 quam evertuntur, ea quæ diximus; quippe quæ cum illorum
temporum disciplina factisque ne provisus quidem, adeo tamen
 accurate consentiant. Hinc etiam colligimus his circiter tem-
 poribus scriptos fuisse quos habemus *Catonis* de *Re Rustica*
Libros, dum nondum ulla essent corrupti à *Pontificibus* *Ka-*
lendarii Civilis exempla. Vix certe diu postea. Et ne qui-
 dem anno *Varr. 560.* ullum fuisse supra *Cycli* normam *Merke-*
donium.



donium exinde certum est, quod is, siquis fuisset, ut extra *Verna tempestatis* fines, coepta jam *Parapegmatis Aestate*, mensis *Aprilis finis* incideret, effecisset. Sed nec defuisse exinde verisimile est, quod mensis *Verni pecoris* ultimus hic idem fuisse constet quem *Lex* illa *Catonis* ultimum constituit, quoties *intercalaretur*. Hucusque ergo *plena* erant *Cycli* rationes. Si ergo de *implendis* illis cum *Populo* egerit *Consul Acilius*, non potuit alterius anni quam 562ⁱ. *omissus* fuisse *Merkedonius*. Nec enim potuit is esse qui sui anni *fine* erat *intercalandus*. Hic enim *Cyclo* debebatur, ut ne quidem refragari auderent *moniti Pontifices*. Et quo loco deberetur, id quoque constabat ex antea editis à *Flavio Scriba Fastis* atque *Parapegmate*. Quod si *omissum* anno 562^o. suo anno 563. effecerit ut *resarciretur Acilius*; duo fuerint illo anno *Merkedonii*: alius, pro exemplo anni *Confusionis* 708ⁱ. *fine Novembris*, qui *Cycli* *damna* *suppleverit*; alius illi anno *debitus* suo loco legitimo *post Terminalia*, *mensis Februarii*. Hic ergo *Cycli* à *Pontificibus* hoc *Seculo* *mutilati primum* tenemus *exemplum*. Antea ergo *plenis Merkedoniis* procedet *calculus*, ut nulla sit, seu de *mutilatione*, seu de *indebita supra modum auctione*, suspicio. Sic ergo *progrediendum* ut, pro *norma Nundinarum Lepidianarum*, dies horum temporum *Nundinales* *deprehendamus*. Ab hujus *Cycli* (qui anno U. C. *Varron.* 556. *Martio* *ineunte* *coepit*) *initio*, *Cycli* *erant integri* v. & dies *præterea* 299. dies *nimirum* *in univsum* 44129. si *nulli* *defuissent*, nec *redundassent*, *Merkedonii*. Nos autem *duos* ante *Lepidum* *recisos*, *maiores* *minoremque*, *probavimus*. Itaque *tollendi* dies 45. *Reliqui* *erunt* dies 44084. quorum *ultimus* fuerit *Nundinalis*. His *divisis* per 8. *supererunt* 4. qui *proinde*, per *perpetuam Regulam*, *deducendi*, ut *octavo* quoque loco *respondeat Nundinalis*. Eodemque modo *progrediendum* *post Merkedonium* anni 564. qua *decurret* à *Januario*, dum *rursus Cycli* *rationes* *depravarent Pontifices*. Hunc annum VII^m. à *Pace Carthaginensibus*, *secundo Bello Punico finito*, *concessa* *recte* *numerat Asconius*.

Sunt porro alia quæ horum temporum intervalla *plena* fuisse probant. Annum 559^m. x^m. numerat *prope Livius* ex quo *Hispania* *pulsi* fuerant *Carthaginenses*, L. xxxiv. c. 13. *Cesserant* anno 548^m. Itaque *prope*. Eundem xx^m. *censet* à *Consulatu Q. Fabii & Titi Sempronii*, L. xxxiv. c. 6. Anni *nimirum Varr.* 539. *Consulibus*. *Accuratissime*. Hoc tamen anno *aliud exemplum* *habemus negligentiae*, qua *res alio anno gestas Livius* ad

Secl. XLI.
Annus nullus
in Fastis deficit
ad ann. Varr.
555. Per primum
Livianum
ad Aequinoctium
pertingit.



a Liv. L. XXXIII.
c. 44. addito
Fragmento
Horricis.

b Liv. L. XXXIII.
c. 32.
c. 1b. c. 26.

d Liv. L. XXXII.
c. 28.
e L. XXXI. c. 5.
f L. XXXII. c. 21.

g Lib. XXI. c. 63.

alium transtulit. Ait enim antea quam COSS. ab Urbe profiscerentur, ^a Ver sacrum esse factum, quod A. Cornelius Mammula Prætor voverat de Senatus sententia, Populique jussu, Cn. Servilio & C. Flamínio Coss. Atqui Ver sacrum hoc anno factum aliud fuisse ostendimus, & quidem ipso teste Livio, non à Prætoro illo, sed à COS. qui ante Quinquennium fuerat C. Sulpicio Galba, votum. An igitur duplex Ver sacrum eodem anno fuisse putabimus? Non magis profecto quam binas eodem anno Vernas tempestates. Imo secum pugnat ipse Livius. Superioris enim anni 558ⁱ. Ver illud sacrum fuerit oportet quod à COSS. anni 537. Cn. Servilio & C. Flamínio, annis post uno ac viginti factum sit, quod hoc ipso loco idem agnoscit. Anni 558. ^b situm firmat mentio ^b Isthmiorum. Firmat præterea quod v^m. illum à ^c Bello Punico 2^o. finito censeat, ab anno nimirum 553. Hoc eodem anno Varr. 558. qui Capitolinus est 557. Triumphum IV. Nonas Martias, nempe Martii veteris die IV^o. repræsentant Fasti Capitolini. Annus erat Cycli 11^{us}. quo dies ille Cycli 716. Hi (si per 8. dividantur) nihil reliquum faciunt. Sic ipsis Nundinis inciderit, pro rationibus Æmilianis, quæ proinde hoc tempore nondum obtinebant. Detractis IV. die contigerit à Nundinis IV. satis commode. Ita, si quidem Sigonium audiamus. Sed quotus fuerit, ultra annum CL. non docet textus Marmorum Capitolinorum ab Onuphrio descriptorum accuratius. Uti, ne quidem illud, an COS. triumpharit Marcellus, an PROCOS. Nec an Martius mensis fuerit, an Maius. Proinde nihil est quod ex hoc triumphali die colligamus. Annus 557. IV^{us}. ^d Livio est à Bello Macedonico decreto. Recte. Idem enim anno 554. decretum ^e refert. Sic etiam anno 556. Aristhenus Achaorum Prætor, ^f tertium ait COS. tum cum concionaretur, summa vi Bellum gerere. Hoc anno 556. maturius quam priores soliti erant COSS. à Brundisio Corcyram venit, L. XXXII. c. 9. Antea scilicet quam prioris anni COS. qui primo Vere in hostem duxerat, dum multos dies in consilio agitaret, quicquam ad exitum perduxisset, c. 6. Itaque nec ipse longe ab initio Veris. Nonus hoc anno inierat Cyclus, cujus initio concurrebant Martius vetus & Martius Julianus. Proinde Juliani quoque Martii die xv. Consulatum Quintius inierat. Antea tamen quam Roma discedere fas esset ^g Jovis Templum in Capitolio adeundum erat, Senatus habendus, feriæ Latine indicendæ pariter atque observandæ, Jovi Latiali solenne Sacrum in Albano faciendum. Tum paludatum illum cum lictoribus

in



in Provinciam discedere oportebat. Hæc ni fierent, Reip. omèn *infaustum* credebatur; nec ^{a Liv. L. xli.} *Sacramento militari* teneri se ad obsequium ipsi *militēs* credebant. Hæc tamen ut fierent, vix poterat *Quintius* in Provinciam ante *Martii* diem xx^m. discedere, ut *moram* ejus *brevissimam* fuisse supponamus. Atqui tum mensis *Vernus primus* necessario fuerit elapsus, imo à secundi medio longe abesse non potuit. Quomodo ergo primo Vere *Quintius* ad *Corcyram* potuit appellere? Ægre certe, si tres designasset *Veris* partes pro mensum numero *Vernalium*, ut scilicet *primum Ver* non *Veri* duntaxat extremo, sed medio etiam opposuerit. Magis autem *bipertitam* fuisse probabile est *Veris* illam, quam innuit, distributionem. Ut scilicet *primi Veris* nomine partem illam designarit *Livius*, quæ *Æquinoctium Vernalē* præcessisset; & ab ea parte secreverit, quæ *Æquinoctium* secutura erat. Sic ait idem *Livius*, *Philippum Macedonem Persei* patrem *PRIMO VERE* copias conscripsisse. Mox illa subiungit: ^{b Liv. L. xxxiii. c. 3.} *Ita suppleto exercitu, secundum Vernum ÆQUINOCTIUM omnes copias Diu contraxit &c.* Hic *primum Ver Verno Æquinoctio* concludit, ut proinde reliqua pars *Veris* ea intelligenda sit, quæ *Æquinoctium*, ut dixi, sequebatur. Sic etiam alibi: ^{c Liv. L. xxxviii. c. 9.} *Rhodiis, quo magis cessatum priore Æstate erat, eo maturius ÆQUINOCTIO VERNO eundem Pisistratum classis præfectum cum sex & triginta navibus miserunt.* Tantundem hic videtur innuere per *maturitatem* eam quæ *Æquinoctium* præcesserit, ac alibi quoties de *maturis Expeditionibus* testatur *Principio Veris* eas, vel *Primo Vere*, fuisse. Sic poterit *secundi mensis Verni* partem *Æquinoctio* priorem, *Principii Veris*, vel *Primi Veris*, nomine complecti. Sic post *Veris initium* in *Februario* de *hyeme* secutura monet *Ovidius* *Fast.* ii. *Ver* autem *medium April.* xxv. *Fast.* iv. *veris finem* statuit *Maii* xiii. De Vere loquitur *hyemem* illam secuturo. Proximo anno *Varr.* 555. qui *Capitolinus* erat 554. *novos Censores* agnoscunt *Fasti Capitolini.* Et *Comitia Censoria* ab illius anni *Cos. L. Lentulo* habita docet ^{d Liv. L. xxxii. c. 7.} *Livius.* Ne dubitemus quin illo ipso anno *Censuram* inierint, & quidem *anno ineundæ Censuræ legitimo.* Hoc anno *COSS.* ipsis *Idibus Martiis* inivisse docet *Livius*, uti etiam ^{e Liv. L. xxxii. c. 1.} *Prætores.* Nempe à *Nundinis* die iii.

Anni porro 554. *scitum* certiolem haberemus, si quidem placuisset *Librariis.* Ipsum *U. C.* annum designat *Livius*, *L. xxxi. c. 5.* Sed tanta *Codicum* discordia, ut nihil inde elici possit. Erat annus illi, pro norma *Catonis*, 552. quam tamen lectionem nulli,



nulli, quod scimus, Codices agnoscunt. M. porro Pomponium sub COSS. anni 550. *Pratorem triennio* ante Q. Minucium hujus anni *Pratorem* fuisse statuit, c. 12. Hoc si recte, *terminum* utrumque Livius excluderet. Magis convenit, quod *Pecunia* sub COSS. anni 544. *mutuo datae tertiam pensionem* hoc anno *debitam* agnoscat, c. 13. Habuit nimirum in animo SC. anni 550. de quo ipse L. xxix. c. 16. ut *primam pensionem* praesentem ii qui tum essent, duas *tertii & quinti Consules* numerarent. Sic fuerit *secunda pensio* debita à COSS. anni 552. qui *tertii* erant à Coss. anni 550: *tertia* autem ab hujus anni COSS. *quintis* nimirum ab anni 550. Coss. si, pro more *Liviano*, termini utriusque includantur. Hæc accuratissime. Hoc anno *Autumnali Aequinoctio instante*, xxxi. 47. *hyemales motus* evadere cupiunt *classis Romanae* praefectus *Apustius* & Rex *Attalus*, qui etiam ipse *Bellum maritimum* gerebat. Hæc scilicet, pro disciplina *Parapematis*. Ab ipso enim *Aequinoctio Sept. Julian.* xxiv. incipere credebantur *procellae*, usque ad *mare clausum*, ut è *Vegetio* aliisque constat. Convenit, quod addit *Livius*, Regem *Attalum* initiis *Atticis* interfuisse. *Initia* anni *Varr.* 554. ad annum *Periodi Calippicae* spectabant LV^m. quo *Boëdromionis Attici* dies xx^{us}. qui *initiorum ultimus* erat, cum diebus *Septembris Romani* xvi. & xvii. concurrebat, nec proinde *Aequinoctium* excessit, quod innuit ipse *Livius*. Jam ergo non longe aberat à *Parapemate* *Kalendarium Romanum*, è quo hæc depromserat *Auctor Livii*. Locum praeterea hujus anni firmat *initium* *Belli cum Philippo*: Praecedentis autem (qui *Varron.* erat 553.) *Pax* data *Carthaginensibus*. Hic erat nimirum annus ab *inchoato* *Bello illo Punico 1^o*. sub COSS. anni *Varron.* 536. xvii^{us}. *completus*, vel xviii^{us}. *inchoatus*, ut numerat ^a *Livius*, qui solet *extremum* utrumque complecti. Erat etiam à *Pace* data 513. finito *Bello Punico 1^o*. ut vult idem *Livius*, xl. si licet per *Librarios*, qui perperam reponunt L. Erat praeterea 63. ab *initio* *Belli Punico 1^o*. ann. *Varr.* 490. ut vult denique idem ^b *Livius*. Nullus ergo hucusque in *Fastis hiatus* est. Annum 552. firmat *Dictator* annis ante *Dictaturam Sullae*, quæ anno *Varr.* 672. decernebatur, 120. ut testatur *Velleius*. Firmat etiam *Eclipsis* ^c *Solaris Cumis* observata, quam *Octob. Julian.* die xix. fuisse *docent calculi Astronomici*. Sub ipsam *famam Rebellionis Carthaginensium*, eam fuisse testatur *Livius*. Inde *tempus illius Rebellionis* intelligitur. Firmant praeterea *Vota Quinquennalia* ab hujus anni COSS. antea quam in *Provincias* proficiscerentur, *soluta*,

^a Liv. L. xxx.
c. 44.

^b Liv. L. xxxi.
c. 1.

^c Liv. L. xxx.
c. 38.



soluta, ^a à T. Manlio Dictatore vota. Dictator hic anno 546. ^{a Liv. L. xxx.}
 factus fuerat Comitiorum causa, anni, ut ait ^{b Livius, exitu, vo-} ^{c. 27.}
 veratque ludos in sequens lustrum, hoc proinde anno comple- ^{b Liv. L. xxvii.}
 tum, vel superioris anni potius fine. Voti certe damnari Resp. ^{c. 33.}
 non potuit antea quam *Quinquennium* absolveretur. Et hujus
 anni mox *initio* solutum est. Annum hunc post xvi^m. Belli
 numerat ^{c Livius, quo ex Italia Hannibal discesserit. Recte} ^{c Liv. L. xxx.}
 scilicet, qui annum *superiorem* xvi^m. recensuerat, & *sequentem* ^{c. 28. 30. 31.}
 553. proinde xviii. & pro eadem forma reliquos hujus Belli
 annos pene universos. Annum præterea ^{d xxxvi^m. numerat,} ^{d Liv. L. xxx.}
 ex quo *Puer Hannibal* ex *Africa* cum *patre* discessisset. Nempe ^{c. 35. 37.}
^{e ix. annis Hispaniam tenuerat Amilcar Hannibalis pater, post} ^{e Liv. L. xxi.}
 quem *Asdrubal* annis viii. sub quo 3^m. ^{f tyrocinii annum exe-} ^{c. 2.}
 git *Annibal*. *Amilcaris* patris atque *Asdrubalis* Imperia annos ^{f ib. c. 4.}
 implebant xvii. antea quam ipse præficeretur *Hannibal*, anno
 proinde *Ætatis* suæ xxvi. Addit deinde ^{g Livius res gestas ab} ^{g c. 5.}
Annibale anno Præfecturæ 1^o. Bellum nimirum in *Olcadas*, quo
 peracto onustum præda exercitum in *hiberna Carthaginem no-*
vam deduxerit. Hic ergo annus fuerit *Annibalis* xxvii. Se-
 quitur deinde *Vere primo* alia illius *Expeditio* in *Vacceos*, cum
priore Æstate Olcadas domuisset. Hic annus erat illius xxviii.
 Victis hoc anno *Carpetanis*, tandem *Turdetanos* aggreditur, un-
 de causa nata Belli in *Saguntinos*. Itaque res gestæ in *Turde-*
tanos anno *Hannibalis* xxix. tribuendæ, & quæ sequebatur ob-
 sidio *Sagunti*. Eam urbem *octavo* demum *mense* expugnatam
 quosdam scripsisse testatur ^{h Livius, atque rursus Carthaginem} ^{h c. 14. 21.}
novam in *hiberna* illum concessisse. Hanc *obsidionem* *Coss. P.*
Cornelio Scipione & *T. Sempronio Longo* fuisse tradit ^{i Livius, de} ^{i c. 6.}
 quo tamen alibi dubitat, cum iisdem *Coss.* ad *Trebiam* pugna-
 tum fuerit, quod tamen *quinto* ab *hibernis* in *Carthagine nova*
mense, quo in *Italiam* pervenerit, ^{k alibi potius statuendum} ^{k c. 14.}
 esse censet. Sed *priorem* potius sententiam hoc in loco, ut
 puto, sequitur. Censentur enim hi *COSS.* hujus Belli *primi*.
 Inde *COSS. decimiseptimi*, ad annum pertingunt ab anno *Han-*
nibalis ix. xxxvi^m. ex quo è *patria* discesserit. Itaque hucus-
 que intervalla sana sunt, saltem pro sententia *Livii*. Annus
 551. ^{l xvi^{us}. Livio Belli est. Situm ejus præterea verum pro-} ^{l Liv. L. xxx.}
 bant *vota Quinquennalia* ludorum magnorum hoc anno *soluta*, ^{c. 1.}
 quos voverat *T. Manlius Torquatus* Dictator *Coss.* anni 546.
 Docet etiam *Eclipsis*, si tamen de *Eclipsi* verba ^{m Livii intelli-} ^{m Liv. L. xxx.}
 genda sint. Docet *Q. Metelli* Dictatura anno *Varr.* 549. quam ^{c. 2.}



a c. 23.

b Liv. L. xxx.
c. 19.Sect. XLIII.
Etiam usque ad
ann. Varr. 547.
Nisi quod ann.
Varr. 548. ab-
fuerit fortasse
Merchedonius.c Liv. L. xxix.
c. 14.

^a triennio ante statuit Livius. Est & alia apud eundem Livium anni nota, si quidem *Epocha*, unde numerus initur, fuisset explorata. Ait enim hunc annum, quo COS. erat Cn. Servilius Geminus, ^b xvi^m. fuisse ex quo Pater Consulis Cn. Servilius, patruusque Cn. Lucretius à Boiis capti ad vicum Tanetum, jure Belli in servitutem redacti fuissent. Deest autem Historiæ Romanæ annus Varronianus 535. unde constare posset, quinam illi fuerint Boiorum motus qui viros tam illustres libertate spoliarent.

Annus porro Epochæ Varroniæ 550^m. multa stabiliunt. Imprimis numerus, quo Belli censetur xv^{us}. Liv. L. xxix. c. 13. Tum prorogatum Scipioni in annum Imperium, qui anno superiori Consul in Africam transferat. Ne jam memorem alios superioris anni Magistratus in annum prorogatos. Præterea vi^{us}. à Q. Fabii & Q. Fulvii Consulatu annus, c. 15. qui scilicet Consulatum gesserant anno Varr. 545. Etiam intervalla pensionum hoc anno decretarum, c. 16. de quibus supra. Sed & Quæstura Catonis majoris, quam his COSS. non Livius modo c. 25. verumetiam Cicero tribuit in Bruto, unde locum ejusdem Ciceronis in Catone Majore c. 4. jampridem, plaudentibus Eruditis, emendavit Pighius. Hujus anni situm denique confirmant Censores tam in Livio c. 37. quam in Fastis etiam Capitolinis, qui Lustrum horum Censorum numerant XLVI. Hoc porro anno April. XII. Magnam matrem Deorum Urbi intulerunt, qui fuerit proinde festus. Vix certe Nundinalis prima illa vice, cum fuerit liberrimum ut in quem vellent diem festum indicerent. Tum certe Nundinas non erant electuri, quas, pro illorum temporum Religione, à festorum celebritate adeo probavimus alienas. Dies, quo Dea in Urbem est recepta, April. XII. anno illo Cycli xviii^o. dies erat à Nundinis Lepidianis IV. Et ann. Varron. 549. certum habemus è numero Belli XIV^o. toties à Livio memorato, L. xxviii. c. 38. 39. 41. 44. Rectissime, pro supradictis ejusdem rationibus. Annus ille proximus erat ex quo C. Servilio Provincia Sicilia obtigerat, c. 45. quod anno 548. contigisse ipse testis est, c. 10. Biennio autem serior clade Asdrubalis, c. 46. quæ Consulatu fuerat C. Claudii Neronis & M. Livii Salinatoris, ann. Varr. 547. xvii^{us}. porro à primo Marcelli Consulatu, L. xxix. c. 11. Illum autem Marcelli Consulatum ad annum Epochæ suæ 531^m. referunt Fasti Capitolini, qui idem Varronianus est 532. Annum 548. Belli XIII^m. sæpe numerat ipse Livius, L. xxviii. c. 10. 12. 16: & v^m. ex quo Scipio



Scipio Hispaniam Provinciam acceperat, c. 16. & Epitom. L. xxviii. quod anno 543. factum L. xxvi. c. 18. ipse testatur. Cæterum hujus anni Coss. ad Bellum *principio Veris* profectos ait. Annus erat Cycli xvi^{us}. quo Idus *Martii veteris* cum *Martii Juliani* die concurrissent xxvi. si nulli defuissent redundassentve *Merkedonii*. Sic autem *principio Veris*, ne quidem poterant COSS. in *Provinciis* concedere, quanquam vel ipso quo inierant die, mora nulla interposita, sese itineri accinxissent. Primus enim *Veris* mensis jam *Martio* nondum admodum affecto exierat, ut ostendemus. Et pro *bipertita* *Veris* divisione *principium Veris*, saltem *Æquinoctio*, *Martii Juliani* die xxv. jam fuisset elapsum. Nec tamen *Consulatu* suscepto, mox licuit ab Urbe discedere, dum *Senatum* consuluissent, dum *prodigia* procurassent, dum *ferias Latinas* observassent, dum *vota* in *Capitolio* nuncupassent, dum *facris factis lictores* demum *paludatos* haberent. Tantumque temporis his peragendis infumi solebat, ut *mensis* integer elabi antea soleret quam Expeditiones, quæ tamen *maturæ* habebantur, suscipere liceret. Si ergo hanc *temporis* notam hauserit è coævis Auctoribus *Livius*; necesse est ut hoc etiam anno defuerit *Merkedonius* ad minimum unus, qui *major* fuerit si idem fuerit qui huic anno, pro *Cycli* lege, debebatur. Hic, si fuerit *omissus*, *Martii Juliani* die iii^o. inierint illius anni Coss. & tamen ante ejusdem *Martii* diem xxv^m. ab Urbe *paludati* discesserint. Quo autem anno *omissus* fuerit, & quo demum *suppletus*, docebunt dies *Nundinales* vel à *Nundinis* alieni, siqui fortasse *fatis* amplo numero è tenebris emergent. Annum, qui *precessit*, 547. similiter xii^m. numerat *Livius* Belli & ab *Annibalis* transitu per *Alpes*, L. xxvii. c. 39. Conveniunt etiam annorum *proximorum* notæ, imprimis illa *præcedentis*, *funeribus* duorum COSS. lugubris, c. 40. 44. qui anni fuerant 546. Etiam illa, quod *M. Marcium* Regem Sacrorum *biennio* ante *mortuum* esse scribit, c. 36. Hoc scilicet de anni superioris 546. *exitu*, antea quam inirent hujus anni COSS. Et *mortem* similiter *Marcii* *exitui* anni 544. assignat, c. 6. cum nondum anni 545. COSS. *Magistratum* capessivissent.

Recte quidem hujus anni 547. situm in *Historia Romana* disponit *Livius*. Perperam autem committit cum ludis *Olympicis*. Anno superiori 546. *exeunte*, antequam inirent hujus anni COSS. ait *Olympiæ ludicrum ea æstate futurum*, L. xxvii. c. 35. Rursusque hoc ipso anno 547. ait *Machanidam Lacedæ-*

Sect. XLIV.
Male *Livius*
ann. U.C. *Varr.*
547. cum ludis
commisit *Olym-*
picis.



moniorum tyrannum, cum Olympiorum solenne ludicrum parantes Eleos aggredi statuisset, à Philippo Rege Macedonum esse fugatum, L. xxviii. c. 7. Hæc duo loca invicem collata docent ad hujus anni Varroniani 547. ætatem Olympia ab eo esse relata. Certum tamen est non anno 547. sed 546. acta esse Olympia. Male autem commisit Historicorum princeps cum anno Civitatis suæ Romano annum Græcorum, ut quod anno Romano quo cœperit annus Olympiadis cxlvi. primus assignandum fuerat, ille Romano anno tribuendum censuerit, qui cum Olympiadis anno concurrerit, primo quidem, sed desinente, secundo autem incipiente. Neque vero est quod in Livio errorem hujusmodi miremur, cum forte neminem veterum habeamus, qui in diversarum Urbium annis invicem committendis semper fuerit accuratus. Diodori commissiones vitiosæ in confesso sunt. Et nos Xenophontis similis lapsus in Annalibus Xenophonteis ostendimus. Nullum autem hujus anni Magistratum rebus ad Olympia spectantibus immiscet Livius. Hoc si fecisset, res ipsa documento esset, veram illam esse annorum utrorumque commissionem. Tam longe autem inde abest, ut veræ quoque commissionis vestigia Livius ipse suppeditet. Observavit Lidyattus Ætolorum conventa Marcello iv. & Lævino Coss. biennio post Olympiæ in sacra monumenta fuisse redacta. Sic enim docet ipse Livius, L. xxvi. c. 24. Is annus erat Varron. 544. Proinde Olympia anni fuerint Varron. 546. Nos alia addimus. Causas habet Livius cur Olympiis adesse vellet ^a L. Manlius Romanorum legatus, ut qui Siculi bello ibi profugi, aut Tarentini cives relegati ab Annibale essent, domos redirent: scirentque sua omnia, quæ ante bellum habuisset, reddere Populum Romanum. Syracusæ captæ à Marcello anno Varr. 542. Autumno, & proinde actis Olympiadis cxlvi. ludis. Tarentum recepit Fabius anno Varr. 545. ut è Livio constat atque Cicerone. Si quidem sub COSS. anni Varron. 547. fuissent Olympia, alia quoque Olympia sub COSS. anni 543. Cur itaque non illa potius Olympiade actum credemus de revocandis ab exilio Syracusanis? Rectissime autem de exulibus utrisque simul reddendis decretum fuerit his demum anni 546. Olympiis, si fuerint ab expugnatis Syracusis Tarentoque proxima, non si media aliqua Olympias intercessisset. Et congrue admodum anni 546. Olympiis Tarentinos restaurabant Romani, cum fuerit superiori anno 545. à Fabio Maximo recepta Urbs ipsa Tarentina. Facit eodem, quod ait Livius, de eo mæstum fuisse Philippum Macedonia Regem, quod celeri-

^a Liv. L. xxvii. c. 35.



celeritatem ^a suam anno illo *fortuna* elusisset. Exempla autem ^{a Liv. L. XXVIII. c. 8.} ponit fugati ab *Opunte Attali*, à *Chalcide Sulpicii*; imo his (inquit) diebus *Machanidæ tyranni Lacedæmonii* è manibus suis elapsi. Eiusdem ergo anni hæc omnia fuisse consentaneum est. Sic tamen ut *ultima* fuerit omnium fuga illa *Machanidæ*. Fuit autem fuga illa ipsis *Olympiis*. ^b *Meditantem enim Eleos aggredi* ^{b c. 7.} *Olympiorum solenne ludicrum parantes* Rex *Machanidam* oppressisset, ni matura fuga se, audita Regis adventuri fama, in *Lacedæmonem* recepisset. Sed vero *Sulpicio Macedoniam Græciamque* provinciam in annum ^c *prorogata* (qui annus 546. ^{c Liv. L. XXVII. c. 22.} fuerit) ipse docet *Livius*. Proinde *fine* anni 545. Aliam illius ^c *prorogationem* ante fugam *Machanidæ* ne quidem apud ipsum *Livium* ullam legimus. Non me tamen fugit *Pighium*, quod duorum deinceps annorum gesta *Sulpicii* apud *Livium* legisset, ita Provinciam illius illam disponere, quasi *binis annis continuis* fuisset *prorogata*. Qua vero excerptorum à se Auctorum sententiam expressit, ita loquitur ipse *Livius*, quasi à *fine* anni *Varr. 545.* ad fugatum ab *Olympiis Machanidam*, unius duntaxat anni indulta fuerit *Sulpicio prorogatio*. Imo ita quasi *unica* intervallo illo *Sulpicii* fuerint *hiberna*. Quæ si vera sint, anno alteri præterquam 546. convenire *Olympia* illa vix poterant. Nam anno certe 545. eam *prorogationem* fuisse consentaneum erat, *desinente* scilicet, quæ in annum *sequentem* duratura erat 546. Quæ ergo ante *hiberna* gesta sunt, ea anno 545. convenirent. Ea nimirum omnia, quæ tamen *Livius* ita narrat, quasi anno contigissent 546. *Hiberna* ergo illa *hyemis* fuerint inter annos 545. & 546. *mediæ*. Ea autem, cum *unica* fuerint, proinde ultra annum 546. progredi non poterant, quæ illius anni *Æstate* concludenda erant. Nec sane *Æstatem* egredi poterant quorum *ultima* ultra *Solstitium* non evagabantur, *tempestatem* ludis *Olympicis* agendis *legitimam*. Nihil tamen obstat error ille *Livii* in rebus *Græcorum* quo minus fuerit, in suorum *Civium Romanorum*, quorum *Historiam* scribebat ex professo, nihilominus accuratus. Annum autem hunc 546. is *Belli Punici* numerat *xii^m. L. xxvii. c. 22.* Hoc etiam anno *quinquennium* terminat ab anno 541. quo *Tarentum Annibal* occupaverat, *L. xxvii. c. 25.* Hoc anno *ludi quinquennales* soluti, quos voverat *M. Æmilius Prætor Urbanus* sub *COSS.* anni 537, *c. 33.* Nempe *exeunte* secundo *quinquennio*, si is ipse annus 537. *primus* numeretur. Hoc denique anno *iii. d* *Nonas Quintiles* ^{d Liv. L. XXVII. c. 23.} *ludis Apollinaribus* in perpetuum constitutus est, hoc anno pro-



Sect. XLV.
Observatio ne-
cessaria in com-
mittendis invi-
cem Græcorum
Romanorumque
Annalibus.

inde minime *Nundinalis*. Erat à *Nundinis Lepidianis* v^{us}.
Ergo non est cur, propter illam *Olympiadis* mentionem, si-
tum *Romani* anni suspectum habeamus. Erat enim causa ad-
modum facilis, & proinde merito in committendis *Græcorum*
Romanorumque Annalibus observanda, cur quæ ejusdem anni
ambitu fuerint revera gesta, alio tamen atque alio anno ab
Historicis fuerint narrata. Nempe propter *diversa* Anni Ci-
vilis *exordia*. Qui enim *Annalibus* condendis operam na-
vabant, *gentis* duntaxat *sue* in *anni Civilis* forma ratio-
nem habebant, etiam in *gentium aliarum* Actis recensendis.
Nempe his temporibus *Romanorum* Annalistæ ab *Idibus Mar-*
tiiis exordiebantur, ita ut quæcunque inter *Idus Martias* præ-
cedentes sequentesque contigerant, ea omnia ad *unum* eun-
demque *annum* pertinere censerentur. Nec aliter *gentium alia-*
rum Annales invicem secernebant, dum ipsi sibi comperta, nec
aliena fide explorata narrarent. Sic viceversa *Polybio* coævi
post *Timæum Græci*, ad annos *Olympiadum* omnia exigebant,
quos tamen invicem per *Archontum Atheniensium* initia distin-
guebant. Illi ergo *Archontes*, cum mense *Attico* inirent *He-*
catombæone, proinde omnia quæ inter unum aliumque *Heca-*
tombæonem contigerunt, ea unius *Annalis* ambitu complecte-
bantur. Itaque res gestas, etiam *Romanorum*, ad annum tamen
suis Civibus notissimum, vel saltem in *Scriptis* receptissimum,
Græci quoque similiter exigebant. Dum scilicet *Scriptorum*
alienorum fidem non sequerentur, sed res *sibi* notas monumen-
tis mandarent generi humano universo profuturis. Ita ergo
quæ uno *anno* complectitur *Livius*, ea *duobus* narrat *Polybius*.
Et viceversa *Annus U. C. Varronianus* 570. pro *priori* parte,
cum *anno ultimo* coincidebat *Olympiadis* CXLVIII. pro *posteriori*
parte, cum *anno Olymp.* CXLIX. *primo*. *Initio anni* ^a missus est
in *Macedoniam* & *Græciam* cum legatis *Romanis* aliis *Appius*
Claudius. Cujus proinde *appulsum* in *Græciam* ad *Olymp.* CXLVIII.
refert ^b *Polybius*. *Querelas* autem *Græcorum* in *Philippum Ma-*
cedonem *Polybius* exhibet *Olymp.* CXLIX. quarum causa *Romam*
Philippus Demetrium filium miserit. Ita proculdubio ^c *Polybius*,
quod *novum* ille *annum* suum à *nova* arcessiverit *Olympiade*. Hoc
tamen, fateor, ad *sequentes COSS.* anni 571. referre ^d *Livium*,
sed *ineuntes*. Antea nimirum quam *paludati* in *Provincias* dis-
cederent. Idque sane ita factum oportuit, ne alioqui post
paucos admodum illorum *Coss. menses* novus procederet *an-*
nus Polybianus. *Annus Romanus* proximus 571. *Olympiadis* CXLIX^e.
partim

^a Liv. L. XXXIX.
c. 33.

^b Polyb. Ex-
cerpt. Leg. XLIII.

^c Polyb. Ex-
cerpt. L. XLVI.

^d Liv. L. XXXIX.
c. 46.



partim anno primo, partim secundo, respondebat. Polybius autem adventum legatorum *Achaeorum* anno *Olympiadis* 11^o. ^{a Polyb. Excerpt. Leg. II. b Liv. L. XXXIX. c. 48.} tri-
buit, quos anno tamen hoc ipso Romano *Romam* venisse è ^{b Liv. L. XXXIX. c. 48.} *Livio* colligimus. Venerunt scilicet, paulo postquam rediisset è ^{c Polyb. Exc. L. LIII.} *Græcia* *Marcus*, quem hoc ipso anno in *Græcia* legationem obiisse docet *Livius*. *Marcii* certe legationem postea, veluti memoria admodum recenti memorat ^{c Polyb. Exc. L. LIII.} *Polybius*. Et vindictam cæsi à *Messenis Philopæmenis* per *Lycortam* patrem postea narravit *Polybius*, quam hoc ipso anno refert Romano *Livius*. Eam certe vindictam exegit adhuc in *Prætura Lycortas*, qui socius fuerat in annua *Achaeorum Prætura* ipsius *Philopæmenis*. Habemus ergo tres annos *Polybianos*, quorum partes cum duobus concurrerint duntaxat annis *Romanis*. Et quidem ita concurrunt, ut qui annus alienus anno suo Civili cæpisset, illum cum suo eundem censuerint, non autem illum qui in eo tantummodo desisset. *Romani* ergo *Annalistsæ Archontis* illius annum sub suis *COSS.* complectebantur, qui mense primo Lunari post *Solstitium* initurus erat. Ita factum ut (cum *Idibus Martiis* inirent *COSS.*) pars anni *Romani minima* fuerit quæ in priorem *Archontem* incidere, major autem illa quæ in posteriorem. *Græcis*, è contra, qui *COSS.* illorum annum suo tribuebant *Archonti*, quo Magistratum tenente *Romani COSS.* inierant; major proinde pars Magistratus *Archontici prioribus COSS. Romanis*, minor autem *Consulibus* erat posterioribus assignanda. Sic ergo *Annalistsæ Græco Archontis* illius annus quo inibant *COSS.* anni *Romani Varroniani* 547. (quos fuerit proinde cum suo *Archonte* commissurus) pars tamen anni longe maxima superiorum fuerit *COSS.* anni 546. quos ille, pro methodo jam recepta, cum anni superioris *Archonte* copulaverat. Quæ ergo habet de *Olympiis Livius*, ad *Græcam* spectabant *Historiam*; nec sibi adeo, nec coevo alicui Civi suo Romano, ut videtur, explorata, ea *Græcis* *Annalibus* illum debuisse verisimillimum est; qui id saltem designaverat, quo demum *Archonte Manlius Romanorum* legatus in *Græciam* appulerit, quem *Olympiadis primum* observaverit, illa potissimum de causa, quod cum *Græcis* illis exulibus legatus *Romanus* in ipsis egerit *Olympiis*. Male tamen *Livius* accepta aliunde commisit cum suis *Romanorum Annalibus*. Quod scilicet non observaret partem illam, de qua hic agebat, anni *Archontici*, non horum, sed superiorum fuisse *Consulum*. Et quidem hanc veram hujus erroris causam fuisse vix dubito, merito proinde deinceps à *Chronologis* observandam in *Græcorum*
Anna-



Annalium Romanorumque commissione. Ut enim à *Græcis* rem *Græcam* didicisse verisimillimum est; ita his temporibus *Græcum* vix alium excerpfit quam *Polybium*, quem *testem* aliquoties advocat, & quem fere *ducem* sequitur, ut jamdiu observârunt Criticorum peritissimi. Hucusque ergo recte se habent *Romanorum Annales*.

Sect. XLVI.
Hinc ad ann.
540. *Varr.* Facti
pleni, quo tem-
pore *Nundina-*
rum modum
Emilianum re-
ceptum fuisse
probabile est.

Annus ergo præcedentem *Varron.* 545^m. *Belli* x^m. bis agnoscit *Livius*, L. xxvii. c. 9. 21. ne quam Codicum mendam suspicemur. Idem viii^m. numerat à prælio *Cannensi*, c. 9. Id quoque rectissime, cum clades illa anni fuerit 538. Est enim illud ei solenne, ut annum quo contigerit *Epochæ* caput primum numeret. *Situm* anni firmant *Censores*, quorum *Comitia* hoc demum agnoscit anno *Livius*, c. 11. Firmat recepta à *Fabio* *Urbs Tarentina*, huic anno attributa tam à *Livio* quam à *Cicerone* in *Catone majore*. Sic locum anni 544. stabilivit ipse *Livius*, qui & proximum fuisse docet *COSS.* anni 543, L. xxvi. c. 28. & clade *Cn. Fulvii* biennio posteriorem, L. xxvii. quam cladem retulerat ad ann. U. C. *Varronianum* 542. Cæterum adhuc unum saltem, quem dixi, *Merkedonium* defuisse suspicor. *Lævinum* enim hujus anni *Consulem Veris principio* à *Corcyra* ad *Anticyram* venisse dicit *Livius*, quam etiam intra paucos dies testatur in fidem receptam. Hic literas accepit *absentem* se *Consulem* fuisse declaratum, L. xxvi. c. 26. Inivit ergo solus *Romæ Consulatum Marcellus*. Et quidem ipsis *Idibus Martiis*. Quod scilicet *morbis* præterea *Lævini* obstiterit, ne post *Comitia Consularia* ante *Idus Martias Romam* appelleret. Imo elapsa erant *Quinquatrua*, *Martii* scilicet dies xx. antea quam *Romam* attingeret. Nec tamen, qui *Veris principio Anticyram* aggressus fuerat, vel *Roma* potuit abfuisse *Vere* admodum affecto. Expectante scilicet reditum ejus *Collega* atque *Civibus*. Sed vero dies ille *Martii veteris* xx^{us}. idem fuisset, anno *Cycli* xii^o. *Aprilis Juliani* 1^o. si nulli abfuissent *Merkedonii*, *Veris* parte plusquam dimidia exacta, post *Cardinem Vernalem Æquinoctialem*. Maturior *Epocha* in forma *Juliana* quærenda erat, ut saltem ante *Æquinoctium* redierit, si quidem pauci dies intercesserint inter *principium Veris* quo *Lævinus Anticyram* oppugnârit, famamque *designati Consulatus* sui acceperit, & *Quinquatrua*, quibus elapsis *Romam* redierit. Sed fieri potest ut *plurium dierum* is fuerit *morbis Lævini* qui reditum ejus impedierit, quem *Livius* agnoscit ipse *diuturnum*, c. 26. Et sane favet, quod *magna anni parte circumacta* *Lævinum* testatur in *Siciliam* venisse, c. 40.

Reten-



Retentum nimirum querelis *Siculorum* atque *Campanorum*, & rei *nummaria* cogendæ difficultate. *Harum* rerum mora (ni fuerit *nimia*) vix poterat iter in *Siciliam* tam sero differre. Sed cum ea, quæ fuerit, ex hodiernis monumentis non appareat; non est proinde cur de *Merkedonio* illo temere, vel *omisso*, vel *intercalato* statuamus. Annum 543. proximum fuisse *COSS.* anni 342. & cladi *Cn. Fulvii* in *Apulia*, quæ sub illis fuerat *COSS.* ipse docet *Livius*, L. xxvi. c. 1. Et proximus illi quo *captus* est ab *Hannone L. Pomponius Veientanus*, c. 3. Quod anno factum 341. c. 1. testatur ipse *Livius*. Annus 542. alter, erat annus ex quo Bellum in *Sicilia* ingenti dimicatione gestum est, L. xxv. c. 6. Nempe post Consulatum *Marcelli* III^m. jam *circumactum*. Sed à defectione *Syracusanorum* anno 540. annus III^{us}. c. 15. 31. A *Cn. Scipionis* in *Hispaniam* adventu I^o. hujus Belli anno 536. annus septimus, c. 36. Absolutus scilicet. *Octavus* enim annus agebatur cum, post *caedem Scipionum*, res *Romanorum* in *Hispania* restauraret *Martius*, c. 38. Exhibet præterea *Livius* duos hoc anno *dies*, quos verisimile est non fuisse *Nundinales*. Alius erat a. Kal. *Maias*, L. xxv. 4. quo *Posthumius* *Publicanus* *judicio* sese sistere tenebatur. Hic certe *fastus* fuerit oportet & *juridicus*, nec, pro lege *Hortensia*, *fastus* in *causis Nundinalibus*. Alius ante v. Kal. *Maias*, quibus *Latinas* tenuerint hujus anni *Consules* antea quam *paludati* in *Provincias* proficiscerentur, c. 12. Cæterum pro forma *Nundinarum Lepidianarum*, detractis 7. dies ille posterior *Aprilis* xxvi. ann. *Cycli* x. qui *Cycli dies* erat 3719. in ipsas incidisset *Nundinas*, reliquis per 8. divisus. Hinc sane colligitur, non, ut postea sub *Lepido*, ita hoc etiam anno, *duobus Merkedoniis*, *majori* ac *minor*, *spoliatas* fuisse *Kalendarii* rationes. Detractis tantummodo *sex*, neuter erit *Nundinalis*, seu *pleni* fuerint omnes seu defuerit *unus* utriusvis formæ *Merkedonius*. Hinc ergo fortasse receptus fuerit *Nundinarum* calculus *Emilianus*, quem *antiquiorem* fuisse mox probabimus. Anno porro 540. *Censores* memorat *Livius*, L. xxiv. c. 43. Et quidem ante *Tribunos Plebis*, quos *iv. Id. Decembres* inire solitos idem testis est, L. xxxix. c. 52. Hi ergo *Censores*, si hoc demum anno *inierint*, ad hunc usque annum *Varr.* 540. *annorum* intervalla omnia *plena* esse probabunt. Et quidem *inivisse* manifestum est è *Comitiis Censoriis*, quorum curam hujus anni *COSS.* commissam testatur *Livius* ipse disertissime, L. xxiv. c. 10. 11. Eiusdemque anni *fitus* verus exinde vincitur, quod Belli hujus v^m. numeret *Livius*, L. xxiv. c. 9. Male ergo hunc eundem



Sect. XLVII.
Recte se habent
anni Varr. 539.
& 538.

dem annum ab excidio *Sagunti* viii^m. numerat *Librarius*, c. 42. Annus 539. proximus habetur *Consulatu* *Terentii Varronis*, L. xxiii. c. 25. Sequitur annum *Punici Belli* iii^m. sed *circum-actum*, c. 30. Ut sit ipse ejusdem Belli proinde iv^{us}. Proximus illi quo *Annibalem* à clade *Cannensi* insolentem *Nola* arcuerat *Marcellus*, c. 39. 45. L^{us}. à pace cum *Hierone primo* Belli *Punici primi* anno inita, L. xxiv. c. 4. L. xxv. c. 31. Accuratissime, si annus *Varron. 490. primus*, pro *Livii* more, numeretur. Hoc autem anno recte se, ni fallor, habebant, pro *Cycli* lege, *Mercedonii*. *Frumenta enim ex agris in urbes munitas* decrevit *Senatus ante Calendas Julii primas convèhenda*. Ita *Livius* L. xxiii. c. 32. Anno *Cycli* vii^o. primus *veteris Julii* dies idem erat *Cycli* dies 2673. Detrahantur, pro rationibus *Julianis*, ad finem anni *Cycli* vi. dies 2498. concurretque, pro justo *Mercedoniorum plenorum* modo, cum die hujus anni *Juliani communis* 175. *Junii* proinde *Juliani* xxiv. *Solstitio* ipso *Romano*, pro *veteris* quoque *Parapegmatis Solaris* rationibus, quas jam easdem probavimus cum *Julianis*. Nec sane *maturior* illa *αεριοψία* esse potuit, cum *ferias messivas* mense *Julio Solaris* celebrarent *Romani*. Proinde nullum *Mercedonium* abfuisse certum est. Et ne quidem *redundasse* verisimillimum est. *Messis enim tempestatem inter Solstitium ortumque Caniculæ* plerisque testatur fuisse ^a *Varro*. Ita scilicet, ut *principium* illius à *Solstitio* deduxerint, *finem* autem ad *Caniculam* usque protraxerint. *Canicule* autem *ortum* non longe illi à *Julii Juliani* die xx^o. stantuebant, ut alibi ostendimus. Nonnulli enim *serius*, nonnulli paulo etiam *maturius*. His ergo limitibus *messes* suas, etiam cum esset *otium*, complectebantur. *Oraculum* autem memorat ^b *Plinius*, quod præceperit, *biduo celerius messem facere potius, quam biduo serius*. Itaque eo propendebant ut *messes* facerent quam *maturrimas*. Quod vero ibi *Oraculum*, hoc idem hoc in loco suadebat *Bellum*, ut in *messibus* colligendis, pro virili sua, properarent. Tempus autem *properatarum*, Belli causa, *messum* alibi nos docet *Livius* anno superiori 540. Sic enim scribit de *Annibale*: ^c *frumentum ex agris Metapontino atque Heraclensi (jam media æstas exacta erat, & hibernis placebat locus) comportat*. Nec sane longe aberat ab *Æstatis* medio dies ille, quem dixi, *Junii Juliani* xxiv. pro limitibus *Æstatis Parapegmaticæ* à nobis supra descriptis. *Maii* enim fere ix. *Æstatem*, *Augusti* autem fere vii. *Autumnum* cœpisse diximus. Ita *Junii* xxiv. *sesquimensis Æstivæ partis* elapsus fuerit, quæ *dimidia pars* illius

^a Varr. R. Rust. L. i. c. 32.

^b Plin. N. H. xviii. 30.

^c Liv. L. xxiv. c. 20.



illius fuerit satis accurate. Hinc saltem sequitur, quoties *properandum* esset, propius ad *Solstitium* quam ad *Caniculæ ortum* fuisse accedendum. Sic nullum erit spatium *Merkedonio* vel *minori*, supra *Cycli* exigentiam intercalando. Iusti ergo erant hoc anno, & pro *Cycli* lege, *Merkedonii*. Anni 538. nota est, quod *Coss.* anni 537. proximum censeat *Livius*, L. xxii. c. 40. 41. 42. 44. 49. 53. 54. Ait præterea ^a *Livius* mox ante præ-
 a L. xxii. c. 43.
 lium *Cannense*, in calidiora, atque eo maturiora messibus, *Apuliæ* loca *Hannibalem* movere statuisse. Si hoc ideo dixerit, quasi nondum in *Apulia* collectæ fuissent vel maturiores illæ messes, omissos fuisse necesse erit *Merkedonios*. Prælium enim illud iv. Non. *Sextiles* fuisse tradit è *Claudio* (ut videtur, *Quadrigario*) ^b *Macrobius*. Is dies, si nulli defuissent *Merkedonii*, idem
 b *Macrobi. Sat. L. i. c. 16.*
 fuisset cum *Augusti Juliani* die v^o. Elapso jam, non *Solstitio* modo, verumetiam ortu *Caniculæ*. Vix autem sufficiet unicus, vel majoris formæ, *Merkedonius* exemptus ut infra tempus *messium maturrimarum* contrahatur hoc iter *Annibalis*. Neque tamen plures eximi potuisse ex anno præcedenti 537. mox ostendemus. Sed *messem* jam collectam fuisse docet *Polybius*, L. iii. c. 107. Metuo ergo ne quid proprium Auctorum quos excerptit sententiæ addiderit *Livius*. Ait enim postea sacrum
 c L. xxii. c. 56. & *Plutarch. Fabi*
 c *Cereris* anniversarium propter hujus cladis luctum fuisse intermissum, luctumque ipsum, ne alia quoque sacra publica aut privata defererentur, diebus xxx. Senatusconsulto fuisse conclusum. Quasi nimirum infra diem à cladis nuncio xxx^m. sacrum illud *Cereris* anniversarium occurrisset. Miror Ego quodnam illud fuerit *Cereris*, de quo agit *Livius*, sacrum anniversarium. *Megalesia* certe hoc ipso Bello jam admodum affecto instituta sunt. Erantque mensis *Aprilis*, diu antea elapsa. Seriora autem erant *Atheniensium Thesmophoria* mensis *Attici Pyanepsionis*, aliena quoque ipsa à *Romanis*. Potius ergo eo propendeo ut sentiam recte se hoc anno habuisse *Merkedonios*.

Præcedenti profecto anno 537. tot sunt tempestatum notæ, ut ægre admodum potuerit annus *Civilis* à *Cycli* lege discrepare propter *Merkedonios* vel omissos, vel præter normam intercalatos. Docet *Livius Annibalem*, Vere appetente, movisse ex *hibernis*, & quidem quam fieri soletet maturius, propter metum *Gal-lorum* de *hibernis* illius indignantium, L. xxii. c. 1. Multa etiam Expeditionis incommoda recenset, quæ *Vernæ intemperiei* accepta refert, varianti calores frigoraque, c. 2. E quo intelligimus, jam ceptum esse *Ver* etiam *Parapegmaticum*, nec tamen

Y y 2

admo-



admodum *affectum*, cum tam *varia* esset caloris frigidisque vicissitudo, & quidem propter *Vernæ tempestatis intemperiem*. *Martium* certe *Julianum ineuntem* videntur hæc designare *notæ*. Idque aliunde docet verum fuisse *Livius*. Ait per idem tempus *Cn. Servilium Cos. Romæ Idibus Martiis* Magistratum inivisse, c. 1. Idus illæ *Martii veteris* anno *Cycli* v^o. in diem quadrabant *Cycli* 1835. qui anno illo *Bisextili*, si iusti fuerint *Mercedonii*, in diem *Martii Juliani* occurrebat viii^m. Ait præterea, dum *Consul* placandis *Romæ* diis, habendoque delectui dat operam, *Annibalem* ex *hibernis* esse profectum, quia jam *Flaminium* *Consulem Arretium* pervenisse fama erat, c. 2. Cum scilicet jam antea legiones *Arimini* cum legionibus accepisset, L. XXI. c. 63. Et quidem ipse *Idibus*, ut ibi docemur, *Martiis*. Hoc ergo tempore quo inierant *COSS.* Expeditionem suscepit *Annibal*, *Idibus* nimirum *Martiis*. Dum autem *prodigiorum* causa placandis *Romæ* diis operam daret *Cos. alter Servilius*, jam erat in itinere. Sed vero *prodigiis* illis *Solis orbem in Sardinia* *minui visum* accenset *Livius*, L. XXII. c. 1. quæ ad *Eclipsim Solis*, quæ *Februarii Juliani* die XI. contigerit, referunt *Eruditi*. Eodemque fortasse referri poterant verba illius alia, de *pugnante* cum *luna Sole Arpis viso*. Hinc certum est post diem *Februarii* etiam *Solaris* XI^m. *Idus* illas, quibus *COSS.* inierint, fuisse *Martias*. Imo post nuncii de *Eclipsi à Sardinia ad Romam* adventum. Si dies itineri illi necessarii subducantur, ægte patientur ut vel *unus* deesse potuerit *Mercedonius*. Clades præterea ad *Thrasymenum*, utcumque *præcep*s fuerit *Flaminius*, ante *Martii veteris finem* esse vix potuit. Tum *Prodictator* à *Populo* dictus *Fabius*, c. 8. Ne antea contigerit, vetant res gestæ à *Consule Servilio* in *Gallis*, *levia* quidem, sed uno *plura*, prælia, unumque oppidum ignobile expugnatum, cum de collegæ interitu nuncium acciperet, Nec tamen ille *Roma*, post initum *Idibus Martiis* *Consulatum*, *paludatus* in *Provinciam* discesserat, nisi *sacris* omnibus, quæ contemserat *collega*, rite procuratis. Imo *Mai*o potius *Juliano* ineunte *Dictaturam* accepisse *Fabium* exinde colligimus, quod res ejus *gestæ* omnes *Æstati* imputentur. *Æstatis* reliquum extraxisse docet *Livius*, c. 15. *Exactam prope Æstatem* per *ludificationem hostis* memorat, cum *Romam* rediret ad *auspicia* nova capienda, c. 18. Sic *Romam* redierit, *Augusto Juliano* ineunte. Creato *Consule* in locum *Flaminii M. Attilio Regula*, redit in castra, c. 25. parem deinceps in imperio habens *Magistrum Equitum Minutium*. Tandem,



Tandem, exacto jam prope semestri imperio, Coss. accivit, qui exercitum à se acciperent, c. 31. Tempus autem quo exercitum acceperint COSS. ita describit Livius, c. 32. Ait illos hibernacula mature communivisse. Quod scilicet nondum esset hiems. Tum enim (inquit) Autumni erat tempus. Ita tamen affecti, ut hiemem agnoscat impendentem, quæ causa proculdubio fuerit hibernaculorum mature muniendorum. Facile inde intelligimus, Octobri Juliano exeunte, vel ineunte Novembri, cujus die x. cœpit hiems Parapegmatica, elapsam esse semestrem Fabii Dictaturam, quæ Maio Juliano, quo cœpit Æstas, inierit. Ita cum Civili Romanorum anno conveniebat eorundem Solare Parapegma, ut vix credibile sit, longius invicem quam ferebant Cycli leges, discrepasse propter Merkedonios. Situm porro hujus anni firmat Eclipsis modo dicta. Firmat, quod proximum illum agnoscat Livius Consuli Sempronio, L. XXI. c. 63. Quod secundam hanc Æstatem Belli Punici, L. XXII. c. 23. Quod hoc demum anno Romanorum clades testetur fuisse per biennium, c. 25. 30. Et detectum Carthaginensium speculatorem, qui Romæ latuerit per biennium, c. 33. Facit præterea ad Merkedoniorum legitimam dispositionem confirmandam, quod habet Livius, de anni quidem Romani superioris fine, Juliani autem hujus initio. Ait enim Annibalem ad prima ac dubia signa Veris hibernis discessisse, L. XXI. c. 58. atque Apennini transitum tentasse. Sed gravissima passum ab aeris inclementia frigidissimi, retro ad Placentiam castra movisse, & in Sempronium adhuc Consulem à comitiis Consularibus reversum incidisse, c. 59. Hic sane manifestum est prima ac dubia signa Veris, primos fortasse Favonios, antea fuisse quam sequentes inivissent COSS. quos tamen Idibus Martiis inivisse è Livio ipso jam supra observavimus. Nec paucos fuisse dies è rebus gestis apparet. Imprimis ex itinere per Apenninum laboriosissimo, ubi biduo velut obsessi manserint, c. 58. Tum dies erat alius quo ad Placentiam reversus est. Postero die movit in Sempronium, c. 59. Rursus postero die prælium erat, unde in Lucam concesserit Sempronius, ib. Nondum scilicet Ariminum cogitans, ubi exercitum traditurus erat sequentis anni Consuli Flaminio, ipsis illis quibus initurus erat Idibus Martiis, quas cum die Martii Juliani VIII. concurrisse diximus. Vix est quod dubitemus quin Februario Juliano convenerint prima illa ac dubia Veris signa, quæ sane maturiora esse vix poterant. Merkedonius autem, siquis defuisset, in Januarium; si redundasset, in Martium, Julianos transtulisset.



Quorum tamen mensium neutro *prima Veris signa* agnoscebant coæva illorum temporum *Parapegmata*. Hinc obiter & illud intelligimus, cur *Veris principium* adeo *serum* censere soleat. *Ver* scilicet illud intellexit *Livius*, quo rebus Vere gerendis licuit fidenter incumbere. Quod sane *primis dubiisque Veris signis* non licuit, sed certioribus minusque ut plurimum fallacibus. Sic enim *maris liberi* nomine *securam navigandi tempestatem* complectebantur *Romani*, qua scilicet *navigacioni non periculose* tantummodo, verumetiam *dubie*, opponitur, ut discimus è *Vegetio*. Non est ergo quod miremur si *Ver* illud *Livius*, non à *Februario*, sed à *Martio* potius, *Juliano* arcessendum existimârit.

Seft. XLIX. *Annus* porro 536. pro Belli hujus *Punici* secundi 1^o. habet *Livius*. Non tamen dissimulat fuisse qui ab anno potius *superiori* 535. repetendum censerent, L. XXI. c. 14. Recte utriusque. Primi enim *COSS.* quibus *Bellum* in *Annibalem* à *Senatu* demandatum est, anni erant 536. Sed anno 535. *Saguntum* excidit *Annibal*, ut proinde recte *Bellum* inde arcesserent alii, qua *Bellum* in *socios Romanorum* ad *Romanos* ipsos spectare credebatur. Sed *menses octo*, à *Vere* quo inibant *Romani COSS.* numerandos obsidioni *Urbis Saguntinæ* insumsit ipse *Annibal*. Sequebantur deinde *legationes* primo ad *Annibalem*, tum deinde ad *Carthaginem*, quibus effectum est ut *Bellum* anno demum *exeunte* indiceretur, à *proximis* proinde *Consulibus* administrandum. A *Sagunti* obsidione *Bellum* censet ^a *Polybius*, quam sub *Æmilii* anni 535. *Consulatu* statuit, committitque cum *Olymp. CXL^o*. anno *primo desinente*. Accuratissime. Idus enim *Martie* ad illum *Olympiadis* annum *desinentem* referendæ erant. Sic ille nimirum quem *primum* habemus qui *Historiam Romanam* cum *Græca* accurate commisit; qui illis vixit *temporibus*, quibus *immitæ* invicem *res Græcorum* atque *Romanorum* edocerent quo *pacto* invicem committendæ essent; qui adeo *nupera* vixit harum rerum *memoria*, ut multos *viderit* qui earum *pars magna* fuerint. His enim Ego potius fidendum arbitror quam *retroactis* *Veterum* in longinquum *supputationibus*, quibus hæctenus *nimum* tribuerunt *Chronologorum* præstantissimi. Hucusque ergo in *Fastos hiatus* irrepere vix potuit. Hunc enim annum 535. firmat præterea *Eclipsis Solaris* à ^b *Polybio* memorata. Agnoscit etiam cum *Coss. Plinius*, L. XXIX. 1. *COSS.* anni 505. *Varroniani* firmat *Plinius* N. H. XV. 1. Deficit deinde in superioribus *Livius*, & continua *Annalium* monumenta. Hinc ergo per

Hinc intervalla
Fastorum plena
sunt usque ad
initium Belli
Punici I. ann.
Varr. 490.

^a Polyb. L. IV.
c. 37. 66.

^b Polyb. L. IV.



per intervalla de Fastorum integritate judicandum erit. Ea tamen colligemus quæ videbuntur fide dignissima; quæ optime sibi invicem, & cum certa temporum doctrina, consentient. Quæ autem hucusque diximus recte se habere docet Epochæ ^{a Poly-} ^{a Polyb. L. I. c. 1. L. III. 1. 4.} *Polybiana* annorum LIII. ab obsidione *Sagunti* hoc anno 535. Vere incunte coepta, qui proinde primus numerandus est. LIII^{us}. annus erat capti *Persei*, deportatique exercitus, qui sane alius esse non potuit ab anno *Varr.* 587. Illo enim demum anno admodum affecto triumpharunt duces *Persei* victores, tam COS. *Æmilius* quam *Prætor Octavius*, mense scilicet *Decembri*. Hoc intervallum adeo *Polybio* erat exploratum, ut nulla prorsus in illud cadat erroris vel levissima suspicio. Itaque progrediamur ad anteriora. Consules ergo anni *Varroniani* 518. anno U. C. 518. tributos confirmat ^{b Censorinus} *Decemviro- rum Com-* ^{b Censor. c. 17.} *mentariis*. Non equidem arbitror tunc in usu fuisse Epocham ab *Urbe Condita* ullam certam, nedum *Varronianam*, cum nondum scilicet editus in lucem esset ipse *Varro*. Contrarium ostendunt Epochæ antiquiores à *Varroniana* longe discrepantes, *Fabii Pictoris*, *Cincii Alimentis*, & *Polybii* & *Catonis*. Imo *Ennius* immanis ille error qui annum numeravit U. C. 700^m. cum nequidem absolveretur 600^{us}. ipso hoc observante ^{c Varrone}. Hoc ^{c Varr. R. Rust. L. III, c. 1.} tamen facile inde intelligimus cum *Quindecimviro- rum* coævis *Archivis* hucusque convenire Fastorum *Consularium* intervalla. Et *Censores* anno suo 519. qui *Varronianus* erat 520. agnoscunt *Fasti Capitolini*, unde intelligimus hucusque respondisse *justa Censuram Quinquennia*, si quidem anno illo *Censores* iniverint. *Coss.* anni 513. *Pacem* post *primum Bellum Carthaginiensibus* datam agnoscit ^{d Livius}. Conveniuntque ad amussim omnia. ^{d Liv. L. xxx. c. 44.} Ait ibidem *bellum initum*, [secundum scilicet,] sub *COSS.* anni *Varr.* 536. quorum annum ille pro *primo* *secundi Belli* anno semper habet, ut vidimus. Ait quidem *Amilcarem*, sub recentem *Romanam Pacem*, per *quinque annos Africo Bello* cum *mercenariis* exercitum. Ita quidem, si *Codicibus* standum esset *hodiernis*. Sed meliora docet certior etiam *Auctor* ^{e Polyb.} *Polybius*, ^{e Polyb. L. I. c. 88.} spatium illius *Belli* fuisse *ἑξήκοντα ἔτη ἔν τε τῆς αἰῆς πρὸς μῆνας*. Sic *Hispaniam* Provinciam susceperit anno *Varr.* 516. Anno enim 513. confirmata est à *Populo* *Pax* eo demum pacto à *Lutatia* concessa, ratam fore si ^{f Livius} *Populus* censuisset. Quæ tamen *Pax* à ^{f Liv. L. xli. c. 19.} *Lutatia* concessa etiamnum ^{g Liv. L. xxx. c. 21.} *Consule*. Utrumque enim testatur diserte *Livius*. Ita *Pacem* confirmavit *Populus* anno *Varr.* 513. incunte. Nec adeo quatuor illi supra tres annos menses *Amilcaris*



Amilcaris in *Hispaniam* adventum ultra ann. 516. distulerint. Conveniunt porro numeri *Liviani* sequentes. Ut sit proinde certum, non *Livio* errorem illum, sed *Librariis* esse potius imputandum. Tenuit Provinciam *Amilcar* annis novem, teste ^a *Livio*, suffragante etiam ^b *Polybio*. Ad annum proinde *Varr.* 525. Inde *Asdrubal* per octo ferme annos. Ad annum scilicet 533. Inde *Annibal* triennio, ut videtur loqui hodiernus *Livius*, sub ^c *Asdrubale*. Sed de *Annibalis* in Provincia imperio omnino *Livius*, ni fallor, intelligendus est. *Medium* enim ^d *Livius* inter patrem & filium statuit *Asdrubalem*. Et de *Annibalis* Imperio ita loquitur, ut ^e duas illius in Provincia *Astas* agnoscat antea quam *Saguntum* oppugnaret, ut proinde *Astas* oppugnationis *tertia* numeranda sit, annique fuerit ad minimum 535. Ita *Ver* illud quo, excisa jam Urbe *Saguntina*, *Italiam* ingressus est in *COSS.* anni 536. incidet rectissime. Ita anno 536. viginti annos, quibus militaverit exercitus suus, numerat *Annibal* ipse apud ^f *Livium*. Ab anno nimirum 516. quo in *Hispaniam* migravit *Amilcar*. Nisi forte numero *rotundo* usus fuerit (quod facit ibidem ^g *Scipio*) & à *Pace* ipsa ann. 513. numerarit. Sed quoties accurate loquitur, à *Pace* recte annos 23. supputat idem ^h *Livius*. Ut proinde vix sit quod dubitemus quin *veræ* sint, pro mente *Livii*, prædictæ rationes. Firmat enim omnes *Annibalis*, cum in *Africam* rediret anno *Varr.* 552. absentia à patria. Ait *Livius* illum anno xxxvi^o. in *patriam* rediisse. ex quo *puer* inde discesserat. Numerus ille 36. ex anno *Varr.* 552. detractus reliquum faciet annum *Ær. Varr.* 516. quo patrem *Amilcarem* *Annibal* *puer novennis* in *Hispaniam* comitatus fuerit. Egeritque *Annibal*, cum in *patriam* rediret, *Ætatis* annum 45. natus anno *Varr.* 507. annis duodecim major *Scipione*, qui illum vicit, *Africano*. Hæc tamen obiter. A *Pace* illa, quam dixi, ad initium *Belli Punici* primi annos xxiv. numerat non uno in loco ⁱ *Livius*, suffragantibus etiam aliis, ne *numeri* vitium aliquod subesse suspicemur. Et ^k *Livius* *Consulem* nominat, quo *Bellum* illud cœperit, ^l *Appium Claudium* qui Anno *Varr.* 490. Magistratum inierit. Hic si annus, pro more *Livii*, *Belli primus* numeretur, annus *Belli* xxiv^{us}. cum anno ^m *Varr.* 513. concurret accuratissime. Hinc ad finem ⁿ *Belli Punici* II. (quem *COSS.* assignat anni *Varr.* 553.) annos LXIII. si quidem recte se habeant *Codices* illius hodierni. Sed, si mori suo constare vellet, LXIV. essent potius numerandi. Nec enim est quod hucusque dubitemus, saltem de mente *Livii*.

Neque

a Liv. L. xxi.

c. 2.

b Polyb. L. II.

c. 2.

c Liv. L. xxi.

c. 4.

d c. 2.

e c. 5.

f c. 43.

g c. 40. 41.

h L. xxi. c. 16.

L. xxx. c. 44.

i Liv. L. ix. c. 19.

L. xxi. c. 10.

k L. xxxi. c. 1.

l L. xxx. c. 44.

m L. xxxi. c. 1.



Neque vero, pro *Livii* duntaxat rationibus, hic annus certus est, sed aliunde ex Auctoribus minime fallacibus. Concorrebat nimirum hic annus *Varronianus*, pro nostris hypothesis, cum anno *Olympiadis* CXXVIII. 4. & *Olympiadis* CXXIX. 1. Et concurrebat cum iisdem annus *Consulum* eorum sub quibus cepit illud Bellum, qui locum in Fastis tenent anni *Varroniani* 490. Anno tertio *Olympiadis* CXXVIII^e. Historiam complevit *Timæus*, ut docet *Dionysius Halicarnassæus* Auctor exceptione major, teste ^a *Photio*, ἐτας ἐνεσηκότες αὐτῆς τρίτη. Addit *Photius*: ΑΦ ἢς κ' Φησὶν ἀπὸρξαοθαὶ τ' Μεγαλοπολίτῳ Πολύβιῳ τ' Ἰσορίας. Ab illa nimirum *Polybium* incepisse dixerat *Dionysius Olympiade*, non item ab eodem *Olympiadis* anno tertio, sed quarto. Aliter non potuit *Timæum* proxime excipere *Polybius*, si ullus fuisset hiatus inter finem *Timæi* initiumque *Polybii*, cuius tamen Historiam se continuare velle profitetur ipse *Polybius*. Sed vero hanc Epocham, qua primus *Romanorum* Consul *Appius* in *Sici-liam* trajecit, ^b *Polybius* in *Olympiadem* confert CXXIX. quam cum *Timæi* fine continuam agnoscit. Αὐτῆ δ' ἐστὶ συνεχῆς μὲν τοῖς ἀφ' ὧν *Τίμαιος* ἀπέλιπε πῆλαι ἢ κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ εἰκοτὴν πρὸς τ' ἑκατὸν Ὀλυμπιάδα. Vera utraque esse non possunt, nisi eo intelligantur quo dixi modo, ut annus *Polybianus primus* in anno *Olympiastico* utroque partem habuerit. Nec vero est quod dubitemus, quin *Scriptori Siculo Timæo* res *Italiae* fuerint satis exploratae. Ab hoc praesertim tempore quo rebus *Siciliae* suae patriis coeperint immisceri. Ne quidem *Dionysium* latuisse verisimile est, qui *juniores* etiam *Timæo Siculos* excerpserit. Erat praeterea uterque, tam *Timæus* quam *Polybius*, temporum observantissimus. Maxime autem in *Historiae* suae fine *Timæus*, quem sane habuit compertissimum. Et *Polybius* ipse in initio tam bonis monumentis manifesto, nec à suis temporibus adeo remoto. Hucusque ergo nec deerat annus, nec redundabat; sed plena erant mediorum temporum intervalla.

Quae vero annorum *Consularium* partes, his temporibus, quibus *Olympiadum* annis responderint, è tempore legitimo *Consulatus ineundi* colligendum est. Hoc autem discimus è *triumphis* de rebus in *Consulatu gestis*. Nec enim concedi solebat his temporibus *triumphus* praeterquam *Magistratui*, aut qui saltem *Magistratu ornatus fuerat, Curuli*. Obstabat hæc disciplina quo minus de rebus in *Hispania* gestis egregiis triumpharent, vel *Martius* majorum *Scipionum legatus*, vel *Scipio* etiam ipse *Africanus*. Nec fere his temporibus *triumphos* legimus praeterquam

Sect. L.
Hic U. C. annus Varr. 490. partim concurrebat cum Ol. CXXVIII. 4. desinente, partim cum Ol. CXXIX. 1. incipiente.

^a Phot. Cod. LXXXIII.

^b Polyb. L. i. c. 5.

Sect. LI.
Hoc tempore medio aliquo die inter Mart. xvii. & xxiii. Consulatus iniri solebat. Post annum autem Varr. 502. ad init. Belli Pun. 2. à mense fortasse Maio.

Z z z

quam



quam *Consularium*. Quos ergo *Consules triumphasse* legimus, & quidem *primi Consulatus* annis eos jam *Consules triumphos meruisse* consentaneum est. Ann. *Varr.* 487. *L. Julius Libo* Cos. de *Sallentinis* triumphavit, quibus Bellum ipsis illis *COSS.* indictum testatur ^a *Eutropius*. Sed *viii. K. Feb.* ut nos docent *Fasti Capitolini*. *Consulatu* utique in *finem* vergente. Anno *Capitolini*. 487. *Varr.* 488. *binos Consulatum* triumphos habemus, quorum *postremi* mense *Februario* fuerint, diebus mensis *i. & v.* Proinde *Consulatus exitu*. Et *K. Intercalaribus* triumphavit *Duililius* de victoria *navali*, quam *Consul* adeptus est. Et *Idibus Interc.* triumphavit *L. Cornelius Lentulus Caudinus*, etiamnum *Consul* anni *Capitolini* 516. *Varroniani* 517. Unde discimus ad *Consulatus exitum* mensem spectasse etiam *intercalarem*. Res enim illi erat cum *Liguribus* etiam *Consuli*, teste ^b *Eutropio*. Et ne *mendam* suspicemur, addit *Eutropius*, his ipsis *Consulibus* quibus fuerit cum *Liguribus* bellatum, *Hieronem Syracusanorum Regem* è *Sicilia Romam* venisse ad ludos spectandos. Nempe, ut opinor, *Seculares*. Hi autem, cum anno *Varr.* 518. fuerint, ut è *Quindecimvirorum Commentariis* testari vidimus *Censorinum*; proinde rectius ad *COSS. sequentes Cl. Pighius* adventum *Hieronis* censuit esse differendum. Non scilicet occurrebat *Viro doctissimo finem* *Coss.* anni 517. cum *initio* *Coss.* anni 518. satis apte coherere: *initio* autem anni 518. illos fuisse ludos, si quidem fuerint in *Palilibus*; & *diutinum* fuisse ludorum tam celebrium *apparatum*. Imo in annum *Varronianum Julianum* 518^m. occurrit mensis ille *Intercalaris*, qua quidem anni *initium* censetur à *Januario*. Etiam mense *Martio* *Consulum triumphos* habemus brevi *abdicatorum*. *Martii* *i. & iv.* triumpharunt de *Faliscis* *Coss.* anni *Varr.* 513. *Cap.* 512. ut nos docent *Marmora Capitolina*, quos cum *Faliscis* etiam *Consules* rem gessisse testantur *Eutropius* & *Orosius*. Et *K. Martiis* de *Gallis Insubribus* & *Germanis* triumphavit *Marcellus*, & *opima spolia* retulit de *duce hostium Virдумaro* interfecto, anno *Capitolino* 531. *Varr.* 532. quem *Consulem* fuisse cum *vinceret*, testantur omnes; & quem certum est, per *disciplinam Romanam*, *spolia opima Jovi Feretrio* offerre ne quidem *potuisse*, nisi *Consul* ipse *Regem* trucidasset. *Martii* die *v.* *C. Papius Maseo* de *Corsis* à se in *Consulatu* *victis* triumphavit anno *Cap.* 522. *Varr.* 523. De *Sardis* *Martii* *x.* triumphavit *T. Manlius Torquatus* anno *Cap.* 518. *Varr.* 519. quos etiam in *Consulatu* *vicisse* tradunt tam ^c *Livius* quam ^d *Velleius*. De *Gallis Martii* *x.* triumphavit ann. *Cap.* 530. *Varr.* 531. Consul

^c Liv. L. xxiv.

^d Vell. L. II.

c. 38.



Consul alter, alter Martii xii. Et Consulem, cum vinceret, fuisse Flaminium, agnoscunt ^{a Livius & b Orofius.} *Martii xi. de Pænis, a Liv. L. xxi. c. 63. b Orof. L. iv. c. 13.* *Sardinia & Corsica triumphavit L. Cornelius Scipio anno Cap. 494. Varr. 495. adhuc COS. Et Consulem vicisse tradunt Eutropius & Orofius & Zonaras. Martii porro xii. de Gallis triumphavit COS. Æmilius Papus anno Cap. 528. Varr. 529. Et Bellum Gallicum illo ipso Consulatu statuunt omnes, Polybius, Plinius, &c. Eutropius addit Auctorem coævum Fabium Pictorem. Calendas ergo Martias, cum Consulatus iniretur, elapsas esse tot exemplis manifestum est. Convenitque in anno Varroniano 492. etiam Polybius. Agrigentum obsedisse tradit illius anni c Consul- c Polyb. L. i. c. 17. les ἀναλαζόνες & οἱ τὸς οὐαρύωνες. Nempe mense Julio Juliano ad minimum ineunte, cui ferias messivas attributas jam alibi observavimus. Quinque deinde d menses elapsi sunt antea quam d c. 18. occupata ab Hannone Erbeso re frumentaria Romani prohiberentur. Hi ad Januarium pertingent, similiter ineuntem. Addit præterea e duos menses Polybius ante Urbis Agrigentinae de- e c. 19. ditionem. Hi certe vel ad Martium ineuntem pertingent, vel saltem intercalarem. Et tamen ejusdem anni f Consules fuisse f c. 20. quibus facta est deditio, idem docet, qui & cætera, Polybius. Convenit præterea quod prælium Belli Punici primi decretorium ad Egates vi. Idus Martias, sive die mensis illius x. fuisse testetur Eutropius. Est enim nemo qui C. illum Lutatium Consulem vicisse dubitet. Bellum tamen omnes ad sequentes Consules differunt qui xxiv. annorum fuisse testantur. Pax scilicet à C. Lutatio Consule victore concessa, sequentibus tamen COSS. Romæ confirmata est. Et tamen Pacem properatam omnes agnoscunt. STATIM Carthaginenses pacem petiisse testatur Eutropius. PRÆCIPITI FESTINATIONE ad Lutatium Consulem, deinde Romam misisse docet g Orofius. Annum Lutatii g Orof. L. iv. c. 11. jam pene exiisse tradit, ut videtur, è Dione Zonaras. Breve ergo fuerit oportet spatium inter diem illum Martii veteris x^m. quo nondum abdicaverat Lutatius, & proximos Lutatio Consules sub quibus Romæ Pax concedebatur. Sic nempe breve, ut alios hostes Faliscos Consules illi sortiti sint. Itaque & cepto Martio, nec diu tamen postea quam coepisset, proximi inibant Consules. An ergo ipsis Idibus, ut postea, Martiis? Sic equidem suspicabar. Sed meliora didici è diebus Fastorum Capitolinorum triumphalibus. Iphis enim illis Idibus Martiis M. Pomponium Mathonem COS. de Sardeis triumphasse docent Marmora illa Capitolina, anno scilicet Epochæ suæ 520. Varr. 521.*



Et quidem cum *Sardis* in *Consulatu* rem gessisse docet *Zonaras*. Nondum ergo inierant proximi *COSS. M.* præterea *Valerii Maximi Messallæ* triumphum de *Pæneis* & *Rege Siculorum Hierone* xvi. K. April. referunt *Archiva illa Marmorea*. Et quidem jam *COS.* Non me quidem fugit occupatam ab *Appio Claudio* hujus *Valerii* decessore fuisse *Messanam*, fugatumque inde Regem *Hieronem*, & annum victæ à *Valerio Sicilia* perperam à ^a *Plinio* numerari *U. C. 490.* qui tamen calculos sequi solet *Varronianos*. Inde suspicari aliquis possit de rebus ante *Consulatum* gestis illum fuisse *Valerii* triumphum, cum *COS.* fuerit ann. *Cap. 490. Varr. 491.* Sed facillimus erat in *Plinii* numeris unius anni error. Est enim aliunde certissimum res à *Valerio* jam *Consule* gestas fuisse in *Sicilia* quibus triumphum illum meruerit. *COSS.* ambos in *Siciliam* missos agnoscit ipse *Polybius*, & *Hieronem* ipso illo *Consulatu* ad *Pacem* esse coactum. Imo hoc ipso *Valerii* *Consulatu* in *Sicilia* à *Romanis* res magnas gestas fatetur *Eutropius*. Nec aliter *Zonaras*. Is quoque à *Valerio* jam *Consule* cum *Collega* tam seorsim, quam una, *Siciliam* peragrata esse scribit, multos in deditioem acceptos, *Syracusas* ab iisdem obsessas, ipsumque Regem territum fuisse *Hieronem*. De hoc eodem *Consule* *Valerio* hæc habet verba *Capitolinorum* Conditor *Fastorum*: QUI IN HOC HONORE *MESSAL. APPEL. E.* Atqui à capta *Messana* *Messalam* Cognominatum scribit ^b *Macrobius*. Itaque præter priorem illam occupationem *Messanæ* ab *Appio Claudio* *Consule*, eandem rursus à *Valerio Messala* *Consule* captam fuisse certissimum est. Captam certe ab eo *Consule* *Catanam* in *Sicilia* verbis disertissimis agnoscit ipse ^c *Plinius*. Vel inde constat ne quidem hypothesebus *Plinianis* respondere numerum priori illius loco positum à *Librariis*. Nec enim licuit de rebus sub alterius *Consulis* auspiciis gestis triumphare, utcunque partem longe maximam ipse in gerendis habuisset. Ita triumpho excidit *Q. Valerius Falto* ^d *Prætor* comes additus *C. Lutatio* *Consuli*, quanquam, vulnerato *Consule*, ducis ipse partes obierit in victoria ad *Ægates*, quod scilicet *Consulis* auspiciis res gesta haberetur. Sic victo ^e *Li. L. XXVIII. Asdrubale*, non triumphavit tamen *Consul* etiam *C. Claudius Nero*, qui plus ad victoriam quam *Collega* contulerit, quod in *Collegæ* provincia, & proinde illius auspiciis, vicisse crederetur. Ita propter victoriam *Quæstoris* *Tremellii Scrofa* ^f *Licinius* tamen *Nerva* *Prætor* *Imperator* appellatus, qui adeo nihil ad victoriam præter auspicia conferre potuit, ut ne quidem ipse coram

^a *Plin. N. H.*
L. XXXV. c. 4.

^b *Macrob. Sat.*
L. I. c. 6.

^c *Plin. N. H.*
L. VII. c. 60.

^d *Valer. Max.*
L. II. c. 8.

^e *Li. L. XXVIII.*
c. 9.

^f *Varr. R. R.*
L. II. c. 4.



coram adfuerit. Qui ne quidem *Imperatoris* appellationem sub alienis auspiciis mereri potuit, eum certum est multo minus triumphum sub iisdem auspiciis mereri potuisse. Non ergo ob res ab *Appio Claudio* ad *Messanam* aut in Regem *Hieronem* gestas triumphavit certe hic noster *Valerius*. Itaque post diem *Martii veteris* xvii. tenuerint veteris anni *Consules*. Non tamen diu. Nam *C. Aurelii Cottæ* triumphum adhuc *COS. Idibus April.* repræsentant *Fasti Capitolini*, ann. suo 501. *Varr. 502. de Pæneis & Siculeis*. Et quidem illi jam *Consuli* cum *Pænis* rem & *Siculis* fuisse testatur ^a *Orosius*, testatur *Zonaras*. Hinc *Consules* ^a *Oros. L. iv. c. 9.* hoc tempore *Maio* aut *Junio* mense inisse colligit ^b *Sigonius*. ^b *Sigon. in Fast. & Triumph. Rom. an. 502.* Fortasse recte. Anno autem præcedenti duos habemus in iisdem *Fastis triumphos*, alium *Cn. Cornelii Scipionis Asinæ Procos. de Pæneis X. K. April. an. D.* alium *C. Sempronii Blæsi COS. de Poenis K. April. an. D.* Ejusdem anni *Capit. 500. Varr. 501.* fuisse manifestum est, quo jam *abdicato* Magistratu *Procos.* fuerit tantummodo, *superioris* tamen anni *Consul Cn. Cornelius Asina Martii die xxiii. & Consul illius anni Sempronius Blæsus ipsis Kalendis Aprilibus*. Hæc si vera sint, medio aliquo die oportet *Consules* inierint inter *Martii* diem xvii. & xxiii. Et hoc ipso anno facta fuerit mutatio, si vera senserit præstantissimus *Sigonius*. Ita autem se rem habuisse, favet, quod anno *Cap. 519. Varr. 520. Sp. Carvilius Maximus de Sardis K. April. COS. triumpharit*. Nam certe *victoriam* illam in *Sardos Carvilius Consulem* adeptum testatur *Zonaras*. Sic annum tenebimus quo à medio illo die inter *Mart. xvii. & xxiii. in Consulatu ineundo* discessum sit. Et novum illud à *Maio* forte mense exordium, ut anno coepit *Varr. 502.* ita saltem ad annum *Epochæ Varronianæ 520.* tenuisse constabit. Et medio rursus anno aliquo inter annum 520. & *Bellum Punicum 2^m.* vel saltem *Consulatum Servilii ann. Varr. 537.* novum illud initium coeperit ab *Idibus Martiis*. Ne autem nimis longe, his etiam temporibus, evagata fuerint *Consulatum initia*, obstat triumphus *Cn. Fulvii Centumali* jam *Procos. ex Illuriis X. K. Quint. anno Cap. 525. Varr. 526.* qui *Bellum* illud *COS.* superiori anno gesserat. Hinc enim constat ante *Junii veteris* diem xxi. inivisse, qui tum *Procos.* triumpharit.

Hic vero oritur nodus, fateor, vindice dignissimus. Quo pacto scilicet in anno, quo *Consulatum* gessit *Duilius*, locum habere potuerit mensis *intercalaris*. Annum enim illum 493^m. numerant *Fasti Capitolini*, qui *Varronianus* erat 494. cujus finis

Z z z 3.

in

Sect LII.
Anno fortasse
494. suppletus
Merkedonius o-
lim debito loco
detractus.



in annum exit *Varronianum* 495. modo *Juliano*, *imparem* scilicet. Cum tamen in annos *Epochæ Varronianæ Julianæ pares* tantummodo probaverimus quadrare *Merkedonios*. Quid hic dicemus? An pro anni *deficientis redundantisve* Argumento habebimus? Sed *plena* esse *Fastorum spatia* ad Belli hujus *Punici* primi exordium Argumentis aliis invictis, nisi fallimur, evicimus. An ab illo initio alium tamen *situm* fuisse suspicabimur *anni* quo *Consulatum* gesserit *Duilius*? Sed præter numerum *Fastorum Capitolinorum* in *triumpho*, spatia etiam eorundem in *Consulibus* hucusque *plena* suspicioni illi locum relinquunt plane nullum. Nullum *Polybius*. Consulto enim abstinco à minus fidis minorum gentium testimoniis. Vetant præterea, ne *ultra* *Consulatum Duilii* triumphum ejusdem differamus, *Fasti Capitolini*. Fieri potest ut hoc demum anno suppletus *extra ordinem* fuerit, qui debito loco subtractus fuerat *Pontificum* sublesta fide, *Merkedonius*, si tamen hic locus fuerit supplendi. Supplevit enim eodem anno quo *legitimus* debebatur, *Julius*; alio tamen *loco*, ad *finem* scilicet *Novembris*. Nihil autem vetat quo minus etiam *Novembri* potuerit triumphare *Duilius*. Suppetebat enim à *Kalendis Martiis* ad *finem Novembris* spatium satis amplum rebus, quibus *triumphum* meruerat, *gerendis*. Cum tamen *Kalendarii* universam emendationem in *unum annum* contulerit *Julius*; non erit cur inde colligamus receptum morem in *intercalandis* additiis *Merkedoniis*. Certe qui debebatur anno *Varroniano Juliano* 494. ineunte *Merkedonius*, is *elapsus* antea fuerit quam iniret *Duilius*. Hoc tamen si minus placeat, quod mihi ipsi suspectum est; doceant acutiores meliora, & serio gratulabimur. Certe ne locus *legitimus* fuerit, obstant alii hoc ipso *Bello Punico* 1^o. *Intercalares*.

Sect. LIII.
Recte se habere
hucusque *Fastos*, probatur
ex annorum *intervallis* fide
dignissimis.

Hucusque certe *plena* esse spatia, exinde verisimile est, quod *convenient* eorum numeri, qui tamen in *Urbe Condita* summa invicem *discrepabant*. Annum hunc Belli *Punici* primi primum, quo victus est *Hiero*, *Plinius*, qui *Varronem* secutus est, ab *Urbe Condita* numerat 490. *Nat. Hist.* xxxiii. 3. xxxv. 4. Et *Gellius Noct. Att.* xvii. 21. E *Cornelio* forte *Nepote*. *Livius*, qui *Catonem* sequebatur, eundem censet ab eadem origine 488. *L.* xxxi. c. 1. Itaque in temporibus *præcedentibus* quærenda est *biennii* illius discrepantia. *Livius*, qui utrumque terminum complecti solet, ante mortem *Hieronis* anno *Varr.* 539. ut vidimus, 50^m. supputat, *L.* xxiv. c. 4. *Velleius*, qui alterum excludit, 52^m. ante captas à *Marcello* *Syracusas* ann. *Varr.* 542.

Sic



Sic enim habet, L. II. c. 38. Anno Varr. 498. captus est à Carthaginensibus M. Atilius Regulus. Hunc 1x^m. Belli annum numerat ibidem rectissime Velleius. Cæcilium Metellum anni Varr. 503. COS. anno Belli XIV^o. Lilybæum docet obsedisse ^a Polybius. ^a Polyb. L. I. Rectissime. Expugnatumque post decennium, anno Belli XXIV^o. ^c 41. eodem, ut videtur, quo usus est Polybius, teste Philino Agri- gentino docet ^b Diodorus. Ad amussim. Anni porro Varroniani ^b Diodor. Eclog. L. XXIV. n. 3. 505. Consulibus ludos Seculares, pro Livii sententia, assignat ^c Censorinus tertios; quartos autem, pro ejusdem sententia COSS. ^c Censorin. c. 17. anni 605. Intervallum centum annorum fuisse disertis Livii verbis idem probat Censorinus. Hæc certiora sunt quam quæ habet Libri Liviani XLIXⁱ. Epitomator, in quo tamen veritatis vestigia manifesta sunt, cum ludos illos anno tribuit Belli Punicæ tertii primo, qui non alius à Varr. 605. Hos etiam Consules anno U. C. 505. agnoscit ^d Plinius, pro calculo, ut dixi, ^d Plin. N. H. Varroniano. Annos porro Belli hujus XXIV. numerat etiam ^{xy}. 1. ^e Polybius. Quare cum annus Belli XIV^{us}. idem fuerit calculi ^e Polyb. L. I. Varroniani 503. manifestum est Belli finem in annum Varronia- ^c 63. num 513. convenire, pro mente Polybii. Sequentis anni Varr. 514. Consulibus annum VI^m. ante Catonis natalem nectit ^f Cicero. ^f Cicer. Cat. maj. Anno enim Varr. 520. natum reliqui ejus numeri manifestum ^c 14. faciunt. Est enim natus uno ante ^g Fabii Maximi primum Con- ^g ib. c. 4. sulatum anno, quem gessit ille anno Varr. 521. Annum præ- terea ætatis illius 65^m. cum COSS. anni ^h Varr. 586. committit; ^h c. 5. Etatisque 84^m. quo colloquium illud habuisse fingitur, cum ann. ⁱ Varr. 604. Consulibus. Hinc sane connexio horum tem- ⁱ c. 10. porum cum temporibus Historiæ Livianæ plenæ satis manifesta est. Hæc è Cornelii Nepotis Chronicis creditur hausisse Cicero, quem Fastorum etiam Capitolinorum Auctorem credit Pighius. Consules porro anni Varr. 518. huic ipsi U. C. anno assignat ^k Censorinus Scriptor accuratissimus, è Libris Decemviro- ^k Censorin. c. 17. rum. Nec errorem aliquem subesse potuisse è præcedentibus consequen- tibusque ludorum Secularium annis, pro eorundem Decemviro- rum hypothésibus, manifestum est. Addit ^l Livius ædem Virtutis ad ^l Liv. XXIX. c. 11. portam Capenam à Marcello filio dedicatam septimodecimo anno postquam à patre ejus primo Consulatu vota in Gallia ad Clastidium fuerat. Hæc ille sub COSS. anni Varr. 549. Accurate. Gessit enim primum illum Consulatum Marcellus pater anno Varro- niano 532. Sic etiam veros anno Varr. 500. tribuit Zonaras. Vix est quod dubitemus quin è Dione. Pro eodem enim exem- plo annos U. C. 700. & 800. (qua illum integrum habemus) obser-



observavit ipse Dio. Pro calculo scilicet *Varroniano*. Nec melius aliunde *Varronis* hypotheses disceremus, si, quales ipse scripsit, *Dionis* Historias haberemus.

Sect. LIV.
Probatum item est
diebus triumphalibus,
qui proinde non
fuerint *Nundinales*.

Bene autem habet quod hoc ipso loco quo deficiunt *Annales Historici*, pleniores tamen habeamus, quam solemus, *Fastos triumphorum Capitolinos* cum triumphorum *diebus*. Ex his enim colligere, ni fallor, licebit dies eorum temporum *Nundinales*. Quoniam vero plurimum Cyclorum *Nundinae* indagandae sunt, optime procedemus, si ab initio dies à Tabula *Appendicis* ad Praelectiones nostras *Camdenianas* vi^a. numeremus. Sic enim fiet ut unus idemque numerus *perpetuo* sit demendus. Exempli gratia Triumphum *primum* integrorum marmorum legimus anno *Capitolino* 486. (qui *Varronianus* erat 487.) *Januarii* die xxiv. Ad finem *Cycli* qui anno *Varroniano* desinit 484. dies ibi apponuntur 175320. Ad finem anni *Cycli* hujus in Tabula iv. dies 1030. His si dies *Januarii* xxiv. addantur, consient 176374. Detrahantur, non 3, ut in praedicta legitur Tabula, pro *Nundinis Lepidianis*; sed pro *Emilianis*, dies tantummodo duo. Dividantur autem reliqui per 8. Eritque dies *Januarii veteris* xxiv. à *Nundinis Emilianis* iv^{us}. Si ita procedatur in reliquis, sic etiam & reliqui *dies* horum temporum *triumphales* se habebunt, nisi nos fefellerit calculus. Merito enim apponendi erunt, non modo quod hanc partem *Chronologiae* illustrent, sed nostra etiam inde *ratiocinia*.

Urbis Condite Capitol.				Urb. Condite Capit.			
Varr.	vet. Kalendar.	pro ration. Emili.		Varr.	vet. Kalendar.	pro ration. Emili.	
486	487	Januar. XXIV	à Nundinis IV	503	504	Septemb. VII	à Nundinis V
487	488	Septemb. XXVI	à Nundinis V	512	513	Octobris IV	à Nundinis V
487	488	Octob. V	à Nundinis V	512	513	Octobris VI	à Nundinis VII
487	488	Februarii I	à Nundinis VII	512	513	Martii I	à Nundinis I
487	488	Februarii V	à Nundinis III	512	513	Martii IV	à Nundinis IV
489	490	Novemb. I	à Nundinis IV	516	517	Interkalar. XIII	à Nundinis IV
490	491	Martii XVII	à Nundinis VII	518	519	Martii X	à Nundinis III
493	494	Kal. Interkalar.	à Nundinis II	519	520	Aprilis I	à Nundinis VII
494	495	Martii XI	à Nundinis II	520	521	Februarii I	à Nundinis VII
495	496	Octob. IV	à Nundinis VI	520	521	Martii XV	à Nundinis I
496	497	Januarii XVII	à Nundinis IV	522	523	Martii V	à Nundinis III
499	500	Januar. XVIII	à Nundinis IV	525	526	Junii XXI	à Nundinis IV
499	500	Januar. XIX	à Nundinis V	528	529	Martii XII	à Nundinis VII
500	501	Mart. XXIII	à Nundinis IV	530	531	Martii X.XII	à Nundinis I.III
500	501	April. I	à Nundinis V	531	532	Martii I	à Nundinis III
501	502	April. XIII	à Nundinis II				

Tot dierum *Triumphalium* nullum in *Nundinas* occurrere, vix est quod *casui* tribuamus. Sunt enim certe, pro his nostris rationi-



rationibus, dierum, præter *Nundinas* ipsas, *mediorum omnium*. Imo inter ann. *Varron.* 496. & 519. exempla occurrunt dierum *septem* mediorum inter *Nundinas*. Vel hinc apparet *Nundinas* *Emilianas* antiquiores esse, propioresque ad *Cycli* normam. Si enim *tres* dies demerentur, pro methodo *Nundinarum Lepidianarum*, fieret ut in *Nundinas* ipsas incidissent *triumphi* illi quos hic videmus in dies à *Nundinis primos* incidisse. Ita certe sibi invicem respondent dies illi, qui quidem *bis* eodem anno *quatuor* occurrunt, ac si *nulli* fuissent, his temporibus, præter *Cycli* leges, seu omissi, seu intercalati, *Mercedonii*. Anno etiam *Varr.* 513. omnium spatia à *Nundinis* invicem *diversa* sunt. Desunt ergo illo anno *tres* tantummodo *dies* qui potuerint à *Nundinis* esse alieni. Itaque mihi suspectas esse fateor hoc spatium *Anomalias* mensium *Intercalarium*. Et malle aliter, si liceret, incommodis occurrere quæ modo proposuimus. *Consulum* certe *triumphi* extra rerum *gerendarum* tempestatem occurrunt omnes, vel elapsis *Æstivis*, vel nondum *appetentibus*. Unicum legimus anno *Capitolino* 525. *X. K. Quintil.* anno medio. Sed *Proconsulis* propter res *superiori* anno gestas, qui hoc demum anno *exercitum*, post *hiberna*, è *Provincia* deportavit, cum nihil ipsi superesset pro *munere* gerendum. Nec enim otium erat medio Bello continuo tempus *gerendis* rebus aptum *triumphis* impendendi. Facile inde colligimus *Kalendarium* *Civilis* menses cum anni *tempestatibus* & *Solari Parapegmate* convenisse qua licuit per modum mensium *Lunarium*. Tantum abest ut hoc intervallo ad *Bellum Punicum* secundum anni *integri* vel *defectus* vel *redundantia* esse potuerit. Tale quidpiam si fuisset, vix poterant spatium tam *longinquo* tot *dies* invicem respondere, ut nulli eorum in *Nundinas* inciderent.

Hucusque ergo *Fastos*, ni fallor, habemus ita *plenos* ut nec *redundent* nec *deficiant*. Si tamen liceret per *Eclipses* (illam imprimis anni 586. quam *Lunæ* primam *Romani* observabant) non sunt fateor spernenda in *contrarium* Argumenta, quæ unius saltem anni *COSS.* hoc etiam spatium deesse suadeant. Mirum est profecto ludos *Seculares* uno saltem anno *Augustum* anticipare voluisse, cui tamen intervalla illorum legitima explorata fuisse 110. annorum docet *Horatii* Carmen *Seculare*, his ipsis ludis *Augusti* jussu conditum cantatumque. Mirum præterea *Curatores* horum *ludorum* pro munere suo *Quindecimviros* aliter jam, quam solebant, numerare voluisse, cum tot conservassent *ludorum* memoriam in publicis suis *Commentariis*, qui

A a a a

tamen

Sect. LV.
Argumenta in
contrarium non
id, quod viden-
tur probare, ne-
cessario evin-
cunt.



tamen omnes iusto annorum 110. intervallo invicem diffiti fuissent. Mira hæc certe videbuntur, si quis expenderit quam *sacra* haberetur, illis *Seculis*, ipsa *temporum* Religio. Si autem *tempore* recepto *sacros* hosce *ludos* peregerint; erat sane consentaneum, ut, quemadmodum *ludos* alios annis *Epochæ Varroniane* 298. 408. 518. 628. celebraverant, ita hos etiam anno ejusdem *Epochæ* 738. celebrârint. Sic deerunt *Fastis unius* anni *Consules* post annum prædictum *Æræ Varroniane* 628, qui effecerint ut, qui annus vulgo censetur *Epochæ prædictæ* 737. revera tamen 738. fuerit numerandus. Fietque adeo ut, post annum *Varronianum* 737^m. qui sequuntur saltem anni *uno plures*, quam vulgo, fuerint supputandi. Et viceversa, ante annum 628. *uno*, quam creduntur, anno *antiquiores* erunt *Consules* *Fastorum præcedentium*. Sic recte cum *Olympiade* CXLIII. concurrent anni *Varroniani* 547. *Consules*, ut vult *Livius*, si ad annum *præcedentem* admoveantur. Sic fiet etiam ut *Olympiadis* CXXVIII. anno 4^o. conveniant primi *Belli Punici* primi *Consules*, qui proximus erat anno ejusdem *Olympiadis* 3^o. quo desierat *Timæus*, quem proinde continuârit, spatio nullo interposito, *Polybius*. Sic porro fiet ut in annum *intercalarem* desierit *Duilii* *Consulatus*. Sic præterea cum *Auctoris Maccabaici* rationibus quadrabit *Consulatus Emilii*. Nec pugnabunt fortasse *Comitia Censoria*. Rogabant ann. *Varr.* 587. *Censores*, teste ^a *Livio*, ut ad *sarta tecta exigenda*, & ad opera quæ locassent *probanda*, anni & *bimensis* *tempus* prorogaretur. Annum tunc negatum si postea unquam *Censores alii* impetraverint, facile inde intelligeremus ut *Comitia Censoria*, quæ olim *quinis denisque* *Epochæ Varroniane* fuerant, deinceps *senis undenisque* convenirent. Sed *ex instituto* hoc *rogatum* testatur *Livius*. Ne *novum* quid, aut quod cum *decessorum pugnaret* exemplis, *rogatum* suspicemur. Nec sane erat necesse ut propter tempora *Magistratum prorogata* novaretur quidpiam in *Magistratum Comitibus*. *Provincias* certe tam *Prætorias* quam *Consulares prorogatas* sæpe legimus. Non tamen id obstabat quo minus legitimo tempore *Comitia* successoribus designandis haberentur. Nec enim ad *Consulatus Præturasve* spectare censebatur *tempus prorogatum*. Inde non *Consules*, aut *Prætores*; sed *Proconsules* tantummodo & *Proprætores* appellabantur. Similiter de his *Censoribus* pronunciandum, si, *uti rogatum fuerat*, *Populus jussisset*. Anno illo *prorogato* non erant deinde *Censores* appellandi, sed potius, si ita loqui liceat, *Procensores*; nec *moram* facerent quin, priori

^a L. XLV. c. 15.



priori tempore elapso, mox inirent lustris secuturi *Censores*. Hæc propterea monere volui, è quibus meliora fortassis elicient sagaciores. Sed ne vera credantur, multa jam adduximus. Ne autem miremur primum hunc ludos *Seculares* novandi gradum, facit, quod quasi hinc accepta anfa, ludi deinceps *Seculares* à *Censorino* memorati adhuc longius à legitimis temporum rationibus aberrarint. Et pro alia illa, quam sequimur, *Fastorum* ferie, vidimus tamen recte convenire tam cum *Græcorum Olympiadibus*, quam cum *Cycli* etiam annis *intercalariis*. Nihil ergo video cur sit à prædictis, quas dedimus, rationibus necessario discedendum. Nihil autem dissimulare voluimus, quod posteris acutioribus prodesse possit ad meliora fortassis indaganda.

Nec fane ultra *Bellum Punicum* primum fidem præstare poterant antiquissimi *Romanæ* Historiæ Scriptores, ni antiquiora habuissent memoria sua in *Archivis* monumenta. *Fabium Pistorem* longe antiquissimum ait fuisse *Livius*, L. II. c. 40. Nec fane antiquiorem aliquem, qui in manibus hominum versaretur, *Scriptorem Romanum* memorant *Græci* Historiæ *Romanæ* callentissimi *Dionysius* & *Polybius*. Hujus autem ætas satis è *Livio* ipso explorata est, quod & secundo *Bello Punico* vixerit; & paulo antea, uti etiam, qui proxime illum sequebatur, *Cincius Alimentus*. Nec est audiendus, cum antiquiores illos facit *Onuphrius*. Non tamen est cur antiquiori hujus *Seculo* Historiæ *Romanæ* fidem derogemus. Erat enim antiquior *Fabio* Scriptor *Græcus*, cui plurima debuisse *Fabium* dicit *Dionysius Halicarnassæus*, *Diocles Peparethius* qui Historiam *Romanam* *Græcis* suis prodiderit. Et *Fabio* antiquiora fuisse monumenta testatur *Dionysius*: Παλαιὸς μὲν ἔν τῃ συγγραφῆς (inquit) ἔτι λογογράφος ἐστὶ Ῥωμαίων ἔδὲ εἰς τὴν παλαιῶν μύθων λόγων ἐν ἱερῶν δέλτοις σωζομένων, ἕκαστος πρὸς ἑαυτῶν ἀνεγράψει, L. I. p. 59. Erant præterea *Græcæ* gentium *Romæ* finitimarum coloniarum quarum Scriptores res etiam *Romanas*, qua suis erant innexæ, possent fidelissime conservare. In *Magna* nempe *Græcia* (qua vixit etiam *Herodotus*, & *Pythagoræi*) & in *Sicilia*. Erant gentium etiam *Barbararum Romæ* propin quarum de rebus à se cum *Romanis* gestis satis antiqua & fide digna monumenta. Præsertim vero *Sabinorum* & *Etruscorum*. E *Tusci* Historiis septem *Secula* jam elapsa numeravit *Varro*, quorum anni omnes 781. essent. Hæc certe *Historiæ* ipsa *Urbe* antiquiores fuerint oportet. Ex his poterant *Græcorum* *Barbarorumque* *Archivis* res *Romanæ* multæ

Sect. LVI.
Ante *Fabium Pistorem* primum *Scriptorem*, erant tamen *Historiæ Romanæ* monumenta fide digna.

a ap. *Censorin.*
de *Die Nat.*
c. 17.



multæ fervari, ut ipsi rebus gerendis potius quam scribendis, toti incubuissent. Ex his ergo *Urbium propin quarum* Archivis admodum profecit *Varro* in suæ patriæ *Epocha* statuenda. Ita

^a *Censorin. c. 21.* ¹ *Censorinus*, quo loco agit de *Chronologia Romanæ veteris* incertitudine: *Sed hoc* (inquit) *quodcunque Caliginis, Varro discussit: & pro cætera sua sagacitate, nunc diversarum civitatum conferens tempora, nunc defectus, eorumque intervalla RETRO dinumerans, eruit verum, lucemque ostendit, per quam numerus certus non annorum modo, sed & DIERUM, perspicui possit.* Locus egregius est, nec satis hæctenus à *Chronologis* observatus ad *Epochæ Varroianæ* laudem. Hinc enim constat eadem *methodo* illum, qua & nos, *Synchronismos* explorasse, *retro*, non antrorsum, supputando à *temporibus omnium certissimis.* *Dies præterea ab initiis diversarum Urbium annorum invicem diversis* propterea numerandos censuit, ut inde constaret quo pacto *anni gentium* variarum varii essent invicem *committendi.* Num autem *dierum* propter *Religionem exemtorum intercalatorumve* rationem habuerit, incertum est. Erat fortassis *Liber ille de initiis Urbis Romæ* à *Quintiliano* laudatus. Utinam extaret. Multa nos docuisset quæ jam nescimus, & magna nos hujus labõris parte sublevasset. Constat autem & *Romanis* suos etiam fuisse *Annales cum Civitatum* illarum *temporibus* conferendos. Imprimis illos *Maximorum Pontificum*, tum & in aliis *Magistratum* Archivis, *Censorum, Quindecimvirorum, Saliorum* &c. Ne *Leges dicam & fœdera*, quæ fere in *Templis*, quo sanctius observarentur, reponi solebant. Ne *gentium etiam nobilium* funebres *Orationes* memorem, maxime *Patriciarum*, quarum *nobilitas* erat *antiquissima*, quibus *decessorum* quocunque *Magistratu* decoratorum, laudes & res *gestas* complectebantur, in *Magistratu.* Sic enim factum ut *Historiam Urbis* fere universam complecterentur illa *familiarum* singularum, quæ *Jus imaginum* habebant, *Archiva.* His si accedant *Senatus & Urbis Acta; si templorum clavi*, quos *numeri annorum indices* testatur fuisse ^b *Livius*, è quibus multa collegerit proximus *Fabio* Scriptor, fere suppar, *Cincius Alimentus*; si *tabularum publicarum, imaginum, thoracum linteorum* inscriptiones: constabit sane satis amplam fuisse, etiam ante *Fabium*, *Historiæ Romanæ* suppellectilem, è qua multa *disci* potuerint quæ ignorarit ipse *Fabius.* Idque sane pollicentur *Historici prædicti Græci* accuratissimi, *Dionysius & Polybius.* Hæc certe monumenta post captam à *Gallis* Urbem, ita fidelia testatur fuisse ^c *Livius*, ut *clariora deinceps certioraque ab*

secunda

^b *Liv. L. VII.*
^c 3.

^c *Liv. L. VI.*
^c 1.



secunda origine, velut ab stirpibus letius feraciusque renata Urbis, gesta domi militiaeque se expositurum profiteatur. Quæ tamen antiquiora sunt quam ut eorum Fabius per ætatem testis idoneus esse possit. Non est ergo cur antiquiorem Fabio Romanam Historiam suspectam habeamus.

Age ergo ascendamus, videamusque quam arcte invicem cohæreant anni præcedentes. Ipso autem Appii Claudii Consulatu, qui primus rem gessit in Carthaginienses, Collegæ Cos. M. Fulvii Flacci triumphum in Vulsienses K. Nov. anno Epochæ suæ 489. repræsentant Fasti Capitolini. Et anno præcedenti, Varr. scilicet 489. Bellum cum Vulsiensibus coepisse testatur Zonaras, quo, victor licet, ceciderit tamen Consul Fabius. Inde factum, ut hoc anno, non admodum affecto, denuo illos acciderit triumpharitque Fabius. Et quidem hoc posteriori anno rem fuisse cum utrisque hostibus, tam Vulsiensibus quam Carthaginiensibus, innuunt tam Zonaras quam Livii etiam Epitomatior, ut alter tantummodo Consul Bello Punico proinde vacaverit. Porro inter COSS. ann. Varron. 481. & 486. quinquennium supputat accuratissime ^a Velleius. Et pari ^b Plinius inter Q. Fabii Consulatum quem anno U. C. assignat 485. & Bellum Punicum 1^m. Accuratissime, pro rationibus, quas sequi solet ille, Varronianis. Et COSS. anni Varr. 485. & 486. continuos censet Eutropius. Numerat quidem ^c Frontinus ab anni Varr. 482. COSS. ad COSS. anni Varr. 610. annos duntaxat cxxvii. Sed numerum illum falsi convincunt intervalla ludorum Secularium è Quindecimvirorum Commentariis. Estque aliunde facillimum ut in unitatis nota lapsus fuerit Librarius, & pro cxxviii. reposuerit cxxvii. E prædictis autem exemplis constat ad ann. Varr. 481. nexum esse arctissimum. Etiam in anno debellati Pyrrhi consensus est. A Curio illum Dentato victum, & quidem Consule, nemo est, quod quidem sciam, qui dubitet. Sed nec de eo, quin fuerit ante Consules anni 481. Consulatus Curii secundus. Triumphum Curii anno Æræ suæ 478. qui Varronian. erat 479. tribuunt Fasti Capitolini, quantumvis mutili; & mensi quoque, ut videtur, illius anni Februario.

Hucusque ergo consentiunt veteres Chronologi. Inde in diversas partes abeunt. Discordiam illam sex fuisse septemve annorum monet Censorinus, c. 21. Plane hinc apparet, reliquas veterum sententias ita manifesto falsas fuisse, ut ne quidem dubitavit de earum falsitate doctissimus Varro, si quidem

Seft. LVII.
Fasti integri
sunt ad finem
Belli cum Pyrrho, qui fuit anno Varronian.
479.

a Vell. L. 1.
c. 14.
b Plin. N. H.
xxxiii. c. 3.

c Frontin. de A-
quæduct. L. 1.

Seft. LVIII.
Urbis Condita Epocham Varronianam omnium accuratissimam fuisse probabile est.



a Liv. L. II.
c. 40.

ex illius sententia hoc monuerit *Censorinus*, quod sane verissimum est. Pertingit autem hoc spatium ab anno *Olympiadis* VI^æ. 3^o. quo *Urbem Conditam* censuit *Varrus* ad annum *Olymp.* VIII^æ. I^m. quo fundamenta ejus jacta arbitratus est *Scriptor*, quem ^a *Livius omnium antiquissimum* appellat, *Fabius Pictor*. Hoc ambitu complexus est sententiam Auctoris *Capitolini*, qua parte *Varrone* erat antiquior, cui *Urbis* initia anno *Olympiadis* prædictæ 4^o. statuenda videbantur, & *Catonis*, qui anno *Olympiadis* sequentis VII^æ. I^o. & *Polybii*, qui anno illius *Olymp.* VII^æ. 2^o. tribuenda existimârunt. Reliquas Antiquorum opiniones ne dignas quidem censuisse videtur, quæ in controversiam venirent. His ergo pariter limitibus nostra quoque continenda videtur esse *Disputatio*. Merito autem observandum est, horum Auctorum quo quisque erat antiquior, eo *seniores* *Urbi Natales* assignâsse. *Nuperrimos* scilicet antiquissimum omnium *Fabium*; triennio antiquiores, proximum *Fabio* ætate *Polybium*, qui ad finem *Persei* *Historiam* perduxit; anno uno antiquiores *Catonem*, qui certe scripsit *Origines* *senex*; & *Catone* adhuc uno anno antiquiores, minimum omnium ætate *Varronem*. Ita sex annorum discrimen est, si post primum annum initium numerandi sumatur; septem autem, si etiam primus includatur. Posterior ergo quisque annos reperisse videtur à superioribus prætermisissos, idque habuit in animo ut ad temporum doctrinam excolendam, rationibus decessorum expensis, ipse quoque aliquid de suo contribueret. Quare omnium ultimum *Varronem*, eundem probabile est omnium fuisse etiam accuratissimum. Illum forte sequebatur *Augustus*. Illum certe sequebatur, qui primus Epocham *Urbis Conditæ Civilem* fecit, Imperator *Claudius*, quem (ut in rebus gerendis tardus fuerit) veteres tamen testantur fuisse doctissimum. Viderat enim ille proculdubio, quid fuerat in utramque partem disputatum. Et methodum præterea *Varronis* ostendimus è *Censorino*, ipso quoque *Scriptore* admodum accurato, omnium longe optimam, quam ipse non adhibuisset si usurpatam à veteribus intellexisset. Non hoc certe in illo pro singulari observaverat *Censorinus*, si fuisset eadem à decessoribus exculta. Proinde non est cur vel *Onuphrium* audiamus, vel *Lidyattum*, qui *Fabium* potius anteferendum arbitrantur, quem post juniorum *Fabio inventa* nemo *Veterum*, quod quidem scimus, imitandum arbitratus est.

Perie-



Perierunt quidem tam *Varronis* Scripta quam *Catonis*, quibus ipsi suarum hypotheson rationes reddiderint. Magno profecto hujus, in qua versamur, *Chronologiae* damno. Itaque rationes utriusque aliunde indagandæ sunt, ex illis nimirum *Veteribus*, qui eorum secuti fidem Historiam Romanam ad illorum *Chronologiam* exegerint. Duos autem habemus qui, etiam post *Varronem*, *Catonis* tamen rationes prætulert, *Romanæ* Historiæ Auctores præstantissimos, *Dionysium Halicarnassæum* atque *Livium*. Illo duce *Livium* usum esse jam probavimus. Nec alio duce *Dionysium Halicarnassæum* intervalla didicisse constat à primis *Consulibus* ad annum *Urbis à Gallis excisæ*. E *Fastis enim Censoriis* hæc docet, qui, quales fuerint, à *Catone* utique acceperat ipso *Censore*. Uterque autem alterum supplebit, qua quidem salvi ad nos pervenerunt. *Varronem Dio Cassius* secutus est. Periit autem pars illius antiquissima, nostro consilio, si quidem extaret, utilissima. Exemplorum autem *Epocha Varroniana* designatorum nemo *Veterum* est qui copiosorem supellectilem servarit, quam major ille *Plinius*. Is autem, qua sibi constat per *Librarios*, qua *Epocham Varronianam* habemus exploratam; non aliam adhibet in annis *U. C.* supputandis. Quia tamen de hoc dubitarunt nonnulli, unum alterumve exemplum proferemus, sed illud sane manifestissimum. ^a Annum ille *Urbis Conditiæ* 142. cum *Olympiade* necit XLII. Eratque sane is annus *Varronianus Ol.* $\frac{41}{12}$. $\frac{1}{4}$. Ita scilicet ut major anni pars à *Solstitio* ad proxima *Palilia* in *Olympiadem* illam quadrarint, cui assignantur, revera XLII. Hic ergo cum anni *Varroniani* parte posteriori confertur annus *Græcorum Olympiadicus*. Sed in eandem, fateor, *Olympiadem* incurrit etiam annus *U. C.* 142. non *Epochæ solum Catoniane*, verumetiam *Polybiane*. En igitur exemplum aliud anni *Græci* qui cum anni *Varroniani* priori parte comparatur. ^b Committit idem *Plinius* annum *U. C.* 170. cum *Olympiadis* XLVIII. anno 4°. Recte admodum pro *Epocha Varroniana*. Ita tamen ut cum *Epocha* alia quavis recentiori convenire plane non possit. Erat enim annus ille *Varronianus Olymp.* $\frac{48}{15}$. $\frac{1}{4}$. Frustra hæc, nec ulla *MSS. Codicum* fide fretus, ad *Epocham Catonianam* detorquet *Harduinus*. Plane hospitem se *V. Cl.* in Auctoris sui *Chronologia* prodit, cum ait *Plinium Dionysii Halicarnassæi* *Chronologiam* ubique sequi. *Dionysium* ita non sequebatur *Plinius*, ut ne quidem illius *Dionysii* nomen in Auctorum Catalogo ipse repererit *Harduinus*.
Illud.

Sect. LIX.
Epocham *Catonianam* secuti
Dionysius Halicarnassæus atque
Livius: *Varronianam* *Dio Cassius*, & certe
major *Plinius*.
Censorinus item
& *Velleius*.

^a *Plin. N. H.*
II. 8.

^b *Plin. N. H.*
II. 12.



Illud ergo voluerit oportet, *Catonem* utrique fuisse communem, quem sequerentur, ducem. Hoc autem ut falsum evincamus, exempla seligenda duximus, non ex illis temporibus in quibus nonnunquam convenire invicem possent, nunc vice-versa discrepare, ut vicibus alternis altera alteram præcesserit; sed ex illis potius, in quibus certum est perpetuumque discrimen. Nempe post annum *Urbis* saltem 500^m. Inde enim biennio continuo *Catonianâ* auctior est *Epocha Varroniana*. Anno ergo *Urbis* 535. *L. Æmilius & Marcus Livius* Coss. testatur fuisse *Plinius*, L. xxix. c. 1. *Appium Claudium & L. Junium* anno *Urbis* quingentesimo quinto COSS. assignat idem *Plinius*, L. xv. c. 1. Idem triumphum *Manlii* statuit anno *U. C.* 557. L. xxxiv. c. 3. Et excidium *Corinthi* à *Consule* excisæ *Mummio*, qui inde nomen *Achaici* reportavit, anno *Urbis* 608. tribuit *Plinius*, L. xxxiv. c. 2. quo *Consulem Mummium* statuit *Velleius*, L. i. c. 12. Nescit etiam ibidem *Plinius* annum illum cum *Olympiadis* anno 3^o. In numero tamen *Olympiadis* vitiatus à *Librariis*, qui *Olympiadem* illam numerant clvi. Sed recte vidit *Harduinus*, reponendum clviii. Quod scilicet illius *Olympiadis* annus 3^{us}. cum *Mummii Consulatu Urbisque* anno 608. concurrebat. Oblitus autem est *Harduinus* eodem pacto concursurum, si *Varronianam* Epocham *Plinius*, non *Catonianam*, fuerit secutus. Hoc sane certum, *Plinii* ætate nullos fuisse qui antiquiorem *Urbis* originem statuerit quam ipse *Varro*, ut proinde numerus à *Librariis* receptus ne verus quidem esse possit. Imo nostram hanc cum *Olympiadibus* commissionem è *Plinio* ipso jam probavimus. Et tertius certe *Olympiadis* annus non convenit anno *Urbis* 608. pro Epochâ alia ulla quam *Varroniana*. Hoc autem exemplo *Plinius* reliquos annos à se notatos docet intelligendos. *Urbis nostræ* (inquit) annos ex supradicta comparatione *Olympiadum* colligere facile erit. Unam ergo certamque Epocham ubique observavit, quæ etiam ipsa non alia fuerit à *Varroniana*. Porro *Varronem* ducem in Chronologia agnoscit Auctor gravissimus *Censorinus*, c. 21. Et quantumvis vitiosos habeamus *Velleii* numeros, Codicis, è quo editus est, unici vitio; non alio tamen quam *Varrone* Auctore annos *Urbis* numerandos censuit. Post^a duos enim & viginti annos quam prima constituta fuerat *Olympias*, *Romam* à *Romulo* conditam testatur. Intelligit elapsos, ut *Parilia* ipsa ad annum ab initio *Olympiadum* xxiii^m. spectârint. Pro mente scilicet *Varronis*, accuratissime. His ergo potissimum subsidiis ad *Varronis*

^a Vell. L. i. c. 8.



ronis Catonisque rationes eruendas utemur. Aliis obiter, & pro rei natæ exigentia.

His autem ipsis Pyrrhi temporibus incepisse videntur Chronologorum veterum discordiæ. Varro enim duo Consulum paria inferuit à reliquis omiffa, si quidem rationes vere Varronianas Plinius fuerit imitatus. Verba ejus hæc sunt: ^a Elephantes Italia primum vidit Pyrrhi Regis Bello, & boves Lucas appellavit, in Lucanis visos, anno Urbis quadringentesimo septuagesimo secundo: Rome autem in triumpho, septem annis ad superiorem numerum additis. Loquitur certe de rebus à Pyrrho, cum ipse adesset, in Italia gestis. Nec enim antea Elephantes viderant quam in Italiam trajecit Pyrrhus. Primas autem Pyrrhi res gestas fuisse cum Valerio Lavino Consule agnoscunt omnes, & rei gestæ series ipsa loquitur. Itaque hoc anno Urbis Conditæ 472. trajecerit oportet Pyrrhus, pro rationibus Varronianis. Inde enim justum est septennii spatium ad annum Urbis 479. Consulemque Curium Dentatum, à quo Pyrrhum debellatum omnes similiter agnoscunt. Facit hoc spatium cum prædicto numero tam accurate conveniens, ne de errore aliquo Librarii justa aliqua possit subesse suspicio. Firmat præterea illam Plinii Interpretationem locus ^b Plinii alius, quo Pyrrhi Bellum ad annum Urbis refert 470. Hinc enim rursus intelligimus priorem illam Belli Epocham, à Bello Tarentinorum, quæ adventum Principis illius biennio præcessit, ad annum prædictum 470^m. à Plinio fuisse relatam. Ne quis forte Plinium de priori illa Epocha Belli Tarentini intelligeret, quo loco Regis illius Expeditionem anno statuerat Urbis 472. Accedit his rationibus astruendis Plinii locus alius his hypothefibus sane consentientissimus. Ibi docet ^c Horologium Romanis primum à Lucio Papirio Cursore ad ædem Quirini, cum eam dedicaret, à Patre suo votam, fuisse statutum. Eam autem ædem à Consule Papirio dedicatam fuisse testatur ^d Livius, quem Magistratum anno Varroniano 461. gessit ille Papirius. Inde annos XII. ad Bellum cum Pyrrho numerant receptæ Plinii Editiones. Sed in MSS. melioribus undecim legi, jamdudum observârunt Eruditi. Et quidem literis conceptis, non notis tantummodo numeralibus. Anni illi ad annum pertingunt 472. accuratissime, quo Bellum illud cum Pyrrho Plinium retulisse jam probavimus. Inde rursus annos xxx. numerat ibidem ad Consulatum M. Valerii Messalæ, qui Consul fuit anno Varroniano 491. 2^o. primi Belli Punici anno. Hic quoque numerus ostendit aliunde quam ab anno

Sect. LX.

Male Plinius duos annos inserit inter ann.

Varr. 474. &

479.

a Plin. L. VIII.

c. 6.

b Plin. N. H.

XVI. 10.

c Plin. N. H.

VII. 60.

d Liv. L. X.

c. 46.

B b b b

Var-



Varroniano 461. prioris numeri initium non esse arcessendum. Quare ex hoc tanto tot locorum consensu facile colligimus, non temere hæc aut fortuito *Plinio* excidisse, aut *Librariorum*, vel aliud agentium neglectu, vel Textum ipsum violantium mala aliqua fide, in Textum illius irrepsisse; sed pro veris hypotheseos, quam sequebatur, rationibus dicta esse omnia. Atqui *biennii* hujus vestigium plane nullum reperimus in *Fastis Consulum* hodiernis. A Consule *Valerio Lævino*, cum quo *primum* erat *Pyrrhi* prælium. v^o. duntaxat loco Consul est *Curius Dentatus*, à quo demum *Pyrrhus* debellatus est, pulsusque ex *Italia*. Sic *Fasti*, quos unicos habebant *integros* superiori *Seculo* *Fastorum* conditores, *Cassiodori* atque *Siculi*. Sic item duo alii, quos nos *integros* habemus hoc demum *Seculo* publicatos; *Idatii* integri non ante *Labbeum* editi, & *Vindobonensis* *Bibliothecæ* alii, nunc tandem à præstantissimo *Norisio* in lucem emissi. Sic scribit *Orosius* quinto demum anno *Pyrrhum* quam venerat, ab *Italia* victum aufugisse. L. iv. c. 2. suffragante etiam, (ut videtur è *Dione*,) *Joanne Zonara*. Tribuit quidem *Plutarchus* ἑστῆν ἔργον rebus à *Pyrrho* gestis in *Italia* atque *Sicilia*. Quod sane de receptis rationibus satis commode intelligi potest, si uterque terminus includatur. Qui *septimi* anni vel partem aliquam illis concesserit, excepto *Plinio*, neminem *Veterum*, ut opinor, habemus. Sunt quidem hoc in loco admodum *mutili* *Marmorum Capitolinorum* *Fasti Consulares*. Qua tamen illius intervalli *Consulum triumphi* cum *annis Urbis*, pro *Epocha Capitolina*, committuntur, *situm* nihilominus eundem obtinent, quem ferunt contrariæ *Plinio* rationes. Triumphavit *Coruncanius Valerii Lævini* collega, & quidem *COS.* anno *Capitolino* 473. qui *Varronianus* erat, non 472. sed 474. Triumphavit etiam *C. Fabricius Luscinus* *COS.* II. anno *Capitolino* 475. qui *Varronianus* erat, non 474. sed 476. Triumphavit præterea *C. Junius Brutus Bubulcus* *COS.* II. anno *Capitolino* 476. qui *Varronianus* erat, non 475. sed 477. Triumphavit *Q. Fabius Maximus Gurgus* II. *COS.* II. anno *Capitolino* 477. qui *Varronianus* erat, non 476. sed 478. Triumphavit denique de *Pyrrho* ipso *Curius Dentatus*, anno *Capitolino* 478. qui nec ipse *Varronianus* erat 477. sed 479. Et quidem in *Consulatu*, teste *Eutropio*. Sic nullus erit huic *biennio* locus inter *Consules Lævinum & Dentatum*, si quid sani habeant hoc in loco *Fasti Capitolini*, si quid habuerit explorati *Fastorum* illorum *Conditor* adeo antiquus, de rebus paulo ante annum *Urbis* 500^m. gestis.



gestis. Ni tamen ita se res habuerit, ægre à me impetrabit ipse *Plinius*, ut ita credam sensisse *Varronem*.

Age ergo, videamus num cum his *Plinii* rationibus conveniant rebus à *Pyrrho* gestis res *coævæ & connexæ*, qua quidem earum tempora à *Græcis* Historicis designantur: Fugam ergo *Pyrrhi* ex *Italia Olympiadi* cxxvi. assignat *Plinius* N. H. xi. 37. Sic enim Codicum MSS. fide locum emendârunt Viri Eruditi, cum olim fuisset *Olymp.* cxxiii. Atqui trajecisse in *Italiam Olymp.* cxxiv. docuit *Polybius*. Et quidem *Olymp.* cxxvi $\frac{1}{2}$. convenit Consulatus *Curii Dentati* anno *Varr.* 479. qui *Pyrrhi* erat in *Italia* ultimus. *Olympiadis* annum non adjecit *Plinius*. Sed secundum potius fuisse verisimillimum est, cum anni fine, mense *Februario*, triumphârit de illo *Curius*. Reversus autem in *Epirum* *Pyrrhus* *Antigonum* *Gonatham* *Demetrii Poliorcetis* filium reperit in possessione *Macedoniæ*. Hujus introitum ad *Olymp.* cxxv^o. annum 1^m. refert *Eusebius*. Sed ἀναρχίαν post finem *Sosthenis* ad *Olymp.* cxxvi. extendit *Porphyrus* in *Græcis* quantivis pretii Fragmentis, quæ pro *Eusebianis* venditavit Magnus ^a *Scaliger*. Sic etiam ante *Ol.* cxxvi. ne quidem potuit redire *Pyrrhus*. Porro Consulatu *Fabricii*, *Urbis* anno (pro receptæ Epochæ *Varronianæ* rationibus) 476. *Olymp.* cxxv $\frac{3}{4}$. quo ex *Italia* in *Siciliam* concessit *Pyrrhus*, nuncium ait ^b *Plutarchus* illum accepisse, ὡς Πτολεμαῖος ὁ Κεραυνὸς ἀπόλωλε, συμπεσὼν Γαλάπιδος καὶ τῆς δυνάμεως καὶ νῦν ἂν ἐν καιρῷ μάλιζε δεομένοισ βασιλέωσ Μακεδόσι ὠδραγενοίτο. Duo autem erant tempora post cladem *Ptolemæi Cerauni*, quo *Macedones* Rege duce carebant: proximum aliud, cladis illius nupera memoria; remotius aliud post *Sosthenem*. Medio enim spatio *Sosthenes* ipse rem in *Gallos* strenue agebat. *Meleagrum* enim *Ptolemæi Cerauni* fratrem, post duos Regni menses, hoc ipso nomine abdicabant, quod honore tanto videretur indignus, ὡς ἀνάξιον, inquit *Porphyrus*. Nec alia de causa, ut videtur, *Antipatrum*, quem propterea *Etesiam* appellabant, quod tot diebus folium tenuisset, quot solebânt numerari quotannis ventorum *Etesiarum*, nempe xlv. Hunc autem ideo præfectum testatur apud ^c *Scaligerum* Anonymus, quod Rege indigerent, δι ἀπορείαν ἕως βασιλικῆς. Plane in sententiam *Plutarchi*. Transitum autem *Gallorum* in *Græciam* docet ^d *Pausanias*, qui *Archonti* illum tribuit *Anaxicrati*, annoque *Olympiadis* cxxv^o. 2^o. Exeunti scilicet, quod *Ver*, Expeditionibus suscipiendis aptissimum, in annum *Olympiadis* exeuntem convenerit. Ita res gesta cum *Ptolemæo Cerauno* in annum

Sect. LXI.
Pyrrhi res in
Romanos gesta
aliunde suis
temporibus asse-
runtur.

^a *Scalig.* *Euseb.*
Gr. p. 63. *Ed.*
1658.

^b *Plutarch.*
Pyrrh.

^c *Euseb.* *Gr.*
p. 64

^d *Pausan.* *Phoc.*



illius Olympiadis potius tertium fortasse quadrarit. Annus certe Varronianus is fuerit oportet, qui Olymp. cxxv. ². concurre- rit, non alius scilicet quam Epochæ Varroniane 476. quo Con- sulatum tenuerit proinde Fabricius. Plane contra illas, quas dixi, Plinii rationes. Tum Rege maxime indigebant Mace- dones, Meleagro rerum potiente, aut fortassis Antipatro. Tem- pus autem, quo hunc nuncium recepit Pyrrhus, docet Livius. Per biennium Pyrrhum suo magis milite, quam ipsius viribus se defendisse testantur apud illum sua ad Annibalem Oratione

^a Liv. L. xxiii. ^a Samnites. Nempe biennium intelligit, quod continuum egit in Italia Pyrrhus, quod sane aliud esse non potuit ab eo quod Siculam Expeditionem præcessit. Magis autem accurate tem- pus idem designavit ^b Diodorus. Duos ait ille annos, & qua- tuor præterea fuisse menses, quos egerit in Italia Pyrrhus cum in Siciliam discederet. Cæterum ne quidem Vere expectato Pyrrhum in Italiam trajecisse testatur è Dione Zonaras. Nempe ante mare liberum, Martiumque adeo Julianum affectum. Non diu autem, cum illum antea quam Tarento moveret, occupa- ret jam Consulatu decoratus Lævinus. Proinde mense Julio Ju- liano anni Varr. 476. in Siciliam transferit, ut proinde jam de Ptolemæi Cerauni cæde nuncium acceperit, qui adeo Olympiadis anno potius fortasse secundo fuerit occisus. Et quidem hoc biennium fuisse, non tantum docent COSS. medii; sed continuam illam Consulatum esse seriem, ostendit Eutropius. Interjecto enim anno, ab eo nimirum tempore quo legatus ad Pyrrhum venit Fabricius (quod factum post primam victoriam in Con- sulem Lævinum) in Pyrrhum missum esse docet, jam scilicet hostem, tunc nempe Consulem. Ita consequetur, ut anno Var- roniano vere 474. trajecerit Pyrrhus, & illo proinde anno Consul fuerit Valerius Lævinus. Estque sane in horum annorum Hi- storia Græca tam arcta connexio, ut se res aliter habere non possit. Seleucum Nicatorem stirpis Seleucidarum Auctorem Olym- piade cxxiv. decessisse Auctor est Polybius, quem xxxii. annis Regnasse, non Eusebius modo, & minorum gentium Scripto- res alii, sed Scriptor gravis ^c Dexippus agnoscit. Initium il- lius insigne est ex Epochâ Seleucidarum, quam ab Olymp. cxvii. anno 1^o. arcessunt omnes, & cum anno Varroniano 442. confe- rendam docuit illustrissimus ^d Norisus. Interiit ergo anno Olymp. cxxiv. 4^o. & Varr. 474. Sed affecto certe, & anno illo Olympiadis 4^o. ad exitum proinde vergente. Jam enim eodem illo anno. Lysimachum prælio grandi vicerat occideratque Se- leucus,

^a Liv. L. xxiii.
^c 42.

^b Diodor. Eclog.
L. xxii. n. 11.

^c Dexipp. ap.
Scalig. in Euseb.
Græc. p. 58.

^d de Epoch.
Urb. Syr.



leucus, ipse mox insidiis *Ptolemæi Cerauni* peremptus. Inde ergo coeperit Regnum illius *Ptolemæi* in *Macedonas*, ab anno scilicet *Olymp.* CXXIV^æ. 4^o. desinente. Huic autem annum unum & menses quinque tribuunt Fragmenta illa egregia ^{a ap. Scalig. in Euseb. Gr. p. 58. 63.} *Scaligeri*, multo magis audiendi quam *Eusebius*, qui initium *Ptolemæi* ante mortem *Seleuci* ponit. Annus ille exhibit anno *Olymp.* CXXV^æ. 1^o. similiter desinente. Menses autem *Olympici* anni 2ⁱ. mense circiter 4^o. paulo antea quam in *Siciliam* migraret *Pyrrhus*, cum nondum à *Gallorum* turbis convaluisset *Macedonia*. Suffragantur Excerpta *Scaligeri* Barbaro-Latina tempore *Anastasi Dicatori*, quæ biennium *Ptolemæo* tribuunt, quod scilicet partem secundi anni tantam expleverit. Et certe Regnum *Ptolemæi Cerauni*, cum mensibus *Meleagri* duobus & diebus *Antipatri* XLV. ita extendit loco prædicto *Porphyrius*, ut à fine *Olymp.* CXXIV^æ. ad initium *Olymp.* CXXVI. (addito *Sosthenis* biennio, & quæ sequebatur, Anarchia) pertigerint. Fieri ergo potest ut mensium numerum IX. verum servarit *Eusebius*, quibus Regnarit ille *Ptolemæus*, anni mentione casu aliquo prætermissa. Non potest fieri ut nuncius ille *Pyrrhum* in *Siciliam* post biennium navigaturum attigerit, si biennio antea ipse in *Italiam* venisset, cum jam viveret *Seleucus*, & viveret proinde *Ptolemæus*, postquam biennium in *Italia* exegisset.

Maxime autem Chronologiam illam, (si forte *Plinianam*), Sect. LXII. refellit Chronologia *Polybii*. *Pyrrhum* testatur ille in *Italiam* ^{Idem Plinii error refellitur è Polybio.} *Olymp.* CXXIV. trajecisse, L. II. c. 41. Nullo tamen, fateor, *Olympiadis* adjecto anno. Postulant autem illius rationes ut, si quidem illa *Olympiade* trajecerit, non alio utique quam 4^o. *Olympiadis* anno, & quidem exeunte, trajicere potuerit. *Tempestas* anni qua trajecit *Pyrrhus*, nondum appulso *Vere*, docet anno *Olympiadis* exeunte *Pyrrhum* trajecisse. Is autem si 4^{us}. fuerit *Olympiadis* CXXIV^æ. idem fuerit oportet cum anno *Varroniano* 474. quo diximus *Consulem* inivisse *Levinum*. Erat ergo annus ille *Varr.* 474. *Olymp.* 124. $\frac{1}{2}$. 4. Hoc ergo anno, quo trajecit *Pyrrhus*, dicit ^{b Polyb. II. c. 41.} *Polybius* primas *Achaorum* Civitates in Concilium commune convenisse. Anno sequenti ^{c Polyb. L. I. c. 6.} *Gallos* in *Græciam* transivisse testatur, qui fuerit proinde *Varronianus* 475. *Olymp.* 125. $\frac{1}{2}$. *Gallorum* clades *Delphica* 2^o. post *Pyrrhi* trajectionem anno assignatur à ^{d Polyb. L. II. c. 20.} *Polybio*, proinde *Varr.* 476. *Olymp.* 125. $\frac{2}{3}$. Anno deinde Republicæ ^{e Polyb. L. II. c. 41.} *Achaorum* 5^o. accedunt ad commune Concilium, præsidio ejecto, *Aegeenses*, *Varr.* 479. *Olymp.* 126. $\frac{1}{2}$. *Binos* præterea *Prætores* annuos habebant *Achai*



- a *Polyb. L. II. c. 43.* per annos Reipublicæ primos xxv. Postea ^a *singulos*, quorum primus erat *Marcus Carynensis*. Tenuit ergo *Marcus* anno *Varr. 499. Olymp. 131. ½.* Anno deinde post *Marcum* iv^o. eundem Magistratum tenuit ^b *Aratus, Varr. 503. Olymp. 132. ½.* Rur-
 b *Polyb. ib.* sus anno post primam Præturam suam viii^o. Prætor iterum idem fuit *Aratus, Varr. 511. Olymp. 134. ½.* ^c τῶ περὶ τῶ ἐπὶ τῆς Καρχηδονίων ἡπείης, ἐν ἣ κατόλις ἐκχωρήσαντες πρώτων παρέμειναν τότε Φόρξες ἐνεγκέιν Γωμαίοις. Et sane à sequentis anni Consule *C. Lutatio* victi sunt ad *Ægates* supremo prælio *Carthaginenses*. Sed anni, ut jam monuimus, *exitu*, ut Pax ipsa demum firmata fuerit sub *COSS.* anni *Varr. 513.* Sed victoria nulla fuit post ann. *Varr. 512.* Non poterit autem hucusque pertingere calculus, si ab anno aliquo *Olymp. cxxiv^m.* priori deducatur supputationis *exordium*. Sequuntur in *Chronologia Polybiana*, anno *Varr. 516. Olymp. 135. ¾.* novi ^d *Gallorum* motus, post annum *Pacis* sub *Dolabella* *COSS.* initæ anno *Varr. 471. Olymp. cxxiv. ½. XLV^m.* post Bellum cum *Pyrrho*, & cum *Carthaginensibus* de *Sicilia*. Et quidem hoc ipso anno *Varroniano 516.* motus *Gallorum* à *Romanis* repressos memorant *Orosius* & *Zonaras*. Anno deinde post priores motus v^o. ^e *C. Flaminio* *Leges Agrarias* de agro *Piceno Gallis* adempto dividendo ferente, novam *Gallorum* rebellionem statuit *Polybius*. Is annus fuerit *Varr. 521. Olymp. 136. ¾.* Notam anni illam addit: *Μάρκος Λεπίδης στρατηγῆντος*. Et quidem fateor, si *Consulem* nomine *στρατηγῆ* designarit *Polybius*, in eo illum discrepare à *Fastis* præstantissimis *Capitolinis*, qui *Consulem M. Æmilium Lepidum* ad annum referunt *sequentem*, qui *Varr.* erat 522. *Olymp. 136. ¾.* Id quoque fateor, hoc nomine apud illum *Consules* sæpissime denotari. Vis autem vocis illum duntaxat intelligi cogit, qui præerat cum *Imperio*. Estque etiam ubi proinde *Prætorem* ita designat idem *Polybius*. Sic ^f *Lucium στρατηγὸν* à *Gallis* interfectum dicit *Polybius*, quo loco male *Consulem* vertit *Magnus Casaubonus*. Sed errorem illius jam diu detexit Vir præstantissimus pater *Gronovius*. *Lucium* illum *Cæcilium* fuisse & *Prætorem* è *Livii* docuit *Epitome* & *Orosio*. Potuit ergo ejusdem nominis hoc anno fuisse *Prætor* quo erat sequenti *Consul*. Non me tamen fugit de *L. Cæcili* prioris anni *Consule* locum *Polybii* intelligere *Sigonium*, ann. *Cap. 469.* Sed male, ut opinor. *Polybii* autem annum pro mente ipsius *situm* habere quem oportuit, è sequentibus apparet. Anno enim, qui hunc sequebatur, octavo *COSS.* agnoscit ^g *L. Æmilium* & *C. Atilium*, qui anno *Varr. 529. Olymp. 138. ¾.* *Magistra-*
- d *Polyb. L. II. c. 20. 21.*
- e *Polyb. ib.*
- f *Polyb. L. II. c. 19.*
- g *Polyb. L. II. c. 23.*



Magistratum gesserunt, anno nempe *Capitolino* 528. Rurfus *Quintum Fulvium & Titum Manlium* idem habet ^a *Polybius*, ipsos quoque anni *Varroniani* ^a *Polyb. L. II. c. 31.* 530. *Olymp.* ^{139.} ^{1.} *Capitolini* autem 529. Sunt enim hoc in loco paulo, quam solent esse, *integriores* Fasti illi Archetypi omnium præstantissimi. Iterum *μὲν τῆς κατασκευῆς* *Coss.* ^b *Polybio* sunt, *P. Furius & C. Flaminius*, quos proximos repræsentant Fasti etiam *Capitolini*, & anno tribuunt Epochæ *suae* ^b *Polyb. L. II. c. 32.* 530. anni proinde *Varroniani* 531. *Ol.* 139. ^{1.} ^{2.} *τῶ ἐξῆς ἐπὶ* ^c *M. Claudium & Cnæum Cornelium*, ipsos etiam integros ad annum *Æræ Capitolinæ* 531. qui *Varronianus* erat 532. *Olymp.* 139. ^{2.} ^{3.} Sic enim potius disponenda est Chronologia *Polybiana* quam ut disposuit *Cl. Casaubonus*. Vix autem potuit in re memoriæ adeo *nuperæ* errare *Polybius*, & tamen adeo constanter sibi tot exemplis in errore consentire. Vix potuit certe in *sui ævi* temporibus adeo falli *Timæus* temporum diligentissimus accuratissimusque Observator, aut tam bono fretus *duce* ipse *Polybius*. Erravit ergo si quidem ita senserit *Plinius*, nec errorum *fortuitus* consensus eum ita loqui fecerit, quasi id senserit quod nunquam illi tamen in mentem venerit.

Ascendamus ergo jam ad anteriora. Prælium ad lacum *Vadimonis* ante *Pyrrhi* trajectionem triennio ponit *Polybius*. Hoc prælium *Consule* initum est *Dolabella*, quem anno *Varr.* 471. assignant Fasti, & proinde *Olymp.* 124. ^{1.} pro nostra Chronologiæ *Polybianæ* dispositione. *Dolabella* duce pugnatum ad lacum *Vadimonis* testis est *Florus*, L. I. c. 13. Tunc autem *Consulem* eundem fuisse *Dolabellam*, testis *Eutropius*, L. II. Inde respondent tres anni ad trajectionem *Pyrrhi* ann. *Varr.* 474. Quinque item anni ad cladem *Gallorum Delphicam* ann. *Varr.* 476. Denique XLV. anni ad annum *Varr.* 516. (quæ omnia intervalla agnoscit vera ^d *Polybius*) accuratissime. Convenit ^d *Polyb. L. II. c. 20. 21.* *Dionysius Halicarnassæus*, qui in *Excerptis Legationum* III^o. ante *Pyrrhi* adventum anno *Consulem* ponit *Fabricium*, IV^o. autem *Cornelium Dolabellam*, utrumque scilicet terminum complexus. Etiam ad annum *Varr.* 461. plenos esse Fastos, saltem pro sententia *Varronis*, exinde facile colligimus, quod ab illius anni *Consule Papirio* ad *Valerium Messalam* anni *Varr.* 491. triginta annorum intervallum numeret *Plinius*, ut jam supra observavimus. Idemque verum esse, pro hypothefibus Fastorum etiam *Capitolinorum*, inde quoque intelligitur, quod *Spurii Carvili*, etiamnum *Consulis*, (qui *Papirii* collega erat,) *Triumphum* anno Epochæ

Sect. LXIII.
Recte se habent
Fasti à Bello
Pyrrhi ad an-
num *Varronia-*
num 460.



Epochæ suæ 460. tribuant iidem Fasti, qui idem *Varron.* erat 461. Literæ enim hoc indicantes satis integræ leguntur in accuratissima Marmorum illorum descriptione *Onuphriana*. Sic ergo Fastorum integritatem ad tempora usque *Liviana* asseruimus. Illa, inquam, tempora in quibus Historiam *Livii* habemus ipsam integriorem. Inde intervalla continua probabit ipse *Livius*. Inserunt autem Fasti Chronici *Paschalis* à Cl. *Cangio* denuo meliusque Editi *COSS.* novos à Fastis reliquis omnibus prætermisissos *Μάξιμον ἢ Γ' ἔ Μέρωνα ἢ Σ'.* Post illos proximos quos illi simili negligentia *Μάξιμον ἢ Β' ἔ Βῆλσον* appellaverant. *Maximus* ille II. & *Bulbus* non alii erant *Consules* à *L. Posthumio Megello* III. & *C. Junio Bruto Bubulco*, quos anno *Varr.* 463. tribuunt Fasti sinceriores. Facilis erat error in nomine *Megelli*, si primas nominis literas *Μεγ.* pro *Μεγισω* acceperit *Græcus* aliquis literarum *Latinarum* imperitus. Et favere fortasse videbitur *Velleius*, qui à *Coss.* anni *Varroniani* 459. ad deductionem *Venusiæ* colonix quadriennium numerat, inde biennium ad *M. Curium* & *Cornelium Rufinum*, quos anno *Varroniano* 464. assignant Fasti optimi. Favere etiam fortasse videbuntur Codices illi *Pliniani*, qui XII. annos numerabant à *Consule* anni *Varr.* 461. ad annum ejusdem Epochæ 472. Sed illorum Codicum errorem arguunt non Codices modo alii, qui annos, uti diximus, *undecim* reponunt, sed & locus ille *Plinii*, cujus supra meminimus, alius, quo ad ann. *Varr.* 491. ab eodem anni 461. annos numerat tantummodo 30. Et *Velleii* tot numeri erroris manifesti sunt, ut illis non sit admodum fidendum. Certum est autem plane *fictitios* esse illos Chronici *Paschalis* *Consules*. *Muso* enim ille, non alius erat à *Decio Mure* cujus *Consulatum* IV^m. cum *Fabii Rulliani* V^o. committunt Fasti veriores, suffragante etiam *Livio*, ut proinde V^{us}. hic, si quis fuisset, esset numerandus. Sed illo ipso *Consulatu* IV^o. qui ann. erat *Varr.* 459. *devotum* illum testatur fuisse *Livius*. Perperam ergo hic *novus* ejus *Consulatus*, quasi ex *inferis*, vel quasi quodam *postliminii* jure, constituitur. Nec sanio-riorem addidit Collegam Canonis *Paschalis* Auctor. *Maximus* iste, cujus III^m. *Consulatum* cum *Muris* VI^o. nectit Auctor, non alius erat à collega *Bulbi*, vel potius *Bubulci*. Sed revera III^{us}. est *Consulatus* ille *Megelli*, in Fastis sanioribus, quo collegam habuit *Bubulcum*, quem tamen quia perperam *Paschalis* Auctor II^m. censuerat, ideo III^m. ejus *Consulatum* cum *Consulatu* *Decii Muris* VI^o. *fictitio* jungendum censuit. Quod si quis



quis revera *Maximum* malit, ægre sane III^m. *Maximi*. Consulatum efficiet, nisi *Servilium Maximum* cum *Fabio Maximo Gurgite* confundat. Et vel ita, III^m. alicujus *Maximi* Consulatum ægerrime conficiet. Non est ergo cur hujus Consulatus rationem aliquam fuisse suspicemur in Urbis Conditæ Epochis diversis statuendis. *Anni* præterea præcedentis *Consulatumque* situm, *Varroniani* scilicet 460. certum fuisse docent *Marmora Capitolina*, quæ Consulibus utriusque triumphum exhibent anno Epochæ suæ 459. Nec sane jam incommodas fuisse Pontificum *intercalationes* è *Livio* discimus. Docet ille anno *Varroniano* 461. Consuli *Carvilio*, cum *Hebruria* in sortem veniret, vim frigoris in *Samnio* tantam fuisse ut ne quidem milites illam tolerarent. Addit ^a *nives jam omnia opplevisse*, ^b *Liv. L. x. c. 45. 46.* nec durari extra tecta potuisse cum Consul collega triumpharet. Is ubi in hiberna se recepisset, tandem adest *Carvilius*, ipse quoque triumphaturus. Et quidem triumphum *Carvili* etiamnum Consulibus ad *Id. Januariæ* referunt *Fasti Capitolini*. Annus erat *Cycli* I^{us}. in cuius exitum *Januarius* ille conferendus erat. Ad finem ergo *Decembris*, numerantur dies in rationibus *Lunaribus* 653. Addantur dies *Januarii* XIII. consentique 666. Detrahantur illi è diebus 672. usque ad ejusdem anni finem, pro rationibus *Julianis*, & supererunt dies 6. qui si è *Decembri Juliano* subducantur, incidet triumphus ille in diem *Decembris Juliani* XXV^m. Quæ sane tempestas hiemis erat durissimæ atque hibernorum. Denique Consulibus anni *Varroniani* 459. locum quem tenent in *Fastis* receptis asserit, non *Livius* modo, sed Auctor *Fastorum Capitolinorum* dum *Fabii* etiamnum Consulibus triumphum anno asserit Epochæ suæ 458. Firmat porro hunc eundem situm ^b *Cicero*, dum ait *Decium*, quinquennio ante *M^o Curium Consulem*, se pro Rep. quarto suo Consulatu devovisse. ^c *Liv. L. x. c. 13.* Vel inde etiam refutantur fictitii *Coss.* quos hoc intervallo *Chronici Paschalis* Auctorem inseruisse vidimus. Firmat denique hæc spatia, quod ad ann. *Capitolin.* 459. qui *Varronianus* erat 460. novorum *Censurum* vestigia agnoscant *Fastorum Commentatores*, & *lustrum*. Sed *lustrum* ^c *Livius* anno tribuit se- ^c *Liv. L. x. c. 47.* quenti. Ut proinde ad *initam* *Censuram* sit plane referendum, quod hoc potius anno illos inseruerit Auctor *Capitolinus*. Facit autem id, ne quidem ipso refragante ^d *Livio*. *Martium* ^d *Liv. ib. c. 37.* enim *Rutilum* & ipse quoque *Censorem* agnoscit sub Consulibus anni *Varroniani* 460. Ut autem *Censuræ* respondeant, error in *Fastos* nullus hucusque potuit irrepere, præterquam *justi* *Quinquennii*.

C c c c



a Polyb. L. II.
c. 19.

Sect. LXIV.
Ab anno U. C.
Varroniano 363.
Kalendis Quin-
tilibus inibant
annui Magistra-
tus.

quēnni. Hinc ergo certum est male x. duntaxat annos ab hoc prælio in agro *Sentinati* ad aliud cum *Consule Dolabella* numerare (qui anno *Varr.* 471. Magistratum gessit) Codices a *Polybii* hodierni. Sed nec alius est *Polybii* numerus qui hunc numerum verum esse postulat; estque facillima loci emendatio, si pro *dēna* reponamus *dōdēna*.

Observavit autem hoc spatium Cl. *Lidyattus*, quod nescio quisquamne ante ipsum alius, de *Consularis* anni initio quædam singularia, merito proinde expendenda. *Fabii Rulliani* Consulatu 5^o. *Decii* autem filii 14^o. (quem Nos jam anno *Varr.* 459. assignavimus, ille autem tantummodo 458.) *Livium* dicit nondum exacta hyeme Consulatum initum significare. Postea ætate *Pyrrhi* & *Belli Punici* serius initum ipse observavit. Suspicitur ergo Consulatu *M. Claudii Marcelli* & *Sp. Nautii Rutili*, (quem Nos anno *Varr.* 467. assignamus, ipse tantum 466) mutationem factam propter *seditiones*, ut deinceps vel *Kalendis Quintilibus* vel *Idibus* inierint, dilatis scilicet à mense aliquo *hiberno* ad *Quintilem* Consulibus. Hinc annum calculo *Varroniano* accessisse putat, ut in cæteris, qui sequuntur, *Consulibus* cum nobis conveniat. Sed partim è dictis constat, magis autem è dicendis constabit, male illum Consules præcedentes numerasse pro rationibus Epochæ *Varroniane*. Sed non succurrebat Viro industrius quidem, sed Libris plerumque destitutus, qualia *Consularium* annorum initia his ipsis temporibus supponant *Fasti triumphorum Capitolini*. Proximi quidem anni (*O.S.S.* ambos ibi triumphasse legimus, & quidem nondum abdicato Consulatu, de rebus tamen in Consulatu gestis, vi. alterum, alterum v. *K. April.* nempe *Martii veteris* diebus xxvii. & xxviii. Nondum ergo acceperant successores pro anno secuturo qui erat *Varronianus* 461. Annus erat *Cycli* 1^{us}. Itaque diebus (qui supererant superioris anni fine 298.) addantur hujus anni dies ad diem *Martii* xxvii^m. 84. confient 382. Inde detrahantur pro rationibus superioris anni *Juliani* 306. Eritque adeo dies ille anni hujus *Juliani* 76. Erunt ergo dies illi in hoc anno *Juliano Bisextili* iidem cum *Martii Juliani* xvi. & xvii. Sequenti rursus anno *Varr.* 461. cujus exitus in annum ejusdem Epochæ convenit 462. triumphavit *Carvilius* *COS.* & quidem de Bello cum *Samnitibus*, quod *Consulem* gessisse docet *Livius*. *Idibus* tamen triumphavit illius anni *Januarii*, die proinde *Decembris Juliani* vi. qui illo anno respondebat diei *Januarii veteris* xiiii. Vel inde suspicamur, recte se habuisse *Merkedonios*, qui, si ulli defuissent



defuissent hoc anno, effecissent, ut nimia fuisset anticipatio, ut modo observavimus. Duo illa exempla medio illi spatio conveniunt quo mutationem illam factam credidit *Lidyattus*. Ostendunt ergo quo pacto *Livius* intelligendus sit. Verba ejus sunt: ^{a Liv. L. x. c. 25.} *Febant autem itinera quanta fieri sinebat hyems haud dum exacta. Vere inde primo &c.* Inde manifestum est *hyemem extremam* intelligi quam *Ver* proxime fuerit excepturum. Sed *Veris* nomine *Livius* tempestatem, ut vidimus, *rebus gerendis* idoneam intelligit, nec *itineribus* incommodam. Et proinde multo serius producit quam ferrent limites *Veris Parapegmatici*. *Ver* ergo Expeditionibus aptum, non solum illud intelligitur quod tepore suo fovet, verumetiam quod *pabula* jumentis præbet itineribus militaribus plane necessaria. Et *Ver* adeo *primum* illud recte censebitur quo prima *pabulorum* est maturitas, quæ sæpe varia est, nunc serior, nunc præcocior, fere autem vix ulla est ante *Aprilem Julianum*. Et *hyemis* quoque *tempestatas* illa omnis recte appellari potest, quæ *profectionibus* molesta est tam propter *frigus* quam propter *pluvias*. Conferunt enim etiam *pluvie* ad *itinerum* tarditatem de qua loquitur hoc loco *Livius*. Suntque illæ *frigoribus* diuturniores. Nec adeo ulla erit ratio cur tam *matura* fuerint *Consulum* illorum exordia quam credidit *Lidyattus*, ut propterea *annus* rationibus *Varronianis* accreverit. Ego, si quid video in tam paucis tamque obscuris horum temporum monumentis, rem ita se habuisse censeo. Ordine *retrogrado* annorum *Consularium principia* processisse observavi. Postea ab *Idibus Martiis* ad *Kalendas* progressum est *Januarias*. Antea quam ab *Idibus* inirent *Martiis*, medio aliquo inter *Martii* veteris diem xvii. & xxiii. inivisse probavimus. His autem, in quibus jam versamur, temporibus post *Martii* veteris diem etiam xxviii^m. inire solitos docet, ni fallor, exemplum modo allatum, ne quidem refragante *Livio*. Triumphos his temporibus alios legimus, & quidem *Consulum*, non *Proconsulum*, qui satis ostendunt ad *hyemis* saltem *exitum* pertigisse *Consulatus*. Sic *Idibus Januariis* triumphavit anni *Capitolini* 460. *Varroniani* 461. Consul *Carvilius*. *Nonis Januariis Junius Bubulcus* COS. II. anno *Capitolini*. 476. *Varron.* 477. *Feb. Kal. Fabius Pictor* COS. II. ann. *Capitol.* 487. *Varron.* 488. *Quirinalibus*, nempe xiii. *Kal. Mart.* *Q. Fabius Gurges* COS. II. ann. *Cap.* 487. *Varr.* 488. *Extremum* autem *Consulatus* terminum optime, ni fallor, ostendit triumphus *L. Æmilii Barbule*, anno *Capitol.* 473.



a Liv. L. VIII.
c. 20.

b Liv. L. V.
c. 32.

c Liv. L. IX.
c. 43.

d Liv. L. IX.
c. 30.

e Liv. L. IX.
c. 29.

Varr. 474. VI. Id. Quint. non jam amplius *Consulis*, sed *Proconsulis*. Inde enim constat jam *Consulatum* abdicasse *Barbulam*, inivisse autem *Barbulæ* proximos in *Consulatu* *successores* die illo *Quintilis* veteris x. quo ipse *triumphavit*. Hinc enim suspicor verum ineundi *Consulatus* diem tum receptum fuisse *Kalendas* ipsas *Quintiles*. Hoc enim ipso die *Consules* L. *Æmilius Mamercum* & Cn. *Plautium* inivisse testatur ^a *Livius*, qui anno gesserunt *Capitolino* 424. *Varr.* 425. Eodemque die *Tribunos Militares* anni *Varr.* 363. ^b occupasse idem tradit *Livius*. Ut proinde ad illum *Urbis* *Conditæ* annum tenuisse verisimillimum sit hunc eundem *Consulatus* ineundi diem. Est certe in *Marmoribus Capitolinis* triumphus Q. *Marcii Tremuli* COS. de *Anagnineis Herniceisque* *Prid. K. Quint.* anno *Capitolino* 447. Hoc autem *Bellum* ab eo *Consule* gestum docet idem ^c *Livius*. Sic ante *Kalendas Quintiles* *Consules* sequentes *inire* non poterant, quos tamen die ejusdem *Quintilis* x. in *Consulatu* fuisse jam probavimus. Sed anno *Capitolino* 442. *Nonis Sext.* triumphavit COS. III. C. *Junius Bubulcus*. Et de *Etrusceis* *Idibus Sext.* Q. *Aimilius Barbula* COS. II. Quos item hostes eodem anno vicisse testatur ^d *Livius*. Et anno *Capitolino* 441. M. *Valerius Maximus* COS. de *Samnitibus Soraneisque* triumphavit, *Idib. Sext.* Et vicisse eodem anno tradit ^e *Livius*. Sed post unum in *Magistratu* *ensem* triumphasse, non adeo mirabitur qui *celeritatem Romanorum* illis temporibus passim prædicatam expendit, qui meminerit quantas res paucis admodum diebus in hostes adeo propinquos gesserint *Dictatores*. Et sane *Belli Samnitici* reliquias tantummodo fuisse quas confecerit *Consul Valerius*, agnoscit ipse *Livius*. Nec diutina fuisse proximi anni gesta ex eodem facile colligitur. Difficilius est quod C. *Sulpicii Longi* COS. III. triumphum de *Samnitibus*, K. *Quint.* ad annum *Æræ Capitolinæ* 439. in *Marmoribus* legamus *Capitolinis*. Sed deest fortasse *numerus Kalendarum*, quanquam in *Marmore*, qua illud repræsentavit *Onuphrius*, ne quidem spatium appareat quo fuerit inferendus. Nec sane ullam pollicetur *Onuphrius* in spatiis *ἀνεξέρειαν* quam pollicetur maximam in *literis literarumque partibus*. Facile ergo fieri potuit ut parvi spatii, quod satis erat *Kalendarum* numero inferendo, rationem non habuerit, cum rei necessitatem plane nullam intelligeret. Ad illam certe Epocham, cujus modo meminimus, anni *Varroniani* 363 sunt quidem *triumphi Consulium* qui non longe deficiant a *Kalendis Quintilibus*, non autem qui attigerint.

Primi



Primi Proconsulis Q. Publilii Philonis triumphus est K. Mai. anni Capitolini 427. qui anno superiori Consulatum gesserat. Est anno Capitolino 395. triumphus Dictatoris Nonis Mai. Consulibus autem C. Plautii Proculi ejusdem Maii Idibus. Est anno Capit. 396. K. Jun. triumphus C. Marcii Rutili COS. de Priver-natibus. Est anno Cap. 399. Marci Fabii Ambusti COS. III. triumphus de Tiburtibus adhuc senior III. Non. Jun. Mitto enim jam remotiores à prædicto termino Triumphos. Sufficiunt enim hi ad docendum quo tempore proxime Consules veteres abdicarint, novi autem in eorum locum suffecti Magistratum inierint. Consulantur autem ipsa marmora, ullumne sit, ante K. Quint. spatium in triumpho anni Capitolini 439. quod numero Kalendarum capiendū sufficiat, & quis ille fuerit numerus cujus fortasse vestigia ibidem etiamnum appareant. Hoc certe verisimilius existimo quam ut paucis duntaxat annis terminos Consulatum produxerint, præter morem temporum tam præcedentium quam etiam sequentium. Fecit autem novum hoc anni Consularis initium, ut cum annis Olympiadum fere integris concurrerint anni Urbis Condite, qua quidem ad res gestas referuntur. Inde factum, ut annus, de quo ultimo egimus, Varronianus 459. qui cum Olymp. 124½. concursurus fuerit, jam fere cum illius Olympiadis duntaxat 2. concurrerit.

Cæterum anni Varr. 459. cum præcedenti nexum arctissimum docet Livius. Comititia enim pro hujus anni COSS. ab anni præcedentis Consule Volumnio habita refert, L. x. c. 21. 22. Erat ergo Volumnius COS. anni Varroniani 458. Sed & illo Volumnii Consulatu finis erat sex mensium quibus prorogatum fuerat Fabii & Decii imperium post Consulatum, ibid. c. 16. 20. Itaque anno Varr. 457 COSS. fuerant Fabius IV. & Decius III. Et sane Comititia Consularia pro anno 458. Fabium tenuisse testatur, c. 15. Anno porro præcedenti Consulatum Cn. Fulvii Centumali asserit triumphus ejus de Samnitibus anno Capitolin. 455. qui Varr. erat 456. Illum enim in Consulatu tam vicisse quam triumphasse testatur etiam Livius, c. 12. 13. Porro sub Consulibus anni Varr. 455. M. Fulvio Pæto & T. Manlio Torquato adventum Gallorum ponit Livius, c. 4. Non alium proculdubio quam quem ante prælium in agro Sentinati anno IV. statuit Polybius. Per Hetruriam scilicet, & sine prælio. Erat ergo hic annus Varronianus, ut dixi, 455. per intervalla Polybii, & concurrebat adeo cum Olymp. 120½. Maxima autem ex parte

Seç. LXV.
Ad annum Epochæ suæ 450. recte se habebant Fasti Varroniani.

a Polyb. L. II. c. 19.

C c c c 3

cum



cum anno, ut vidimus, *Olympiadis primo*. Justa præterea hucusque *intervalla* fuisse firmat etiam ^a *Livius*, dum his ipsis *COSS. lustrum* agnoscit, si quidem ipso quo inierint anno *lustrum Censores* condiderint. Nexum deinceps astruit, quod ^b *Liv.* L. X. c. 5. *induciæ biennii Hetruscis* anno qui *Varronianum* 454. præcessit concessæ hoc anno 455. nondum exitum accepisse testatur ^c *Livius*, dum ait *adversus inducias ab Hetruscis paratum esse Bellum Romanis*, cum Galli in eorum fines irrumperent. Recte porro observavit annum *Varr.* 453. qui *Capitolinæ Epochæ* erat 452: sine *Consulibus* inferendum esse *Sigonius*, cui alii quoque suffragantur *Fastorum Commentatores*, *Dictatura* scilicet insignem, quam *duplicem* fuisse censuit Vir sane sagacissimus. Estque sane annus ille plane necessarius explendis *Chronologiæ intervallis*, certe *Epochæ Varronianæ*, quæ omnium locupletissima est. *Consulibus* porro anni (quem nos *Varronianum* 452. numeramus) *M. Livio Dentri*, & *C. Emilio Cleonymi Spartani* adventum in subsidium *Tarentinorum* assignat *Livius*. *Diodorus Consulibus præcedentibus* anni *Varr.* 451. Utque puto rectius. Nempe anno *Olymp.* cxix. 2°. cum quo maxima ex parte concurrebat annus *Consularis* cum inirent *Kalendis Quintilibus*. Non equidem soleo multum tribuere *Diodoro* in annis *Romanis Græcisque* invicem committendis. Hic autem sane res ipsa exigit ut plurimum tribuamus. Vix enim est cur dubitemus quin *proximos* memoriæ suæ *Consules* cum annis *Olympiadum* recte commiserit. Sed quia in *Fastos Consulares multos* incidit, inde factum ut ab annis quibus apponuntur *Olympiadum*, annis nonnunquam pluribus deficiant *Consules Romani* apud *Diodorum*. Eo quoque longius invicem discedunt quo tempora sunt, in quibus committuntur, *antiquiora*. Idque sane proclive erat in retrorsum actis supputationibus, cum nulla essent *Romanorum Græcorumque* commercia, nec proinde ulli rerum gestarum *nexus*. Tum autem error ille obtinere vix potuit cum res ipsæ invicem immiscerentur, si aliorum *annuorum* Magistratum *Annales* cum decedentium aut sequentium annorum *Consulibus* conferrentur. Sic fieret sæpissime ut *temporum* errorem tantum res ipsæ redarguerent. Postea ergo quam in *Græciam* ipsam *Romani* penetrarent, non poterant amplius cum falsis *Olympiadum* annis aut *Atheniensium Archontibus* *Consules Romani* contendere quin error ipse sese proditurus esset. Proinde proximis *Diodoro* temporibus, non est quod dubitemus quin veris *Olympiadum* annis *Archontibusque*

Consules



Consules Romani responderint. Et ab eo usque tempore *Annales* illius recte se habere necesse est quo coepit rerum Romanarum Græcarumque commercium. Hoc autem in quo verisamur anno, ad *Cleonymum* legatos venisse docet *Diodorus*, tam à *Cassandro* quam à *Demetrio Poliorcete*, de Societatis foedere ineundo. Tam ergo certum est *Olymp. cxiix.* anno 2^o. in *Italiam* venisse *Cleonymum*, quam certum est de *Græcia* à *Cassandri* jugo asserenda egisse *Demetrium*. Tam item certum hoc anno *Varroniano 451*. Consules fuisse *Genucium & Cornelium*, quorum Consulatu *Cleonymi* Expeditionem ponit *Diodorus*, quam & illud certum prædicto *Olympiadi* prædictæ anno appulisse *Cleonymum*. Hinc ergo recte colligimus, annum illum quem Fastis debemus *Capitolinis* revera esse numerandum. Nec vero est cur miremur, his temporibus falli potuisse *Livium*, qui toties de *Annalium* quorum fidem est secutus, incertitudine queritur, quod nec in *annis* rerum gestarum certis, & ne quidem in gerentium *Personis* sæpe convenerint. Passim apud illum legimus utriusque generis exempla. Præsertim in his temporibus à primorum Historicorum ætate adeo remotis. Recte autem se habere Fastos ad annum usque *Varronianum 450*. vincunt *Censores* quos sub illius anni *COSS.* novos memorat *Livius*, si quidem illo anno inierint.

Jam dies *Triumphales* ad eandem *Urbis Condite* Epocham *Varronianam* expendamus, ut intelligamus rectene se habuerint his quoque temporibus *Mercedoniis*. Sic autem se habent.

Seç. LXVI.
Recte item se habebant hucusque *Nundine*.
De anno *Varr.* 472. refellitur *Sigonius*.

Urbis Condite				Urb. Condite			
Capitol	Varr.	vet. Kalendar.	pro ration. Æmilii.	Capitol	Varr.	vet. Kalendar.	pro ration. Æmilii.
449	450	Septemb. XXIV	à Nundinis V	472	473	April. I	à Nundinis VI
449	450	Octob. XXIX	à Nundinis VII	473	474	Februar. I	à Nundinis VI
451	452	Jul. XXX	à Nundinis IV	473	474	Jul. X	à Nundinis I
454	455	Septemb. XXIV	à Nundinis I	475	476	Decemb. XIII	à Nundinis VI
455	456	Novemb. XII	à Nundinis II	476	477	Januar. V	à Nundinis III
458	459	Septemb. IV	à Nundinis V	477	478	Quirinal. XIII	à Nundinis V
459	460	Mart. XXVII	à Nundinis III			K. Mart. Mercedonii min. XV.	
459	460	Mart. XXVIII	à Nundinis IV	478	479	Mart. I	à Nundinis IV
460	461	Januar. XIII	à Nundinis VII	480	481	Quir. XIII. K.	à Nundinis IV
460	461	Februar. XIII	à Nundinis IV			Mart. Feb. XVI	
470	471	Mart. V	à Nundinis IV				

Inter ann: *Varr.* 455. & 473. Exempla sunt dierum omnium qui non fuerint *Nundinales*. Itaque hic etiam tenuisse videmus *Nundinarum* formam, quæ antea tenuit, *Æmilianam*. Et ne



ne quidem ulla hic *vestigia* videmus *Mercedoniorum*, præter *Cycli* legem, seu *prætermisorum*, seu *intercalatorum*. Jam enim paulo antea Fastos vulgaverat *Flavius Scriba*, & *Solares* adeo *Cycli* rationes, unde *constabat* quæ necessariæ essent *Intercalationes* ut paria cum illis facerent *Lunæ* quoque rationes. Hinc *verecundiam Pontificibus* factam fuisse consentaneum est ne quid novarent quod malam illorum fidem apud alios testatam faceret. Erat tamen, fateor, inter hos *Triumphus* qui, pro *Sigonii* dispositione, in *Nundinas* ipsas inciderit. Ille scilicet quem tribuit *Fabricio*, anni *Capitolini* 471. & *Varroniani* adeo 472. *Consuli*. Sed non sunt profecto in *Marmore* ipso literæ quæ vel *Consulem Fabricium*, vel annum illum *Æræ Capitolinæ* designent. Itaque *ratiociniis* suis hæc debet omnia *Vir sane acutissimus*. Quæ vero tandem illa sunt? Nempe *Consulem* 11. *Fabricium* 11. *triumphasse* docent *Marmora* numeris expressissimis. Inde recte collegit alium illius quærendum esse *triumphum*, non item quo *anno* triumpharit. Sed *proxime* (inquit) *ante triumphum Q. Marcii Consulis* occurrit hic *triumphus*. Sed passim legimus in his ipsis *Marmoribus* exempla *Triumphorum non continuorum*, & legimus item ejusdem *Consulis* in eodem *Consulatu binos*. Potuit ergo *bis* triumphare in *secundo* *Consulatu Fabricius*, si non *Proconsul* triumpharit, & potuit plusquam *uno* ante *Marcii* *Consulatum anno* antiquior ille fuisse *triumphus*. Sed *Polybium* ait testem esse, *Gallos* anno postquam ad lacum *Vadimonem* cum *Etruscis Boii* deleti fuerant, novo delectu habito arma movisse, atque victos pacem petiisse à *Romanis tertio* ante *Pyrrhi* in *Italiam* adventum *anno*. Sed *tertius* ille certe *annus* ante adventum *Pyrrhi* non is erat quem vult *Sigonius*, quo *Consul* erat *Fabricius*, sed quo *Consul* erat *Dolabella*, à quo victos fuisse cum *Etruscis Gallos* ne quidem diffitetur ipse *Sigonius*, & quo prælium erat ad lacum *Vadimonem*. De anno alio sequenti nihil meminit *Polybius*. Verba tamen *Auctoris præstantissimi* illa sunt, ni fallor, quæ huc retulerit ^a *Polybius*: Οὐ μὲν ἀλλὰ τῷ κατὰ πῶδες ἐνιαυτῷ συμφρονήσαντες αὐτῆς οἱ πρῶτοι &c. Sed ille ipse certe erat *annus*, quem *κατὰ πῶδες* fuisse dicit, ut *præsentia* fere sunt in quæ dicimur *pedibus* impingere. Idque voluit *Polybius* tantum fuisse *Gallis* pugnandi ardorem ut eodem quo fuissent *devicti* anno iterum fuerint nihilominus de re summa periclitati. Itaque vel *bis* ab eodem *Consule Dolabella* domiti sunt, vel ne *semel* quidem. Ita certe fuerit oportet, cum & *secundum* quoque illud

^a Polyb. L. II.
c. 20.



illud prælium in tertium tamen ante Pyrrhi Expeditionem annum incidit. Et quidem anni exeuntis erat triumphus ille Martii veteris die v°. qui si ad annum Capitolinum referatur 470. non Nundinalis erit, sed à Nundinis iv^{us}. Sic erit utilis nostra illa de Nundinis observatio ad annos Triumphorum veros explorandos. Hac enim certe causa ideo Nundinalis erat triumphus dies, quod ad annum falsum Triumphum ipsum retulerit Sigonius.

Porro priorum annorum quatuor, Varroniani scilicet 446. 447. 448. 449. Consules continuos fuisse censet Livius, L. IX. c. 44. Indicant præterea Fasti Capitolini apicibus ad id significandum satis expressis, & Diodorus. Ne minorum gentium Fastos advocem, in his adeo antiquis temporibus, parum certe sine meliore duce præeunte audiendos. Bina autem horum Consulium paria media annorum scilicet Varr. 447. & 448. Pisonem Censorium prætermisisse docet. Addit tamen incertum esse, memoriane illum fugerit in Annalibus digerendis; an consulto binos Consules falsos ratus transcenderit. Hinc tamen a Plinio occasionem datam suspicor erroris in calculo Epochæ Varroniane. Huc enim retulerim, quod Sempronium & Sulpitium anni Varr. 450 Consules ipse ad annum U. C. 448. retulerit. Sic enim plures habent Plinii hoc in loco Codices, magis profecto audiendi quam unicus ille Regius ab Harduino prolatus, qui 449. legit. Is enim numerus nec Varronianus erat, nec Catonianus; sed Capitolinus, quem Plinius nusquam alibi secutus est. Est porro simile apud Plinium biennii discrimen, cum & Bellum cum Tarentinis quod anni erat Varroniani 472. Plinius anno tribuit 470. Et cum Bellum cum Pyrrho quod anno probavimus coepisse Varroniano 474. ipse tamen anno tribuit U. C. 472. Hinc ergo falsam fuisse vincitur quam nos olim suspicabamur veram fuisse causam erroris Pliniani, quod tres Dictatorum annos insititios ipse ex Epochâ Varroniana rejecerit. Ea enim si vera fuisset, non fuisset apud Plinium, post Dictatorem tertium, biennii, sed triennii discrimen, quod tamen ille nusquam agnovit. Sed Nepotem his in locis nimis secure sequitur (ut puto) Plinius, qui etiam ipse nimis secure b Pisonem. Ipse Nepotem Auctorem profitetur, quo loco Pyrrhi Bellum ad annum retulit U. C. 470. Ad eundem annum retulit c Gellius, qui ipse quoque plurima hausit è Nepote. Scripsit autem post Varronem Nepos, ut proinde illi incompertæ esse vix potuerint Varronis rationes. Eo autem

Sect. LXVII.
Plinius Catonianas rationes aliquando suis immiscet Varronianis.

a Plin. N. H. L. XXXIII. c. 1.

b Plin. N. H. L. XVI. c. 10.

c Gell. L. XVII. c. 21.

D d d d

pro-



a Plin. N. H.
L. XXXIV. c. 3.

proclivior erat tam *Nepotis* quam etiam *Plinii* error, quod in Epochâ *Urbis Conditiæ* ne quidem à *Varrone* discrepavit ipse ^a *Piso*. Hoc nos docet ipse *Plinius*: *Triclinia* (inquit) *ærata abacosque & monopodia Cn. Manlium Asia devicta primum invexisse triumpho suo quem duxit Urbis anno DLXVII. L. Piso Auctor est.* Verba adduxi ex Editione *Dalecampiana*, in qua emendatiora leguntur quam in ea quam procuravit *Cl. Harduinus*. Hic autem annus Epochæ *Varronianæ* designatur accuratissime, quo triumphavit *Manlius*. Nempe pro modo anni Consularis tum recepti, qui non à mense *Januario*, sed à *Martii veteris* inivit *Idibus*. Sed memoriæ lapsus potius fuisse suspicor, quam quod aliunde defectum illum *Piso* suppleverit. Nec enim patientur intervalla ut *biennium* illud auferatur, nisi aliunde redundarit. Antea autem non redundasse exinde intelligimus, quod detractum *biennium* effecerit ut summa *biennio* minor esset quam pro rationibus Epochæ *Varronianæ*, ut in prædictis *Plinii* exemplis omnibus manifestum est. Postea vero nulli usquam occurrunt in *Fastis*, quos habemus, *Consules inserendi*. Et si vel maxime occurrerent, ne quidem *spatium* occurrit (ut è *Græcæ Historiæ Synchronismis* ostendimus) quo apte capiantur. Imo ne quidem in universa *Fastorum*, qui hodieque extant, *seriæ Consules* (ut puto) ullos inveniemus in aliis ab aliis omisos, qui justum impleant *biennium* ultra numerum *Varronianum*. Sed è *Catonianis* Auctoribus hausit illa, ni fallor, *Plinius*, quorum rationes incaute suis immiscuit, nempe *Varronianis*. Eratque error propterea satis facilis, quod post *Varronem Catonianam* tamen Epocham usurpârint Auctores multi atque celebres. Et profecto si hos *Consules* penitus excluderet *Piso*, facile potuit illos *Varro* è finitimarum Urbium *Archivis*, ut puto, refellere.

Sect. LXVIII.
Annorum *Varronianorum* 447
& 448. *Consules*
apud *Veteres*
suspecti.

b *Liv.* L. x.
c. 13.

Si autem de loco tantummodo lis fuerit *Pisoni*, hoccine an alio potius fuerint inserendi, habuit fortasse cur illos hoc saltem è loco merito moveret. Habet enim ipse quoque *Livius* suspecti situs indicia. Ait his temporibus *Fabium Rullianum*, cum in annum *Varr. 457*. Populus illum ne petentem quidem *Consulem* eligeret, ^b *Legem recitari jussisse, qua intra decem annos eundem Consulem refici non liceret*. Quartus erat ille *Fabii* *Consulatus*, cum *tertium* gessisset collega *Decio* II. anno *Varr. 446*. si quidem ipsum *Livium* audiamus. Hæc si vera, quis, quæso, locus illi *Legi* esse potuit, elapso jam à superiori *Consulatu* justo *decennio*? Quis non videt hæc locum potius



potius habuisse, cum in annum 455. idem *Fabius* Consul peteretur? Tunc enim quoque ^a non petentem omnes Consulem dixisse Centurias ipse docet *Livius*. Additque (& quidem Auctoribus *Licinio Macro* atque *Tuberone*) ipsum *Fabium* Auctorem fuisse differendi sibi Consulatus in bellicosorem annum. Interim *Aedilem Curulem* factum esse cum *L. Papirio Cursore*, quod refellit è *Pisone*. Non quidem monet num *Piso* illum pro *Aedili Consulem* factum esse tradiderit. Fierique potest ut Consulatus, ipso rogante, ad annum 457. fuerit dilatus. Hoc tamen certum quæ de decennio inter Consulatus inferendo urfit *Fabius*, ea *Livium* in locum alienum transtulisse. Sed quæ urget in Persona *Fabii Livius*, de decennio inter honores interpolando, ea *Fabii* esse ne quidem potuerunt. Multa enim occurrunt in Fastis exempla, post Legem illam, & tamen his, in quibus versamur, temporibus antiquiora, quæ Legem illam in desuetudinem abiisse vincant. Et simile est temporis in Persona agenda neglecti exemplum, quod jam diu observavit major natu *Vossius*, quo loco *Tribunus Plebis Catonis M.* testimonium è *Libris Originum*, antea quam in lucem emitterentur illi ipsi *Originum Libri*, in *Catonem* ipsum advocavit. Etiam de *Appio Claudio* dispositio ^b *Livii* fane suspecta est. ^c Et quidem ipso illo in loco quo Consulatus rationem nullam habuit *Piso*. Is annus erat *Varr.* 447. Petiit ergo Consulatum Anno, si hæc vera sunt, 446. Sed *Comitia* ejus *Consularia* à *L. Furio Trib. Plebis* interpellata, donec se *Censura* abdicavit, in quibusdam *Annalibus* se invenisse scribit. Non ergo in eo conveniebant *Annales omnes*. Et jure fane merito. Sæpe enim illum *Quinquennium* integrum absolvisse ipse *Livius* tradiderat. Ita scilicet ut annus ne quidem unus numero illi absolvendo defuerit. Sic anno *Varr.* 446. finis fuerit *Quinquennii Censorii*, cujus tamen contrarium è tot *Livii* locis, quibus locum nullum habent spinæ *Chronologicae*, jam satis, ut opinor, evici. Sed tamen sibi hac in *Appii* *Censura* non constat *Livius*, ut anno *Varr.* 444. litem illi motam narret à *Tribuno Plebis P. Sempronio*, de *Censura* post menses octodecim abdicanda per Legem *Emiliam*. Hic biennio integro discrepat ab exordiis *Lustrorum Censoriorum*. Certe, si (nondum abdicata *Censura*) Consulatum ambierit *Appius*, non illo, quo vult, anno 446. Candidatus fuerit, sed potius 445. & Consulatum ipsum gesserit anno 446. Demus autem illo (quem exclusit *Piso*) anno primum fuisse *Appii* Consulatum. Secundum ejus Consulatum rectius

D d d d 2

ad



a Cicer. Cat.
Maj. c. 6.

b Plutarch.
Pyrrh.

ad annum 457. retulerimus, quam, ut *Livius*, ad annum 458. Sic enim rectius respondebunt *spatia* à ^a *Cicerone* memorata. Numerat ille inter duos *Consulatus decennium*. Rectissime, cum annos xi. tamen complectatur dispositio *Liviana* & *Fastorum quoque Capitolinorum*. Numerat deinde *Cicero* annos xvii. à secundo *Appii* Consulatu ad annum quo *Pacem* cum *Pyrrho* Rege idem dissuasit *Appius*. Hoc quoque recte, si anno 457. Consulatum secundo gesserit, non item si anno 458. pro sententia receptissima. Anno enim 474. *Lævinum* Consulem vicit *Pyrrhus*. Tum, cum primam *Pacis* faceret mentionem *Pyrrhus*, contradixit *Appius*, Senatunque antea fluctuantem in suam sententiam traxit. Tum missus ad ^b *Pyrrhum* legatus est, & cum eo redeunte remissi sine pretio Captivi. Eo tamen pacto, ut si minus *Pax* processisset, redirent denuo in vincula. *Pace* ergo *negata*, redire iussit Senatus, poena *captivis* ei denunciata, qui *Saturnalium* festis elapsis in patria mansisset. Ut *Saturnalia* illa in *secundi Consulatus finem* rejiciamus; *legatio* tamen *primo Belli anno* in *Campaniam* missa est, cum eo se reciperet *Pyrrhus*, ne à *Lævino* Consule pone sequente & *Coruncanio* collega in frontem objecto intercluderetur. Supponunt ergo hi *Ciceronis* numeri *primum* quidem *Appii* Consulatum eodem, quem vulgo obtinet, loco; *secundum* autem alio, ne miremur si de *situ tantummodo Consulatum* dubitaret *Piso*. Scio quidem *Livio* nullam esse anni *Varroniani* 453. *Dictaturam*. *Dictaturam* illam non *tacuit* modo, verumetiam *exclusit*. Sic quidem fiet ut ab anno *Varr.* 447. *decimus* fuerit 458. si quidem supputaret, pro calculo *Liviano*, *Cicero*. Sic item ut ab anno *Varroniano* 446. *decimus* fuerit similiter 457. Non item ut ab anno 458. *decimus septimus* fuerit 474. *Ciceroni*. Si saltem, pro prioris numeri exemplo, extremum alterum excluserit. Sed vero ex his exemplis *Dictatorium* illum annum à *Livio* præteritum esse manifestum est. Firmat etiam *Codices Livii* hodiernos *Cassiodorus*, qui etiam ipse *M. Livium* & *L. Æmilium*, & *M. Valerium* & *Q. Apuleium*, pro *Consulibus continuis* habet, qui *Fastos* excerptit *Livianos*. *Livium* autem hac in re sequuntur *Fasti Paschales*, & ut mox videbimus, *Eutropius*. Contra *Marmoribus Capitolinis Dictaturam* illam inferentibus favent, aliquatenus *Idatius*, qui medium inter prædictos *COSS.* unicum saltem per *vi.* menses *Dictatorem* agnoscit; & *Fasti Cuspiniani* nuper integri editi à *Cl. Norisio*; & res ipsa, ut è *Synchronismis* constabit.

Porro.



Porro etiam in anno 444. *Æræ Capitolinæ* (qui *Varronianus* Sect. LXIX. erat 445.) *Dictatorem* sine *COSS.* annum inserunt *Fasti Capitoli- Dictaturam annuam anni*. Faventque rursus *Idatius* & *Fasti Cuspiniani*. Verba *Varr. 445. omisit Livius, & (pro Fabii Pictoris rationibus) etiam Diodorus.* tamen *Fastorum Cuspinianorum* absurda sunt: *Hoc anno Dictatores non fuerunt.* Quorsum enim illud observaret, cum tot alii passim anni in *Fastis* occurrerent in quibus *nulli* fuissent *Dictatores*, quibus tamen notam istiusmodi nullam apposuit. Id potius volebat, atque ita, ni fallor, scripserit: *Hoc anno Dictatores, non Consules, fuerunt.* Imperite quidem ille, pro *Seculi* (quo vixit *Fastorum* illorum confarcinator, è bonis licet monumentis) infelicitate, Quasi nimirum loco binorum *Consulum* bini fuissent similiter eodem tempore *Dictatores*. *Idatius* melius veriusque: *Sine COSS. tum Dictator Cursor, & Magister Equitum Bubulcus.* Proinde quo anno triumphavit *Papirius Cursor Dictator*, triumphavit etiam *Q. Fabius Maximus Rullianus*, non jam amplius *COS.* sed *Procos.* Sed in alia omnia hic quoque discedit *Livius*. Hunc enim si audimus, adhuc *Consul* erat collega *Fabii Martius*, L. x. c. 39. adhuc *Consul* ipse *Fabius*, c. 40. Et *continuatur* secundus cum tertio *Fabii Consulatu*, c. 41. Qui tamen invicem *continui* esse non poterant, siqua *media* intercessisset *Fabii Dictatura*. *Liviumque* adeo recte exscripsit *Cassiodorus*, suffragantibus etiam *Fastis Paschalibus*. Nec melius *Diodorus*. Sic ille præcedentes sequentesque *COSS.* cum anno *Olymp. 117. 4. & 118. 1.* necit, ut medium *Dictaturæ* annum nullum plane reliquerit. Sed *Fabii* erant, ni fallor, *Fasti*, quos descripsit *Diodorus*, quosque adeo hinc describere potuit, qui *Fabium* tanti fecit, *Lidyattus*. *Consules* anni *Varroniani* 268. cum *Olymp. 75. 1.* componit *Diodorus*. Pro *Varronianis* rationibus concurrebat annus ille 268. cum *Olymp. 73. 3/4*. Si à posteriori *Olympiadis* anno 3^o. exordium numerandi ducamus (cum quo fere antiquioribus hisce temporibus annum *Consularem Civilem* concurrisse vidimus) totidem anni intererunt ad *Olymp. 75. 1.* quot numerabantur ab initio U. C. *Varroniano Ol. 6. 3.* ad initium ejusdem Urbis pro sententia *Fabii Pictoris Olymp. 8. 1.* *Fabio* ergo, quem sæpissime testem advocat, & Epochæ etiam *Catonianæ*, *Dictaturarum* illarum neglectum debet *Livius*. Sed video *Dictaturis* hisce annuis non admodum favere *Viros eruditos*. Quorsum vero? An quia per *sex menses* mos erat receptissimus tenendi *Dictaturas*? Sed *annua* erat *Cæsaris Dictatura* antea quam crearetur *Dictator in perpetuum*. Nec id proculdubio sine de-



cessorum *exemplo*. Erat certe non *Cesaris* modo, sed his etiam, in quibus jam versamur, temporibus antiquius exemplum *Camilli*, quem, nisi anno circumacto, abdicare non passos, ait *Livius*. Erat autem *Dictatura Camilli*, cum primum decerneretur, tantummodo *semestris*. Inde manavit exemplum etiam creandi *annuus*.

Sect. LXX.
Fasti integri ad
ann. Varr. 435.
nempe pro ra-
tionibus Var-
ronianis, quæ
(Consulum tem-
poribus) eæ-
dem sunt cum
Capitolinis.

b Plin. N. H.
L. XXXIII. C. I.

Ab hoc deinde anno ad annum *Æræ Capitoline* 434. (qui *Varronianus* erat 435.) fatis pleni sunt *Fasti Capitolini*, & proinde *Varroniani*. Sunt enim in temporibus *Consulum* prorsus iidem. Qui enim additur in calculo *Varroniano* annus ad *Reges* spectat, non *Consules*. Regum enim annos in universonum 444. numeravit tam *Cato* quam *Varro*, quos 443. tantummodo agnovit Auctor *Marmorum Capitolinorum*. Quod scilicet *Tarquinius Prisci* annos xxxvii. duntaxat, ut videtur, censuerit, quos alii xxxviii. omnes receperunt. Et *situs* etiam *Consulum* manifestus est non è locis tantummodo, verumetiam è Magistratuum *Triumphis*. Conveniunt præterea *Livius* & *Diodorus*. Nec illi modo, sed juniores etiam, *Idatius*, Auctor *Cuspinianus*, *Cassiodorus*, Auctor *Paschalis*. Hi quoque, licet pro *Seculi*, quo vixerunt, imperitia, sæpe graviterque errent in hominum *nominibus*; nihil tamen habent cur de annorum, aut Magistratuum annuorum, *situ* dubitetur. Conveniunt etiam annorum *intervalla*, quæ quidem sincera legimus in bonæ fidei monumentis. Auctor ^b *Plinius* est *Flavium* Scribam ædem *Concordiæ* dedicasse *P. Sempronio Longo* & *L. Sulpicio* Coss. Additque annum fuisse *CDXLVIII*. Sic enim concipitur in plerisque MSS. Nempe, pro *Epocha Catoniana*, quam secutus est Auctor cujus fidem hoc in loco secutus est, ut & in aliis exemplis vidimus ad *Pyrrhi* Chronologiam spectantibus. Ait præterea ipsum qui ædem dedicavit *Flavium* in *tabella aenea* incidisse eam ædem *C* quatuor annis post *Capitolinam* dedicatam. Facile viderunt eruditi *CCIV*. esse reponendum. Magni profecto faciendæ est tam antiqui testis Auctoritas. Dedicavit ædem *Capitolinam* *M. Horatius Pulvillus*. Et quidem *primo* suo *Consulatu* (quem gessit anno *Varr. 245*.) si *Livio* fides habenda sit. Hoc si verum sit, efficiet ne dubitemus, quin *Epocha Catoniana* verissima sit. Pertinet enim *CCIV^{us}*. à prædicto anno 245. annus ad annum *Conditiæ Urbis* 448. ut numeravit ipse *Plinius*, utrumque scilicet amplexus extremum. Et *Livio* suffragatur etiam *Polybius*. Sed Auctorem alium habemus, his præsertim temporibus, & pro veris temporum rationibus, magis



magis audiendum quam sit ipse *Livius*, *Dionysium* scilicet *Hallicarnassæum*. Hic autem 2^o. *Horatii* Consulatu, quem gessit post biennium, anno scilicet *Varroniano* 247. ædem *Capitolinam* ab *Horatio* dedicatam fuisse testis est. Accedit *Dionysio* etiam *Tacitus*, Auctor, pro suo Seculo, gravissimus. Et ne quidem *Polybium* his temporibus accuratum fuisse censet *Dionysius*, vir ipse *κατακρίματος*. Sic fiet ut ædem *Concordiæ* anno 450. dedicavit *Flavius*, cui prædicti conveniunt *Consules*, pro Epochâ non alia quam *Varroniana*. Est ergo illa merito maximi faciendâ. Hinc dispositio horum *Consulum Varroniana*, qua quidem anteriora respicit, accuratissima fuisse constat. Etiam inter *Consules M. Valerium Maximum, P. Decium Murem*, qui anno tenuerunt *Varr. 442. & Sp. Carbilium, L. Papyrium iterum* Coss. ann. *Varr. 482.* medium spatium annorum XL. agnoscit ^a *Frontinus*. Ita utrinque tam *Dictatores* quam *Consules* his numeris implendis necessarii probantur. Sed & ^a *Frontin. de Ag. L. I.* dies etiam horum temporum *Triumphales à Nundinis* omnes pro rationibus *Æmilianis* alieni, tam plenos *Fastos*, quam vere illis annis, *Magistratus triumphasse* docent. Sic autem se habent :

Urb. Condita				Urb. Condita			
Capit.	Varr.	vet. Kalendar.	pro rat. Æmili.	Capit.	Varr.	vet. Kalendar.	pro rat. Æmili.
434	435	August. XXI	à Nundinis III	444	445	Octob. XV	à Nundinis VII
439	440	Jul.	I à Nundinis IV	444	445	Novemb. XIII	à Nundinis IV
441	442	August. XIII	à Nundinis III	447	448	Jun. XXIX	à Nundinis V
442	443	August. V	à Nundinis VI	448	449	Octob. V	à Nundinis VI
442	443	August. XIII	à Nundinis VI				

Neque probabile est adhuc coepisse Pontificum, adeo *Kalendarario*, adeo sinceræ *Chronologiæ*, damnosas fraudes in *Intercalationibus*, de quibus tantas legimus posterorum querelas.

Porro sub Coss. anni *Varroniani* 434. *trium Dictatorum* vestigia extant in *Fastis Capitolinis*, quorum 1^{us}. fuerit *C. Menius*. Plane sibi consentaneis, cum anno *Varroniano* 440. *Æræ* suæ 439. II. *Dictator* occurrat idem *Menius*. Firmat præterea prædictum *primæ Dictaturæ* annum, totumque adeo spatium *intermedium*, apud *Livium P. Sempronius*, *Tribunus Plebis*, dum *Appium Claudium* reum peragit prorogatæ ultra legem *Æmilianæ* *Censuræ*. Nuper (inquit) intra decem annos *C. Menius* *Dictator*, quia, cum *questiones severius quam quibusdam petentibus tutum erat, exerceret; contagio ejus, quod quærebatur, ipsi criminis obiectata ab inimicis est: ut privatus obviam iret crimini,* *Dicta-*

Seç. LXXI.
Recte se habent
ad annum us-
que Varr. 425.

b Liv. L. IX.
c 34



Dictatura se abdicavit. Hæc Tribunus ille sub *COSS.* anni *Varroniani* 444. iusto jam à prima *Mæni* Dictatura decennio, à secunda autem elapsa tantummodo *quinquennio.* Et *secundæ* tamen illius Dictaturæ *quæstiones* illas tribuit *Livius.* Contra Auctor *Capitolinus* de *secunda* *Mæni* Dictatura observavit, *Rei* fuisse *gerundæ causa,* ut inde facile intelligamus non fuisse *quæstionum* exercendarum. *Decennium* ergo illud non pro *suis* posuit hypothefibus, sed pro fide *meliorum,* quam quos ipse secutus est, Auctorum. Nec enim de *duplici* *Mæni* Dictatura ulla illi videtur fuisse suspicio. *Pighius,* nec immerito, ipsi *P. Sempronii* Tribuni, quæ tunc extiterit, Orationi *Livium* hæc debere censuit. Hoc si verum, sic meliorem habebimus ipso *Livio* testem, coævum scilicet, de hujus saltem *decennii* incorrupta sinceritate. *Consules præcedentes* loco, quem tenent in Fastis, *Varroniano* asserit ^a *Velleius.* Ait enim ab eo quo scripsit anno ad illos *COSS.* annos fuisse 350. Is annus Epochæ *Velleianæ,* quo *Consul* erat *M. Vinicius,* *Varronianus* erat 783. Detrahantur 350, eruntque anno *U. C.* 433. pro rationibus *Varronianis* scilicet accuratissime. *Proximos Consules* anno certo asserunt eorundem *Triumphis,* quos anno Epochæ suæ 431. (qui idem *Varronianus* erat 432.) repræsentant *Marmora Capitolina.* Sed & *Consules* anni *Varr.* 431. *proximos* fuisse anno *Varr.* 430. quo victi sunt à Dictatore *Samnites,* exinde constat, quod annuas *inducias Samnitibus* concessas hoc anno violatas doceat fuisse ^b *Livius.* Imo hoc idem ingenue fateatur *Samnitum* dux *C. Pontius,* cujus auspiciis sequenti anno ignominiam ad *furcas Caudinas Romani* acceperunt. Proximi anni *Varr.* 430. *Dictatura sine COSS.* nonnullis difficilior est. Et quidem ita *Dictaturam* videtur intellexisse ^c *Livius,* quasi *Consulis* alterius pro anno *Varr.* 429. ægrotantis vicem suppleverit *Dictator.* Sed proprium *Dictatoris* annum fuisse pro rationibus *Capitolinis* jamdudum observavit *Sigonius.* Suffragantur Fasti postea editi, quos non vidit *Sigonius, Idatii,* atque Auctoris *Cuspinianei,* si ita corrigatur, ut in aliis *Dictaturis* illum corrigendum ostendimus. Anno præterea *Capitolino* 427. *Varr.* 428. triumphavit *Q. Publius Philo* jam *Procos.* Inde & *Consulatum* illius anni fuisse superioris *Varroniani* 427. manifestum est. Proximos enim fuisse annos docet *Livius.* Anni denique *Capitolini* 424. *Varr.* 425. *Consules* ambo è *Triumphis* eodem illo *Consulatu* actis certissimi sunt. Suffragatur etiam *Polybius.* Prælium in agro *Sentinati* anno *Varroniano* 459. IV^o. anno ab alia priori illorum

Expe-

^a *Vell. L. I. c. 14.*^b *Liv. L. VIII. c. 37.*^c *Liv. L. VIII. c. 29.*

Expeditione statuit ^a Polybius. Proinde anno Varron. 455. ^a Polyb. L. II. Olymp. 120 $\frac{1}{2}$. prior illa fuerit Expeditio. Rursus annos xxx. ^c 19. inde ad Pacem aliam, & proinde aliam Gallorum Expeditionem, idem numerat Polybius. Cœperit ergo Pax illa anno Varr. 425. Olymp. 112. $\frac{3}{4}$. Et fane ipso illo anno Varr. 425. COSS. L. Emilio Mamerco & Cn. Plautio, motus Gallorum memorat Livius, qui tamen non in Bellum, sed in Pacem, desierint. Hinc certo colligitur, tam tres illos annuos Dictatores, quam & Consulares annos binos à Pisone Censorio omisso, ad veras temporum rationes plane esse necessarios. Firmat denique Chronologiam hucusque Varronianam & nostras quoque anni veteris rationes, quod dies horum quoque temporum Triumphales omnes à Nundinis alieni fuerint, & tamen præter Nundinas ipsas alios Cycli Nundinalis dies omnes non admodum multorum annorum circuitu percurrerint, si cum superioribus conferantur. Sic enim se habebant:

Urb. Condita Capit.	Varr.	vet. Kalendar.	pro rat. Æmilii.	Urb. Condita Capit.	Varr.	vet. Kalendar.	pro rat. Æmilii.
424	425	Mart.	I à Nundinis III	431	432	Quirinalib. forte Merk. min. XV	à Nund. IV
427	428	Maii	I à Nundinis V	431	432	Merk. min. XVII	à Nund. VI
429	430	Mart.	V à Nundinis I			XII. K. Mart.	

Obiter autem Observandum in his duobus anni Varroniani 432. triumphis manifesto distingui Quirinalia à XII. Kal. Martias, & quidem ita ut Quirinalia præcesserint. Sic igitur intelligendus Ovidius, qua saltem horum, in quibus versamur, temporum Quirinalia statuenda sunt. Affectasse videntur, forte propter Romulum, in Quirinalibus triumphos. Nullum certe Festum est, imo ne quidem dies, in quo frequentiores Triumphos exhibent Fasti Capitolini.

Erant autem, his temporibus, anni Consularis exordia admodum diversa. Quod fane merito Observandum est propter usus Chronologicos. Anno Varr. 425. ipso die Calend. Quirinalibus inivisse monet Livius, L. VIII. c. 20. Convenitque satis apte, quod Kalendis Martiis triumphârint illius anni Consules. Anno Varr. 428. à XIV^o. demum Interrege creatos COSS. idem monet Livius. Quinque autem diebus singuli tenebant Interreges. Itaque post dies LXV, & tamen ante diem LXX^m. post Calendas Quintiles designati fuerint oportet illius anni Consules. Ut designati mox inivissent, ante Septembris diem VI^m. inire

E e e

non



non potuerunt, nec post diem ejusdem *Septembris* veteris x^m. Et sane ita rem fuisse verisimillimum est. Ita necesse est ut *Kalendæ illæ Maiæ*, quibus triumphavit *Q. Publius Philo*, non jam *COS.* sed *PRO-COS.* ad annum *Varronianum* spectârint 428^m. exeuntem, cum nondum inivissent anni 429. *COSS.* *Dictatoris* annum *Varr.* 430^m. alium fuisse jam probavimus. Inierit ergo *Septembri* forte ineunte, paulo antea quam res veniret ad *Interregnum*. Triumphavit *Mart.* v. anni utique ejusdem *definentis*. Sic tenuit idem ineundi tempus ad annum *Varronian.* 434^m. Tum, quo creati sunt die *Coss.* placuit *Patribus* ut *Magistratum* inirent, *Liv.* L. IX. c. 8. Innuit nimirum solito *maturius* inivisse, mox à *Comitiis Consularibus*. Et tamen certe post *Kalendas Quinctiles*. Proximo enim anno triumphavit *II. Papirius Cursor* jam *COS.* III. x. K. *Septembres, Sextilis* scilicet, seu *Augusti* veteris die XXI. Sed anni non admodum affecti triumphum illum fuisse potuisse fateor. *Properatum* enim indicat *Livius*. Illud tamen saltem lucrabimur, ante diem *Sextilis* prædictum inivisse *Magistratus annuos*. Sed diu antea inire sane vix poterant. *Ipsis Kalendis Quinctilibus* triumphavit anno *Varr.* 440. *C. Sulpicius Longus*, & quidem III^o. suo *Consulatu*, quem ipso illo anno gesserat. Nondum ergo abdicaverat. Nondum iniverant *sequentis* anni *Consules*. Triumphavit *COS.* *M. Valerius Maximus* anno *Varr.* 442. *Idib. Sext.* de *Samnitibus*, quam à *Consule* susceptam *Provinciam* ostendit *Livius*. Triumphârunt rursus anni *sequentis Varr.* 443. *COSS.* de *ipsis* illis *hostibus*, quos *Consules* fortiti fuerant, eodem teste *Livio*. Et tamen alter *Nonis Sext.* alter *Idib. Sext.* Triumphavit *Q. Marcus Tremulus* anno *Varr.* 448. *Prid. K. Quint.* Ipse quoque in *Consulatu*, & in *hostes* quos *Consul* fuerat fortitus. Triumphavit *C. Junius Bubulcus Brutus* II. *Dict.* de *Æquis* anno *Varr.* 452. III. K. *Sext.* Et *Æquos* ipso illo anno, ipsa illa *Dictatura* vicerat. VI. & V. K. *April.* triumphârunt *COSS.* anni *Varr.* 460. ut proinde ne tum quidem *Magistratum* abdicârint. Hucusque ergo *medio* aliquo die inter *Sextil.* XIII. & XXI. cœperit annus *Consularis*. Et *medio* rursus anno aliquo inter hunc annum *Varr.* 460. & 474. *Kalendæ Quinctiles* legitimæ factæ sunt *ineundis Consulatibus*. Anno enim *Varr.* 474. VI. *Id. Quint.* de *Tarentinis, Samnitibus & Sallentinis*, triumphavit *Coruncanius*, non jam amplius *COS.* sed *Procos.* ut jam supra observavimus. Perperam autem, ut puto, credidit *Lidyattus* creatos à *Papirio* *Dictatore* pro anno *Varr.* 431. *Consules* inivisse

Idibus,



Idibus, ut postea, *Martius*. Triumphavit ille quidem III. Non. *Martias*. Addit deinde Livius, cum se *Dictatura* abdicare vellet, jussu Patrum prius quam abdicaret, *Consules* creasse, L. VIII. c. 37. Non item ait, mox à triumpho eum abdicare voluisse. Satis est ut id voluerit antea quam præscriptum *Dictaturæ* tempus elaberetur, quod erat non ut olim *semestre*, sed *annuum*. Noluit ergo Senatus ut ad *Interregnum* res rediret, cum nulli essent præter *Dictatorem Consules*, qui *Comitiis* præessent *Consularibus*. Auspicatiora nimirum credidit *Dictatoris*, quam *Interregum*, *Comitia*. Id quod sæpe alibi apparuit, cum ne ad *Interregnum* procederetur, etiam *Comitiorum* solorum causa *Dictatores* crearentur. Sed nec illud addidit creatos à *Dictatore Consules* citius quam pro more inituros, quod tamen sæpe addidit, quoties res ipsa, ut adderetur, exigebat. Id cum non hoc in loco fecerit; potius è contra suspicio *legitimo tempore* inituros. Censet præterea *Lidyattus* anni Varr. 440. *Consules* sub *hyemis finem* exiisse Magistratu, idque testari Livium. Cur a Liv. L. IX. illud vero? Nempe quia *Consules* illos testatur ad *Bovianum* c. 28. legiones duxisse, ibique *hiberna* egisse, donec ab *novis COSS.* nominatus *Dictator* exercitum acciperet. Non ait *hiberno tempore* novos inivisse *Consules*. Non mox, ubi inivissent, *Dictatorem* nominasse. Nedum adhuc tempestatem *hibernam* fuisse, cum nominatus *Dictator* exercitum acciperet. Ne quidem id pro certo habet, quisquamne fuerit, qui eo anno rem gesserit *Dictator*. Imo alios *Annales* agnoscit, qui rem gestam non *Dictatori*, sed *Consuli*, asseruerint. Et sane tanti erant illo anno *Consules*, ut alia quavis de causa *Dictatorem* nominatum, si quis fuisset, quam *rei gerundæ*, suspicarer. Præsertim, nihil addente Livio, cur *Consulum* poeniteret. Non potuit autem exercitus accipere *Dictator*, qui non *rei gerundæ* causa fuisset nominatus. Ita *Factum* omne, quo nititur *Lidyattus*, incertum est. Ut tamen fuisset certum, hoc unum in animo habebat, ut credo, *Livius*, ut pertinaciam *Romanorum* in oppugnando *Boviano* doceret. Eam nimirum tantam fuisse inuit, ut ne quidem *hibernorum* alibi commodius quærendorum quam in manibus habebant obsidionem dimitterent. Tantam, inquam, ut ne quidem *elapso* *Consulum imperio*, ad *successores* pro futuro anno *Consules* exercitus deduceretur. Tantam denique, ut ne quidem majori *Dictatoris* Potestati id concederent, donec ab ipso *Dictatore* pene nolentes & *inviti* avocarentur. Pertinaciam autem illam magis commendabat si quam diutissime.



sime in *Æstatem* obsidio protraheretur. Et quod nuncium, qui à *Boviano* traxit, occupatæ à *Samnitibus* arcis *Fregellanae*, fuisse dicit, non modo *seram* à *Boviano* discessionem esse vincit; sed facit etiam ne *rei gerundæ* causa *Dictatorem* factum suspicemur, cum nullum præcederet, cur diceretur, antea *periculum*. Sed mirus est profecto error *Lidyatti*, quo *Papirii Cursoris* *Dictaturam* ad annum refert quo *Consulatum secundum* gessit *Q. Fabius Maximus Rullianus*, & ad *mensẽ* illius anni *Quinctilem*. Sic enim annum *Dictaturæ* insititium se vitare posse credidit. At qui profecto non potuit *ineunti* *Consulatu Fabii* 11º. illa convenire *Dictatura*, ut tam mature inciderit in *mensẽ* *Quinctilem*. Multa enim *Fabii* gesta narrat ante *Papirii Dictaturam* ipse *Livius*. Imo illius anni fere omnia. *Roma* supplementum exercitus in *Hetruscos* duxerat, quod fuerat à *Consule* proinde conscribendum. Tum *victi* ingenti prælio *Hetrusci* antea quam de *sylva Ciminia* penetranda cogitaret. Legati demum à *senatu* missi, qui juberent ne saltum *Ciminium* transfiret, reppererunt illum in *Hetruria*, reppererunt *victorem*. Inde factum ut lætarentur *serius* se, quam ut impedire bellum possent, venisse. Inde ut iidem *victoriæ* nuncii *Romam* revertentur. Tam feri erant sinistri illi de *Fabio* *sylvam* emenso rumores. Hi animos fecere *Samnitibus*, ut *Consulem* alterum *Marcium* etiam ipsum eousque *victorem* avidè aggredierentur. Sequebatur ancipiti eventu *pugna* cum *Samnitibus*, qua vulneratus *Marcus* periisse credebatur. Fecit autem adversa illa fama ne *Marcus*, quem ne *vivere* quidem *satis*, inquit *Livius*, *fidebant*, sed *Fabius* ipse *Papirio* infensus ad *Papirium Dictatorem* dicendum sollicitaretur. Et tamen *legati* illi à *Senatu* antequam appellerent, jam iterum *Hetruscos* *Fabius* novo prælio profligaverat, quo cæsa aut capta hostium millia ad sexaginta refert *Livius*. Tum demum *Dictatorem Papirium* dixit *Fabius*. Quis est qui non facile agnoscat anno *integro* exhauriendo *satis* esse acta *Fabii* tam illustria? Nedum ut infra *mensẽ* *Quinctilem*, & quo triumphavit *Papirius*, *Octobrem*, tantas præterea res gerere potuerit tam *sero* *Dictaturam* adeptus *Papirius*. De *mensẽ* autem *Quinctili* ne verbum quidem *Livius*. *Octobrem* autem, quo triumphavit *Papirius*, alterius anni fuisse docent *Marmora Capitolina*, quo scilicet non *Consul* fuerit, sed *Proconsul Fabius*, & sub *Proconsulis* auspiciis triumphavit paulo post *Papirium* etiam ipse, *Idibus* nempe *Novembris*. Nihil autem habet de actis *Fabii* post *Dictaturam Papirii*



Pirii Livius præter postremam illam ad *Perusiam* victoriam nec dubiam nec difficilem, c. 40. quam proinde facile intelligimus anni fuisse *Fabii* in Imperio *secundi*, nec *Consularis* adeo, sed *Proconsularis*. Est ergo (ut hoc obiter observemus) vel ipso *Livio* invito teste, vera illa *annua Papirii Cursoris Dictatura*. Id si verum, jam nulla causa supererit cur *annui* Magistratus initium cum *Lidyatto Quinctili* mensi tribuamus. Alia *Viri Cl.* loca huc spectantia jam supra examinavimus.

Livius autem, quam fuerit in *Temporum* doctrina imperitus, & in hypothesebus *Chronologicis* parum versatus, si nihil aliud, satis tamen superque vincerent, his potissimum temporibus, absurdæ illius cum *Græcorum* temporibus commisiones. *Consulatu Papirii Cursoris* III. (de quo tamen dubitat fueritne *Cursor*, an *Mugillanus*) & *Q. Aulii Cæretani* (quem is *Æmilium* appellat) de *Alexandro M.* agit, quo eventu is bellum gesturus fuisset si in *Romanos* arma convertisset. Annus erat *U. C.* 435. qui si *Varroniano* more numeretur, concurret cum *Olymp.* 115. $\frac{1}{2}$. sin *Catoniano*, cum *Olymp.* 115. $\frac{3}{4}$. Utroque modo pluribus post mortem *Alexandri M.* annis. Fecit hoc nimirum *Livius*, ut cum hujus anni *Consule Papirio Course Alexandrum M.* contenderet. Cur autem cum *dubio*, pro *Livii* sententia, *Papirio*? Cur item cum *certi* etiam *Papirii Consulatu* tamen *tertio*? Longe profecto accuratius hanc eandem comparisonem instituisset *Livius* ad annum *U. C.* 430. quo prima *Dictatura* ornatus erat *Papirius*, qui honor erat apud *Romanos* plane *Regius*, nec ipso indignus *Alexandro*, si quidem *Dictaturam* illam admisisset *Livius*. Pro calculo enim *Varroniano* par erat annus ille *Romanus Olymp.* $\frac{112}{4}$. $\frac{4}{1}$. cujus parte *posteriori* quæ in *Olympiadem* quadrabat 114. vere decessit *Alexander*. Is erat annus à *Regifugio* 186. cui mortem *Alexandri M.* assignavit vetus aliquis accuratusque apud *Clementem Alexandrinum* *Chrono-*

Señ. LXXIII.
Miscet aliquando *Livius* cum suis rationibus rationes Epochæ *Fabiane*. Quæ quales fuerint, obiter ostenditur.

a ap. Clem. Al. Strom. 1.



crediderim in temporibus *Alexandri M. Papiriique* committendis. Erat enim annus Epochæ *Fabianæ* 429. idem plane cum *Varronianæ* Epochæ anno 435. Ita quidem nisi annum addititiam inferuisset *Fabius*, ut è nostris Tabulis apparet. In eo tamen fefellerit *Livium* calculus, quod annum *Varronianum* 429. cui *vere* assignandus erat *Alexander M.* ille pro *Fabiano* habuerit, & *sexennio* augendum censuerit ut annum reperiret, qui ei responderit, *Varronianum*. Vere enim *Fabianus* sexennio minor erat 423. quo fuerit etiamnum superstes *Alexander*. Si autem his temporibus, ut *Epocha*, sic *Consules* etiam *Fabiani*, sexennio integro à *Consulibus Varronianis* distârint; jam conjecturam faciemus non admodum fortassis improbabilem, quo pacto *Fastos* disposuerit *Fabius*. Deerant illi certe *bina* illa *Consulum* paria, quæ non observaverat *Piso Censorius*. Deerant præterea *tres* annuæ *Dictatura*, quæ *Consulibus* additæ justum efficient *Quinquennium*. Accesserit & *annus alius* è temporibus *Regum*, omissus pariter à *Fabio* ac ab *Auctore Fastorum Capitolinorum*. Sic ergo erit restaurandus *Diodorus*, quem *Fabiano* alicui *Excerptori* sua debuisse verisimillimum est. Nec adeo ulli *alibi* erunt quærendi *Consules* qui locum nullum habent in *Epocha Varroniana*. In eo certe consentit *Diodorus*, qua integer est & sibi consentaneus, quod etiam ipse *Dictaturas* similiter omiserit. Sic *Alexandri Epirotæ* in *Italiam* appulsum anno *Varr.* 414. statuit ^a *Livius*, qui annis *Olympiadicis* ita respondit ut fuerit *Olymp.* $\frac{109}{176} \cdot \frac{1}{4}$. Perperam, cum illum *Epiri* Regem non ante *Olymp.* 109. 3. factum agnoscat *Diodorus*. Id potius voluit *Livii* Auctor, ut annum quo *succeſſerit* in Regnum, à quo non longe aberat, designaret. Est enim certum *Philippo Alexandri M.* patri *superstitem* fuisse illum *Alexandri M.* avunculum; nec antea de *Italia* cogitasse quam *fororis* filius movisset in *Persas*. Cædem tamen ejusdem ^b *Alexandri Epirotæ* ad annum retulit *Varr.* 428. qui idem concurrebat cum *Olymp.* 113. $\frac{2}{3}$. Ita sibi diversus est pro *Auctorum*, quorum fidem est secutus, diversitate. Male ergo *Lidyattus Alexandri Molossi* cædem pro norma habet, cum aliunde non constet quo *anno* fuerit interfectus, & cum de anno ne quidem *sibi* consentiat ipse *Livius*. Sic autem loqui videtur ^c *Orosius*, quasi eodem tempore bellum in *Lucania* gesserat *Alexander Epirota* & in *Græcia Agis Lacedæmonius*, quem *Olymp.* 112. 3. testatur cecidisse *Diodorus*. De anno autem uno, quo illa contigerint, nihil habet *Orosius*, alioqui etiam parum

^a Liv. L. VIII.
c. 3.

^b c. 24.

^c Oros. L. III.
c. 18.



parum accuratus. Fieri potest ut hunc etiam annum simili ratiocinii errore è *Fabii* hypothefibus collegerit *Livius*, ftatueritque quam oportuit, iusto *sexennio* ferius. Ita contigerit *Epirotæ* Expeditio anno *Varr.* 422. *Olymp.* III.^{I} . Est enim certum *recentiorem* fuisse quam volebat *Cl. Lidyattus*. *Æmulabatur* enim *Alexandrum Macedonem Alexander Epirota*. Hoc inde constat, quod *Macedonem* in $\gamma\omega\alpha\kappa\omega\upsilon\iota\tau\eta\delta\alpha$, se in $\alpha\upsilon\delta\rho\alpha\upsilon\iota\tau\eta\delta\alpha$ rem habiturum gloriaretur. Itaque in *Asiam* jam tranferrat *Macedo*, resque gesserat insignes, quibus avunculi ambitio ad similia audenda concitaretur. Sed vero in *Asiam* anno *Olympiadis* CXI^{e} . 2^{o} . exeunte tranfmisit. Antea vix potuit in *Italia* res gerere *Alexander Epirota*. Paulo fortasse postea potuit, ut dixi, anno *Varr.* 422. Quod si Epocham *Fabii*, quæ *Varroniana* *sexennio* *recentior* est, secutus sit *Livius* in *Epirotæ* Expeditione cum *COSS.* anni *Varr.* 414. committenda; fiet certe ut *Consules* anni *Varroniani* 414. cum annis *Olympiadum* iisdem concurrerint, pro dispositione *Fabii*, cum quibus *Consules* anni *Varr.* 420. Nempe cum *Olymp.* CXI.^{I} . Nec quippiam, ut puto, legimus, cur *Alexandri Moloffi* Expeditio ultra differenda sit. *COSS.* autem anni *Varr.* 422. tribuere videtur *Cassiodorus*, qui etiam ipsi iusto *sexennio* annum 428. præcesserunt. Imo ipse *Livius*, L. VIII. c. 17. Et *Orosius* anno *U. C.* 422. L. III. c. 11. Huc enim retulerim verba illius de *Pace* cum *Alexandro Epiri* Rege anno illo facta. *Cædem* enim illius ipso illo anno ponit *Orosius*. Sed & Epocham *Conditaæ Alexandriæ* cum eodem anno *Varron.* 428. committit *Livius*, quæ tamen vereor ut in annum *eundem* quadrare potuerit quo venit *Alexander Epirota* in *Italiam*. Miscuit ergo *Livius* imperitissime rationes *Fabii* cum rationibus *aliens*. Inde illius adeo monstrosæ cum *Historia Græca* commissiones, quæ efficiunt ne unquam illi admodum fidendum sit in *Synchronismis*.

Atque hinc, ni fallor, obiter rationem reddere poterimus discrepantiarum quas toties miratur *Livius*, nec intelligit tamen, in veteri *Chronologia Romana*. Cur res eædem hominibus diversis fuerint attributæ, facile intelligimus ex *Orationibus* emanare potuisse *funebribus*, de quibus ipse ^a queritur. Nec *mentientium* tamen, sed *vera* etiam sæpe non satis capientium *posterorum*. *Filii* propter disciplinam militarem *vincentis* cæsi laudem vendicabant *gentes* duæ, *Manlia* atque *Posthumia*. Utque primi fuerit exempli laus illa, quæ nisi *gentis unica* esse non potuit; in *majorum* imaginibus *funebri* *Oratione* celebrandis

Sect. LXXIV.
Unde fluxerint
tantæ in *Histo-*
ria Romana an-
tiquissima *dis-*
cordiæ. *Annales*
primi, non per
COSS. sed per
Temporum
clavos.
^a *Liv.* L. VIII.
c. 40.



dis recte tamen & vere poterant gentis *utriusque* posteri eam sibi laudem asserere propter *Adoptiones* apud illos admodum frequentes. Nec enim abdicabat *avitas* & domesticas *imagines* qui in aliam, quam ex qua fuerat *oriundus*, familiam adrogabatur; sed augebat potius familiæ in quam transierat imaginibus *adscititiis*. Inde factum, ut si quis *Posthumius* in gentem *Manliam*, aut viceversa *Manlius* in gentem migravisset *Posthumiam*; is *utriusque* familiæ decora recte potuerit & sine fraude sibi vendicare. Facile tamen illud *secuturis* imponebat Historicis, qui *familiarum* stemmata non habebant explorata. Illud difficilius quo pacto *res* gesta eadem ad *Consules* tam *diversos*, tamque invicem *dissitos*, potuerint referri à veracibus *Temporumque* coævorum monumentis. Et tamen multa habet hujusmodi exempla in primis præsertim antiquissimisque temporibus *Livius*. Hæc fidem ipsam monumentorum illorum vel penitus convellerent, vel saltem admodum dubiam evincerent; si, ut in scriptorum *editorum Annalibus*, quos excerptit *Livius*, ad *Magistratus annuos* gesta quæque *annua* relata sunt, ita se res etiam habuisset in coævīs *Archivis*. Sed aliter annos designabant in *Archivis* omnium antiquissimis quam per *Consulatus*, alioſve quosvis *Magistratus annuos*. Ab *Epo-chis* numerabant certis & perpētuis & quotannis sui similibus. In *Templis* illa condebantur *Archiva*, quorum anni à *dedicatione* numerari solebant. Sic ædis *Concordiæ* annum fixit *Flavius* Scriba à se dedicatæ à *Templi Capitolini* dedicatione 204^m. Inde ædis *Concordiæ* anni numerandi erant, additque numerum edebant dedicati etiam *Capitolii*. *Ædes* ante illum *Flavium* non alii *dedicabant* quam *Consules*, aut alio quovis nomine, saltem *Imperatores*. Hoc ergo *Flavio* objecit Pontifex Maximus ^a *Cornelius Barbatius*, cum *Ædilis* tantummodo *Curulis Flavius* ædis à se fundatæ *dedicationem* in se ipse suscepisset. Nec enim *gladii* jus, quod *Imperium* appellabant, *Ædilibus* concessum est. Hinc ergo *Dedicatoris* annum tenebant posterī, quicumque tunc præfuerat cum *Imperio*. Inde facilis processit calculus ad *Magistratus annorum* sequentium similiter *annuos*. *Clavis* autem *quotannis* figendis *anni* deinceps numerabantur. *Clavos* enim *indices numeri annorum* fuisse testatur ^b *Livius*, qui etiam *diem* nos edocet quo figi solebant in *Templo Capitolino*. *Quotannis* autem figi solitos, ut per *illos* numerus colligeretur *annorum*, docet etiam ^c *Festus*. Tales fuisse *Volsciniis* in templo *Nortie Hetruscæ* *Dæe clavos* monet ibidem *Livius* à *Cincio* *Alimento*,

^a Liv. L. IX.
c. 46.

^b Liv. L. VII.
c. 3.

^c Fest. Clav.
Annal.



Alimento, quem diligentem talium monumentorum Auctorem fuisse tradit. Itaque ad horum *clavorum* fidem *Chronologiam* suam exegit *Cincius Fabio* aliquatenus coævus, & post *Fabium* Scriptor *Historiæ Romanæ* antiquissimus. Vix ita facturus, si alio exemplo *Fabius* *Historiam* concinnasset. Hoc tamen studio *clavorum Fabii* operam excoluit *Cincius*, quod fuerit in aliarum *Urbium* *clavis Fabio* versatior. Hunc ergo morem receptum agnoscit *Livius* illis præsertim temporibus, quibus *rara erant apud vulgus literæ*, & *Pontificum* fortasse fere propria, proinde *antiquissimis*. Et *Consulum* hoc munus fuisse asserit, quibus proinde *clavos* in pariete *Capitolii* quotannis dictis *Septembris Idibus* figere incubuerit. Sed literis paulatim proficientibus intermissum à *Consulibus* fuisse innuit, ut digna per se res videretur propter quam *Dictator* crearetur. Primum autem hoc nomine *Dictatorem* anno memorat *Varroniano* 391. Eousque ergo descenderat mos *Archiva* publica, certe *Capitolina*, ad hos *Templi Capitolini* *clavos* exigendi. Duravitque proculdubio *Epocha* jam in *sacris* *Templi Archivis* recepta, etiam intermisso *clavorum* usu, ut annos tamen continuos à *Templi Capitolini* *dedicatione* numerarent. Certe in *Annalibus Sacris* qui quocunque jure spectabant ad *Templum ipsum Capitolinum*. Et quidem *sacram* hanc originem exprimebant, libri *Pontificum linteæ* ad *clypeorum linteorum* in templis prostantium *inscriptorumque similitudinem*; & *Tabulæ gypsatae* & *parietes* quales solebant esse *Sacrarum Inscriptionum*. *Sacram* originem arguebat, quod *Pontificis Maximi* fuerint *Annales Archivorum Maximi*, *Sacrorum* nempe *Templorumque præsidis*, imprimis autem *primarii Templi Capitolini*. Etiam *Capitolii* fuisse, verisimillimum est, *Quindecimvirorum Commentarios* illos quorum meminit *Censorinus*. Ibi certe recondebantur *Oracula Sibyllina* quorum custodia *Quindecimviris* demandari solebat. Ita fere omnes à *Regifugio Annales*, ex his ipsis *Capitolii Archivis* emanarint, ejus proinde *Epocha Dedicationis clavorum Annalium* supputatione deducendi. Erant præterea *Annales Licinii Macri* ex *Archivis ædis Monetae*, & *Fasti Censorii*, ipsi quoque *Sacri*, è *Templi*, quo recondebantur, *Dedicatione* censendi, facile tamen cum *Archivis Capitolii* conferendi, cum omnibus constaret quot annis *Dedicationem* haberent *Capitolii* *dedicatione* vel *antiquiorem* vel *seriorem*. Imo ne id quemquam lateret, *Templis* ipsis *inscriptum* fuisse verisimile est, si quidem recepto exemplo *Flavius* in *Concordiæ* æde à se *dedicata* idem fecerit.

F f f

Ita



Ita facillimum erat *Templorum* omnium *Annales* una & continua *serie* disponere. Secernebantur enim anni numero ab antiquissimi *Templi Dedicacione* arcessito, nullis autem adhuc *Consulibus*, aliisque cujuscunque generis *Magistratibus annuis*.

Secl. LXXV.
Clavi illi Templorum postea a junioribus cum sui Temporis Fastis Consularibus committentur, primo multo, tum deinde paulatim sincerioribus.

a Herodot. L. VIII. c. 51.

b Herodot. de vit. Homeri fin. c. 38.

Cum vero primus Historiam in lucem emitteret Historico-
rum editorum antiquissimus *Fabius*; post annum scilicet U. C. quingentesimum; jam passim receptum est ut Acta publica omnia *Magistratum annuorum* nominibus inscriberentur. Apud *Græcos* id receptum fuisse docet *Thucydides* 200. annis *Fabio* antiquior, cum *Belli Peloponnesiaci* initium *Archonte Attico* designat atque *Ephoro Laconico*. Et causam addit, cur *tempestatibus* anni, potius quam *Magistratibus annuis*, annos *Belli* singulos designaret. Non ita proculdubio facturum nisi annorum per *Magistratus* distinctio fuisset omnium receptissima. Et coævus *Thucydidi*, ætate tamen major, *Herodotus Xerxis* ad *Athenas* adventum *Archonte* designat, sub quo venerit, ^a *Calliade*. Et à *Xerxis* Expeditione ad sua tempora facile fuisse dicit annorum numerum ex ^b *Archontum* supputatione deducere. Imo propior *Fabio* (tam tempore quam patria) *Timeus* Historiam publicam *Græciæ Archontibus Ephorisque* distinxerat. Inde exemplum *Fabio*, si minus *Græcos*, at saltem *Siculos*, & finitimos in *Italia Græcorum colonos*, imitandi. Erant enim jam *Consules Archivis Templorum clavisque* eorundem *Annalibus* longe notiores, si minus apud *Cives* suos, saltem apud *exteros*. Tum aptius visum ut ab *Urbis origine*, quam ut à *Templi antiquissimi dedicacione*, *Annales* suos exordirentur. Et primæ adeo occurrebant, hoc demum *Seculo*, de *Urbis origine* disputationes. *Epocha autem publica* nulla inde arcesseretur ante *Imperatorem Claudium*. *Fabii Seculo* Scriptor quilibet *aliam aliamque* de *Urbis Condita* *Epocha* sententiam tuebatur, incerta utique, nec *indubiæ fidei monumentis* debita, sed *juniorum tantummodo ratiociniis*. Incerta erat illa in *annis Regum*. Incerta item à *Regifugio*, quod quos alii *annuos Magistratus* numerarint, alii omiserint. Hæc incertitudo tanta esse non potuit si coævorum *clavi* in *Archivis* ab origine *Consulibus* aliisque cujuscunque generis *annuis Magistratibus* fuissent consignati. *Fabius* autem & secuti *Scriptores* cum numeros duntaxat *clavorum* in *Archivis* reperissent, finem cum sui temporis *Consulibus* commiserunt, inde autem retrograda supputatione illos cum *Fastis sui Seculi Consularibus*; & qua defecissent *Consules*, reliquos, qui supererant, *Regibus* imputabant. Inde



Inde conjecturam de *Urbis Conditæ* ætate fecerunt. Ita certe fecit *Varro*, vel fortasse potius, è *Varronis* rationibus, *Augustus*, in *Ludis Secularibus* quos è *Quindecimviro*rum *Commentariis* hauserat. Hos enim *ludos* omnes apud *Censorinum* legimus cum illis commissos *Consulibus*, & cum illis *Urbis Conditæ* annis, qui in alia *Epocha* nulla locum habebant præterquam *Varroniana*. Ita illos si ipsi designassent *Quindecimviri* in *Archivis* primigeniis, jam locus plane nullus fuisset dubitandi de *Fastis Varronianis* quin fuerint verissimi. Cum autem certum sit de *Secularium Ludorum Consulibus*, annisque *Urbis Conditæ* fuisse olim dubitatum; hinc sane manifestum est *Consules* ipsos *Urbisque Conditæ* annos ab aliquo fuisse *Varroniano* qui *ludos* memoriæ suæ proximos, certe *Augusti* ludis antiquiores (anni viz. *Epochæ* suæ 628.) cum illis commisit *COSS.* quibus gestos è monumentis didicerat jam *Consularibus*. *Augusti* certe *ludos* non attigit *Varro*, cujus mortem jam *nonagenarii* paulo post *victoriam Actiacam* ponit *Eusebius*. Sic autem *ludis* anno 628. paucis admodum annis *junior* fuerit, ut proinde illorum *COSS.* facile discere potuerit è *Patrum* memoria, nec sane longinqua, *Varro*. Reliquos autem *ludos* ad illos *COSS.* retulit qui totidem annis invicem distabant quot *ludos* illos priores omnes invicem *clavi* secreverant *Annales*. Hæc ergo didicit è *Quindecimviro*rum *Commentariis*, dispositionis illius, quicumque demum is fuerit, Auctor, vel *Varro* ipse, vel *junior* aliquis potius fortasse *Varronianus*: Quatuor scilicet ante *Varronis* ætatem fuisse *ludos*, qui perpetuo annorum 110. circuitu redierint. Certiora sane quam prodiderant in lucem editi *Scriptores*, qui nec illud agnoverant *ludorum Secularium* spatium, nec aliud quodvis sibi ubique consentaneum. Reliqua autem suis collegit *ratiociniis*, Auctor, quicumque demum is fuerit, *Varronianus*. *Varronis* certe verba è *Libro de Scenicis Originibus* spatium inter *ludos* illos centum duntaxat annorum agnolcentia retulit *Censorinus*. Nisi forte post *Scenicæ Originis* de *initiiis Urbis Romæ* scripserit, atque meliora didicerit ipse *Varro*. Quod autem fecerint *Varroniani*, id etiam alios *Historiæ Romanæ* *Scriptores* antiquissimos fecisse consentaneum est, ut & ipsi quoque *clavos* *Archivorum Annales* ad suorum temporum *Fastos* similiter retulerint, *Urbisque* annos similiter pro suis cujusque numeraverint *hypothesibus*. Sic poterant & annorum *spatia* fuisse verissima, quippe quæ ex *Archivis* coævis emanarint; & tamen *Consules Urbisque anni* esse fallacissimi,



folis juniorum *ratiociniis*, non autem *coævorum monumentorum* fide, quæ falli non potuerit, oriundi. Certi autem erant *COSS.* omnium *ultimi* quippe quos ipsi videre potuerint. Reliqui, quo longius ab illis retrorsum numerabantur, eo pluribus erroribus obnoxii erant, quo magis *Fasti* ipsi deficiebant. *Defecisse* autem primos, qui cum *clavis* conferebantur, *Fastos*, vel exinde intelligimus, quod *juniores* quique *antiquiorem* fecerint *Urbis*, quæ quærebatur, Epocham. Unde enim, quæso, illud, nisi quod *annuos Magistratus* deprehenderint *juniores* à *decessoribus* plane prætermittos. Dum enim *annis*, quibus præfuerant, *designandis* non adhiberentur, non est profecto quod miremur *Fastos* eorum negligentius fuisse custoditos. Erat autem in *Dictaturis* error, illo quoque nomine, longe facillimus, quod nec olim *annuæ* fuissent, nec proinde *Consulum* continuam seriem interruperint, quorum nominibus illi etiam anni solebant insigniri, quibus *rem publicam* gesserant nihilominus *Dictatores*. His ergo erroribus obnoxiiæ erant *clavorum* cum *Fastis* *commissiones*.

Sect. LXXVI. Facile autem etiam error irrepere potuit in *clavorum* ipsorum supputationibus. *Capitolii* enim *dedicationem* primo *M. Horatii Pulvilli Consulatui* quem primo *Consulum* anno gessit, tribuit *Livius* verbis disertissimis. His enim verbis claudit *dedicati* ab *Horatio* *Templi* mentionem: *Hæc post exactos Reges domi militiaeque gesta primo anno*, L. II. c. 8. Rursus alibi: *M. Horatius Consul ex lege Templum Jovis Optimi Maximi dedicavit, anno post Reges exactos*, L. VII. c. 3. Est tamen non minus disertus testis *Livio* ætate par, his autem temporibus accuratior *Livio Dionysius*, qui *secundo* imputat *Horatii Consulatui*, anno autem ab initio *Fastorum* *Consularium tertio*. Sic ille de *Templo* ^a *Capitolino*, *Ἰπὶ τῆς τρίτης ὑπατίας ἢ Ῥωμαίων πόλις αὐτὸν εἰς σωτέλειαν ἐξείργασατο*, Sic rursus anno *Varr. 247.* fine anni *Consularis tertii, secundi autem Consulatui* ab *Horatio* gessi: ^b *κατὰ τῆτον τῆς ἐνιαυτὸν ὁ ναὸς τοῦ Καπιτωλίου Διὸς εἰς σωτέλειαν ἐξείργασται, πρὶν ἢ κατὰ μέρῳ ἐν τῷ πρὸς τῆς δεδήλωκα λόγῳ. Πρὶν ἢ ἀνιέρωσιν αὐτῆς ἔτι πρὶν Ἰππυραφῶ ἔλαβεν μὲν Μάρκος Οὐράπιος ὁ ἑπὶ τῆς ὑπατίας, Φθάσις πρὶν παρσιάν ἔσωάρχοντις. Sequitur, paucis interpositis: Ταῦτα ὑπὸ τῆς τρίτης ὑπατίας ἐπέαχθη. Οἱ ἢ τῆς τέταρτον ἐνιαυτὸν ἀρξάντις ὑπατι, &c.* Sic etiam *Tacit. Hist. III. 72.* Sed II^m. illum *Horatii* cum collega *Valerio* *Consulatum* penitus ignoravit *Livius*. Proinde necesse erat ut quæcunque ab *Horatio* *Consule* gesta didicerat, ea *Livius* non alio quam ad *primum* illius *Consulatum*

^a *Dionys. Hal. L. IV. P. 259.*

^b *Dionys. Hal. L. V. P. 304.*



fulatum referret. Sed 2^m. *Horatii Consulatum* agnoscit Auctor Faſtorum *Cuſpinianeorum*. Nomine enim *Pulbilii* vix eſt quod dubitemus quin *Pulvillum* intellexerit, quod *Horatii* cognomen erat, non *Lucretii*. Eodem alludunt πύργιος in Faſtis *Pafchalibus*, & in *Idatianis Publilius*. Imo *Caffiodorum* ipſum in hanc ſententiam correxiſſe videtur *Librarius* aliquis, qui *Livii* errorem obſervaverat. Accedit *Marianus*, & qui ab illo acceperunt juniores. Ita vel teſtium numero vincit *Dionyſius*. Sed qui duos *Horatii Conſulatus* invicem tam accurate diſtinxerit; in rebus etiam ſub utroque *Conſulatu* geſtis invicem ſecernendis accuratiorem fuiſſe veriſimillimum eſt. Eſt tamen aliunde ſatis explorata longe major *Dionyſii*, quam *Livii*, diligentia. Saltem in *temporum* rationibus aptandis. Veniebant autem fortassis ad errorum cumulum hæc etiam ſpacia apud imperitos ſupputatores, niſi meminiffent duplicem fuiſſe *clavorum* ipſorum *Epocham* apud *Vetères*, & biennio diſcrepantem, quarum altera proculdubio fuerit erronea. Erat etiam alteri locus, ſi quis intervallum illud inter *Reges* & *clavorum Capitolorum initium*, quod exiguum eſſet, penitus neglexiffet. Is quoque major, ſi recentiorem *clavorum Epocham* proxime cum *Regibus* commiſiffet. Suſpicio autem cum annis à *Regifugio* in ipſis *Archivis* connexos fuiſſe *clavos*. Innuit certe ita fuiſſe ſub *Regibus* apud *Livium* Appius Claudius: Omitto (inquit) *Licinium Sextiumque*, quorum annos in perpetua poteſtate, TANQUAM REGUM, in *Capitolio* numeratis, L. VI. C. 41. In *Capitolio* enim *clavos* fuiſſe *Annalium Maximorum* jam obſervavimus. Ergo ut antea *Regum*, ſic poſtea à *Regifugio* illos numerâſſe veriſimillimum eſt. Si nempe primum *clavum* III^o. à *Regifugio* anno numerarit *Horatius*. Eodem ſcilicet exemplo, quo *clavum* ædis à ſe dedicatæ cum *clavo* ædis *Capitolii* commiſit *Flavius Scriba*, *Plin. N. H. xxxiii. i.* Ita commiſſio fuerit facillima. Et favet 2^o. *Horatii Conſulatus* ſi ſedulo expendatur *Plutarchus* in vita *Poplicolæ*. Hinc porro *veritas* fortasſe lucrabimur, in illis *Veterum* diſcordiis, quæ demum fuerit ſententia, ſtatuendi. Stabilita enim *Epocha Varroniana* tanquam reliquarum omnium norma certiffima; inde de *reliquis Epochis* facile colligemus, qua parte numeri earum cum *Varroniana* conſentiunt, illas etiam recte ſe habere, errare autem qua diſcrepant. Cum ergo conſtabit, quibus in locis *Epocha* illæ à *Varroniana* diſceſſerint; inde facile intelligemus *anni* illarum quem in *Epocha Varroniana ſitum* ob-



tinere debeant. Et si anni illarum à *Regifugio* numerentur; ita certum erit, totidem annis in *Epocha Varroniana* præcedere debere, quot *Epochæ* illæ à *Varroniana* detraxissent. Sin autem contra è *recentiorum* *Archivorum clavis* retrorsum numeratis rei gestæ situm statuerint *aliarum Epocharum Fasti*; sic erunt in *Epocha Varroniana* ad posteriora deducendi *Epocharum* illarum anni propter annos *Varronianos* ab illis immerito prætermisissos.

Sect. LXXVII.
Quibus *ratiociniis* processerint *Varroniani* in *Fastis* receptis ad fidem *Archivorum Quindecimviralium* exigendis.

Age jam *usum* harum *Observationum* explicemus in temporibus jam hæctenus constitutis, quibus jam elapsi sunt anni omnes in *Epocha Varroniana* servati, in reliquis prætermisissis. Hic enim proinde certissimum est, perpetuam esse in *aliis* *Epochis* à *Varroniana* discrepantiam, quæ erat in *Epocharum initiis*, quæ in *aliis* *Epocharum partibus* non erat ubique sibi similis & perpetua. Jam supra *Observavimus* in *Censorino Ludorum Secularium* cum annis *U. C.* commissionem, & cum *COSS.* non ex *Archivis clavalibus*, sed è *juniorum* emanasse *ratiociniis*. Videamus ergo quomodo in suis processerint quisque *ratiociniis*. *Varroniana* ergo illa (quæ erat omnium sibi consentientissima hypothesis) id primum satagebat, ut *ludorum ultimorum* tempus, qui acti fuerant post editos jam *Historicos*, ex illis ipsis erueret *Historicorum Annalibus*, inde de *reliquorum ludorum* annis securius pronuntiatura. Recte proculdubio atque accurate. Sed vero annus ille ludorum *Varroni* proximorum *Consulibus* anni *Varroniani* 628. & illi ipsi *U. C.* anno (qui pro *alia* nulla *Epocha* præterquam *Varroniano* 628. esse potuit) tribuit *Censorinus*. Perperam ergo *Scaliger* verba illa à *Pisonis* perplexa, & à variis lectionibus ambigua, nec certam aliquam sibi que consentaneam sententiam exprimentia, eo retulit quasi *ludos Seculares* ad *COSS. M. Æmilium Lepidum & C. Popilium* 11. annunque *Varronianum* 596. retulisset *Piso* ipse *Censorius*. Hæc autem sententia cum *nullis* convenit ludorum *Secularium* hypothesisibus, nec eorum, qui ludos *centesimo* quoque anno actos existimabant, nec eorum qui annos 110. pro ludorum medio *intervallo* habebant, ut facile intelliget qui *Censorinum* ipsum consuluerit. Imo *Pisonis* sententiam longe aliam illo ipso Capite retulit *Censorinus*. Verba sunt: *At Piso Censorius & Cn. Gellius, sed & Cassius Hemina, qui illo tempore vivebat, post annum factos tertium affirmant [ab ann. Varr. 605.] Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio Achaico COSS. id est, anno DCVIII. Verbis illis, qui illo tempore vivebat, horum ludorum*

a ap. *Censor.*
c. 17.



ludorum tempus omnium fuisse exploratissimum, indicatur, quippe quod è *coævis* emanarit Auctoribus, quales nullos fuisse innuit pro tempore ludorum *precedentium*. Obiter tamen legendum censeo *vivebant*. Tam enim verum erat illo tempore *vixisse Pisonem Censorium & Cn. Gellium*, quam verum erat tunc *Cassium vixisse Heminam*. Est tamen certissime falsum, illis seu *Consulibus*, seu anno Urbis *Varroniano 608*. editos fuisse ludos, quippe qui ita ludis aliis nullis annorum *centenorum* spatio nec *centenorum denorum* fuissent responsuri. Et quomodo quæso anno *Varr. 628*. ludos editos è *Quindecimvirorum Commentariis* colligerent alii (quod tamen verbis proxime sequentibus affirmat *Censorinus*) si anno *Varr. 608*. editos, *Consulibus* anno illi *Varroniano* respondentibus, tot *coævi* ludis ipsis prodidissent Auctores. Potius è contrario est quod suspicemur ex illis ipsis *coævis* Auctoribus Auctorem *Varronianum* didicisse ludos anno illo, cui illos apposuit, *Varr. 628*. & *denariorum* numeros intercidiisse, non quidem apud *Censorinum*, sed in Auctore aliquo *antiquiori* cujus fidem secutus fuerat *Auctor Censorini*, qui cum *Consulibus* etiam anni *Varroniani* vitiosi 608. ludos junxit. *Censorini* errorem non fuisse exinde manifestum est, quod is annus *Varronianus 608*. & *Consulibus* insignitur *veris*, & anno *Varroniano 605*. ejusque *COSS.* paulo antea memoratis vere fuerit *triennio* recentior. *Errorem* autem fuisse exinde vincitur, quod *veris* etiam anni *Varroniani 628*. *COSS.* ludos designarit Auctor *Varronianus* qui de *ludorum* tempore è *Quindecimvirorum* pronunciavit *Commentariis*. Utcunque tamen *Auctor* ille *Censorino* *antiquior*, revera anno *Varroniano 608*. ludos fuisse censuit, atque illius anni *Varroniani* *Consulibus*. Imo multo illo *antiquior Livius*, alique omnes qui *centenorum* annorum spatio ludos fuisse existimabant, in quibus etiam ipsum *Varronem* numerat *Censorinus*. Hunc enim numerum supponunt eorum *ratiocinia*. Estque præterea & illud suspectum, quod de his ludis *solis triplicem* faciat Veterum sententiam, quam de *aliis* omnibus exhibet tantummodo *duplicem*. Proclive est ut per errorem ex *una* perperam intellecta fecerit, ut dixi, *duplicem*. Sed *Chronologicas* rationes diversarum hypotheseon confundebant invicem *Annalistsæ*. Inde factum, ut Veterum quispiam *Polybianos* fuisse ratus Fastos quibus ludi in annum *Varronianum* relati fuissent 608. illiusque *COSS.* proinde *triennium* demendum censuerit, ut *Consules* reperiret qui anno illi responderint in *Fastis Varronianis*. Inde sententia illorum.



illorum qui ad annum potius retulerint 605. illiusque anni *Varronianos Consules*. Et quidem inter hujus sententiæ astipulatores, non *Livium* duntaxat *Varronemque* ipsum, sed *Valerium* etiam *Antiatem*, refert *Censorinus*. Est ergo hujus *ratiocinii* error *antiquissimus*. Hunc enim errorem supponebant illi qui ludos alios retulerunt ad *COSS.* anni *Varroniani* 505. & 305. qui certe Fastos non alios sequebantur quam *Varronianos*. Itaque biennium *Varronis* addititium agnovit etiam ante *Varronem* *Valerius Antias*, quem sententiæ illius suffragatoribus accenset *Censorinus*. Sed *Seculi Romani* quale fuerit spatium nondum dedicerant è certis monumentis Historici, ludis anni *Varroniani* 518. *juniores*. Itaque obvium erat, ut *centenos* annos *Seculi* nomine intelligerent. Sic enim *Nestoris* triplicem *ἡλικίαν* de *trecentis annis* interpretatur *Ovidius*. Sed *Seculi Civilis* modus à *Civitatis* arbitrio discendus est. Varium ergo *Hetruscis* *Seculum* & incertum docet fuisse *Censorinus*. *Romanis* autem quis demum modus fuerit præsertim in *Sacris Secularibus*, non alii rectius docere poterant quam *Sacrorum Secularium* præfides *Quindecimviri*. Nec alia monumenta, quam *publica*, nec publicâ alia melius quam quæ ex horum *Commentariis* prodierant & *Archivis*. Hoc ergo spatium, exinde hausit *Augustus*, non ipse *Varro*. *Censorinus*: *At contra, ut decimo centesimoque anno repetantur, tam Commentarii Quindecimvirorum, quam D. Augusti Edicta testari videntur. Et intermissos eos Augustum multo post, diligentissime annorum ratione subducta, in ordinem redegisse, tradidit Imperator Claudius in Historiis teste Suetonio, Claud. c. 21.* Sic ergo *testimonia* à *ratiociniis* optime distinguemus, si meminerimus, *supremorum ludorum*, qui soli *coævus* habere poterant *Historicos*, annum è *coævorum Historicorum Pisonis Censorii. Cn. Gellii & Cassii Hemina* testimoniis didicisse vel *Augustum* ipsum, vel *coævum* aliquem ludis *Augusti*, *junio*remque *Varrone* ipso *Varronianum*. Ita scilicet ut *Consules* docuerint *Historici* sub quibus *ludi* habiti fuerant, non autem *annum Epochæ Varronianæ* quo *Consulatum* gesserint. Tum deinde verum ludorum *Secularium spatium*, idque unum (in quo erraverant *Varro* ipse & antiquiores *Augusti* ludis fortasse universi) è prædictis *Quindecimvirorum Commentariis* elicuerit, non item *Consules*, nedum *Epochæ Varronianæ* annos quibus *ludi* anno *Varroniano* 628. antiquiores fuerant celebrati. Hoc enim unum docuerant *Commentarii*, quo *Dedicationis Capitoline* anno *ludi* quique fuissent observati, ut ex eorum *intervallis* intelligeretur



telligeretur quo demum redeunte annorum circuitu fuissent observandi. Qua tamen ludorum anni designabantur Consulibus, qua Consulibus in Fastis distantia annis designabatur Epochæ Consularis, nedum Urbis Condita, & præsertim Varroniana; Hæc omnia Commentariis & Templi Capitolini clavis juniora, proinde non Archivis ipsis accepta referenda erant, sed juniorum tantummodo ratiociniis, in quibus si qui fuissent, etiam momenti gravioris errores; non tamen erant monumentis publicis imputandi. Imo ratiocinia ipsa dedimus, quibus & postremorum ludorum Consules annosque Æræ Varroniana exploraverint, & ludorum intervalla; & iis jam indagatis, ad primos post Regifugium ludos processerint. Scio Zosimum ludos tribuere COSS. ann Varr. 406. non 405. Sed facilis & ille fuit error si annum Epochæ Capitolinae ad Epocham Varronianam redigendum censuisset. Et quod primos omnium ludos, non Zosimus modo sed & Zosimo antiquior Censorinus, imo Censorino ipso longe antiquior Valerius Antias, ad primos Consules retulerint; non propter spatium ludorum id fecerunt, cum nondum ullum fuisse ludorum spatium constitutum existimarent: sed quod sub Consule Valerio Poplicola Oraculum Sibyllinum editum censerent quod ludis occasionem dederit. Quod scilicet non viderint M. Valerium COS. sub quo Oraculum datum est, pariter ad M. Valerium Maximum anni Varroniani 298. COS. ac ad M. Valerium anni Varr. 245. COS. referri potuisse. Sic nihil erit necesse ut geminos unquam ejusdem Seculi ludos fuisse concedamus. Sed quod inter primos secundosque ludos spatium annorum 60. duntaxat agnoscerent hic Argumentatores, nempe inter ann. Varr. 245. & 305. Inde Claudio fuisse videtur exemplum novos ludos Seculares agendi post annos ab Augusti ludis 60. Augusti ludi erant anno Varr. 737. Claudii anno Varr. 800. LXIV^m. annum ab Augusti ludis numerat ^a Tacitus, utroque termino incluso, ^b Plinius accuratius LXIII^m. Sic denique constat primos Romanorum Historicorum Annales, per hujusmodi ratiocinia, ad Fastos Consulares annosque Urbis Condita fuisse redactos. Quod sane, ut sciretur, utilissimum erat. Clavos autem observat ^c Livius notas numeri annorum fuisse, cum raræ essent literæ; tum desiisse innuit cum literarum usus esset jam frequentior. Numeris, ut videtur, ipsis in clavorum locum suffectis; sed ut antea, ab Epochâ Dedicationis, non Urbis Condita, nedum annorum notis Consulibus. Epocham autem rararum literarum in Urbis excisæ à Gallis periodo terminat

G g g g

minat



^a Liv. L. VI.
c. I.

minat idem ^a Livius. Convenit porro quod intermissum *clavorum* usum testatur, cum *clavi* figendi causa *Dictator* crearetur, quorum primum Livius anno Varr. assignat 391. Hinc ergo anni *Dedicationis Capitolii* non jam amplius *clavis*, sed *nummeris* designabantur.

Seft. LXXVIII.
Inter ann. Varr.
419. & 425.
COSS. qui in
Fastis hodie-
nis desideran-
tur, inseruit
Pighius. Et qui-
dem recte.

Redeamus jam tandem iterum ad *Fastos*. Sic ergo finem Belli *Privernatis* cum *Gallici* metu neccit Livius, ut *continuos annos Consulesque* fuisse doceat à quibus gesta fuerint. Proinde cum Belli *Gallici* metus fuerit anno Varr. 425. Bellum cum *Privernatibus* ann. Varr. 424. inierit oportet. Sed alium à *Crasso Papyrium* fuisse suspicor illius anni COS. cujus *cognomen* nullum habet *Diodorus*. Ita certe fuerit oportet nisi alius fuerit à *Crasso* quem *Fasti* ad annum referunt 418. Jam enim ab anno 412. *Lex* erat de eodem Magistratu intra *decennium* non iterando, quam etiam ad ann. 457. obtinuisse necesse est, si vera scripserit ^b Livius. Potuitque tam facili errore cum *Papirio Crasso* confundi *Papirius Mugilanus*, quam alibi cum *Papirio Cursore* *Papirium Mugilanum* confundi idem observavit ipse ^c Livius. Inde nexus est cum anno præcedenti plane nullus. Sed vero inter COS. anni Cap. 418. Varr. 419. & COS. anni Cap. 424. Varr. 425. annum deesse jamdiu observârunt *Fastorum Commentatores*. *Sexennii* spatium est, cum tamen *quinque* tantummodo *Consulum* in illo paria agnoscant *Fasti* quotquot habemus omnes. *Locum* autem quo *annus* fuerit inferendus, quem non docuerant *Marmora Capitolina*, docuerunt *Fasti* nuper editi, nec à *Sigonio*, *Onuphrio* aut *Pighio* visi, *Idatiani* scilicet atque *Cuspinianei*. Sic enim post COS. anni Varr. 420. locum alterius anni supplet editus à *Cangio* *Idatius: Absque Consulibus*. Desunt autem, ni fallor, verba illa apud *Labbeum*, & *minori* caractere exprimentur à Cl. *Cangio*, qui alioqui ea addidisse potuit è MS°. Idem *Vir Maximus Cangius* in *Chronico Paschali*, eodem situ ἀνομασίαν habet, quod tamen alii nulli eorundem *Fastorum* editores, non *Scaliger*, non *Pighius* aut *Raderus*. Sed literis etiam ibi *minoribus*. Itaque fortasse loci potius *implendi* causa, quam certa aliqua MSS. fide. In *notis* certe ad locum illum *Paschalis*, non *Codices* advocat, sed tantummodo *Sigonium*. Imo ex ipso *Cangio* fuisse exinde colligimus, quod *quatuor* præterea *Consulum* paria recensentur ad implendam illam, qua hæc ἀνομασία inferitur *Olympiadem*. Idem proinde fortasse voluit in *Idatio*, ut quæ literis scripserat *minusculis*, ea *Lector* à se, non à *Manuscriptis* fuisse

^b Liv. L. X.
c. 13.

^c Liv. L. VIII.
c. 23.



fuisse intelligeret. Auctor tamen *Cuspinianus* ab Eminentissimo *Norifio* editus, eodem *situ* verba habet, quæ aliter intelligi non possunt quam de *anno*, pro primarii Auctoris mente, præter Factorum receptorum sententiam inferendo. Verba hæc sunt: *Hoc anno Dictatores non fuerunt*. Non certe *Cl. Editoris*, sed pro *Auctoris*, aut *Librarii*, recepta jam in aliis, ut vidimus, annis *Dictaturis*, forma, atque in eandem proinde sententiam corrigenda. Annum profecto *singularem* indicat *feria* lineæ fini addita, in quam incurrerit primus illius anni dies. Et quod alioqui deesset annus ad proximum *Bissexturnum*. Hoc ergo volebat Auctor (si, pro more illius, eum hoc in loco etiam interpretemur) hoc anno *Dictatorem* cum *Magistro Equitum*, non *Consules*, fuisse. Et tamen *Consules* apud *Solinum* deprehendit *Pighius* qui hunc hiatum non absurde supplere possint. Annum *Conditæ Alexandriae Ægyptiacæ Olymp. cxii. & COSS. L. Papirio Sp. f. & C. Poetelio C. f.* tribuit ^{a Solin. Poly-} *Solinus*. Et primum *Olympiadis* annum fuisse recte colligit ^{hist. c. 35.} *Magnus Ufferius*. Post captam mense *Hecatombæone Tyrum* sub illo *Archonte* qui *primum Olympiadis annum* designavit, & tamen ante prælium ad *Gaugamela* sub *Archonte* proxime sequente. Imo post *Tyri* excidium, duos tantummodo menses *Gazæ* excindendæ infumfit, qui proinde in *Boedromione* desinent. Inde die *vii^o*. in *Ægyptum* venit. Ubi non diu moratus, ante Expeditionem ad *Oraculum Jovis Hammonis*, *Urbis* suæ *fundamenta* posuit. Ita annus fuerit *Varronianus* qui *Olymp. $\frac{111}{2}$. †.* responderit, proinde ab *Urbis* initio 422. Justo autem *sexennio* distat hic annus ab eo cui *Alexandriam Conditam* assignatam testatur *Livius* ad ann. *Varr. 428*. Nempe quæ ad annum *Varr. 422.* sive (quod eodem redibat) ad annum *clavorum Annalium* qui ann. *Varr. 422.* respondebat, retulerat primus Auctor, hoc idem quispiam paulo *junior* ad annum retulerat *Epochæ Fabianæ 422*. Alius deinde *junior*; *Livio* tamen *senior*; cum numerum illum non è *ratiociniis*, sed ex *Archivis* oriundum crederet, *Fabianum* autem annum 422. cum *Varroniano 428.* eundem esse sciret; inde facile hallucinari potuit, ut res gestas anni *Varr. 422. & 428.* invicem permisceret. Idque eo facilius erat, si *Consules* essent utrobique *cognomines*, nec tamen *iterati Consulatus* nota ulla occurreret, quod sane verum erat si de *Consulibus* vera scripserit *Solinus*. Hoc, cum ita contigisset, res etiam gestas *utroque anno 422. & 428.* in annum *unum 428.* translatas fuisse consentaneum erat, ut nuda

G g g g 2

deinde



deinde superessent anno 422. *Consulum* nomina, & quidem cum *Consulibus* anni 428. cognomina. Inde factum ut alter eorundem *Consulum* *Consulatus* supervacuus crederetur, & proinde *Fastis expungendus*. Isque potius cujus res gestæ omnes in alterum fuerant translatae. Atqui si illo nomine *Consules* aliquos *Olympiade* cxii. repererit *Solinus*, erunt certe in locum suum antiquum asserendi; & res gestæ invicem, qua licet, secernendæ, & ad suum quæque annum rursus referendæ. Primam enim veramque hujus *clavi Annalis* commissionem cum *Epocha* fuisse *Varroniana* res ipsa loquitur. Inde sequitur *Fabiani* Auctoris errorem ad *Epocham Varronianam* exigendum esse, non è contra. Sed anno, ut vidimus, *Varr.* 421. annum qui deest, inserit Auctor *Fastorum Cuspinianus*. Recte nimirum ille si calculo usus fuerit *Capitolino*, alius deinde, qui id nescierit, *junior* ad *Consules* anni *Varroniani* 422. numerum retulerit 421. qui *Capitolinus* erat, non *Varronianus*. *Solinum* certe, cui prædictos *Consules* debemus, *Capitolino* calculo supputare, jamdiu observavit *Onuphrius*.

Sect. LXXIX.
Sed anno *Varroniano* 423. inserendi erant, non anno illo quo volebat *Pighius*.

Tantum autem abest ut faveat *Livius* doctissimis *Fastorum* enarratoribus, ut contra potius ostendat annum, de quo agimus, insititium antea ne quidem locum habere potuisse. Proximus *Capitolino* anno 418. *Varr.* 419. annus erat *Varr.* 420. quo *COSS.* erant *T. Veturius* & *Sp. Posthumius*, qui sane annum superiorem quo *Bellum* erat cum *Sidicinis* proxime sequebatur. Hoc enim anno *Belli partem cum Sidicinis restare* ait *Livius*, qui superioris anni *sine* iustos ambos *COSS.* adversus *Sidicinos* ducere exercitum narraverat. Hoc item anno *Cales* coloniam deductam tradit, cum superiori anno de *Calenis* fuerit triumphatum. Et quidem his ipsis *Consulibus Cales* coloniam deductam agnoscit etiam *Velleius*. Sed ne quidem anno proximo *Varr.* 421. inseri annus ille potest, si *Livium* saltem audiamus. Sic enim rursus pendet sequentium apud illum *COSS.* *Historia* cum anno *superiori*, ut ne quidem hoc in loco spatium restet quo commode inferatur. Superiori anno *Samnium fama erat conciri ad bellum*. *Livii* hæc sunt verba. Hoc autem anno idem ita: *Samnium quoque jam ALTERUM annum turbari novis consiliis suspectum erat*. Proxime ergo hi *Consules superiores Consules* oportet exceperint. Pergit idem *Livius*: *Ex eo agro Sidicino exercitus non est deductus*. Et quidem superiori anno *Samnites*, ut fama erat, *Sidicinis* auxilium laturi legiones *Romanas* in agro *Sidicino* hyemare coegerunt. Hoc porro anno *Acerranis*.

Vell. L.I.C. 14.



Acerranis civitatem datam testatur *Livius*. Idemque firmabit fortasse *Velleius*, & cum *Livio* conciliabitur, si Parenthesis interponatur, sententiæ explicandæ plane necessaria. Sic enim *Velleius* de *COSS.* anni *Varr.* 420: *Et eodem anno Cales deducta colonia.* (Interjecto deinde triennio *Fundani* & *Formiani* in civitatem recepti, eo ipso anno quo *Alexandria* condita est) Insequentibusque *COSS.* à *sp.* *Posthumio*, *Philone* *Publilio* *Censoribus* *Acerranis* data civitas. Eisdem certe *Censores* agnoscit *Livius* cum *Acerrani* in Civitatem admitterentur. Et tamen *L. Corvino* iterum & *Cn. Domitio* *COSS.* Itaque non alios intelligere potuit insequentium *Consulum* nomine *Velleius*, qui certe *Posthumium* & *Veturium*, quorum meminerat, ante Parenthesin, ipse *Velleius*, proxime insequiebantur. Triennio certe interjecto iidem *Censores* esse non poterant, cum jam, per legem *Æmiliam*, *Censura* ipsa octodecim mensium spatio concluderetur. Hi certe *COSS.* (si jam fuissent in *Magistratu*, cum novi inirent *Censores*) non anni fuerint *Varroniani* 422. sed 421. Ab anno enim *Varr.* 320. trienniis singulis sic respondent bina *Censorum* juga, ut primo triennii anno ineunte primi inierint *Censores*; secundi autem secundo anno medio, atque inde ad tertii anni finem pertigerint. Tertio ergo triennii anno nulli prorsus inibant. Proinde 421. qui erat triennii 2^{us}. necesse est inivisse *Censores*, non autem 422. qui tertius erat idemque ultimus triennii. Eodemque adeo anno illos necesse erit fuisse *Consules*. Itaque anno *Varroniano* 422. novi inferendi sunt *Consules* pro veris *Alexandriæ Conditiæ* rationibus. Potuitque dubitatio illa *Livii* de *Papirio* anni 428. *Consule*, inde oriri, quod recte *Annales*, de quorum discordia queritur *Livius*, duorum annorum *Varr.* 422. & 428. *Consules* *Papirios* alterum *Cursorem*, alterum *Mugilanicum* appellârunt. Error autem illorum fuerit posterorum qui duorum annorum *diversos* invicem *Consules* non modo in annum, sed *hominem* etiam *unum*, retulerint. Sic ergo de uno duntaxat anno medio, terminis utrisque inclusis intelligendum erit tricennium quod ab ann. *Varr.* 420. *COSS.* ad *Conditam Alexandriam* interjectum docet fuisse *Velleius*. Similia autem in *Livio* exempla jam supra observavimus. Sed, quod ad mentem *Livii* attinet, ne illo quoque anno *Varroniano* 422. prædicti *Consules* inferendi fuerint, me valde dubitare fateor. Illum enim annum cum superiori necit arctissime certe *Livius*. Superiori enim anno *Varr.* 421. ait ^a *Livius*, *insecutam pestilentiam*, velut omnibus eo vitio contactis auspiciis, causam fuisse cur

a Liv. L. VIII
c. 17.



ad *Interregnum* res redierit. Proinde *sine* anni 421. paulo ante *Comitia* pro anno 422. jam coeperat *pestilentia*. Idem agnoscit *COSS. M. Marcelli & T. Valerii* annum, (si nullus adhuc numeretur *instititius*) *Varr.* 422. infamem *pestilentia*. Quis non hic agnoscat *pestilentiam* eandem quæ *superiori* anno coeperit? Et sane *Dictator* hoc eodem anno *clavi figendi* causa dictus idem ostendit. Eo enim remedio usi etiam alibi in eadem *pestilentie* causa *Romani*. Is *clavus* si eventum pro voto felicem habuerit; proximis *Idibus Septembribus*, quibus *clavum figi* consuetum est, *pesti* finem imposuerit. Nullæ certe sunt de *secundi* anni auspiciis ea *contactis* querelæ, ut plusquam *annuam* fuisse suspicemur. Quare ante annum *Varronianum* 423^m. *Livius* annum *instititium* nullum potuit agnoscere. Isque jure optimo post *triennium* interjectum fuisse dicitur, qualem annum *Condite Alexandrie* numerat in *Epocha Varroniana Velletius*. Imo rectius fortassis in annum *Olymp.* cxii^r. 1^m. desinentem conveniet ortus *Alexandriæ*, si quidem illius anni Vere *Urbs* incepta sit, cujus *Æstate* ad *Gaugamela* pugnatum sit. Is enim ita annus *Varronianus* fuerit qui cum *Olymp.* 112^½. concurrerit, qui non alius erat à *Varroniano* 423. Hanc certe *Æstatem* fuisse prælii cum *Dario* decretorii ex *Eclipsi* quæ prælium paucis diebus præcessit, jam probavimus. Et sane res gestæ *Consulum* anni *Varr.* 422. & 424. nullum talem nexum habent, qualem in præcedentibus ostendimus. Nexum autem rursus habent Acta anni *Varr.* 424. & 425. Anno enim 424. Bellum *Privernas* initum ait *Livius*. Sic quidem ille ut sequenti etiam anno *durâsse* confirmet. Et quidem utriusque *Consulis* triumphum de *Privernatibus*, anno *Capitolin.* 424. qui *Varr.* erat 425. non *Livius* modo, verumetiam *Capitolini* lapides agnoscunt. Quare si annum illum *instititium* *Livius* agnovit, ne quidem potuit alio quam, quo dixi, loco illum agnovisse. Sic autem optime cum aliis Auctoribus conciliabitur *Diodorus*, qui 2^o. *Olymp.* 112^r. anno *Urbem Alexandrinam* conditam statuit, si eo anno condita fuerit cujus pars altera anno *Olympiadis primo*, *secundo* altera convenerit. Certe ortum *Urbis Alexandrinæ* non in *Archivis Italicis*, sed suis demum *ratiociniis*, reppererunt *Historici Romani*. Illum scilicet fuisse annum à *Regifugio*, qui prædictis *Olympiadis* annis 1^o. & 2^o. responderit. Is *Varronianus* erat 428. *Fabianus* autem 422. Male autem *Consules Epochæ Fabianæ* 422. cum *Varroniane Epochæ* 428. *Consulibus* contulit *Livius*. Nec enim illud animadvert-

rat,



rat, eundem esse annum U. C. 423. cum 428. pro variis duntaxat Epochis. Est enim certe annus Fabianus 422. eodem firu Varr. 428. ut ex annis colligitur cum quibus in nostris Tabulis conferuntur Olympiadum. Et 423. fuisset demto anno in temporibus Regum, & reliquis non accurate sed rudi modo numeratis. Firmat autem hunc Poetelii Consulatum à Solino assignatum Cassiodorus, qui III. COS. numerat anno 428. Primus certe Consulatus ejus is fuit quem cum Valerio Corvo COS. II. gessit anno Capitolino 407. Visoli cognomen Poetelii adhuc legitur in marmore Capitolino. Sed in lineæ fine. Facile inde intelligimus primum fuisse Consulatum, cui nullus numerus apponebatur. Secundum Poetelii Consulatum nullibi præterquam in anno prædicto Varr. 423. reperiemus.

Ab hoc porro anno 419. ad ann. Varr. 400. situs Consulatum manifestus est è Triumphis. Ipso enim anno Varroniano 400. qui Capitolin. est 399. triumphum exhibent illi Fasti. Tum deinde in annis 403. 407. 410. 413. 414. 415. Æræ suæ Capitolinæ. Triumphii illi omnes Consulatum erant. Nec sane ullos fuisse præterquam in Magistratu triumphos (ante ann. 428. Varr.) docet ipse Livius. Proinde illis ipsis Epochæ Capitolinæ annis Magistratum gesserunt illi ipsi Consules. Jam enim monuimus eandem esse cum Varronianis rationes Auctoris etiam Capitolini. Conveniunt porro hoc spatio Auctores accuratissimi. Triumphum C. Mænni anno U. C. 416. assignat a Plinius, quem anno Æræ Capitolin. 415. tribuunt Fasti etiam marmorei. Sic M. Valerium Corvinum iterum & C. Poetelium pro ann. U. C. 408. Consulibus habet b Censorinus. Et Furium Appiumque COSS. anno Urbis 405. statuit ex Annalibus c Gellius. Sic Alexandri M. Natales, quos circa annum Urbis Condite quadringentesimum idem fuisse censet d Gellius, proinde anni 400. Coss. tribuit e Gell. XVII. ult. e Solinus. Hæc omnia satis accurate pro calculo Varroniano. Conveniunt præterea hoc etiam spatio dies triumphales, omnes à Nundinis alieni. Sic enim habent :

Sect. LXXX. Illos Consules agnovit etiam Livius, sed re- jectis tribus annis Dictatoris. Recte autem hic etiam se ha- bet Epocha Varroniana.

a Plin. N. H. XXXIV. 5.

b Censorin. c. 17.

c Gell. L. IX.

c. II.

d Gell. XVII. ult.

e Solim. Polyhist.

Urb. Condite		vet. Kalendar.		pro rat. Æmilii.		Urb. Condite		vet. Kalendar.		pro rat. Æmilii.	
Capit.	Varr.					Capit.	Varr.				
399	400	Jun.	III	a Nundinis VII		413	414	Maii	XVIII	a Nundinis VII	
403	404	Quirinalib.		a Nundinis VII		414	415	Januar.	XIII	a Nundinis VII	
407	408	Februar.	I	a Nundinis I		415	416	Sept.	XXVII	a Nundinis IV	
410	411	Septemb.	XXI	a Nundinis II		415	416	Sept.	XXIX	a Nundinis VI	
410	411	Sept.	XXIII	a Nundinis IV		418	419	Mart.	XV	a Nundinis VII	

Firmat



Firmat præterea, pro mente etiam *Livii*, hujus intervalli spatia intermedia Epochæ Belli *Samnitici*. Hanc Epocham inchoat ille ab anni U.C. 411. ^a *Consulibus*. Ita nimirum ut is ipse annus *primus* Belli fuerit numerandus. Annum autem *Varronianum* 459^m. numerat hujus Belli ^b XLVI^m. Accuratissime, si quidem tres *Dictaturæ* ann. 430. 445. & 453. prætermittantur, & tamen annus 423. *insititius* numeretur, quos proinde constat prætermisisse atque numerasse *Livium*. Convenit porro, quod annum quo *Consul* fuit *Fabius Gurges Maximi* filius ^c XLIX^m. numeret ejusdem Belli ^e *Orosius*. Ejusdemque numeri vestigia habet etiam *Eutropius*, minus autem, quam *Livius* ipse, distincte. Et tamen è *Livio* utrumque hausisse verisimillimum est. Convenit denique, quod *per annos prope* ^d *septuaginta* Bellum in *Samnites* gestum idem scribit alibi *Livius*. *Dictatura* enim *tertia* sublata, deerat huic numero implendò annus duntaxat *unicus*, cum fuissent alioqui, si *Dictaturæ* omnes in cumulum venissent, è contra duo redundaturi. Hæc accuratiora quam quæ alibi habet idem ^e *Livius*, quasi *prope centesimum* in annum Bellum protraxissent. Juvat etiam hanc Chronologiam ætas *Marci Valerii Corvini*. *Primus* illius *Consulatus* erat anno *Varr.* 406. Hinc ad *suffectum* illius *Consulatum* qui VI^{us}. numerabatur, ann. *Varr.* 455. annos XLVI. numerant ^f *Plinius*, ^g *Cicero*, ^h *Valerius Maximus*. Detractis tribus *Dictaturis*, numerus respondet examuffim. *Plinius* ergo, licet ipse *Varronianus*, hunc tamen numerum è *Catoniano* aliquo Chronologo hausit. Similia item, ne miremur, exempla apud illum in *Pyrrhi* Chronologia observavimus. Male tamen *Livium* hic *quatuor* annorum omisso arguit ⁱ *Aldus Manutius*. Cæterum quod non fecit *Livius*, id fecisse videtur Auctor *Plutarchi* qui annos medios agnoscit tantummodo XLV. Vel inde colligimus fuisse olim qui de anni *Varr.* 423. *Consulibus* dubitarent. Merito ergo illos inter *serius repertos* fortasse recensuerimus, de quibus nihil compertum habuerint *antiquissimi* *Fastorum* *Conditores*. Tum deinde à *COSS.* anni *Varroniani* 406. sub quibus *Satricum* restitutum, annum *Varr.* 408. 3^m. numerat ipse ^k *Livius*. Verba ^l *Livii* de nocte *interdium* *intendi visa* non facile crediderim ad *Eclipsim* aliquam (quæ anno *Varr.* 412. contigerit) fuisse referenda. Ægre enim mihi persuadeo, *Eclipsium* causas hoc *Seculo Romanis* fuisse exploratas, quæ *Græcis* ipsis non multo antea innotuerint per nostram *Astronomiæ Historiam*. Et verba certe talia sunt, ut neque doctri-

a Liv. L. VII.
c. 28. 29.

b Liv. L. X.
c. 31.

c Oros. L. III.
c. 23.

d Liv. L. XXXI.
c. 31.

e Liv. L. XXIII.
c. 5.

f Plin. N. H.
VII. 48.
g Cicer. Cat.
Maj. c. 17.
h Valer. Max.
VIII. 14.

i Ald. Man. in
Cicer. Cat. Maj.
c. 17.

k Liv. L. VII.
c. 27.
l Liv. L. VII.
c. 28.



doctrinam *Eclipsium* compertam supponant, & possint fati apte ad *tenebras* referri quæ propter *nebulas* aut aliam quamcunque causam interdum evenerint. Quod vero *L. Camillo* & *Ap. Claudio COSS.* *Platonem Tarentum* venisse testetur in *Catonis* Majoris persona *Cicero*, non modo situm eorum *COSS.* in anno *Urbs Conditæ* 405. sed locum etiam *anni* 405. pro hypothesebus *Varronianis* egregie confirmat. Illum scilicet qui *Olymp.* CVII. $\frac{2}{4}$. responderit. Locus enim eorundem *Consulum Catonianus* (quem sequi solet alioqui *Cicero*) convenit cum *Olymp.* CVIII. $\frac{2}{3}$. Cum tamen anno *Olymp.* CVIII. 1^o. nec *Tarenti* tamen, sed *Athenis*, *Plato* decesserit. Annum illius *Olympiadis* ex *Hermippo* docet ^a *Laertius*. *Archontem* illius anni *Olympiadi* *Theophilum* non ^b *Laertius* modo, sed meliores etiam *Laertio* Auctores, ^c *Dionysius Halicarnassæus*, ^d *Plutarchus*, ^e *Athenæus*. Idem firmat ^f *Laertius*, cum *Philippi Macedonis* anno XIII^o. mortem ejusdem assignat, qui cum anno illo illius *Olympiadis* concurrat, accuratissime. Etiam *diem* mortis discimus è ^g *Seneca*, *Natalem* scilicet. Inde facile cum *Athenæo* qui anno *Ætatis* LXXXII^o. extinctum scribit, conciliantur qui anno potius LXXXI. decessisse malunt. Sic enim ex ^h *Hermippo Laertius*, & ⁱ *Cicero*, & ^k *Censorinus*, ne minorum gentium Auctores moremur. Ad annum enim vitæ LXXXII^m. spectabat ipse *Natalis*. Sed & *Natalem* illum, *quis* demum fuerit, docent ^l *Auctores*. Nempe ^m *Thargelionis Attici* diem fuisse VII^m. Hunc enim illius *Philosophi* *Natalem* *Philosophos* constat celebrasse ⁿ *juniores*, ut proinde fuerit, vel eo nomine, notissimus. Nec sane ullam esse de hoc anno apud veteres discordiam observavit apud *Laertium Menagius*. Quod sane verissimum est. Indigni enim sunt qui in contrarium audiantur nulla parium testium fide suffulti *juniores*. Hæc *Cato* è *Nearchi Tarentini* fide, qui ipse in amicitia *Populi Romani* permanserit. Intellegit, ni fallor, defectionem *Tarentinorum* sub *Hannibale* anno *Varr.* 541. vel 542. cum jam plusquam *vicenarius* esset ipse *Cato*. Ab illo igitur *Nearcho* acceperit *Cato* quæ hoc in loco refert, de colloquio *Archytæ* cui interfuerit ipse *Plato*. Sed ut videtur à *grandævo* ipse *adolescens*. Sed vero *Nearchus ipse*, inquit apud *Ciceronem* *Cato*, se à *majoribus natu accepisse* dicebat. Factum nempe ipsum à *coævis* facto testibus, non è suis tantummodo *ratiociniis*, neque è retrogradis *Annalium supputationibus*. Fuerit ergo *Nearchus* cum *Tarentum Annibali* proderetur, *septuagenarius*. Sic *natus* fuerit anno *Varr.* 472. Hoc anno

H h h h

anno



anno si Patrem *quinguenarium* habuerit; potuit plusquam *vicenarius* ipse *Nearchus Patrem* audire de hoc Colloquio differentem quæ ipse à *Nearchi* avo coævo, vel avus ab atavo coævo didicerit. Colloquii autem *tempus* per *COSS.* ipsi illi designasse videntur *Nearchi majores*, cum jam recepta esset illa *domesticæ Chronologiæ* supputatio. *Tempus* certe, quo ipse cum *Nearcho* rem habuerit, *Cato* ipse libidem indicat, cum scilicet *adolescens Tarenti* adesset cum *Q. Fabio Maximo*, c. 12. annum scilicet quo *Tarentum* recepit *Fabius*, *Varr.* 545. c. 4. Huic satis apte quadrant ea quæ diximus. Hinc ergo supputatio *Varroniana* verissima omnium esse vincitur, & veras proinde fuisse, quas interpolavit, *annuas Dictaturas*. Eodem spectare arbitror quæ habet in *Chronico Eusebiano Hieronymus*, magis tamen, quam solet, accurate. *Ann. Olymp.* cix. i. ita scribit: *Romani, quum Samnitas duobus præliis cecidissent, universos confines qui à sua Societate discesserant, in ditionem pristinam redigunt.* *Annus Varronianus* 411. respondet *Olymp.* cix. $\frac{1}{2}$. pro dispositione *Varroniana*. Illo autem ipso anno *Samnites* à *M. Valerio Corvino COS.* iii. duobus præliis victos docet *Livius*. Idem addit *Livius*, hujus Belli fortunam ^a *Faliscos*, cum in *induciis* essent, foedus petere à Senatu coegisse, & *Latinos* à Romano in *Pelignum* vertisse Bellum. *Campanorum* deinde *Suessulanorumque* fuisse *legationes*, ut præsidium eo in *hiberna* mitteretur, quo *Samnitium* excursions arcerentur. Quæ sane eo spectant, ut confines in pristinam ditionem fuerint redacti. De *præliis* autem illius anni *duobus* disertata sunt apud *Livium* ^b *Valerii Corvini*, sequenti tamen anno, verba: *bis Cives suo ductu auspicioque legiones Samnitium fudisse, bis castra cepisse.* Idem *COSS.* si, pro *Epocha Catoniana* disponantur, *Olymp.* $\frac{109}{110}$. $\frac{1}{1}$. respondebunt, ut è nostris constat *Tabulis*. Annos porro *Capitolinos* 392. 393. 395. 396. 397. (qui iidem erant cum *Varronianis* 393. 394. 396. 397. 398.) certos faciunt *Triumphum* marmorum *Capitolinorum*. Annum 399. ipse *Livius*. Sed pro hypothésibus *Epochæ*, quam ipse est secutus, *Catonianæ*. Sic enim illum 400^m. ab *Urbe Condita* numerat rectissime, ut è nostris apparet *Tabulis*. Numerat porro ab *Epocha* receptæ à *Gallis Romæ* annum xxxv^m. Id quoque recte, ex iisdem *Tabulis*. Si enim annum *Urbis excisæ* 365. censeamus pro calculo *Catoniano*, qui *Livianus* est; sic erit *Urbis Conditæ* 400^{us}. ab *Excisæ* *Epocha* xxxv^{us}. Sin *Varroniano* more procedat supputatio ab anno *V. C.* 364. quo *Urbs direpta* est

a Liv. l. vii.
c. 38.

b Liv. ib. c. 40.

Seç. LXXXI.
Epocham hic
Catonianam se-
quebatur Li-
vius, Polybia-
nam Cornelius
Nepos.



est secundum *Varronianos*; annus inde xxxv^{us}. erit proinde *Varronianus* 399^{us}. Addit *Livius* (seu potius *Livii* numerum ita vitiauit *Librarius*) nonum fuisse annum ablati à Plebe *Consulatus*. Sed jamdiu viderunt Eruditi alienam à mente *Livii* illam fuisse lectionem, & facili errore è notarum Romanarum ix. pro xi. transpositione oriundam. Hoc sane spatium est ab anno *Varr.* 388. *Cap.* 389. ad ann. *Varr.* 399. *Cap.* 400. Notanda hic sunt quæ de *Alexandri M. ortu* scribit *Solinus*. *Oritur* (inquit) *ut Nepos tradit, M. Fabio Ambusto T. Quintio Capitolino COSS. anno post Romam Conditam cccxcv.* Hæc, quia nondum ab Eruditis intellecta sunt, proinde breviter explicanda sunt. *Nepos Polybianam* sententiam de *Urbis Conditæ* Epochâ secutus est, quæ scilicet *Urbis Natalem* in *Olymp.* vii^o. 2^m. annum contulit, ut nos docet ipse *Solinus*. Inde factum ut tribus quidem annis, *Consulum* autem jugis duobus discrepârit à *Varroniana*. Primum enim annum in *Regum* temporibus perdidit *Polybius*, & proinde *Nepos*, quibus annos concesserat duntaxat 243. Itaque annus *Nepotis* 395. idem erat cum *Varroniano* 398. Non scilicet meminerant, qui ita supputabant, unius anni *COSS.* lucratos esse *Polybianos* in *Decemvirorum* anno tertio. Anni autem *Varroniani* 398. *Consul* erat idem *M. Fabius Ambustus*. Cum collega tamen (inquies) alio, non *T. Quintio Capitolino*, sed *M. Popilio Laenate*. Fateor equidem. Sed nescio quis alius junior, quod erat in Epochâ *Varronianâ* verissimum, de anno 398. hoc idem transtulit imperite ad annum *Catonianum* 398. qui *Varronianus* erat 400. Inde factum ut *Consules* etiam anni *Varroniani* 398. & 400. (quod annum eundem crediderit) ipse etiam invicem confuderit. Hoc verum fuisse docet ipse *Livius*, qui ad ann. *Varr.* 400. ita habet: ^{a Liv. L. vii.} *In quibusdam Annalibus pro T. Quintio M. Popilium COS. in-* ^{c. 18.} *venio. Anni 398. Varr. Cos. Popilium ad ann. Varr. 400. illi retulerant Annales. Quidni ergo vicissim anni Varr. 400. Consulem T. Quintium Capitolinum ad ann. 398. retulerit Solinus?* Novum & hoc exemplum est erroris, quem diximus in antiquis Annalisticis fuisse frequentissimum, quo, propter Epocharum non observatas discordias, *Consulatus* etiam, si præsertim cognomines occurrerent, invicem permiscerent. Plane simile jam observavimus ad ann. *Varr.* 428. quo *Papirium* alii *Mugilani*, alii *Cursorem* *COS.* teste *Livio*, retulerint *Annales*. Nempe illos anni 423. & 428. *Consules Papirios* confudisse verissimilimum est, quorum alius *Cursor* fuerit, alius *Mugilanus*. Hoc

H h h h 2

certum



certum est cum *COSS.* anni *Varroniani* 398. qui *Olymp.* $\frac{105}{106} \cdot \frac{4}{1}$.
respondent satis apte convenire Principis Maximi *Natalem*.

Sect. LXXXII. Inde facilis procedit Chronologia ad *Anarchiam* Curulium
Magistratum Tribunorumque Plebeiorum seditionem. Tum
vero dubia, & Chronologorum discordiis ambigua. Itaque
operæ pretium ut eam pro virili nostra explicemus. Coepit
ergo *Seditio* illa à primo *Licinii* & *Sextii* Tribunatu. Nec
enim certe licuit Curulium Magistratum *Comitiis* antea in-
tercedere quam ipsi fuissent in *Magistratu*. Erat ergo ante
Anarchiam primus illorum *Tribunatus Plebeius*. Et tamen an-
te *Anarchiam* proximus, ut è *decennii*, quo *Tribunatu* functi
sunt, commissione mox constabit. Sed quibus demum *Tribu-
nis* *militaribus* *Consulari* *Potestate* præditis? Nullis certe eorum
qui annum habent in recentiorum *Fastis*. Alios habet hoc
ipso in loco *Diodorus*, qui *Anarchiam* proxime præcesserint,
iv. L. *Papyrium*, L. *Menenium*, Ser. *Sulpicium*, Ser. *Cornelium*.
Ita annum integrum lucrabimur, sed rationibus *Chronologicis*
plane necessarium. Ut proinde mirer cur aliis potius in lo-
cis, quibus nullus esse potuit, illum frustra quæsierint. Erat
autem hic annus in *Epocha*, quam sequitur *Plinius Varronia-
na*, 378. Proximum enim, qui erat *Anarchiæ* I^{us}. *Tribunatus*
autem II^{us}. 379. numerat ipse ^a *Plinius*. Scio quidem nume-
rum *denario* minorem in hodiernis obtinere *Plinii* *Codicibus*,
369. Sed corruptum esse & certum est, estque apud *Erudi-
tos* in confesso. Imo locus ipse *Plinii* manifestissime convin-
cit. Numerat enim inde ad annum quo scripsit ipse, annos
b *Plin.* XXVIII. 450. Rotundo numero. Scripsit enim anno ^b *Varroniano* 830.
Et tamen accurate, si unicum illum, quo scripsit annum ex-
ceperimus. Hunc interim annum *Varr.* 379. agnoscit ipse
fuisse *sine Magistratibus*, quibus superior aliquis carere non po-
tuit. Tenuit autem *Anarchia* illa per *quinquennium*, teste ^c *Li-
vio*. Longe magis audiendus quam qui *quadriennium* dun-
taxat agnoscunt, juniores, *Eutropius*, *Festus Rufus* & *Cassiodo-
rus*. Imo magis quam coævus, paulo tamen fortasse senior,
Diodorus qui plusquam unum *Avaxias* annum non habuit ex-
ploratum, rerum profecto *Romanarum* imperitissimus. Sic erit
annus *Avaxias* ultimus, *Varronianus* 383. *Tribunatus* autem VI^{us}.
Curulium Magistratum *Comitiis* infensi. Sequuntur deinde
rursus *Tribuni* *Militares* *Consulari* *Potestate*, quorum *secundos*
anni *Varroniani* 385. cum *Tribunatu* *Sextii* & *Licinii* *Plebeio*
d VIII^o. *tertios* autem anni *Varroniani* 386. cum *Tribunatu* eo-
rundem

^a *Plin.* N. H.
L. XVI. C. 44.

^b *Plin.* XXVIII.
I.

^c *Liv.* L. VI.
C. 35.

^d *Liv.* L. VI.
C. 36.



rundem ^a Plebeio ix^o. committit ipse Livius. Sed *decimum re-* ^a Liv. ib. c. 39.
fectos eisdem Plebis Tribunos docet ^b Livius. Concurret ergo ^{40.}
 annus ille *Tribunatus Plebeii* x^{us}. cum *Tribunis Militum* anni ^b Liv. ib. c. 42.
Varroniani 387. sub quibus *Dictaturam Camilli* v^{am}. statuit ^c Li- ^c Liv. ib. c. 38.
vius. Et quidem ita ut *insequentem* illum annum agnoscat post
Dictaturam ejusdem *Camilli* iv^{am}. quam cum ix. *Plebeiorum* ^d Tri- ^d Liv. ib. c. 39.
bunatu ipse commiserat, *medio* certe inter viii^m. & x^m. quo- ^{40.}
 rum disertam ipse mentionem fecerat. Et quidem ita ut iv^{am}.
Dictaturam *Tribunatus* viii^{us}. proxime *præcesserit*, x^{us}. eandem
 proxime fuerit *subsecutus*. Proinde ante anni *Varr. 387. finem*
 ne quidem *Comitia Consularia* esse poterant, quibus designaretur
Consul Plebeiorum primus, idem ille *L. Sextius* qui jam fue-
 rat per *decennium* *Tribunus*. *Consulatus* autem ipse anni fuerit
Varroniani 388. Nihil his opinor esse potuisse manifestius,
 saltem pro rationibus *Livianis*. Illum ergo Auctorem non
 potuit in eo habere *Cassiodorus*, quod annos tantummodo iv.
 fuisse crediderit, quibus potestas *Consulum Tribunorumque cessã-*
rit. Et tamen ita scripsit certe *Cassiodorus*. Ab ultimis enim
 anni *Varroniani* 362ⁱ. ad primi *Consulis Plebeii* designationem
 annos numerat xxiv. *Tribunorum* scilicet *Consulari Potestate Mi-*
litarium annos xvii. *cessationis* iv. denique iii. *Tribunorum* rur-
 sus *Militarium*, qui summam prædictam conficiunt accuratiffi-
 sime. Deest autem in hac etiam summa annus *Anarchiæ* v^{us}.
 Et male ante *Anarchiam* numerantur anni *Tribunorum Milita-*
rium xvii. cum fuerint tantummodo xvi. Imo, si prætermi-
 tantur illi quos Nos è *Diodoro* reposuimus, duntaxat xv. Male
 rursus post *Anarchiam* iii. cum fuerint revera iv. Eandem ta-
 men supputationem agnovit *Eutropius*, & *Rufus Festus*, & *Ida-*
tius, & in *Tacito Vopiscus*, & *Zonaras*, quos proinde verisimile
 est cum *Cassiodoro* in numero *Tribunorum Militarium*, qui *Anar-*
chiam præcesserint, consensisse, ut in ipsa consentiunt *Anar-*
chia. Non ergo temere, sed *veterum* aliquo præeunte, in hos
 numeros incidit *Cassiodorus*. Fortasse *Fabio Pictore*. Deest enim
 illi quoque hoc ipso spatio *annus*. Censet enim ad annum
 quo ex *Plebe* *Consul* alter factus est, annos post *Urbem à Gallis*
 captam tantummodo xxii. Verba ipsa *Fabii* huc spectantia
 servavit ^e *Gellius*. Ad hunc tamen eundem annum quo *Dicta-* ^e Gell. v. 4.
turam v^{am}. gessit *Camillus* annos xiiii. numerant *Plutarchus* at-
 que *Polyænus*, veri numeri vestigia duntaxat indicantes xxiiii.
 Hinc ergo annum ipsum discimus quem prætermiserit *Fabius*,
Anarchiæ scilicet v^{um}. *Anarchia* autem denota, recte habet nu-



merus annorum quibus præfuerint *Tribuni Consulari Potestate Militares*, ab ann. *Varr.* 362. ad ann. *Varr.* 387. quod fuerint in uniuersum xx. Qui tamen numerus verus esse non potest nisi veniant in censum *Tribuni Militares* quos nos è *Diodoro* reposuimus. Vestigia item veritatis habemus in *Fastis Cuspi- nianis*, quæ quidem licet in tanta *Scriptoris* imperitia. Ad numerum præstantissimi *Norisi* 380. legimus *Bacho solo*. Rur- sus ad ann. 384. *Mamertino & solo*. Finxit enim *Auctor Con- sules* tam in annis *Anarchiæ*, quam in annis *Tribunorum Milita- rium*, quorum proinde duos aliquos semper è reliquis excerpfit. Voce ergo *solo* illos ni fallor annos designavit quibus tenuerint, sine *Curuli Magistratu Tribuni Plebis soli*, quos adeo v. fuisse discimus è nota illa quam *primo* *Anarchiæ* anno *ultimo- que* apposuit. Examuffim, pro hypothesibus *veris* atque *Li- vianis*. Annus ergo numeri *Norisiani* 379. ante *Anarchiam* *proximus* est, quo legimus *LANATO III. ET PRÆTEXTA- TO*, ad *Tribunos Diodorianos* utique referenda. Respondent certe *antecedentia & sequentia*. Hinc intelligimus anno *Varr.* 378. *Diodori L. Menenium* cui hic *Lænat* cognomen addit fu- isse *Trib. III.* Admodum opportune. Quippe cujus *Tribuna- tum I^m*. habeamus ann. *Varr.* 367. *II^m*. autem ann. *Varr.* 374. *III^m*. præterquam hoc in loco nullibi. *Prætextati* cognomen tam *Papirio Diodoriano* convenire potuit quam *Sulpicio*. Est autem hoc *Seculo* in *Sulpicia* gente longe frequentius. Sunt tamen quæ diximus certa, pro rationibus *Livianis*, & *decennii* in *Tri- bunatu*. *Citius* inire non poterant *Tribuni*, cum causam ipsam cur *Tribunatum* ambierit *Licinius*, *Livius* ipse narret anno *Varr.* 377. Imo ab uxore *Sulpicii Tribuni Consulari Potestate Milita- ris*, Imo ab ipso ejus *Tribunatu*, oriebatur. Proinde *primus Tribunatus* annus anno *Varronian* 378. *antiquior* esse non po- tuit. Ergo *inierint* *Tribuni illi Plebei* mense *Decembri* illius anni 378. *Prima* ergo *Comitia Consularia* quibus intercesserint anni fuerint *Varr.* 379. cujus *Kal. Quintilibus* *Consules*, si qui fuissent, erant *inituri*. Et ne quidem *post* annum *Varr.* 387. cum iniret *Consulatum Sextius*, superesse potuit pars aliqua *de- cennis Tribunatus*. Nondum quidem constitutum, quod postea ann. *Varr.* 412. receptum est, ne quis *eodem* anno ^a *duos* *Ma- gistratus* gereret. Jam tamen *invidiosa* esse coeperat ipsa to- ties repetita *Tribunatus iteratio* passim in *Patriciorum* jurgiiis exprobrata. Jam *Tribunos* ipsos ceperat illius *verecundia*, in artem tamen *Tribunatus aucupandi* conuersa. ^b *Negabant sibi velle*

a Liv. L. VII.
c. 42.

b Liv. L. VI.
c. 39.



velle continuari honorem, & negando acerrime accendebant ad id, quod dissimulando petebant, Plebem. Pace autem inter ordines facta, impetratisque quæ Plebis nomine postulabant, jam nihil habebant ultra quod obtenderent, seu boni Publici, seu sui, causa majorem *Tribunatu* honorem *Consulatum* ipsum consecuti. Certus ergo est annus *Varronianus* 388. quo *Consulatum* ipsum gesserit *Sextius*. Certus item annus 389. quem ab excisa *Urbe* xxv^m. numerat ipse ^{a Liv. L. vii.} *Livius*. Certus denique annus ^{c. i.} *Varronianus* 399. quem numerat ipse 400^m. & ab *Urbe excisa* xxxv^m. & à primo *Plebeio Consule* xi^m. Ut nullus proinde esse possit locus anno per *Dictatores* supplendo, saltem secundum rationes *Livianas*. Et ne quidem, pro *Varronianis* seu *Capitolinis* rationibus erit necessarius, si quidem v. *Anarchiæ* annos cum *Livio* agnoverint. Imo ne quidem pro *Fabii* hypothesebus qui numeravit annos illos tantummodo quatuor. Post *Dictaturam* enim illam, cum primus *Consul Plebeius* crearetur, adhuc abfuisse illius rationibus annum v^m. *Anarchiæ*, ostendit numerus illius annorum xxii. à *capta Urbe* ad *Consulem Plebeium*. Itaque nec supplevit annum illum *Fabius*, nec vidit quomodo supplendus esset, qui nisi annos *Fastis Varronianis* pauciores numerasset, *Urbs* Epocham statuere non potuit tanto, quam fecit *Varro*, feriolem. Tam vero non deest annus ille rationibus *Varronianis* aut *Capitolinis*, ut fuerit, si adderetur, redundaturus, proinde alio aliquo in loco eximendus. Sed à *virgulis* superne & inferne *media* etiam in *linea* additis Argumentum ducit *Onuphrius*, quasi illas dedita opera addidisset Auctor ut ab aliis annis fecerneret duos illos *Onuphriani* anni *Dictatores*. Sed non est adeo, quam credidit *Vir Magnus* certum ad *annorum* distinctionem illas spectare *virgulas*. Præsertim cum ad alios referuntur quam qui pro more *annis* præerant *Magistratus*. Quinta certe *Camilli Dictatura* similiter *virgulam* habet *mediam* post illos *Tribunos Militares* quorum tamen anno *Dictaturam* obiisse certum est. Id ergo potius voluisse videtur *Fastorum* Auctor, ut ab *annuis* Magistratibus *Dictatorum* nomina per *virgulas* separaret, quam ut *annos* ipsos, *mediis* præsertim, quales hic habemus, *virgulis* limitaret.

Hinc ad annum *Urbs* à *Gallis excisæ*, quot fuerint anni, pro mente saltem *Livii*, satis è prædictis summis annorum ad annum *Varr.* 389. xxv. & ad ann. *Varr.* 399. xxxv. manifestum est. Et nullum plane locum reliquum repertus à nobis annus

Sect. LXXXIII.
Camilli post Ur-
bem captam Di-
ctatura ne qui-
dem potuit esse
annua.



nus Varr. 378. *annuæ Camilli Dictaturæ* facit, quæ tamen placuit Viris Eruditissimis. Sed nihil est necesse ut alium annum ab anno *captæ Urbis* illum statuamus quo ad *exitum* perducta est *Camilli Dictatura*. His *Livii* verbis causam suam tuentur: *Neque eum abdicare se Dictatura, nisi anno circumactō, passi sunt.* Sed *anni circumacti* nomine frequentissime intelligit ^a *Livius* anni (in quo versatur) *exitum*, non *alium* aliquem, aut ejusdem anni *integrum circuitum*. Illud ergo volebat *Livius*, non, pro recepto more, *semestrem* tantummodo fuisse *Camilli Dictaturam*, sed ad annum *elapsum tenuisse*, cum tamen creatus fuerit *Dictator* plusquam *sex* ante finem anni *mensibus*. Ita certe intellexit ^b *Plutarchus* cujus hæc sunt verba: *Ἐκ τῆς Φοβηθείου τῆς Θόρυβον ἢ Βελή, τῆς μὲν Κάμιλλον ὅτι εἶατο Βελόμην ἀποδέσσει τὴν δεξιὰν ἐντὸς ἐνιαυτῆ, καίπερ ἐξ μῆνας ἑδάμῳς ὑπερβάλλοντος ἐτέρης Δικτατόρων*. Hoc ergo in illo *singulare* observavit, quod *sex menses* primus ille, quos nemo ante illum alius *Dictator*, excesserit. Idque sane ita fuisse verisimillimum est. Ipso enim *mense*, quo tunc *inibant* annui *Magistratus*, *Quinctili*, victi ad *Alliam Romani*, xv. *Kal. Sextiles*. Mox inde *Urbem* attigerunt, *haud multo* (inquit ^c *Livius*) *ante Solis occasum*. *Romam* deinde tenuerunt per *septem menses* antea quam à *Camillo* fugarentur. Ad *mensem* scilicet, ut vult *Plutarchus*, *Februarium*, qui erat à *Quinctili* *revera vii^{us}*. in anno *communi*, qualis hic erat pro nostris *Varronianis* hypothesebus, quæ proinde obiter rectius se, quam *Catonianæ*, habuisse confirmantur. Sed interea factus est *Camillus Dictator* ante *Decembrem* certe, ut videtur, *elapsum*. Potuit multo *citius*, ægre autem *serius*. Sic autem *menses* plusquam *sex* superfuturi erant ad anni *exitum*. Atque ex hac plusquam *semestri Dictatura* exemplum, ni fallor, emanavit *Dictaturarum* in *Epocha* etiam *Varroniana annuarum*. Sed vero tam longe aberat hoc in loco *Livius* ab *annua Dictatura* hoc in loco asserenda, ut ne quidem illas, quæ veræ tales erant, agnoverit; ut hoc in loco nullam admittere potuerit. Ait ^d *Livius*, *Comitia in sequentem annum Tribunos habere quorum in Magistratu captæ Urbis esset, non placuisse*. Inde factum, ut *res ad Interregnum redierit*. Loquitur omnino de anno illo qui proxime sequebatur *Tribunos* illos quorum *Magistratu Urbem Galli* ceperant, *Comitiis* enim nullis præesse poterant præterquam iis quæ, nondum abdicato *Magistratu*, essent habenda. Nec ulla *his* temporibus *Comitia* legimus nisi *Magistratum* anni proxime *secuturi*. Quod si annum *medium* tenuisset

a Liv. L. vi.
c. 38. L. ix. c. 22.
L. xxx. c. 39.

b Plutarch. Camill.

c Liv. L. v. c. 39.

d Liv. L. vi.
c. i.



tenuisset *Dictatura*, nihil profecto cum *tertio* à capta Urbe *Tribunatus* Comitibus commune habituri erant *Tribuni* illi qui, cum caperetur, jam antea *inierant*. Jus *Comitiorum* illorum solus potuit habere *Dictator*, non *Consulares* illi *Tribuni* qui anno superiori *ejuraverant*. Nec verisimile est *Dictatorem* sine *Comitiorum* jure creaturos, si nullus alius fuisset in Rep. Magistratus jure *Comitiorum legitimo* instructus. Ita enim abhorrebant ab *Interregnis*, ut hac ipsa *Comitiorum* causa *Dictatores* sæpe fecerint. Addit præterea *Livius Q. Fabio, Ambusto* scilicet, simul primum Magistratu abiit, ab *C. Marcio Tribuno Plebis* diem esse *dictam*, quod legatus in Gallos, ad quos missus erat Orator, contra jus gentium pugnasset. Proxime nimirum ante *Interregnum*, quod locum habere non potuit dum quid superesset anni Magistratum legitimi. Sequitur deinde *Interregnum*, in quo secundam vicem obtinebat *Camillus, Interrex* jam, non autem amplius *Dictator*. Nullus ergo annus medius esse potuit inter annum *Fabii Ambusti* & *Tribunos* alios à *Camillo* creatos *Interrege*. Idem denique ^a *Livius*, intra annum novam Urbem ^{a Liv. ib. c. 4.} *stetisse* scribit. Subjungitque: *Exitu anni Comitibus Tribunorum Militum Consulari Potestate habita*. Facile inde intelligimus anno exeunte, annum illum, de quo loquitur ibi *Livius*, ad exitum devenisse. Est autem annus, quo hæc scribit, à capta Urbe proximus. Nihil itaque juvabit *Pighium* à qua demum anni parte novæ Urbis arcessatur exordium. Demus vel anni coepisse *fine*. Sic tamen sequentis anni *fine* ipse quoque finietur, nec ullum supererit spatium anno, quem comminiscuntur *Viri docti, Dictatorio*. Denique nec illud invalidum est quod objecit *Marlianus*, si præter *Dictaturam*, ipso captae Urbis anno gestam, aliam habuisset sequenti anno *Camillus*; fore omnino ut numerum *Dictaturarum* augetet secundi anni illa *Dictatura*, & vi. adeo in universum obiret *Dictaturas*, quod tamen monumentis, quæ habemus, omnibus adversum est. Nec enim satisfacit quod ait *Pighius* obstitisse, quo minus numeraretur, continuationem, quod inter priorem posterioremque *Dictaturam* nunquam *Camillus* in privatum hominem redierit. Fieri quidem hoc potuit, si uno eodemque decreto utriusque anni *Dictaturam* accepisset. Sic enim in *perpetuis Sullæ* *Cæsarisque Dictaturis* nulli deinceps numerantur anni. Sed quoties nova erant de *Dictaturis* decreta, toties certe ad *Dictaturæ* numerum fieri solebat accessio, seu continuæ fuissent *Dictaturæ*, seu interpolatæ. Ita certe numerari videmus *Cæsaris Dictaturas*



annuas, quantumlibet continuas. Ante *Cesarem* vix puto exemplum esse *Dictaturæ*, eo quem modo explicavi sensu, *continuis*. In iis tamen, quos legimus, *continuis Magistratibus*, nunquam obstitisse videmus, quo minus *numerarentur*, quod fuissent *continui*. In *Consulatibus continuis* numeri occurrunt in *Fastis* certis frequentissimi. In ipsis *Fastorum Consularium* exortres numerantur *continui Valerii Poplicolæ Consulatibus*, quorum tamen unus erat tantummodo *suffectus*. Idem in *Tribunis Consulari Potestate Militaribus* passim occurrere videmus. In primo *Dictaturæ*, de qua agimus, *decreto*, non erat profectum quam solebat esse, diuturnior, non scilicet *semestri* major. Innuunt hoc tam *Plutarchus* quam etiam ipse *Livius*, dum *permissum à Senatu Camillum* testatur ut infra limites legum *abdicaret*. Novis ergo *auspiciis* opus erat & novo *Senatusconsulto*, ut *Dictatura* in sequentem annum prorogaretur. Quod aliqua fuissent, vix est quod dubitemus quin *Dictaturarum numerum* fuerint auctura. Eodem autem anno, ut *ultra terminum* solitum prorogarent, satis erat *penam non abdicate* attisper *remisisse*. Sic tamen ut *auspicia annua & Senatusconsultorum vim* solitam nihilominus minime violarent. Et ita se res, ni fallor, habuit.

Sect. LXXXIV.
Natalem *Aristotelis* anno
U. C. 370. statuit *Gellius*.
Pro Epocha scilicet *Varroniana*.
a *Gell.* Noct. Att. L. xvii. c. 21.

Hoc spatium concluditur annus quo *M. Manlius Capitolinus* convictus consilii de Regno occupando neci datus. In quo anno addit illa *Gellius*: *Eoque ipso anno qui eripueratam Urbem septimus, Aristotelem Philosophum in memoriam mandatum est*. Annus, quo poenam *Manlius Livius, Varronianus* erat 370. *Sextus* erat ab anno U. C. 364. quo *Urbs à Gallis excisa* est. Hic necessarius debetur annus prædictus *Dictaturæ* ut impleatur *Manlius Livianus*. Ita quidem si annus ipse *reciperate* pariter excise *Urbis* excludendus sit. Non autem si is ipse numeretur, quo numerat exemplo non *Livius* modo quoque, præter *Livium*, veteres. Sed *Varronianis Olympiadibus* committatur oportet, ut verum esse *Aristotelem* eodem anno fuisse natum. *Aristotelis* enim ad *Olympiadis* xcix^æ. annum primum referunt tamen quam *Dionysius* etiam *Halicarnassæus*, & *Suidas*. In enim hic annus *Varr. 370. Olymp. 98. 4.* Tribus discrepabit, si illi *Tribuni Militares cum Græcis* pro methodo *Catoniana*. Sed pro situ *Varronianæ Romanus* fere totus *Olymp. xcix^æ. anno primo* reser-



natum fuisse diximus *Aristotelem*. Cum scilicet mos esset jam receptus ut à *Kalendis Julis* inirent *annui Magistratus*. Itaque hic etiam exemplum habemus quanto propius ad *veritatem* accesserit dispositio *annuorum Magistratum Varroniana*.

Ante Urbem excisam spatia ita multa tam apte respondent, nullus plane ut supersit anni novi *interpolandi locus*, vel *eximendi*. *Spatia Cassiodori* annorum xvii. quibus tenuerint *Tribuni Consulari Potestate Militares*, tum *Anarchiæ* iv. denique *Tribunorum tres*, si pro *Livianis* rationibus uno *Anarchiæ* anno augeantur, xxv. annos conficiant inter *COSS.* anni 362. & *Tribunos* anni 387. sub quibus designatus est primus è *Plebe Consul Sextius Lateranus*. Ita certe pro mente *Livii*. Tum inter captos à *Camillo Veios* Urbisque *Romanæ* ipsius *excidium* sexennium interponit ^a *Cicero*, qui Epocham *Urbis Conditiæ* sequitur eandem fortasse quam *Livius*, nempe *Catonianam*. Recte ^a *Cicer. L. i. de Div. c. 44.* Totidem enim elapsi sunt inter anni *Varr. 358ⁱ. & 364ⁱ. Tribunos*. *Veiorum* obsidionem sub *Tribunis* anni 349. ponit ^b *Li-* ^b *Liv. L. iv. c. 61. L.v. c. 22.* *vius*. Inde ad expugnationem *decem* numerat *Æstates Hyemesque continuas*. Id quoque examussum. Post concessas xx. annorum ^c *Inducias*, quæ etiam ipsæ coeperint ab anno *Varr. c* ^c *Liv. L. iv. c. 39.* 329. Inde intelligimus quo pacto idem *Livius* intelligendus ^c 39. fit cum anno 347. ait ^d *tempus induciarum cum Veienti Populo* ^d *Liv. L. iv. c. 58.* *exisse*. Constat enim *captas* anno 329. *exire* ante ann. 349. ^c 58. ne quidem *potuisse*. Quod sane cum novo Bello convenit, quod anno 349. inierit. Itaque de *propinquo* induciarum *sine* legatio illa intelligenda est, non de *induciis* penitus *elapsis*. Ut nempe *Veientes* tentarent quo animo essent in *Pacem*, cum anni sequentis 348ⁱ. initio Bellum redintegrare liceret. Nul- lum autem hic fuisse, quo *annus* interponeretur, hiatum, ex alio *Livii* spatio manifestius evincitur. Licuit quidem ab ini- tio *Tribunos militares Consulari Potestate* è *Plebe* designare. Hæc erat ratio cur illos *Consulibus* per tot annos anteposuerint *Plebei*, quod non interim licuerit *Consules* alios facere quam *Pa- tricios*. Cum enim impetraretur ut *Consules* etiam liceret ha- bere *Plebeios*, *Tribunos* deinceps *Consulari Potestate* nullos un- quam legimus. Quanquam autem *Tribunos Militares Plebeios* creare concessum fuerit: ea tamen erat *Plebeiorum* modestia ut ante annum *Varr. 354^m*. *Plebeium* neminem *Tribunum Con- sulari Potestate Plebs ipsa* designarit. Illo demum anno *P. Li- cinius Calvus* illo honore ornatus est, *usurpandi juris causa*, in- quit ^e *Livius*. Inde constat *primum* fuisse, quod antea *jus* non ^e *Liv. L.v.c. 12.* fuerit



a ap. Liv. ib.
c. 18.

b Liv. L. vi.
c. 37.

c Liv. L.v.c.47.

fuerit *usurpatum*. Imo hoc agnoscit apud *Livium* idem ipse *Licinius*, se ^a *PRIMUM* fuisse è *Plebe Tribunum*. Sed vero annum illum à *primis* illiusmodi *Tribunis XLIV^m*. numeravit *Livius*. Verba ejus in hanc sententiam satis diserta sunt, cum tamen alio in loco posita vixdum fuerint ab Eruditis intellecta. En illa: ^b *An jam memoria exisset, cum Tribunos Militum idcirco potius quam Consules creari placuisset, ut & Plebeis pateret summus honos: IV. & XL. annis neminem ex Plebe Tribunum Militum creatum esse?* Et ne dubitemus ad illum, quem dixi, annum hæc verba esse referenda, addit deinde, paucis interpositis: *Nunquid enim socordius, aut segnius rempublicam administrari post P. Licinii Calvi Tribunatum, qui PRIMUS ex Plebe creatus sit, quam per eos annos gesta sit, quibus, præter Patricios, nemo Tribunus militum fuerit? Quin contra Patricios aliquot damnatos post Tribunatum, neminem Plebeium.* Intelligit nimirum *Sergium & Virginium Tribunos Patricios* qui occasionem dederint anno 354. *juris tandem usurpandi*. Mirum est hæc tam manifesta Virorum Maximorum fugisse diligentiam. Hinc ergo constat, annum quo *Tribunus* ille factus est è *Plebe P. Licinius Calvus*, à *primis Consularibus Tribunis XLIV^m*. numerare *Livium*. Sic & à *Consulibus* anni *Varr. 345ⁱ*. ad *COSS.* anni 361. *quindecim* numerant *Idatius* atque *Livius*. Ita spatia ipsa excludunt annum quem ann. *Varr. 334.* inserit *Sigonius*. Eum agnoscit ipse *Capitolinis* rationibus adversum. Sed quæ diximus satis, ut opinor, evincunt, ne quidem admitti annum illum potuisse pro hypothefibus *Livianis*; cum tamen, præter *Livium*, veterum neminem alium *Vir Maximus* sententiæ suæ astipulatorem advocarit. Nec alias à *Livianis Varro-nianas* etiam fuisse rationes, è *Fastis* colligimus, qua quidem integri sunt, *Capitolinis*. Etiam anno *Captæ Urbis Varr. 364.*

^c *Manlius Capitolinus* triennio ante *Consul* fuisse dicitur, qui scilicet *Consul* fuerat anno *Varr. 362.* Ita *Tribunorum* cum annis *Consularibus* nexus arctissimus est. Hinc ergo colligitur, plenos certe esse *Fastos* ad annum *Varr. 310.* quo primi præerant *Consulari Potestate Tribuni Militares*. Hinc enim exordium numeri prædicti annorum *XLIV.* antea elapsorum quam *Tribunus* hujusmodi *Militaris*, qui *Consulari* jure ornandus erat, è *Plebe* præficeretur. Ita scilicet ut is ipse annus *Varronianus 310.* quo primi erant in *Magistratu Tribuni*, *XLIV. primus* numerandus sit. Similiter enim anno *Varr. 354. primus* erat in officio *Tribunus Plebeius*, ut sit proinde annus ille è *XLIV.* numero excludendus.

Proxi-



Proximus ante illum annus suspectus est quo, post *Decem-* Sect. LXXXVI.
viros, Consulatum gesserunt *Valerius & Horatius.* Et sane hoc Post annum
in anno discedunt invicem *Epocha Varroniana & Catoniana.* Varr. 305. an-
Consulatum enim illum cum tertio *Decemvirorum* anno commit- num 3. De-
tebant *Varroniani,* ut præter illum *duos tantummodo annos in-* cemvirorum ad-
tegrus tenuisse crediderint *Decemviros.* *Catoniani* contra, tres à Varronians.
integros numerant *Decemvirorum.* Ita scilicet ut *quartus* ab
eorum initio numerandus sit quo *Consulatum* gesserint prædicti
Valerius & Horatius. Ita certe *Livius & Dionysius Halicar-*
nassæus. De *primis duobus* annis, quibus alii erant, præter *Ap-*
pium Claudium, *Decemviri* reliqui omnes, legitimis *Comitiis* de-
signati, nihil ambigitur. Sed *tertium* annum asserunt *Catoniani*
quo tenuerint *Appii* in 2°. *Decemviratu* collegæ, *Appii* *Decem-*
viratu tertio, collegarum 2°. per *vim* tantummodo, nec legi-
tima ulla designatione. Ab horum *secundorum Decemvirorum*
Magistratu *Senatum consulendi morem diu intermissum* observat
Livius cum novi orirentur in *Romanos* motus *Sabinorum &*
Æquorum, L. III. c. 38. prope annum c. 39. Tum multos men-
ses memorat *vacuæ Civitatis,* quibus *dubitatum* fuerit *justine Ma-*
gistratus summæ rerum præessent, c. 40. quos ad *tertium annum*
spectasse necesse est, cum de 2ⁱ. anni Magistratibus *justis* ni-
hil esset prorsus cur *dubitarent.* Adhuc apertiora sunt in hanc
sententiam verba *Horatii & Valerii,* cum ad *Plebem,* quæ jam
secesserat in *Aventinum,* mittendi essent. Negant se aliter itu-
ros, quam si *Decemviri* deponerent *insignia Magistratus ejus quo*
ANNO jam *ANTE* abiissent, c. 51. Hinc *Appii* impie nefa-
rieque per *BIENNIVM* *ausa* memorat *Virginius,* c. 56. qui ta-
men *primo Decemviratu* nihil *impium* admisit aut *nefarium.* Hinc
in *Valerii Horatiique Consulatu* ita *Livius:* *Nec cessabant Sabini*
feroces ab re PRIORE ANNO bene gesta laceßere atque instare,
c. 61. Alius ergo erat *priorque* annus ille *tertius Decemvirorum,*
quo rem bene gesserant *Sabini,* à *Consulatu Valerii & Horatii.*
Et sane *annum* illum addititium necessario exigunt verba illa
Livii in *Oratione Canuleii:* *Decemviros legibus scribendis intra*
decem hos annos & creavimus & è Republica sustulimus. Annus
quo *creati* sunt *Decemviri,* præcesserit oportet annos quibus in
Magistratu fuerint. Addantur ergo illi *tres* quibus tenuerint.
Sic *quartus* erit à *Creatione* annus quo *abdicarint,* *quintus* au-
tem quo *succeßerint Valerius & Horatius.* Inde *quartus* est
Consulatus quo hæc loquentem *Canuleium* introducit *Livius.*
Itaque à *Creatione* *nonus.* Sed caute *Canuleius:* *intra decem*



hos annos. Non quidem ut innueret *decimi* anni partem aliquam elapsam cum hæc concionaretur. Sed potius fortassis ut observaret spatium à *prima* Decemvirorum creatione non fuisse *decenni* majus. Tempora enim Reipublicæ fere *Quinquenniis* complectebantur. Quod scilicet *quinquennes* fuerint *Censorum locationes*, & *lustra* etiam *quinquennia*. Inde *vota publica* si Respublica in eodem statu fuisset per *Quinquennium* aut *Decennium*, diu ante *Imperatores*. Inde *lustrorum supputationes*, in ludis *Secularibus*, in *Indictionibus*, in hominum *ætatibus* designandis, potissimum *militaribus*, apud Auctores frequentissimæ. Id ergo forte voluit *Tribunus*, nondum secundum Reipublicæ *lustrum* elapsum à creatione *Decemvirorum*, non autem ut numerum annorum designaret accurate. Cum *Livio* convenit examuffim *Dionysius*, ne dubitemus quin ab eadem *Urbis Condite* Epochæ supputarint, nec alia illa quam *Varroniana*. Anno qui *COSS.* præcessit *Varr.* anni 301. annum *U. C.* 300^m. agnoscit. Inde manifestum est parium utrobique annorum tam in Epochæ *Varroniana* quam *Catoniana*, eisdem esse *Consules*, licet *biennio* toto invicem discrepent, qua conferuntur cum annis *Olympiadum*. Tam enim *Livius* quam *Dionysius* in eo cum *Varronianis* conveniunt, quod *Regum* annos numerent in univèrsum 244. Sic autem fiet ut illis, pariter atque *Varronianis*, annus *primorum Consulium Urbis* fuerit 245. Et similiter sequentes etiam annos respondere necesse est dum nulli occurrent *Consules*, quos Epochæ altera omittit, ab altera recensitos. Quare cum *COSS.* anni *Varroniani* 300. iidem sint cum *COSS.* anni *Catoniani* 300. vel inde manifestum est in *Fastis* utriusque Epochæ *Consularibus* nullos hucusque deficere *Consules*, vel redundare. Duo deinde legimus *Consulum* juga antea quam *primi* inirent *Decemviri*. Proinde mutatio Reipublicæ in *Decemviratum* anno tam *Varroniano* quam *Catoniano* convenit 302. Ita nimirum ut illo anno *exeunte* Comitia fuerint quibus *primi* designati fuerint *Decemviri*. Hinc intelligimus, quid sibi voluerit *Livius*, cum ait: ^a *Anno trecentesimo altero quam condita Roma erat, mutatam formam Civitatis ab Consulibus ad Decemviros.* Idem enim est *Livio* annus *trecentesimus alter* qui *Dionysio* *trecentesimus secundus*. Sic enim alibi *Livius* cum ^b *alterum annum Samnium* ait *novis consiliis fuisse turbatum*, intelligit *secundum* illum annum fuisse *novorum consiliorum*. Apertius illud est tam de hujus vocis usu, quam de *tertio Appii* anno testimonium: ^c *Decemvir in annum creatus,*

^a Liv. L. III.
c. 33.

^b Liv. L. VIII.
c. 17.

^c Liv. L. XI.
c. 32.



ALTERO anno se ipse creavit; tertio nec ab se, nec ab ullo, creatus, privatus fasces & imperium obtinuit. Hic enim annum alterum, qui tertium proxime præcesserit, intelligi videmus. Annus ergo Decemviratus tertius idem erit U. C. 305. pro Livii atque Dionysii Epochæ Catonianæ. Et quidem tertium Appii annum numerat^a Dionysius, qui idem fuerit cum secundorum Appii collegarum anno 2°. Idque sæpe apud illum in alterationibus videmus Decemviris objectum, secundis scilicet illis Appii Collegis, quod cum in unum annum Magistratum accepissent, tenuissent tamen ultra tempus à lege præscriptum. Hunc ergo tertium annum recte, pro hypothésibus Catonianis, cum Olymp. LXXXIII. confert Dionysius. Intelligit nimirum annum, pro more suo, Olympiadis primum desinentem in quem incidere Idus Maii Decemviris ineundo Magistratui solennes. Hinc ergo annum lucratur Epochæ Catonianæ qui deest in Varronianæ. Hunc annum quo filiam interfecit Virginus, qui Decemvirorum annus erat ultimus, LX^m. numerat à Regibus exactis^b Cicero. Si quidem ab anno quo Consules erant Lucretiæ Vir & Pater, sic recte, pro his ipsis hypothésibus, quibus favet ipse frequentius. Et quidem Consulibus illorum mentionem fecerat verbis proxime præcedentibus. Mox autem annus ille addititius Epocham Catonianam, quæ par antea fuerat, deinceps Varronianam facit auctiorem. Ait Livius^c Anno trecentesimo decimo quam Urbs Roma Condita erat primum Tribunus Militum pro Consulibus Magistratum inivisse. Esto hic Varronianus 309. & recte se habebit. Loquitur enim de inito, ut jam ostendi, non de gesto, Magistratu. Annum enim quo in Magistratu erant cum anno 3°. Olymp. LXXXIV^o. committit Dionysius, quæ nota est anni Catoniani 311. non 310. ut è nostris constat Tabulis. Et ex illa quoque Dionysii nota constat uno fuisse Epocham illam anno, quam solebat, auctiorem. Loquitur quidem dubie apud^d Dionysium Valerius cum annum illum addititium Catonianum 305. à COSS. anni Varr. 296. nonum numerat vel decimum, utrumque scilicet extremum includendo. Magis autem apparet hoc anno penitus elapso. A COSS. anni Varr. 295. ad COSS. anni Varr. 311. annos numerat idem^e Dionysius XVII. Quod ita demum verum erit, si annus ille, de quo dixi inferatur. Nullum certe anno Decemvirorum tertio apud Varronianos fuisse locum è Fastis colligimus Capitolinis, quos à Regifugio eosdem cum Varronianis fuisse diximus. Ibi triumphant anno Capitol. 304. tam Horatius quam Valerius, nempe Varr. 305.

Anno

^a Dionys. L. 2. fin. & L. xi. init. p. 684. 685. 689. 723.

^b Cicero. L. II. de fin. c. 20.

^c Liv. L. IV. c. 7.

^d ap. Dionys. L. XI. p. 701.

^e Dionys. L. XI. p. 737.



Anno scilicet à primis Decemviris tertio. Et tamen proculdubio *Consules*. Non certe sub *Decemviris*, quibus erant inimicissimi. Nec *Consulatu* jam *actō*. Primum enim qui *actō* honore triumpharit *Publilium* fuisse *Philonem* anno *Varr.* 428. monet ipse *Livius*. Triumphavit etiam ann. *Cap.* 310. *M. Geganius Macerinus* anni *Varr.* 311. *COS. Catoniani* autem 312. Idem etiam è reliquis constat *Consulatibus* quorum annus designatur in *Epocha* seu *Capitolina*, seu etiam *Varroniana*.

S. LXXXVII. Hoc ergo in loco primum est inter *Fastos Catonianos Varronianosque* discrimen. Novo autem discrimini ante *Epocham captæ à Gallis Urbis* locum vix ullum esse potuisse jam ostendimus. Et sane nullum fuisse discimus è *Dionysio*. A primis *COSS.* qui anno tenuerunt *U. C.* 245. secundum utrosque, tam *Varronianos* quam *Catonianos*, annos numerat ille ad annum qui *cladem Gallicam* præcessit *cxix.* ad annum vero *cladis ipsius*, *cxix.* Et quidem è *Censoriis Commentariis* è quibus vix est quod dubitemus quin *Epocham Urbis Condite* constituerit *Cato* etiam ipse *Censorius*. Convenit certe examuffim cum *Catone* ^b *Dionysius* in anno *Urbis Natali Olymp.* vii^æ. i^o. Erat ergo, pro utriusque rationibus, *annus ipse captæ Urbis à Condita* 365. *superior* autem *capta* 364. Convenit, ut dixi, *Livius* qui etiam ipse *captæ Urbis* annum numerat à *Condita* 365.

c *Liv.* L.v.c. 54. Ita certe loquitur apud illum ^c *Camillus*. Proculdubio accuratius quam quæ alibi numeris designavit tantummodo rotundis ^d 360. & prope ^e 400. Sed vero hunc eundem *excisæ Urbis* annum *Varronianis* 364. fuisse docet ^f *Plinius*. Verba ejus satis diserta sunt. Et tamen de sententia illius & sinceritate à nonnullis dubitatur. Immerito sane. Consentit enim accuratissime summa ejusdem *Plinii* inde ad incendium *Capitolii*, temporibus *Sullanis*. Ea est *annorum* 307. quæ ann. 364. adjecta annum *Urbis* conficiet 671. *Scipione & Norbano COSS.* sub quibus flagrâsse *Auctorem* habemus ^g *Tacitum*. Idem ergo discrimen hucusque pertinuisse certum est. Et *impares* adeo *Varronis* sunt *Consules & Catonis* à fine *Decemvirorum*. Imo adhuc *ultra*. Anno 379. *Urbem sine Magistratu Curuli* fuisse docet, ut jam vidimus, *Plinius*. *Varroniano* certe, non *Catoniano*. Est enim, ut jam probavimus (asserto anno 378. quem hactenus omiserant *Fasti*) 379. *Varr.* *Anarchiæ primus*, qui *Catoniano* 380. respondet in nostris *Tabulis*. *Catoniano* ergo 379. nulla adhuc erat *Anarchia*. Anno præterea *Varroniano* 389. *Camilli* mortem statuit ^h *Livius*. Sed anno post *Urbem excisam*

a *Liv.* L. viii. c. 26.

S. LXXXVII. Post *Decemviros* usque ad ann. *Varr.* 418. uno anno auctior *Varroniana* est *Epocha Catoniana*. Omissæ à *Catonianis* tres annuæ *Dictaturæ*.

b *Dionys.* L. i. p. 60. 61.

c *Liv.* L.v.c. 54.

d *ib.* c. 40.
e *ib.* c. 45.
f *Plin.* N. H. L. xxxiii. c. i.

g *Tacit.* Hist. L. iii. c. 72.

h *Liv.* L. vii. c. i.



excisam xxv°. ut vidimus, & proinde U. C. 390. pro mente Livii. Sic etiam COSS. anni Varr. 399. anno Epochæ suæ 400. assignat^a Livius, proinde Catoniana. Sic L. Papirium Crassum^a Liv. L. VIII. Dictatorem (quem Dictatorem dixit in III°. suo Consulatu T. Manlius Torquatus anni Varroniani 414. COS. teste Livio) ad annum tamen U. C. 415. refert^b Cicero. Pro iisdem rationibus, nempe Catonianis. Addit Cicero eundem Papirium Crassum quadriennio post Consulem fuisse cum C. Duilio. Proinde anno, si Ciceronem audiamus, Urbis 419. cum tamen COSS. illos anno U. C. 418. tantummodo repræsentent Fasti Varroniani. Hinc itaque fortasse corrigendum quod in eadem Epistola Consulatum L. Papirii Mugilani & L. Sempronii Atratini ad annum Urbis 312. retulerit Cicero. Spectant enim ad annum Varronianum 310. illi Consules, qui Catonianus erat proinde 311. Et sic fortasse numerus ille corrigendus est. Facilis tamen fuisset error, si ejusdem anni Tribunos Militares & Consules ad diversos Cicero referendos esse credidisset. Sic enim qui posteriores erant Consules anni fuissent Varroniani 311. & Catoniani proinde 312. Sic ipse potuit errare Cicero. Calculi autem Catoniani errorem non fuisse tam è Livio constat quam Dionysio. Fuisse qui Consulatum illorum illo anno nullam prorsus mentionem fecerint, fatentur ambo. Neuter autem fuisse innuit qui ad alium aliquem annum retulerit. Et ne patiuntur quidem ut referantur, numeri Catoniani à nobis modo prolati. Interim ex his exemplis manifestum est, ni fallor, ad annum usque Varronianum 418. in Consulibus per annos U. C. designandis uno anno post Decemviros Varronianis Fastis Catonianos esse auctiores. Postea autem, cum jam nihil esset de quo dubitaretur, in Fastis Consularibus; anni U. C. Catoniani Varronianis perpetuo biennio pauciores sunt. Idque sane postulabat exordium Epochæ Catoniana Varroniana Epochæ exordio biennio recentius. Hoc ut ita tandem eveniret, plane necessarium erat ut tres anni Varroniani, post prædictum tamen Varr. 418. à Catonianis omitterentur: Unus propter annum illum Decemvirorum à Catonianis numeratum, à Varronianis omissum: Duo autem alii propter originem Æræ Catoniana biennio recentiorum. Et quidem opportune admodum occurrit triplex illa Dictatura à Catonianis omittenda, ut ad situm debitum Epochæ Catoniana redigatur. Melius illa certe huc inferviet quam biennium illud Consulare cujus meminit tanquam à Pisone Censorio omissi Livius. Sed ad Epocham Catonianam nihil facere

K k k k

biennii



biennii illius omissionem, exinde intelligimus, quod numeret illos *Consules Livius ipse Catonianus*. Exinde etiam quod *triennium* ad æquandas *Catonianas* rationes necessarium, ut *omitteretur*, ostenderimus. Estque plane *triplex* illa *Dictatura* apta ad consilium detruncandæ Epochæ *Catonianæ*. *Triplex* & ipsa, pro numero annorum qui *jam* in Epochâ *Catoniana* redundabant. Et quæ facile præteriri potuerit à primis Fastorum conditoribus, cum non *solerent* annorum *integrorum* notæ esse *Dictaturæ*. Et quæ una eademque *ratione* omnis vel *admittenda* esset, vel *rejicienda*: Rejicienda illis quibus nondum exploratum fuisset exemplum *annuæ Dictaturæ*; admittenda autem illis quibus hoc compertum esset è bonis dignisque fide monumentis. Imo de *Facto* se rem ita habuisse verisimillimum est. *Dictaturarum* prædictarum *nullam* agnovisse *Livium* ostendimus, quem etiam *Catonianum* fuisse probavimus. Contra *Varronianos* agnovisse Fasti docent *Capitolini*, post *Reges* plane iidem cum *Varronianis*. Convenit denique, quod, ut in *annis*, qui has *Dictaturas* præcesserant, *anno auctiorem*, in eorundem *Consulum* designatione, Epocham *Catonianam* observavimus; sic postea *biennio minorem*, quam fuerit *Varroniana*. Jam dedimus hic exempla Epochæ *Catonianæ* uno anno ad annum usque *Varronianum* 418. *auctioris*. ^a Supra etiam dedimus exempla *deficientis* à *Varroniana* biennio Epochæ *Catonianæ* ad annum usque *Varronianum* 450. Hoc medio spatio *triennium* illud omissum fuisse necesse est.

^a s. 67.

S. LXXXVIII.
Refellitur sententia Cl. Rubenii de anno ante ann. Varr. 328. inferendo. b Ruben Ep. ad Wendelin. p. 302.

Hucusque ergo nullum *redundare* annum arbitror, vel *deficere*, in Fastis *Varronianis*. Movet autem suspicionem *Præstantissimus* ^b *Rubenius*, ne forte *defecerit* apud *Livium* annus quo *Consul* III^o. fuerit *T. Quinctius Cincinnatus Pennus* ante annum *Varr.* 328. quo factus est *Tribunus Consulari Potestate Militaris*. Sed ne quis *annus* illo in loco inferatur, pro mente *Livii*, obstat *numerus* ille *Livianus* à nobis jam supra observatus annorum XLIV. à prima *Tribunorum Militarium Consularium* constitutione anno *Varron.* 310. ad primum *Tribunum Militarem Plebeium* ann. *Varr.* 354. Tum deinde obstat locus ille *Livii* alius, quo *tertium* fuisse ait à *Consulatu A. Cornelii Cossi* annum, quo idem *Tribunus Consulari Potestate* factus est *Cornelius*. Jam enim supra ostendimus, pro more *Livii* rectius *tertium* annum appellari qui *unicum* habet *medium* quam qui *duos*. Hunc tamen locum ad contrarium probandum adduxit *Rubenius*. Dubius autem, si quidem fuerit ab illius manu nota *marginalis*.



ginalis. Fateor tamen *Quintii Consulis* mentionem occurrere paulo antea, qui de Bello in *Veientes* ad Populum retulerit. Et rursus anno sequenti *Tribunus militum Consulari Potestate Titus Quinctius Pænus* creari dicitur ex *Consulatu*. Sed tam *Quintii* nomen priori loco, quam verba ex *Consulatu* in posteriori, Ego ab aliquo parum attento *studio* fuisse arbitrator, vel *librario*, potius quam à *Livio*. Pacem enim cum *Veientibus* sub prioribus *COSS. C. Servilio Ahala, & L. Papirio Mugilano* violatam ipse docuerat hoc ipso in loco *Livius*. Imo sub *Consulum finem* qui illos quoque præcesserant. *Iras* enim in *Veientes* ad *COSS. Servilium & Papirium dilatas* scribit *Livius*. Itaque quo minus his *COSS.* etiam *ineuntibus* Bellum indiceretur, sola obstitit *Religio* dum ultro citroque missi ad res repetendas redirent *fœciales*. Illis, re infecta, reversis, tum demum novam moram injiciunt *Tribuni Plebis* dum ad Populum de Bello retulisset *Consul*, quem vult *Librarius* fuisse *Quintium*. Sed quæ potest fingi mora tanta *fœcialium* cum *Urbe* intra *vigesimum lapidem* (ut vult ^a *Livius*) sita agentium, a *Liv. L.v. c. 2.* ut *iras* ad horum *Consulum exordium dilatas*, ad *novos Consules* distulerit? Sunt quidem, ut erant profecto, his temporibus in Bellis indicendis æquissimi atque *μακροθυμότεροι*. Et multum proinde diuque de *Pace* componenda laboraverint *fœciales*. Satis tamen diutinum erat spatium ut relationem de Bello ad *finem* hujus *Consulatus* distulerint, Bellum autem ipsum ad annum *sequentem*. Idque sane ita fuisse innuit ipse *Livius*, ut nullum supponamus *medium* *Quintii Consulatum*. Est autem alienum à *Romanorum* more ut per *duos Consulatus* Belli indictionem proferrent, cum & ipsi jam *irascerentur*, nec quicquam obstaret, quo minus indiceretur, præter *æquitatem* atque *Religionem*. Nihil ergo habet *Livius* quod anno illi *inserendo* faveat si verba illa *dubia* omittamus. Habet contra, quæ *oppugnent*. Multo minus favent hodierni *Fasti* novo illi *Quintii Consulatu*, quem tamen è solo *Livio* elicuit *Cl. Rubenius*. Interpolationem *Livii* posteriorem è *priori* emanasse censeo, ut cum antea *Consulem Quintium* appellatum *Librarius* observasset, postea, cum *Tribunus* fieret, similiter è *Consulatu Tribunum* factum ipse observârit. Priorem è *Quinto Prænominis*, quod in *Quintium Gentile* transierit oriundam suspicor. Neutri quidem hujus anni *Consuli Quinti* prænomen esse fateor, qua quidem in *Fastis* concipiuntur hodiernis. Sed *Servilium* pro *C. Publio* appellat *Cassiodorus*. Fieri ergo potest



ut *Q.* illius *prænomen* in aliis sibi coævis Fastis repererit *Librarius*. Est enim in gente *Servilia*, his etiam temporibus cognomen *Q.* non inusitatum *Q. Servilium Q. F. P. N. Priscum Structum bis Consulem* legimus ann. *Varr.* 286. & 288. Et alium rursus *Q. Servilium Q. F. P. N. Priscum Fidenatem Tribun.* ann. *Varr.* 352. 356. 359. 364. 366. 368. Ne alia exempla quæramus remotiora. Suntque istiusmodi Prænominum in Fastis discrepantiæ non admodum raræ.

Seçt. LXXXIX.
Post Decemviros
ad ann. usque
Varronian. 363.
Idib. Decembrib.
inibant annui
Magistratus.
Inde ad ann.
Varr. 425. ple-
rumque *Quin-*
tilibus Kalen-
dis.

Videamus jam quæ fuerint in hoc tanto intervallo discrimina in Magistratum Civilium exordiis. Jam antea vidimus anno *Varroniano* 425. à *Kalendis Quintilibus* inire solitos. Idque initium jam diu antea receptum fuerat. Ab anno, ni fallor, *Varroniano* 363. Illius certe anni *Tribunos Militum Consulari Potestate Kalendis Quintilibus occæpisse* docet *Livius*. Nihil interim innuens an mos ille fuerit jam antea receptus ut eo die inirent annui Magistratus, quod tamen sæpe solet, cum de consuetudine loquitur inolita. Itaque verisimile est ab illo demum anno hunc coepisse morem. Certe paulo antea alium fuisse morem mox videbimus. Medio ergo tempore inter annum 363. & 425. *Kalendis* illis *Quintilibus* inire solitos verisimillimum est, quoties designarentur in *Comitiis*. Nec sane multum discrepabat hoc initium ab *Attico Hecatombæone* quo inibant *Atheniensium Archontes*, qua quidem committi poterat *Cyclus* adeo diversus cum modo *mensis Intercalaris mutilo* cum *Cyclis Atticis Metonico & Calippico integrorum Embolimorum*. Imo *Atheniensium* exemplum *Romanis* ob oculos fuisse consentaneum erat, cum adeo nupera memoria *Leges* ab iisdem accepissent sub *Decemviris*. Hoc ergo anni exordium dum in *Magistratibus annuis* obtineret; jam cum anno *Attico*, atque adeo etiam *Olympico*, concurrebat annus *Romanus*, qua quidem rerum gestarum *Annales* ad annuos *Magistratus* utrobique exigebantur. Sed cum illo *Olympiadis* anno conferendus erat annus *Romanorum Consularis*, qui in nostris *Tabulis* 2°. *Romani anni* parti respondet. Qua scilicet annus *Romanus* vel à *Januario* censetur, vel à *Martio* anni *Cyclici* exordio, vel à *Paliibus*, quibus inibant novi anni ab *Urbe Condita*. Exempli gratia, annus *Tribunorum Militarium* qui anno *Varroniano* inibant 363. non cum *Olympiadis* xcvii°. anno 1°. sed 2°. erat committendus. Non tamen obstabat initium illud anni jam receptum, quin aliis nonnunquam annis aliud hoc ipso intervallo fuerit exordium. Jussit enim *Senatus* anno *Varr.* 413.

ut



ut ^a *Consules ante tempus* abdicarent, quo maturius *novi* crearentur. Et per *Interreges* Comitia habita ann. *Varr.* 333. 398. 401. & 402. *fine*. Legitimo scilicet termino *elapso*. Solito autem *maturius* exordium fuisse *Tribunorum* anni 363. exinde constat, quod *COSS.* non *elapso* tempore, sed *Senatusconsulto*, abdicarint. Deinde per *Interreges* auspiciis renovatis, à *tertio* demum *Interrege*, & proinde infra diem ab abdicatione xv^m. creati fuerint illius anni *Tribuni* qui *Calendis* inierint *Quintilibus*. Antea, *Idus Decembres* solennem *ineundis Magistratibus* diem, fuisse fatetur ^b *Livius*, ad ann. *Varr.* 352. Illo autem anno abdicare coactis *Tribunis* ante justum Comitiorum tempus, novi creati sunt in animum sequentem qui *Calendis Octobribus* occiperent. Sed poena fuisse agnoscitur nonnullorum illius anni *Tribunorum*, quod *duobus mensibus* citius privati facti sint. Proinde successores, ad annum usque, quem dixi, 363. *Idibus* arbitror inivisse *Decembribus*. Alioqui poena non fuisset, si quid *novatum* fuisset in *tempore* ineundi legitimo, quod ad *Successores* spectaret. Itaque si, quod verum erat, attigerimus, *Idibus Decembribus* inierint anni *Varr.* 362. *Consules*. Nec plenos adeo menses vii. impleverint oportet, si *Calendis Quintilibus* Successores acceperint. Id quoque fere pro exemplo *Apseudes Archontis Atheniensis* quem similiter à fine *Posideonis Attici* ad finem *Scirrhophorionis* tenuisse probavimus, sex *Atticis* tantummodo mensibus cum novum anni sui *Cyclici Civilisque* exordium *Meto* ab *Hecatombæone* deduceret. In eo tamen discrepabant ab *Atheniensibus Romani*, quod *Athenienses* ab alio quidem *mense*, sed ab eodem tamen mensis *die* annum inchoaverint, ut proinde *menses integros* in Magistratu tenuerit *Apseudes*. *Romani* ab *Idibus* migrarint ad *Calendas* in novi anni *Civilis exordio*, à *Civili* scilicet *Plenilunio* ad *Novilunium*. Inde factum ut non *parium* fuerit apud *Romanos mensium* illa mutatio. Deerat porro apud *Athenienses* semestre spatium, *futuris Archontibus* à primo anno *Olymp.* LXXXVII^m. qua quidem anni *Atheniensium* per *Archontes* censentur, & sequentes post annum illum *Archontes* cum *superioribus* committuntur. Sed vero apud *Romanos* annus deest fere integer, qua hoc exordium *Idib. Decembr.* committitur cum recentissimo anni *Civilis* exordio à *Calendis Januariis*. Qua enim mutationes illas habemus ex *Historia* exploratas, semper ita factas fuisse videmus, ut *raro* admodum decessorum annus *ultra* receptum terminum fuerit *prorogatus*, sæpissime autem per *abdicationem*



Sect. XCII.
 Censuram successio explicatur.
 Livius emendatur. Stabilitur inde Epocha Varroniana.
 a Liv. L. X. c. 47.

Meliores autem intervalli notas è successione *Censuram* lucraremur, si quidem eam *integram* tradidisset *Livius*, ipse etiam *integer*. Jam conjecturis aliquatenus innitendum est. Ait ergo fine anni *Varroniani* 461. ^a *Censores vicequintos sextos à primis Censuribus lustrum fecisse undevicesimum*. Eisdem *Censores* in officio anno *Varr.* 460. fuisse, jam ab eruditissimis Fastorum explicatoribus observatum est. Imo eo *inivise* nostræ postulant *Quinquenniorum* rationes, quæ cum *Urbis Conditiæ*, pro Epocha *Varroniana*, *Quinquennis* concurrissent in *Chronologia Romana* recentiori minuique dubia, jam abunde supra observavimus. Proinde ad ann. *Varr.* 460. *successio* deducenda est. Neutrum autem numerum in hodierno *Livio* constat esse sincerum. *Lustrum* illum xxx. censent *Fasti Capitolini*. Sed complectuntur *Fasti* illi *lustra* primis *Censuribus* antiquiora. *Livius* ipse in sequela ipsa *Historiæ* nec *Censores* recensuit, nec *lustra*, quæ vel *prope* ad utrumvis numerum accedant. Est tamen vel ex *intervallo* certum, longe plura quam xxvi. *Censuram* paria esse necessaria. Itaque vix est cur dubitemus quin *numeri longe majoris* finem tantummodo conservârint hodierni *Librarii*. Ego olim fuisse arbitror lxxxvi. dum notis conciperetur, ut postea duabus *prioribus* notis mutilatus numerus in verba *vigesimi sexti* transferint. Convenit certe is numerus examussim cum *intervallo*, si pro Epocha æstimetur *Varroniana*. *Primos Censores* anno *Varr.* 311. fuisse testatur *Livius*. Ita scilicet ut is ipse *primus* *Censuræ* annus fuerit. Inde duo erant *Censuram quinquennium* juga ad annum *Varr.* 320. quo *Censuræ* tempus *octodecim mensium* spatio conclusit *Æmilius Mamercus* 2^a. *Dictatura*. Inde factum ut singulis *trienniis* bina fuerint *Censuram Collegia*. Inde ad annum *Varr.* 440. anni erant 120. & proinde *Censuram* paria 80. nempe *octodecimestrium*, à *primis* autem *Censuribus* 82. Tum rursus *vetus* *Censuræ* *Jus* restauravit *Censor Appius Claudius* vir pertinacissimus, effecitque ut deinceps essent, ut antea, *quinquennes*. Illo certe *Quinquennio*, licet non *anno*, fuisse docet ipse *Livius*. Nos autem *Quinquenniorum* fines satis, ut dixi, stabilivimus. Annis deinde ad anni *Varr.* 460. exitum *quatuor* erant *Censuram Quinquennialium* bigæ, quæ superioribus additæ, 86. in universum efficient. Sed *primos Censores* extra numerum relinquit *Livius* cum *Censores* anno *Varr.* 460. *ineuntes* numeraret *octogesimos sextos à primis Censuribus*. Sic annum *V. C. Catonianum* 365. à primis *COSS.* 120. numerat *Dionysius*. Quod scilicet anno



anno *Catoniano* 245. ipsi *primi COSS.* in *Magistratu* fuerint. Sic ipse *Livius xxxvi^m.* à *Primis Plebis Tribunis Plebeios Tribunos* anno assignat *Varroniano* 297. cum tamen *primi Plebis Tribuni* anno *Varr.* 261. tenuerint ipso eodem teste *Livio*. Ita *Censores* revera 87. iidem tamen fuerint à *primis* duntaxat *octogesimo sexti*, & illo, quem dixi, anno *Varroniano* 460. inierint. Hæc si vera sint, egregie Epocham *Varronianam* confirmabunt. Eo magis quod à *Livio* observata fuerint, ipso *Catoniano*, à suis tamen rationibus admodum *dissentanea*. Hinc enim verisimilius est à primævis emanasse *monumentis*, quam ex ipsius *Livii* ratiociniis. Detrahantur enim, pro *Catonianis* rationibus, è tribus *Dictaturis* duæ tantummodo, quod prima duntaxat annum sustulerit qui in *Catoniana* Epochâ *redundabat*; sic deerit ad *justi lustris* rationes illud ipsum integrum *biennium*. Ita non respondebunt universo intervallo pares *Censuræ*, cum tamen in ea tempora incurrant *postremæ* illæ *Dictaturæ*, quibus *Censuræ* omnes rursus factæ essent *Quinquennes*. Eademque procedet *Argumentatio* in alias etiam Epochas omnes præterquam *Varronianam*. Sed non erant *continuae* invicem *perpetuo*, inquit, *Censuræ*. Fateor ita non fuisse *continuas* quin potuerint nonnunquam *nulli* fuisse in *Republica* *Censores*. Si enim *mortuus* alter fuisset in *Magistratu* *Censor*, ne quidem *fas* erat *suffici* qui in *mortui* locum succederet; sed *collegam* etiam oportebat *abdicare*. Interim *Prætoribus* aut *Ædilibus* demandari solebat *vacantis* cura *Censuræ*. Præsertim vero, si *otium* esset, *Consulibus*, cum fuerit olim *Censuræ* munus ipsum *Consulare*. Ita scilicet post ann. *Varr.* 360. quod sequenti *lustris*, *suffecto* *Censore*, *Urbem Galli* occupârint. *Antea* ita fuisse nihil est quod *probet*. Imo aliter fuisse hac ipsa *Observatione* supponitur. Postea etiam *intermissas* fuisse constat *Censuræ* *vices*, ut proinde non potuerit à *vicissitudinum* numero, de *Censorum collegiis*, pronunciari. Sed *labente* *Reipublicæ* disciplina, cum vitiis jam grassantibus *Censuræ* ipsa videretur onerosa. His autem temporibus, vigente disciplina, nihil video cur fuerint saltem *vices* *intermittendæ*. Utcunque tamen, ut minus *Censores*, at saltem *lustra* solito modo numerabantur, etiam cum nulli essent, qui *conderent*, *Censores*. Et omen *lustris* universi à *Censoribus* acceptum est, etiam cum non per *lustrum integrum* iidem essent in officio *Censores*. Ita etiam à *Censoribus* anni *Varr.* 362. omen acceptum *Urbis* à *Gallis* anno *Varr.* 364. *incensæ*, cum tamen ad annum illum *Censuræ* illorum jam



mensum duntaxat octodecim pertingere non potuerit. Cum tamen ne lustrorum quidem rationes per aliam aliquam Epocham constent, quam Varronianam. Saltem iuxta Censurarum tempora necessaria sunt, seu mensum octodecim, seu quinque fuerint annorum. Plena tamen fuisse tempora legitima sane verisimillimum est, quæ tamen plena fuisse vix aliæ patiuntur Epochæ. Sed Epochæ Varroniæ respondent Censuræ introitus quos quidem habemus exploratos. Anno Capitolino 350. Censores statuunt Fasti illi Marmorei. Idem erat Epochæ Varroniæ 351. qui triennii primus erat quo novos oportebat inire Censores octodecimestres. Anno Varr. 362. Censores tribuit Livius. Non dicit eo anno creatos qui erat triennii tertius. Lustrum eo anno condidisse docet ex ipsis tabulis Censoriis Dionysius Halicarnassæus, quod exeunte Censura contigisse verisimillimum est. Annum Varr. 374. Censoribus eguisse scribit Livius. Inuit, ni fallor, priori anno faciendos, tum demum, licet anno alieno, & breviori, spatio proinde munus executuros, esse factos, propter famam æris alieni, ut testes census cujusque tabulas haberent publicas. De Censoribus anni 376. nihil tale habet. Quod annus ille esset Censuræ legitimus, triennii nempe medius. Anno Varr. 388. primo Plebeio Consule insigni Censores apponunt Fasti Capitolini. Recte scilicet, quia triennii erat etiam ipse medius. Eademque de causa etiam anno Varroniano 391. recte Censores assignant iidem Fasti. Et recte adeo anno 403. Varr. Comititia Censoria fuisse testatur Livius. Erat enim & hic triennii medius, quo medio inibant Censores prioris partis Comititiis designati. Anno porro Varroniano (pro nostris rationibus, qui nondum annum institutum interpolavimus) 421. Censum actum testatur Livius, non item Censores tum primum fuisse creatos. Si etiam hoc verum fuerit, ad nostrum anni instituti locum comprobandum egregie faceret. Est enim, pro nostris rationibus is annus triennii medius, qui si 422. numeraretur, ultimus fuisset, nec Censuræ ineundæ legitimus. Anno suo 434. Varron. 435. Censores exhibent Fasti Capitolini. Eratque triennii primus. Nec absurde iidem Censores anno sequenti suo 435. Varr. 436. referunt, cum fuerit etiam ipse triennii medius. Anno Varr. 440. primos Quinquennes fuisse Censores tot postea Comititia apud Livium Censoria, ut diximus, ostendunt. Nec enim annum semper quo inierint, sed quo potius Censum egerint, designant Fasti Capitolini. Censum denique anno Varroniano 461. actum, secundum Livium Olymp. 121. 2. refert in

Euse-



Eusebiano Chronico Hieronymus. Proxime quidem ad rationes *Varronianas*. Respondet enim annus *Varronianus* 461. *Olymp.* CXXI. 3. Et facilis est in *Chronico* unius anni error, ubi tot alia leguntur *annis* suis apponenda. A reliquis Epochis, quæ *Varroniana* omnes *seriores* sunt, major erit proinde discrepantia.

Redeo jam rursus ad *Decemviros*. Qui ut in *Civilibus* multa, sic in *Sacris* & in *Kalendario* nonnulla novaverunt, nondum ab *Eruditis* fortassis observata. Illud imprimis, quod *primum* anni *Cyclici* mensē, non ut antiquiores *Januarium*, sed *Martium*, numerarint. Olim enim *primus* anni mensis habebatur *Januarius*, ultimus *Februarius*. Vidit hoc, qui & alia multa, magnus *Scaliger*. Nescio tamen an & illud viderit, quo pacto *Januarius* in eo anno *primus* esse potuerit quo *ultimus* fuerit *Februarius*. Non certe si eundem tenuerint, quem & postea, etiam apud veteres, *ordinem*, nisi forte annum aliquem fingamus apud *Veteres* *bimestrem*. *Martium* proxime *præcesserit* oportet, ut hoc verum esse possit, *Januarius*. Ita factum ut à *Januario* cœperit, ante *Decemviros*, annus *Cyclicus*, qui postea eorundem decreto cœpit à *Martio*. Hæc omnia latis, ut opinor, manifeste docet *Ovidius*: his versibus:

Sect. XCIII.
Primi *Decemviri Martium* pro primo anni *Cyclici* mensē statuebant numerandum, & *Januarium* è *Martii* loco in illum, quem obtinet hodieque, removebant.

a *Ovid. Fast.*
L. II.

Sed tamen (antiqui ne nescius ordinis erres)
Primus ut est Jani mensis, & ante fuit.
Qui sequitur Janum veteris fuit ultimus anni.
Tu quoque sacrorum, Termine, finis eras.
Primus erat Jani mensis, quia janua prima est.
Qui sacer est imis manibus, imus erat.
Postmodo creduntur spatio distantia longo
Tempora bis quin continuasse viri.

Quod dicit *spatio longo distasse*, de *numerandi* ordine intelligendum est. Quod scilicet, cum *primus* anni mensis haberetur *Januarius*, *decem* deinde alii menses antea numerandi essent quam calculus perveniret ad *Februarium*. Erat enim alioqui, etiam illis temporibus, *continuus* cum *Februario* *Januarius*, si quidem superioris anni *sine* *Februario* cum sequentis anni *primo* mense committeretur *Januario*. Hoc vult ergo constituisse *Decemviros*, ut in ejusdem anni serie continuo *Januarium* exciperet *Februarius*. Hoc *Ovidio* *continuare* est. Sic *Consulatus* *continuare* dicitur cujus unus *Consulatus* alteri, alio nullo *Consulatu*



latu interveniente, succedit. Et quidem anni *duodecimestris* exordium antiquissimum fuisse videtur *Januarius*. Qui illum anni modum à *Numa* deducunt, iidem & anni exordium à *Januario Numa* tribuunt. *Primum* illum in *Numa* anno agnoscit *Plutarchus*. Perperam autem inde colligit, qui primus erat *Numa*, eum à *Romulo tertium* fuisse numeratum. Quasi scilicet, illis etiam temporibus medius fuisset inter *Januarium Martiumque Februarius*. Hoc tamen in errore constat sibi *Plutarchus*, qui ipsi proinde, non *Librariis*, imputandus est. *Numa* similiter assignat *Macrobius*, quo loco agit de additis à *Numa* mensibus anno *Romuli*. De duobus (inquit) priorem *Januarium nuncupavit, PRIMUMQUE ANNI esse voluit, tanquam bicipitis Dei mensem, respicientem ac prospicientem, transacti anni finem, futurique principia. Secundum dicavit Februo Deo qui lustrationum potens creditur. Secundum hic appellat Februarium, non quidem anni, ut fecerat in Januario; sed fortasse potius, quod fuerit mensem secundum à Numa additorum. Ita si senserit, non in eundem inciderit, in quem incidisse vidimus Plutarchum, errorem, quasi in anno illo veteri etiam duodecimestri secundus fuerit proximusque Januario Februarius. Nec sane temere hæc effutiit Poeta elegantissimus. Primos COSS. mense Januario tanquam anni primo inivisse testis est locupletissimus Plutarchus in Questionibus Romanis. Et sane nomen ipsum Januarii, qua à janua, & Deo Jano bifronte deducitur, videtur primo mensi designando accommodatissimum. Utroque Etymo utitur Ovidius, & veterum quos habemus, antiquissimi. Quod sane merito observandum est in fictitiis hisce Deorum nominibus, eo plerumque consilio formatis ut sententiam formantium indicarent. Itaque cum antiquissima fuerint Januarii Etyma quæ ad exordium alludunt; id una produnt, à temporibus antiquissimis primum mensem fuisse Januarium. Eodem spectat, quod Jani nomine Chaos veteres designasse docet idem Poeta. Ut proinde recte primum anni mensem à primo temporis exordio deduxerint. Similiter Februarium ultimum fuisse ipsa docent Terminalia, non agrorum tantummodo, sed anni quoque terminis celebrandis instituta, quod exinde constat, quod post illa fieri solerent Intercalationes. Docent etiam Parentationes animabus eorum qui per totum annum defuncti fuerant. Docent denique cararum Cognationum Caristia, ipsa quoque in anni fine celebrari solita. Nec de eo dubium innuit Ovidius, primusne olim fuerit mensium*

^a *Plutarch. Num.*

^b *Macrob. Sat.*
L. I. c. 13.



sium *Januarius*, ultimusque *Februarius*. Sed de eo tantummodo, an *mutationem* fecerint *Decemviri*. Hoc ait *credi*, quasi à majorum *traditionibus* potius, quam è probis coævifque emanarit *monumentis*. Cur autem *Januarium* in eum quem jam tenet *situm* redegerint, causam fuisse puto, ut ita *Martius tertius* deinceps mensium numeraretur. Hunc enim locum ejus fuisse apud *Albanos* idem L. III. docet *Ovidius*.

Etiam de *intercalando Decemviro* Populum rogasse, *Tuditano* libro tertio Magistratum & *Cassio* (*Hemina* ut videtur) Auctoribus refert *Macrobius*. Et ab illis *Decemviris* hoc factum narrat qui decem *Tabulis duas* addiderunt. Ut scilicet intelligeremus *secundos* fuisse, non *primi* anni, *Decemviro*, qui hoc rogarent. *Duas* enim *Tabulas à secundis* additas agnoscunt omnes, & quidem illam fuisse causam cur *secundi* crearentur. Addit *Livius* de *primo* secundorum *Decemvirorum* anno: *Proceſſerat pars major anni, & duæ Tabulæ Legum ad prioris anni decem tabulas erant adjectæ: nec quicquam jam supererat, si hæc quoque leges centuriatis Comitibus perlatae essent, cur eo Magistratu Republicæ opus esset. Expectabant quam mox Consulibus creandis Comitibus edicerentur.* Hinc sane constat, *primo* *secundi* *Decemviratus anno* conditas fuisse etiam *duarum tabularum* *Leges*. Nondum tamen fuisse *Comitia Centuriata* quibus essent *perferendæ*, quibus rogandus erat *Populus*, velletne juberetque ut *Leges* illæ deinceps obtinerent. Imo *dilatas* esse *Leges* ad ea *Comitia* quibus proximi *Consules* essent designandi. Ea autem *Comitia* cum tempore *legitimo* nulla essent, ne *abdicare* cogerentur; inde quæsitum constat fuisse prætextum *continuandi* Magistratus, quasi non in *annum* creati fuissent, sed dum *Leges*, quæ deerant *duarum Tabularum*, perferrentur. Itaque dum illa fuissent *Comitia*, quæ ipsi indicare volebant; imo dum publico Decreto *Leges* quæ supererant confirmarentur: ne quidem *anno elapso* Magistratum suum *elapsum* obtendebant. Ita certe anno illo elapso, Argumentatur frater *Decemviri L. Cornelius Maluginensis* apud *Livium*, finito Magistratu, reddendam esse ab *Appio Claudio* rationem ^b *utrum in UNUM* ^b *ANNUM* creati essent, an donec *Leges* quæ deessent perferrentur. ^c *40.* Itaque cum postularet *Populus* ^c *ut Decemviri deponerent insignia Magistratus*, quo anno jam ante abissent; negant *Decemviri* ante quam *perlatis* *Legibus*, quarum causa creati essent, se *deposituros imperium*. Hæc *secundo* hujus etiam *secundi Decemviratus anno exeunte*, *Livius*. Similia habet in *Persona Appii* etiam

Sect. XCIV.
De Intercalando
Populum rogabant non ipsi
Decemviri, sed
potius COSS.
Et quidem pro
Varronianis primum eorum Intercalaris anno
erat Epochæ
sive 306; pro
Catonianis anno
308.
^a *Macrob. Sat.*
L. I. c. 13.

^b *Liv. L. III.*

^c *40.*

^c *Liv. ib. c. 51.*



^a Dionys. L. XI.
p. 69.

Dionysius. οὐ γὰρ (inquit) εἰς ἐνιαυτὸν ἀπεδέχθημεν, ἔδ' εἰς ἄλλοι πᾶσι χρόνοι ὤρισμένον, ἀλλ' ἕως ἂν κατασκευάσμεθα πῶσον τῶν νομοθεσιῶν. Et quidem *secundo secundi Decemviratus anno*, nempe à *Decemviratus initio*, pro rationibus *Catonianis tertio*. Hinc ergo patet, si de *intercalando Populum* rogarint *secundi* hi *Decemviri*; non certe ante *Comitia Centuriata* quibus *duarum Tabularum Leges* perferendæ erant, rogare potuisse. Quæ cum in *finem* Magistratus dilata fuerint, non potuit proinde antea recipi hæc quæcunque demum fuerit *Intercalatio*. *Livius* S.C. memorat de *Decemviris*, ut *abdicaret*. Sed ne tum quidem *Comitia* aliqua *Populi*, nedum *rogationem* quæ fuerit à *Decemviris*. *Comitiis* autem *Consularibus* quibus *Leges* rogare statuerant *Decemviri*, non tamen *Decemviri* præerant, sed *Interrex*. Ego, si certum esset rogatum à *Decemviris* ipsis *Populum* de *duabus Tabulis* postremis; inde Argumentum ducerem, rectius à *Varronianis* rejectum esse annum illum *tertium Decemvirorum* quo Magistratum, elapso tempore legitimo, & per vim tenuerint, quam admissum à *Catonianis*. Hinc enim constaret nondum elapsam esse *annum* Decemvirorum secundorum *legitimum*, si ipsi *Comitia Centuriata* indixissent quibus designandi erant sequentis anni *Consules*. Quæ enim diximus ostendunt ad illa ipsa *Comitia* dilatas fuisse à *Decemviris* postremas illas *duarum Tabularum* leges. Si ergo *Comitiis* illis præfuerint *Decemviri*; jam certe adhuc in *Magistratu* fuisse necesse est. Jam adhuc ne quidem *dubius* fuerit illorum *Magistratus*. Sub *finem* enim *Decemvirorum*, oppugnante *Senatu*, oppugnante *Horatio* & *Valerio*, deficientibus *exercitibus*, Plebe *secedente*, manifestum est, nullum fuisse deinceps *metum* à *Decemviris*. Cur ergo *privatos*, cur nullo *Comitiorum* convocandorum jure præditos *Comitiis* præesse paterentur? Cur eorum *auspiciis* *Comitia* permetterent, qui nulla jam habebant amplius *auspicia*? Pugnans hæc certe cum rationibus *Catonianis* ita è diametro, ut hæc si vera sint, *Catonianas* hypotheses falsas fuisse necesse sit. Agnoscunt *Catoniani* nulla fuisse *tertii* anni quibus iterum designarentur *secundi Decemviri* legitima *Comitia*. Proinde in illius anni *sine* jam anno ante, ut jam vidimus, protestatur *Populus* illos *Magistratu* abiisse. Et toto illo anno *privatos* pro *Decemviris* vult fuisse *Livius*, L. III. c. 38. Proinde illis *Senatum* cogentibus, plebs *proditam* à *Patribus* *libertatem* rata est, quod iis qui jam *Magistratu* abiissent, *privatisque* jus abesset, tanquam *jure* cogentibus, *Senatus* paruisset. Pro *privatis* habet



bet *Horatius*. Ita ergo de superbia violentiaque Regis *Tarquinius*: *Quæ si in Rege tum eodem, aut in filio Regis ferenda non fuerint, quem laturum in tot privatis?* c. 39. *Neque se videre, qui sibi minus privato ad concionem Populum vocare, quam illis Senatuum cogere liceat.* Hic plane *Fus* omne *Comitiorum* convocandorum negat *Decemviris*. Addit *privatos fasces & Regium Imperium habere.* *Claudius* etiam *Appii patruus* cum eam sententiam diceret, *nullum placere Senatusconsultum fieri*, Addit *Livius*, *omnes ita accepisse, privatos eos à Claudio judicatos.* Inde sententia alia de prodendo *Interrege*, hoc ipso fine dicta, ne pro *Magistratibus* haberentur *Decemviri*. Sic enim deinde *Livius*: *censendos quoscunque Magistratus esse, qui Senatum haberent, judicabat, quos privatos fecerat Auditor nullius Senatusconsulti faciendi*, c. 40. Itaque eam *Valerii Horatiique* sententiam agnoscit *Decemvirorum patronus L. Cornelius Maluginensis*, *Decemviros abiisse Magistratu.* Ergo *vociferantur Valerius & Horatius* neque sibi *privatos aut in Curia, aut in Concione, posse obstare: neque se imaginariis fascibus eorum cessuros esse*, c. 41. Sic de *Scilio Valerius & Horatius*, *repulso lictore, si jure ageret, vindicare se à privato Scilium aiebant*, c. 49. Denique, pro imperio *Valerius discedere à privato lictores jubebat.* Similia legimus apud *Dionysium Halicarnassenseum*, ipsum quoque *Catonianum*. Sic apud illum ^a *Horatius*: Οὐκ εἰς ἐνιαυτὸν ἀπεδείχθητε τῷ κοινῶν παροῦσται; a *Dionys. L. XI.* Οὐ παρώχηνεν ὁ τῷ δέχῃς ὑμῶν χεῖρον; Οὐκ ἰδιώται τῷ νόμῳ γέγονατε; p. 689.

Sic *Dictatorem* suadet dicendum ^b *Valerius*: Ο ποιῆν σιωπῆς ἐστὶν b p. 701. 702. ὑμῖν, ἔταν μήτε βασιλεῖς ἔχητε, μήτε ὑπάτας, μήτε ἄλλω νόμιμον δέχῃ μνηδεμίαν, ὡσπερ ΝΥΝ σὺν ἔχετε. Addit ergo: τοῖς ἀνδράσι τέ τοις παρελήλυθεν ὁ τῷ ἀρχῆς χεῖρον, καὶ τοῖς ῥάβδους αὐτῶν ὁ νόμος ἀφῆρηται. Sic ^c *Virginiius*: Ταῦτα περὶ ἡμεῖς οἱ μήτε νόμῳ τῷ c p. 721. 722. ἐξουσίαν ἔχοντες, μήτε ψηφίσματι βαλῆς, ἢ δῆμῳ συγχωρηματι λαβόντες ὁ γὰρ ἐνιαύσιον αὐτοῖς τῷ ἀρχῆς χεῖρον, ὃν ἐχρῆν αὐτὰς ἀρξάντας, ἐπιτοῖς ὡραδῆναι τὰ κοινὰ, παρελήλυθεν. Sic ad exercitum *Sacramentum* militare de ducibus non linqnendis obtendentem: ^d λέλυκεν αὐτῶν τῷ ὄρκῳ ὁ νόμος, ἐπεὶ δὲ νόμῳ μὲν δόποδεχθέντα δεῖ τῷ στρα- d p. 723. τηγὸν ἀρχεῖν τῷ δυνάμεων. Ἡ δὲ τῷ δέκα ἀνδρῶν ἐξουσία ὡραδῆναι μὲν, ὑπερβαλῆσαι τῷ ἐνιαύσιον χεῖρον, εἰς ὃν ἀπεδείχθη. Τὸ δὲ τοῖς μὴ κατὰ νόμον ἀρχεῖν τοῖς κελδοῦμενον, σὺν εὐπειθῆσαν εἶναι καὶ εὐσεβείαν, ἀλλ' ἀνοίαν καὶ μαρίαν. Sic ergo *Senatus*, sic *Plebs*, sic *Populus* universus, sic *Exercitus*, sic *Ordinum* omnium antistites, vel *ominis* gratia *Comitiorum* jura *Privatis* minime permissuri. Nec erat jam *Decemviris vis* aliqua qua id sibi vendicarent quod *Leges* non.



non licuit. Ita scilicet recte, pro *Catonianorum* hypothesibus. Quod si vera tradiderint *Tuditanus* & *Hemina*, rogarintque *Populum Decemviri* de tabulis *duabus* postremis, quod tamen, nisi Magistratu ad *exitum* vergente, ne quidem fieri potuisse probavimus; fieri vix potuit ut ultra *secundum* Decemviratus annum processerint, quo termino conclusam eorum Potestatem legitimam agnoscunt omnes. Et rectius adeo *tertium* illum annum nulla legitima designatione sancitum negarunt *Varroniani* quam admiserunt *Catoniani*. Sed & illud etiam inde colligimus in anno *Varr. 304. intercalari* legem illam *postremarum* Tabularum de *Intercalatione* locum habere ne quidem potuisse. Pertigit enim *secundus* ille Decemvirorum annus legitimus ad *Idus Maias* anni *Varroniani 305*. Et *primus* quoque similiter ad *Idus Maias* anni *Varr. 304*. Ut proinde ad *primum* spectaret annum *Intercalaris* anni *304*. quo tempore ne quidem *Comitia Centuriata* fuisse verisimile est, quibus x. tabularum *Leges* ferendæ erant, & *Decemviri* in *sequentem* annum designandi. Pro rationibus *Catonianis*, ne quidem *intercalaris* anni *306*. cum ad illius anni *Idus Maias* pertigerit annus Decemvirorum *tertius*, jamdiu *elapso* mense ejusdem anni *Intercalari*. Itaque si *Catonianos* audimus, *primus Intercalaris* pro mente *Decemvirorum*, anni fuerit *Varr. 308*. Si *Varronianos* ipsos, anno potius Epochæ suæ *306*.

Sect. XCV.
Non tamen
coepit à *Decem-*
viris mos ipse
mensis *Intercal-*
Laris.

Verba ipsa *Tuditani* & *Cassii* si dedisset *Macrobius*, multa proculdubio docerent, quæ jam nescienda sunt. Ita quidem videtur intellexisse *Macrobius*, quasi tum *primum* coeperit mos ipse *Intercalandi*. Quod ipse è *Varrone* refellit, qui antiquissimam legem memoravit incisam in columna ærea à *L. Pinaris* & *Furio Consulibus*, cui mentio *intercalaris* fuerat adscripta. Erant illi *COSS.* anno *Varroniano 282*. Sed in verbis paulo præcedentibus tam *diem* interkalarem, quam *mensē* memorat *Macrobius, Solaris*, ut videtur, *Parapegmatis diem; mensē* autem anni *Civilis Lunar*. Utinam apertius designasset utrum ex his in animo habuerit. *Mensē*, ut opinor, voluit *Mercedonium*, qui ne quidem ipse à *Decemviris* *primo* excogitari potuit. Nec enim in annum *Cycli 1^m*. incidit *primus* annus Decemvirorum, sed *x^m*. Sed *Cycli* duntaxat *initio* concurrat *initium* anni veteris cum *initio* anni *Juliani*. Illud etiam optarem, docuisset vel *Macrobius* ipse, vel *Tuditanus* potius & *Cassius*, quænam illa fuerint *Intercalationem* spectantia, de quibus *Populum* rogârint *Decemviri*. Quod sane difficile non fuisset, dum



dum Decemvirorum *Tabula* XII. omnes *integræ* extarent, & usu ipso essent notissimæ. Anno quidem veteri qui inierat à *Januario*, id video fuisse necessarium, ut *Kalendæ* omnes desinentis *Februarii*, quæ postea *Martio* accensebantur, tum *Januario* accenserentur. Itaque, *Decemvirorum Lege* obtinuit ut deinceps *Martii* haberentur. Ita factum ut & mensis *Interkalaris* qui olim inter *Terminalia* & VI. *Kalendarum Januariarum* insertus fuisset, postea inter *Terminalia* eadem sextumque *Kalendas Martias* insereretur. Hoc effecit ut necessarium esset, anni *Exordium* à *Decemviris* mutatum, ut modo vidimus ex *Ovidio*. Fieri quidem potest ut è *Cycli Romani* emendationibus à *Macrobio* memoratis, unam fecerint *Decemviri*. Num autem ita fecerint, tum demum melius intelligemus, cum de *Civilium Fastorum integritate* constabit. Ita scilicet qua *annorum Civilium* numeri ex *annuorum Magistratum Civilium* numero judicandi sunt.

Et quidem in hoc spatio, à *Regifugio*, seu *Fastorum Consularium initio*, ad initium *Decemvirorum*, convenire arbitror *Veterum omnium*, quas quidem scimus, rationes. Et tamen *Livio* hodierno tria deesse fateor *Consulum* paria, annorum scilicet *Varronianorum* 248. 264. 265. Non certe ipsius consilio *Livii*, sed errore *Librarii*, quantumvis *antiqui*. Ne *Livio* imputemus, facit imprimis *Dionysius Halicarnassæus*, qui easdem sequitur, quas *Livius*, rationes *Catonianas*, & *Consules* omnes habet à *Livio* omissos. Hinc enim sequitur, in *Fastorum Catonianorum* censum illos quoque venisse *Consules*. Faciunt præterea ipsius *Livii* numeri sequentes sinceri omnes, qui, nisi illis quoque *Consulibus* accensitis, constare omnino non poterunt. Mitto numeros illius *remotiores* à nobis supra memoratos, magisve *dubios*. Continuo invicem sequuntur annus *U. C.* 400^{us}. quo *COSS.* ambos *Patricios* inivisse observavit *Livius*; Annus 365^{us}. quo *captam Urbem* apud illum asserit *Camillus*; Annus 310^{us}. quo *primi inierint*, secundum illum *Tribuni Consulari Potestate Militares*; Annus *trecentessimus alter*, quo *mutata* est, pro ejusdem rationibus, *forma Civitatis ab Consulibus ad Decemviro*s, *Decemviris* nimirum illo ipso anno *primùm designatis*. Hi numeri adeo omnes invicem consentientes ostendunt, *supplendos* esse qui *desunt* annos in tempore præcedenti inter *Regifugium* & *Decemviro*s, planè ut in nostris leguntur *Tabulis* è *Dionysio*. Alii nulli sunt in illorum temporum *Fastis* inserendi *Consules*, si illos excluderimus. Et quidem de *COSS.*

Sect. XCVI.
Inde *Fasti* recepti *integri* sunt usque ad *Regifugium*.

M m m m

anni



anni 248. addendos esse pro mente *Livii* assentitur *Sigonius*. Quod scilicet *Cassiodorus* qui *Livii* Fastos exscripsit, illos conservavit. Duo alia Consulum paria è *Livii* hypothesebus excludit, quia idem exclusit *Cassiodorus*. Sed fieri potest, ut quanquam hodiernis integriores *Livii* Codices usurpavit *Cassiodorus*, non tamen viderit integerrimos, & quales à *Livio* emanarint. Illos certe *Consules Livio* reddendos, ut sibi ipsi

^a *Liv. L. II. c. 33.* constat, è *Livio* ipso probamus. Ait ergo ^a *Livius per secessionem Plebis* in montem Sacrum, *Spurium Cassium* & *Posthumium Cominium* Consulatum inivisse. Anno nimirum *Varroniano* 261. Illum enim locum tenent in Fastis prædicti *Consules*. Recte quidem, ut videtur, quia *Decembris Id. iv.* inibant *Tribuni Plebis* *Coss. Calend.* teste *Dionysio Septembris*. Proinde illi primi erant *Plebis Tribuni*. Postea ad *COSS.* anni *Varroniani* 297. ita idem ^b *Livius: Tricesimo sexto anno à primis Tribunis Plebis decem creati sunt.* Annum amittunt qui hos *Tribunos* numerant à prima *Tribunorum* institutione *tricesimos sextos*. Non enim hoc dicit *Historicorum* præstantissimus. Hoc autem dicit, anno à *Tribunis primis tricesimo sexto* *CREATOS* fuisse hujus anni *Tribunos*, sequenti proinde anno *Magistratum* inituros, ipsosque adeo à primis *tricesimos septimos*. Nec enim id observavit sagacissimus alioqui *Sigonius*, hoc *Livio* esse receptum, ut *mutationes* *Reipublicæ* ad annos quibus mutatio fieret per novi *Magistratus designationem*, non autem ad annum quo designatus tenuerit, æstimare. Sic *trecentesimo*, ut vidimus, altero anno *mutationem* factam observavit ad *Decemviros*, quod illo demum anno primi *Decemviri designati* fuerint qui sequenti *Magistratum* administrarent. Sic *primos* inivisse *Militares Consulari Potestate Tribunos* anno *Urbis trecentesimo decimo*, qui annus *Catonianus* cum anno *Varroniano* 309. concurrebat, ut è nostris *Tabulis* manifestum est, quo revera inibant tantummodo *Magistratum sequenti* anno administrandum. Sic anno à primis *Tribunis Militaribus* *XLIV^o*. primum fuisse monet *Plebeium Tribunum*, designatum scilicet anno *Varr.* 353. ut præesset anno 354. inter *Tribunos* à prima *Tribunorum Consularium* origine *quadragesimos quintos*, vel anni potius 45. Sic & *Consulatus Plebei* annum illum notat, cujus *Comitiis* primus factus est è *Plebe Consul*, *Varr.* 387. cum in annum fieret *Varr.* 388. Proinde *Livii* rationibus *biennium* illud deesse ne quidem potuit. Sic enim non 36. is fuisset annus, sed tantummodo

^c *Liv. L. III. c. 30.* 34. Idem aliunde conficitur, pro mente ^c *Livii*, ex ætate *Scaptii*.

^c *Liv. L. III. c. 30.*



Scaptii. Anno enim *Varr.* 308. annum se *tertium* & *octogesi-*
imum agere testatur, *vicecima* autem *stipendia merentem* cum ad
Coriolos bellaretur, idem *Scaptius*. Natus ergo anno *Varr.* 225.
 ætatem *militarem* egerit, annum nempe *ætatis*, pro censu ^a *Ser-* ^a *Gell. Noct.*
vii Tullii, xvii^m. anno *U. C. Varr.* 242. Inde procedebant ejus ^{Attic. L. x. c. 28.}
stipendia. Ita scilicet ut *cœperint vicecima* illius *stipendia* anno
U. C. Varr. 261. *expleta* autem fuerint anno 262. Sed *me-*
rentem se dicit, cum expugnarentur *Corioli*, non autem *me-*
ruisse, quasi *stipendia* illa *absolvisset*. Id quoque accurate, cum
 anno 261. *Romani Coriolos* expugnârint. Egerit ergo *Scaptius*,
 cum debellarentur *Corioli*, ætatis annum 37. *labentem*, 36^o. *dun-*
taxat expleto. Tollantur ergo ex 83. anni 36. Supererunt
 anni 47. inter *COSS.* anni *Varr.* 261. & 308. qui erunt tantum-
 modi 45. si è *rationibus Livianis* anni 264. & 265. *Consules*
 excludentur. Sic porro apud *Dionysium* perpetuo cum annis
Olympiadum committuntur *Consules*, ut si qui supra numerum
 adderentur vel detraherentur, hoc ipsum proditurus fuerit
 annus, cui *Consules* apponuntur, *Olympiadis*. Idem præterea
 numerat *Consulatum tertium, quartum & quintum*, & finem Belli
Sabini Consulatus assignat exinde *quarto*, qui anni erat *Varr.* 252.
 Similiter ad 5^m. annum numerat *Eutropius*. Idem 9^o. anno,
 viz. *U. C.* 253. *primum* assignat *Dictatorem*. Nec aliter in *Chro-*
nico Eusebiano Hieronymus. Omnino pro mente *Livii*, cum
 tamen annus ille 9^{us}. aliter censerî non possit nisi accenseatur
 annus quem omissum diximus in *Codicibus Livii* hodiernis.
 Porro *COSS.* anni *Varroniani* 254. *decimos* post *Reges* numerat
 in *Bruto Cicero* etiam ipse *Catonianus*. Ann. *U. C.* 257. *inducias*
 cum *Latinis annuas* agnoscit *Dionysius*, quæ exierint ann. 258.
 Proximos *COSS.* ann. 259. tribuit ^b *Plinius*, ipse *Varronianus*. ^b *Plin. L. xxxv.*
 Proximum annum *U. C.* 260. numerat *Dionysius*, à *Regifugio* ^c 3.
 xvi^m. ^c *Asconius Pedianus & Eutropius*. Proximum annum xvii^m. ^c *Ascon. in*
 ab exactis *Regibus* existimat *Dionysius*. Ait enim *legationem*
 in *Siciliam* de re *frumentaria*, quæ illo anno elapso fuit sub
COSS. anni *Varroniani* 262. fuisse ^d *ἐπικαίδεκα ἐτῶν μὲν πρὸ ἐνκο-*
λῶν τῶν βασιλέων δεδούτων. Sic enim loquitur de anno *Urbis* ^d *Dionys. L. vii.*
trecentesimo idem *Dionysius πεταληρωδύς*. ^{P. 417.} *Intelligens* nimirum
 jam tunc *elapsum* esse, cum *inirent* illi, de quibus ibi loquitur,
Consules. Et ne dubitemus ita intelligendum esse *Dionysium*,
 facit *Eutropius*. Medium inter annos à *Regifugio* xvi^m. & xviii^m.
 annum agnoscit *Eutropius* quo *Coriolos* expugnavit *Marcus*,
 inde *Coriolanus* appellatus, qui annus erat *Varr.* 261. *Suffra-*
 gatur



gatur etiam Pomponius Digest. L. 1. Tit. 2. l. 2. qui primos Plebis Tribunos etiam ipse anno post Reges exactos tribuit xvii^o. Sed & COSS. anni Varr. 270. Epochæ suæ anno 270. tribuit etiam Dionysius. Idem ^a Dionysius annos xxx. recenset quibus actum fuisset de Lege Agraria, ab anno Varron. 269. ad ann. 299. Et quidem totum hoc spatium firmat ætas ^b Siccii Dentati. Is se ait anni Varr. 299. COSS. annum agere 58. Proinde natus anno Varr. 241. Sub COSS. anni Varr. 367. se docet fuisse ἐπικαιρινγοαίτην. Ita scilicet ut labentem intelligat illum ætatis suæ annum. Inde annum plusquam xxx^m. viz. xxxii^m. exegerit in ἡγεμονίαις, plusquam xl^m. in Militia, post Pubertatem anno Varr. 258. expletam. Recte ergo illum per ^c ætatem à militia excusatum tradit sub Decemviris, anno Varr. 305. Cum scilicet annum ætatis lx^m. anno Varr. 301. absolvisset, qui ultimus erat militiæ terminus, pro disciplina Servii Tullii. Idem Siccii eadem Oratione à poena Sp. Cassii anno Varr. 269. annos numerat xi. rectissime à COSS à Genuccio Tribuno Plebis accusatos ann. Varr. 280. Et qua parte integri sunt Fasti Capitolini, & qua perditorum etiam Consulium spatia ex Urbis Conditiæ annis explorata habemus, nullum reperimus discordiæ vestigium. Itaque nec in Fastis Varronianis quos eisdem à Regifugio cum Capitolinis esse sæpe jam monuimus.

Sect. XCVII.
Exordia anni
Romani Civilis
ante Decemvires.

Quod vero ad Decemviros attinet, non tempore recepto illi, sed multo citius, Magistratum capeſſebant. Idus enim Maias fuisse cum inirent, tam Livius docet quam Dionysius. Reverſis enim è Græcia legatis cum Atticis legibus anno Varr. 302. Consules obtundebant Tribuni Plebis, ut primo quoque tempore ad Senatum referrent de Legumlatoribus creandis. Distulerunt illos Consules ad Comitiam Consulariam, quæ tamen Comitiam, ut πολλῶν τῶν χιόν ἢ τοῖς ἀεστέραις ἕδος λῶ, haberentur, consecuti sunt sua importunitate Tribuni, teste Dionysio. Tum factum Senatusconsultum ex sententia Appii Claudii Consulis in sequentem annum designati, ut crearentur Decemviri, ἀφ' ἧς ἀν' ἀποδείχθῶσιν ἡμέρας potestatem habituri annuam, abdicantibus Consulibus designatis inito Magistratu. Proinde his ipsis Maiis Idibus creatos Decemviros fuisse consentaneum est, ann. Varr. 303. Inde biennium legitimum exiit Idibus Maiis anni Varr. 305. Sed paulo supra ^d ostendimus legitimum tempus ineundi Consulatus fuisse Idibus Decembres. Hoc ergo die si proximi inierint COSS. Valerius & Horatius; sic menses ultra tempus legitimum vii. tenuerint Decemviri. Atque inde fortassis orta est discordia inter

Cato.



Catonianos & Varronianos. Quod hos menses neglectos à *Varronianis Catoniani*, quod anni partem *dimidiam* superârint, pro anno proinde integro numerandos duxerint. Sed vero *ante Decemviros serius* inibant *annui Magistratus*. Melius ergo *Varroniani*, cum tempus, quod *prioribus* perierat *COSS.* non rursus supputandum existimarent, cum *Decemviris*, præter modum à lege præscriptum, accrevisset. Anno *Varroniano 292.* ante diem *iii. Idus Sextiles* Consulatum *initum* testatur ^a *Li-* ^a *Liv. L. III.*
vius. Anno 291. ^b *Varr. Cal. Sext. UT TUNC PRINCIPUM* ^c *8.*
(inquit) ANNI agebatur, inibant. Illud ergo docet tempus ^b *c. 6.*
fuisse *legitimum.* De anni *Varroniani 278. COSS.* ita ^c *Diony-* ^c *Dionys. L. IX.*
sus: ΓΩ. ἡ ἐξῆς ἐστὶ, πρὸς τὰς θέρμας μάλιχα τρεπίς, Σεξτίλις μὲνός. ^d *P. 583.*
ωδγαλαμβάνει τὴν ἰσπατείαν &c. Cum mensis *diem* certum nul-
lum designat, id, ni fallor, voluit, cum *mensē ipso Consulatum*
inivisse. Cum, hoc item *anno* ita cœpisse docet, id etiam una
fortassis innuebat, ab hoc demum *anno* hoc anni *principium*
exordium accepisse. Ne hoc temere Nos dixisse suspicetur
Lector, facit *Livius*, qui de clade *Fabiorum* ad *Cremeram* ita
scribit: ^d *cum hæc accepta clades esset, jam C. Horatius & T. Me-* ^d *Liv. L. II.*
nenius COSS. erant. Hi Magistratum gesserant anno *Varroniano* ^e *51.*
superiori 277. *cujus anni xv. Calend. Sextiles* cæsos *Fabios* non
^e *Livius* modo, sed alii testantur. Illo ergo anno, jam *mensē* ^e *Liv. L. vi.*
^f *Quintili* erant in Magistratu *Consules*, vel ab illius *Calendis*, ^f *Macrob. Sat.*
vel ab *Idibus*, ut postea *Decemviri.* Quod vero *Sextilis* vel *Ca-* ^f *L. I.*
lendas cum *Solstitio* committit tam gravis Auctor, alienum cer-
te est à solita ejus *αρεσει.* Minus est cur hoc idem mire-
mur in ^g *Plutarcho* cum *Calendas* similiter *Sextiles* ipse quoque ^g *Plutarchi. Ma-*
^h *τρεπίς* *δεπς* fuisse sentit. Quamvis etiam *post Solstitium* ^h *rio.*
verba illa fuisse patientur. Sed non est cum *Dionysio* confe-
rendus in rerum *Romanarum* peritia *Plutarchus.* Video autem
in nostro Veterum *ante Decemviros* *Kalendario*, *Julianum Au-*
gustum (qui veterum fuerat *Sextilis*.) *Quintili* respondere, cu-
jus *calende* non longe à *Solstitio* distabant. In anno enim *Ro-*
mano Solari VIII. Cal. Julias, Civile erat *Solstitium*; seu, pro
Veterum sermone, *viii. Kal. Quintiles.* Hinc si *Dionysio* fue-
rit erroris occasio, è Veteri *Parapegmate* ortum fuisse verifi-
millimum est, *cujus Solarem* mensē ille cum *Civili Lunari*
Sextili confuderit, & deinde cum *mensē vere Lunari* contu-
lerit, cui illo *Seculo* respondebat, qui *Quintilis* erat, non *Sex-*
tilis. Anno *Varroniano 261. Consules* maturius solito *Magistra-*
tum ait inivisse *Dionysius*, cum *Calendis* inirent *Septembris.*



a Dionys. L. vi.
p. 378.

En verba: ὅτι οὐτοι ἀδελφεύοντες τῷ ἀρχῷ Καλάνδαις Σεπτεμβρίου, ἴατον ἢ τοῖς ἀετέροις ἔτος ἰώ. Multo fuerit, an paulo, maturius, non indicat satis aperte *Dionysius*. Si *Idus Septembres* dies fuerit ineundi *legitimus*; ita concurrerit annus *Magistratum Civilium* cum anno *clavorum Capitolinorum* quibus primos consignatos fuisse vidimus *Romanorum Annales*. Sed ne ita se res habuerit, obstat, quod *Horatius*, qui ædem *Capitolinam* dedicavit, absentiam collegæ *Poplicolæ* captarit, in *hostes* profecti, ut *dedicationem* ipse solus sine sorte perageret. Itaque elapsus fuerit oportet *initi* Magistratus dies ante *Idus Septembres* cum jam antea jure *gladii* legitimo instructus expeditionem in *hostes* suscepisset *Valerius*. Quod si *ineuntis* Magistratus dies ante *Idus Septembres* elapsus fuerit, *exeuntis* certe ad *Idus illas* pertingere non potuit. Nec adeo potuit *initi* Consulatus dies cum die *Dedicationis* coincidere.

Sec. XCVIII.
Primi COSS.
mense Januario
inibant, & spacium
annuum in Magistratu
su-
perabant.
b Pluarch.
Quæst. Rom.

c Macrobi. Sat.
L. 1. c. 12.

Age autem, jam videamus an supersint aliqua his temporibus indicia anni olim à *Januario* ante *Decemviros capti*. Et sane huc spectare crediderim, quod ait ^o *Plutarchus* primos *Consules inivisse* mense *Januario*. Pro hoc scilicet *initio* quod à *Regifugio* ipso *Veteres* deduxerunt. Erant enim sane, etiam è *Veteribus*: qui *inde* primum *Consulatum* censebant. Sic Ego *Dionysium* ipsum intelligo, quo loco dicit *quatuor menses* illi anno *explendo* defuisse. Loquitur enim, ut è præcedentibus apparet, de anno *Attico* qui ab *Hecatombæone*, primoque post *Solstitium Novilunio* inibat, ad quem à fine *Februarii* veteris recte *quatuor menses* censuit, qua licuit *Cyclos* adeo diversos invicem contendere. Convenit autem accurate. Nam cum locum *Martii* possideret *Januarius*, etiam *Calendas Martias* eadem necesse erat *Calendas* fuisse *Januarias*. Proinde *Regifugii* dies qui postea v. *Calend. Mart.* censebatur, hoc *Seculo* v. erat *Cal. Januarias*. Scio quidem & alium fuisse *Regifugii* diem mense ^c *Junio* quo *Carnæ* *Dæ Junius Brutus* voti reus in *Cælio* monte sacra fecerit. Hunc diem *Calendas Junias* fuisse vult *Macrobius*. ix. *Cal. Jun.* vetus *Kalendarium*, à quo longe non discedit *Ovidius*. Atqui fuerat jam in Magistratu *Junius* cum *voti reus* votum solveret, de pellendis ab Urbe *Regibus*. Jam securam præstiterat aliquatenus à *Regum metu* *Republicam*, & multa eo fine constituerat quæ tamen nisi *Consul* præstare non potuit. Alioqui *voti damnari* non potuit. Potuit tamen ab hac *voti solutione* *Consulatum* censere *Senatus*, ut *Consules* illius anni *abdicare* non pateretur, dum rediret *soluti voti* dies



dies anniversarius. Bene enim vidit Sigonius à priori illo *Regifugio* plusquam annum explevisse primi anni *Consules*, si quidem prid. *Kal. Martias* interfectus fuerit ipse *Brutus*, quod testatur in *Poplicolæ* vita *Plutarchus*. Ita *Senatus Camillum Dictaturam* tantummodo *semestrem*, nisi anno *circumacto* abdicare passus non est. Sic pro arbitrio sæpe iussit, ut *Consules* ante annum *expletum* abdicarent, utque ante tempus legitimum *inirent* designata. Fecit enim tanta illa licentia ut *Consulum exordia* his temporibus adeo habeamus incomperta. Sic quæ defuisse vidimus in *recentioribus* *Consulatibus* suppleverint *antiquiores*. Ut proinde omnes spatia illis in *Epocha Varro-niana* expleverint. Conferantur enim hi *primi COSS.* anni *Varroniani* 245. qui *inibant* mense *Januario* cum *COSS.* anni 260. qui post *Cal. Septemb.* *inibant* (qui, mutato anni *exordio* à *Januario* ad *Martium*, *Octobri* respondebat post *Decemviros*) & *lucrum* erit *mensium octo* super *annos* Magistratum *Ordinarios*. Postea cum ad *Decembrem* usque proferrentur *Consulatum* *exordia*, *anni* erat *lucrum* pene *integri*, quem proinde recte à *posterioribus* Magistratibus *demendum* censuit *Senatus*, ut fieret *Æquatio*. Propterea etiam fortassis ad *Januarium* tandem *COSS.* redegit, nec usquam deinceps illos inde dimovit, quod meminerant primos *COSS.* *inivisse* à *Januario*. Aliam certe, cur ita fecerint, rationem nullam video. Nec enim, cum *Consulatus initium*, post ann. *U. C.* 600. *Januario* affigeretur, alterius anni cujuslibet *exordium* erat à *Januario*. Non anni *Cyclici*, qui tum etiam coepit à *Martio*, ut statuerant *Decemviri*. Non *Epochæ Urbis Condita*, quæ coepit à *Palilibus*. Obliti tamen erant interim, *alium* fuisse *recentioris* illius *Januarii situm*, quo Magistratus *annuos inire* volebant, à *veteris Januarii situ* qui annum *Cyclicum* revera *exordiebatur*. Eodem Ego & illud retulerim, quod *Plutarchus* in *Publicola* *Idus Septembres* cum *Plenilunio* committit *Metageitnionis*. Certe *Boedromion*, pro serie *mensium post Decemviros*, *Septembri Romano* conferri solet. Quod ergo hic *Metageitnion* eidem responde-rit, exinde contigit, quod *Januarius Martio* præpositus, *mens-es* deinde omnes in *antiora* protruserit.

Idem etiam aliunde probamus è *diebus* horum temporum minime *Nundinalibus*. Proximus est huic *Decemvirorum* mutationi (ut ordine retrogrado progrediamur) dies ipse *Iduum Maiarum* quo *primos* diximus *inivisse Decemviros*. Hujus autem *diei* (cum *alienus* esset à die *inivendi* jam *recepto*) proinde libera

Sect. XCIX.
Firmantur præ-
dicta è *diebus*
horum Tem-
porum non-
Nundinalibus.



libera erat electio. Nulla ergo erat necessitas cur in *Nundinas* indicerentur Magistratus *ineundi* pompæ à *Nundinarum* turbis adeo alienæ. Imo eodem quo designabantur die ut *inirent* Senatusconsulto cautum docuit *Dionysius*. Itaque eodem quo inibant *die Comitia* erant, quibus *designarentur*, *Centuriata* ipsa quoque, si nihil aliud fuisset, à *Nundinis* omnium consensu, alienissima. E Tabula App. *Camdenianæ* vi. ad finem *Cycli* qui desit anno *Varr.* 292. dies numerantur 105192. Proinde annus *Varr.* 303. (quo primi cœpere *Decemviri*) annus erat novi *Cycli* xi^{us}. Ad finem anni xi. è Tabula *Camdeniana* iv. dies numerantur 3960. Addantur è *Kalendario ante-Decemvirano* dies ad *Maii* xv^m. 161. Confiunt omnes 109313. Rejctis, pro *Nundinis Æmilianis* 2, supererunt 109311. qui si per 8. dividantur, relinquent 7. Erat ergo dies ille à *Nundinis* vii^{us}. Proximus est *dies Triumphalis* anno *Capitolino* 295. proinde *Varr.* 296. *Idib. Septembribus*. Hic autem si supradicta methodo procedatur, in diem à *Nundinis* conveniet v^m. Quod si pro Tabula iii. nostræ *Appendicis Camden. tertium* anni labentis numerum supputaveris, in ipsas incidet *Nundinas*. Verum ergo est quod scribit *Ovidius*, his temporibus primum anni *Cyclici* mensem, non *Martium* fuisse, sed *Januarium*. *Triumphum* alium repræsentant *Fasti Capitolini* anno *Epochæ suæ* 294. *Varroniano* proinde 295. iv. *Id. Maias*, seu *Maii* xii. Sed, quia annus *Consularis* cœpit, ut vidimus, mense *Sextili*, proinde anno *Varroniano* 296. quærendus est, qua anni *initium* censetur à mense qui proxime præcessit *Februarium*. Hic etiam dies, si numerus *tertius* è *Kalendario ante-Decemvirali* accipiatur, in diem quadrabit à *Nundinis* iv^m. Porro anni 288. *Consulem Sp. Posthumium ædem* Ἐπιστῆς Δῖος, quem *Medium Fidium* appellabant, *μὲν δὲ ἱερῶν καὶ λατρίαις Νόμῶν* dedicasse Auctor est ^a *Dionysius*. Non certe *Nundinis*, à quarum usu necessario profano alienæ erant *Dedicationes*. Erat etiam ad *Dedicationes* Populi maxima *frequentia* admodum decora qui frequens *Nundinis* interesse non poterat propter negotia. Hic autem etiam dies, cum *exordium Consulatus* esset in *Sextili*, proinde *Varroniano* 289. quærendus est. *Cycli* annus erat xxi^{us}. Sumantur ergo ad *initium* *Cycli* (qui anno *Varr.* cœpit 268.) dies 96426. pro annis *Cycli* xx. 7622. pro hoc anno (qui *communis* est) ad *Junii* v^m. è *Kalendario ante-Decemvirali* 182. eruntque omnes 104030. Rejctis 2. & reliquis per 8. divis, dies erat à *Nundinis* iv^m. Rursus anno *Capitolin.* 279. *Varr.*

^a *Dionys.* L. IX. p. 617.



Varr. 280. *triumphus* est --IBVS. MAR. quæ literæ nisi de *Idibus Martiis* intelligi nequeunt, seu die *Martii* xv. Sed hoc etiam anno *Sextili* inierant *Consules*, ut proinde *Idus* illius *Consulatus Martiæ* ad annum Varr. 281. sequentem referendæ sint. Hic etiam dies, pro calculo jam descripto, dies erit à *Nundinis* 11^{us}. Iterum anno Cap. 278. Varr. 279. *K. Maiis triumphum* habemus, qui, ut ad illius anni pertineat *Consules*, sequenti anno Varr. 280. investigandus est, qua à *bruma* annus *inire* censetur. Erit ergo, pro *Kalendario ante-Decemvirali* à *Nundinis* v^{us}. pro *Decemvirali* autem *Nundinalis*. Unde rursus verissimum esse vincitur quod nos docuit *Ovidius*. *Castoris præterea ædem* testatur ^a *Livius* sub anni *Varroniani* 270. *Consulibus* ^{a Liv. L. II. c. 42.} fuisse *dedicatam Idibus Quintilibus*, die scilicet *Quintilis* xv. Sed post *Quintilem* iniverant *COSS*. Itaque Varr. anno 271. *Quintilis* erat qui *Consulatus* illi respondebat. Illius autem *Quintilis* dies xv. dies erat à *Nundinis* 111^{us}. Antea anno Varr. 266. *pacem cum Coriolano* composuerant *mulieres*. Inde ædes *Fortunæ Muliebris*, in cuius ara sacrificatum ^b *Calendis Decem-* ^{b Dionys. L. VIII. p. 525.} *bribus* ἡ κατίπν ἐνιαυτῶ, *sequentis anni*, pro more *Dionysii*. *Ædem* autem ipsam ab anni 268. *Consule Proculo Virginio* *dedicatam* refert *Quintilis* mensis ἐβδόμη κατὰ σελλώλω. Αὐτὴ ἢ ἡ Ῥωμαίοις ἐστὶν (inquit). ἢ πρηνυαυμένη Κοιντιλίων Νωνῶν ἡμέρα. Quod ait κατὰ σελλώλω, non est propterea opus, ut (quod facere solent *Chronologi*) septimus à *vero Novilunio* dies quæretur. Id enim duntaxat vult, VII^m. fuisse à *Novilunio Civili* in forma mensium *Lunari*, quod potuit à *vero Novilunio*, in *Cyclo Embolimorum mutilorum*, toto etiam *Cælo*, distare. Male autem vertit *Interpres* verba πρηνυαυμένη Νωνῶν, *Pridie Nonas*. VII^{us}: enim dies ipsæ erant *Nonæ*. Et male proinde pro ἐβδόμη, ἕκτη reposuit *Glareanus*. Facile invicem utraque conciliabuntur, si ita verterimus: *Quintilium Nonarum dies omnium prima*. Fert enim satis commode illam interpretationem vox πρηνυαυμένη. Quod autem à *Consule* ædes *dedicata* fuerit, inde colligimus *dedicatam nondum* elapso *Consulatu*. Negat enim, apud ^c *Livium*, ^{c Liv. L. IX. c. 46.} Pontifex Maximus, more majorum quemquam, nisi *Consulem* aut *Imperatorem*, posse *Templum* *dedicare*. Sed *Nonæ* illæ *Quintiles* in *Consulatus exitu* quærendæ sunt, annoque proinde *Varroniano* 269. *Cycli* nimirum novi 1^o. Eruntque à *Nundinis* VII. pro iisdem rationibus *ante-Decemviralibus*. Poterat fortasse *Sacrificium* *mulierum Calend. Decembris* anni 268. in *Nundinas* incidisse, cum diem ipsum anniverfarium *Pacis* superiori an-



a Liv. L. II.
c. 21. 27.

b Macrob. Sat.
L. I. c. 10.

c Macrob. ib.
c. 8.

no factæ observârint. Non tamen accidit vel ipsum, pro nostris hypothesibus, incommode. Convenit enim in diem à *Nundinis* III^m. Adem præterea *Mercurii* a *Livius Idibus Maiis Consulatus* anni *Varroniani* 259. *dedicatam* scribit. Spectat & hæc *Dedicatio* ad posteriorem *Consulatus partem*, quæ anno *Varr.* 260. fuit, qua annus *novus* censetur post *Terminalia*. Erat autem, pro prædictis rationibus, dies à *Nundinis* VI^{us}. Est & alia *Dedicatio Templi Saturni* ipsis peracta *Saturnalibus*, quæ *Veteribus* XIV. *Kal. Januariis* celebrari solita probavit b *Macrobius*. Anno tamen admodum incerto. Fuisse qui *Tullo Hostilio*, cum bis de *Albanis*, de *Sabinis* tertio, *triumphasset*, *Consecrationem* illam assignârint, docet ibidem c *Macrobius*. Ipse *Lartio Dictatori* tribuit, & quidem Auctore, ut obtendit, *Varrone*. Sed *Lartii* illa *Dictatura* incerta est. *Livius veterrimorum*, ut ait, *fidem secutus*, *Consulatu* statuit post *Reges nono*, U. C. *Varr.* anno 253. quem sequuntur *Eusebius* & *Eutropius*. *Dionysius* triennio tardius, ann. *Varr.* 256. Sed *Templi* illius *Dedicationem* & prima *Saturnalia* in annum conferunt *Varr.* 257. tam *Livius* quam *Dionysius*, quorum *consensum* reliquis anteferendum censeo. Sic autem *Dedicatio* conveniet in diem à *Nundinis* III^m. Sed, in tanta *Veterum* incertitudine, non admodum fidendum arbitrator. Anno *Capitolin.* 250. *Varr.* 251. duo sunt *Triumphus*: alius III. alius *Prid. Non. Apriles*, nempe *Aprilis* die III. & IV. Hi quoque *dies* illo anno occurrunt post *Nundinas* diebus III. & IV. Superest denique & alius hoc eodem *Cyclo Triumphus Valerii Poplicolæ Consulis*, proximo, ut nos docet *Dionysius*, die à cæde *Bruti*, quem *Pridie Kal. Martias* cecidisse observavit in *Poplicolæ* vita *Plutarchus*. Inde non absurde *Kalendis* ipsis *Martias* triumphasse colligit perspicacissimus *Sigonius*. Sed ad *Consulatus* exitum pertinent *Kalendæ* illæ *Martia*, & proinde ad annum *Varr.* 246^m. qui cum *Cycli* anno concurrebat *secundo*. Hoc ergo anno in diem occurrit à *Nundinis* IV^m. Habemus ergo hoc spatio inter primos *COSS.* & *Decemviros* dies *alienos* à *Nundinis* omnes, excepto 1^o. quem supplebit fortassis dies alius à nobis nondum observatus, quos ita contigisse temere non est quod facile existimemus. Videmus etiam bis dies *minime Nundinales* in *Nundinas* ipsas incidisse pro *Kalendario* illo quod obtinuit *post* *Decemviros*. Unde egregie firmatur mutatio illa facta per *Decemviros*, in primo quidem anni *mense*, non autem in *Cyclo*, qui hucusque idem fuisse videtur, qualicet conjecturam facere ex *experimentis*. Suspiciabar equidem his



his temporibus post *Novembrem* fuisse *intercalatum*. Et quidem duplici ratione: Alia, quod in anno *Confusionis Intercalares* ante illum annum *omissos* illo ipso in loco intercalarit ipse *Cæsar*, quod Ego ex antiquo aliquo *Intercalandi exemplo* emanasse credideram. Sed potuit illud exemplum *recentiorum* fuisse temporum, cum annis alienis intercalandi essent qui *Pontificum* fraude fuissent *omissi Merkedonii*. Alia erat, quod, cum *Martii* locum teneret *Januarius*, ita effectum sit ut *Decembris* locum possideret *November*, & proinde *Posideoni Attico* responderet mensi illorum *intercalari*, qua quidem licuit in *Cyclorum* tanta *diversitate*. Sed mensium *Intercalarium Cyclorumque* usum his temporibus non ab *Atheniensibus* proxime ad *Romanos* emanasse prodit mensis *Intercalaris* nomen, *Merkedini* vel *Merkedonii*, non *Atticæ* certe, sed *Italicæ* potius originis. Tantum abest ut *Civilis anni initium* plane *arbitrarium* ab *Atheniensibus Romani* acceperint. Et profecto si ita fuisset *intercalatum sine Novembris*, fieret ut in annos *Varronianos*, non ut postea *pares*, sed *impares*, his temporibus inciderent *Intercalationes*. Docuit autem, ut dixi, *Varro*, etiam ante *Decemviros*, anno *Varr. 282.* fuisse *Intercalatum*.

Videamus jam, qua licet è tam paucis antiquioris ævi ruderibus, quando cœperint, apud *Romanos* hujusmodi annorum mensiumque *Lunarium Cycli*. Utque primum ordine retrogrado progrediamur, ut cœpimus; ipsum illud exemplum *Intercalaris* à *Varrone* observati ann. *Varr. 282.* ostendit eousque receptos fuisse apud *Romanos* annorum *Lunarium Cyclos*. Nec enim in aliis quam *Lunaribus* annis *Civilibus* locum habebant mensium *Intercalationes*. Et mensis profecto, quo *Lex* illa est *incisa*, verisimillimum est illum fuisse *Intercalarem*, vel potius fortassis quò est *Rogata*. Sic enim certe postea solebant *Leges* designari *Consulares mense* & mensis *die* quo essent in *Ærarium* relatæ, ut inde innotesceret unde vim essent habituræ. Adhuc eodem exemplo vincitur hanc *Romanorum* fuisse consuetudinem ab illius *Octennii exordio*. Minimus enim erat ille *Cyclus* mensium *Embolimorum mutilorum*. Nec *pares*, pro *Conditoris* mente, *Lunas* confici credebatur, ante *Octennium* penitus elapsum. Tum demum enim *tres Lunas* censebantur *quatuor* conficere *Merkedonii*. Itaque ab anno *Varr. 276.* saltem, quo illud cœpit *octennium*, *Lunares* menses *Romani* usurpabant. Imo à superioris *Octennii initio* usurpasse docet *Dionysius Halicarnassæus*, cum anno (quo cœpit *Octennium* illud) *Varr. 268.*

N n n 2

Quinti-

Sect. C.
Anni *Lunaris*,
apud *Romanos*,
usus, non à
Numa, sed à
Tarquinio potius
Superbo.



^a ap. *Macrob.*
 Sat. L. I. c. 13.
^b *Censorin.* c. 20.

Quintilis vii^m. supputat κατὰ σελεύω. Imo ita fuerit necesse est, si jam obtinuerit dies *impar* in anno *Lunari*. Sic enim *Cyclo majori* (qui inde coepit) annorum xxiv. expectandæ erant *Aequationes*. Nec sane antiquiora suppetunt (quod quidem sciam) *Lunarium* annorum mensiumque vestigia in bonæ fidei monumentis. Non me quidem fugit, *antiquiorem* haberi apud *Veteres Intercalandi* originem. ^a *Licinius Macer* eam *Romulo* tribuebat. Hunc enim illis accenset ^b *Censorinus* qui annum, etiam sub *Romulo*, volebant fuisse duodecimestrem. *Valerius Antias* *Numam Pompilium* sacrorum causa id invenisse contendit. Verba sunt, ubi supra, *Macrobii*. Et cum illo sentire videtur non *Macrobius* solus, qui modum anni *Lunaris* dierum 355. *Numæ* assignat, sed & *Livius* qui hujus etiam *majoris* *Cycli* eundem Auctorem agnoscit modum *Lunaris* anni illum supponentis, & *Fulvius Nobilior*, atque alii plerique. *Junius Gracchanus* *Servium Tullium* Regem primum *intercalasse* commemorat, eodem teste ibidem *Macrobio*, à quo & *Nundinas* (inquit) *institutas* *Varroni* placet. Mentem autem *Junii* aliter, & fortasse rectius, repræsentat antiquior *Macrobio Censorinus*. Verba hæc sunt: *Ut Junius, à Tarquinio, duodecim facti sunt menses, & dies CCCLV.* Hanc Ego sententiam, si de *ultimo* intelligatur *Tarquinio*, omnium verisimillimam existimo. Sunt enim *vetustiores* illæ origines omnino suspectæ, cum nulla fuerint illis temporibus coæva monumenta, & tantæ præterea accedant in *ratiociniis* discordiæ. *Numæ* certe res ad *Religionem* spectantes omnes, de quarum *recentiori* origine nihil aliunde constabat, facile tribuebant. Sic enim futurum sperabant, ne quæ novitates facile irreperent in re cujus mutationes habebantur omnium periculosissimæ. Hoc enim fatigisse *Numam* credebant, ut *Religionem* sibi imprimis censuerit excolendam. Muniverat porro illius constituta fama de *Egeria* *Nympha*, ne facile humanorum consiliorum inventa *Deæ* *Oraculis* opponerent. Sic enim *Leges* suas similiter munivit *Apolline* Auctore *Lycurgus*. Sic & alii *Aegyptiorum* *Legumlatores* antiquissimi, ut jam diu observavit *Diodorus*. Eo autem libentius hos *Cyclos* ad *Numam* Auctorem retulerunt, quod *Sacrorum* causa fuerint excogitati, ut jam supra docuit *Geminus*. Hanc enim ipsam *Sacrorum* causam fuisse cur à *Numa* adhiberentur, obtendit *Valerius Antias*. Sed multa *Numæ* nomine conficta fuisse vincebant ipsi *Numæ*

^a Libri



* Libri anno Varr. 573. reperti, propterea cremati quod plera- a Liv. L. XL.
 que dissolvendarum Religionum esse fidem suam obstrinxerit c.29. Plin.N.H.
 Prætor Urbanus. Cur ita quæso nisi in receptam Romanorum L. XIII. c. 13.
 Religionem plurima irrepsissent Numæ sententiæ non aliena mo- Plutarch. Num.
 dô, verumetiam adversa? Hac certe in causa Cyclorum Numæ Lactant. I. 22.
 nullam operam fuisse vix est quod dubitemus. Censuit Vale- S. Aug. Civ. D.
 rius Antias à Numæ Sacrorum causa fuisse excogitatos. VII. 34. Valer.
 Nos autem jam superius ostendimus Oracula illa de Sacris Patriis Max.
 secundum tria celebrandis, quæ Cyclis annorum mensiumque Lu-
 narium excogitandis ansam dederint, edita fuisse post multas
 à Numæ morte Olympiadas, certe post Olymp. XL^m. Ostendi-
 mus præterea adeo tum Astronomiæ imperitos fuisse Græcos,
 ut primam suam Trieteridem (quæ biennio Solari paria facere
 credebatur) xxv. Lunaribus mensibus constarent quorum sin-
 guli diebus constarent xxx. Ostendimus Solonem fuisse qui
 primus Græcorum mensem Lunarem 29. diebus & parte diei di-
 midia constituerit, ab anno Olymp. XLVI^r. 3^o. Inde gradum
 factum ostendimus ad Cyclos majores, primo Tetraeteridum
 propter rationes Solares; tum Octaeteridum, propter Lunares,
 Embolimorum etiamnum tantummodo mutilorum. Medio er-
 go spatio inter Olymp. XLVI. 3. & Olymp. LIX. I. inventa est apud
 Græcos Octaeteris illa prior & simplicior quæ ex duplici constabat
 Tetraeteride, quam excoluisse volunt Numam Cycli sui Edi-
 tione ultima, quæ ex triplici conflata fuerit Octaeteride. Atqui
 certe, si quid habeamus explorati in Historia Astronomiæ; hoc
 certum est in Oriente illam cœpisse apud Babylonios & Ægyptios;
 inde ad Græcos emanasse colonos Asianos; sic deinde in ipsam
 Græciam; ab illa demum ad Magnæ Græciæ colonias Italicas;
 sic denique ad Romanos. Convenitque, quod prima Lunæ E-
 clipfis ab homine Romano observata fuerit Consulatu Æmilii Pau-
 li 11^o. anno Varr. 586. quæ milites novitate sua territura fuerit
 ni fuisset à Sulpicio Galba antea prædicta. Sed & secunda illa
 Cycli Pompiliani Editio, quam volunt, plane Pythagorica erat.
 Pythagoricum, quod annum ipsum Lunarem impari dierum nu-
 mero constaret Cycli conditor; ita præter Lunæ rationes, ut
 fuerint dies illi singulorum annorum, cum ad justos excre-
 vissent Merkedonios, è Cycli majoris rationibus postea detra-
 hendæ. Pythagoricum & illud, quod menses anni omnes im-
 pari dierum numero constituerint unico excepto, qui Diis in-
 feris dicabatur Februario. Id quoque præter Lunæ rationes.
 Sic enim effectum ut menses majores alios biduo, Februarium



a Macrob. Sat.
L. I. c. 13.

b Diff. III. s.

Seft. CI.
Nec multo ju-
niores erant Cy-
cli, quem Pom-
pilianum appel-
lant, emendatio-
nes.

etiam triduo, superârint, qui sane excessus in *Lunæ* rationibus locum plane nullum habere potuit. In hoc certe, non *Græcos* duntaxat *alios*, sed aliarum Urbium *Italos* à *Romani* anni exemplo dissensisse agnoscit *Macrobius*. Hoc ipsis *veteribus* suboluit. Sed præconceptis opinionibus occupati in alios errores manifestos inciderunt. Alii propterea *Pythagoram Numæ* coævum crediderunt, ut ab *eo* hanc anni sui emendationem *Numa* ipse didicerit. Hoc autem cum *temporum* doctrina pugnare animadvertebant sagaciores. Satisque erat hoc unum ad hanc omnem opinionem de *Numa* hujus *Cycli* Auctore ex hominum animis evellendam. Qui tamen cedere præconceptis erroribus nesciebant, *Numæ* quoque numerum *imparem* in honore fuisse volunt, *secretum hoc* & ante *Pythagoram parturiente natura*. Sic enim loquitur ^a *Macrobius*. Sed, si quid *proprium* in *Pythagoræ* disciplina fuit, erat sane imprimis illa *numerorum* Religio, *Αριθμητικὴ* illa, de quo scripsit *Nicomachus Gerasenus*, *Θεολογία*. Sed locus etiam mensis *Intercalaris*, nec anni, & ne quidem mensis, *sine*, sed *post Terminalia*, & ante *Regifugium*, originem arguit *Numa* recentiore. Quid enim *Numæ* cum *Regifugio*? Cur inde novum anni *exordium* Rex ipse ab *Epocha Regibus* odiosissima? Quis est quin videat *Populi* potius hoc fuisse jam *nuper liberi*, & *Regum* omnium *memoriæ infensissimi*? Ita certe potuit in hoc *Cyclo* efformando partem *ipse* habere *Pythagoras*. *Servium Tullium* primum *Intercalationis* Auctorem vult fuisse è *Junio Gracchano* *Macrobius*. Et cognomine *Tullio* regnante in *Italiam* appulisse putavit *Cicero*. Melius tamen, ut dixi, de *Tarquinio Superbo* *Gracchani* sententiam refert *Censorinus*. Sic autem *Pythagoræ* adventus in *Italiam* examussum conveniet, ut ^b Nos illum supra constituimus, anno *Varroniano* 244°. *Olymp.* LXVII. 3. ultimo *Tarquinii Superbi*. Certe si *Olymp.* LXVII. 2°. *nuper* coepto venerit, consuli potuit ab ipso *Tarquinio* de *Cyclo* qui illo ipso anno *caepit*.

Erant autem in hoc *Cyclo*, quem *Pompilianum* fuisse volunt, *varii progressus*. Primus *simplicis Octaeteridis* anni *Lunaris* modo eodem quo & *Græci* & *Romanorum finitimi* etiam *Itali*, *dierum* nempe 354. *Mensium* autem modo eodem qui deinceps obtinuit ante *Decemviros*, præterquam in *Januario*. Is enim, pariter ac *Februarius*, diebus constabat tantummodo 28. Habebat autem hæc quoque forma notam *Superstitionis* in *numeris Pythagoricæ* in eo quod, præter *menses* anni *primum* *ultimumque*,



numque, reliqui præterea *omnes* dierum numeris conflarentur *imparibus*. Itaque etiam ipsa Auctorem habuerit seu *Pythagoram* ipsum, seu alium aliquem de *Schola Pythagoræ*. Postea progressa est eadem illa *Superstitio*, ut non *mensēs* duntaxat, sed & *annum* haberent dierum numero *impari*. Idque ut eveniret, *additum* unum diem ferunt *Januario*, qui deinde dies complectebatur 29. Hoc fecit *Numa paulo post*, si quidem fides *Macrobio*. Paulo nimirum postea quam *primam* illam simplicissimamque invenisset *Octaeteridem*. Dubitat autem *Censorinus*, an per *imprudentiam* acciderit ut *unus* ille *dies* abundaret, quamvis eo magis propendeat ut ea *Superstitio* in die illo addendo locum habuerit, qua *impar numerus plenus* & magis *faustus* habebatur. Magis ergo *ratiociniis*, quam disertis *vetustissimorum testimoniis*, debent Auctores quod *medium* aliquod *spatium* inter has duas formas intercessisse crediderint. Idque ita se habuisse inde fortasse collegerint, quod *Romanorum* finitimi modum anni *Lunaris* eundem observârint, quem & reliqui *Græci*, dierum scilicet 354. Hoc tamen illos à *Græcis* potius accepisse quam *Romanis*, exinde colligi potest, quod ne quidem in *mensibus* eandem cum *Romanis* amplexi fuerint numerorum *imparium* superstitionem, sed alternis *cavos plenosque* numerârint, ut agnoscit ipse *Macrobius*. Nihil ergo constat in contrarium, quin fuerit, à *prima mensum Lunarium* origine idem *anni Lunaris* modus qui *postea*, apud *Romanos*. Alium tamen *majoremque* *Cyclum* necessarium fecerunt quotannis *additi* supra numerum *dies*, ut *Intercalari* prætermisso absumerentur cum ad justum surrexissent *Intercalarem*. Sic autem loquitur *Censorinus* quasi diu nesciretur modum mensum *Lunarium* ita fuisse perversum, ut compensatio aliqua esset necessaria. ^a *Idque diu* (inquit) *factum, priusquam sentiretur, annos Civiles aliquanto naturalibus esse majores. Quod delictum ut corrigeretur, Pontificibus datum est negotium, eorumque arbitrio interkalandi ratio permissa.* Quasi nimirum multi antea effluxissent *anni* quam error ille fuisset observatus. Id si ita habuisset; non tamen propterea necesse est ut *Kalendarium* à nostris rationibus variârît. *Cyclo* enim jam constituto, non tamen *ante Cycli finem*, pro *Conditoris* consilio, facienda erat illa *compensatio*. Erat autem, vel *unius* *Cycli* ambitu, xxiv. dierum (tot enim *dies* supervacuos totidem complectebantur *anni*) discrimen admodum sensibile, tam in *Solis* quam in *Lunæ* rationibus, ne fuerit compensatio illorum *ultra* differenda.

Sed.



Sed ægre mihi persuaserint tam manifestum errorem à primo Cycli Conditorum non observatum fuisse, vel insuper habitum, penitusque neglectum. Id enim certe operam dederunt primi Cyclorum Conditores, ut *Oraculorum* sententiæ responderent *Cycli*, quæ præceperant ut *Sacra patria* secundum *tria* observarentur, secundum *annos* scilicet, & *menses*, & *dies*. Itaque pro virili cavebant ut, Cyclo *elapso*, iusti implerentur *anni* atque *menses*. Nec ullam *numerorum* Religionem verisimile est, ab hac tam necessaria (*Religionis* etiam ipsius nomine) cura potuisse pervertere. Sed nullæ erant, quod scimus, *Veterum* hypotheses quæ (dum *experimentis* convincerentur) illas ferrent *Solis Lunæve*, sine *compensatione*, rationes. Facile autem credi potuit nullum fuisse, quo facienda erat *compensatio*, *Cyclum*; nec proinde errori adeo manifesto provium esse; dum *Cycli* universi *ars* penes solos lateret *Pontifices*, dum à *Flavio Scriba* tandem recluderetur, passimque omnibus patefieret. Hinc ergo procedit, ni fallor, *primus*, apud *Romanos*, mensium *Lunarium* *Cyclus*. Nec quicquam vetat quo minus *Tabulæ nostræ* respondeant, etiam quam postea, fortassis accuratius, dum nullæ adhuc subessent *Pontificum* in *Kalendario* corrumpendo *fraudes*. *Primus* certe hujus *Cycli* *Merkedonius* anni erat *Varr. 246. post Regifugium*. Tum poterant satis commode *Pontifices* *Merkedonium*, alioqui pro *Conditoris* *Cycli* sub *Tarquinio* consilio ad finem *Februarii* differendum, jam ante *Regifugium* intercalare. Cum scilicet jam ita cara esset nuper parta *libertas*, ita odiosum *Regum* nomen, ut *novi anni* *Epocham* inde numerarent. Hanc Ego rationem fuisse arbitror cur ante postremos quinque *Februarii* dies *mensem*, qui pro *Cycli* lege debebatur, *intercalarent*.

Sect. CII.
Argumenta *Catonianorum* expenduntur. De *tabulis Censoriis*. De temporibus *Aristodemi Catoniani*. De legatione in *Siciliam* sub *Gelone*.

a. *Dionys. L. I.*
p. 60.

Fastos jam *Varronianos* & *Catonianos* ad hanc *Regifugii* *Epocham* usque deduximus. Et *Varronianis* favere vidimus quæ habemus *fidei* exploratissimæ monumenta. Quoniam tamen, etiam post *Varronem*, *Catoniano* tamen calculo favent *Historici Romani* omnium præstantissimi *Livius* atque *Dionysius*, quorum postremus in *temporum* doctrina versatus est; age videamus, quibus potissimum *Argumentis Catoniani* suam *Epocham* defenderint. Effet autem hoc compertius, si hodie extaret *Liber* quem de hoc ipso *Argumento* scripsit *Dionysius*, pro exemplo *Scriptorum* ejus aliorum, proculdubio accurate. Is cum perierit, iis quæ suppetunt è laceris *Antiquitatis* monumentis contenti esse debemus. *Cato* autem ipse *Natalem Urbis*



Urbs suæ annum cum Græco anno nullo commisit, teste ibi *Dionysio*. Hoc unum dixit, posteriorem fuisse rebus ad *Ilium* gestis annis 432. Hunc autem annum *Olympiadis* VII^m. I^m. fuisse ex *Eratosthenis* Chronographia collegit *Halicarnassæus*. Recte. Conveniebat enim *Olympias* prima in annum ab excidio *Trojano* 407^m. Deducantur è numero *Catonis*, & reliqui erunt ab initio *Olympiadum* anni præterea 25. quorum ultimus *Olymp.* VII^m. erit I^{us}. Argumenta autem quibus id probârit *Cato*, nulla memorat *Dionysius*. Ipse autem è *Censorius Commentariis* Argumentatur, quorum hæc recenset verba: Ὑπατεύοντος Ἀδελφῆς Οὐαλερίης Ποπίης, καὶ Τίτου Μαλλίου Καπιτωλίνου, μετὰ τῆν ἐκβολὴν τῶ βασιλέων ἐνὸς δέοντι εἰκοστῶ ἔτῃ ἐκατοστῶ ἐτῇ Censum fuisse δ' ἄπερ' ὡς ἄλλοτερον ἐτῇ τῆ ἀλώσεως. Nempe à *Gallis*. Annus hic erat, ut supra ostendimus, *Varr.* 362. Idem tamen si ab anno 244. I I 9^{us}. numeretur, 363. nempe *Catonianus*. Hos *Commentarios* à *Patribus* ad *filios*, ὡς πατρὶς πατρῶνα emanâsse tradit, nempe in *familiis Censoriis*. Inde innuit Religiosissime fuisse custoditos ne quid *falsum* in illos irreperet. Esto. Atqui *Censura* ipsa coepit anno *Varr.* 311. post *Regifugium* anno fere 70°. ante hunc *Consulatum* anno 51°. Inde certe eorum *Commentarii publici*, qua *familiarum Censoriarum* proprii, multo proinde recentiores *Decemvirorum* *Commentariis* quos calculo *Varroniano* favere jam è *Censorino* observavimus. Et ne quidem illud manifestum est an *Regibus* annos assignârint 244. tabulæ illæ *Censoriæ*. Si annos tribuerint tantummodo 243. sic cum *Varroniano* calculo convenient examuffim, vel si *Regum* annum ultimum, errore satis facili ac frequenti, primum ipsæ numerârint. *Aliena* certe fide *Commentarios* illos niti necesse est in rebus *Epocha* sua *antiquioribus*, alienis proinde *erroribus* obnoxios, quantamcunque fidem ipsi mererentur: *Situm* autem illius *Consulatus* fixum, qua nempe respondebat annis *Olympiadum*, non ex illis *Commentariis* didicit *Dionysius*. Imo ne quidem potuit. Quorsum enim attinebat ut *Archiva Romanorum* publica *Græcis* *Temporum* notis designarentur, cum quibus nullum erat *Romanis* illo *Seculo* commercium? Imo ne *Græcis* quidem ipsis usum *Olympiadum* in *temporibus* designandis tam vetustum fuisse alibi^a probavimus. Itaque necesse est recentiorum retro numerantium *ratiociniis* illam deberi, quam habet *Dionysius*, commissionem. *Ætatem* commissionis ne quidem præstat ipse *Dionysius*. Hoc unum ait, cum caperetur à *Gallis* *Urbs*, consensisse fere omnes, *Archontem* fuisse

^a Prælect. In-
aug. 5. 7. 8. 9. 10.

O o o o

Pyrgio-



Pyrgionem, annumque *Olympiadis* xcviij. i^m. Η Κέλτων ἔφοδος, καθ' ἣν ἡ Ρωμαίων πλις ἐάλω, συμφωνεῖται σχεδὸν ὑπὸ πάντων, Ἀρχοντος Ἀθηνῶν Πυργίωνος, ἡγεσται, κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τ' ὀγδοῆς καὶ ἐνενηκῆσθις Ὀλυμπιάδος. Nihil hic de *Commentariis Censoriis*. Imo ne quidem de aliis quibusvis veteribus aut coævis monumentis familiarum aut Corporum quorumcunque fide πατρῶς ᾠδῶτος traditis. Facile inde intelligimus, è juniorum retro supputantium *ratiociniis* omnem illam natam esse commissionem, in qua facilis fuisset sententiarum discordia. Nec denique illorum consensum prædicat undequaque constantem, sed tantum σχεδὸν ὑπὸ πάντων. Certe *Polybium* hac consentientium turba eximendum esse mox videbimus. His tamen *ratiociniis* nituntur omnes *Dionysii* cum *Græcorum* temporibus *commissiones*, tam *Archontum* quam etiam *Olympiadum*. Habet quidem & aliam commissionem in temporibus *Aristodemi* tyranni *Cumani*. Sed ex prædictis fortasse *ratiociniis* oriundam. *Olymp.* lxxiv. *Archonte Miltiade*, qui i^o. *Olympiadis* anno Magistratum gessit, rem gestam *Aristodemi* in *Hetruscos Cumam* ipsam obsidentes. Inde xx^m. fuisse annum ait cum *Aricinis* suppetias ferens *Aruntem Porsenæ* filium idem profligaret interficeretque *Aristodemus*. Proinde anno *Olymp.* lxxv. i^o. Hunc annum cum *COSS.* anni *U. C.* 248. committit *Dionysius*. Cum anno scilicet *oppugnatae* ab *Arunte Aricie* 2^o. quem statim misit *Porsena* Pater post *Pacem* cum *Romanis* anno *Varr.* 246. initam, in quo suffragatur *Dionysio* etiam *Livius*. Concurratque is *U. C.* annus *Catonianus* 248. cum *Olymp.* lxxv. 4. accuratissime. Eo autem anno *Aristodemus* Tyrannidem adeptus est. Addit *Dionysius* lxxv. Tyrannidis anno ad *Aristodemum* venisse *Tarquinius*, adventumque ejus confert in annum *U. C.* 262. tam ipse quam etiam *Livius*. lxxv. annus, si pro *Græco* more designetur, ad *Olympiadis* lxxv. referendus erit annum 3^m. Concurratque annus *U. C.* *Catonianus* 262. cum *Olymp.* lxxv. 3. ut è nostris *Tabulis* apparet. Ut proinde posteriori anni parte ad *Aristodemum* se contulerit *Tarquinius*. Nisi forte, pro *Romanorum* potius more, *Consules* inde lxxv. intellexerit *Dionysius*. Utcunque manifestum est cum *Epocha Catoniana*, non autem *Varroniana*, convenire hos annos *Græcos Olympiadum*. Fieri quidem potest ut ex *Urbis Romanæ COSS.* annum collegerint *Cumani Græcum Olympicum*, ipsi nimirum *Græcorum Eretrienstem & Chalcidensem* coloni. Si ita, nullum erit inde Argumentum ad committendos cum annis *Olympiadum* annos *Epochæ Romanæ*. Nec sane incre-



incredibile est quin ita se res habere potuerit. Numerabant, fateor, Græca Coloniae annos foundationis suæ à temporibus Historiæ Græcæ admodum antiquis. Habebantque multæ earum commercia cum Civitatibus Metropolitanis annuorum Sacrorum, quæ, si fuerint in Archiva relata (ut in multis fuisse verisimillimum est) numerata numerum annorum exhiberent à fundatione. Inde coloniarum Epochas etiam habemus in Historicis antiquissimis, qui antea vixerunt quam usus esset ullus Olympiadum in Græca Chronologia, etiam Herodoto & Thucydide. Sed hujus coloniarum Cumanæ antiquitas nimia facit ut merito dubitemus, an ab ejus fundatione cœperit mos ille numerandi annos à fundatione. Excidium enim Trojanum antevertit, si Virgilio credimus Poetæ doctissimo pariter atque decori observantissimo. Nullos unquam fuisse legimus illorum temporum, & nè quidem proximorum, Historicos. Nulla, quod quidem scimus, Archiva. Nec multo Olympiadas antevertunt antiquissimæ coloniarum, quas quidem exploratas habemus, Epochæ. Utcunque tamen commissio Epocharum illarum cum Epocha Olympiadum adhuc recentior est usu Olympiadum apud Græcos Chronologico, qui etiam ipse his, in quibus versamur, temporibus multo recentior est. Proinde juniorum ratiociniis maxima ex parte oriunda, à gentium finitimarum celebriorum Epochis, quarum in Italia omnium Romana longe erat celeberrima. Habet & aliam anni notam Græcam Dionysius cum suis rationibus Catonianis convenientem. Post secessionem Plebis in montem sacrum missi sunt in Siciliam legati de re frumentaria procuranda, quæ per secessionem illam neglecta fuerat, anno Olympiadis LXXII^æ. 2^o. Archonte Hybrilide, ἐπικαίδεκα δὲ αὐτῶν ἐτῶν μὲν πλὴν ἐκβολῆν τῶν βασιλέων, ὡς ἔπαι τε [Licinius Ma- a Dionys. L. vii. P. 417. cer. & Gellius] ἢ ἄλλοι σχεδὸν ἅπαντες συγγραφεῖς ὁμολογῶσι. Erat secessio ipsa anno U. C. 260. ut è Livio constat atque ipso, suo loco, b Dionysio. Nempe μὲν τῆς μετοπωρεῖαν ἰσημερίαν, ἢ αὐτῶν μάλιστα τῆς δεξῆν ἢ ἄριστεν. Certe ante Idus Septembres, quo tempore Coss. iniverunt per secessionem ipsam, inquit c Livius. Sequenti enim anno Urbis 261. Calendis Septembribus iniverunt c Liv. L. ii. P. 33. ἰαῦτον ἢ ἑσπερίοις ἕτος ἦν, ait d Dionysius. Hæc scilicet è Kalendariis illorum temporum Rusticis, quæ ipsa ad Parapegma Solare exigi solebant, quod cum Juliano idem probavimus. Nec enim alioqui Idus Septembres Æquinoctium Autumnale sequebantur, quod Julius in sui Septembris Solaris diem contulit xxiv^m. Idus autem illius Septembris Lunaribus in diem inciderunt Octobris Julia-



Juliani xxiv^m. *Urbs enim Conditæ* ann. 260. idem erat *Cycli* xvi. Ad finem anni xv. dies numerantur 5780. in Appendicis nostræ *Camdenianæ* Tabula iv. Annus ipse *Intercalaris* erat *Merkedonio majori*. Quærat^r ergo in illo laterculo *Kalendarrii Ante-Decemvralis*, eritque *Septembris* xiii. dies anni 302. Addantur invicem, eritque dies ab initio *Cycli* 6082. Detrahantur inde dies ab initio *Cycli* ad finem anni xv. (pro rationibus *Julianis*) 5785. Reliqui erunt dies 297. Is autem dies anno illo *Juliano*, qui *communis* erat, in diem *Octobris Juliani* incidit xxiv. Admodum commode. ^a *Sementis* enim vulgo ab *occasu Vergiliarum* Nov. xi. inire censebatur, ut alibi jam observavimus. Erant autem, teste ^b *Plinio*, qui & ante *Vergiliarum occasum* feri juberent, & qui *properandum* censerent, quod *properata* minus sæpe fallerent. *Properatam* sationem xi. ab *Æquinoctio* die exordiri videtur ^c *Plinius*, adveniente *Coronæ exortu*, *Octobris Julian.* die v. pro sententia *Cæsaris*. Sic enim in *veteri Codice* legi observatur in margine Editionis *Dalecampianæ*, iii. *Nonas*, pro iii. *Calendas*, qui erat revera xi. ab *Æquinoctio*, quod tamen non observavit *Harduinus*. *Octobri* certe omnia convenire manifestum est, quod tamen non fieret nisi *Januarius* his, in quibus versatur, temporibus locum tenuisset *Martii*. Idque hinc obiter verissimum fuisse probatur quod nos docuit *Ovidius* & *Plutarchus*. Ita quidem *dies* ille eveniet pro situ *Varroniano*. Si *Varr.* 262. accipiatur qui 260. est *Catonianus*, ne sic quidem plusquam uno die discrepabit. Erit enim *Septembris* illius dies xiii. idem cum die *Octobris Juliani* xxv. *Finem secessionis* statuit ^d *Dionysius* ἡμερῶν ἑξήκοντα ἑπτὰ καὶ ἑνὸς ἡμέρας. Ita scilicet, ut universam *sementis* tempestatem *Secessio* fuerit amplexa. Intelligit, ni fallor, diem *Decembris* x^m. quo ipse ^e alibi nos docet primos *inivisse Plebis Tribunos*. His enim factis stabilita *Ordinum concordia* est. Sed vereor ne hoc in loco *Decembrem Julianum* in animo habuerit, cujus dies x^{us}. *Brumam*, nec tamen *diu*, præcessit. *Bruma* enim *Parapegmatis* dies erat *Decembris Juliani* xxv^{us}. Sequebatur autem *Brumam* x^{us}. ille *Veteris Decembris* dies, & ad *Januarium Julianum* pertinet, si pro *Kalendario Ante-Decemvrali* calculus ponatur. Ita melius *sementem* illam totam ex-
^f *Plin.* N. H. xviii. 24. hauriet. Ait enim ^f *Plinius* inter omnes convenire circa *Brumam* serendum non esse, magno *Argumento*: quoniam *hiberna semina*, cum ante *Brumam* sata sunt, *septimo die erumpant*: si post *Brumam*, vix xl. Hæc *Plinius* è ^g *Varrone*. Ubi tantundem valent

^a *Plin.* N. H. xviii. 24.

^b *Plin.* ib. c. 25.

^c *Plin.* ib. c. 31.

^d *Dionys.* L. vii. p. 417.

^e *Dionys.* L. vi. p. 410.

^f *Plin.* N. H. xviii. 24.

^g *Varr.* R. R. 1. 34.



lent circa *Brumam* & non post *Brumam*. Assentior ergo viris doctissimis qui *citra Brumam* in *Plinio* reponunt. *Citra* autem *Brumam* cadet *Plebis* reditus *Decemb. x.* si *Kalendario* illo procedatur quo *Martius* erat mensis anni *Cyclici primus*. Hæc tamen obiter. Sed ne quidem illo *Consulatu*, qui sequebatur, anni 261. missi sunt qui *frumenta* compararent. Suppetebat enim quo fuerant alendi dum *seminis* illius, si quod fuisset, fruges, maturefcerent. Illo absumto, & *messe* deficiente, tum denum ingreuebat *famis* jam præsentissimæ metus. Atqui certe *Legationes* illæ *Veri* conveniunt post *messem* anni 261. (si qua fuisset) proxime secuto. Tum enim cœpisse necesse erat *annonæ caritatem*, anno jam *affecto* qui fuerat anni 261. *messe* sustentandus. Idque sane docet annus *Olymp. LXXII^m. 2^{us}*. cujus pars *postrema* priori anni 262ⁱ. parti conveniebat, qua censebatur annus à *Januario*. *Consules* autem post *Reges decimi septimi* inibant mense *Septembri*, & proinde *Olympiadis* prædictæ anno 2^o. quo & *messis sementi* neglectæ respondens fuerit expectanda. Sed & *Olympiadis* anno 3^o. adhuc erant de re *frumentaria legationes*. Eo enim usque pertigit, ut vidimus, annus *Aristodemi* XIV^{us}. per annos *Olympiadum* supputatus. Et merito quidem. Adhuc enim erat *annonæ caritas* dum *sementis* anni 261. ad *maturitatem* pervenisset, quæ *messe* futura erat anni 262. Tum certe post *novas* illius anni *fruges*, non erant necessariæ istiusmodi *legationes*. Nempe *Olympiadis* anno 3^o. *ineunte*, nec admodum *affecto*. *Olympiadis* enim anno 2^o. *legationes* in *Siciliam* constituit *Dionysius*, cum jam *nuper* Magistratum adeptus esset *Gelo*, quod illo demum anno contigisse docet Auctor accuratissimus *Pausanias*. Alii plerique *recentiorem* faciunt *Gelonis* tyrannidem. Sic annum illum *Fulianum* designavit *Dionysius* qui respondebat *Olymp. 72. $\frac{2}{3}$* . qui *Varronianus* erat 264. qua scilicet annus censetur à *Januario*. Erat ergo idem annus *Urbis* 262. pro calculo tantummodo *Catoniano*. Et tamen *Consulibus illis* hanc rei *annonariæ* difficultatem attribuunt tam *Livius* quam *Dionysius*, qui tunc *inibant* cum nullæ essent amplius *necessariæ* *legationes*; nempe mense *Septembri*, *messe* jam *peracta*, novisque *frugibus* jam in horrea collectis. Tum enim *inibant* *Consules* anni *Catoniani* 262. Nec sane *Consulum* operam in illis *legationibus* ullam supponit rei *gestæ* series. Videmus interim, non monumentorum *coævorum* fide, sed *ratiociniis*, processisse *Annalistas*, dum *gesta Annalia* committunt ipsi cum *Consulibus*. Nempe res

O o o o 3

gestas



gestas seorsim, à Vere initio anni factò, in *Annales* distribue-
rant. Inde ad *Fastos annuorum Magistratum* accommodarunt
retrorsum numeratos, nulla habita *tempestatibus*, qua *inierint*, ra-
tione. Cavendum ergo ut anni *exordium* constituatur, quam
fieri potest accurate, si quid sub quoque *Consulatu* gestum fue-
rit, accurate velimus indagare. Cavendum item ne quis *hia-*
tus fuerit in *Fastis* post intervalla tam *longinqua* collectis. Ef-
ficient enim ille ut non in *tempestate anni* tantummodo, & in
annuo Magistratu, erretur, verumetiam in *anno ipso*. Et qui-
dem tanto gravius, quo major est *hiatus*, & à *remotioribus* de-
ductus originibus. Hæc ergo fere sunt exempla quæ pro *Ca-*
tonianis adduci poterunt ex *hodiernis* monumentis, quæ pro
Epocha sua adduxit *Dionysius* ipse *Catonianus*.

Sect. CIII.
Post *Catonem*,
& tamen ante
Varronem, scrip-
serunt plerique
Romanorum An-
nalium condi-
tores. Proinde
Caoni magis
addicti.

Nec est fane quod miremur, his Scriptoribus, qui è recep-
tis editisque Annalibus sua collegerunt, multa occurrere quæ
Epochæ *Catonianæ* faverent. Vix enim est quod dubitemus,
ita sua *Catonem* in *Fabium Cinciumque* approbasse, ut postea
passim receptum esset apud *Annalium* Conditores recipiendos
esse annos ab illo primum observatos, ab illis penitus negle-
ctos atque prætermisissos, quod in *Fastos mutilos* minusque sin-
ceros incidissent *Catonis decessores*. Ita merito expectandum
erat ut *Fastos Catonianos* ob oculos haberent *Annalium* Con-
ditores *Catone juniores*, & tamen *seniores Varrone*, quippe qui
hoc spatio haberentur omnium integerrimi, dum & ipsi cor-
rigerentur à *Varrone*. Medio ergo illo intervallo fane con-
sentaneum erat ut ad *Fastos Catonianos* collecti ex *Archivis*
exigerentur *Annales*, ut ad eosdem quoque aptarentur aliarum
gentium tam *barbararum*, quam etiam *Græcarum*, *Historyæ*.
Nec modo in *gestis coevis*, in quibus adeo non erat proclivis
error, verumetiam in *retrogradis supputationibus*. Inde necesse
erat ut errarent ab eo usque tempore quo annos *Fastis adden-*
dos docuit *Varro*. Hoc autem intervallum à *Catone* ad *Varro-*
nem complectebatur eorum, qui *Annalium* nomine *Romanam*
condebant *Historiam*, *antiquissimos*. *Cassium* certe *Heminam*
vetustissimi Auctoris Annalium nomine laudat ^a *Plinius*. Quem
ludis *Secularibus* anni *Varroniani* 608. æqualem fuisse testatur
^b *Censorinus*. Et quidem pro *antiquissimo Annalista* habuisse
videtur *Augustus*, cum ex illius *coevo* testimonio verum *ludo-*
rum Secularium annum colligeret, ut supra vidimus. Scripsit
quidem & *Fabius Pictor Annales*, ut docet *Gellius*. Sed ægre
alium, paucos certe admodum, ante *Catonem* reperiemus qui
titulo

^a *Plin. N. H.*
XIII. 13.

^b *Censorin. c. 17.*



titulo illo *Historias* suas inscripserint. Nec *Varrone* juniores *Annales* habemus qui ad ejus *Fastos* *Annales* emendârit. Habuisse tamen videntur *Plinius* & *Dio* & *Censorinus*. Ex illis ergo *Catonianorum* *Historicorum* *commissionibus* hoc unum discimus quomodo fuerint invicem committendi *Annales Romanorum Græcorumque* pro hypothesebus *Catonianis*. Veras autem illas esse hypotheses non aliter intelligemus quam si fuerint vel ipsæ *commissiones* à *coævis*, aut si res ipsæ *gestæ* invicem immistæ fuerint, aut aliæ ab aliis *pependerit*. *Coævorum* autem *commissiones* antiquissimis hisce temporibus habemus plane nullas. Juniores enim ubique sunt *Historicis Annalistæ*. Imo ita fuisse necesse est, cum nondum ullæ essent *Epochæ* unde essent *Annales* numerandi, cum nondum esset mos receptus *Historicis* ut rerum *gestarum* seriem continuarent per *Annales*. Variis *gradibus*, qui omnes erant *erroribus* obnoxii, eo tandem deventum est. Primo recipiendæ erant, pro universæ *Græciæ* *Epocha* ipsæ *Olympiades*; quod ipsum sero contigisse in *Prælectione Inaugurali* ostendimus. Tum lustranda *annuorum Magistratum*, per singulas *Græciæ Civitates & Colonias*, *Archiva*, & tam mutuo invicem, quam cum communi illa *Epocha*, committenda. Cœpit autem hoc à *Timeo*, plane tamen necessarium ad *Græcam* *Historiam* pro *temporum* ordine disponendam. Tum demum cum *Græca* *Historia* ita disposita conferenda erat *Historia Barbarorum*, imprimis autem *Romanorum*. Tot autem *erroribus* obnoxie erant rerum antiquiorum tam *nupere* per *supputationes retrogradas* *commissiones*, ut pro *Chronologia* accuratæ *normis* habendæ non sint. Imo *Chronologiam* illam omnem *Græcorum* ante *LX^m* *Olympiadem* vacillare, nec sibi admodum constare observavimus. Non est ergo ut inde certa *Chronologia Romana* *expectemus*. Ea, si qua fuerint, tum demum incipiunt cum essent, non *coævi* modo *Auctores*, verumetiam rerum *gestarum* inter *Græcos Romanosque* commercium. Vix ante *Bellum Pyrrhi*. Est enim admodum obscura *Expeditio* illa antiquior *Alexandri Epirotici*. Paulo item antiquiores habemus *privatorum* hominum *Græcorum* in *Italiam* appulsus, *Pythagoræ & Platonis*. Et quibus omnibus *Epocham Varronianam* veriore fuisse probavimus.

Videamus.



Sect. CIV.
Constituuntur
Fasti Epochæ
Polybianæ. Ii-
dem Cornelii
etiam Nepotis &
Lutatii.

Videamus jam quomodo & alii veterum Romanorum Fasti constituendi sint, qui tamen ab aliis exordiebantur Epochis quam *Catoniana* aut *Varroniana*. Imprimis *Polybii*, cujus Epochæ *Catoniana* uno adhuc anno recentior est, & ab anno procedit *Olympiadis* VII^a. 2^o. Eadem erat & *Cornelii Nepotis*, si quidem *Solino* fides. Hujus Epochæ intervalla cum *Varroniana* consentanea probavimus ad annum usque *Varronianum* 425. Non quidem in *Consulibus*, quos nullos apposuerat ibi *Polybius*; sed in *rebus tamen gestis*. Jam ad antiquiora progredimur. *Primos* ergo *Consules* *L. Junium Brutum* recenset & *M. Horatium*. Non certe, qua solet, ἀπερίεστη. Erat quidem eodem, quo *Brutus*, anno *Consul* etiam *Horatius*. Sic tamen, ut *Brutus* illum *Consulem* nunquam viderit. *Bruti* enim locum occisi supplevit *Lucretiæ* pater *Lucretius*, *Lucretii* autem brevi spatio defuncti *Horatius*. Addit ^a *Polybius*: ὁ δ' ὧν σιμῶσθαι καὶ διερωτῆσαι καὶ τὸ δὲ Δίῳς ἱερὸν καπιτωλίνῃς. Quasi vero *Bruto* pars fuisset in *dedicatione* ædis *Capitolinæ*. Atqui hoc ne quidem dicit *Livius*, aut quos *Livius* est secutus Auctores. *Duorum Consulum* *dedicationem* nullam unquam legimus. Sed cum *ambo* ambi-
rent, ut & alia quæ plusquam *unius* esse non poterant, sic etiam *Dedicationes sorti* permissas. *Horatio* autem ne *sortem* fuisse tradebant plerique; sed captatam collegæ *absentis* occasionem, ut *Capitolinum templum* solus sine æmulo *dedicaret*. Denique ne hoc quidem 1^o. *Horatii Consulatu*, sed 11^o. & post annum inde 2^m. *Dedicationem* peractam superius ^b evicimus. Et sane *Polybium* ipsum illis accenset gravissimus Criticus *Dionysius*, qui temporibus hisce antiquissimis minus fuerint accurati. *Primum* autem hunc *Consulatum*, quorumcunque fuerit *collegarum*, xxviii. annis ante *Xerxis Expeditionem*, τριάκοντ' ἔτεσι λείπεται δυῶν, statuit *Polybius*. *Xerxis Expeditionem* anno *Varr.* 257. *Olymp.* LXXV. $\frac{1}{2}$. supra asseruimus. *Detractis* septem *Olympiadibus*, proinde *Olymp.* LXVIII. $\frac{1}{2}$. (qui anno *Varr.* 247. respondebat) *primos Consules* fuisse necesse est, pro sententia *Polybii*. Eodem nimirum anno quo *primos Consules* constituit Epochæ *Catoniana*. Erat annus ille, pro Epochæ *Catoniana*, *Urbis* 245. Ergo, pro *Polybiana* (quæ uno anno contractior erat) duntaxat 244. Proinde ante *primos Consules*, deperat annus ille qui deficiebat quo minus idem numeraretur annus in Epochæ *Polybiana* atque *Catoniana*. Nempe, quod, cum *Tarquinius Prisco* annos xxxviii. assignârint *Catoniani*, *Polybius* illos potius secutus fuerit qui annos *Prisci* xxxvii. numerârint. Sic enim

a Polyb. L. III.
c. 22.

b s. 76.



enim Auctor Fastorum *Capitolinorum*. Sic *Rufus Festus*, *Eutropius* & *Solinus*, & qui *Messalle* nomine vulgo appellatur. Sequitur ergo ab initio Fastorum *Consularium* eundem fuisse situm *Consulum* in Epochâ *Polybiana* qui fuerat in *Catoniana*. Tertium ergo Decemvirorum annum addiderit *Polybius* atque *Catoniani*, & tres quoque annuas *Dictaturas* ipse quoque similiter omiserit. Sic tribus ab Epochâ *Varroniana* annis deficit post mortem *Prisci* Epochâ *Polybiana*, ut Epochâ *Catoniana* duobus, præterquam qua additus annus *Decemvirorum*, & prætermisæ deinceps *Dictaturæ* Anomalias faciunt. Urbis autem à *Gallis* excidium multis Epochis firmat *Polybius* in *Historia Græca*. Annum ait fuisse post prælium ad *Ægospotamon* XIX^m. *Diodorus* XVIII^m. tantummodo numerat. Sed mensẽ fortasse *Quintilem* novo *Olympiadis* anno fortassis accensuit *Polybius*, quod fere *Hecatombæoni* respondere censeretur, quo novi inibant *Archontes* & novi adeo *Olympiadum anni*, qua anni *Olympiadum mediis* numerantur per *Archontes*. Illo enim mense *Galli Romanos* ad *Alliam* vicerunt, urbemque ipsam eodem impetu ceperunt. Clades ad *Ægospotamon* ab *Atheniensibus* accepta est *Olymp.* XCIII. 4. ut alibi ostendimus. Inde ut annus uterque tam *Diodori* quam *Polybii* respondeat, annus ille *Julianus* accipiendus est. qui *Olymp.* XCVIII. 2. responderit, qui *Catonianis* erat 366. *Polybio* proinde 365. si quidem hæc *Polybius* tradiderit accurate. Atqui certum est, *Catoniano* anno 365. Urbis excidium statuisse *Catonianos*, qui *Polybianus* fuerit proinde tantummodo 364. Idque verum esse vincit alius *Polybii* numerus. Ab Urbis enim excidio ad prælium *Leutricum* annos XVI. numerat ibidem *Polybius*. Prælium illud *Olymp.* CII. 2. fuisse alibi probavimus. Et quidem ineunte. Mense enim *Hecatombæone* pugnatum est. Inde anni XVI. retrorsum ducti, seu (quod tantundem valet) IV. *Olympiades*, incipient *Olymp.* XCVIII. 2. & quidem ipso pariter ineunte. Idem confirmat spatium integrum à victoria *Lysandri* ad *Ægospotamon*. Ab anno enim *Olymp.* XCIII. 4. ad *Olymp.* CII. 2^m. anni sunt in universum XXXIV. Nempe XVI. & XVIII. cum *Diodoro*, non autem, ut volebat *Polybius* XIX. Convenit & alia nota *Polybiana* *Pacis* ab *Antalcida* initæ. Ea enim *Olymp.* XCVIII. 2^o. non 3^o. coalluit, teste *Diodoro*. Itaque ad priorem annum *Catonianum* 365. referendum est quod dicit de Urbis excidio *Polybius*. Certe pro ipsius propriis hypothefibus. Is autem cum *Olymp.* XCVIII. 2. idem erat, ut è nostris *Tabulis* apparet. Accensito nimirum 3^o.

P p p p

anno



a Polyb. L. II.
c. 18.

b Liv. L. VI.
c. 42.

anno *Decemvirorum* quem prætermittunt *Varroniani*. Convenit autem hic annus *Polybianus* 364. cum situ anni *Varroniani* 367. qua ad *Olympiades* referuntur accuratissime. Firmat porro hanc eandem *Polybii* interpretationem aliud ejusdem spatium. Ait ^a Gallos tricesimo ab occupata Urbe anno ad *Albam* usque venisse. Annus ille *Polybianus* erat 394. qui (pro modo dictis) concurrebat cum *Varr.* 397. Habetque *Livius* anno *Varr.* 387. *Catoniano* 388. rem gestam cum *Gallis* in ipso illo agro *Albano*. Monet autem pluribus Auctoribus se ^b magis adduci ut credat, decem haud minus post annos ea acta. Decimus autem inde annus is ipse erat à *Polybio* memoratus *Varronianus* 397. Et plures agnoscit fuisse quos *Polybius*, quam quos ipse, fuerit secutus. Res tamen gestas in *Gallos* *Livius* anno refert *Varron.* 396. Cæterum ab anno *Varr.* 397. ad ann. *Varr.* 425. (quo convenire ostendimus supra *Polybium*) anni sunt xxviii. Et duo tamen tantummodo memorat intervalla *Polybius* post quæ novas in *Romanos* Expeditiones *Galli* susceperint, aliud xii. aliud xiii. annorum. Desunt manifesto tres anni ad spatia intermedia supplenda, qua jam extrema cum annis *Olympiadum* committenda fuisse probavimus pro mente *Polybii*. Postremi numeri finem cum anno *Varr.* 425. conjunximus. Cœpit ergo anno *Varr.* 412. Proinde inter ann. 397. & 412. inferendum illud triennium. Num autem initio an fine inferendi sint, nullas habemus *Gallicas* Expeditiones alibi consignatas quæ nos doceant. Erant quidem ann. *Varr.* 404. & 405. Sed non conveniunt illæ cum numeris *Polybianis*. Fastos ergo eosdem adhibuit *Polybius* à *Regibus exactis* eosdem cum *Catonianis*. Plane ut eosdem adhibuit cum *Varronianis* ab eadem Epocha Auctor *Fastorum Capitolinorum*. Porro *Polybium* secuti fuisse videntur etiam è *Latinis* *Cornelius Nepos* & *Lutatius*, si quidem recte eorum sententiam repræsentarit hodiernus *Solinus*. II^o. enim etiam ipsi *Olymp.* viii^o. anno *Romam Conditam* existimabant. Opiniones (inquit) *Eratosthenis* & *Apollodori* comprobantes. Sed ex *Eratosthenis* Chronographiis *Catonis* Epocham confirmat *Dionysius Halicarnassæus*.

Sect. CV.
Constituuntur
Fasti Epochæ
Fabianæ.

Fabii Pictoris Epocham *Varroniana* sexennio recentiore fuisse diximus. Quippe quæ inivit ab *Olympiadis* viii^o. anno I^o. testibus *Dionysio* & *Solino*. Ut autem illa quoque recte constituatur, indagandi sunt in Epocha *Varroniana* annorum notæ quos nondum repererant *Fastorum* conditores cœvi *Fabio*. Unum autem jam supra ex ipso *Fabio* annum ab eodem omis-

sum.



sum. v^m. scilicet *Anarchiæ*, qui scilicet *Varronianis* erat *Urbis* 383. Spectabat porro ad *Fastorum* discrepantiam, quod supra observavimus è *Cassiodoro*, qui rationes secutus est illo in loco non *Livianas* (ut vulgo creditur) sed *Fabianas*, quod post *COSS.* anni *Varr.* 362. per xvii. annos continuos *Tribunos Militares Consulari Potestate* numerârit *Fabius*. Ita post *Tribunos Militares* anni *Varr.* 378. quos è *Diodoro* Nos *Fastis* restituumus, sequebantur alii *Consulari Potestate Tribuni Militares* ex anno *Varr.* 384. ad annum ejusdem Epochæ 379. proinde transferendi. Ita defierit *Anarchia Fabiana quadriennis* eodem anno *Varroniano* quo aliarum Epocharum *Anarchia quinquennis*, nempe 383. Postea tres duntaxat numerandi erant *Tribunatus Militares*, non *quatuor*, ut in hypothefibus *Varronianis* & *Catonianis*, qui proinde definent anno *Varr.* 386. Sic v^m. illum *Anarchiæ* annum, uti etiam veros illorum *Tribunorum* situs, primus detexit *Fastorum* (quicumque demum is fuerit) conditor *Catonianorum*. *Annua* præterea *Dictaturas tres*, quæ ne quidem *Catonianis* innotuerant, multo magis *Fabianis Catone* antiquioribus nondum innotuisse consentaneum est. Et quidem ita rem fuisse confirmat, quod *Diodorus* (quem *Fastos* saltem *Fabianos* imitatum ostendimus) primam, quousque est progressus in *Libris* illius hodièque superstitionibus, *Dictaturam* penitus omiserit. Desiderantur *Libri* ejus sequentes qui nos docerent num & *illas* similiter prætermiserit. His addendi anni duo *Varroniani* 447. & 448. quos è *Pisone* suspectos esse observavit ^a *Livius*. Dubitat autem an *memoria Pi-* ^{a Liv. L. IX.}
sonem fugerit, dum omitteret; an *consulto binos Consules falsos* ^{c. 44.}
ratus transcenderit. Ego ita se rem habuisse suspicor. *Fastorum Fabianorum* conditores nondum *Consules* illos in *Archivis* repererant à *Catonianis* postea repertos, quos proinde agnoscit *Livius* ipse jam *Catonianus*. Itaque dum *Annales* consulit, pro mente *Fabii*, ad *Fastos* proinde *Fabianos* accuratos *Piso*, horum *Consulum* nec *nominibus* nec *rebus gestis* repertis, proinde *annos* etiam omiserit. Num autem hoc *dedita fecerit opera*, quod *Fabianos* magis *probârit*; an fortuito, quod his saltem *Annales* alios quam *Fabianos* non consuluerit; aliunde judicandum, cum liquido constabit quam *Epocham* secutus fuerit ipse *Piso*. Ita *sex* tenemus *annos* quibus *Epocha Fabiana* à *Varroniana* defecerit. Ait præterea ^b *Censorinus* in *sex sep-* ^{b Censorin. c. 21.}
temve tantummodo annis fuisse *discordiam*. Nempe inter *Epocham* omnium copiosissimam ipsius *Varronis* & *Fabii* hanc de



qua agimus omnium decurtatissimam, ut *Censorinum* supra sumus interpretati. Nec adhuc nos illius Interpretationis pœnitet. Erat enim & *septimus* annus in quo locupletiores *Fabiana Varronianam* Epocham fuisse vix est sane cur dubitemus. Is scilicet *Tarquinii Prisci* cui xxxviii. annos tribuebant, *Catonianis* etiam suffragantibus, *Varronianis*. De illo enim anno disputatum fuisse exinde colligimus, quod etiam post *Catonianos* annum illum rejecerit Auctor *Fastorum Capitolinorum*. Proinde post tempora *Tarquinii Prisci* discrepabant *septennio Fabiani à Varronianis*. Sed annum illum supplevit 3^{ius}. *Decemvirorum* annus à *Fabianis* pariter atque *Catonianis* interpolatus. Ita post *Decemviros* discrimen fuerit tantummodo *sexennii*. Errorem enim *Catonianorum* cum *Fabianis Catonianorum* decessoribus communem fuisse verisimillimum est. Detectum scilicet primum à *Varronianis*. Et annum *Prisci* additium verisimillimum est primos observasse *Catonianos*, & proinde fugisse *Fabianos*. Undequaque ergo hæc conveniunt cum iis quæ de Epocharum diversitate *Varronem* testatur disputasse *Censorinus*.

Sect. CVI.
Reliquorum
Veterum Epo-
che Fastis desti-
tuta, & pluri-
bus erroribus
obnoxia.

Erant quidem & aliæ multæ de *Urbs Conditæ* Epochæ Veterum sententiæ à *Dionysio*, *Plutarcho*, *Festo* & *Solino* recensitæ. Sed quas indignas censuerit *Varro* quæ in controversiam venirent, cum *sex septemve annorum* discrimen omne fuisse observaret. Hoc enim ambitu exclusit ille etiam *Cincii Alimentii* coævi *Fabio* Scriptoris *Romani* sententiam *Urbem Olymp. xii^o. anno 4^o. conditam* statuentis. Mirum est profecto si *Fastos*, quales tunc extabant, *integros* edidisset ipse *Fabius*, quomodo tot annos rejicere potuerit ex *Urbs* ætate *Cincius*. Parum enim verisimilia hic adduxit *Onuphrius*. Nec sane posteris satisfacit, qui *Urbs* annos *augendos* potius quam *minuendos* existimavit. Sed *Fastos* fortasse qui *Fabiane* responderent Epochæ non ipse *Fabius*, sed alii collegerunt *Fabio juniores*, antea tamen quam *Cato* investigandis *Urbs* patriæ *Originibus* operam impenderet. Excoluit enim illos auxitque ipse *Cato*. Sic *Fastos*, ni fallor, *Varronianos* in *usum* redegit *Augustus* ipse cum *ludorum Secularium* Periodos indagaret, vel coævus illis temporibus alius aliquis *Varrone junior*. Hæc tamen Epochæ, ut puto, omnes sunt quæ *Fastorum* aliquam diversitatem pepererint, & quæ deinceps *Annalium* seriem corruerint. Confusio enim quanta fuerit *Annalium* his verbis docet

2. Liv. L. II. c. 21.

3. Livius: *Tanti errores implicant temporum, aliter apud alios ordinatis Magistratibus, ut nec qui Consules secundum quosdam, nec quid*



quid quoque anno actum sit, in tanta vetustate non rerum modo, sed etiam Auctorum, digerere possis. Vix potuit illa tanta fuisse confusio si in coevis monumentis & res cum annis, & anni cum annis Magistratibus fuissent conjuncti. Unum autem ex alio colligentibus per ratiocinia posteris, in tanta Fastorum diversitate, quam hic agnoscit (ut videmus) Livius, erat certe facillima. Annorum duntaxat intervalla manifesta fecerunt Templorum clavi. Si ergo ex illis intervallis colligendi essent Consules; necesse erat, ut idem annus, retrorsum supputatus in Fastis auctoribus contractioribusve, in varios inciderent Consulatus: in remotiores scilicet, cum deessent Consulatus medii; in propiores vero, cum redundarent. Rursus si dato Consulatu colligendus esset rei gestæ, annus; ne quidem unum fixumque annum designavit in Fastis diversis unus idemque Consulatus. Imo cum variis invicemque diffitis Olympiadum annis concurrebat pro diversis Fastorum hypothefibus. Vereor autem, ne non è Fastis mediis retrorsum numeratis, sed è nota aliqua temporis coevi, quæ ipsa à parum certis majorum traditionibus emanarit, natalem Urbis constituerint; deinde Fastos refragantes, ne contrarii viderentur, corruerint. Id certe operam dedisse videntur, ut è Græca Chronologia normas peterent quibus Latinorum Archivorum incertitudo stabiliretur. Sic ex Eclipsi cujus meminisse volunt Antimachum Poetam, annum illum, quis fuerit, colligebant in fixa Græcorum Epocha Olympiadum. Sic etiam ex Eratosthenis & Apollodori Canonibus colligebant quis situs fuerit anni Olympici. Nos vero expectavimus Argumenta quibus annus Urbis Conditiæ Italicus anno certo Olympiadum par fuisse probaretur, qui Græcis Antimacho aut Eratostheni aut Apollodoro in Latinorum monumentis minime versatis innotescere non potuit. Illis temporibus nondum innotuerant vel Græcis ipsis Eclipses, nedum ut Romanis innotescere potuerint. Illis nondum vel Græcam Historiam certam esse probavimus. Perperam ergo ex illis normæ statuuntur recentioribus certioribusque Romanorum Fastis & Archivis. Maxima autem confusio inde oriebatur, quod, cum non ederent Annalistsæ Fastorum, quos sequerentur, Auctores; inde sit factum, ut recentiores Annalistsæ Fastorum omnium Annales invicem permiscuerint. Sic enim vetustiores exscripserunt juniores, quasi omnia vetustiores è monumentis coevis hausissent, tam res nimirum gestas, quam gestarum annos, quam annorum etiam Consulatus; nec quicquam suis debuissent ratiociniis. Inde factum,



Etum, ut *monumentorum* fides vacillaret, cum *illorum* fuisse videretur, quæ fuit revera duntaxat *ratiociniorum* discordia. Reliquorum ergo *Epochæ*, cum non in *Fastos Annalesque* emanarint, proinde operam nostram non ita necessario postulare videbantur.

Sect. CVII.
Satis apte con-
venit hæc Cy-
clorum *Lunarium*
apud *Romanos*
origo cum su-
perius tradita
Historia *Astro-*
nomiæ.

Sed vero *ante* prædictum Cyclum annorum xxiv. aliæ erant annorum formæ *Civiles*, & quidem *Lunarium*, si quidem *junioris* ævi veteribus fides adhibenda sit. *Macrobius* ait annum antea *dierum* fuisse *parium*, nempe 354. Ita scilicet, ut tum *Januarius* dies habuerit tantummodo 28. & duo fuerint proinde menses *parium dierum* à *Numa* additi, primus nempe *Januarius*, ultimusque *Februarius*. Reliqui autem menses omnes tum quoque censet *dierum* fuisse *imparium*, iisdemque quibus postea *numeris*. Hæc siqua unquam forma obtinuerit, *Cyclus* ipse *unicæ* fuisset *Octaeteridis*, ut in *Græcorum Cyclis* superius ostendimus. *Octennio* enim ad *trium Lunarium mensum* mensuram surgere credebantur ex *Epactis Solis annuis* oriundi *Merkedonii*. Poterat ergo quavis *Urbis Conditiæ* *Octaeteride Cyclus* istiusmodi *inire*, nec necesse erat ut *majorum Cyclorum*, qui xxiv. annis constabant, expectarentur *exordia*. Sed ægre mihi persuadeo, ullam fuisse, non dico *Numæ*, sed proximis hisce, ante *Pythagoram*, temporibus talem, qualem vult *Macrobius*, *Octaeteridem*. Nullam certe memorat *Macrobio* non *antiquior* tantummodo, verumetiam *accuratior*, Auctor *Censorinus*. Sapiunt enim *Pythagoram* *menses* quoque illi, propter ipsam *imparitatem dierum* à *Lunæ* rationibus alieniores. Fieri quidem potuit ut de *dierum* in *mensibus imparitate* antea quam in *anno*, cogitaret *Pythagoras*. Et fieri adeo ut *primæ* *Cycli* majoris *Octaeteridis* anni aliquot *Januarii* illo, quem dixi, modo *dierum* duntaxat 28. & anni 354. præterierint. Sed facile erat illos pro sequentium exemplo compensare *auctis* vel *recisis* majoris formæ, ut libebat, *Merkedoniis*. Magis autem eo propendeo, ut, siquos *Romani* habuerint, ante adventum *Pythagoræ*, *menses Lunares*, *tricenum* potius atque *undetricenum* fuerint alternis *dierum*, pro forma *Græcarum Civitatum*, quæ *alienæ* erant à disciplina *Pythagoræ*. Ita enim *menses* suos observasse *Romanorum finitimos* testatur ipse *Macrobius*. Vel inde suspicio est, novatum esse à *Romanis*, quod fuerint ipsi inter tot finitimos singulares. Estque sane verisimillimum ex illa, quam dedimus, *Cyclorum* apud *Græcos* *Historia*, & *recentiorem* fuisse *Numæ* temporibus *Cyclorum Lunarium* usum apud *Romanos*, & tamen



tamen *antiquiorem* appulſu *Pythagoræ* in *Italiam*. Certe ut ab *Oriente* in *Græciam*, ita è *Græcia* in *Occidentem* emanavit *Aſtronomia*, & cum ea gradatim uſus *Cyclorum*. Primo ſcilicet à *Civitatibus Græciæ Metropolitanis* ad *colonias in Italia Græcas*, tum deinde ad alias quoque civitates *Italiae barbaras*. Quæ enim *Oracula primariis Civitatibus ſacra patria* ſecundum *tria* obſervanda præcipiebant, eadem ad *colonias* ſpectare credebantur quæ hac *Sacrorum* participatione benevolentiam ſuam in *patriam* priſtinam teſtatam faciebant. Sed vero primi illius ſimpliciſſimique *Cycli trieterici* qui meſes *Lunares* omnes *triginta dierum* cenſebat, totidemque dierum *intercalarem* ſecundo quoque anno interpoſuit, nulla prorſus veſtigia apud *Romanos*. Hinc facile colligimus *Cycli* illius errorem jam *Græcis* antea innotuiſſe quam *Cyclorum* uſus in *Italiam* penetraret. Errorem autem illum docuit *Solon* ab anno demum *U. C. Varroniano*, ut vidimus, 162. qui in annum incidit *Tarquini Prisci* xxv^m. Itaque *Cyclorum Lunarium* ne quidem potuit Auctor eſſe *Numa*. Potuit autem *Servius Tullius*, cui *intercalationes* antiquiſſimas tribuebat *Junius Gracchanus*, teſte ^a *Macrobio*. Si ^a *Macrobio. Sat. L. I. c. 13.* recte, proinde poſt ann. *U. C. Varr. 176.* quo regnare coepit *Servius Tullius*. Imo ne quidem ante ann. 180. quo prima coepit ſub Regno illius *Octaeteris*. Certe ſi meſem *Servius* intercalarit, formam anni *Civilis Lunarem* fuiſſe neceſſe eſt, cum in alia forma quam *Lunari* locum habere ne quidem potuerit talis *intercalatio*. Rurſus, ne *ſerior* fuerit hoc Rege in *Italia Cyclorum Lunarium uſus*, ſuadet, quod anno *Varr. 210.* coeperit *Octaeteris Cleoſtrati Embolimorum*, non jam amplius, ut olim, *mutilorum*, ſed *integrorum*, melior proſecto magiſque ad mentem *Oraculorum*, de meſibus *Lunaribus*, qua licuit, *æquandis*. Hi, cum locum nullum habuerint in *Cyclis Romanorum*, proinde conſentaneum eſt, hoc genere meſium *Embolimorum* nondum excogitato, *Cyclorum Lunarium* uſum in *Italia* fuiſſe receptum, nec facile jam receptum mutari potuiſſe. Potuit tamen fortaiſſis, apud *Romanos*, eſſe *recentior*, ſi non à *Græcis primariis*, ſed à *Græcis Italiae colonis* *Cyclorum* uſum acceperint *Romani*, qui ſaltem *Græci* eum ex ipſa *Græcia* ante Epocham prædictam didicerint. Si quid tamen ſani habeat ſententia *Gracchani*, ne quidem *Romani* ſub Regno *Servii Tullii* *Lunarium* meſium modum penitus ignoraverint. *Nundinis* autem non admodum hic fidendum arbitror, cum fuerint è veteribus qui illas poſt *exactos Reges* coepiſſe docuerint. Erant tamen
qui



qui *Servio Tullio*, qui ipsi quoque *Romulo*, earum institutionem assignarint teste ^a *Macrobio*. Facile autem erit, si quis operæ pretium esse putet, experiri, an pro hac anni forma dies ipsius *Servii Tullii* triumphales in Nundinas fuerint incurfuræ.

^a *Macrobi. Sat. L. I. c. 16.*

Sect. CVIII.
Annus decem-
fris sub *Romulo*
fictitius, nisi
fuerit *Solaris*,
mensium forma
nondum in-
venta *Luna-*
rium.

^b *Censorin. c. 20.*

Erat præterea, si veterum juniores audimus, alia adhuc antiquior apud Romanos anni forma, à *Romulo* ipso, ut volunt, inventa, dierum tantummodo 304. Nec *Lunaris* illa, nec *Solaris*, nec adeo prope ad *Lunaris Solarisve* anni formam accedens ut pro *Solari* aut *Lunari*, etiam quantumcunque *rudi* adhuc *Astronomiæ* studio, haberetur. Nec sane video cui *Reipublicæ* usui talis annus possit inservire, qui nec effecerit ut redirent in eandem formam *Lunæ*, nec similes anni *tempestates*. Et ne quidem inter se consentiunt veteres, unquamne fuerit in *Civili Romanorum* usu talis annus, quem, ne diu obtinere potuerit, redarguturæ erant ipsæ anni *tempestates*. Favebant quidem illi sententiæ *Junius Gracchanus*, *Fulvius Nobilior*, *Varro* & *Suetonius*, quibus calculum suum adjicit ipse ^b *Censorinus*. Idem tamen agnoscit contraria sensisse *Licinium Macrum* atque *Fenestellam*, itatim ab initio annum vertentem duodecim fuisse mensium. Ex hac autem sententiarum discordia illud saltem lucratur, ratiociniis hæc potius deberi, quam coævis monumentis. Bene autem evenit ut Argumentum ipsum quo freti ita asseruerint, docuerit *Censorinus*. Nempe quod *Albanis decem* fuerint menses, ab *Albanis* autem oriundi fuerint *Romani*. Sed quis unquam docuit decem mensium *Albanorum* dies fuisse tantummodo 304? Tantum abest ut hoc verum fuerit, ut aliter fuisse in-
^c *Censorin. c. 22.* nuat ipse ^c *Censorinus*. Apud *Albanos* (inquit) *Martius est sex & triginta, Maius viginti & duum, Sextilis duodeviginti, September sedecim*. Quam hæc diversa à modis mensium eorundem in anno quem volunt fuisse *Romuleum*? Hæc certe mensium forma tam invicem dispar nec *Solarium* esse potuit in *Zodiaco*, nec *Lunarium*, sed utrisque, ipsoque *Zodiaci* usu atque partitione antiquior, à *sideris* unius, ut videtur, ortu occasive ad *sideris* alterius ortum vel occasum, in *Parapegmate*. Nos ipsum *Zodiacum*, ejusque partitionem in *Signa duodena* probavimus apud ipsos *Græcos Roma Condita*, nedum *longæ Albæ* temporibus, fuisse recentiores. Itaque *Solare* illud *Parapegma* quod ab *Albanis* acceperunt *Romani*, cur miremur si ab ea *Zodiaci* in partes *duodenas* partitione discrepavit. *Siderum* autem observationem necessariam fecerunt res *Rustica* & *Nautica* à temporibus usque antiquissimis. Cum tamen nihil esset cur in partes *duodecim*
potius



potius quam in alium quemvis numerum *annus* antea distribueretur quam *Lunæ* usus in vitæ humanæ negotiis reciperetur. Poterant ergo *Solarem annum* universum complecti *decem* illi Parapegmatis *Albani menses*. Id autem si verum sit, reliquorum *sex mensium* tres dierum 45. tres autem 46. (in anno autem *Intercalari quatuor*) fuisse verisimillimum est. Sic *minimos* quoque *menses* in exemplum adduxerit *Censorinus*. Scio quidem mensium nomen ipsum à *Luna* fuisse desumptum. Facile tamen evenire potuit, cum postea *Solaris* cursus partes *duodena menses* appellarentur, ut idem nomen ad partes etiam *Parapegmaticas* fuerit translatum, cum *Barbarorum* *Seculorum* vocabula ad politiorum sermonem accommodarentur. Talem fuisse mensem *Tusculanis Quintilem* consentaneum erat, qui dies complectebatur 36. & *Octobrem* qui 32. & *Aricinorum Octobrem* qui diebus censebatur 39. eodem teste *Censorino*. Tales & *annos* quos alibi *bimestres*, *trimestres*, *quadrimestres* & *semestres*, non ipse modo, verumetiam alii testantur. Nempe *Parapeg-* a Censorin. c. 19.
matum. Sic tamen ut *numeri* illi mensium *singuli* *Parapegma annum integrum* exhauserint. Ita ergo invicem *Auctores* erunt fortasse conciliandi. Ut scilicet in *Parapegmate Albano*, quod idem inde migrarit ad *Romanos*, *decem* fuerint duntaxat ab exordio *menses*: In anno autem *Cycii Lunaris duodecim*, quod unicæ *Periodo Solari duodecim* fere respondere observassent *Syzygias Lunares*. Et quidem *decimestris anni* vestigia recte observarunt *Veteres* in *numeris* mensium à *Quintili* usque ad *Decembrem*, qui certe à *Martio* procedebant, non à *Januario*. Erant ergo hi *menses anni Parapegmatici*, & *Civilis* adeo, dum etiam ipse non *Lunaris* esset, sed *Parapegmaticus*. In hoc autem errarunt *minorum gentium* illi *Veteres*, quod *annum* illum fuisse crediderint, qui *dies* amplexus fuerit duntaxat 304. Nec sane proferunt hujus rei *coævos*, nec vel *propinquæ* *memoriæ* testes. Sed cum ejusdem *generis* *menses* crederent in *anno illo antiquissimo decimestri* ac in *recentiori* illo qui *mensibus* constabat *duodecim* (quod tamen nullo freti *Veterum* testimonio credebant) inde proclive erat ut colligerent tot *dies* in illo fuisse desideratos quot necessarii erant ad *menses* additios *Januarium* atque *Februarium*. Sed non est profecto credibile, in quantâvis *Astronomiæ ruditate*, pauciores unquam numeratas fuisse *Lunas* quam *duodecim* inter *similes* ejusdem *fideris* seu *ortus*, seu *occasus*. Quare à *prima Lunarium mensium Civilium* institutione necessarii erant *duo* præterea de novo formandi *menses*. Sic

Qqqq

pote-



poterant à *prima* sui institutione *situm* eundem habere *Januarius* atque *Februarius* quem tenuerunt usque ad *Decemviros*. U scilicet *primus* omnium fuerit *Januarius*, *ultimus* autem *Februarius*. Idque nomina ipsa his mensibus imposita indicare jam supra observavimus. Denique nec illud est adeo, quam volunt, certum, *annum* hunc *decimestrem* ab *Albanis* didicisse *Romanos*. *Sacra* quidem, quæ tunc apud *Albanos* obtinebant, cum *colonia Romana* deduceretur, ad *Romanos* transivisse verisimilimum esse concessero. Non item illa quæ *postea* irreperunt. Sed nulla sunt, nulla unquam erant (quod quidem scimus) veterum *monumenta* quæ docuerint formam *anni* ab *Albanis* observatam, cum *Roma* conderetur. In *mensium ordine* ab *Albanis* discrepasse certissimum est. *Martium*, ut dixi, apud *Romanos* *primum* fuisse evincunt mensium nomina *numerum* quo sequebantur invicem indicant. *Albanis* autem non *primum* fuisse, sed *tertium*, testatur ^a *Ovidius*. Fieri tamen potest ut *Martium* propterea *primum* numerarint *Romani*, quod festum *Urbis* Natale *Palilia* in *Martium* tunc incidit. Dum certe *primus* anni *mensis* esset *Januarius*, *Martium* in *Aprilis* locum detrudi necesse erat. *Aprilis* autem etiam *Juliani* *xxi*. *Palilia* agebantur. Nempe translatione *Januarii* à *primo* ad *penultimum* locum (quam vidimus fecisse *Decemviros*) effectum est ut è *Martio* in *Aprilem* *Palilia* migraverint. Hæc si vera; etiam inde firmabuntur quæ supra diximus de hac *Translatione* §. 93. 98. 99. Et quæ de anni *Parapegmatici* antiquissimi *initio* §. 7.

^a *Ovid. Fast.*

Sect. CIX.
Annus *Rusticus*
sidereus omnium
fuisse videtur
antiquissimus.

Et quidem annus ille *Parapegmatis Rustici* omnium erat proculdudio *antiquissimus*. Sed *Sidereus* ille, quem appellant *Astronomi*, non *Tropicus*. Ab *ortu* scilicet ejusdem *sideris*, *primum* *Cosmico*, tum *Heliaco* ad similem illius *ortum*; vel ab *occasu* ad similem *occasum*. Nec enim, nisi hoc invento, observari poterant *laboris Rustici* in *orbem* reversuri *vicissitudines*. Sed *siderum* ipsorum *ortus* & *occasus* observasse videntur *Rusticorum* antiquissimi, non autem *Solis* motus *annuos*, qui erant paulo difficiliore, & ab eorum captu remotiores. Cum autem observaretur sæpe obstare *Solem* quo minus *sidera* spatiis *consuetis* apparerent; jam facile intelligebant fallacius esse *judicium* à *reliquorum* *astrorum ortu* vel *occasu*, quæ, nisi *Sol* faveret, observari non poterant; certius autem si *Solis* ipsius *motus* exploratos haberent, qui ab alio nullo *sidere* obscurari poterat, quominus appareret. Inde conversos fuisse verisimile est ad *Solis* ipsius *motus* indagandos. Inde enim pronunciandum videbant



videbant de *Anomalia* inter ortus siderum occasusque *Cosmicos* & *Heliacos*. Sed *Solis* locum non *minute*, sed *laxe* admodum designabant è *maximorum* maximeque *conspicuum* siderum appulsi cum *Sol* oriretur aut occideret. Lineam autem qua *Solis* motus conficeretur, quam *Zodiacum* appellamus, & *partitiones* illius per *Zodia* unde *nomen* traxit ipse *Zodiacus*, in partes æquales *duodenas*, & minores rursus illarum partium sectiones, nondum compertas habebant ante tempora *Cleostrati*. *Anticipationem* autem, ne quidem ante tempora *Hipparchi*. Et tamen modum *anni Juliani*, qui ultra *dies* 365. *quarta* præterea diei parte *Solis* motum *annuum* concludebat, in *Cyclis* mensium annorumque *Lunarium* supponi videmus *antiquissimis*. Nec alium usurpasse videntur *Astronomi Babylonii* in *Æra* sua *Nabonassarea*. Ab illa saltem *Epocha* unde *Periodos* numerabant *Sothiacas*, annosque *magnos* qui annis suis *communibus* constarent 1461. *Juniores* autem sunt quorum sententias legimus ab hoc *Solaris* anni modo discrepantes. *Antiquissimis* ergo tam *Græcæ* quam *Latine* *Historiæ* temporibus non alium observatum fuisse *verissimum* est. Si nempe *Mythicam*, monumentisque *publicis* destitutas narrationes, *Historiæ* nomine, plane ut merentur, excludamus. Desunt autem, quæ nos doceant, *monumenta*, qualia fuerint *Rusticorum Parapegmata*, ante scriptas *Historias*, excultamque *Astronomiam*.

Sed non est profecto adeo *antiqua* apud alias, præter *sacram*, *gentes*, quam creditur, *Historia*. Possemus id in *Sinensi Historia* probare, & in *Babylonia*, & *Ægyptia*, quæ tamen *maximam* *Antiquitatem* venditant. In *Græca Historia* id ipsi jam probavimus in *Prælectione* nostra *Camdeniana Inaugurali*. Res autem nobis *impræsentiarum* est cum *Historia Romana*. Certe nulla est, præter *Sacram*, *Historia* quæ non primas suas *Origines* *fabulis* immistas habeat, quarum *veritatem* ne quidem ipsi præstare audebant *posterorum prudentiores*. Id sane videmus in *Græcorum Historicis* *antiquissimis*, qui quo *antiquiores* eo plerumque observantur esse *fabulosiores*. Id quod etiamnum evenire solet quoties non è *scriptis* monumentis, sed è *majorum Traditionibus*, *Historiæ* hauriendæ sunt. *Datur*, inquit ^{a Liv. L.1. Præf.} *Livius*, *hæc venia Antiquitati*, ut, *miscendo humana Divinis*, *primordia Urbium augustiora faciat*. Hoc ergo cum sit in confesso, qui velit in *Historia* cum fructu versari, is *limites* constituat oportet intra quos fidem mereri incipiat. Is autem *limes* omnium *tutissimus* est, ut eousque *Historia vera* esse posse credatur,

Sect. CX.

Historia Romana ante *Romulum* nulla *fide* digna. Vel *Romuli* ipsius *fortasse dubia*.



tur, quousque erant *coeva* monumenta, seu edita in *vulgus*, seu saltem in *Archivis* recondita. Cum enim nulla essent *Scripta*, majorum *Traditionibus* deberi omnia necesse est, quæ ultra unam alteramve ætatem fidæ esse vix possunt. Atqui editos *Romane Historiæ Scriptores* vidimus quam fuerint *recentes*. Ar-

^a Liv. L. v. c. 1. *chiva* tamen post Epocham excisæ à Gallis *Urbs* integriora ^a Livius fuisse testatur. *Clariora deinceps certioraque ab secunda origine, velut ab stirpibus lætius feraciusque renatæ Urbis, gesta domi militiæque pollicetur.* Et tamen postea *trium Dicturarum annuarum & duorum præterea Consulatum* in *Fastis* discrepantias observavimus. Et *Scriptorum diffidia* post illam etiam Epocham observavit ipse ^b Livius, nec in *commissionibus* duntaxat, sed in ipsa etiam *Historia*. Ante illam Epocham agnoscit ipse ^c *perraras fuisse literas, unam fidelem custodiam memoriæ rerum gestarum: Et, si quæ in Commentariis Pontificum, aliisque publicis privatisque erant monumentis, incensa Urbe plerasque interuisse. Privata monumenta, ni fallor, intelligit Orationes Funebres quibus Majorum gesta complectebantur, quæque familiis erant privata.* Ex his enim *Annales* fuisse collectos tam docet Livius ipse quam Cicero in *Bruto*. Quamquam etiam *Archiva publica* in domesticos usus exscripserint quorum *maiores Archivorum* potestatem propter *officia* sibi demandata, penes se habuerant. Sic *Commentarios Censorios* in *Censoriis familiis* παραθεωρηδότης observat fuisse *Dionysius*. Hæc ergo *monumenta* cum magna ex parte perierint, proinde ante *Urbis incendium* diffidia *Scriptorum* memorat *frequentiora*. Et sæpe *vetustatem* ipsam hoc spatio causatur, quo minus certi quidpiam esset expectandum.

^d Liv. L. II. c. 21. Negat ergo, ^d *qui Consules secundum quosdam, aut quid quoque anno actum sit, in tanta VETUSTATE non rerum modo, sed etiam Auctorum, digeri potuisse.* Sic ille ad annum U. C. Varr. 258. Sic rursus de Coss. anni Varr. 320. ait, ^e *inter cætera VETUSTATE incomperta, hoc quoque in incerto positum.* Sic denique ad ann. Varr. 358: ^f *In rebus tam ANTIQUIS, si quæ similia veri sint, pro veris accipiantur satis habeam.* Nec aliter ad ann. Varr. 262. ^g *Dionysius: Ολίγοις μὲν ἐν ἔτεσι Διαμαρτεῖν τῶν χρόνων δέ τινος ἀνὴρ ἰσομεγέθους ἀνδράσιον ΑΡΚΑΙΑΣ καὶ ΠΟΛΥΕΤΕΙΣ σωματομοίαις πραγμάτων.* Tanta agnoscitur his etiam, post *Regifugium*, temporibus, propter *Vetustatem* incertitudo. Quod scilicet *rariora* occurrerent *monumenta*. Quid ergo dicendum est de temporibus *Regifugio antiquioribus*? Certe, pro hujus *rationis tenore*, quo *antiquiora* essent, eo adhuc fuisse *incertiora*.

Ext-



Extabant tamen, his quoque temporibus pauciora quidem; nonnulla tamen etiam *scripta*, monumenta *Archivis* recondita. Foedus adducit ^a *Polybius* cum *Carthaginensibus* è Templo *Jovis Capitolini*, ex *Ædilium cella* tabulis æneis inscriptum. Et *Legum* Fragmenta nonnulla habemus etiamnum sub *Regibus* editarum usque ad *Numam*. Nempe, ut videtur, è Libro *Sexti Papyrii*, quem illis temporibus fuisse testatur ^b *Pomponius* quibus *Tarquinius Superbus Demarati Corinthii filius*. Sed *Priscus* fuerit oportet, si fuerit *Demarati filius*. Et *Numæ* Libros *Autographos* sub *COSS.* anni *Varron.* 573. repertos jam supra observavimus, de quibus tamen nemo dubitabat essentne genuini. Erant ergo eousque, etiam apud *Romanos*, in usu *literæ*, & *scriptis* mandata monumenta. Sed *pauca* admodum, cum tot annis postea de *literarum raritate* *Livium* querentem audiverimus. Sed quæ intelligerentur admodum *difficilia*, cum & *foedus* illud sub *primis COSS.* ægre vel à peritissimis sui temporis explicari potuisse monuerit ^c *Polybius*. Unde ergo *Fabulæ* de *Pico*, *Fauno* & *Latino*? Unde etiam alia illa de *Æneæ* in *Italiam* adventu? Unde omnis illa *Regum Albanorum* ab *Ascanio*. *Æneæ* filio ad *Romulum* usque successio, quam tamen fere admittunt hodierni *Eruditi* omnes? Nullum certe his temporibus *literarum* in *Italia* usum legimus. Nulla probæ fidei *Archiva*, vel in *Templis*, seu *tabularum gypsatarum*, seu *laminarum* etiam *ænearum*. Nondum *Pontifices Annalium publicorum* conditores atque custodes. Nondum *Quindecimviri*, aut alio quovis numero *Magistratus*, qui illorum *Commentarios* conficerent. Nondum *Censores*, quorum *Commentarios* advocavit *Dionysius*. Imo ne quidem ipsa *Censura*, diu postea instituta. Ergo *Romanorum* nulla erant *Archiva*, quibus tot *Regum* potuerit conservari Successio. Sed nec ulla *Scripta* legimus ipsorum *Albanorum* *Urbe Romana* vetustiora, quæ unquam viderint *Scriptorum Romanorum* antiquissimi. Tantum abest ut ulla fuerint illis ante *Urbem Romanam* monumenta, ut ne quidem constet an ullum habuerint *literarum* usum. Cum enim fuerint apud ipsos *Romanos* post tot deinceps *Secula raræ*, quis credat ullas fuisse apud ipsos *Albanos*? Imo nulla prorsus (quod quidem sciam) extant *vestigia literarum* ab *Albanis* acceptarum. *Voces* legimus in *Scriptoribus Romanis* antiquissimis, *Oppidas*, *Sabinas* & *Hetruscas*; nusquam autem, quod meminerim, *Albanas*. Nulla apud *Grammaticos* *Etyma* vocum ab *Albanis* oriundarum. Et si fuissent ulla *Albanis* *Scripta*, ægre tamen mihi persuadeo fuisse *Romanis* qui



qui sermonem *Albanorum* Urbe ipsa *Romana* antiquiorem potuerit intelligere. Si vel *peritissimis* ægre admodum intelligi potuerint verba *fæderum* sub *primis Consulibus* initorum, teste *Polybio*, qui vixit ipse circa *trecentimum* ab illo *Consulatu* annum, coævus fere *antiquissimis Romanorum Historicis*; multo minus est cur credamus *Barbaram* illam *Albanorum* ante *Urbem* Dialectum à tanto *junioribus* vel *primi Seculi Grammaticis* intelligi potuisse. Recte ergo *Livius* Originibus *Urbe* antiquioribus fidem suspectam facit. ^a *Quæ ante conditam condendamve Urbem, Poeticis magis decora fabulis, quam incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur, ea (inquit) nec affirmare, nec refellere, in animo est.* Malam certe fidem prodebat *contractior* annorum numerus in *Regum Albanorum Successione* (qualis in *primis* erat *Fabulatoribus*) quam ferebant rationes *Chronographorum Græcorum*. Hinc *tercentos* duntaxat annos à *jaëtis longæ Albæ* fundamentis ad *Romuli* natalem numerat *Virgilius*. Eundem numerum sequebatur antiquior *Virgilio Trogus Pompeius*, si quidem *Justinus* fides. Nec dubitemus quin ab *antiquissimis* fabulæ emanarit *Auctoribus*. Nec alium, ut videtur ^b *Livius*, cum *Albanæ* Civitati annos tribuit *quadringentos*, cum à *Tullo Hostilio* dirueretur. Non hunc tamen, sed *minorem Græcis* rationibus, amplectitur *Eutropius*, cum *U. C.* natalem *Varronianum Olymp. vi. 3.* post *Trojæ excidium*, ait fuisse, ut qui *plurimum minimumque* tradunt, *trecentesimo nonagesimo quarto*. Locutio illa *plurimum minimumque* Superlativo illi respondet fortasse qui vulgo primo gradu effertur, *plus minus*. Hunc autem errorem, teste *Dionysio*, vidit ipse ^c *Cato* qui *Urbem Conditam* statuebat anno post *Iliaca quadragesimo trigésimo secundo*. Proinde annos à discessu *Aenæ* in *Italiam*, ad *Albam Conditam*, atque inde *Regum Albanorum* successionem ad annum *Romæ* Natalem, ita disposuit, ut spatium illud explerent. Hoc autem spatium ab *Iliacis* ad annum *Olymp. vii. 1^m*. pertigit pro *Canonibus Eratosthenis*. Inde *primarium*, pro *Epocha* sua Argumentum deduxit *Cato*. Quod scilicet res *Italicas* cum *Trojanis* commisisse crederentur, adventus ante *Herculem* ex *Arcadia Euandri*, tum deinde sub *Euandro* ipsius *Herculis*. Denique sub *Latino Aenæ*. Hæc ergo probanda susceperat *Opere* singulari, quo de anno *Urbis natali* egerat ipse *Dionysius*: 1^o. vera fuisse illa *Regum Albanorum* spatia quæ *foundationem Urbis Romanæ* ad annum à *clade Trojanorum 432.* protraxerint: Tum deinde *annum* ab *excidio Trojano 432.* ad annum *Olymp. vii. 1^m*. pervenire *Canonibus*

^a Liv. L. i. Præf.

^b Liv. L. i. c. 29.

^c ap. Dionys. L. i. p. 60.



nibus probavit *Eratosthenis*; Denique verissimos & fide dignissimos illos fuisse *Canones*. Sed infirma erat certe è tam vetusti temporis *Synchronismis*, quibus, non dico pauca, sed plane nulla, fuisse videntur apud Italos scripta monumenta, omnis illa Argumentatio. Et tamen ne quidem illa ipsa constabat per primas *Albanorum* Traditiones, quæ nisi novo *Centenario* locupletarentur, minime respondebant. Facile inde intelligimus fidem plane nullam mereri primas *Albanorum* Traditiones quibus *vis* erat per *Argumentationes* inferenda ut ad *Eratosthenis* *Canones* (quas accuratissimas credidit tam *Cato* quam *Dionysius*) accommodarentur. Et *Varronianis* ratiociniis quæ *retrosum* progrediebantur à *temporibus* omnium *certissimis*, infirmiora illa fuisse *Catonianorum* quæ *antrorsum* procedebant à *temporibus* (saltem apud *Romanos*) longe omnium *incertissimis*. Cæterum ego tam longe me abesse fateor ut *Regum Albanorum* tempora certa putem, ut vel *Romuli* habeam suspecta. Vix puto tot futura veterum de *Urbis nomine* & *Conditore* dissidia, si quid è probis *monumentis* habuissent explorati de *Romulo*. Videri illa poterunt in *Plutarchi Romulo*, in *Dionysio Halicarnassæo*, & *Fasto* veterumque aliis. Vix puto adeo *nuperam* futuram sententiam postea receptissimam, de *Romulo Numitoris Albani* nepote *Urbis Conditore*. Primum ait fuisse *Plutarchus Dioclem Peparethium* qui receptissimam apud posteros Traditionem *Græcis* ediderit; atque *Fabio Pictori* Scriptori *Romano* in plerisque præivisse. Intelligit nimirum, ut videtur, Historiam de *Romulo Urbis Conditore*, quæ fuit tandem receptissima. Quare ante *Dioclem* illum nondum *Græcis* innotuit ille *Romulus*; nondum *monumenta*, si qua fuerint, vel fortasse *ratiocinia*, quibus effectum est ut pro *Urbis Conditore Romulus* haberetur, *Græcis* innotuerant. Quanto autem *Diocles* ille *Fabio* fuerit antiquior, fateor non satis esse exploratum. Innuit tamen, ut existimo, *Plutarchus* sero tandem innotuisse, post multos *Græcorum* Scriptores qui rerum *Romanarum* meminuerant. Nec sane multa erant cœva *Romuli* indicia, sed à *posteris* videntur potius in honorem illius post longam memoriam instituta pleraque eorum quæ legimus illius *ῥωμυλοῦ*. *Mores* quidem & *Leges* ab eo sæpe deducunt Historici. Proclive enim erat ut *Romulo* omnia tribuerent quæ à Civitatis *exordio* emanasse, nec à *Numa* fancita legerant. Sed *verba Legum* nulla qualia habemus *Numæ*, proferunt è *veteribus* Fragmentorum collectores. *Leges* autem tulisse quarum meminert *Sextus Papius*, testis videtur esse



^a Digest. L. 1.
Tit. II. n. 2.

^b Tacit. Ann.
XIII. c. 58.

^c Plin. N. H.
XV. 18.

^d Plin. N. H.
XXXIII. 1.

^e Plin. N. H.
XXXIV. 5.

esse ^a Pomponius. *Leges quasdam* (inquit) & ipse *Curias ad Populum tulit, tulerunt & sequentes Reges, quæ omnes conscriptæ extant in libro Sexti Papirii qui fuit illis temporibus quibus Tarquinius Superbus [l. Priscus] Demarati filius, ex principalibus viris. Voce omnes, leges etiam Romuli complecti videtur. Atque inde factum, ut opinor, ut illius tempora pro Historicis, qua Mythicis opponebantur, & ipse pro Urbis Conditor, haberetur. Nec sane erat cur dubitari possit, si quidem revera Romuli Leges conservârit tam propinquus Romuli temporibus Papirius. Reliqua Romuli monumenta minus certa erant. Ficum Ruminalem, quæ octingentos & quadraginta ante annos Remi Romulique infantiam texerat, mortuis ramalibus & arescente trunco deminutam, prodigii loco habitum testatur ^b Tacitus, donec in novos factus reviresceret. Hæc Tacitus ad ann. Dom. 58. Urbisque Condita Varr. 811. Recte autem reponendum esse triginta viderunt Eruditi, & de numero rotundo intelligendum. Annum enim Romulus xviii^m. tunc egisse creditur, qui numerus superiori additus conficiet in universum annos tantummodo 829. Sic autem loqui videtur Tacitus, quasi eandem crediderit fuisse arborem, quæ rursus reviresceret. Sed cum aresceret, cura sacerdotum satam testatur ^c Plinius. Erat etiam ^d Romuli statua in Capitolio. Sed temporum, ut videtur, Romulo recentiorum. Sic enim de Sibyllæ statu alibi ^e Plinius: *Primas putarem has, & Actii Navii, positas ætate Tarquini Prisci, nisi Regum antecedentium essent in Capitolio. Majorem scilicet antiquitatem præ se ferre videbantur coævæ illæ Prisco statuæ, qua licuit è visu sententiam ferre. Ita certe sensisse videtur ipse Plinius.**



T A B U L Æ

CHRONOLOGICÆ,

Ad hoc Opus illustrandum

NECESSARIÆ.

Rrrr



CHRONOLOGIA ATTICA

A N T E

CYCLOS LUNARES

Pro Canonibus *Eusebii*.

AD certas Græcorum Historias antiquissimas sufficient, ut puto, Tabulæ nostræ sequentes, quæ arcessuntur ab initio *Cyclorum Lunarium*. Quo tamen melius intelligantur Auctores, non erit, ut opinor, ingratum, si *seriem* temporum *Atticorum*, saltem à *Cecropis* initio, qua quidem illam repræsentant monumenta *continuum*, cum primorum *Cyclorum* Archontibus continuemus. Accuratissimam autem eam esse censeo quam servavit *Eusebius* ab *Africano*, ut videtur, acceptam; *Eratosthenis* Canonibus, qui maximo in pretio apud Veteres haberi solebant, maxime consentaneam. Committam autem cum *Periodo Juliana*, quo facilius verus cujusque anni *situs* intelligatur. Cæterum Anni *desinentes* intelligendi sunt.

Period Julian.	Reg.	Epoch Attic.	Period Julian.	Reg.	Epoch Attic.	Period Julian.	Reg.	Epoch Attic.	Period Julian.	Reg.	Epoch Attic.
			3171	14	14	3185	28	28	3199	42	42
3158	<i>Cecropis</i> 50. 1	1	3172	15	15	3186	29	29	3200	43	43
3159	2	2	3173	16	16	3187	30	30	3201	44	44
3160	3	3	3174	17	17	3188	31	31	3202	45	45
3161	4	4	3175	18	18	3189	32	32	3203	46	46
3162	5	5	3176	19	19	3190	33	33	3204	47	47
3163	6	6	3177	20	20	3191	34	34	3205	48	48
3164	7	7	3178	21	21	3192	35	35	3206	49	49
3165	8	8	3179	22	22	3193	36	36	3207	50	50
3166	9	9	3180	23	23	3194	37	37		<i>Cranaus</i>	
3167	10	10	3181	24	24	3195	38	38	3208	9. 1	51
3168	11	11	3182	25	25	3196	39	39	3209	2	52
3169	12	12	3183	26	26	3197	40	40	3210	3	53
3170	13	13	3184	27	27	3198	41	41	3211	4	54

R r r r a



Period. Julian.	Reg.	Epoch Attic.	Period. Julian.	Reg.	Epoch. Attic.	Period. Julian.	Reg.	Epoch Attic.	Period Julian.	Reg.	Epoch Attic.
3212	5	55	3244	18	87				3310	34	153
3213	6	56	3245	19	88	3277	Pandion I. 40. 1	120	3311	35	154
3214	7	57	3246	20	89	3278	2	121	3312	36	155
3215	8	58	3247	21	90	3279	3	122	3313	37	156
3216	9	59	3248	22	91	3280	4	123	3314	38	157
			3249	23	92	3281	5	124	3315	39	158
3217	Amphi- tyon. 10 1	60	3250	24	93	3282	6	125	3316	40	159
3218	2	61	3251	25	94	3283	7	126			
3219	3	62	3252	26	95	3284	8	127	3317	Erech- theus 50 1	160
3220	4	63	3253	27	96	3285	9	128	3318	2	161
3221	5	64	3254	28	97	3286	10	129	3319	3	162
3222	6	65	3255	29	98	3287	11	130	3320	4	163
3223	7	66	3256	30	99	3288	12	131	3321	5	164
3224	8	67	3257	31	100	3289	13	132	3322	6	165
3225	9	68	3258	32	101	3290	14	133	3323	7	166
3226	10	69	3259	33	102	3291	15	134	3324	8	167
			3260	34	103	3292	16	135	3325	9	168
3227	Erech- theus 50 1	70	3261	35	104	3293	17	136	3326	10	169
3228	2	71	3262	36	105	3294	18	137	3327	11	170
3229	3	72	3263	37	106	3295	19	138	3328	12	171
3230	4	73	3264	38	107	3296	20	139	3329	13	172
3231	5	74	3265	39	108	3297	21	140	3330	14	173
3232	6	75	3266	40	109	3298	22	141	3331	15	174
3233	7	76	3267	41	110	3299	23	142	3332	16	175
3234	8	77	3268	42	111	3300	24	143	3333	17	176
3235	9	78	3269	43	112	3301	25	144	3334	18	177
3236	10	79	3270	44	113	3302	26	145	3335	19	178
3237	11	80	3271	45	114	3303	27	146	3336	20	179
3238	12	81	3272	46	115	3304	28	147	3337	21	180
3239	13	82	3273	47	116	3305	29	148	3338	22	181
3240	14	83	3274	48	117	3306	30	149	3339	23	182
3241	15	84	3275	49	118	3307	31	150	3340	24	183
3242	16	85	3276	50	119	3308	32	151	3341	25	184
3243	17	86				3309	33	152	3342	26	185



Period Julian.	Reg.	Epoch Attic.	Period Julian.	Reg.	Epoch Attic.	Period Julian.	Reg.	Epoch Attic.	Period Julian.	Reg.	Epoch Attic.
3343	27	186	3376	10	219	3409	3	252	3442	11	285
3344	28	187	3377	11	220	3410	4	253	3443	12	286
3345	29	188	3378	12	221	3411	5	254	3444	13	287
3346	30	189	3379	13	222	3412	6	255	3445	14	288
3347	31	190	3380	14	223	3413	7	256	3446	15	289
3348	32	191	3381	15	224	3414	8	257	3447	16	290
3349	33	192	3382	16	225	3415	9	258	3448	17	291
3350	34	193	3383	17	226	3416	10	259	3449	18	292
3351	35	194	3384	18	227	3417	11	260	3450	19	293
3352	36	195	3385	19	228	3418	12	261	3451	20	294
3353	37	196	3386	20	229	3419	13	262	3452	21	295
3354	38	197	3387	21	230	3420	14	263	3453	22	296
3355	39	198	3388	22	231	3421	15	264	3454	23	297
3356	40	199	3389	23	232	3422	16	265	3455	24	298
3357	41	200	3390	24	233	3423	17	266	3456	25	299
3358	42	201	3391	25	234	3424	18	267	3457	26	300
3359	43	202	3392	26	235	3425	19	268	3458	27	301
3360	44	203	3393	27	236	3426	20	269	3459	28	302
3361	45	204	3394	28	237	3427	21	270	3460	29	303
3362	46	205	3395	29	238	3428	22	271	3461	30	304
3363	47	206	3396	30	239	3429	23	272	3462	31	305
3364	48	207	3397	31	240	3430	24	273	3463	32	306
3365	49	208	3398	32	241	3431	25	274	3464	33	307
3366	50	209	3399	33	242				3465	34	308
			3400	34	243	3432			3466	35	309
3367	<i>Cecrops II. 40. 1</i>	210	3401	35	244	3433	2	276	3467	36	310
3368	2	211	3402	36	245	3434	3	277	3468	37	311
3369	3	212	3403	37	246	3435	4	278	3469	38	312
3370	4	213	3404	38	247	3436	5	279	3470	39	313
3371	5	214	3405	39	248	3437	6	280	3471	40	314
3372	6	215	3406	40	249	3438	7	281	3472	41	315
3373	7	216				3439	8	282	3473	42	316
3374	8	217	3407	<i>Parthenon II. 25. 1</i>	250	3440	9	283	3474	43	317
3375	9	218	3408	2	251	3441	10	284	3475	44	318

ΑΓΓΛ



Period. Julian.	Reg.	Epoch. Attic.	Period. Julian.	Reg.	Epoch. Attic.		Period. Julian.	Reg.	Epoch. Attic.	à Troja excid.
3476	45	319	3509	30	352		3541	9	384	10
3477	46	320					3542	10	385	11
3478	47	321	3510		353	Mene- stheus 23. 1	3543	11	386	12
3479	48	322	3511	2	354		3544	12	387	13
			3512	3	355		3545	13	388	14
3480	<i>Thefau</i> 30. 1	323	3513	4	356		3546	14	389	15
3481	2	324	3514	5	357		3547	15	390	16
3482	3	325	3515	6	358		3548	16	391	17
3483	4	326	3516	7	359		3549	17	392	18
3484	5	327	3517	8	360		3550	18	393	19
3485	6	328	3518	9	361		3551	19	394	20
3486	7	329	3519	10	362		3552	20	395	21
3487	8	330	3520	11	363		3553	21	396	22
3488	9	331	3521	12	364		3554	22	397	23
3489	10	332	3522	13	365		3555	23	398	24
3490	11	333	3523	14	366		3556	24	399	25
3491	12	334	3524	15	367		3557	25	400	26
3492	13	335	3525	16	368		3558	26	401	27
3493	14	336	3526	17	369		3559	27	402	28
3494	15	337	3527	18	370		3560	28	403	29
3495	16	338	3528	19	371		3561	29	404	30
3496	17	339	3529	20	372		3562	30	405	31
3497	18	340	3530	21	373	Post Troja excid.	3563	31	406	32
3498	19	341	3531	22	374		3564	32	407	33
3499	20	342	3532	23	375	1	3565	33	408	34
3500	21	343								
3501	22	344	3533		376	2	3566	<i>Oxyntes</i> 12. 1	409	35
3502	23	345	3534	2	377	3	3567	2	410	36
3503	24	346	3535	3	378	4	3568	3	411	37
3504	25	347	3536	4	379	5	3569	4	412	38
3505	26	348	3537	5	380	6	3570	5	413	39
3506	27	349	3538	6	381	7	3571	6	414	40
3507	28	350	3539	7	382	8	3572	7	415	41
3508	29	351	3540	8	383	9	3573	8	416	42



Period. Julian.	Reg.	Epoch. Attic.	à Troja excid.	Period. Julian.	Reg.	Epoch. Attic.	à Troja excid.	Period. Julian.	Reg.	Epoch. Attic.	à Troja excid.
3574	9	417	43	3605	19	448	74	3638	15	481	107
3575	10	418	44	3606	20	449	75	3639	16	482	108
3576	11	419	45	3607	21	450	76	3640	17	483	109
3577	12	420	46	3608	22	451	77	3641	18	484	110
3578	Aphidas 1	421	47	3609	23	452	78	3642	19	485	111
				3610	24	453	79	3643	20	486	112
3579	Thymetes 8. 1	422	48	3611	25	454	80	3644	21	487	113
				3612	26	455	81	Medon 20. 1	488	114	
3580	2	423	49	3613	27	456	82				3645
3581	3	424	50	3614	28	457	83	3646	3	490	116
3582	4	425	51	3615	29	458	84	3647	4	491	117
3583	5	426	52	3616	30	459	85	3648	5	492	118
3584	6	427	53	3617	31	460	86	3649	6	493	119
3585	7	428	54	3618	32	461	87	3650	7	494	120
3586	8	429	55	3619	33	462	88	3651	8	495	121
3587	Melanthus 37. 1	430	56	3620	34	463	89	3652	9	496	122
				3621	35	464	90	3653	10	497	123
3588	2	431	57	3622	36	465	91	3654	11	498	124
3589	3	432	58	3623	37	466	92	3655	12	499	125
3590	4	433	59	Codrus 21. 1	467	93	3656	13	500	126	
3591	5	434	60								3624
3592	6	435	61	3625	3	469	95	3658	15	502	128
3593	7	436	62	3626	4	470	96	3659	16	503	129
3594	8	437	63	3627	5	471	97	3660	17	504	130
3595	9	438	64	3628	6	472	98	3661	18	505	131
3596	10	439	65	3629	7	473	99	3662	19	506	132
3597	11	440	66	3630	8	474	100	3663	20	507	133
3598	12	441	67	3631	9	475	101	Acastus 36. 1	508	134	
3599	13	442	68	3632	10	476	102				3665
3600	14	443	69	3633	11	477	103	3666	3	510	136
3601	15	444	70	3634	12	478	104	3667	4	511	137
3602	16	445	71	3635	13	479	105	3668	5	512	138
3603	17	446	72	3636	14	480	106	3669			
3604	18	447	73	3637							

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ
 ΟΓΙΟΥ ΚΟΥΡΙΛΑ
 ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ
 ΑΡΧΙΕ...



Period. Julian.	Reg.	Epoch. Attic.	à Troja excid.	Period. Julian.	Reg.	Epoch. Attic.	à Troja excid.	Period. Julian.	Reg.	Epoch. Attic.	à Troja excid.
3670	6	513	139	3703	3	546	172	3736	17	579	205
3671	7	514	140	3704	4	547	173	3737	18	580	206
3672	8	515	141	3705	5	548	174	3738	19	581	207
3673	9	516	142	3706	6	549	175	3739	20	582	208
3674	10	517	143	3707	7	550	176	3740	21	583	209
3675	11	518	144	3708	8	551	177	3741	22	584	210
3676	12	519	145	3709	9	552	178	3742	23	585	211
3677	13	520	146	3710	10	553	179	3743	24	586	212
3678	14	521	147	3711	11	554	180	3744	25	587	213
3679	15	522	148	3712	12	555	181	3745	26	588	214
3680	16	523	149	3713	13	556	182	3746	27	589	215
3681	17	524	150	3714	14	557	183	3747	28	590	216
3682	18	525	151	3715	15	558	184	3748	29	591	217
3683	19	526	152	3716	16	559	185	3749	30	592	218
3684	20	527	153	3717	17	560	186	3750	31	593	219
3685	21	528	154	3718	18	561	187	3751	32	594	220
3686	22	529	155	3719	19	562	188	3752	33	595	221
3687	23	530	156					3753	34	596	222
3688	24	531	157	3720	<i>Ther- sippus</i> 41.1	563	189	3754	35	597	223
3689	25	532	158	3721	2	564	190	3755	36	598	224
3690	26	533	159	3722	3	565	191	3756	37	599	225
3691	27	534	160	3723	4	566	192	3757	38	600	226
3692	28	535	161	3724	5	567	193	3758	39	601	227
3693	29	536	162	3725	6	568	194	3759	40	602	228
3694	30	537	163	3726	7	569	195	3760	41	603	229
3695	31	538	164	3727	8	570	196				
3696	32	539	165	3728	9	571	197	3761	<i>Phor- bas</i> 31 1	604	230
3697	33	540	166	3729	10	572	198	3762	2	605	231
3698	34	541	167	3730	11	573	199	3763	3	606	232
3699	35	542	168	3731	12	574	200	3764	4	607	233
3700	36	543	169	3732	13	575	201	3765	5	608	234
				3733	14	576	202	3766	6	609	235
3701	<i>Archip- pus</i> 19. 1	544	170	3734	15	577	203	3767	7	610	236
3702	2	545	171	3735	16	578	204	3768	8	611	237



Period. Julian.	Reg.	Epoch. Attic.	à Troja excid.	Period. Julian.	Reg.	Epoch. Attic.	à Troja excid.	Period. Julian.	Reg.	Epoch. Attic.	à Troja excid.
3769	9	612	238	3802	11	645	271	3835	14	678	304
3770	10	613	239	3803	12	646	272	3836	15	679	305
3771	11	614	240	3804	13	647	273	3837	16	680	306
3772	12	615	241	3805	14	648	274	3838	17	681	307
3773	13	616	242	3806	15	649	275	3839	18	682	308
3774	14	617	243	3807	16	650	276	3840	19	683	309
3775	15	618	244	3808	17	651	277	3841	20	684	310
3776	16	619	245	3809	18	652	278	3842	21	685	311
3777	17	620	246	3810	19	653	279	3843	22	686	312
3778	18	621	247	3811	20	654	280	3844	23	687	313
3779	19	622	248	3812	21	655	281	3845	24	688	314
3780	20	623	249	3813	22	656	282	3846	25	689	315
3781	21	624	250	3814	23	657	283	3847	26	690	316
3782	22	625	251	3815	24	658	284	3848	27	691	317
3783	23	626	252	3816	25	659	285	3849	28	692	318
3784	24	627	253	3817	26	660	286				
3785	25	628	254	3818	27	661	287	3850	<i>Phere-</i> <i>cles 19.</i> 1	693	319
3786	26	629	255	3819	28	662	288	3851	2	694	320
3787	27	630	256	3820	29	663	289	3852	3	695	321
3788	28	631	257	3821	30	664	290	3853	4	696	322
3789	29	632	258					3854	5	697	323
3790	30	633	259	3822	<i>Diogne-</i> <i>tus 28.</i> 1	665	291	3855	6	698	324
3791	31	634	260	3823	2	666	292	3856	7	699	325
				3824	3	667	293	3857	8	700	326
3792	<i>Mega-</i> <i>cles 30.</i> 1	635	261	3825	4	668	294	3858	9	701	327
3793	2	636	262	3826	5	669	295	3859	10	702	328
3794	3	637	263	3827	6	670	296	3860	11	703	329
3795	4	638	264	3828	7	671	297	3861	12	704	330
3796	5	639	265	3829	8	672	298	3862	13	705	331
3797	6	640	266	3830	9	673	299	3863	14	706	332
3798	7	641	267	3831	10	674	300	3864	15	707	333
3799	8	642	268	3832	11	675	301	3865	16	708	334
3800	9	643	269	3833	12	676	302	3866	17	709	335
3801	10	644	270	3834	13	677	303	3867	18	710	336



Period. Julian.	Reg.	Epoch Attic.	à Troja excid.	eriod. Julian.	Reg.	Epoch. Attic.	à Troja excid.	Period. Julian.	Reg.	Epoch. Attic.	à Troja excid.
3868	19	711	337	3900	12	743	369	3933	18	776	402
				3901	13	744	370	3934	19	777	403
3869	Ari- phron 20. 1	712	338	3902	14	745	371	3935	20	778	404
3870	2	713	339	3903	15	746	372				
3871	3	714	340	3904	16	747	373	3936	Æschy lus 23 1	779	405
3872	4	715	341	3905	17	748	374	3937	2	780	406
3873	5	716	342	3906	18	749	375	3938	3	781	407
3874	6	717	343	3907	19	750	376				
3875	7	718	344	3908	20	751	377	3939	4	782	Olym- piades. ol. 1 1
3876	8	719	345	3909	21	752	378	3940	5	783	2
3877	9	720	346	3910	22	753	379	3941	6	784	3
3878	10	721	347	3911	23	754	380	3942	7	785	4
3879	11	722	348	3912	24	755	381	3943	8	786	ol. 2 1
3880	12	723	349	3913	25	756	382	3944	9	787	2
3881	13	724	350	3914	26	757	383	3945	10	788	3
3882	14	725	351	3915	27	758	384	3946	11	789	4
3883	15	726	352					3947	12	790	ol. 3. 1
3884	16	727	353	3916	Agam- mestor 20. 1	759	385	3948	13	791	2
3885	17	728	354	3917	2	760	386	3949	14	792	3
3886	18	729	355	3918	3	761	387	3950	15	793	4
3887	19	730	356	3919	4	762	388	3951	16	794	ol. 4. 1
3888	20	731	357	3920	5	763	389	3952	17	795	2
				3921	6	764	390	3953	18	796	3
3889	Thespi- cus 27. 1	732	358	3922	7	765	391	3954	19	797	4
3890	2	733	359	3923	8	766	392	3955	20	798	ol. 5. 1
3891	3	734	360	3924	9	767	393	3956	21	799	2
3892	4	735	361	3925	10	768	394	3957	22	800	3
3893	5	736	362	3926	11	769	395	3958	23	801	4
3894	6	737	363	3927	12	770	396				
3895	7	738	364	3928	13	771	397	3959	Alcma- on. 2. 1	802	ol. 6. 1
3896	8	739	365	3929	14	772	398	3960	2	803	2
3897	9	740	366	3930	15	773	399				
3898	10	741	367	3931	16	774	400		Arch. decenn.		
3899	11	742	368	3932	17	775	401	3961	Charops 10 1	804	3



Period Julian.	Arch. decenn.	Epoch Attic.	Olym- piades.	Period Julian.	Arch. decenn.	Epoch Attic.	Olym- piades.	Period Julian.	Archontes decennales.	Epoch Attic.	Olym- piades.
3962	2	805	4	3993	3	836	3	4024	4	867	2
3963	3	806	Ol. 7. 1	3994	4	837	4	4025	5	868	3
3964	4	807	2	3995	5	838	Ol. 15. 1	4026	6	869	4
3965	5	808	3	3996	6	839	2	4027	7	870	Ol. 23. 1
3966	6	809	4	3997	7	840	3	4028	8	871	2
3967	7	810	Ol. 8. 1	3998	8	841	4	4029	9	872	3
3968	8	811	2	3999	9	842	Ol. 16. 1	4030	10	873	4
3969	9	812	3	4000	10	843	2		Archontes annui.		
3970	10	813	4								
	<i>Esimel</i>			4001	1	844	3	4031	<i>Creon. Marm. Ox. Sed ann. seq. Euseb.</i>	874	Ol. 24. 1
3971	1	814	Ol. 9. 1	4002	2	845	4				
3972	2	815	2	4003	3	846	Ol. 17. 1	4032		875	2
3973	3	816	3	4004	4	847	2	4033	<i>Lysias. Marm. Oxon Idem forte qui aliis Tle- fia.</i>	876	3
3974	4	817	4	4005	5	848	3				
3975	5	818	Ol. 10. 1	4006	6	849	4				
3976	6	819	2	4007	7	850	Ol. 18. 1	4034		877	4
3977	7	820	3	4008	8	851	2	4035		878	Ol. 25. 1
3978	8	821	4	4009	9	852	3	4036		879	2
3979	9	822	Ol. 11. 1	4010	10	853	4	4037		880	3
3980	10	823	2					4038		881	4
	<i>Clidicus</i>			4011	1	854	Ol. 19. 1	4039		882	Ol. 26. 1
3981	1	824	3	4012	2	855	2	4040		883	2
3982	2	825	4	4013	3	856	3	4041		884	3
3983	3	826	Ol. 12. 1	4014	4	857	4	4042		885	4
3984	4	827	2	4015	5	858	Ol. 20. 1	4043		886	Ol. 27. 1
3985	5	828	3	4016	6	859	2	4044	<i>Leostratus. Dionys Hal. L. III.</i>	887	2
3986	6	829	4	4017	7	860	3				
3987	7	830	Ol. 13. 1	4018	8	861	4	4045		888	3
3988	8	831	2	4019	9	862	Ol. 21. 1	4046	<i>Pisistratus. Pausan. Corinth. c. 24.</i>	889	4
3989	9	832	3	4020	10	863	2				
3990	10	833	4					4047	<i>Ausosthenes. Pausan.</i>	890	Ol. 28. 1
	<i>Hippomenes</i>			4021	1	864	3				
3991	1	834	Ol. 14. 1	4022	2	865	4	4048		891	2
3992	2	835	2	4023	3	866	Ol. 22. 1	4049		892	3



Period. Julian.	Archontes annui.	Epoch. Attic.	Olym- piades.	Period. Julian.	Archontes. annui.	Epoch. Attic.	Olym- piades.
4050		893	4	4079	<i>Epanetus Boeot. Antig. Caryst. qui Archon. 2- lius ab Eponymo.</i>	922	Ol. 36.1
4051	<i>Miltiades Pausan. Meff.</i>	894	Ol. 29.1	4080		923	2
4052		895	2	4081		924	3
4053		896	3	4082		925	4
4054		897	4	4083		926	Ol. 37.1
4055		898	Ol. 30.1	4084		927	2
4056	<i>Miltiades, Pausan. Arcad. c. 39.</i>	899	2	4085		928	3
4057		900	3	4086		929	4
4058		901	4	4087		930	Ol. 38.1
4059		902	Ol. 31.1	4088		931	2
4060		903	2	4089		932	3
4061		904	3	4090		933	4
4062		905	4	4091	<i>Draco. Cl. Alex. Ta- rian. Suid.</i>	934	Ol. 39.1
4063		906	Ol. 32.1	4092		935	2
4064		907	2	4093		936	3
4065		908	3	4094		937	4
4066		909	4	4095		938	Ol. 40.1
4067		910	Ol. 33.1	4096		939	2
4068		911	2	4097		940	3
4069	<i>Simonides, Simon. Schol. in Pindar.</i>	912	3	4098		941	4
4070	<i>Dropilus. Marmor. Ox.</i>	913	4	4099		942	Ol. 41.1
4071		914	Ol. 34.1	4100	<i>Heniochides. Dionys.</i>	943	2
4072		915	2	4101		944	3
4073		916	3	4102		945	4
4074		917	4	4103		946	Ol. 42.1
4075	<i>Damastus Laert. Sch. Pind.</i>	918	Ol. 35.1	4104		947	2
4076		919	2	4105		948	3
4077		920	3	4106		949	4
4078		921	4	4107		950	Ol. 43.1
				4108		951	2
				4109		952	3
				4110	<i>Aristocles Marm. Ox.</i>	953	4



Period. Julian.	Archontes. annui.	Epoch Attic.	Olym- piades.	Period. Julian.	Archontes. annui.	Epoch Attic.	Olym- piades.
4111	<i>Critias</i> prior. Marm. Ox. coll. cum <i>Euseb.</i> Chron.	954	Ol. 44. 1	4115	<i>Megacles</i> forte. Deest Auctor.	958	Ol. 45. 1
4112		355	2	4116		959	2
4113		356	3	4117		960	3
4114		357	4	4118		961	4

Horum numerorum seriem omnem legimus in Canonibus *Eusebianis* continuam, in qua, si ullus fuisset error, is universam *Chronici* compagem perturbaret oportet. Error certe longe difficilior est quam in rebus *gestis* ad annos *singulos* apponendis, cum nulla esset rerum *gestarum* annorumve *con-*
nexio. Conveniunt præterea examuffim memoratæ ab *Euse-*
bio summæ. Numerat *Eusebius* ab initio *Cecropis* ad excidium
Trojæ annos 375. ad finem scilicet *Menesthei*. Hoc ille duobus
in locis, tam scilicet numero suo 460. quam 835. ne quis er-
roris possit irrepere suspicio. Addit è *Castore* (quem testem
proculdubio advocaverat *Africanus*.) ad finem *Thymætis*, an-
nos fuisse 429. Inde *Melanthum*, filiumque *Melanthi Codrum*,
annos imperasse in universum 58. Et ad mortem *Codri* an-
nos 487. ipse quoque verbis expressissimis numerat *Eusebius*.
Plane, ut in nostris leguntur *Tabulis*, pro norma *Canonum* ip-
sius *Eusebii*. Hucusque ergo nihil est cur dubitemus quin re-
cte sese habeant *Canones* pro hypothesibus *veteris*, quam secu-
tus est *Eusebius*, in re *Attica*, *Chronologiæ*. Spatium autem
inter excidium *Trojæ* primamque *Olympiadem* annorum 406.
fuisse multis in locis statuit *Eusebius*. Numeris nimirum suis
835. & 1240. Et Libri II. *Præfatione Hieronymi*. Cum ta-
men medium inter annos illos intervallum annos impleat tan-
tummodo 405. Hoc aliter verum esse non potuit quam si
excidium Urbis Trojanæ ad annum retulerit *Menesthei*, non, ut
antea, *ultimum*; sed, quod fecit Auctor *Chronici Marmorei*
Oxonienfis, *penultimum*. Sic annus ipse primæ *Olympiadis* ab
Ilii clade fuerit 407. Quo pacto *Veteres* etiam illos suppu-
tasse probavimus qui diem ætatemque *Lunæ*, & spatium à
Solstitio, quo contigerit in *Cyclo Metonico* retrorsum acto de-
signarunt. Diss. I. §. 19. Et sane ita rem se habere necesse
erat, si & veri fuerint numeri quos illis assignavit *Eusebius*,

S f f f 3.

&



& tertius *Æschyli* annus, pro ejusdem sententia, cum prima committatur *Olympiade*, & decimus ultimi *decennalis* Archontis annus ad primum referatur annum *Olympiadis* xxiv^z. ut illum in *Canone* suo retulit *Eusebius*. In eo certe sibi consonus ab aliis discrepat, quod primum annum Archontem *Creontem designatum* illo anno tantummodo censuerit, sequenti autem anno *gestum* ab eo Magistratum. Contra autem *Fasti* plerique *Archontici* ipso illo illius *Olympiadis* anno *gestum* à *Creonte* Magistratum agnoscunt. Uno ergo anno post *Olympiadum* initium à *Canonibus Eusebianis* discrepant *Tabulæ* nostræ, quod annum *Æschyli* quartum, non tertium, cum prima *Olympiade* committendum censuerimus. Et quidem illa potissimum ratione, ne series *Archontum annuorum* perpetuo perturbaretur. Estque sane alioqui receptior, apud *Veteres*, sententia illa quæ annos ab excisa *Troja* ad primam *Olympiadem* 407. plenos numerabat, pro accuratissimorum *Chronologorum* hypothesibus. Est & illa, quæ Magistratum *Creontis* Archonticum primo *Olympiadis* xxiv^z. anno statuebat. Firmat præterea hanc nostram dispositionem, ni fallor, quod *Dionysius* Archontis *decennalis Charopis* anno primo *Urbem Conditam* statuit. Nec enim verum illud esse potuit, pro *Epocha*, quam sequitur *Dionysius Catoniana*. Nostræ autem *Tabulæ* illum *Charopis* annum cum *Olymp.* vi^z. anno 3^o. componunt, qui *Urbi Natalis* erat, pro *Epocha Varroniana*. Hauserit ergo illa *Dionysius* ex Auctore aliquo *Varroniano*; quæ tamen imprudens ad annum *Olymp.* vii^z. i^m. qui, pro *Catonianis* suis rationibus, *Urbis* primus erat, aptavit ipse *Dionysius*. Nescio enim quo casu sit factum, ut de *Varronis* *Epocha* nihil rescivisse videantur, non *Dionysius* modo, verumetiam *Italus* ipse *Livius*. Non est ergo, cur, propter illud *Dionysii* Testimonium, de *Charopis* initio dubitemus. Non me fugit, propter testimonium *Pausaniæ* dubitasse hæcenus eruditos, num *decennia integra* expleverint *Archontes decennales*. Est autem præter *Eusebium*, eosque qui ex iisdem, unde *Eusebius*, Originibus, sua hauserint, testis, hac in causa disertissimus *Velleius* qui *decennalium Archontum* annos, agnoscit in universum LXX. L. I. c. 8. Fefellit ergo ipsos, ni fallor ipse, *Pausaniæ lectio* tantummodo à *Librariis* vitiata. *Messenici Belli* finem statuit ἐπὶ πρώτῳ τῷ τετάρτῳ καὶ δεκάτῳ Ὀλυμπιάδος, ἢν Δάσμων Κορίνθιῳ ἐνίκῃ σάδιον, Ἀθλωνισι Μεδοσπιδῶν τῷ ἀρχιῶ ἐπὶ ἐχόντων πλὴν δεκάτῳ, Ἐ ἔτας Ἰππομῆναι τετάρτῳ τῷ ἀρχῆς ἡνυσμένῳ. Sed pro τετάρτῳ reponatur τετάρτῳ, & nostrarum *Tabularum*



bularum Chronologiæ ita non *obstabunt* verba *Pausaniæ*, ut contra potius illam sint mirifice *confirmatura*. Erat enim *Hippomenes decennialium Archontum* revera *quartus*. Et *primus* erit illius *annus* quem cum *Olymp. XIV^a*. anno 1^o. commisit *Pausanias*. Plane ut in nostris repræsentatur *Tabulis*. Non autem in *Eusebianis*. Hanc ergo *Chronologiam* (si qua his tam vetustis *Græcæ Historiæ* temporibus vera sit) veræ *proximam* fuisse crediderim.

Non me tamen fugit interim in alia omnia discedere *Auctorem* *Chronici Marmorei Oxoniensis*, cui plurimum tribuunt illius *Eruditissimi Editores*. Nempe propter *eximiam* ejus *vetustatem*, qui anno vixerit *Olymp. CXXIX. 1^o*. *Eratosthene* proinde paulo antiquior atque *Apollodoro*. *Vetustatem* illam Ego merito magni faciendam esse censerem, si vel *coæva* fuisset, aut *coævis monumentis* instructa quæ postea interciderint, cum *Chronologiam veterem* excolerent *vetustissimi Chronologi*. Sed in monumentorum *eorundem* usu merito vicissim plus tribuemus *exquisitissimis* paulo *juniorum ratiociniis* quam paulo *vetustiorum conjecturis*, nondum *exculpta Chronologia*, necdum *inventis illis ratiociniis*, nedum ad *examen* revocatis. Vixit autem *Chronologus* ille *Parius* post *Timæum* quidem, cui multum debebat *vetus illa Chronologia*, sed tamen ante *Eratosthenem* atque *Apollodorum*. *Eratosthenis Canones* summo habebant in pretio *Veteres*, quibus ille è gentium *finitimarum* collatis invicem *Ἀδόξαις* collegit quid de *singulis* esset sentiendum. *Archivorum* scilicet monumentorumve qualiumcunque *consensum* pro *norma* habens *singulorum*, *Consilio* sane accuratissimo. Proinde verisimile est *superfluos*, qui in *Chronico Marmoreo* redundant, annos ex *aliarum Successionum fide* fuisse repudiatos. Quoniam tamen *Chronici Marmorei* fidem sequuntur *Viri* sane *Magni*; proinde illius quoque *rationes* subjiciendas esse censeo ad *Periodum Julianam* similiter redactas, quo possint cum *nostris* facillime contendere. Brevitatis autem causa, *Primum* tantummodo cujusque *Principis* annum designabimus, cum *Epochis* *Chronologi Parii* ad eum spectantibus. Sic enim intelligetur, recte Nos, & pro mente hujus *Chronologi*, *rationes* ejus repræsentasse.

Æra



Æra Attica pro sententia Marmoris Oxoniensis :

- I. **CECROPS** I^{us}. annis L. Coepit Period. *Julian.* 3132. Ep. *Att.* 1
 Ante *Archontem Diognetum* (*Olymp. CXXIX. I.*) 1318.
Deucalion Regn. ante *Diognet.* 1310. sub *Cecrop.* Per. *Ful.* 3140.
 Epoch. *Attic.* 8
- II. **CRANAUS** annis IX. Coep. Period. *Julian.* 3182. Ep. *Att.* 50
 Judicium I^m. in *Areopago* ante *Diogn.* 1268. sub *Cranao.* Per.
Ful. 3182. Ep. *Att.* 50
Deucalionis Diluvium sub *Cranao*, ant. *Diogn.* 1265. Period.
Julian. 3185. Ep. *Att.* 53
- III. **AMPHICTYON** ann. X. Coep. Per. *Ful.* 3191. Ep. *Att.* 59
Amphictyon *Deucalionis* f. sub *Amphictyon.* *Athen.* ante *Diogn.*
 1258. Per. *Ful.* 3192. Ep. *Att.* 60
Hellen. Deucal. f. regn. sub *Amphictyone*, ant. *Diogn.* 1257.
 Per. *Ful.* 3193. Ep. *Att.* 61
Cadmus Cadmeiam condidit sub *Amphict.* ant. *Diogn.* 1255.
 Per. *Ful.* 3195. Ep. *Att.* 63
 ----- sub *Amphictyone*, ant. *Diognet.* 1252. Per. *Ful.* 3198.
 Ep. *Att.* 66
- IV. **ERICTHONIUS** ann. L. Coep. Period. *Julian.* 3201.
 Epoch. *Attic.* 69
Erichthonius quadrigam junxit primis *Panathenais* &c. se
 regnante, ant. *Diogn.* 1242. Per. *Ful.* 3208. Epoch. *Attic.* 76
- V. **PANDIONI** I^{us}. ann. XL. Coep. Per. *Ful.* 3251. Ep. *Att.* 119
Minos primus, & *Idæi Dactyli* sub *Pandione.* Sed anno
 nullo certo designato. *Eusebio* *Idæi Dactyli* anno *Pan-*
dionis xx. Ep. *Att.* 139. *Minos* ejusdem *Pandionis* xxxi.
 Ep. *Att.* 150. Sed *Thrasyllo* apud *Cl. Al. Str.* 1. *Idæi Da-*
ctyli referuntur ad ann. à diluvio *Deucalionis* LXXIII.
Nempe Epoch. *Attic.* 126. Ita quoque sub hoc eodem
Pandione.
- VI. **ERECHTHEUS** ann. L. Coep. Period. *Julian.* 3291.
 Epoch. *Attic.* 159
Ceres Athenas venit. *Triptolemus* in *Raria* seminavit. Re-
 gnant. *Erechtheo*, ante *Diognet.* 1145. Period. *Julian.* 3305.
 Epoch. *Attic.* 173
- Raptus *Proserpinæ* &c. sub *Erechtheo*, ant. *Diogn.* 1135. Per.
Ful. 3315. Epoch. *Attic.* 183

VII.



VII. CECROPS II. ann. XL. Cœp. Period. <i>Jul.</i> 3341. Epoch. <i>Attic.</i>	209.
VIII. PANDION II. CECROPIS fil. ann. XXV. Cœp. Per. <i>Jul.</i> 3381. Ep. <i>Att.</i>	249.
Lustratio prima, sub <i>Pandione Cecropis</i> fil. ante <i>Diogn.</i> ---ΔII. 1062. Per. <i>Jul.</i> 3388. Ep. <i>Att.</i>	256.
IX. ÆGEUS ann. XLVIII. Cœp. Period. <i>Julian.</i> 3406. Epoch. <i>Attic.</i>	274.
Tributum <i>Atheniensib.</i> à <i>Minoc</i> , sub <i>Ægeo</i> , ant. <i>Diogn.</i> 1031. Per. <i>Jul.</i> 3419. Ep. <i>Att.</i>	287.
X. THESEUS ann. XXX. Cœp. Period. <i>Julian.</i> 3454. Epoch. <i>Attic.</i>	322.
<i>Theseus Atheniensium</i> XII. Urbes in unam coegit, & De- mocratiam constituit, se regnante, ant. <i>Diognet.</i> 995. Per. <i>Jul.</i> 3455. Ep. <i>Att.</i>	323.
-----ΔΔΔΔII. 992. ant. <i>Diogn.</i> sub <i>Theseo</i> . Per. <i>Jul.</i> 3458. Ep. <i>Attic.</i>	326.
----- sub <i>Theseo</i> , ant. <i>Diognet.</i> [ΑΗΗΗΗΔΔΔΔΔΠΙΙ]. Sed 987. Period. <i>Julian.</i> 3463. Epoch. <i>Attic.</i>	331.
XI. MENESTHEUS ann. XXIII. Cœp. Per. <i>Jul.</i> 3484. Epoch. <i>Attic.</i>	352.
Itaque 27. annis rationes <i>Marmoreæ</i> præcedunt nostras. Expeditio in <i>Trojam</i> anno <i>Menesthei</i> XIII ^o . cæpto ante <i>Diognet.</i> 954. Per. <i>Jul.</i> 3496. Epoch. <i>Attic.</i>	364.
<i>Troja</i> excisa anno <i>Menesthei</i> XXII ^o . cæpto, ant. <i>Diognet.</i> 945. Per. <i>Jul.</i> 3505. Ep. <i>Att.</i>	373.
Hinc Epochæ <i>Trojæ</i> cæptæ.	
XII. DEMOPHON ann. XXXV. Cœp. Per. <i>Jul.</i> 3507. Ep. <i>Att.</i>	375. 2
Hoc spatium ad XIII ^m . <i>Medontis</i> Except. Barbar. ex <i>Afri-</i> <i>cano</i> rectius pro mente <i>Marmorei</i> Chronologi. <i>Orestis</i> iudicium in <i>Areopago</i> , sub <i>Demophonte</i> , ant. <i>Diogn.</i> ---ΗΗΗΗΔΔΔ---II. non 937. (ut apparet ex Epochæ sequenti) sed 942. Per. <i>Jul.</i> 3508. Epoch. <i>Attic.</i>	376. 3
<i>Teucer Salaminæ</i> in <i>Cypro</i> condidit, sub <i>Demophonte</i> , ant. <i>Diognet.</i> 938. Per. <i>Jul.</i> 3512. Epoch. <i>Attic.</i>	380. 7
XIII. OXYNTES ann. XIV. Excerpt. Barbar. Cœpit, pro rationibus Chronologi <i>Marmorei</i> , Per. <i>Julian.</i> 3542. Epoch. <i>Attic.</i>	410. 37.
XIV. APHIDAS an. I. Cœpit Period. <i>Julian.</i> 3556. Epoch. <i>Attic.</i>	424. 51
	XV.

T t t t



- XV. *THYMOETES* ann. ix. *Excerpt. Barbar. & Græc.* post Trōj.
excid. 52
Scalig. Euseb. Coepit, Per. Jul. 3557. Epoch. Attic.
- XVI. *MELANTHUS* ann. xxxvii. *Coep. Per. Jul.*
 3566. *Ep. Att.* 434. 61
 Anno scilicet reditus *Heraclidarum*, à quibus *Messenia*
 pulsus est *Melanthus*. Redierunt *Heraclidae*, anno
 à *Troja* excidio, (non 80. ut volebat *Eratosthenes*,
 sed) 60. ut *Strabo*, (qui has rationes secutus est) si
Chronologum Marmoreum audiamus.
- XVII. *CODRUS* ann. xxi. *Coep. Period. Jul. 3603.*
Epoch. Attic. 471. 98
 A *Cecrope* ad finem *Codri* annos 492. numerat *Auctor*
Excerptorum Barbarorum. Accuratissime pro his,
 quos dedimus, numeris.
- XVIII. *MEDON* ann. xx. *Coep. Period. Jul. 3624.*
Epoch. Attic. 492. 119
Jonica Coloniam à *Neleo* in *Asiam* deductam anno xiii.
Μεγαστέως, ut volunt *Marmoris Editores*. Sed certe
Μέδωντος. *Ant. Diognet. ---ΔΙΙΙ. 813. Per. Jul. 3637.*
Epoch. Attic. 505. 132
- XIX. *ACASTUS* ann. xxxv. *Græc. Euseb. & Joan.*
Tzetx. Ptol. in Hesiod. Coep. Period. Julian. 3644.
Epoch. Attic. 512. 139
- XX. *ARCHIPPUS* ann. xv. pro xl. *Excerpt. Barb.*
Coep. Per. Jul. 3679. Epoch. Attic. 547. 174
 Certe numerus ille tam immanis à summis aliis *Ex-*
cerptoris ad initium *Olympiadum*, & ad primum *Ar-*
chontem annum, longius recedet. Nec erat difficile
 ut ex v. per errorem *Librarii* nasceretur l. Annum
 ab excisa *Troja* 180. in *Archippi* Imperium confert
Eusebius num. dccccviii. Et quidem *Auctore Phi-*
lochoro. Male ergo *Clemens* 200^m. à *Troja* annum
 refert ad *Acastum*.
- XXI. *THERSIPPUS* ann. xli. *Coep. Per. Jul. 3694.*
Epoch. Attic. 562. 189
- XXII. *PHORBAS* ann. xxx. *Coepit Per. Jul. 3735.*
Epoch. Attic. 603. 230
- XXIII. *MEGACLES* ann. xxviii. *Euseb. Gr. & Ex-*
cerpt. Barb. Coep. Per. Jul. 3765. Epoch. Attic. 633. 260
- XXIV. *DIOGNETUS* ann. xxv. *Eus. Græc. Coep.*
Per. Jul. 3793. Ep. Att. 661. 288
Home-



Homerus sub Rege vel Archonte perpetuo *Diogneto*,
ante *Diognet.* Archontem annum 643. Period.

Troj.
Capt.

Ful. 3807. Epoch. Att.

675. 302

XXV. *PHERECLÉS* ann. XIX. Cæp. Per. Ful. 3818.

Epoch. Attic.

686. 313

Phidon Argivus &c. ante *Diogn.* 631. —έξς. NempeΦερεκλέης. (Nullus est, post *Diogn.* Archon. perpetuus
cujus nomen ita desinit præter *Phereclém.*) Per. Ful.

3819. Epoch. Attic.

687. 314

XXVI. *ARIPHRON* ann. XXXI. κατὰ ΑΦελκωνόν, in-quiunt Græca *Eusebii Scaligerana.* xxx. Excerpt. Bar-bara. Ex *Africano* autem sumsit, ut videtur, *Barb.*Auctor *Scaligeranus*, qui scripsit sub *Anastasio Di-*coro, numeros illos priores quos *Chronici Marmorei*

rationibus ita consentaneos fuisse vidimus. Ita

Thiæus Uliæ f. Πάλ. Pyth. Pindar.
Nem. x. v. 47. Schol. inc. Ætate
Pindari.
Thrasidæus Thebanus Σπιδ. Παιδ. Pyth.
28. Δίαυλ. ἢ Σπιδ. Ανδρ. Pyth. 33.
Timænetus Phliuntius Ομπίτ. Pyth. 23.
Timasitheus Delphus Παγκράτ. ter. Inc.
Paus. El. 2. c. 8. Ætate Isagoræ Ty-
ranni Atheniensis. Pausan. ib. Ita-
que paulo post Pisistratidas. Tunc
enim Isagoras. Paus. Laconic. c. 4.
& Herodotus.
Timo Eleus Πένταθλ. Inc. Paus. El. 2.
c. 16. Ætolis adfuit Bello in Thes-
salos, & Naupacto præfuit. ib.
Tifander Naxius Cleocriti f. Πουμ.
quater. Incert. Paus. El. 2. c. 13.

X

Xenocrates Agrigentinus Theronis fra-
ter Ἄρμα. Pyth. 24. Ol. LXXII. 2.
Xenocrates Thebanus Bœotarchus. Ol.
102. 2.

Z

Zetes Boreæ f. Ομπίτ. diu ante Pyth.
num.

Περιοδικαὶ omnes tam Pythia vicerunt quam Isthmia & Nemea pariter ac Olym-
pia. Quod semel monuisse sufficiat. Olympionicarum autem Catalogo illos
accensuimus. Sed fieri potest ut aliarum Urbium ludis vicerint. Non autem
illis, à quibus prima erat Olympiorum, Pythiorum, Isthmiorum, Nemeo-
rumque appellatio.

Μεθομυρικῶν *Fragmentum & Scholiorum Joannis Tzetis, quibus mensis Delphici Heraclii nomen designatur, è Bibliotheca Jacobæa.*

D*Elphici* anni mensē unicum in Dissert. v^a. deprehendimus. Illum scilicet quo solo olim reddi solebant Oracula, *Busium*. Sed ne quidem illius *situm* tunc habebamus satis exploratum. Jam autem succurrit *Pythiorum* tempestatem reddendis *Oraculis* fuisse opportunissimam. Tum enim conveniebant ad *ludos* in *fatidici* Dei honorem celebrandos *Græci* universi. *Veris* scilicet, (ut ibidem probavimus) *initio*. Tum etiam conventus *Amphictyonum* & *Pylagorarum* à Civitatibus illis quæ *Concilii Amphictyonici* Jus habebant. *Annus* ille, licet *Ludi* ipsi *quadriennes* fuerint, vel *Octennes*. Nisi ergo hoc tempore *Oracula* acceperint, alio opus erat *itinere* ad mentem Dei, de rebus *sequenti* anno gerendis, explorandam. Et sane *Veris initio* commodissimum erat ut consuleretur Deus de Expeditionibus sequenti *Vere* suscipiendis. *Vere* enim plerunque legimus fuisse *Expeditiones*. Et à *Vere* adeo inire solet *Æstas Thucydidea*, qua tempestatem rebus *annuis* gerendis idoneam complectitur. Et *primus* adeo *Veris Attici* mensis fuerit oportet *Munychion*, qui *Busio Delphico* responderit.

Mensis autem *Delphici secundi* nomen (qui cum *Thargelione Attico* concurrerit) docuit *Joannes Tzetzes*, aliud à *Busio*, scilicet *Heraclium*. Ut proinde, ni *Veris* mensis *primus* fuerit *Busius*, ad *Veris finem* fuerit, locumque *tertium*, necessario differendus. Magno scilicet rerum *Vere* gerendarum incommodo. Id quoque docet idem *Tzetzes*, quod præter illum nemo, quod sciam, alius, hoc ipso *mense* primam actam esse, quæ ab *Iphito* restaurata est, *Olympiadem*. Creditur autem illa prima fuisse illarum quas hodieque numeramus. Nec sane pugnant, quo minus id verum fuerit, hodierna Veterum monumenta. Qui enim ad *Solstitium* retulerit, *Pindaro* neminem habemus, ut puto, *antiquiorem*. Imo contra, favet potius *institutionis* occasio. *Oraculo* enim *Delphico* horum *Ludorum* originem tribuit *Phlegon*. Hæc *Oracula* mensis *Busii* propria fuisse antiquissimis hisce temporibus didicimus. Nihil autem vetat quo minus mense *proximo* præceptos ab *Oraculo* *Ludos* instituerint *Peloponnesii*. Imo ne *diutius*, quam necesse



necesse esset, differrentur, urgebant mala, quibus *averruncandis*, ut instituerentur, præceperat Oraçulum. Alium certe à *Thargelione* mensẽm *Atticum* intelligere ne quidem potuit *Tzetzes*. Illius enim φθίνοντος diei *octavæ* Excidium Urbis *Trojane* tribuebant, quos sequitur hoc in loco, Veteres. Nescio porro annon hunc ipsum mensẽm, quo *Ludi* habendi essent, præceperit ipsum *numen*. Erat enim sane admodum consentaneum, ut *instituti* ab *Hercule* *Ludi*, cum denuo *instaurarentur*, mensi illi assignarentur qui ab *Hercule* nomen acceperat. Et *Delphis* illum, non *Elide*, ita appellatum, satis aperte significat ipse *Tzetzes*. Ne quidem apud *Delphos* incongrue. Est enim apud Mythologos celebris illa, quæ *Herculi* fuisse cum *Apolline* fingitur, de *tripode* decertatio. Potuitque illa causa fuisse cur, ut *primus* anni *Delphici* mensis dicabatur *Apollini*, *secundus* fratri *Apollinis Herculi* dicaretur. Nec video sane cur mensis *Delphici* mentio in celebrandis *Elide* Ludis occurreret, nisi ab *Oraculo Delphis* edito (quod sermone *patrio Delphorum* concipiebatur) emanasset. Desunt autem monumenta quæ doceant qua demum causa *Ludi Olympici* à *Thargelione Attico* ad *Hecatombæonem* fuerint translata.

Hausit illa, ni fallor, *Tzetzes* è vetustissimis *Epici Cycli* Poetis, vetustisque eorum *Scholiastis*. Erant enim in *Poesi* omnium antiquissima *Epica*, vario Argumento Libri, sed plerunque *nominibus* Auctorum admodum *incertis*. Nec de *Ili* duntaxat *excidio*, de quo egit *Homerus*, verumetiam de aliis Mythici Intervalli *Historiis*, tam *antiquioribus* quam *recentioribus*. Horum plerisque in unum *Corpus* coegere veteres *Grammatici*, & communi *ἐπικῶν κύκλος* (qui *Μελικῶν* & *Ελεγκτικῶν* opposebatur) titulo designaverunt. *Primus* fortassis hujus *Corporis* collector *Dionysius* fuerit, seu *Milesius*, seu *Samius*, seu Urbis *utriusque* civis. Hunc *κυκλογεγράφου* alii, alii *κύκλων* vel *κύκλος ἱστορικῶν* Auctorem Veteres, appellant. Non quidem, ut opinor, quasi *alius* ab *Epico* *Cyclus* ille fuisset *Historicus*; sed quod *Poetas* complecteretur *Historicos*, qua nempe *Mythica* etiam *Historie* nomine censetur, *Historia* certe in qua versarentur *Poetae* omnino dignissima. Sic enim *Eumelus* *Poeta* antiquissimus *Historicus* appellatur. Hujus *Dionysii* *Cyclographi* Libros VII. fuisse Auctor *Suidas* est. Nec illum *numerum* excedunt *Veteres* qui ex hoc Opere testimonia depromserunt. Quo tempore vixerit incertum est. *Clemente* tamen *Alexandrino* antiquiorem fuisse constat atque *Athenæo*.
Acces-

a Schol. *Pindar.*
Olymp. XIII.
b *Suid.* Διογύστ.
c *Clem. Alex.*
Protrept. *Athen.*
Deipnos.
L. VII. c. 3.



Accessere deinceps alii ad hunc eundem *Poetae*, ipsi quoque *Epici*, collectore fortasse *Polemone*, à quo nomen *Cyclicis Polemoniatis*. Illi locum forsitan habebant in *Cyclo* qualis ex-
 tabat ætate *Procli*. Corporis enim *unum* neminem collecto-
 rem de *nomine* memorat, hac ipsa, ut videtur, causa, quod
 non unus fuerit qui *Opus integrum* in *unum Corpus* redegerit.
 Hucusque nullus erat in *Cyclo Epico* locus *Homero* ipsi. Alio-
 qui non ita scripsisset *Proclus*, *Cycli Epici* *Poetis*, ab ætate
 pretium fuisse, potius quam ab *elegantia*. Erant enim *Poetae*
Epici admodum antiqui, teste ^a *Clemente Alexandrino*. Et ne
 quidem *elegantiae* nomine incelebres fuisse agnoscit *Proclus*,
 qui *Antimachum* illis accenset, quem *Homero* ipsi anteposuit
 Imperator ^b *Hadrianus*. Utinam extaret *Procli* illa, quam
 legit *Photius*, *Chrestomathia*. Nam & *nomina* *Poetarum* recen-
 suit, & *Secula* quibus vixerint, & fortassis etiam *collectorum*.
 Recentior erat *Proclo*, si quis fortasse fuerit, qui *Homerum*
 ipsum *Cyclo* ipsi inseruerit. Ita rem se habuisse exinde sus-
 picio est, quod λέξεις quam *Poetis Cyclicis* antea tribuerat,
 exemplum ex *Homero* dederit *Auctor Etymologici Magni*. Ex-
 inde etiam quod *Homericæ* seorsim locum habuerint in col-
 lectione *Tzetziæ*. Fieri tamen potest ut ομηρικῶν nomi-
 ne *Poetas* illos complexus fuerit *Collector Tzetziæ* qui in
 iisdem versati fuerant *temporibus* quibus *Homeri Ilias* atque
Odyssæis. Erant enim *tempora* illa *media* inter *Ulyssis* cædem
 & *Θεογονίας*, quos *Epici* *Cycli* terminos describit *Proclus*. Ita-
 que *Poetis* hujus *Cycli Epici*, cum fuerint *Græcorum* anti-
 quissimi, λέξεις fuisse sui cuiusque *Seculi* proprias observârunt
Grammatici, in *Lexica* proinde referendas. Constabant au-
 tem *Lexica* vetusta è *Scholiastis* pro *Alphabeti* serie dispositis.
 Sed ea demum *Alphabeti* serie qua disposita fuerant ipsa *Scho-*
lia. Ut scilicet sub *voce prima*, qualiscunque demum ea fue-
 rit, & *casu* etiam vel *tempore* obliquo, ut in *Auctore* cujus
 λέξεις fuerant, legebantur, occurrant; non autem sub *voce*
sententiæ præcipua, nec *origine vocis primaria*. Erant ergo &
Poetis Epici sui quoque *Scholiastæ*. Inde, ni fallor, emana-
 bant nostra quoque *Operis Tzetziæ* *Scholia*, in quibus *Ve-*
terum quoque *Scriptorum Testimonia* advocantur. Plane ut
 ex *Epico* illo *Cyclo* *Operis Tzetziæ* etiam forma emanavit.
 In multis tamen ab *Epici* *Cycli* forma admodum diversa.
 Nulla audio esse in *Opere Tzetziæ* *Librorum Dionysii* septem
 vestigia. Et ne quidem *Polemonis*, qua ipse *Dionysianæ* Col-
 lectionis



lectionis formam innovavit. . Nec aliorum, si qui fuerint, qui postea quid novi cœpto à decessoribus Operi attulerint. Tribus duntaxat partibus constare fertur: Πεθομηλικῆς, Ομηλικῆς & Μεθομηλικῆς. Quæ si ad tempora *Homericis* antiquiora, coæva atque recentiora referantur, ea omnia satis commode complectentur quæ in coævo sibi Cyclo *Epico* fuisse testis est *Proclus*. Sed Liber ipse brevior esse fertur quam ut *Homeri Iliadem* capiat solam. Adeo longe ab eo abest ut par sit reliquis Cycli *Epici* Poetis *integris* capiendis. Itaque *Epitomen* esse suspicor junioris cujuscipiam seu *Poetae*, seu *Grammatici*, qui tamen sua antiquioribus Cycli *Epici* Poetis debuerit. *Carminis* genus est idem quod *Epicis* omnibus commune fuit, *Hexametri*. Aliud ab eo, cui magis assueverat *Tzetzes* ipse, *Politici*. Fecit hoc ut aptius infererentur suis ipsa Poetarum verba, quoties convenire viderentur, nec institutam *Epitomen* præter modum augere. In illo sane censu erat *Lesches*, cujus versum noster hoc ipso, quod damus, Fragmento descripsit. Hoc tantummodo discrimine, ut quæ *Lesches Dorica* conceperat, eadem ipse in Dialectum *Ioniam* transtulerit. *Leschem* certe ita in inedita *Homeri Metaphrasi* memorat *Joannes Tzetzes* quasi suis ipse oculis usurpârit, atque inde hauserit quæ ad *Homerum* de rebus *Troicis* supplendum facerent. Nec *Leschem* modo, verumetiam *Stesichorum*. Verba *Tzetzi* illa sunt:

Εἶτα λοιπὸν μοι μετ' αὐτὰ μάθῃς τὰ ἔ' πολέμα,
 Κατὰ λεπτὸν τὰ σύμπαντα γενῶς πεπλάτυσμάδης,
 Οὕτως ὡς ἂν ἀνέγνωκας Ομήρου, Στησιχόρου,
 * Εὐεπιδολικόφρωνας, Κολλέθου τε καὶ Λέουας,
 Καὶ Δίκτυον συγγραψάμενον καλῶς πρὸς Ἰλιάδα
 Τρυφιοδώρου, Κοῖντον' καὶ ἑκατὸν βιβλία
 Οὐκ ἂν λεπτομερέστερον ἔτῳς ἐξημελώσω.
 Καὶ τότε τμήματι βραχεῖ πάντα συγκελευσμένα
 Ὅπως πᾶς ὁ βεβλόμενος ἐν πῶν βραχυτάτῳ
 ἀνεγνωκέναι τοῖς πολλοῖς δοκῆ βιβλιοθήκας.

* I. Εὐεπίδης,
 Δυκέφρ.

Helenam læsisse dicitur *Stesichorus* infensamque sensisse. De rebus, ut videtur, agens *Troicis*. Nec absurde nonnulla *Ἰπικῶς* scripsisse potuit, utcunque *μελοποιῆς* accenseri plerunque soleat. Quidni enim id faceret *patris* filius, qui sua omnia *Epice* conceperat, *Hesiodi*? Qui *Leschem* vidit & *Stesichorum* de rebus



rebus excidio Trojano coævis, idem & alios Cycli *Epicis* Poetas videre potuit de rebus *Ilio* capto antiquioribus atque recentioribus, & (si videretur) excerpere. His autem antiquissimis antiquissimorum Poetarum *Scholiastis* debuisse puto *Tzetzem* tot alia illa primariorum Veterum, quamvis his *Epicis* Poetis recentiorum, testimonia, quæ in illius Scriptis legimus adeo frequentia. Nec enim ipsum oculis suis usurpasse verisimile est quæ advocat Scripta *omnia*, nec post illius demum tempora omnia intercidisse. Hæ si nostræ procedant conjecturæ, erit sane operæ pretium si quis Προμηκεὰ illa & Μεθομηκεὰ in publicum ediderit. *Immiscuit* quidem versibus suis *Collector* quisquam nonnulla è *Scholiastis* quæ in Poetis *Epicis* ipsis non repererat, *mutavitque* nonnulla, ut ex hoc ipso intelligimus *Fragmento*. Sic tamen esset cur Orbi Literario gratularemur, si vel *vestigia* multa conservârit Poetarum antiquissimorum, doctissimorumque *Scholiastarum*. Mihi certe *Homero* ipso & *Hesiodo* Poetæ *Epicæ* plerique videntur antiquiores. Dedi autem, cur ita sentiam, rationes. Dum Opus integrum edatur, gustum dabit hoc *Fragmentum*, quod ab Amico nupero accipi *Eduardo Bernardo* Professore *Saviliano* meritissimo, ipse autem à Cl. *Bentleio*.

¹ Ἰωάννης ὁ Τζέτζης περὶ αἰλώσεως τῆς Τροίας, ἐν τῷ Μεθομηκῶν.

Αὐτὰρ ἐγὼν ἐρέω περὶ τέρματι μέσσην ἐλάωων,

Τροίην ὅπποτε πέρασαν ἀρήιοι ἦες Ἀχαιῶν.

Πρωτίστis παρὰροίθεν Ὀλυμπιάδος ² μῆ^{τι} κύκλα

Μέτρον ἀπέρεσον τετρακροσίων λυκάβαντων.

Ὀγδοάτων δεκάτων τε [τῶ] Τρώϊον ὤλετο ἄστυ

³ ὡς Σικελὸς Διόδωρ^ο ἐν Ἰσθμῶν ἐνεῖρει.

Ἀλλὰ τὰ μὲν κατέλεξα κύκλα μεγάλων ἐνιαυτῶν.

Μῆνα ἧ ἤδη ἐρέω, ἡμᾶρ τ' ἠδὲ τε ὄρω,

Ὀικτροπάτε λυκάβαντος, ὃς ἄλγεα θῆκατο Τροίῃ.

⁴ Δωδεκάτη μὲν ἔλω μῆνος Θαρρηλιῶν^ο,

⁵ Τὸν ῥ' αἰωνόρονον κακλήσκει μὲν Λογγῶν^ο.

Ἰανναρόρον δ' ἀνέρες πάντες καλέουσι.

⁶ Νύξ δ' ἄρ' ἔλω μέσση, λαμπρῆ δ' ἐπίταλλε σελεύη,

⁷ Παρθένε εἰσελάσσει δρόμον μεγάλωισιν ἐν ἄστροις,

ΙΙΙΙΙ Ζ

Ἡελίξ



Ηελίς ἀμφ' ⁸ Αἰγόκερον Κρόνος οἶκον ἔοντος.
⁹ Καλλισῶ δ' ἱέρεια ¹⁰ κλειναῖς ἑν Ἀθήναις
 Οἰκτροτάτα μεγάλα λυκάβαντος. ¹¹ Κείνη ἐν ᾠρῇ,
 Κείνη νυκτὶ, ὁ Λέσβις. ¹² Ἐλλάνικος ἀείδει·
 Σὺ τῶ καὶ Δῆρις. ¹³ Τροίαν ἑλέει παναχαίεις,
 Οἶκαδ' ἐλθέμεναι ¹⁴ λυγρὸν τ' νόσον ἰδόντας.

Σχόλιον Ἐ αὐτῶ Τζέτζε.

Εξ ὧν ὁ Διόδωρος ἰσορεῖ φαίνεται ἡ Τροία πορθηθεῖσαι πρὸ τετρακισίων
 ὀκτωκαίδεκα χρόνων τ' πρώτης Ολυμπιάδος. Εγὼ δὲ ὁ Φασὶν αὐτὴν
 πρὸ τ' Ολυμπιάδων λῆρον ἠγάγεμα. Οἶδα γὰρ ἀκριβῶς τ' Ηρακλέα τὰς
 Ολυμπιάδας συνησῆμενον.

Μεγά κύκλος τὰς Ολυμπιάδας ἔλεγον, ὅτι ¹⁵ κατὰ πενήτηκοντα μῶνας
 ἐτελεύτησε τὰς Ολύμπια. ¹⁶ Συναρτήσασθαι δ' αὐτὰ Ηρακλῆος Πολέμων ἢ λυ-
 θεῖσθαι ἐς ὑπερον φείδων καὶ Ἐφραετῶν πάλιν ἀνεκλήσασθαι, Ηρακλῆος μῦθος
 ὄντος ἐν Δελφοῖς, Ἀθήνησι δὲ Θαρρηγιῶν, ¹⁷ ὁ γὰρ φθίνοντος ἡ Τροία
 ἐάλω.

NOTÆ.

I. [Ἰωάννης τ' Τζέτζε.] Nescio an ita hæc verba intelligenda sint quasi
 Αὐτὸν Μεθομμεικῶν, vel *Collector* potius, ipse fuerit *Tzetzes*. Is idem
 certe si *Scholiorum* Αὐτὸν fuerit, *Textus* sui confarcinator esse non po-
 tuit. Loquitur enim *Scholias* ita, quasi non *unus* fuerit, sub nu-
 mero nempe *Multitudinis*: ὁ φασὶν (inquit) αὐτοῖς & Ολυμπιάδας ἔλεγον.
Textusque sui sententiam ipse pro λέγω habet. In eo denique ab Au-
 ctore suo discrepat, quod *Thargelionis* XII^o. *Troja* excidium tribuit
Poeta, *Scholias* autem ejusdem mensis diei XXIII^o. Is enim ὁ γὰρ φθί-
 νοντος. *Tzetze* ergo antiquior erat Μεθομμεικῶν *collector*, vel potius Gram-
 maticis *collectores*. Et tamen junior idem *Longino*, quem in hoc ipso
 Fragmento advocatum legimus. *Aureliani* nempe temporibus atque
Zenobia. Sed cum *plures* Operis sui Αὐτὸν memorat *Scholias*, in-
 nuit nimirum, ut in *Epico Cyclo* ipso *plures* erant *Poeta* qui Κοικλικῶν no-
 mine communi advocantur; sic, in Operis univērsi constructione, quod
 ex *Epicis Poetis* constabat, *plurimum* fuisse, incertique nominis, operam
 similiter *Grammaticorum*. Locum videntur habuisse *Grammatici* in
nectendis invicem diversorum Poetarum Scriptis. *Principio* nimirum
 cujusque Poetæ, vel *fine*. Hic enim par erat nonnulla addi à *Collectore*,
 sed eodem, quo & *Poeta*, Metri genere *Epici*. Tale est quod *damus*
 impræ-



impræsentiarum. Loquitur autem numero *singulari*: ἐγὼν ἑρέω — ἐλάωων — κατέλεξα — ἑρέω Itaque, quod *plurali* tamen numero illum advocat *Scholias*, hoc unum, ut puto, indicat, *plures* fuisse, *incertosque*, qui in *Collectione* univērsā partes suas sibi quisque vendicare possent. *Singuli* nimirum *singulas*.

2. Μετὰ κύκλῳ.] *Bentleius* μεγακύκλῳ. Rectissime. Veræ lectionis vestigia habet *Scholias* qui etiam ipse legit μέγα κύκλ. *Magnus annus* *Virgilio Solaris* est *Æneid. III. v. 284.* Qua nempe Anno *minori Lunari* opponitur. Et noster postea *Solarium* annorum circuitum κύκλῳ μεγάλῳ ἐνιαυτῶν appellat. *Olympias* autem istiusmodi Annorum *Magnorum* *Cyclus* est. Imo *Cyclus Magnus*. Quippe qui *Cyclus* Annorum *Solarium* *Trietericos binos* complectitur, ipse *Pentaetericus*. Poterit etiam non *incommoda* esse ipsa *Textus* Lectio, si quidem ita constituatur: μὲ μέγρον ἀπερέσιον Κύκλῳ τετρακοσίων λεκαεῶντων &c.

3. Ως Σικελὸς Διδώρῳ.] Veras *Diodori* rationes (siquas habet) sē Lib. *xiv.* initio colligimus. Ibi *Olymp. xciii.* an. 4^m. cum anno à *Troja* *Excidio* confert 779. Et *Olymp. xciv.* an. 1^m. cum anno ejusdem *Epochæ Trojanæ* 780. Sic *prima Olympias* in annum convenerit ab *Ilii* *clade* 708. Accurate pro calculo *Eratosthenis*. Nam, pro hoc eodem calculo, annus *Olympiadis vii.* 1^{us}. idem numerabatur à *Trojani Belli* fine 432. teste apud *Dionysium Halicarnassæum Catone*. Huc ergo exigenda sunt loca *Diodori* alia minus accurata. Confert apud *Syncellum* annum *Olymp. vii.* 2^m. cum anno *Epochæ Trojanæ* plusquam 430. qui erat revera, pro his hypothēsis, 433. Idem *L. xiii.* initio annum *Olymp. xci.* 1^m. *Trojanæ* *Epochæ* censet 760^m. Deerat numerus *tertius* qui, si addatur, efficiet 768. Consentiunt etiam examussim alii ejusdem in *Præfatione* numeri, si ita, uti diximus, intelligantur. Numerat enim ibi annos à *Troicis lxxx.* ad reditum *Heraclidarum*, & quidem ex sententia *Apollodori*. Inde autem ad *primam Olympiadem* *cccxxviii.* Sic enim fiet, ut annus ipse 1^{us}. *Olympiadis* 1^{us}. idem numeretur à *Troja* *ccccviii*^{us}. Idem denique etiam inde confirmatur, quod annum *Olympiadis cxv. 3.* à *capta Troja* numeret 866. Sic ille *Libri xix.* initio. Vel hinc obiter intelligimus supremum superioris *Libri Archontem* (quicumque demum is fuerit) ad annum *Olymp. cxv. 3.* spectare, pro mente *Diodori*. Et locum adeo illum esse *Archippi*, ni desint in fine *Libri duo Archontes*; non autem illum quem fingit *Meursius*, *Olymp. cxv. 1.* præeunte *Rhodormanno*. Nullum sane *Archippo* adjungit *Diodorus Olympionicen*, aut numerum *Olympiadis*, quod tamen illi solenne est in annis *Olympiadum primis*. Nexum præterea, pro mente *Diodori*, docent adjuncti *Archippo* & *Demogeni* *Archontibus Romani* *COSS.* qui se invicem proxime excipiunt in *Fastis Romanis*. Similis est nexus *COSS.* quos cum *Archonte Apollodoro* committit *Diodorus*. Proinde Magistratum tenuit *Apollodorus Olymp. cxv. 2.* pro hypothēsis ejusdem *Diodori*. Tum demum desunt in *Fastis Diodori* duo *Consulum* paria. Hoc enim spatium est inter *Coss. Philoclis* & *Apollodori*. Hic itaque statuenda est *Diodori lacuna*. Ut desint apud illum *Archontes Olymp. cxv. 1. & cxiv. 4.* Et recte adeo *Olymp. cxiv. 3.*



tenebit Archon *Philocles*, pro hypothefibus *Diodori*. Sic ergo *Archontes*, ſi ad annos Olympiadum accommodentur, non incommode ſe, ut opinor, habebunt. Saltem pro ſententia ipſius *Diodori*:

Olymp.	Archontes.	Olymp.	Archontes.
CXIV. 3.	<i>Philocles</i> .	CXV. 2.	<i>Apolloſorus</i> .
CXIV. 4.		CXV. 3.	<i>Archippus</i> .
CXV. 1.		CXV. 4.	<i>Demogenes</i> .

Idem colligimus è *Dionyſii Halicarnaſſei Dinarcho*. Ibi hanc habemus Archontum ſeriem: *Philocles*, *Archippus*, *Neæchmus*, *Apolloſorus*, *Archippus*, *Demogenes*. Hinc etiam apparet omiſſos in *Diodoro* Archontes illis ipſis, quos diximus, locis eſſe inferendos. Sic veris *Olympiadum* annis aſſignabuntur res à *Diodoro* ſub his *Archontibus* narratæ. Nec aliſter conſtabit quod ait *Diodorus* decennio patriæ præſuiſſe, cum ejiſceretur, *Demetrium Phalereum*. Fugam *Demetrii Phalerei Olymp.* CXVIII. narrat ipſe *Diodorus*. Itaque neceſſe eſt ut *Olymp.* CXV. 3. fuerit, ad minimum, quo ad Urbem *Athenienſem* venerit, *Demetriumque Phalereum* præfecerit, *Caſſander*. Illius autem anni Archontem *Olymp.* CXV. 1. tribuunt *Rhodormannus & Meurſius*, quod facere tamen ne quidem potuit *Diodorus*. Hæc obiter. Cæterum, ut ad *Tzetzem* redeamus, jam ſatis, ut opinor, apparet quantum errarit non à *veritate* tantummodo, verumetiam à ſententia *Diodori*, dum à *Trojæ πορθησις* annos numerat 408. Suspicor autem tam ipſum quam vetuſtiorẽ Textus Auctorem *Grammaticum*, initium Belli *Trojani* cum ejuſdem *ſine*, nescio qua incogitantia, confuſiſſe. Reſpondet enim, ſi ab initio Belli procedat ſupputatio, hic numerus, etiam pro ſententia *Diodori*.

4. Δωδεκάτη ἀπὸ ἑλῶ.] Erant ſane è Veteribus qui hunc eundem diem *Thargelionis XII^m*. *Trojanae* Urbis Excidio designarint. *Hellanicum* teſtem atque *Durim Samium* ipſe advocat Poeta *Grammaticus*. Nec mala fide *Hellanicum* advocaſſe docet *Clemens Alexandrinus*. Eandem etiam ſententiam *Dionyſio Argivo* tribuit idem *Clemens*. Idem ſenſit etiam *Lyſimachus*. Et tamen hunc ipſum diem exinde collegiſſe videtur *Hellanicus*, quod nocte media *Luna λαμψὰς ἐπιπλω* poſuiſſet Poeta *Cyclicus*. Sic quidem accurate, ita tantum aberrarit dies *Thargelionis XII^{us}*. à die *Luna XII^o*. pro hypothefibus illius, qui tum receptus eſt, *Cycli* apud *Lesbios*, cum nondum *Cycli* eſſent *Lunares* qui menſium *Civilium* Novilunia cum *Cæli* Noviluniis, unoquoque *Luna* circuitu, conciliarent, ſed *Cyclo* demum *evoluto*. Hanc enim concordiam primum ſe aſſecutum eſſe credidit *Meton*; quo paulo erat antiquior *Hellanicus*. Sed nec de *Cyclo* conſtat *Lesbio*, quot fuerit *annorum*; nec de *Embolimorum* forma, *mutiline* fuerint, an *integri*; nec denique de anni *Lesbii* *Civilis* initio. Nihil ergo exploratum habemus quo pateſceri ultra illa potuerit Argumentatio.

5. Τὸν ἢ Αἰωνάειον.] Recte hic *Longini* nomen deprehendit Cl. *Bentleius*: Critici nempe celeberrimi; quique primis hiſce doctiſſimiſque *Scholiis* operam navavit, ut nos docet *Scholiaſtes Apollonii*; quique adeo ab hoc



hoc *Grammatico* Poeta advocetur aptissimi. Unde autem factum, in-
 quies, ut *Romani* *Januarii* nomen in *Αἰωνάειον* corruerit *Longinus*?
 Nihil sane, ut opinor, de *Græcorum* *Æonibus* in animo habebat ipse
Syrus. Ego potius ita contigisse crediderim. Scripserunt *Syri* *הַיָּנַרִים*.
 Ita scilicet ut in vocis partem accesserit vocalis literæ *Heemanthicæ*.
 Non admodum dissimili exemplo *Græci* recentiores nomen *Η Καδαεῖνα*
 in *Αἰαδαεῖνα*, & *Latini* in *Accatharinam* corruerunt. Et *Græci* voces
Ebraeas *הַיָּנַרִים* in unam vocem *Græcam* *Αγναεῖνα*. Erant præterea
 apud *Syros* nomina *Jonæ* vel *Javani*, quam *Jani*, longe notiora. Il-
 lud fortasse difficilius, unde contigerit ut cum *Thargelione Attico* *Ro-*
manum *Januarium* commiserit Criticus doctissimus. Non equidem
 suspicor ullum fuisse *Civile* *Kalendarium*, seu *Græcum*, seu *Romanum*,
 quo fuerit deceptus ipse *Longinus*. Unde ergo hunc errorem hausit?
 Inde fortasse, quod *Lunam* in *Virgine*, *Solem* in *Capricorno*, posuerit,
 cum *Troja* excinderetur, *Hellanicus*. Is enim certe *Solis* locus de-
 signabat in *Romano* *Kalendario* mensem *Januarium*. Qua scilicet
Signorum nomina illa mensibus tribui solebant quibus ipsi menses ini-
 bant. Hic ergo error erat ipsius *Longini*. Sed illa *Zodiaci* *Signa* quo
 demum artificio collegit *Hellanicus*? Eo nisi fallor. *Λαμπραν σελήνης* in
Lesche, cujus hic versum advocari videmus, de *Plenilunio* intellexit.
 Quod sane non est quod miremur, cum similiter errarint juniores qui
 tum vixerunt cum magis excoleretur *Astronomia*. Medio autem *Luna*
 cursui convenit *Plenilunium*. Et cursus medius in *Virginis* fine ter-
 minabatur, si ab *Ariete* cœperit. Ita ut errarit Auctor esse potuit
Cleostratus, cujus recenti memoria vixit *Hellanicus*. Nec advertit
 Poetæ vocem *ἠπτολιῶν* de *μεσογανήματι* ne quidem intelligi posse. Hoc qui
 animadvertabant *Hellanico* peritiores, *Solem* à *Luna* plusquam tribus
Signis tum distare ne quidem potuisse etiam intelligebant. Itaque si
 in *Virginis* fine *Luna*, *Sol* etiam *Sagittarii* fine fuerit oportet, & ini-
 tio *Capricorni*. Horum ergo rationes, utcunque sibi dissentaneas, impe-
 rite miscuit *Hellanicus*. Quasi vero singulis mensibus ab eodem *Arie-*
tis Signo *Sol* & *Luna* cursus suos ordirentur. Prodit illa ipsa Argu-
 mentatio infantiam *Astronomiæ* cum scriberet *Hellanicus*. Et tamen
 studium *Astronomiæ* magis provectum arguit quam ut à coævis *Excidio*
Trojano manare potuerit Auctoribus. *Signa* enim ipsa *Zodiaci*, & pri-
 ma *Arietis* ac *Sagittarii* *Cleostratum* reperisse Auctor a *Plinius* est, post
Olymp. LVIII. & multis adeo à *Trojane* Urbis excidio *Seculis*. Frustra
 ergo ex hujusmodi *characteribus*, qui creduntur, *Astronomicis* de vera
 illius cladis *Epocha* statuunt *Chronologi*.

6. Νῦξ δ' ἀγ' ἔλω μύσση.] Ex hoc omnino hujus Poetæ *Epici* versu
 omnia emanasse arbitror quæ de *Trojæ* excidæ die tradidere *Veteres*.
 Nempe *Leschis*. Illius enim esse rectissime observavit è *Clemente A-*
lexandrino *Bentleius*. Hinc certe sententiam suam elicit de die *Thar-*
gelionis XII^o. nolter hic Poeta *Grammaticus*. Hinc itidem sententiam
 suam de die *Thargelionis* XXIII^o. elicit vetus ille in *Æmipidis* *Hecu-*
bam. ineditus *Scholias*, cujus verba profert b *Scaliger*. Nec dubito
 quin etiam inde suam sententiam collegerint *Veteres*, quibus magis

placuit

a *Plin.* N. H.
 11. 8.
 b *Scaliger* Emend.
 Temp.



placuit dies *Scirrhophorionis* XXIII. quam *Thargelionis*. Quibus autem *ratiociniis* hi quoque sententias adeo invicem discrepantes exinde hauserint, mox pro virili nostra explicabimus. Sufficiet impræsentiarum aliunde hæc Veteres discere potuisse præterquam è coævis *Trojae* monumentis. Nihil certe erat necesse ut hæc debuerit antiquioribus ipse *Lesches*. Rei enim, quæ gerebatur, illa ipsa *temporis* circumstantia congrua erat, & plane necessaria. *Tempus* illud λαμπρῆς σελήνης de *Plenilunio* intellexerunt Veteres, qui *Lunæ* locum in *Virgine* statuebant. Ut scilicet *dimidiam* circuitus sui partem absolverit, initio ducto ab *Ariete*. Intellexit etiam *Magnus Scaliger*. Ita fuisset *Luna* ipsa in *μεισρανίματι*, ut *Soli* opponeretur qui tum locum habuerit in *Capricorno*, & *sex* adeo integris *Signis* à *Sole* distaret, ipsa nocte *media* locum habens in *Virgine*. Sed longe alia habebat in mente *Lesches*. Is *Lunam* nocte *media* non *culminantem* statuebat, sed *orientem*. Hoc enim significabat voce ἄπτελειν, *ortum* scilicet *Lunæ* nocte *media* *Cosmicum*. Ita *tribus* duntaxat *Signis* à *Sole* distaret. Hoc enim spatium erat à *Virginis* initio ad *Sagittarii* finem, initiumque *Capricorni*, quod volebat *Hellanicus*. Hinc *Luna septima* captam *Trojam* asserit *Servius*. Ipse quoque, ut videtur, ex hoc eodem antiquissimi Poetæ loco. Hinc *noctem Græcos* elegisse statuit *Donatus*, quæ partim *tenebrosa* occultaret *insidias*, partim, *adveniente Luna*, *illustris* esset, ut sine errore *venirent*. Hinc apud ipsum *Virgilium* *tacitæ amica silentia Lunæ*. Fateor equidem *Lunæ silentium* in *coitu* poni, quem diem (inquit *Plinius*) alii *interlunium*, alii *silentis Lunæ* appellant. Quod scilicet *noctē* illa *integra* nulla prorsus appareat. Sunt ergo qui *Virgilianum* illud *silentium Lunæ* non de *tenebris* intelligunt, sed de *noctis* parte illa, quæ *conticuum*, vel *conticinium* audiebat, à *gallorum* *gallinaciorum* *silentio*. Sic autem *Virgilium* Poetam doctissimum cum *Lesche* Poetæ antiquissimo conciliabimus, si *noctem* ex æquo partiemur inter partem priorem *tenebrosam*, posterioremque quæ fuerit *luminosa*. Nihil enim obstat quo minus *silentia* illa *Virgilio* ad *tenebrosam* *noctis* partem referri possint, nec minus *commode* quam ad *interlunium*. Quis autem non videt quam apte hæc cum *strategematis* consilio conveniant, ut nullum fuisset in coævis *Archivis* fidē dignum de *Facto* monumentum? Ad *Factum* tamen Poetæ verba torserunt posterorum *ratiocinia*.

^a Serv. ad Æn. II.
255.

^b Plin. N. H. II.
39.

7. Παρδίνε εισλάσασα.] Cl. *Bentleius* εισλάσασα vel εισλάσασα. Ferri tamen potuit per *Dialectum* εισλάσασα. Vox *Agonistica* est. Et *Agones* legimus εισλαστικῆς, & quidem ἄρβυς. Ita nimirum appellabantur *Agones* illi, quorum *victori* præmium erat in *Urbem patriam*, muri parte diruta, εισλάσις.

8. Αἰγύβειον Κεῖνυ οἶκον.] Vel hinc, nī fallor, apparet, *Grammaticum* nostrum (quicumque demum is fuerit) ad *Romani* *Kalendarii* normam sua exegisse. Vix enim est cur dubitemus quin *Romana Saturnalia* in animo habuerit quæ mense *Romano Decembri* exeunte celebrari solebant, *Sole* jam in *Capricorno* versante. Itaque quæ de domo *Saturni* habet Poeta, ea ex *Hellamico* haurire non potuit. Cur ergo, inquires, ad mensem *Januarium Trojae* cladem retulit *Longinus*; cum in *Decem-*



Decembri fuerint Saturnalia? Nempe, quia *proximum à tertio post locum Luna Signum affectum credidit cum Troja caperetur. Diem enim statuit Thargelionis XII^m. Nam à proximo post Brumam Novilunio, incipiendus erat, ni fallor, pro illius mente, Thargelion. Ita necesse erat ut in mensem Januarium excurreret dies Thargelionis XII^{us}.*

9. Καλλιστὸ δ' ἱέρεια.] *Callistonem cum Callithyia confundi suspicatus est Cl. Bentleius. Immerito quidem. Callithyia antiquissima creditur Sacerdotum Argivarum, Trojano proinde Excidio longe vetustior, siqua Mythici temporis Historiis fides. Coævam Iliacis suam Callistonem facit Tzetzes. In eo tamen Tzetzem errasse certum est, quod Athenis Callistonem assignaverit, quæ Argis Sacerdotium gessit, non Athenis. Temporis enim nota est hujus Sacerdotissæ ætas. Et quidem fuit Argivarum Sacerdotum Epocha apud Veteres celeberrima, non Atheniensium. Scripsitque de Argivarum Sacerdotum successione hic ipse, quem de Callistone sua testem Tzetzes advocavit, Hellenicus. De Hellenico hoc docent Plutarchus, Constantinus Porphyrogeneta & Stephanus. Quod tamen Athenis Sacerdotem suam statuerit Tzetzes, erroris saltem ansam accipere potuit à Scriptoribus se vetustioribus. Καλλιθέαν suam, quæ Καλλίστα erat, Ἀθῶνας sacerdotem fuisse in id vult Hesychius, cum Argivæ Sacerdotes non fuerint Minervæ, sed Junonis. Facilis inde & alteri errori locus erat, ut, cum Deæ nomen falsum esse constaret; proinde à Dea ad Urbem Atheniensem transferretur. Verum ergo, ni fallor, nomen Sacerdotis, sub qua Troja excisa est, Argivæ servavit ex Hellenico (vel ex antiquo aliquo, qui Hellenici Scripta viderit, Scholiaste) Tzetzes, quæ Callisto fuerit, non Callithyia. Proinde merito magni faciendus, quod Epocham adeo in Chronologia veteri celebrem, hac saltem ex parte, suppleverit. Ego, siquid de antiquissima illa Callithyia in animo habuerit Grammaticus, ita locum emendandum esse censerem: Καλλιστὸν δ' ἱέρεια &c. Sic enim veræ Callithyiae nomen concepit Auctor vetustus Phoronidis apud Clementem Alexandrinum. Sed quæ dixi veriora arbitror, nomenque adeo, quod habemus, retinendum.*

10. Κλεοναῖς ἢ ἐν Ἀθῶνας.] *Malletem Κλεοναῖς, per resolutionem Ionicam. Est enim Dialectus illa in hoc nostro Poeta Grammatico frequentissima. Sic Τροίην, Ἰσοείην, Ὀρην, Τροίην, Λαμπεῖν, Ηελίην, Ἐβντοῦ.*

11. Κεῖρη ἐν ὄρη.] *Horæ nuspam meminit Grammaticus. Intellexit anni tempestatem hibernam, Sole nimirum in Capricorno versante.*

12. Ἑλλάνικον αἶδει.] *Hellenicum Lesbium, nempe Mitylenæum, intelligit. Imo Lesbium diserte vocat ut à Milesio distinguat. Et Τρωίην ejus advocat. Nam de rebus Troicis scripsit. Proinde Τρωίην huic Hellenico tribuit. Sed cur αἶδει? Erat quidem Hellenicus ille Poeta, si quidem is Auctor fuerit Phoronidis. Et quidem illum Phoronidis Auctorem agnoscunt Dionysius Halicarnassæus & Harpocration. Nec aliud fuisse opus verisimile est quo successione contexit Sacerdotum Argivarum. Et πλὴν nonnulla ab illo scripta fuisse testatur etiam Suidas. Itaque alia ἐμμίσηται. In quibus fuerit hæc Phoronis. Hoc tamen*

K k k k k

opus



opus Τρωϊκῶν *soluta* oratione conceptum est, qua quidem licet conjecturam facere è *Testimoniis* ex eo advocatis. Potest ergo & illa quoque oratio voce ἀείδειν designari, pro usu *medicæ* præsertim *infimæque Græciæ*. Sed priorem de *Phoronide* sententiam veriolem arbitror.

13. Τρωϊαν ἔλεει.] Leg. vel Τρώων intelligendo πόλιν vel, eadem, qua supra, Dialecto *Ionica*, Τρωίω, & ἔλεειν.

14. Λυγρὸν ἢ νόσον.] Recte νόσον λυγρὸν appellat, quod reditus *Græcorum* plerique ferantur fuisse *infelices*. Olim hoc observavit *Dio Chryso-stomus*, & pro Argumento habuit *Ilii non capti*. Inde tot veterum Libri de Νόσοις, quos hoc, ni fallor, in loco, ob oculos habuit Grammaticus *Poeta*. Spectabatque ad Νόσον cædes *Ulyssis* à filio *Telegono*, quem finem *Cycli Epici* posuit *Proclus*, & nolter proinde, quicumque demum is fuerit, si quidem sua è *Cycli Epici Poetis* hauserit.

15. Κατὰ πενήτηντα μῶνας ἐτελέοντο τὰ Ολύμπια.] *Numerus ipse mensium* in *quadriennio* ostendit, de *mensibus* intelligendum esse *Lunaribus*, non *Solaribus*. Non tamen proinde crediderim, ab ipso *Olympiadum initio* menses *Elidensium* fuisse *Lunares*. Sed vetustissimum *Lunarium mensium Cyclum* designavit *Tetraetericum*, in quo locum *bini* habebant *Embolimi mutili*: alter dierum *xxii*, alter *xxiii*. quem *Soloni* attribuimus. Hunc etiam apud *Eleos* obtinuissè docet *Tzetzes*, ex antiquioribus melioribusque, ut videtur, quam ipse sit, Auctoribus. Si idem voluisset cum *Scholiaste Pindari*, sic de *Octaeteride* potius locutus fuisset, quam de *Tetraeteride*. Et defuerint nonnulla quibus docuerit *priori Octaeteridis Tetraeteride* menses fuisse *xliv*, ut in *posteriori* hic idem erat, de quo loquitur, numerus mensium *l*. Sed *Tetraeteris Lunaris* siqua fuisset sub *Iphito* & *Phidone*, eam omnium *Lunarium* antiquissimam fuisse magis consentaneum erat. Et *antiquissimam* hanc fuisse mensium *quinquagenorum Tetraeteridem* ostendimus. Hoc ergo etiam nomine hoc *Fragmentum* magni faciendum est.

16. Σωμίσθησάτο δ' αὐτὰ Ἡρακλῆς Πόλεμων δὲ λυδείσας ἐς ὕστερον φείδων κ' Ἐρετὸν πάλιν ἀνικήσαντο &c.] *Herculem* fortasse *Polemonem* intelligit, *Thebani* filium ex *Iphinoe* uxore *Antæi*. Nomen illi à patris victoria in *Antæum*. Hæc *Orus* è *Pherocyde*, ex *Oro* autem Auctor *Etymologici Magni*: Πόλεμων ὁ Ἡρακλῆς, ἀπὸ τὸ παλαιῶσι Ἀνταίων. Φερεκύδης λέγει, ὅτι μὲν τὸ παλαιῶσι αὐτὸν Ἀνταίων κ' Ἐποκτείναι, συνῆλθε τῇ γυναικὶ αὐτοῦ Ἰφίνοῦ, κ' ἐβλήθησεν Πόλεμωνα, ὦρτο. Hoc autem ipso *Polemonis* cognomine eum distinguere potuit Auctor ab aliis ejusdem nominis Ludorum *Olympicorum* conditoribus: tam scilicet ab antiquissimo *Hercule Ideo Dætylo*, quam etiam à *Thebano Hercule* hujus *Polemonis* patre. Ita si *Scholiastem* hunc intelligamus, post vocem Πόλεμων sententia claudenda erit. Sententia autem proxima ita continuanda: λυδείσας δὲ, Vel, εἴτε ἢ λυδείσας, &c. Nescio an alterius Interpretationis ansam præbeant verba illa ^a *Pausaniæ*: Ἐπειὸν ἢ Ἡλείος Ἰφίτου κ' Ἡρακλεῖ δύνειν, τὸ [forte τῷ] ποθ' ὅτε πολεμῶν σφίσιν Ἡρακλεῖ εἶναι νομίζοντας. Quasi nimirum *Herculi* Πόλεμῶν dicati fuerint *Ludi Olympici* ab *Iphito* renovati. Ita finis sententiæ fuerit in voce Ἡρακλῆς. Ita autem perrexerit:

Πολε-

^a Paus. El. 1. 3.



Πολέμῳ ἢ Λυδείσας &c. Σπίσει tamen *Peloponnesiorum* memorant tam *Pblegon* quam *Pausanias*, quæ causam dederint cur de *Ludis* illis restaurandis præceperint *Oracula*. Has σπίσει si πόλεμον appellârit *Auctor*, sic potuit novam sententiam inchoare: Πολέμῳ ἢ ἐπιγόντων Λυδείσας. Vel brevius ita: Πολέμῳ ἢ Λυδείσας. Estque fortassis hæc Interpretatio omnium facillima. Quod vero pro Ἐπιγόντων reposuerit *Cl. Bentleius* Ἰστῶν, in eo recte illum fecisse nihil est eür dubitemus.

17. Οὐδὲν ἢ ἐπιγόντων.] Rectius forte ἢ ἐπιγόντων ὁ γδῆν.

Kkkkk 2

De



De Cyclis Corinthiacis Siculisque.

Ad Diff. VI.

SI quidem *idem* fuerit *anni Cyclici* initium *Corinthiis* atque *Siculis* quod fuit *Atheniensibus*, ut *Cyclos* eisdem fuisse suspicamur; Sic novæ Tabulæ necessariæ non fuissent, sed nova mensium duntaxat nomina, ad designandos dies *Corinthios* atque *Siculos* in forma *Juliana*. Et sane ita rem fuisse fortasse verisimilius est. *Magistratus* annui ineundi initium incertum esse *anni Cyclici* novati Argumentum ostendimus §. 15. Nec forte certius est, quod à *Carnii* mensis duplicis mentione deduximus, §. 10. *Libræ* Signum duplex erat antiquissimis *Astronomis*, ut *Scorpionem* pariter complecteretur ac *Libram* proprie sic dictam. Hæc ratio satis commoda esse potuit cur eodem nomine bini venirent menses qui *duplici* illi *Signo* respondebant in *Parapegmate*. Nec ulla adeo erit necessitas ut ex illo *duplici* ejusdem *nominis* mense locus colligatur mensis *Embolimi* in *Cyclo* illo *Civili Lunari*. Si tamen fiet, ut contrarium evincant proditura monumenta veterum, seu *lapidum*, seu *Librorum*; non erit incommodum, si & alias Tabulas proponamus quæ illis infervant hypothefibus. Sic autem se habebunt.

I.

Tetraeteris Solaris à mense *Corinthiaco Siculoque* incipiens, qui *Attico Boedromioni* respondebat.

U. C. VAR.	I. Panc- mus.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.	VIII.	IX.	X.	XI.	XII. Carni- us.
158 9	Oct. 21	Nov. 21	Dec. 22	Jan. 22	Feb. 22	Mar. 25	Apr. 24	Maii 24	Jun. 23	Jul. 23	Aug. 22	Sept. 21
159 8	Oct. 21	Nov. 21	Dec. 22	Jan. 22	Feb. 22	Mar. 25	Apr. 24	Maii 24	Jun. 23	Jul. 23	Aug. 22	Sept. 21
160 7	Oct. 21	Nov. 21	Dec. 22	Jan. 22	Feb. 22	Mar. 24	Apr. 23	Maii 23	Jun. 22	Jul. 22	Aug. 21	Sept. 20
161 6	Oct. 20	Nov. 20	Dec. 21	Jan. 21	Feb. 21	Mar. 24	Apr. 24	Maii 24	Jun. 23	Jul. 23	Aug. 22	Sept. 21

II. &



II. & III.

Sufficit unius *Tetraeteridis* Tabula ad designandos dies *Julianos* in *Tetraeteride Solonis*, & in *Oetaeteride* illa quæ *duplicata* constabat *Tetraeteride*. Sic ergo se habuerit :

U. C. Var.	I. Pancmus.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.	VIII.	IX.	X.	XI.	XII. Carnius.	XIII.
162 ₃	Oct. 21	Nov. 20	Dec. 19	Jan. 18	Feb. 16	Mar. 18	Apr. 16	Maii 16	Jun. 14	Jul. 14	Aug. 12	Sept. 11	
163 ₄	Oct. 10	Nov. 9	Dec. 8	Jan. 7	Feb. 5	Mar. 7	Apr. 5	Maii 5	Jun. 3	Jul. 3	Aug. 1	Aug. 31	Sept. 29
164 ₅	Oct. 21	Nov. 20	Dec. 19	Jan. 18	Feb. 16	Mar. 17	Apr. 15	Maii 15	Jun. 13	Jul. 13	Aug. 11	Sept. 10	
165 ₆	Oct. 9	Nov. 8	Dec. 7	Jan. 6	Feb. 4	Mar. 6	Apr. 4	Maii 4	Jun. 2	Jul. 2	Jul. 31	Aug. 30	Sept. 28

IV. Cleostrati.

Oetaeteris ex *Embolimis integris*, ab eodem, unde *Cycli superiores*, initio.

U. C. Var.	I. Pancmus.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.	VIII.	IX.	X.	XI.	XII. Carnius.	XIII.
210 ₁	Oct. 21	Nov. 20	Dec. 19	Jan. 18	Feb. 16	Mar. 18	Apr. 16	Maii 16	Jun. 14	Jul. 14	Aug. 12	Sept. 11	
211 ₂	Oct. 10	Nov. 9	Dec. 8	Jan. 7	Feb. 5	Mar. 7	Apr. 5	Maii 5	Jun. 3	Jul. 3	Aug. 1	Aug. 31	
212 ₃	Sept. 19	Oct. 29	Nov. 27	Dec. 27	Jan. 25	Feb. 24	Mar. 24	Apr. 23	Maii 22	Jun. 21	Jul. 20	Aug. 19	Sept. 17
213 ₄	Oct. 17	Nov. 16	Dec. 15	Jan. 14	Feb. 12	Mar. 14	Apr. 12	Maii 12	Jun. 10	Jul. 10	Aug. 8	Sept. 7	
214 ₅	Oct. 6	Nov. 5	Dec. 4	Jan. 3	Feb. 1	Mar. 3	Apr. 1	Maii 1	Maii 30	Jun. 29	Jul. 28	Aug. 27	Sept. 25
215 ₆	Oct. 25	Nov. 24	Dec. 23	Jan. 22	Feb. 20	Mar. 22	Apr. 20	Maii 20	Jun. 18	Jul. 18	Aug. 16	Sept. 15	
216 ₇	Oct. 14	Nov. 13	Dec. 12	Jan. 11	Feb. 9	Mar. 10	Apr. 8	Maii 8	Jun. 6	Jul. 6	Aug. 4	Sept. 3	
217 ₈	Oct. 1	Nov. 1	Nov. 30	Dec. 30	Jan. 28	Feb. 27	Mar. 28	Apr. 27	Maii 26	Jun. 25	Jul. 24	Aug. 23	Sept. 21

Kkkkk 3

V. Har-



V. Harpali.

Hic *Cyclus sedecennalis* quidem est. Omnes tamen *Kalendarii* diversitates exhibet una *Octaeteris*. Est enim eadem cum *Cleostratea* nisi quod ab alio supputatur *exordio*.

U. C. Var.	I. Panemus.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.	VIII.	IX.	X.	XI.	XII. Carnius.	XIII.
256 ⁶	Oct. 9	Nov. 8	Dec. 7	Jan. 6	Feb. 4	Mar. 6	Apr. 4	Maii 4	Jun. 2	Jul. 2	Jul. 31	Aug. 30	
259 ⁹	Sept. 28	Oct. 28	Nov. 26	Dec. 26	Jan. 24	Feb. 23	Mar. 24	Apr. 23	Maii 22	Jun. 21	Jul. 20	Aug. 19	
260 ⁰	Sept. 17	Oct. 17	Nov. 15	Dec. 15	Jan. 13	Feb. 12	Mar. 12	Apr. 11	Maii 10	Jun. 9	Jul. 8	Aug. 7	Sept. 5
261 ¹	Oct. 5	Nov. 4	Dec. 3	Jan. 2	Jan. 31	Mar. 2	Mar. 31	Apr. 30	Maii 29	Jun. 28	Jul. 27	Aug. 26	
262 ²	Sept. 24	Oct. 24	Nov. 22	Dec. 22	Jan. 20	Feb. 19	Mar. 20	Apr. 19	Maii 18	Jun. 17	Jul. 16	Aug. 15	Sept. 13
263 ³	Oct. 13	Nov. 12	Dec. 11	Jan. 10	Feb. 8	Mar. 10	Apr. 8	Maii 8	Jun. 6	Jul. 6	Aug. 4	Sept. 3	
264 ⁴	Oct. 2	Nov. 1	Nov. 30	Dec. 30	Jan. 28	Feb. 27	Mar. 27	Apr. 26	Maii 25	Jun. 24	Jul. 23	Aug. 22	
265 ⁵	Sept. 20	Oct. 20	Nov. 18	Dec. 18	Jan. 16	Feb. 15	Mar. 16	Apr. 15	Maii 14	Jun. 13	Jul. 12	Aug. 11	Sept. 9
											Jul. 31	Aug. 30	

VI. Metonis.

U. C. Var.	Cycl.	I. Panemus.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.	VIII.	IX.	X.	XI.	XII. Carnius.	XIII.
322 ²	1	Sept. 11	Oct. 11	Nov. 10 3. ex.	Dec. 9	Jan. 8 6. ex.	Feb. 6	Mar. 8 9. ex.	Apr. 6	Maii 6 12. ex.	Jun. 4	Jul. 4 15. ex.	Aug. 2	
323 ³	2	Sept. 18. ex.	Sept. 30	Oct. 30 21. ex.	Nov. 28	Dec. 28 24. ex.	Jan. 26	Feb. 25 17. ex.	Mar. 26	Apr. 25 30. ex.	Maii 24	Jun. 23	Jul. 23 3. ex.	
324 ⁴	3	Aug. 21	Sept. 20 6. ex.	Oct. 19	Nov. 18 9. ex.	Dec. 17 12. ex.	Jan. 16	Feb. 14 15. ex.	Mar. 15	Apr. 13 18. ex.	Maii 13	Jun. 11 21. ex.	Jul. 11 21. ex.	Aug. 9
325 ⁵	4	Sept. 24. ex.	Oct. 7	Nov. 6 27. ex.	Dec. 5	Jan. 4 30. ex.	Feb. 2	Mar. 4 3. ex.	Apr. 3	Maii 2	Jun. 1 6. ex.	Jun. 30	Jul. 30 9. ex.	
		Aug. 28												

U. C. Var.



U. C. Var.	Cycli.	I. Pancmus.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.	VIII.	IX.	X.	XI.	XII. Carnius.	XIII.
326 7	5	Aug. 28	Sept. 27 12. ex.	Oct. 26	Nov. 25 15. ex.	Dec. 24	Jan. 23 18. ex.	Feb. 21	Mar. 23 21. ex.	Apr. 21	Maii 21 24. ex.	Jun. 19	Jul. 19 27. ex.	Aug. 17
327 8	6	Sept. 16	Oct. 15	Nov. 14	Dec. 14 3. ex.	Jan. 12	Feb. 11 6. ex.	Mar. 12	Apr. 11 9. ex.	Maii 10	Jun. 9 12. ex.	Jul. 8	Aug. 7 15. ex.	
328 9	7	Sept. 5	Oct. 5 18. ex.	Nov. 3	Dec. 3 21. ex.	Jan. 1	Jan. 31 24. ex.	Feb. 29	Mar. 30 27. ex.	Apr. 28	Maii 28 30. ex.	Jun. 26	Jul. 26	
329 30	8	Aug. 25 3. ex.	Sept. 23	Oct. 23 6. ex.	Nov. 21	Dec. 21 9. ex.	Jan. 19	Feb. 18 12. ex.	Mar. 19	Apr. 18 15. ex.	Maii 17	Jun. 16 18. ex.	Jul. 15	Aug. 14 21. ex.
330 1	9	Sept. 12	Oct. 12 24. ex.	Nov. 10	Dec. 10 27. ex.	Jan. 8	Feb. 7 30. ex.	Mar. 8	Apr. 7	Maii 7 3. ex.	Jun. 5	Jul. 5 6. ex.	Aug. 3	
331 2	10	Sept. 2 9. ex.	Oct. 1	Oct. 31 12. ex.	Nov. 29	Dec. 29 15. ex.	Jan. 27	Feb. 26 18. ex.	Mar. 27	Apr. 26 21. ex.	Maii 25	Jun. 24 24. ex.	Jul. 23	
332 3	11	Aug. 22 27. ex.	Sept. 20	Oct. 20 30. ex.	Nov. 18	Dec. 18	Jan. 17 3. ex.	Feb. 15	Mar. 16 6. ex.	Apr. 14	Maii 14 9. ex.	Jun. 12	Jul. 12 12. ex.	Aug. 10
333 4	12	Sept. 9 15. ex.	Oct. 8	Nov. 7 18. ex.	Dec. 6	Jan. 5 21. ex.	Feb. 3	Mar. 5 24. ex.	Apr. 3	Maii 3 27. ex.	Jun. 1	Jul. 1 30. ex.	Aug. 1	
334 5	13	Aug. 29	Sept. 28 3. ex.	Oct. 27	Nov. 26 6. ex.	Dec. 25	Jan. 24 9. ex.	Feb. 22	Mar. 24 12. ex.	Apr. 22	Maii 22 15. ex.	Jun. 20	Jul. 20 18. ex.	Aug. 18
335 6	14	Sept. 17 21. ex.	Oct. 16	Nov. 15 24. ex.	Dec. 14	Jan. 13 27. ex.	Feb. 11	Mar. 13 30. ex.	Apr. 11	Maii 11	Jun. 10 3. ex.	Jul. 9	Aug. 8 6. ex.	
336 7	15	Sept. 6 9. ex.	Oct. 6	Nov. 4	Dec. 4 12. ex.	Jan. 2	Feb. 1 15. ex.	Mar. 1	Mar. 31 18. ex.	Apr. 29	Maii 29 21. ex.	Jun. 27	Jul. 27 24. ex.	
337 8	16	Aug. 25	Sept. 24 27. ex.	Oct. 23	Nov. 22 30. ex.	Dec. 21	Jan. 20	Feb. 19 3. ex.	Mar. 20	Apr. 19 6. ex.	Maii 18	Jun. 17 9. ex.	Jul. 16	Aug. 15 12. ex.
338 9	17	Sept. 13	Oct. 13 15. ex.	Nov. 11	Dec. 11 18. ex.	Jan. 9	Feb. 8 21. ex.	Mar. 9	Apr. 8 24. ex.	Maii 7	Jun. 6 27. ex.	Jul. 5	Aug. 4 30. ex.	
339 40	18	Sept. 2	Oct. 2	Nov. 1 3. ex.	Nov. 30	Dec. 30 6. ex.	Jan. 28	Feb. 27 9. ex.	Mar. 28	Apr. 27 12. ex.	Maii 26	Jun. 25 15. ex.	Jul. 24	
340 1	19	Aug. 25 18. ex.	Sept. 21	Oct. 21 21. ex.	Nov. 19	Dec. 19 24. ex.	Jan. 17	Feb. 16 27. ex.	Mar. 16	Apr. 15 30. ex.	Maii 14	Jun. 13	Jul. 13	Aug. 12
341 2	20	Sept. 11	Oct. 11	Nov. 10 3. ex.	Dec. 9	Jan. 8 6. ex.	Feb. 6	Mar. 8 9. ex.	Apr. 6	Maii 6 12. ex.	Jun. 4	Jul. 4 15. ex.	Aug. 2	
342 3	21	Sept. 1 18. ex.	Sept. 30	Oct. 30 21. ex.	Nov. 28	Dec. 28 24. ex.	Jan. 26	Feb. 25 27. ex.	Mar. 26	Apr. 25 30. ex.	Maii 24	Jun. 23	Jul. 23 3. ex.	
343 4	22	Aug. 21	Sept. 20 6. ex.	Oct. 19	Nov. 18 9. ex.	Dec. 17	Jan. 16 12. ex.	Feb. 14	Mar. 16 15. ex.	Apr. 14	Maii 14 18. ex.	Jun. 12	Jul. 12 21. ex.	Aug. 10
344 5	23	Sept. 9 24. ex.	Oct. 8	Nov. 7 27. ex.	Dec. 6	Jan. 5 30. ex.	Feb. 3	Mar. 4	Apr. 3 3. ex.	Maii 2	Jun. 1 6. ex.	Jun. 30	Jul. 30 9. ex.	
345 6	24	Aug. 28	Sept. 27 12. ex.	Oct. 26	Nov. 25 15. ex.	Dec. 24	Jan. 23 18. ex.	Feb. 21	Mar. 23 21. ex.	Apr. 21	Maii 21 24. ex.	Jun. 19	Jul. 19 27. ex.	Aug. 17
346 7	25	Sept. 16 30. ex.	Oct. 15	Nov. 14	Dec. 14 3. ex.	Jan. 12	Feb. 11 6. ex.	Mar. 12	Apr. 11 9. ex.	Maii 10	Jun. 9 12. ex.	Jul. 8	Aug. 7 15. ex.	
347 8	26	Sept. 5	Oct. 5 18. ex.	Nov. 3	Dec. 3 21. ex.	Jan. 1	Jan. 31 24. ex.	Mar. 1	Mar. 31 27. ex.	Apr. 29	Maii 29 30. ex.	Jun. 27	Jul. 27	
348 9	27	Aug. 26 3. ex.	Sept. 24	Oct. 24 6. ex.	Nov. 22	Dec. 22 9. ex.	Jan. 20	Feb. 19 12. ex.	Mar. 19	Apr. 18 15. ex.	Maii 17	Jun. 16 18. ex.	Jul. 15	Aug. 14 21. ex.
349 50	28	Sept. 12	Oct. 12 24. ex.	Nov. 10	Dec. 10 27. ex.	Jan. 8	Feb. 7 30. ex.	Mar. 8	Apr. 7	Maii 7 3. ex.	Jun. 5	Jul. 5 6. ex.	Aug. 3	
350 1	29	Sept. 2 9. ex.	Oct. 1	Oct. 31 12. ex.	Nov. 29	Dec. 29 15. ex.	Jan. 27	Feb. 26 18. ex.	Mar. 27	Apr. 26 21. ex.	Maii 25	Jun. 24 24. ex.	Jul. 23	
		Aug. 22												

U. C.



U. C. Mar.	Cycli.	I. Panemus.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.	VIII.	IX.	X.	XI.	XII. Carnius.	XIII.
351 1/2	30	Aug. 22 27. ex.	Sept. 20	Oct. 20 30. ex.	Nov. 18	Dec. 18	Jan. 17 3. ex.	Feb. 15	Mar. 17 6. ex.	Apr. 15	mai 15 9. ex.	Jun. 13	Jul. 13 12. ex.	Aug. 10
352 3/4	31	Sept. 10 15. ex.	Oct. 9	Nov. 8 18. ex.	Dec. 7	Jan. 6 21. ex.	Feb. 4	Mar. 5 24. ex.	Apr. 3	mai 3 27. ex.	Jun. 1	Jul. 1 30. ex.	Jul. 30	
353 1/2	32	Aug. 29	Sept. 28 3. ex.	Oct. 27	Nov. 26 6. ex.	Dec. 25	Jan. 24 9. ex.	Feb. 22	Mar. 24 12. ex.	Apr. 22	mai 22 15. ex.	Jun. 20	Jul. 20 18. ex.	Aug. 18
354 3/4	33	Sept. 17 21. ex.	Oct. 16	Nov. 15 24. ex.	Dec. 14	Jan. 13 27. ex.	Feb. 11	Mar. 13 30. ex.	Apr. 11	mai 11	Jun. 10 3. ex.	Jul. 9	Aug. 8 6. ex.	
355 1/2	34	Sept. 6	Oct. 6 9. ex.	Nov. 4	Dec. 4 12. ex.	Jan. 2	Feb. 1 15. ex.	Mar. 2	Apr. 1 18. ex.	Apr. 30	mai 30 21. ex.	Jun. 28	Jul. 28 24. ex.	
356 3/4	35	Aug. 26	Sept. 25 27. ex.	Oct. 24	Nov. 23 30. ex.	Dec. 21	Jan. 21	Feb. 20 3. ex.	Mar. 20	Apr. 19 6. ex.	mai 18	Jun. 17 9. ex.	Jul. 16 12. ex.	Aug. 15
357 1/2	36	Sept. 13	Oct. 13 15. ex.	Nov. 11	Dec. 11 18. ex.	Jan. 9	Feb. 8 21. ex.	Mar. 9	Apr. 8 24. ex.	mai 7	Jun. 6 27. ex.	Jul. 5	Aug. 4 30. ex.	
358 3/4	37	Sept. 2	Oct. 2	Nov. 1 3. ex.	Nov. 30	Dec. 30 6. ex.	Jan. 28	Feb. 27 9. ex.	Mar. 28	Apr. 27 12. ex.	mai 26	Jun. 25 15. ex.	Jul. 24	
359 1/2	38	Aug. 23 18. ex.	Sept. 21	Oct. 21 21. ex.	Nov. 19	Dec. 19 24. ex.	Jan. 17	Feb. 16 27. ex.	Mar. 17	Apr. 16 30. ex.	mai 15	Jun. 14	Jul. 14	Aug. 13
360 3/4	39	Sept. 12	Oct. 12	Nov. 11 3. ex.	Dec. 10	Jan. 9 6. ex.	Feb. 7	Mar. 8 9. ex.	Apr. 6	mai 6 12. ex.	Jun. 4	Jul. 4 15. ex.	Aug. 2	
361 1/2	40	Sept. 1 18. ex.	Sept. 30	Oct. 30 21. ex.	Nov. 28	Dec. 28 24. ex.	Jan. 26	Feb. 25 27. ex.	Mar. 26	Apr. 25 30. ex.	mai 24	Jun. 23	Jul. 23 3. ex.	
362 3/4	41	Aug. 21	Sept. 20 6. ex.	Oct. 19	Nov. 18 9. ex.	Dec. 17	Jan. 16 12. ex.	Feb. 14	Mar. 16 15. ex.	Apr. 14	mai 14 18. ex.	Jun. 12	Jul. 12 21. ex.	Aug. 10
363 1/2	42	Sept. 9 24. ex.	Oct. 8	Nov. 7 27. ex.	Dec. 6	Jan. 5 30. ex.	Feb. 3	Mar. 5	Apr. 4 3. ex.	mai 3	Jun. 2 6. ex.	Jul. 1	Jul. 31 9. ex.	
364 3/4	43	Aug. 29	Sept. 28 12. ex.	Oct. 27	Nov. 26 15. ex.	Dec. 25	Jan. 24 18. ex.	Feb. 22	Mar. 23 21. ex.	Apr. 21	mai 21 24. ex.	Jun. 19	Jul. 19 27. ex.	Aug. 17
365 1/2	44	Sept. 16 30. ex.	Oct. 15	Nov. 14	Dec. 14 3. ex.	Jan. 12	Feb. 11 6. ex.	Mar. 12	Apr. 11 9. ex.	mai 10	Jun. 9 12. ex.	Jul. 8	Aug. 7 15. ex.	
366 3/4	45	Sept. 5	Oct. 5 18. ex.	Nov. 4	Dec. 4 21. ex.	Jan. 2	Feb. 1 24. ex.	Mar. 2	Apr. 1 27. ex.	Apr. 30	mai 29 30. ex.	Jun. 27	Jul. 27	
367 1/2	46	Aug. 26 3. ex.	Sept. 24	Oct. 24 6. ex.	Nov. 22	Dec. 22 9. ex.	Jan. 20	Feb. 19 12. ex.	Mar. 20	Apr. 19 15. ex.	mai 18	Jun. 17 18. ex.	Jul. 16 21. ex.	Aug. 15
368 3/4	47	Sept. 13	Oct. 13 24. ex.	Nov. 11	Dec. 11 27. ex.	Jan. 9	Feb. 8 30. ex.	Mar. 8	Apr. 7	mai 7 3. ex.	Jun. 5	Jul. 5 6. ex.	Aug. 3	
369 1/2	48	Sept. 2 9. ex.	Oct. 1	Nov. 29 12. ex.	Dec. 29	Jan. 27 15. ex.	Feb. 26	Mar. 27 18. ex.	Apr. 26	mai 25 21. ex.	Jun. 24	Jul. 23 24. ex.		
370 3/4	49	Aug. 22 27. ex.	Sept. 20	Oct. 20 30. ex.	Nov. 18	Dec. 18	Jan. 17 3. ex.	Feb. 15	Mar. 17 6. ex.	Apr. 15	mai 15 9. ex.	Jun. 13	Jul. 13 12. ex.	Aug. 11
371 1/2	50	Sept. 10 15. ex.	Oct. 9	Nov. 8 18. ex.	Dec. 7	Jan. 6 21. ex.	Feb. 4	Mar. 6 24. ex.	Apr. 4	mai 4 27. ex.	Jun. 2	Jul. 2 30. ex.	Jul. 31	
372 3/4	51	Aug. 30	Sept. 29 3. ex.	Oct. 28	Nov. 27 6. ex.	Dec. 26	Jan. 25 9. ex.	Feb. 23	Mar. 24 12. ex.	Apr. 22	mai 22 15. ex.	Jun. 20	Jul. 20 18. ex.	Aug. 18
373 1/2	52	Sept. 17 21. ex.	Oct. 16	Nov. 15 24. ex.	Dec. 14	Jan. 13 27. ex.	Feb. 11	Mar. 13 30. ex.	Apr. 11	mai 11	Jun. 10 3. ex.	Jul. 9	Aug. 8 6. ex.	
374 3/4	53	Sept. 6	Oct. 6 9. ex.	Nov. 4	Dec. 4 12. ex.	Jan. 2	Feb. 1 15. ex.	Mar. 2	Apr. 1 18. ex.	Apr. 30	mai 30 21. ex.	Jun. 28	Jul. 28 24. ex.	
375 1/2	54	Aug. 26	Sept. 25 27. ex.	Oct. 24	Nov. 23 30. ex.	Dec. 21	Jan. 21	Feb. 20 3. ex.	Mar. 21	Apr. 20 6. ex.	mai 19	Jun. 18 9. ex.	Jul. 17	Aug. 16 12. ex.
		Sept. 14												



U. C. Var.	Cycl.	I. Pane-mus.	II.	III.	IV.	V.	VI.	VII.	VIII.	IX.	X.	XI.	XII. Carni-us.	XIII.
376 ¹	55	Sept. 14	Oct. 14 15. ex.	Nov. 12	Dec. 12 18. ex.	Jan. 10	Feb. 9	Mar. 9	Apr. 8 24. ex.	Maii 7	Jun. 6 27. ex.	Jul. 5	Aug. 4 30. ex.	
377 ⁸	56	Sept. 1	Oct. 1 3. ex.	Nov. 1	Nov. 30	Dec. 30	Jan. 28	Feb. 27	Mar. 28	Apr. 27	Maii 26	Jun. 25 15. ex.	Jul. 24	
378 ⁹	57	Aug. 23 18. ex.	Sept. 21	Oct. 21 21. ex.	Nov. 19	Dec. 19	Jan. 17	Feb. 16	Mar. 17	Apr. 16	Maii 15	Jun. 14	Jul. 14	Aug. 13
379 ⁸⁰	58	Sept. 12	Oct. 12	Nov. 11 3. ex.	Dec. 10	Jan. 9	Feb. 7	Mar. 9	Apr. 7	Maii 7	Jun. 5	Jul. 5 15. ex.	Aug. 5	
380 ¹	59	Sept. 2 18. ex.	Oct. 1	Oct. 31 21. ex.	Nov. 29	Dec. 29	Jan. 27	Feb. 26	Mar. 26	Apr. 25	Maii 24	Jun. 23	Jul. 23 3. ex.	
381 ²	60	Aug. 21	Sept. 20 6. ex.	Oct. 19	Nov. 18	Dec. 17	Jan. 16	Feb. 14	Mar. 16	Apr. 14	Maii 14	Jun. 12	Jul. 12 21. ex.	Aug. 10
382 ³	61	Sept. 9 24. ex.	Oct. 8	Nov. 7 27. ex.	Dec. 6	Jan. 5	Feb. 3	Mar. 5	Apr. 4	Maii 3	Jun. 2 6. ex.	Jul. 1	Jul. 31 9. ex.	
383 ⁴	62	Aug. 29	Sept. 28 12. ex.	Oct. 27	Nov. 26	Dec. 25	Jan. 24	Feb. 22	Mar. 24	Apr. 22	Maii 22	Jun. 20	Jul. 20 27. ex.	Aug. 18
384 ⁵	63	Sept. 17 30. ex.	Oct. 17	Nov. 15	Dec. 15	Jan. 13	Feb. 12	Mar. 12	Apr. 11	Maii 10	Jun. 9	Jul. 8	Aug. 7 15. ex.	
385 ⁶	64	Sept. 5	Oct. 5 18. ex.	Nov. 3	Dec. 3	Jan. 1	Jan. 31 24. ex.	Mar. 1	Mar. 31	Apr. 29	Maii 29	Jun. 27	Jul. 27	
386 ⁷	65	Aug. 26 3. ex.	Sept. 24	Oct. 24 6. ex.	Nov. 22	Dec. 22	Jan. 20	Feb. 19	Mar. 20	Apr. 19	Maii 18	Jun. 17	Jul. 16 21. ex.	Aug. 15
387 ⁸	66	Sept. 13	Oct. 13 24. ex.	Nov. 11	Dec. 11	Jan. 9	Feb. 8	Mar. 9	Apr. 8	Maii 8	Jun. 6	Jul. 6	Aug. 4	
388 ⁹	67	Sept. 3 9. ex.	Oct. 2	Nov. 1 12. ex.	Nov. 30	Dec. 30	Jan. 28	Feb. 27	Mar. 27	Apr. 26	Maii 25	Jun. 24	Jul. 23	
98 4 99 1	370	Ser. Cornelius Maluginensis III. M. Furius Camillus V. C. Papirius Crassus. P. Valerius L. F. L. N. Potitus Poplicol. II. Ser. Sulpicius Rufus II. T. Quinctius Cincinnatus II. T. M. Conf. Pot.	369	Varr. 370	368	Varr. 367	367	Varr. 367	364	Varr. 364
I 2	371	L. Valerius Poplicola IV. A. Manlius A. F. A. N. Capitolinus III. Ser. Sulpicius Rufus III. L. Lucretius Tricipitinus II. L. Aemilius Mamercinus III. M. Trebonius Flavius. T. M. Conf. Pot.	370	Varr. 371	369	Varr. 368	368	Varr. 368	365	Varr. 365
265	372	Sp. Papirius Crassus. L. Papirius Crassus. Ser. Cornelius M. F. Maluginens. IV. Q. Servilius Q. F. Q. N. Priscus Fidenat. C. Sulpicius M. F. Q. N. Pericus. L. Aemilius Mamercinus IV. T. M. Conf. Pot.	371	Varr. 372	370	Varr. 369	369	Varr. 369	366	Varr. 366

X x x x x

Olym-



Olympiad.	Varronian.	Tribun. Milit. Consulari Potestate. Anarchia.	Capitolin.	T. M.	Caesian. Dionys. & Liv.	T. M.	Palidian.	T. M.	Fabian.	T. M.
374	373	M. Furius Camillus VI. A. Posthumius Albinus Regillensis. L. Lucretius Tricipitinus III. L. Furius Sp. F. L. N. Medullinus. L. Posthumius Albinus Regillensis. M. Fabius K. F. M. N. Ambustus. T. M. Conf. Pot.	372	Varr. 373	371	Varr. 370	370	Varr. 370	367	Varr. 367
99 4 100 1	374	L. Valerius Poplicola V. P. Valerius Potitus Poplicola III. C. Sergius Fidenas III. L. Menenius Lanatus II. Sp. Papirius L. F. Cursor. Ser. Cornelius M. F. Maluginenf. V. T. M. Conf. Pot.	373	Varr. 374	372	Varr. 371	371	Varr. 371	368	Varr. 368
I 2	375	P. Manlius A. F. A. N. Capitolinus. C. Manlius Capitolinus. L. Julius Julius. C. Sextilius. M. Albinus. L. Antistius. T. M. Conf. Pot.	374	Varr. 375	373	Varr. 372	372	Varr. 372	369	Varr. 369
2 3	376	Sp. Furius Sp. F. L. N. Medullinus. Q. Servilius Q. F. Q. N. Priscus Fiden. II. C. Licinius Calvus. P. Cloelius Siculus. M. Horatius Pulvillus. L. Geganius Macerinus. T. M. Conf. Pot.	375	Varr. 376	374	Varr. 373	373	Varr. 373	370	Varr. 370
4 4	377	L. Aemilius Mamercinus V. P. Valerius L. F. L. N. Potit. Poplicola IV. C. Veturius Crassus Cicurinus. Ser. Sulpicius Rufus Prætextat. II. L. Quinctius Cincinnatus II. C. Quinctius Cincinnatus. T. M. Conf. Pot.	376	Varr. 377	375	Varr. 374	374	Varr. 374	371	Varr. 371
100 4 101 1	378	L. Papyrius. L. Menenius Lanatus III. Cusp. Ser. Cornelius. Ser. Sulpicius. Prætextat. è Cusp. T. M. Conf. Pot. è solo Diodoro, post prædictos Tribunos & ante Anarchiam. p. 382. 385. Hoc ergo anno Tribuni Plebis facti C. Licinius Calvus & L. Sextius Lateranus. Ut proximis Curulium Magistratum Comitibus intercesserint. Hic ergo Ius eorum ann. in Tribunatu. Ante Anarchiam.	377	Varr. 378	376	Varr. 375	375	Varr. 375	372	Varr. 372
I 2	379	C. Licinii C. F. P. N. Calvus in Tribunat. II. L. Sextii Sex. F. N. N. Sextin. Lateran. in Tr. II. Anarchiæ Curul. Magistrat. I.	378	Varr. 379	377	Varr. 376	376	Varr. 376	373	Varr. 373
2 3	380	Tribunor. Pleb. III. Anarchiæ II.	379	Varr. 380	378	Varr. 377	377	Varr. 377	374	Varr. 374
3 4	381	Tribun. Pleb. IV. Anarch. III.	380	Varr. 381	379	Varr. 378	378	Varr. 378	375	Varr. 375
101 4 102 1	382	Tribun. Pleb. V. Anarch. IV.	381	Varr. 382	380	Varr. 379	379	Varr. 379	376	Varr. 376



Olympiad.	Varronian.	Consules, Trib. Milit. Consular. Potest. &c.	Capitulin.	Coss.	Calpurnian, Dionys. & Liv.	Coss.	Politian.	Coss.	Fabian.	Coss.
	383	Tribun. Pleb. VI. Anarch. V.	382	Varr. 383	381	Varr. 380	380	Varr. 380	377	Varr. 377
	384	Tribun. Pleb. VII. Et L. Furius Sp. F. L. N. Medullin. II. A. Manlius A. F. A. N. Capitolinus. C. Valerius Potitus. P. Valerius L. F. L. N. Potit. Poplic. V. Ser. Sulpicius Prætextat. III. Ser. Cornelius Maluginensis VI. T. M. Conf. Pot.	383	Varr. 384	382	Varr. 381	381	Varr. 381	378	Varr. 378
	385	Tribun. Pleb. VIII. Et Q. Servilius Q. F. Q. N. Prisc. Fidenas II. C. Veturius Crassus Cicurinus II. A. Cornelius Cossus. M. Cornelius Maluginensis. Q. Quinctius Cincinnatus. M. Fabius K. F. M. N. Ambustus II. T. M. Conf. Pot.	384	Varr. 385	383	Varr. 382	382	Varr. 382	379	Varr. 384
102 4 103 1	386	Tribun. Pleb. IX. Et T. Quinctius Capitolinus. Ser. Cornelius M. F. Maluginens. VII. Ser. Sulpicius M. F. Prætextat. IV. Sp. Servilius C. F. C. N. Struatus. L. Papirius Sp. F. C. N. Crassus. L. Veturius L. F. Sp. N. Crassus Cicurin. T. M. Conf. Pot.	385	Varr. 386	384	Varr. 383	383	Varr. 383	380	Varr. 379
	387	Tribun. Pleb. X. Et A. Cornelius Cossus II. M. Cornelius Maluginensis II. M. Geganius Macerinus. L. Veturius L. F. Sp. N. Crass. Cicurin. II. P. Valerius L. F. L. N. Potit. Poplicol. VI. P. Manlius A. F. A. N. Capitolinus II. T. M. Conf. Pot.	386	Varr. 387	385	Varr. 384	384	Varr. 384	381	Varr. 380
	388	1. L. Aimilius L. F. Mamercinus. 2. L. Sextius Sex. F. N. N. Sextin. Lateranus. Primus è Plebe.	387	Varr. 388	386	Varr. 385	385	Varr. 385	382	Varr. 381
	389	1. L. Genucius M. F. Cn. N. Aventinensis. 2. Q. Servilius Q. F. Q. N. Ahala.	388	Varr. 389	387	Varr. 386	386	Varr. 386	383	Varr. 382
103 4 104 1	390	1. C. Sulpicius M. F. Q. N. Peticus. 2. C. Licinius C. F. P. N. Calvus.	389	Varr. 390	388	Varr. 387	387	Varr. 387	384	Varr. 383 385
	391	1. L. Aimilius L. F. Mamercinus II. 2. Cn. Genucius M. F. M. N. Aventinensis.	390	Varr. 391	389	Varr. 388	388	Varr. 388	385	Varr. 386
	392	1. Q. Servilius Q. F. Q. N. Ahala II. 2. L. Genucius M. F. Cn. N. Aventinens. II.	391	Varr. 392	390	Varr. 389	389	Varr. 389	386	Varr. 387
	393	1. C. Licinius C. F. P. N. Calvus II. 2. C. Sulpicius M. F. Q. N. Peticus II.	392	Varr. 393	391	Varr. 390	390	Varr. 390	387	Varr. 388
104 4 105 1	394	1. M. Fabius N. F. M. N. Ambustus. 2. C. Postelium C. F. Q. N. Libo Visolus.	393	Varr. 394	392	Varr. 391	391	Varr. 391	388	Varr. 389
	395	1. M. Popilius M. F. C. N. Laenas. 2. Cn. Manlius L. F. A. N. Capitolinus Imperiosus.	394	Varr. 395	393	Varr. 392	392	Varr. 392	389	Varr. 390
	396	1. C. Fabius Ambustus. 2. C. Plautius P. F. P. N. Proculus.	395	Varr. 396	394	Varr. 393	393	Varr. 393	390	Varr. 391

Xxxxxx

Olym-



Olympiad.	Paroniam.	Consules.	Capitulum.	Coss.	Caesiani, Dionysii & Liv.	Coss.	Thaliam.	Coss.	Ediam.	Coss.
	397	1. C. Marcius L. F. C. N. Rutilus. 2. Cn. Manlius L. F. A. N. Capitolinus Imperiosus.	396	Varr. 397	395	Varr. 394	394	Varr. 394	391	Varr. 392
105	4 I	398 1. M. Fabius N. F. M. N. Ambustus II. 2. M. Popilius M. F. C. N. Laenas II.	397	Varr. 398	396	Varr. 395	395	Varr. 395	392	Varr. 393
	1 IN	399 1. C. Sulpicius M. F. Q. N. Peticus III. 2. M. Valerius Poplicola.	398	Varr. 399	397	Varr. 396	396	Varr. 396	393	Varr. 394
	2 IN	400 1. M. Fabius N. F. M. N. Ambustus III. 2. T. Quinctius Barbatus Capitolin. Crispinus. In aliis Annal. M. Popilius. Liv.	399	Varr. 400	398	Varr. 397	397	Varr. 397	394	Varr. 395
	3 IN	401 1. C. Sulpicius M. F. Q. N. Peticus IV. 2. M. Valerius Poplicola II.	400	Varr. 401	399	Varr. 398	398	Varr. 398	395	Varr. 396
106	4 I	402 1. P. Valerius Poplicola. (a) 2. C. Marcius L. F. C. N. Rutilus II. (b)	401	Varr. 402	400	Varr. 399	399	Varr. 399	396	Varr. 397
	1 IN	403 1. C. Sulpicius M. F. Q. N. Peticus V. (c) 2. (d) T. Quinctius Pennus Cincinnatus.	402	Varr. 403	401	Varr. 400	400	Varr. 400	397	Varr. 398
	2 IN	404 1. M. Popilius M. F. C. N. Laenas III. (e) 2. L. Cornelius Scipio.	403	Varr. 404	402	Varr. 401	401	Varr. 401	398	Varr. 399
	3 IN	405 1. L. Furius M. F. Camillus. 2. Ap. Claudius P. F. Ap. N. Craffin. Regillens.	404	Varr. 405	403	Varr. 402	402	Varr. 402	399	Varr. 400
107	4 I	406 1. M. Popilius M. F. C. N. Laenas IV. 2. M. Valerius M. F. M. N. Corvus.	405	Varr. 406	404	Varr. 403	403	Varr. 403	400	Varr. 401
	1 IN	407 1. C. Plautius Venno. 2. T. Manlius L. F. A. N. Imperiosus Torquat.	406	Varr. 407	405	Varr. 404	404	Varr. 404	401	Varr. 402
	2 IN	408 1. M. Valerius M. F. M. N. Corvus II. 2. C. Poetelius C. F. C. N. Liba Visolus.	407	Varr. 408	406	Varr. 405	405	Varr. 405	402	Varr. 403
	3 IN	409 1. M. Fabius Dorso. 2. Ser. Sulpicius Camerinus.	408	Varr. 409	407	Varr. 406	406	Varr. 406	403	Varr. 404
108	4 I	410 1. C. Marcius L. F. C. N. Rutilus III. 2. T. Manlius L. F. A. N. Imperiosus Torq. II.	409	Varr. 410	408	Varr. 407	407	Varr. 407	404	Varr. 405
	1 IN	411 1. M. Valerius M. F. M. N. Corvus III. 2. A. Cornelius P. F. A. N. Cossus Aruina.	410	Varr. 411	409	Varr. 408	408	Varr. 408	405	Varr. 406
	2 IN	412 1. Q. Servilius Q. F. Q. N. Ahala. 2. C. Marcius L. F. C. N. Rutilus IV.	411	Varr. 412	410	Varr. 409	409	Varr. 409	406	Varr. 407
	3 IN	413 1. L. Aemilius L. F. L. N. Mamercinus Pervenias. 2. C. Plautius Venno II.	412	Varr. 413	411	Varr. 410	410	Varr. 410	407	Varr. 408
109	4 I	414 1. T. Manlius L. F. A. N. Imper. Torq. III. 2. P. Decius Q. F. Mus.	413	Varr. 414	412	Varr. 411	411	Varr. 411	408	Varr. 409
	1 IN	415 1. Ti. Aemilius Mamercinus. 2. Q. Publilius Q. F. Q. N. Philo.	414	Varr. 415	413	Varr. 412	412	Varr. 412	409	Varr. 410
	2 IN	416 1. L. Furius Sp. F. M. N. Camillus. 2. C. Mxnius P. F. P. N.	415	Varr. 416	414	Varr. 413	413	Varr. 413	410	Varr. 411
	3 IN	417 1. C. Sulpicius Ser. F. Q. N. Longus. 2. P. Ailius Pactus.	416	Varr. 417	415	Varr. 414	414	Varr. 414	411	Varr. 412
110	4 I	418 1. L. Papirius L. F. M. N. Craffus. 2. K. Duilius.	417	Varr. 418	416	Varr. 415	415	Varr. 415	412	Varr. 413
	1 IN	419 1. M. Valerius Corvus IV. 2. M. Atilius M. F. Regulus.	418	Varr. 419	417	Varr. 416	416	Varr. 416	413	Varr. 414
	2 IN	420 1. Ti. Verurius Calvinus. 2. Sp. Posthumius Albinus.	419	Varr. 420	418	Varr. 417	417	Varr. 417	414	Varr. 415

(a) Ab XI. Interrege Liv. post temp. legitim. & 55. (b) Pleb. Liv. (c) II. Interreg. (d) K. vel C. Liv. (e) Pleb. Liv.

Olym-



Olympiad.	Varronian.	Consules.	Capitolin.	Coss.	Caesian, Dis- ysf. & Liv.	Coss.	Palatin.	Coss.	Fabian.	Coss.
3 4	421	1. A. Cornelius P. F. A. N. Cossus Aruina II. 2. Cn. Domitius.	420	Varr. 421	419	Varr. 418	418	Varr. 418	415	Varr. 416
111 112 1	422	1. L. Valerius Porcius Flaccus. 2. M. Claudius Marcellus.	421	Varr. 422	420	Varr. 419	419	Varr. 419	416	Varr. 417
1 2	423	1. L. Papirius Sp. F. L. N. Cursor. 2. C. Poetelius C. F. C. N. Libo Vifolus II. E Solino. §. 78. 79.	422	Varr. 423	421	Varr. 420	420	Varr. 420	417	Varr. 418
2 3	424	1. L. Papirius L. F. M. N. Crassus II. 2. L. Plautius Venno.	423	Varr. 424	422	Varr. 421	421	Varr. 421	418	Varr. 419
3 4	425	1. L. Aemilius L. F. L. N. Mamercinus II. 2. C. Plautius P. F. P. N. Decianus. Inibant Calend. Quindilibus Dis. X. §. 72. 89.	424	Varr. 425	423	Varr. 422	422	Varr. 422	419	Varr. 420
112 113 1	426	1. P. Cornelius Scapula. 2. P. Plautius C. F. P. N. Proculus.	425	Varr. 426	424	Varr. 423	423	Varr. 423	420	Varr. 421
1 2	427	1. L. Cornelius Lentulus. 2. Q. Publilius Q. F. Q. N. Philo II.	426	Varr. 427	425	Varr. 424	424	Varr. 424	421	Varr. 422
2 3	428	1. L. Papirius Sp. F. L. N. Cursor, vel Mugillanus. 2. C. Poetilius C. F. C. N. Libo Vifolus. Inib. Septembr. Dis. X. §. 72.	427	Varr. 428	426	Varr. 425	425	Varr. 425	422	Varr. 423
3 4	429	1. L. Furius Sp. F. M. N. Camillus II. 2. D. Junius Brutus Scaeva.	428	Varr. 429	427	Varr. 426	426	Varr. 426	425	Varr. 424
113 114 1	430	Dis. & Mag. Eq. sine Coss. Forte Septembri incunte. §. 72.	429	Varr. 430	428	Varr. 427	427	Varr. 427	424	Varr. 425
1 2	431	1. C. Sulpicius Ser. F. Q. N. Longus II. 2. Q. Aulius Q. F. A. N. Cerretanus.	430	Varr. 431	429	Varr. 428	428	Varr. 428	425	Varr. 426
2 3	432	1. Q. Fabius M. F. N. N. Maxim. Rullian. 2. L. Fulvius L. F. L. N. Curvus.	431	Varr. 432	430	Varr. 429	429	Varr. 429	426	Varr. 427
3 4	433	1. Ti. Verurius Calvinus II. 2. Sp. Potthomius Albinus II.	432	Varr. 433	431	Varr. 430 431	* 430 431	Varr. 430 431	427	Varr. 428
114 115 1	434	1. L. Papirius Sp. F. L. N. Cursor II. 2. Q. Publilius Q. F. Q. N. Philo III. Post Kal. Sextil. §. 72.	433	Varr. 434	432	Varr. 432	431	Varr. 432	428	Varr. 429
1 2	435	1. L. Papirius Sp. F. L. N. Cursor III. † 2. Q. Aulius Q. F. A. N. Cerretan. Inib. ante Sextil. xxi. Dis. X. §. 72.	434	Varr. 435	433	Varr. 433	432	Varr. 433	* 429	Varr. 430 431
2 3	436	1. L. Plautius L. F. L. N. Venno. 2. M. Fofsius C. F. M. N. Flaccinator.	435	Varr. 436	434	Varr. 434	433	Varr. 434	430	Varr. 432
3 4	437	1. Q. Aemilius Q. F. L. N. Barbula. 2. C. Junius C. F. C. N. Bubulcus Brutus.	436	Varr. 437	435	Varr. 435	434	Varr. 435	431	Varr. 433
115 116 1	438	1. Sp. Nautius Sp. F. Sp. N. Rutilus. 2. M. Popillius M. F. M. N. Laenas.	437	Varr. 438	436	Varr. 436	435	Varr. 436	432	Varr. 434
1 2	439	1. L. Papirius Sp. F. L. N. Cursor IV. 2. Q. Publilius Q. F. Q. N. Philo IV.	438	Varr. 439	437	Varr. 437	436	Varr. 437	433	Varr. 435
2 3	440	1. M. Poetelius M. F. M. N. Libo. 2. C. Sulpicius Ser. F. Q. N. Longus III.	439	Varr. 440	438	Varr. 438	437	Varr. 438	434	Varr. 436
3 4	441	1. L. Papirius Sp. F. L. N. Cursor V. 2. C. Junius C. F. C. N. Bubulc. Brut. II.	440	Varr. 441	439	Varr. 439	438	Varr. 439	435	Varr. 437
116 117 1	442	1. M. Valerius M. F. M. N. Maximus. 2. P. Decius P. F. Q. N. Mus.	441	Varr. 442	440	Varr. 440	439	Varr. 440	436	Varr. 438
1 2	443	1. C. Junius C. F. C. N. Bubulc. Brut. III. 2. Q. Aemilius Q. F. L. N. Barbula II.	442	Varr. 443	441	Varr. 441	440	Varr. 441	437	Varr. 439

† Mugillanus in aliis.



Olympiad.	Varronian.	Consules.	Capitolin.	Coss.	Catonian. Dionys. & Liv.	Coss.	Polybian.	Coss.	Fabian.	Coss.
	444	1. Q. Fabius M. F. M. N. Maxim. Rullian. II. 2. C. Marcius C. F. L. N. Rutilus, post Cenforin.	443	Varr. 444	442	Varr. 442	441	Varr. 442	438	Varr. 440
	445	Dictat. & Mag. Equit. sine Coss.	444	Varr. 445	443	Varr. 443	442	Varr. 443	439	Varr. 441
117. 4 118. 1	446	1. P. Decius P. F. Q. N. Mus II. 2. Q. Fabius M. F. N. N. Maxim. Rull. III.	445	Varr. 446	444	Varr. 444	443	Varr. 444	440	Varr. 442
	447	1. Ap. Claudius C. F. Ap. N. Caecus. 2. L. Volturnius C. F. C. N. Flamma Violens.	446	Varr. 447	* Varr. 445 445 446	Varr. 445 445 446	444	Varr. 445 445 446	441	Varr. 443
	448	1. Q. Marcius Q. F. Q. N. Tremulus. 2. P. Cornelius A. F. P. N. Aruina.	447	Varr. 448	446	Varr. 447	445	Varr. 447	442	Varr. 444
	449	1. L. Posthumius L. F. Sp. N. Megellus. 2. Ti. Minucius Augurinus. suff. M. Fulvius L. F. L. N. Curvus Patinus.	448	Varr. 449	447	Varr. 448	446	Varr. 448	* Varr. 443 445 446	Varr. 445 446
118. 4 119. 1	450	1. P. Sempronius P. F. C. N. Sophus. 2. P. Sulpicius Ser. F. P. N. Saverrio.	449	Varr. 450	448	Varr. 449	447	Varr. 449	* Varr. 444 447 448 449	Varr. 447 448 449
	451	1. Ser. Cornelius Cn. F. Cn. N. Lentulus. 2. L. Genucius Aventinensis.	450	Varr. 451	449	Varr. 450	448	Varr. 450	445	Varr. 450
	452	1. M. Livius --- C. N. Denter. 2. M. Aemilius L. F. L. N. Paullus.	451	Varr. 452	450	Varr. 451	449	Varr. 451	446	Varr. 451
	453	Dictat. & Mag. Equit. sine Coss.	452	Varr. 453	451	Varr. 452	450	Varr. 452	447	Varr. 452
119. 4 120. 1	454	1. Q. Appuleius --- F. C. N. Pansa. 2. M. Valerius M. F. M. N. Corvus V.	453	Varr. 454	* Varr. 452 453 454	Varr. 453 454	451	Varr. 453 454	* Varr. 448 453 454	Varr. 453 454
	455	1. M. Fulvius Cn. F. Cn. N. Paetinus. 2. T. Manlius T. F. T. N. Torquatus. suff. M. Valerius M. F. M. N. Corvus VI.	454	Varr. 455	453	Varr. 455	452	Varr. 455	449	Varr. 455
	456	1. L. Cornelius Cn. F. Scipio. 2. Cn. Fulvius Cn. F. Cn. N. Max. Centumalus.	455	Varr. 456	454	Varr. 456	453	Varr. 456	450	Varr. 456

Hinc iisdem Olympiadum annis conveniunt Coss. Catoniani & Varroniani. Et Capitolini etiam, & Polybiani & Fabiani.

Fastorum difficultatem emendi, non ultra progrediendum esse censuimus. Tempus autem ineundi anni Magistratûs subjiciendum esse duximus, quod, cum maximi sit in re Chronologica momenti, non tamen satis accurate ab aliis, quantumvis eruditis, Fastorum Conditoribus designari observaverimus. Sic itaque se deinceps habebat pro nostris, siquid habeant sani, rationibus:

Inter Sextil. XIII. & XXI. ab anno Varr. 434. ad 460. §. 72.

Kalend. Quintiles ab anno Varr. 460. ad 474. §. 72.

Inter Mart. XVII. & XXIII. medio aliquo anno inter ann. prædict. Varr. & 502. §. 51.

Mense Maio ab ann. Varr. 502. §. 51.

Idib. Martii, medio aliquo anno inter ann. Varr. 521. & 537. §. 51.

Ab anno Varr. 532. suo nempe Capitolino 531. his Idibus Martii initum fuisse censet Sigonius.

Kalendis Januariis ab anno Varr. 600. & deinceps. §. 98.

AD.



A D D E N D A

 ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ
 ΕΥΛΟΓΙΟΥ ΚΟΥΡΙΛΑ
 ΛΑΥΡΙΩΤΟΥ
Pag. 126. l. 6. post *coætaneos*.

Add.

ITA sane rem se habuisse necesse est, si quid sani habeat de *Battiadarum Cyrenaicorum* successione ^a Scholiastes *Pindari*, a in *Pyth.* iv. Sic enim habet: Κυρῶνς πρῶτος ἑβασίλευσε Βάττιος ὁ Πολυμνήης, ὁ καὶ τῷ Διοικίαν ἐκ Θήρας εἰς Λιβύην ἀπαγαγὼν, καὶ Κυρῶνι οἰκίσας [l. οἰκίσας.] ὅς Διάδοχον τὸ δέχθης κατέλιπεν υἱὸν Ἀρκεσίλαον. Παρὰ ἣ τὰτῃ παρέλαβε τὴν βασιλείαν Βάττιος ὁ Ἰπικληθεὶς Εὐδαίμων. Τῆ δὲ [l. τῆ δὲ τῆ] Βάττιος ἀλλοτρίως γίνεται Ἀρκεσίλαος. Καὶ ἔτι πάντες πατρὸς τῷ διωασείαν παρέλαβε. Καὶ πένταρες μὲν Βάττιοι, πένταρες δὲ Ἀρκεσίλαοι, ἐχθόντο. Πέμπτος δὲ ἐστὶν Ἀρκεσίλαος φερετίμης υἱός, ὡς [l. ἦς] ΗΣΙΟΔΟΣ μνημονεύει. Ὁ ἣ πλὴν ἔτος Ἀρκεσίλαος, δολοφονηθεὶς ὑπὸ Κυρῶνι, ἀπέβαλε τὴν Βαττιάδων τῷ δέχθῃ ἔτη Διακόσια Διαμείνασιν. *Battiadem* v^m. perperam *Arcefilaum* appellavit qui verbis proxime præcedentibus quatuor duntaxat fuisse monuerat in univ^{er}sum *Arcefilaos*. Id quoque falsum, v^m. fuisse *Battiadem* cujus mater fuerit *Pheretime*. *Uxor* enim erat *Batti*, qui v^{us}. erat, mater autem *Arcefilai* qui vi^m. tenebat locum in hac Regni *Cyrenaiici* successione, ut nos docet *Herodotus*. Locus ergo mutilus est, & in hanc, ni fallor, sententiam interpolandus: Πέμπτος δὲ ἐστὶν [ὁ Χωλὸς Ἰπικληθεὶς Βάττιος. Ἐκτος ὁ τῆ τῆ Βάττιος] Ἀρκεσίλαος &c. Ita *Pheretimes*, quæ viⁱ. *Battiade* mater fuerit, meminerit *Hesiodus*. In *Μεγάλαις*, ut videtur, ἡσίαις in quibus *Heroum* Principumque *Genealogias* contexuerat *Poeta* vetustissimus. *Sexto* ergo *Battiade*, vel saltem *matre* illius *Pheretimâ*, antiquior esse non potuit *Auctor* ille, quicumque demum is fuerit, *Μεγάλων* ἡσίων. *Ultimus* ille *Battiadum* erat *Arcefilaus* in quem scripsit *Pindarus*. *Vicit Pythiad.* xxxi. quæ fuit *Ol.* lxxix. ²/₃, ipsaque *Olympiade* lxxx^a. viii^m. illum stirpis illius agnoscit ipse *Pindarus*. Eundemque fuisse, in quo *defecit* familia, testatur *Scholiastes*. Nec multo, ut videtur, post *secundam* illam *victoriam*. Jam enim passus fuerat *hostium* *insidias*. Pro *Demophilo* hoc ipso nomine exulante interpellavit ipse *Pindarus*. Et *Carrhoti* aurigæ *ερατολογίαν* memorat qua fuerit *Dominus* in Regno confirmatus. Sed nullas artes *οὐδὲν* profuturas prædicit *Oraculum*, cujus meminit ^b *Herodotus*, *Herodotus*,



rodotus, quod sane, ni fuisset *eventu* comprobatum, non erat prætermittendus. Deletum ergo hoc *Battiadarum* Regnum fuisse innuit, cum ipse scriberet *Herodotus*, qui tamen nihil memorat Belli *Peloponnesiaci* anno II^o. aut *Artaxerxis* saltem *Longmani* morte recentius. Etiam victi in *Ægypto Athenienses* Ol. LXXXI. per *Cyrenen* elapsi sunt. Nulla tunc hujus *Arcefilai* mentio est, Urbe illa, ut videtur, in *Reipublicæ* formam redacta. Itaque non longe abest à *Battiadarum* fine *Olymp.* LXXX². Inde si *Olympiadas* L. detrahamus pro sententia *Scholiastis*, ad *Olymp.* xxx. perveniemus, qua *Cyrenen* condiderit I^{us}. *Battus*. Sed nemo est, quod quidem sciam, qui *Olympiadem* illam *Cyrenes* ortui assignarit. Estque aliunde numerus ille mihi suspectus, ne forte potius è *Ratiociniis*, quam è monumentis *Historicis*, emanarit. Est enim sane rotundus, & *ῥωσῶν* numero *ὀκτονario* examussim respondet. Pro illorum nimirum hypothefibus, qui *ῥωσῶν* singulis annos tribuebant vicenos quinos. Nec sane alia erat quam *ῥωσῶν* Chronologia illa omnis, cujus meminit in hac causa tam *Pindarus* ipse quam illius *Scholiastes*, quam etiam *Herodotus*. A *Cadmo* ad conditam *Theram* *ῥωσῶν* VIII. numerat *Herodotus*, ab *Euphemo Argonautâ* quatuor. *Pindarus* inde tredecim, ab *Euphemo* autem in univertum septemdecim, ad coloniam *Cyrenes*. *ῥωσῶν* illas Scriptis *Genealogicis* antiquissimis primi debebant *Historici*, *Acusilao*, *Pherecydi*, *Hippostrato*, imprimis autem illis quæ nomen ferebant *Hesiodi*. Has deinde *ῥωσῶν* *Ratiociniis* incertissimis, nec eadem ubique *ῥωσῶν* norma, in annos convertebant *Historici*, quibus proinde non est cur admodum credamus. Itaque aliunde è rebus ipsis gestis de rerum gestarum tempore statuendum est. Et quidem duas notas exhibet *Herodotus*, quæ committi possint aliquatenus cum temporibus aliunde exploratis. Tertii *Battiadæ* ætatem, qui *Battus* erat *Eudæmon*, cum fine componit *Apriis* Regis *Ægyptiorum*. ^a *Cyrenensium* enim victoriae tribuit quod à victo *Aprie* *Ægyptii* defecerint. Itaque defectione ipsa non potuit illa multo antiquior fuisse victoria. Ultimus annus *Apriis* idem erat *Olymp.* LII. ³. Nec longe abit *Chronicon Eusebianum* quo finis ejus ad *Olymp.* LIII. I. refertur. Hinc conjecturam facere licet de colonie *Cyrenaicæ* origine. ^b *Plinius* ad annum *Urbis Romanæ* refert CXLIII. Concurrit pro Epocha, quam sequitur *Plinius*, *Varroniana*, cum *Olymp.* XLII. I. Favet ^c *Theophrastus* qui à *Cyrenes* ortu ad *Archontem*, sub quo scripsit, *Simonidem*, *ἔτη* numerat *πενή τετρακοντα*. Gessit Magistratum

^a *Herodot.* II. 161. IV. 159.

^b *Plin.* N. H. XIX. 3.

^c *Theophrast.* de Plant. VI. 3.



stratum illum *Simonides Olymp.* cxvii. 2. Anni *trecenti* Olympiades faciunt lxxv. quæ, si è priori numero demantur, annum relinquent *Olymp.* xlii^z. 2^m. quo *condita* fuerit *Cyrene*. Sed *unius* saltem anni discrimen innuunt verba *Theophrasti* πειρὶ τριχέσια, qui si admittatur, cum *Plinio* conveniet accuratissime. Una Olympiade antiquiorem *Cyrenen* facit ^a *Solinus*. Con-^{a Solin. Poly-}ditam dicit Regnante *Anco Marcio*, post *Trojam* 568. Annus^{hist.} est *Varronianus* 139. pro Epochâ autem, quam sequitur *Solinus*, *Capitolina*, 138. Exeunte scilicet illius *Olympiadis* anno 1^o; *Romanus* nempe *Palilibus*. Sed primi *Batti* annos xl. & primi *Arcesilai* annos xvi. memorat *Herodotus*. Hi simul juncti *Olympiades* conficient quatuordecim, quæ si ex *Olymp.* lii. detrahantur, *Olympiadem* xxxviii. reliquam facient, qua 1^{us}. *Battus* inierit, ut primo mox Regni initio *Apriem* vicisset *Battiades* iii^{us}, quod tamen non est profecto verisimile. Itaque antiquior Epochâ quærenda est. Exhibetque *Eusebii* *Chronicon* sane duas: 1^{am}. *Olymp.* v. 3. antiquiorem quam patiantur ipsæ illæ *Herodoti* rationes: 11^{am}. *Olymp.* xxxvii. 1. quæ iisdem consentientissima est. Sic enim inierit 11^{us}. *Battiades* *Arcesilaus* *Ol.* xlvii. 1. Tertius autem, qui *Battus* erat 11^{us}, *Olymp.* li. 1. Sic enim finis *Apriis* in annum hujus *Felicis* *Batti* conveniet vii^m. vel viii^m. Satis commode, pro rebus ab eo ante *Apriis* mortem gestis, quas narrat *Herodotus*. Sub illo enim *Oraculum* fuisse dicit, quo effectum fuerit ut in *Libyam* confluerint magno numero coloni *Græci* sub Rege *Adicrane*. Hos, cum essent etiam *Cyrenensibus* molesti, à *Batto* victos pulsofque tradit in *Apriis* tutelam sese recepisse. Inde Belli ortum fuisse, quo victus à *Batto* *Apriis* tandem à suis fuerit *desertus*, suffecto in illius locum *Amaside*. Sic potuit *Chionidem* *Laconem* *Olympionicen* comitem habere in prima coloniarum *Cyrenaicæ* deductione primus *Battus*, quod verum fuisse testatur ^b *Pausanias*. Vicit ^{b Pausan. Lac.} *Chionis* *Olymp.* xxix. xxx. xxxi. Ab *Olymp.* xxix. ad xxxvii. an-¹⁴ni sunt xxxii. Ut proinde *quinquagenario* tunc *major* fuerit *Chionis*. Ineptus sane rebus *Bellicis* gerendis, si ad *Olymp.* xli^m. dilata illa *colonia* fuisset. Quarti *Battiadæ* (qui *Arcesilaus* fuit 11^{us}.) initium è coloniarum *Barcenæ* tempore eruendum erat, si quidem *coloniæ* illius ortum haberemus exploratum. Quintus *Battiades* *Battus* erat tertius, cognomine *Claudus*, *Pheretimes* maritus. Hujus *tempus* ita obscurum est ut ne quidem *Demonactis* *Mantineensis*, qui *Oraculi* jussu, *Reipublicæ* constituendæ præfectus, eum in ordinem redegerit, *etas* comperta sit.

Y y y y

Fili



^a Herodot. IV.
165.

Filii autem, qui *Battia*des erat vi^{us}. *Arcefilaus* iii^{us}, filiusque *Pheretides*, cædes post *Ægyptum* à *Cambyse* devictam statuenda est. Hoc enim nomine *Cambysem* demeruerat, quod *Cyrenen* illi obnoxiam fecerat atque tributariam. Erat ergo etiamnum in vivis sub *Cambyse* Regni *Persici* annum agente v^m. *Olymp.* LXIII. 3. Hoc enim anno *Ægyptum* domuit *Cambyses*. Itaque inter *Olymp.* LII. 3. & *Olymp.* LXIII. 3. tertii *Battiadæ* finis, quarti, quinti sextique *Regna* fere *integra* concludenda sunt, annorum XLIV. ambitu, nempe xi. *Olympiadum*. Diu postea ne quidem potuit superesse. Supererat tamen, ni fallor, usque ad mortem *Cambysis*, *Ol.* LXIV. 2. Filii enim cædem ultura *Pheretide* in *Ægyptum* fugit spe freta beneficii à filio in *Cambysem* collati. Non tamen ab ipso auxilia impetravit *Cambyse*, sed à *Satrapâ* quem *Ægypto* *Cambyses* præfecerat *Aryande*. Facile inde intelligimus, defuncto *Cambyse*, qui tamen in *Syriâ* nuper ex *Ægypto* reversus obiit, appulisse. Adeo tamen *nupera* *Cambysis* memoria, ut spe auxilii à *Cambyse* ipso, non autem à *Satrapâ*, iter illud suscepit. Itaque *Magorum* paucis mensibus filii mortem ultra *Pheretide* nepotem *Battum* iv^m. *Battiadem* vii^m. in folio paterno collocavit. Profugos enim *Barcenos* non jam amplius *Mazi*, sed *Darius Hystaspis* in tutelam suscepisse dicitur. ix^o. demum mense urbem *Barcenam* expugnatam narrat ^b*Herodotus*. Proinde *Magorum* Regno jam elapso, & rerum *Persicarum* potiente *Dario*. Itaque inter *Ol.* LXIV. 2. & aliquem, quem nescimus, *Olympiadis*, ut videtur, LXXX^o. annu duorum ultimorum *Battiadarum*, ut puto, *Regna* collocanda sunt. *Pheretide* à *Barcenis* in *Ægyptum* reversa periit, *Darii Hystaspidae*, ut videtur, initio. Hæc *Epocha* tam fera est, ut *Hesiodum* potius *Operis* illius *Auctorem* non fuisse vincat, quam tam sero vixisse ipsum *Hesiodum*. Nec tamen adeo, quam volunt, antiquus *Hesiodus* ipse esse potuit, si tam sero lucubratum opus à posteris *Hesiodi* ipsius fuisse credatur. Duplex autem *Hesiodi* nomine ferebatur *Scriptum*, quo *Pheretides* mentionem reperire potuerit *Scholias*tes: κατάλογον γυναικῶν Ἡρωϊνῶν (sic *Suidas*, quod ^c*Pausanias* nunc κατάλογον, nunc κατάλογον γυναικῶν appellat) & Μεγάλας Ἡοίας. Si tamen diversa hæc invicem, & non unius ejusdemque *Operis* diversæ duntaxat partes. Diversa invicem censuit præstantissimus *Kubnius*. Et sane τὰ ἐς γυναικῶν τε ἀδάμνα, καὶ ἀς μεγάλας ἐπινομήσεων Ἡοίας, distinguit invicem ^d*Pausanias*. Ita fortassis ut ejusdem *Operis* partes Ἔργων καὶ ἡμερῶν etiam ipsæ quoque invicem

^c Paus. Att. 3.
43.

^d Bæotic. 31.



invicem opponuntur. Me tamen dubitare fateor, an vel talis ulla fuerit hujus Operis distributio. Eiusdem enim generis *Fœminæ* utriusque Operis Argumentum erant. Erant in *Catalogo Heroine*. Et in *μεγάλαις Ηοίαις* locum habebant *Fœminæ mortales*. Faciet fortasse suspicionem, in altero titulo vox *μεγάλα*, quasi in alio fuissent præ aliis *μικραί*. Sed conditionem *Fœminarum* etiam in *Catalogo* non minorem probavimus quam fuerit in *μεγάλαις Ηοίαις*. Ergo ad *molem* Scripti illamne *parvitatē* referemus? Obstat, quo minus ita faciamus, *Suidas* qui *Catalogi* Libros agnoscit *quinque*. Sic fuerit *Scriptorum*, quæ *Hesiodo* attributa fuerint, omnium longe amplissimum. Verba itaque *Pausaniæ* ita mutatione levissima emendanda crediderim: *ἐς γυναικῶν τε ἀδόμδρα, ἀς ἔ μὲν μέλαις ἐπινομάζουσι Ηοίαις· καὶ Θεογονίαν τε &c.* Sic erit titulus *posterior* nova duntaxat ejusdem Operis *Ἐπικλησις*, non *Αὐτορι*, sed *Grammaticis* recentioribus accepta referenda. Hoc innuit vox *ἐπινομάζουσι*, nomen scilicet fuisse recentius *nomini* antiquiori *superadditum*. Quod sane verisimillimum est. Nomen *Ηοίαι* inde profluxisse verisimillimum est, quod plerumque versus, in quibus *novæ fœminæ* mentio erat, à verbis illis inciperent *Ηοίη*. Ita rem fuisse constat è multis illius Operis *Fragmentis*. Nihil ergo obstat quo minus *Κατάλογος γυναικῶν Ηρωϊνῶν* verus fuerit & *primævus* Operis *titulus*, qualis ab ipso prodiit *Auctore*. Si tamen ad *initia Pheretides* mentio illa referatur, cum primum *Batto* III^o. nuberet, non video sane cur Opus hoc *ipsum* esse non potuerit *Hesiodi*. Antiquissima *Hesiodi* mentio, *cujus tempus* certum habemus, occurrit sub ^a *Pisistrato*, post *Ol.* LIV^m. *cujus* 4^o. anno inivit ipse *Pisistratus*. Esto ergo. *Pheretide* fuerit, cum filium ulcisceretur, *sexagenaria*. Nec minorem fuisse verisimile est, quæ *fili*, per aliquot annos *Regnanti*, superfuit. Sic *Olymp.* LIV. 2. *vicenaria* fuerit, jam ante annos aliquot, pro more *Seculi*, matura viro. *Hesiodi* *ipsum* præceptum est de nuptiis *fœminarum*: ^b *Ἡ γυνὴ πέτρῃ ἠβῶν, πέμπτῳ ἢ χαμείτῳ.* Sic ille, cum de maturitatis *vigore* illo præcipit qui in *fœminis* ætati *virorum tricenariæ* respondeat. Hanc *fœminæ* ætatem de anno XV^o. non *Tzetzes* modo nuperus, verum etiam ^c *Pollux* intellexit. Sic enim ille: *Ὅταν ἢ ἔπη ὁ Ηοίος δθ, Ἡ δὲ γυνὴ πέτρῃ ἠβῶν, --- πέπταρα καὶ δέκα ἔτη* [*melius MS.* ^{p. 1.} *Vossian.* *Τεσσαρεσκαιδέκην*] λέγει, *εἰσαριθμημένων τῶν δέκα*. Sic enim *πέμπτῳ δὲ χαμείτῳ*, de anno XV^o. intelligenda erant. Cur vero *decenni* ætati *annos illos quatuor* accedere oportuerit, nullam

^a *Heræus Me-*
gar. ap. Plutarch.
Theseo.

^b *Εργ. Ἐ Ημῆρ.*
L. II. v. 316.

^c *Poll. L. I. c. 7.*
p. 1.

Y y y y 2

prorsus



prorsus addit rationem. Id potius voluit, ut opinor, *Hesiodus*, ultra *ἡβλω*, sive *Pubertatem*, quatuor præterea annos esse expectandos, ut quinto demum à *Pubertate* anno nuptiæ foeminarum *maturæ* essent censendæ. Et quidem ita *Proclus*, annum hic intelligit xvii^m. Nempe pro *Pubertate Romanâ*, quæ in *fœminis* censebatur annorum xii. Sic multis ante *Pisistratum* annis viro *matura* esse potuit *Pheretima*, & *Batto* nubere, ut *Hesiodus* nuptias illius celebraret. Quam tamen *sexagenariam* duntaxat supposuimus, eadem *septuagenaria* esse potuit, vel etiam *octogenaria*. Id si verum, non suo duntaxat nomine illam, aut *mariti*, sed *fili* etiam nomine, celebrare potuerit *Hesiodus*. Ait præterea ^a *Pausanias* *Hesiodum*, pro traditione *Bœotorum*, cum in *Pythiis* certare vellet, *repulsam* propterea tulisse, quod ad *citharam* canere non didicisset. Hæc fane ad *Pythia* illa spectare videntur, quæ è *prædis* *vi*-*ctæ* ab *Eurylocho Cirrhæ Ol.* XLVIII. 3. instituta idem refert *Pausanias*. Tunc enim *κισσαρωδία* certaminibus accenset ab *Amphictyonibus* hoc in agone constitutis. Adhuc erat tantummodo *ἑνμαυρίς*. Sacer autem Agon ille non fuit antea quam *σεφαιρίς* fieret, quod *Olymp.* XLIX. 3. factum ^b ostendimus. Tum demum *Tetraetericus* erat, qui fuerat antea, cum primum institueretur, *Octaetericus*. Tum primum cœpit numerari. Et fane coronas Agonum fuisse sacrorum docet *Artemidorus*. Itaque post *Olymp.* XLIX. 3. maximam fuisse constat *hujus* Agonis *celebritatem*, quæ vatum celeberrimorum studium æmulationemque potuerit accendere. Et fane res ipsa facit ut hoc videatur admodum verisimile. *Ætas* enim *Hesiodi* *prima* cum in ea tempora incidisset quibus nondum erat in honore *κισσαρωδία*, propterea factum, ut hanc artem nondum didicerit. Nam ad *lauri πάδος* *Hesiodum* carmina sua cecinisse, ex ipso observavit *Hesiodo*, & recte, *Pausanias*. Plane ut *Homerus*, qui etiam ipse non *κισσαρωδία* exercuerat, sed *παψωδία*. Et tamen etiam ipsum de hoc ipso *Pythio* Agone *Pythiam* consuluisse volebant *Bœotorum* Traditiones. Postea tamen *Citharædiæ* operam dedisse *Hesiodum*, ex illa Poetæ imagine colligimus quam *citharam* genibus sustinentem vidit ipse ^c *Pausanias*. Nec enim pugnat quin *senex* artem studuerit, cum in pretio haberi cœpisset, quam *neglexerat* in *Adolescentiâ*. Ita conveniet ut *etas* ejus *bipertita* fuerit, ut pars magna fuerit antea quam *Citharædia* ab *Amphictyonibus* restauraretur, pars etiam minime spernenda postea quam in honore haberetur.

Ita

^a *Pausan.* Phoc.
c. 7.

^b *Diff.* v. s. 1.

^c *Paus.* Bœotic.
c. 30.



Ita certe necesse erat, si *peritiam* illam in *Citharædiâ* affecutus fuerit quæ fuerit posteris hac *imagine* commendanda, plane tamen *Citharædiæ imperitus* cum hoc nomine ab *Agone Pythio* excluderetur. Non me quidem fugit, & temporum *antiquissimorum* apud *Græcos* memorari *Pythia*, & *antiquissimam* in *Pythiis* memorari *Citharædiam*. Sed ea omnia *Mythicorum* sunt temporum, *Historicis* omnibus monumentis longe *antiquiora*, nec proinde digna quæ in *Historia vera* locum habere censeantur. *Utriusque* Poetæ tempora, quam vulgo creduntur, recentiora hoc Argumento, ut hoc obiter observem, fuisse vincitur; tam scilicet *Homeri* quam *Hesiodi*.

Pag. 129. l. 36. post *similiter* 4°. Add.

ATqui satis est vel unus *Herodotus* ad *Midæ* ætatem rectius, quam sit factum hæcenus, constituendam. Docet ille ad *Cræsum*, paulo antea quam à *Cyros* fatali bello Regno exueretur, accessisse *Adrastum* hoc ipso *Midæ* oriundum. Sed quo demum *gradu* *Midam* attigerit, videri potest sibi parum consentaneus *Herodotus*. Sic enim de se apud illum loquitur *Adrastus*: Γορδῖεω μὲν ἔ Μίδεω εἰμὶ παῖς, L. I. c. 35. Rursus ipse de eodem *Adrasto* *Herodotus*: ἄδρησος ὁ Γορδῖεω ἔ Μίδεω, c. 45. Vice tamen versa *Midæ* patrem *Gordium*, & quidem duobus in locis apud eundem legimus: μὲν Μίδην τὸ Γορδῖεω, L. I. c. 14. εἰκησεν πέλας τὴν κήπων τὴν λεγομένην εἶναι Μίδεω ἔ Γορδῖεω, L. VIII. c. 138. Sic erit incertum (si quidem *idem* utrobique *Gordius* intelligatur) *filiusne* *Midæ* fuerit, an *nepos*, *Adrastus*. Quid si autem *duo* fuerint *Gordii*: Pater *Midæ* alter *privatus*, qui & *nodum* fatalem *Adagio* celebrem fecerit: Alter *Midæ* filius, & *Regni* particeps? Multa istiusmodi sunt exempla in *Historia nepotum avis cognominum*. Celebre imprimis illud *Battiadum* in Regno *Cyrenaico*. Et *piis* filiis mos erat receptissimus ut *primogenitis* filiis *parentum*, potius quam *sua*, nomina imponerent. Sic facile sibi conciliabitur *Herodotus*. Magisque, ni fallor, pro *Historiæ* veritate, respondebit. Venit enim ad *Cræsum* *Adrastus* ille post discessum *Solonis*, biennio ante Expeditionem in *Cyrum* *Cræso* ipsi fatalem, c. 34. 46. Nempe ante *Olymp.* LVIII. ann. I. quo captæ *Sardes*. Tum tamen

Y y y y 3

juvenis,



juvenis, & filio *Cræsi*, quem invitus interfecit, ὀμήλιζ. c. 42. Idem fratris à se, antea quam ad *Cræsum* veniret, occisi piaculo purgandus. c. 35. A *Patre* etiam in exilium actus hoc ipso fratris cæsi piaculo: ἐξέληλαμδύθη τε ὑπὸ τῶ πατρὸς, καὶ ἐστέρημδύθη πάντων. c. 35. Sic enim filios *Peleum* & *Telamonem Phoci* fratris piaculo pollutos in exilium egit pater *Æacus*. Sic & *Teucrum* filium fratris *Ajaci* minime defensi nomine ipse *Telamon*. Erat enim exilium pœna, in hac *Piaculi* causa, frequentissima. Qui autem fratrem occiderat antea quam ad *Cræsum* veniret; nec tamen *juventutem*, cum veniret, fuerit egressus: Is diu antea occidisse non potuit. Itaque nec *Pater* olim fatis concesserit, quod sane de *minore* illo *Gordio*, quam de *Mida*, verisimilius est. Potuit quidem *minor* ille *Gordius* multis in *Regno* fuisse annis, cum filius *Adrastus* in exilium concederet; imo etiamnum *vixisse* cum filius *expiaretur*. Sed vel ita non potuit longe ab *Olympiade* L^a. abesse *Midas Gordii pater*, nec proinde, qui *Midæ* Epitaphium scripserit, *Homerus*. Imo aliunde ita rem fuisse ex eodem discimus *Herodoto*. *Midæ* mortem cum *Cimmeriorum* irruptione necit^a *Strabo*. Proinde qui enormem antiquitatem *Midæ* tribuunt, iidem *Cimmeriorum* irruptionibus antiquitatem tribuunt similiter enormem. *Eusebius* num. DCCCXXXVIII. *Amazonum* pariter atque *Cimmeriorum* incurfus in *Asiam* memorat. Nempe aliquantisper ante *Olympiades*. Ita scilicet necesse erat, si cum *Amazonibus*. Sed verum incurfionis tempus idem, qui supra, *Græcorum* Historicorum, quos habemus, antiquissimus docuit *Herodotus*. *Cimmerios* ille à *Scythis Europæis* sedibus suis avitis, itidem *Europæis*, excitos in *Asiam* fugisse testatur. Ita scilicet ut fugientes *Cimmerios Scythæ* persecuti fuerint ad *Colchos* usque. Ibi averfis in *Asiam Cimmeriis* ad *Medos Ninum* obsidentes divertisse *Scythas*, & *Cyaxaris* Regis *Medici* copias ita fregisse, ut *Asiæ* Imperium deinceps per xxviii. annos tenuerint. Obsidionem illam *Nini* primo mox *Cyaxaris* initio assignat. Ut scilicet *Phraortem* patrem à *Nini* incolis *Assyriis* cum exercitu cæsum ulcisceretur, L. I. c. 103. Cecidit *Phraortes* anno *Regni* xxii^o. *Olymp.* xxxvi. $\frac{1}{2}$. Primus ergo *Cyaxaris*, quo à *Scythis* oppressus est, annus est *Ol.* xxxvi. $\frac{2}{3}$. Nec sane multum discrepat *Eusebius*, qui initium *Cyaxaris* ad *Olymp.* xxxvii. 2. refert, & *Scytharum* pariter incursum. Sic enim anno illo legimus: *Scythæ usque ad Palestinam penetraverunt*. Quæ certe verba ad *Scytharum* illam Expeditionem, qua *Cimmerios*

a *Strab.* L. 2.
p. 61.

in



in *Asiam* infecuti sunt, vix est quod dubitemus esse referenda. Ita ergo *Herodotum* intellexit *Eusebius* quasi *primo* mox *Cyaxaris* anno illum *Asiæ* Imperio exuerint. Nec sane aliter, ut puto, quam ipse volebat *Herodotus*. Annis enim Regni *Cyaxaris* XL. complectitur etiam illos quibus *Scythæ* præfuisent. Incerta admodum constituta *Scytharum* Epochæ, si vel unum saltem annum integrum tenuisset antea quam à *Scythis* in ordinem fuisset redactus. Nec sane quicquam legimus à *Cyaxare* gestum antea quam à *Scythis* debellaretur, quod *moram* aliquam diutinam pateretur. Imo potius omnia *moræ* contraria. *Primo* mox Regni *initio* Pater *ulciscendus* erat. Et *parvum* admodum progressum in *obsidione* fecerat, cum à *Scythis* profligaretur. *Ardaye* certe Regnante pulsos à *Scythis* *Cimmerios* in *Asiam* venisse ipse testis est *Herodotus*, L. I. c. 15. qui extinctus est *Olymp.* xxxvii. $\frac{1}{2}$. pro illius rationibus. *Medio* ergo saltem spatio inter *Ol.* xxxvi. $\frac{2}{3}$. & *Ol.* xxxvii. $\frac{1}{2}$. *Scythici* Imperii *initium* arcessendum esse certissimum est. *Septem Olympiades* Imperium illud annorum xxviii. complectitur. Quæ si addantur *Olymp.* xxxvi. $\frac{2}{3}$. efficient ut *Olymp.* xl. $\frac{2}{3}$. *Scythæ* fuerint ex *Asia* fugati. Epocham *Cimmeriorum*, qua ex *Asia* fugati fuerint, nullam, fateor, *certam* habet *Herodotus*. Hoc unum habet, *Alyattem* fuisse qui eos expulerit. Non certe antea quam bellum *παροναιξιδων* cum *Milesis* ad *finem* perduxisset. Hoc xii. erat annorum, & quidem *continuorum*, qui anno demum *Alyattis* ipsius vi^o. *Olymp.* xli. $\frac{3}{4}$. desierint. Eo durante non erat cur novum potentemque hostem, nec sibi (ut ex *Bello* illo constat) molestum, ultro lacefferet. Et tamen certe ante novum Bellum cum *Cyaxare*, quo *Eclipsim* fuisse volunt à *Thaete* prædictam. Hanc *Eclipsim* *Olymp.* xlvi. 4. fuisse refert ^a *Plinius*. Quam cum nullam illo anno ^a *Plin. N. H.* reperirent *juniores* Chronologi, proinde ad *Olymp.* xlv. referendam censent, & hoc etiam *Prelium*, cujus tempus ex *Eclipsi* colligunt. Sed *annum* ex *Historicis* monumentis *certiorem* existimo quam *Eclipsim*. Nec enim *Thaleti* peritiam illam *Astronomiæ* facile concessero, quæ necessaria erat ad *Eclipsim* prædicendam. Nondum scilicet à *Cleostrato* *diviso* per *Signa Zodiaci*, nec constituto *supputationis* *exordio* ab *Ariete*. Nondum vel *spatio* *Lunaris* *Syzygiæ* *menstruo* *fatis* accurate constituto. Nondum inventis illius *Cyclis* aut *Epicyclis* aut *Nodis*. Nondum vel illo *fatis* confesso, *corporum* *opacorum* *interpositionibus* *Eclipses* esse tribuendas. His nondum exploratis, quæ,



quæ, quæso, poterant esse coelestium Luminarium *Tabula*? Quæ accuratæ *supputationes*? *Tenebras* ergo potius subito obortas fuisse suspicor, quas *Thales* è regionis tempestatisque *exhalationibus* observatis prædixerit, quam veram *Eclipsim*. Aliquot, fateor, hoc *Thaletis* Seculo, *Eclipses* à *Babyloniis* observatas. Hanc autem *unam* si exceperimus, aliam præterea nullam legimus, quæ antea quam eveniret, fuerit *prædicta*. Imo ^a *sapientia prope Divina* habebatur *Sulpicii Galli*, qui anno tandem *Varroniano* 586. *Eclipsim* prædixerit. Verba *Herodoti* sunt: πῶ ἡμέρην ἐξαπίνης νύκτε γράσαι. Hanc *mutationem μεταλλαγῶ* diei ait à *Thalete* fuisse *prædictam*, hunc ipsum *annum* præfiniente quo fuerit eventura. Non *ensem* ait, non *mensis diem*, sed *annum* duntaxat, *prædictum* quo *tenebræ* fuerint oborturæ, *aliquo* illius anni *die*. Quod sane nihil habet affine cum *prædictione Astronomicâ*. Nec sane plusquam *annum* ab eo *prædictum* esse testatur *Plinius*. *Annus* ergo certiorum esse existimo à *Plinio* designatum quam ipsa fuerit *Eclipsis*. Nec esse adeo cur, propter *Eclipsim*, ab *anno* discedamus. *Sex-tum* autem illum *annum* fuisse *Belli* inter *Lydos Medosque* docet ^b *Herodotus*. Ita ^{1^{us}} *Belli* *annus* fuerit *Olymp.* XLVII. 3. pro *rationibus Plinianis*. Proinde *medio* alicui *anno* inter *Olymp.* XXXVI. 2. & XLVII. mors *Mideæ* assignanda est, si quidem contigerit *Cimmeriis* in *Asiâ* grassantibus. Nec enim potuit novum illud *Bellum* inter *Lydos* atque *Medos* erumpere, nisi *pulsis* utrinque *Scythis* atque *Cimmeriis*. Quis est qui non videat quam apte hæc *avo* convenient *Adrasti*, qui fuerit ipse à *Cræso* expiatus? Magis certe quam ut *Midas* ille *Gyge* fuerit *antiquior*, à quo *Cræsum* v^m. numerat *Oraculum* cuius ipse meminit *Herodotus*. Ipsum, inquam, *Cræsum*, cuius tamen *filium* sibi ὀμηλικά censet *Adrastus*. Ita ne quidem assequantur *sex* à *Cræsi* *filio* γρεῶν *tertiam* ab *Adrasto*. Quam hæc aliena erunt *Herodoto*, cuius tamen *Chronologia* hac potissimum γρεῶν *multitudine* censetur? Et tamen hoc sonare videantur illius verba: ^c Ο Γύγης (inquit) πρῶτος βαρβάρων, τῆ ἡμεῖς ἰδμεν, ἐς Δελφὸς ἀνέθηκεν ἀναθήματα, μετὰ Μίδην τὸ Γορδῆων τὸ Φρυγίης βασιλῆα. ἀνέθηκε γὰρ δὴ καὶ Μίδης τὸ βασιλῆιον θρόνον ἐς τὸ περκατίζων ἐδικάζεν, εἶοντα ἀξιοθέτητον. Κεῖται γὰρ ὁ θρόνος ἐστὶ ἐνθάπερ οἱ τὸ Γύγω κρητῆρες. Hoc si verum, *multi* fuerint oportet *alternis Gordii* atque *Mideæ*, pro exemplo *Battorum Cyrenensium* atque *Arcefilaorum*. Pro exemplo *Cyri Magni* qui ipse *Cambyses* filius erat, nepos *Cyri*, ut pater erat ipse alterius *Cambysis*. Pro exemplo *Pisistrati*

^a Liv. L. XLIV. c. 37.

^b Herod. I. 74.

^c Herod. I. 14.



Pisistrati qui filium habebat *Hippiam*, & nepotem sibi cognominem *Pisistratum*. Et *Empedoclis* Philosophi qui *Metonis* filius erat, qui Patrem habuit filio cognominem similiter *Empedoclem*. Atqui certe ipsum illum *Midam*, cujus mortem tertio *Gygis* anno apponit *Eusebius*, qui *tauri* sanguine epoto extinctus est, post *Cimmeriorum* incursiones extinctum testatur *Strabo*. Has tamen incursiones non sub *Gyge*, sed sub *Gygis* a Strab. L. I. P. 61. filio *Ardye*, statuit *Herodotus*. Quomodo ergo antiquior *Gyge* *Midas*, quem necesse erat post *Gygem* fuisse superstitem? Admodum longævus, hæc si vera sint, fuerit oportet *Midas*. Ipso enim Regni initio donaria necesse est misisse *Gygem*, cum gratitudinis causa miserit, quod fuisset ab *Oraculo Græco Delphico* *Græcis Heraclidis* in Regno prælatus. Proinde ante eum Regnare cœperit *Midas*, si prior illo miserit donaria. Ita mox initio turbarum à *Cimmeriis* ortarum *Midam* periisse necesse est, quod de *Adrasti* avo parum verisimile est. Sunt & alia in hoc ipso *Herodoti* loco, quæ faciant ut suspicemur ne quidem ita potuisse sentire *Herodotum*. *Midæ* donarium eodem in loco repositum esse tradit, quo fuerit etiam *Gygis*; & loci nomen fuisse *Gygadas*, *Ἰνὴ τῆ ἀναδέυτῃ ἐπ' αὐτοῦ*. Cur ita, quæso, nisi antiquiora *Gygis* fuissent donaria, & nomen locus olim à primo Barbarorum donatore accepisset? Sic enim nomen jam sortito loco donarium *Midæ* accessisset. *Theaurum* certè neutrius *Barbari* nomine fuisse appellatum ipse testis est *Herodotus*, sed *Corinthiorum*, vel *Cypseli* potius Tyranni *Corinthiaci*. Utroque ergo antiquior fuerit *Cypselus*. Nempe *Periandri* pater, qui *Periander* ipse *Olympiade* XLVIII. exeunte decesserit, & quidem octogenarius. Natus proinde *Periander* *Olymp.* XXVIII. similiter exeunte. Potuit autem, etiam ante filii natales *Theaurum* dedicasse *Cypselus*. Potuit & privatus *Theaurum* dedicasse *Cypselus*, si quidem civitatis nomini, non suo, inscripserit. Imo ita fuisse necesse erat pro rationibus *Herodoti*, quæ *Gygis* initium ad *Olymp.* xv. 3. referunt. Sunt tamen alii qui *Gygis* initium recentius faciant, quibus potius fortasse credendum est, si quidem verum sit post *Midam* donaria *Delphis* obtulisse *Gygem*. Ad *Olymp.* XVIII. *Gygis* initium refert *Clem. Alexandrinus*. *Strom.* I. *Eusebius* in *Chronico* *Gygis* initium assignat *Olymp.* XX. I. Accurate pro illorum rationibus quos sequitur *Dionysius Halicarnassæus* Ep. ad *Pompeium*, cum annos numerat CCXX. à *Lydorum* initio ad fugam *Xerxis*. *Olympiades* sunt LV. quas si *Olymp.* XX. I. addideris, ad annum pervenies

ZZZZ

Olymp.



Olymp. LXXV. 1. quo revera fugerit *Xerxes* ipse post prælium ad *Salaminem*. In Libro autem *περὶ Θερυδίδης ἰδιωμάτων* ab eadem *Lydorum* Epochâ annos numerat CXXL. Nec sane longe abest numerus ille à rationibus *Herodoti*, si quidem ad finem Belli *Xerxiani* (quod duorum annorum spatium complectitur *Diodorus*) procedat supputatio, & terminus uterque includatur. Non erat ergo cur ex horum numerorum altero alterum emendaret *Scaliger*, cum è *diversis* procedant *rationibus*, quæ sane sunt, in his antiquissimis temporibus, frequentissimæ, propter Traditionum *incertitudinem*. Ita rem fuisse exinde constat, quod summas *particulares* cum hoc *contractiori* spatio consentientes servavit *Eusebius*; & summas item *particulares*, quæ ad spatium *auctius* proxime accedant, dederit *Herodotus*. Itaque utrumque potuit haurire *Dionysius* è *Veterum* testimoniis, verum à se invicem *dissentientibus*. Utrum sit verius statuere difficillimum est. Facilius autem *Theaurum Corinthiorum Delphis* condiderit *Cypselus* ante *Gygis* Regnum, si *Olymp.* xx. 1. *Gyges* regnare coeperit. Sed vel ita ægre efficitur, ut antiquior *Gyge Midas* idem *avus* fuerit *Adrasti*. Ab *Olymp.* xx. qua coepit, pro hoc calculo, *Gyges* ad *Olymp.* LVII. qua ad *Cresum* venit *Adrastus*, mediæ sunt *Olympiades* xxxvii. anni CXLVIII. Plures certe quam ut inter *Midam* avum & *Gordium Adrasti* patrem commode distribui possint. Utcunque tamen, ut fuerit *alius* antiquior *Gyge Midas* qui Rex è *privato* factus stirpis suæ *primus* Regnum *Phrygiæ* adeptus fuerit, hoc saltem certe ex *Herodoto* lucrabimur, *Midam* fuisse alterum *Adrasti avum*, cujus *ætas* non incommode ad *Cimmeriorum* incursionem referri possit. Sic etiam sensisse consentaneum est, qui hoc *Midæ* Epitaphium *Cleobuli* ætati magis convenire credebant, quem nempe *Cleobulum Soloni* coævum faciebant. Hi sane *Midam*, in quem scriptum Epitaphium est, *Solonis* ætate multo senioreni facere non poterant. Hoc mihi fatis est ut *Homerum* his temporibus vixisse colligam. Nec enim in *alium* scripsit, quam *Cimmeria* incursione juniorem, *Midam*, qui vixit ipse post *Cimmerios* in *Asia* grassantes. Sed vero *Homerum Cimmeriis* illis vel *parem*, vel etiam fortasse *juniorem*, idem qui *Midam* illis temporibus assignavit, vixisse

^a *Strab.* L.1.p.6.

docet ^a *Strabo*. Sic enim de *Poeta* illo scribit: καὶ μὲν καὶ τὸν Κιμμερικὸν Βασίλειον οἶδε, καὶ τὸν Κιμμερικὸν εἰδὼς, (ἔ δὴ πᾶς τὸ μὲν ὄνομα τῶν Κιμμερικῶν εἰδὼς, αὐτὸν δὲ ἀγνοῶν) οἱ ΚΑΤ' ΑΥΤΟΝ, ἢ μικρὸν ΠΡΟ ΑΥΤΟΥ, μέγας ἰωνίας ἐπίδραμον τὴν γλῶσσαν ἐν Βασίλειον πῶτος.

Ecquis



Ecquis est qui dubitet, quin hæc *Cimmeriorum* ad *Joniam*, in qua erat *Homerus*, incurſio eadem illa ſit qua, *Scythis* perſequentibus, in *Aſiam* (*minorem* ſcilicet) actos fuiſſe vidimus? Hoc ergo *tempore*, vel paulo fortaffe *ſerius*, vixit *Homerus*, pro ſententia doctiſſimi *Geographi*. Neque vero hoc ex incertis majorum hauſit *Traditionibus*, ſed ex ipſis *Poetæ verbis*. Sic enim *Cimmeriorum* meminit ^a *Homerus*, ut cum nomine *locum* ^a *Homer. Odyſſ.* etiam, in quo egerint, compertum habuerit. *Αἰνίστεται*, inquit, ^{A.} τὸ κλίμα τῆς χώρας αὐτῶν, ζοφῶδες ὄν. Idque probat verbis ex *Odyſſea* prolatis. Supponit nimirum Princeps *Geographorum* patriam *Cimmeriorum* ita à *Poeta* deſcribi non potuiſſe, niſi poſt incurſionem illam ſcripſiſſet, qua effectum eſt ut antea incogniti tum demum *Græcis* innotuerint. Neque id, ut videtur, immerito, cum nulli eſſent etiamnum *Historici*, nulli *Geographi*, nulla cum *Barbaris* illis *Cimmerii Boſpori* oris vel *commercia*. Atqui *tenebræ* illæ non *Cimmeriis* in *Aſia* graſſantibus, ſed in ſede *patria* verſantibus conveniebant. Proinde *pulſos* jam *Aſia*, & in ſedem *patriam* reverſos *Cimmerios* *Poeta* ſupponebat. Ut recte hinc colligeret *Strabo*, *Cimmeriorum* incurſionem paulo *antiquiorem* fuiſſe; nempe *antea* quam *Odyſſeam* ſcriberet *Homerus*. Illius tamen *tempore* illam fuiſſe incurſionem exinde potuit colligere, quod in *Midam*, qui tunc deceſſerit cum nondum *Cimmerii* ex *Aſia* fugarentur, *Homerus* *Epitaphium* ſcripſerit. Certe *Bello*, ſaltem *Meffeniaco*, juniorem *Homerum* fuiſſe innuit etiam *Pindari* *Scholiaſtes*, cum *Meffeniam* pro *Laconicæ* parte ab *Homero* haberi obſervaret. Ο μῦθοι Ὁμηροῦ οἶδεν, ^b inquit, ἵπποτεταγμένω τῇ Λακωνικῇ τῶ Μεσσωλώ. Φησὶ γάρ Δῶρα τὰ οἱ ξεῖν Λακεδαιμόνι δῶκε τυχεύουσ. Τῶ δ' ἐν Μεσσωλῶν ἑυμβλήτῳ ἀλλήλοισιν. Hæc ſi vera ſit *Obſervatio*, necesse erit ut poſt *Bellum* ſaltem *Meffeniacum* ^{1^m}. ſcripſerit *Homerus*. Imo ut ne quidem *proxime* vel ad illa tempora acceſſerit, cum è tam *recentis* memoriae *Facto* de *Trojani* *Excidii* temporibus iudicaret. Credunt quidem *Poetæ* *Scholiaſtæ* *Heroicis* temporibus ita rem fuiſſe, ut *Menelao* *Spartam* tenenti *Meffenia* paruerit. Idque verum fuiſſe tradit ^c *Strabo*. ^c *Strabo* L. VIII. Sed *Auctorem* cujus fidem ſequi potuerit *Homerus* *Homero* ^{P. 353.} ipſo *antiquiorem* ab illis fruſtra expectabimus, cum fuerit *Poeta* *Historicis* omnibus quorum vel *nomina* tenemus antiquior. Et *alias* *Meffeniorum* *Traditiones* habet ^d *Pausanias*, quæ pro ^d *Paus. Meſſ.* *patriam* *Meffeniorum* *ditionem* ſupponant his ipſis, quæ *Hera-* ^{c. 3.} *clidarum* *reditum* præceſſere, temporibus, nec aliis *obnoxiam*.

Zzzzz 2

Nec



Nec si *unum* hoc, de quo ambigitur, *Poetae* testimonium exceperimus, vel unum aliquod *alterius*, vel *Poetae*, testimonium obtendunt *Scholiastæ* quo rem ita fuisse vincant. Is tamen est erroris, ni fallor, fundus, quod cum *Homerum* ipsum habeant pro *Scriptore* omnium *antiquissimo*, proinde alium neminem relinquunt qui ei in *Historia Facti* opponatur, ut, quod *ille* ad tempora *se antiquiora* retulerat, id illis temporibus, quibus ipse creditur vixisse, *recentius* probari possit. Alioqui, si tempora omnia *Olympiadibus* antiquiora pro *Mythicis* habeamus, (quod fecit certe ^a doctissimus *Varro*;) sic illis temporibus *junior* probabitur *Homerus*, quibus, post Epocham *Olympiadum*, aliquid *cepisse* legimus, cujus tamen ita meminit *Homerus* quasi suo tempore fuisset antiquius. Post illam autem *Olympiadum* Epocham, erant profecto *Græcorum* ludorum *antiquissimi* ludi ipsi *Olympici*. Et *Olymp. xxv.* accessit ad ludorum numerum *quadriga*, sive $\pi\theta\epsilon\lambda\pi\pi\theta$, cujus tamen usum *Homero* notum observavit ^b *Strabo*. Si & *fabulas* de *Erichthonio* rejecerimus, & alias quasque similes temporis *Mythici*; ^{*} necesse erit hac saltem *Olympiade* recentiore esse qui *quadrigarum* meminerit. Nam & veteres *fabulas* de ludis *Olympicis* antea quam numerarentur institutis, idem rejicit *Strabo*. Et quidem ubi supra.

^a ap. Censor. de die Nat.

^b Strab. L. VIII. P. 355.

Pag. 826. post Paus. El. II. 12. add:

EX ipsa appellatione *Triteensis Dicaecho* junior fuisse fortasse colligitur. Erat enim illa *Tritea Arcadica*, teste *Pausania*. Illam autem *Arcadicam Tritiam* [Sic vox illa scribitur in exemplaribus *Ciceronis*.] $\nu\epsilon\omicron\kappa\tau\iota\sigma\iota\varsigma$ accenset apud *Ciceronem Dionysius*, cujus cum honore meminit ipse *Cicero* ad *Attic. vi. Ep. 2.* Observaverat *Dicaechus Peloponnesias* civitates omnes *maritimas* esse, in *Trophoniana Charonis* narratione, inquit *Cicero*. Opere scilicet illo, quod hoc titulo advocat *Atheneus*, $\omega\epsilon\iota\tau\eta\varsigma\ \epsilon\iota\varsigma\ \tau\upsilon\omicron\phi\omega\nu\iota\varsigma\ \kappa\alpha\tau\alpha\ \chi\alpha\iota\omicron\upsilon\epsilon\omega\varsigma$. Nihil habet de *Dicaechi* sententia *Cicero*, unde colligamus, de *antiquis* tantummodo, suo saltem *Seculo*, civitatibus *Peloponnesi* hæc intellexisse *Dicaechum*. Imo cum *tabulis Dicaechi*,



cæarchi, in quibus *novas* pariter ac *veteres civitates* collocavit *Dicæarchus*, hanc *Dicæarchi* assertionem ex alio diverso Opere depromptam *consensisse* docet ipse *Cicero*. *Νεοκτί-εως* ergo *Urbes* illas intellexit *Cicero*, quæ *postea* conditæ essent quam suas illas *Tabulas* confecisset *Dicæarchus*. Nec tamen *Dicæarcho* junior illa quoque potuit fuisse *Tritæa*, si quidem fuisset *Achaica* illa, cujus meminit etiam *Hærodotus*. Nec, alterius quam *Achaicæ Tritææ* vestigia suo tempore docet fuisse ipse *Pausanias*. Suspiciatur ergo *Tritæam Achaicam*, in jus *Corporis Arcadici* migrasse cum vinceret *Hegesarchus*. Pro eodem scilicet exemplo quo etiam in nomen *Argolicum Arcades* nonnullos migrasse cognoverat. Estque sane illud verisimilimum. Nam *Urbium Græcarum* omnium *recentissimam Megalopolim* censet *Pausanias*. Ea tamen ipsa *antiquior* erat *Dicæarcho*, auctore, cur conderetur, *Epaminonda*. Et quidem illam ex *Urbibus* villisque *ignobilioribus* in eam migrantibus conflata esse constat, quarum catalogum exhibet *Pausanias* *Arcad. c. 27.* in quibus tamen nulla nomine *Tritææ* simili comparet. Recte ergo se habere videtur illa quam ex illo dedi, illius conjectura, ad *Achaicam* aliquam hujus nominis urbem hæc esse referenda. Non tamen certe ad *nobilem* illam *Corporis Achaici Tritæam*, quæ nec *mediterranea* fuisse probatur, nec *senior ætate Dicæarchi*. Erat autem, præter illam *urbs* alia juris *Achaici*, nec *nominis* admodum *diversi*, cujus ita meminit alibi *Pausanias*: Τριτεια δὲ Ἀχαιῶν αὐτὴ πόλις ἐν μεσσογαίῳ μὲν ὄπισθα, πελοποννησίου δὲ ἐς Πάτρας καὶ αὐτῶν βασιλείῳ δόντι. *Achaic. 22.* Facile hic agnoscimus ipsam illam *Ciceronis mediterraneam Tritiam*. Et aliam illam fuisse à *Tritæa* vincit *situs* illius ibi descriptus à *Pausania*. Et *vicum* potius vel *κωμόπολιν* fuisse quam *πόλιν*, exinde manifestum est, quod non *suo juri Tritia* fuerit relicta, sed *Patris Achaicis* contributa. Ad illam spectant verba *Stephani* voc. *Τριτεια* illa: Ἐστὶ καὶ Ἀχαιῶν ἀλλή, διὰ δύο ἦ. Sic nomen illius *Τριτεια* fuerit scribendum. Quis autem *βασιλεὺς* fuerit qui hanc *Tritiam Patrensis* attribuerit, idem alibi docet ipse *Pausanias*. Nempe *Augustum* fuisse qui *Urbis Patrensis* jurisdictionem aliis etiam ditionibus auxerit. *Phocic. 38.* Imo opportunum *Urbis Patrensis situm* accessibus *maritimis* causam fuisse putat cur tot novis *Juribus* urbem illam auxerit *Augustus*. *Achaic. 18.* Inde tot numi *Coloniæ Augustæ Aroes Patrensis* testes quam fuerint illius *Urbis cives* in memoriam tam insignis benefactoris grati. Atqui facile colligitur è *Pausania*

Zzzzz 3


post



post prælium *Æliacum*, & proinde post ann. U. C. *Varr. 723. Augustum* hæc suis concessisse Patrensis. Imo *Augusti* Imperio exeunte hæc accepisse *Patrenses*, ex ipsis illis numis suspicamur, quippe qui vel *Divam Augustum* appellant, vel *Cæsarem Tiberium*. Hi certe numi post adoptionem *Tiberii* percussi sunt, & proinde post *Jun. xxvii. anni U. C. Varr. 757.* qui tamen hujus *coloniæ* antiquissimi sunt. His ergo temporibus antiquior fuerit *Hegesarchus*, qui tum vixerit cum *Arcadibus* accenserentur hujus civitatis incolæ. Tenuit enim certe, ut è numis colligitur, dignitas illa *Patrensum* *Metropolitica* ad tempora saltem *Commodi*. Superiorum ergo temporum fuerit oportet, post tempora tamen *Mummii Achaici*, quod *Collegii Achaici* urbs *Tritia* non tamen *Collegio* paruerit *Achaico*, sed *Arcadibus*. Vixit ergo *Olympionices* ille *Hegesarchus* post *Olymp. clviii. 3. U. C. Varronian. 608.* quo finem *Bello Achaico* imposuit *Memmius*, & *Olymp. cxcviii.* qua mortuus est *Augustus*, qui dignitatem *Metropolitica* transtulit ad *Patrenses*, tum forte ab *Arcadibus* ablatam. Nescio annon hoc ipsum innuant *Ciceronis* illa verba de suo *Dionysio* loquentis: *Arcadiæ* censebat esse *Lepreon* quoddam *maritimum*: *Tene* autem & *Aliphera*, & *Tritia* νεόκτισται ei videbantur. Nempe *Græcis* opponit *Arcades*, advenis nimirum indigenas & αὐτόχθονας. Quasi scilicet ad illos nihil attinerent quæ de *Græcis* asseruerit *Dicæarchus*, cum ipsi αεγοέλλωσι haberentur, quod forma anni *Lunaris* uterentur antea quam ipsi *Græci*. Sic enim nominis illius rationem interpretatur *Censorinus*. Observavit ergo *Arcadibus* totius *Peloponnesi* maxime *mediterraneis* *Lepreon* tamen fuisse *maritimum*. Ne scilicet *Græcorum* proprium crederetur quod locis fuissent addicti *maritimis*. Contra, *Tene* *Aliphera* & *Tritia*, juris quidem, ut fuit *Lepreon*, *Arcadici*; *Græcæ* tamen originis, urbes non situ tamen fuisse *maritimo*. *Aliphera* certe omnes, ut puto, qui illius urbis meminerint, *Arcadiæ* tribuunt, *Polybius*, *Strabo*, *Plinius*, *Stephanus*. Antiquiorem tamen faciunt quam volebat *Ciceronis* *Dionysius*. *Tenea* agro *Corinthiaco* assignat *Strabo*; *Achaïæ* *Stephanus*, si quidem urbs eadem quæ *Stephano* τῶναιον appellatur. Potuit tamen eadem, soluta *Achaëorum* Republica, pro *victorum* arbitrio, juris fieri, seu *Arcadum*, seu *Patrensum*. Et *Achaïæ* *Trittenses* suos attribuit *Plinius* iv. 6. His ergo exemplis ita occurrendum censuit *Dionysius*, licet *Græcæ* fuerint, recentiores tamen, quam ut illarum rationem habuerit *Dicæarchus*. Saltem *Homeri* ætate recentiores



tiores fuisse exinde colligit, quod nulla earum *mentio* occur-
rat in *Navium* Catalogo. Nam è *navium* Catalogo de *Geogra-*
phia antiquissima *Græciæ*, & *Homero* coæva statuit *Strabo*, sta-
tuebant etiam *antiquissimi* quique, & *Strabone* *seniores* *Geo-*
graphi. Hoc quidem *Argumento* fateor innui *Homero* dun-
taxat *seriorem* hanc fuisse *Tritiam*. *Occasio* tamen sumta è
Dicaarchi tabulis postulabat, ut etiam *Dicaarcho* *serior* fuisse
crederetur quæ non fuerit (ut de *Civitatibus Græcis Peloponne-*
siacis omnibus docuerat *Dicaarchus*) *maritima*.



F I N I S.



ERRATA.

Pag. 8. lin. 16: *folers*. p. 10. l. 10. non. l. rem. p. 28. l. 7. *Eclipsim*. p. 37. l. 23. *muta-
ta*. p. 86. l. 13. *five*. p. 87. l. 10. quo. l. quibus. p. 94. l. 23. ad *Æq.* l. ab *Æq.* p. 119.
l. 24. *fecit* l. *fuit*. p. 129. l. 24. *conciliabuntur*. p. 137. l. 33. *inclutum*. p. 147. l. 27. del. ad.
p. 167. l. 24. *finem*. p. 186. l. 33. del. *dies*. p. 209. l. 28. post *convenerunt* add. *erant*. p.
213. p. *annuo* add. *curia*. p. 216. l. 23. del. *tradi*. p. 218. l. 16. *doctorum* l. *dictorum*. p. 223.
l. 27. *Adar*. p. 230. l. 26. post *Olympiorum* add. *nomine*. p. 263. l. 27. del. *vel libri*. l. 28.
docebunt l. *inediti*. p. 275. l. 35. l. *Maxentius*. p. 291. l. 3. l. *isidem* *iidem*. p. 293. l. 2. *Ly-
cortas*. p. 300. l. 17. l. *Canon accuratissimus*. p. 323. l. 4. xxx. l. cxxx. p. 326. l. 37. p. *A-
thenas* inser. *accesserit*. p. 330. l. 12. p. *legato* add. *Lacedaemoniis*. p. 370. l. 1. *Hecatombeone*.
p. 372. marg. *Ol.* 114. 2. p. 375. l. 7. *manifestum*? p. 380. l. 2. *alternis*. p. 381. *diversa*
Romanis. p. 384. l. 2. *posteriores*. l. 33. *procederent*. p. 401. l. ult. *CLXVIII* l. *CLXXVIII*. p.
405. l. 34. p. *ille* inser. *esse*. p. 406. l. 2. *inferferim*. p. 408. l. 28. *longe*. p. 420. l. 18.
*LVIII*º. p. 467. l. 27. del. *verum*. p. 474. l. 35. ante l. *inter*. p. 487. l. 2. 409. l. 709. p.
488. l. 29. *exutus*. p. 496. l. 39. *Lunaris*. p. 503. l. 9. 10. *conveniunt*. p. 505. l. 2. p. *anno*
inset. *63*º. p. 510. l. 23. *die* l. *diei*. p. 516. l. 33. p. *erat* add. *xvus*. p. 520. l. 29. *quibus* l.
quorum. p. 525. l. 5. xxvi. l. xxxi. l. 16. *paludatos*. l. *paludati*. l. 23. *III*º. l. *VIII*º. *ib.* &
etmen l. *nec*. p. 532. l. 32. p. *Olympia* add. *fuisse necesse erat*. p. 537. l. 7. 342. l. 542. l. 8.
illi quo l. *illi*, *quo*. l. 9. 341. l. 541. p. 550. l. 26. *fuerat*. p. 570. l. pen. vi. l. xxvi. p.
573 l. 21. *Olymp.* 121½. p. 576. l. 34. *Polybius* l. *Sigomius*. p. 587. l. 15. *suspicio est*. p.
611. l. 7. *Cap.* l. *Car.* bis. l. ult. *Mugilanus*. p. 624. l. 35. *sine*. l. *sine*. p. 627. l. ult. l. *Pu-
blisum*. p. 632. l. 13. *ilham* l. *illud*. l. 22. *transferit*. p. 644. l. 17. *al. ad.* p. 647. l. 8. *desi-
gnati*. p. 648. l. 12. *Decemvirano* l. *Decemvirali*. l. ult. *ivus*. p. 665. l. 13. del. *fortasse*.
p. 666. l. 27. del. *eosdem*. p. 667. l. 1. p. *omissum*. add. *observavimus*. p. 674. l. 15. *indican-
tia*. p. 679. l. 19. *Festo*. p. 697. l. 31. *Excerpt.* p. 702. l. 28. 225. l. 325. p. 706. l. 3.
qui l. *que*. p. 715. l. 15. *xviii*. p. 746. ad *Olymp.* 34. *Omphalionis* l. *Pamaleonis*. p. 749.
Olymp. 65. *Apochas* l. *Acochas* bis. p. 758. *Olymp.* 192. *Πυγμα.* l. *Πείλη.* p. 763. voc. *Alci-
biades* pro *Ol.* *XCII.* l. *Ol.* *xci.* & add. *Thucyd.* vi. 16. *ib.* del. *Androthenes Corinthius* &c. l.
pen. *Apocham* l. *Acocham*. p. 764. l. 9. del. 110. l. 29. del. *Apochas Tarentinus* &c. p. 766.
voc. *Demetr. Chius* &c. *Ol.* pro 138. l. 233. p. 768. voc. *Glaucias Crot.* &c. *Ol.* 44. l.
48. p. 805. l. 19. 708. l. 408. p. 847. l. 5. *subjecturum* l. *subjectarum*.



3K1
28L 2

Αριθ. εστ. 141046

ANNALES THUCYDIDEI ET XENOPHONTEI.

PRÆMITTITUR
APPARATUS


CUM

Vitæ Thucydidis

SYNOPSIS CHRONOLOGICA.

Ab HENRICO DODWELLO A.M. Dubliniensi.

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ
ΕΥΛΟΓΙΟΥ ΚΟΥΡΙΑ
ΑΝΤΙΣΤΟΛΟΥ
ΑΥΣΟΝ ΑΡΙΘ.



ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ
ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ
Μητροπολίτη
ΕΥΛΟΓΙΟΥ ΚΟΥΡΙΑ

O X O N I I,

ET THEATRO SHELDONIANO. Prostant apud *Benj. Took* ad Medii Templi Portam in Vico Fleetstreet dicto. MDCCLII.



APPARATUS AD *Annales* sequentes, cum *Vitæ* Thucydidis
Synopsi *Chronologica*. Pag. 1.

Vitæ Thucydidis Synopsis *Chronologica*. 37.

Annales Thucydidei. 38.

Annales Belli Peloponnesiaci. 118.

Annales Xenophontei. 236.

Imprimatur,

RO. MANDER

Vice-Can. Oxon

Feb. 14. 1701

2



Apparatus ad *Annales* sequentes, cum *Vitæ* Thucydidis Synopfi *Chronologica*.

Thucydides *Annalistarum hodiernorum antiquissimus. Extabant olim, non multi tamen, eo antiquiores.* §. I. Antiquiores nonnullos *supponit ipse Thucydides. Ipse tamen primus Auctor Annalium* Horographorum. §. II. Antiquorum Annalium defectus *supplevit Thucydides, & præsertim Hellanici.* §. III. *Historicorum Thucydide antiquorum fides incertior.* §. IV. Annalium Historiæque *discrimen. Recte tamen Annalibus accenseri potest Thucydidis Historia.* §. V. *Annales suos recte Thucydides per Anni tempestates, potius quam per annuos Magistratus, disposuit.* §. VI. *Tempestates suas arcessebat à mensium Lunarium Civilium initiis.* §. VII. *Modicas à Zodiaco discrepantias in Anni tempestatibus designandis ne quidem morabantur Cyclorum conditores. Nec, ut videtur, in Cyclis suis Paschalibus, Judæi.* §. VIII. *Quos menses Lunares quibus tempestatibus assignarint Athenienses.* §. IX. *Notæ etiam Parapegmaticæ tempestatum apud Veteres aliæ atque aliæ. Omnes tamen Romano accommodatæ, quod habemus etiamnum in forma Juliana.* §. X. *Ad Epocham hæc potius U. C. Varronianam quam Periodi Julianæ, exigenda.* §. XI. *Origo Belli Peloponnesiaci ab occupata à Thebanis per insidias Plataea.* §. XII. *Origo ejusdem alia ab irruptione Peloponnesiorum in Atticam.* §. XIII. *Origo annorum Thucydideorum vera ab initio mensis Vernalis primi.* §. XIV. *Sic anno ante Bellum XIV^o. Expeditionem Plistoanaëtis censet Thucydides, quæ fuit aliòqui anno XV^o. si à die & mense censeretur.* §. XV. *Annorum Chrysidis Sacerdotis Argivæ initium.* §. XVI. *Natus Thucydides Olymp. LXXVII. $\frac{1}{2}$. Forte post Hecatomb. XXI.* §. XVII. *Olymp. LXXXI. Herodotum Historias in Olympiis recitantem audit puer fortasse Thucydides.* §. XVIII. *Thucydidis spatium Amphipolitana Olymp. LXXXIX. 1. Ea expleta per Vicennium exulavit, revocatus Archonte Euclide, Olymp. 94. 2.* §. XIX. *Olymp. $\frac{93}{4}$ in coloniam Thuriorum in Italiam missus Thucydides.* §. XX. *In colonia Thuriorum brevi tempore mansisse. necesse est.* §. XXI. *Conveniunt cum rationibus Pamphilæ verba ipsa Thucydidis.* §. XXII. *Thucydidis Opus, quod habemus, non paucorum erat annorum.* §. XXIII. *Nec tamen Operi accurando manum admovit Thucydides ante Bellum penitus finitum.* §. XXIV. *Non scripsit certe in Exilio, ut volebant Veteres à Thucydide ætate remotiores.* §. XXV. *Archelao Regi Macedonum superstes erat Thucydides. Proinde ultra Ol. xcv. $\frac{1}{2}$.* §. XXVI. *Etiam Ætnæ eruptioni superstes erat, quæ Ol. 96. 1. contigit.*



contigit. §. XXVII. *Non potuit ante Olymp. xcvii. Thucydidi con-*
tinuando vacare Xenophon. §. XXVIII. *Thucydidis Libros à filis*
fuis ad se in secessum Scilluntinum venientibus accepit forte Xe-
nophon. §. XXIX. *Thucydides in Thracia mortuus sepultusque*
 §. XXX.

Sect. I.
Thucydides Anna-
listarum hodiern-
orum antiquissi-
mus. Extabant
olim, non multi
tamen, eo anti-
quiores.

Explicatis jam antiquissimis *Annorum Atticorum* Civilium for-
 mis progredimur ad *Annales* eorundem itidem antiquissimos,
Thucydidei hi sunt, & qui *Thucydideos* proxime excipiunt,
Xenophontei. His *Græcum* alium antiquiorem neminem ha-
 bebimus, qui res coævras continua *Annalium* serie disposuerit. Et ne
 quidem post illos alium nisi à longo demum intervallo. Erant tamen for-
 tasse nonnulli, sed pauci admodum, nec memoria admodum longinqua,
 ante *Thucydidem*, qui res gestas ad *Annalium* normam exegerint. Ab
Olympiade LXXV. *Annales* habet perpetuos hodiernus quoque *Diodorus*.
 A Libro scilicet Bibliothecæ Universalis XI^o. Sic item, ut Librum, qui
 præcesserit, Operis universi x^m. eadem *Annalium* methodo digestum
 fuisse ipse quoque significavit. A quo autem Libro *continui* esse cœ-
 perint, qui ab *initio* plane *nulli* sunt, *Annales*, obstat, quo minus in-
 telligamus, Operis utilissimi mutilatio. Vix est quod dubitemus, quin
primorum *Annalium* partem longe *maximam* juniorum *Grammatico-*
rum Chronologicis ratiociniis, non autem coævris *monumentis*, debuerit
Diodorus. Cum nempe jam *Bibliothecis* instructi publicis *Alexandrina*
 atque *Pergamena*, haberent in promptu Auctores primævos quos invi-
 cem contenderent, & è rerum gestarum circumstantiis judicarent, in
 tanta Veterum discordia, quæ demum sententia alteri anteferenda.
 Vix potuit alioqui tanta fuisse antiquissimorum discrepantia, quantam
 fuisse docet *Plutarchus*, non *Solonis* modo, verumetiam *Themistoclis*,
 Seculo, si quidem è *coævris* monumentis omnia emanassent. Non erant
 certe adeo *frequentia* Scriptorum, aut tam *momentosa*, dissidia; cum
 jam *indubii* extarent, atque exceptione omni majores, *Annales*. Primæ
Chronologiae incertitudinem prodit ipsa illa methodus antiquissima nu-
 merandi per *years* ab *Herodoto* aliisque usurpata, incertissima pariter
 nec sibi invicem diversarum familiarum stirpibus *consentanea*; nec
 sane usurpanda si quæ fuissent *certiores*, quibus eadem intervalla de-
 signarentur, temporum normæ. Prodit, quod nullam prorsus *Epocham*,
 à qua certi calculi procederent, agnoverit *Herodotus*. Non *Ilii* exci-
 dium, non *Olympiades*, ne quidem unius cujuscumque *Urbis* Natalem.
 Meminit quidem *Thucydides Olympiadum*; sed nullius *Olympiadum*
numeri, & ne quidem certi alicujus *initii* unde processerit *ordo* nume-
 randi. Designavit etiam *Olympionicis* *Olympiadas*; sed non iisdem
 quibus postea receptum est ut à *Chronologis* designarentur. Non scili-
 cet *Stadii* victoribus, sed *Pankratii*. Vel inde colligitur, *juniorum*
Chronologorum inventis tribuendum esse, quod *Stadionicis* demum cen-
 ferentur; non autem *Eloerum* Legi, quæ statuerit ut soli *Stadionice*
Olympiadum victores essent *Eponymi*. Erat enim sane nobilius *Pan-*
kratii certamen quam cursus illius omnium simplicissimi quo vicit *Sta-*
dionices.

^a *Thucyd.* III. 2.
 v. 49.



dionices. Gravibus nimirum accenseri solitum, cum levibus accensere-^a *Stadium.* Etiam *seorsim* numerari videmus victores *Pancratii*, si-^b *quæ* *aliam* victoriam adjunctam haberent quæ effecerit ut victoria il-^c *lorum* *eximium* quid complexa fuerit præ aliis sui ordinis *Pancratiastis*.^d Multi numerantur ab *Hercule*, qui, similiter ut ille, *lucta* vicerint & *Panratio*. Nempe in illius honorem qui ludorum Olympiorum *Au-*^e *ctor* primus atque *institutor* habebatur. Et quod ab *Heraclidis* illius *posterioris* tum *Peloponnesum* tenentibus, à magno demum *spatio* inter-^f *missi*, fuerint restaurati. Etiam *seorsim* numerantur qui *Pugilatu* vice-^g *runt* & *Panratio*. Cur illa, quæso, nisi summo omnium honore, vel ipso illo quoque *Conditoris* nomine, fuisset *Pancratium*? Etiam inde intelligimus, si fuissent ulli Olympiadum, *Thucydidis* ætate, *numeri*, à *Panratio* fuisse, non à *Stadio*, processuros; & ab alio proinde *initio* quam à quo *hodiernæ* numerantur *Olympiades*: vel scilicet ab *Hercu-*^h *lis* *Panratio* quod *hodiernis* Olympiadibus fuisse longe creditur anti-ⁱ *quius*; vel à prima *Panrati*, post *instauratos* *Herculis* ludos, *insti-*^j *tutione*, quæ *xxxiii*. demum *Olympiadi* assignatur. *Xenophontis* *Olym-*^k *piadem*, quæ & *numero* designatur *hodierno*, & victore *Stadii*, pro *ju-*^l *niorum* placitis, jam Nos suspectam fuisse ^b probavimus. *Epochas* ergo ^b *antiquiores* cum *nullas* haberent *Primævi* hi, de quibus agimus, *Histo-*^m *rici*, proinde sibi fecerunt à *sui temporis* insigni aliquo eventu, à quo *retrosum* *numeri* procederent. Etiam inde hanc *Historiæ infantiam* fuisse colligimus. Sic à *sine* *Belli Peloponnesiaci* progreditur ad *anter-*ⁿ *iora* *Thucydidis*. Sic à *Xerxis* Expeditione *Xanthus* ^c *Lydus* & ^d *He-*^c *rodotus*. Nec vel *coævam* *Epocham* *Xerxe* antiquiorem observavi. Vel ^e *inde* suspicor, post *Xerxem* scripsisse saltem plerosque ex *Historicis* an-^f *tiquissimis*, ut ante illum vixerint, & affecta ætate fuerint cum *Græ-*^g *ciam* ille infestis armis peteret. Convenit quod *Cadmus Milesium* & *Acusilaum Argivum* ex antiquissimis omnium, *Historicos* ^e *Josephus* pau-^h *lo* ante *Persica* floruisse testatur. Esto hæc *Persica* *Expeditio* *Darii* fuerit *Hystaspidae*. Sit adhuc antiquior *Expeditio* *Harpagi*, sub ipso *Cyro*, non quidem in *Græcos Europæos*, sed in *Asianos* tamen. Ita quidem necesse erit ut *antiquissimorum Historicorum* *Epocha* *Theagenem Reginum* complectatur, quem sub *Cambyse* vixisse *Auctor* *Ta-*ⁱ *tianus* est. Ne quidem ita longe aberrabit à vero nostra hæc de *Histo-*^j *ricorum* origine sententia. Convenit & ^f *Dionysius Halicarnassæus*, qui ^g *etiam* ipse *ἀρχαῖος*, quos appellat, *συγγραφῆς*, *Historicos* scilicet, duplici ^h *classe* complectitur: Ut nimirum eorum alii fuerint *ὁρὸ* *Πελοποννησιακῆς* *πολέμου* alii *ὀλίγω* *πρεσβύτεροι* *τῆ* *Πελοποννησιακῶν*, *καὶ* *μέχρι* *τῆ* *Θουκυδίδου* *παρικτείναν-*^k *τες* *ἡλικίας*. Posteriori censu illos habet, quorum saltem *seneectus* ad ætatem *Thucydidis* atque *Peloponnesiaca* pertigerit. Sic egit *Hellanicus*, quem hic memorat, initio *Belli Peloponnesiaci*, annum ætatis *LXV*. cum *XI*. ageret *Thucydidis*, ^l *g* annis proinde *xxv*. duntaxat *Thucydidis* ma-^m *ior*. Et tamen primæ classis *Hecatæo Milesio* *ἐπιβάλων* hic *Hellanicus*, ⁿ *quem* quidem *Hecatæum* *primum* *Historiæ* apud *Græcos* *Scriptorem* censet ^o *Suidas*. *Πρῶτος*, inquit, *Ἰσοκράτους* *ἐξήνεγκε*. *Milesium* illum ^p *h* *Hecatæum* *Olymp.* *LXV.* & *Darii* *Hystaspidae* temporibus allignat *Suidas*

A a a a a

in



in voce *Εκατῶν*. Idem in voce *Ελλάτικῶν* ait illum fuisse *ἔν τῷ Περσικῷ καὶ μικρῷ ἔτῳ*. Intelligit nempe *Xerxis* Expeditionem Ol. LXXV. post quam, non *diu*, sed *superstes* tamen fuerit. Natus erat, pro prædictis rationibus, *Hellanicus Mytilenæus Olymp. LXX. 4.* Itaque ut saltem vicenarius *Hecataeo* innotescere potuerit, necesse erat ut ad *Olymp. LXXV. 4.* pertingerit *Hecataeus*. Ita à *Darii Hystaspidae* temporibus *primi* cœperint *Historici*. Sed *Cadmo* potius *Milesio* *Historiæ* inventionem tribuit ^a *Plinius*, quem etiam ipsum paulo *Persicis* antiquiorem statuit *Josephus*. Utrique *Pherecydem* adjungit ^b *Strabo*, habetque pro primis *Orationis solutæ* Auctores. Quamquam ergo de *homine* variant invicem, pro more hinc temporibus recepto, Veterum sententiæ, de *tempore* saltem conveniunt, hoc nempe *Seculo* initium fuisse *Styli*, quem *Prosaicum* appellamus, sub *Dario*, ut videtur, *Hystaspide*, vel *Cyri* fine. Nec sane adeo pugnassent invicem antiquissimæ *Cyri majoris* *Historiæ*, si multos habuissent *Scriptores* qui vel *recenti* *Cyri memoria* in lucem prodissent, multo adhuc minus, si fuissent *antiquiores* *Hystaspide*. Regno ergo *Hystaspidae*, ut videtur, *affecto* *primi* prodierint plerique *Græcorum Historici*. Saltem eorum qui rerum meminerint *Persicarum*. Nondum autem, in *temporum* rationibus adeo accurati, ut quid quoque *anno* gestum fuerit, seorsim enarrandum susceperint. Hoc enim uno à *Poetis* discrepasse *primos* illos *Historicos* docet *Strabo*, quod *metrum* neglexerint. Fabularum idem erat, digressionumque, artificium *Scriptoribus* fere omnibus *Thucydide* antiquioribus, ut nos docent non alii modo *Veteres*, verum etiam innuit ipse ^c *Thucydides*. Nihil ergo erat cur *temporis* ordo ab illis fuerit expectandus.

^a *Plin. N. H. VII. 56.*

^b *Strab. L. I. p. 18.*

^c *Thucyd. L. I. c. 21.*

sect. II.

Antiquiores non-nullos supponit ipse *Thucydides*. Ipse tamen *primus* Auctor *Annalium* *Horographeorum*.

Pauci ergo fuisse ante *Thucydidem* videntur *Annales*. Et *medio* spatio inter *Darium Hystapidem* & *Artaxerxem Longimanum* accensendus erit cultus *Historiæ*, ut pro *Annalium* ordine disponeretur. Non certe exigebat *Operis* consilium ut *Annales* conderet, quem de *Homero* sub *Cambyse* scripsisse auctor *Tatianus* est, *Theagenes Rheginus*. Et tamen cum *solutæ* orationis stylus cœperit sub *Dario Hystaspide*, hoc ipso certe suspectum est ne ante *Darium* illum scribere potuerit ille *Theagenes*, quem nemo *primum* *solutæ* *Orationis* Auctorem appellavit. Quamquam autem incertum sit, quo demum hujus spatii gradu *annos* secreverint *Historici*; *Thucydide* tamen antiquiorem fuisse ipse quoque innuit. *Primum* certe *Belli* sui *annum* tam *Archonte Attico* quam *Ephoro Lacedæmonio*, quam quoto *Argivæ Sacerdotis* anno designavit. Imo rationem alibi dedit cur non eodem exemplo *alios* ejusdem *Belli* *annos* similiter designarit. Quod scilicet *rebus annuis*, qua à *Vere* inciperent, & in *Hycemem* desinerent, *Magistratus* *annui diversi* convenirent. Non erat cur consilii sui propriam illam rationem ederet, ni *singulare* consilium suum fuisset, nec *decessorum* exemplo stabilitum, quos proinde supponit suos *Annales* *annuis* designasse *Magistratibus*. Et quidem *Archonte annum*, quo *Athenas Xerxes* incenderit, notavit, ante *Thucydidem*, etiam *Herodotus*. Facilemque esse ab illa *Xerxis* *Epocha*, ad *sua* usque tempora, annorum



annorum supputationem, idem (si forte idem est) per *Archontas*, in *Homeri* vita, supponit *Herodotus*. Proinde consentaneum est, ut per *Archontum* factos sua quoque, quæ habet, intervalla censuerit ipse *Thucydides*, civis nimirum *Atheniensis*. Nec sane obstabat ratio à *Thucydide* data quo minus eo antiquiores Historici res gestas annuas ad *Archontas annuos* exegerint. Illo enim ipso anno, quo coepit Bellum *Peloponnesiacum*, mutatum probavimus Anni *Attici* Civilis initium à *Gamelione* ad *Hecatombæonem*. Cum autem iniret annus à *Gamelione*, nulla erat tempestas rebus gerendis idonea quam non complecteretur annuus *Magistratus*. Satis ergo commode *Annales Atticos* Magistratibus *Atticis* annuis designare poterant antiquiores *Thucydide Historici*. Nec opus erat novo *Thucydidis* consilio, ut per anni potius tempestates designarentur, quarum primo loco *Verna* censeretur, qua suscipi solebant Expeditiones, ante ipsum *Thucydidem*. Cum enim *Gamelione* Magistratum capefferent *Archontes*, uni certe *Archonti* conveniebat ver sequeus universum, *Æstas*que & *Autumnus*, dum *hyems* ipsa subdivalibus castrametationibus, partium utrarumque mutuo plerunque consensu, induciarum necessitatem imponeret. Imo alienam à decessorum exemplo hanc *Annalium formam* supponit ipse *Thucydides*. Et primum adeo illum fuisse puto, qui ad nativum hoc anni initium *Annales* exegerit, quem alii deinde secuti sunt (imprimis *Xenophon*) quos *Horographorum* nomine complectitur communi *Censorinus*. Proinde *Archontis Calliadis* Magistratu *Xerxis* Expeditionem in *Historia* constituit *Herodotus*. Inde facilem ad suum usque, quo scribebat, annum, annorum supputationem fuisse monet idem in vita *Homeri*. Immerito sane si primus ex *Archivis Archontas* in lucem edidisse *Demetrius Phalereus*. Erant ergo jam, etiam *Herodoti* ætate, à *Xerxis* saltem Expeditione, explorati *Archontes* è *Scriptoribus* ipso quoque antiquioribus *Herodoto*. Nec aliunde, intervalla Bello *Peloponnesiaco* antiquiora collegit, ut existimo, *Thucydides*, *Atheniensis* ipse, & qui *Archonte* proinde *Attico* Belli *Peloponnesiaco* initium constituerat. Ita nimirum futurum intelligebat, ut cum decessorum *Annalibus* per *Archontas* distributis suos etiam *Annales* facile *Lector* ipse committeret. Inde spatium statuit annorum L. à *Xerxis* fuga ad initium sui, quod scribebat, Belli *Peloponnesiaco*. Nempe *Archontum* L. propter *Archontem semestrem*. Vix enim aliter respondet numerus. Utrumque enim hujus spatii extremum ad res spectabat *Atticas*. Hinc intelligimus *Auctores Diodoro* nonnullos esse potuisse in suis ab hoc initio *Xerxis Annalibus*. Nec sane ultra illius anni *Archontem Fastorum Archonticorum* fidem præstat *Herodotus*. Primi tamen, qui tunc vixerunt *Historici*, non alio fine illius *Archontis* meminisse videntur, quam quod inde retrorsum ad anteriora supputationem facilem existimarent. Nec magno intervallo *Archontem illum* præcesserunt primi omnium, quos sub *Dario*, vel *Cyro*, scripsisse probavimus, *Historici*. Certe *Magistratibus annuis* annos nonnullos constituisse verisimillimum est; & aliquos etiam, ante *Thucydidem*, prætexuisse *continuos Annales*, primos *Historiæ* *Auctores*. Et cum *Ephorum Archonti* addit in primo Belli anno *Thucydides*,

de die Nat.



id quoque supponere videtur, eorum altero annos designasse, qui se præcellerant, *Græcorum Historicos*. Addidit etiam *Argivæ Sacerdotis* annum *Hellanicum* causa potissimum qui per earum successionem *sui* Seculi etiam annos singulos constituerat, & ad illius, ut videtur, sacerdotis *Chrysidis initia* Historiam suam perduxerat.

Seç. III.
Antiquiorum An-
norum defectus
supplevit Thucy-
dides, & præfer-
tim *Hellanicum*.

Supplevit enim certe *Thucydides* decessorum Historicorum defectus, & potissimum illum, quem solum de nomine advocat, *Hellanicum*. Hanc enim causam reddit, cur fuerit in originibus Belli *Peloponnesiaci* exponendis paulo fusior. Quod scilicet intervallum à *Medicis* ad suum illud, quod meditabatur, Bellum ab illis fuisset prætermisum. Quippe qui vel *Medicis antiquiora* tractaverant, vel non ultra Belli *Medici finem* pertigerant. Bellum *Medicum*, non *Darii*, sed *Xerxis*, intelligit, quod secundo demum Belli anno finem accepit. Et spatium illud universum annorum L. ambitu complectitur. Duo illi anni si à prædicto intervallo eximantur, reliqui erant anni præterea XLVIII. Illique ipsi *Chrysidis* Sacerdotis *Argivæ* anno XLVIII^o. Belli *Peloponnesiaci* initium assignat *Thucydides*. Inde ergo exorsus est ipse unde desierat *Hellanicus*. Inde inquam, ubi, velut in operis fine, negligentius versatus fuerat *Hellanicus*, summis nimirum rerum capitibus delibatis, nec temporis ordine satis accurato, ^a βραχέως τε (inquit) ἢ τοῖς χρόνοις ἐν ἀνεκῶς. Etiam *Attica* memorat *Hellanicum*, quæ similiter ad Belli *Medici exitum* pertigerint. Horum sine cum temporis ordinem neglectum queritur, supponit proinde eundem in initio diligentissime fuisse observatum. Nec sane duntaxat, qua *Sacerdote*, res geltæ contigerint, observavit *Hellanicus*; sed etiam sæpe quoto illius Sacerdotii anno. Et quidem in rebus quoque à sua memoria remotissimis. Exemplum dedit vetustissimum ex illo *Dionysius*. Tempus enim quo *Siculi* ex *Italia* migrarint, ita designavit pro mente *Hellanicum*: ^b ἡσὶν ἡμεῖς ἀπέστειον τὴν Τροίαν, Ἀλκυόνης τριτοῦτος ἐν Ἀργεὶ καὶ τὸ ἕκτον ἢ εἰκοσὸν ἔτος. Hoc idem intervallum annorum LXXX. ante *Troica* conclusit ^c *Philistus* aliunde ductis, ut videtur, innixus ratiociniis, quod rudiori illa *ἡμεῖς* methodo definire ausus est *Hellanicus*. Vel inde colligimus exploratum non fuisse certum *Argivæ Sacerdotis annum* quo *Ilium* fuerit excisum, vel saltem de *mediis* *Argivæ Successionis* annis nihil *Hellanicum* statuere potuisse. Hæc enim si comperta fuissent, facile exinde collegisset, non modo *ἡμεῖς*, verumetiam *annorum*, numerum ad cladem Urbi *Ithensi* à *Græcis* illatam. Nec sane *annum Callistum*, quo periit *Troja*, in *Hellanico* observavit Auctor Fragmenti *Bentleiani*. Itaque hoc tantum docuerat *Hellanicus*, ab *Alcyone tertiam* fuisse *Callisto*, qua sacra moderante *Troja* fuerit excisa. Nec erant invicem continui annorum numeri in Successione *Sacerdotum Argivarum*. Quo demum loco continui esse cæperint, jam sane non constat. Sed *primæ* Successionis suspectam fuisse fidem, ex *Ephoro* discimus, qui ultra *Heraclicidarum reditum* Historiam suam inchoandam esse non censuit. Hac ipsa nempe causa, quod ^d ἢ τῶν χρόνων ἀπαγγελία τὴν ἀνεκῶς ἐλεγχον non admitteret, & quod illi qui *βραχέως ἀπέστειον τε ἢ μυθολογίας* in literarum monumenta retulerant ἀσύμμετροις ^e *Diodoro*. L. I. c. 1. *Diodoro*, qui tamen etiam in illis, quæ

^a *Thucyd.* L. 1. c. 97.

^b *Dionys. Halic.* L. 1. p. 18.

^c *ap. Dionys. ib.*

^d *Diador.* L. I. c. 1.



quæ ipse quoque fatetur *incerta*, diligentia magis, quam *judicii*, laudem affectavit. Propterea *Varro* aliique *Historiam Græcorum* ante *Olympiades* nullam certam agnoverunt. Propterea juniores *Græca* *Historiæ* *Scriptores* celeberrimos, idem observavit *Diodorus*, ab *Epochis* recentissimis *Historias* suas inchoasse. Et quidem coævus *Ephoro Theopompum* & *Callisthenem* hoc censu complectitur. Hoc si dedita opera fecerint, & hoc ipso intuitu, quo, qui eorum *Scripta* lustravit, illos fecisse testatur; sic infra *Themistoclis* ætatem, qua *Chronologiam* minus certam esse monuit *Plutarchus*, fides *Græcorum* vacillârit oportet *Annalium*. Sed *Ephorum* certe magis audiendum existimo. Erat enim veræ *Historiæ* studiosus, qua quidem licuit illam à *Fabulis* quibus *primi* *Historici* scatebant, internoscere. Pariter nimirum ut erat nolter ipse *Thucydides*. Hoc ex illius tam *sera Epochâ* dedita opera delecta, docuit *Diodorus*. Eventumque studio illi parem respondisse, testis erat *Historicus* omnium gravissimus *Polybius* qui de rebus *Græcis* καλῶς καὶ εὐδελῶς, καλλιῶς δὲ ἔγραφεν ἐξηγεῖσθαι pronunciavit, teste etiam ipso gravissimo ^a *Strabone*. Denique *Hellanicum* sibi excolendum suscepit *Ephorus*, ut illius potissimum errores reprehenderet. Ut nempe perfectissimum quemque in suo *Argumento* emendandum supplendumque proponunt qui summo exquisitissimoque *judicio* in suo quisque *Argumento* sunt versati. Ita *Polybius*, ita *Strabo*, ita *Dionysius Halicarnassæus*, aliique *primæ* *classis* *Scriptores*. Proinde *Hellanico* inter *primævos* *Historicos*, ut *Thucydides*, sic etiam *Ephorus*, primas concessisse videtur. Et quidem eandem ob causam *temporis* ab eo studiosissime observati. Cum ergo ab illo *Heraclidarum* primam *Historiam* certam censet, pro *incerta* habuerit oportet omnem illam quæ præcesserit *Argivarum Sacerdotum* seriem, etiam illam, in qua quid *singulis annis* gestum fuerit, sibi compertum fuisse obtenderit *Hellanicus*. Ab illo initio 750. annos ad annum *Ol. cix. 4^m*. numerat quousque *Historiam* suam perduxit *Ephorus*. Inde verisimile est *Annalium* formam ab eo observatam esse, pariter atque *Thucydide*. Non autem per *Archontas Atticos* fortassis aut *Ephoros Lacedæmonios*. Crediderim potius, pro exemplo *Hellanici*, annos ad *Sacerdotes Argivas* exegisse usque ad *Caranum Phidonis Argivi* fratrem. Inde vero *Annales* illum contexuisse *Regum Macedonicorum*, à *Carano* scilicet oriundorum. Recte ergo, ni fallor, *Thucydides* *Annales* suos *Argivæ Sacerdotis* anno designavit, ut illos cum *Annalibus* committeret *Hellanici*. Eiusdemque, ut videtur, exemplo, *Belli Peloponnesiaci* initium *Archonte* designavit *Attico*, ut cum *Hellanici* similiter *Atticis* committeret, quæ ab *Hellanico* scripta idem testis locupletissimus est. *Atticorum* illius meminerunt alii. Sed è *Thucydidis* præsertim testimonio constat *Mitylenii* sive *Lesbii* fuisse *Hellanici antiquissimi*, quem non poteramus alioqui adeo facile internoscere ab *Hellanico juniore*. Num etiam *Ephorum* addiderit propter *Hellanicum* *Thucydides*, non adeo habemus exploratum, quod *Laconica* ejus nulla, quod meminerim, apud veteres advocata legerim. Utcunque tamen ex his *Thucydidis* notis facile suspicamur *Græcos*, qui illum præcesserint, *Annales*. vix alios fuisse quam *Argivarum Sacerdotum*, quarum succes-

^a *Strabo* L. x. p. 465. *Joseph. cont.* Ap. L. 1.



sionem in *Phoronide* primus perduxerit, uti vidimus, *Hellanicus*; vel *Archontum Atticorum*, vel *Ephorum Lacedæmoniorum*. Addidit postea, atque ad usum aptavit Chronologicos, *Regum* utriusque stirpis successionem *Lacedæmoniorum*, & *Olympionicarum*, *Timæus*. Et quidem fortasse primus. Nam à *Timæo* *Olympionicas* accipere potuit *Eratosthenes*. Itaque *Olympiadum* & numerum hodiernum, & victores Eponymos *Stadionicas*, introduxerit primus, ni fallor, *Timæus*. *Argiva* autem tempora antiquissima recte *Phoronidis* nomine inscripsit *Hellanicus*. Nota sunt in hanc sententiam verba *Platonis* in *Timæo*, quibus de *Phoronei* rebus loquitur quasi omnium antiquissimis. Juniorum enim commenta erant *Inachus Phoronei decessor*, & *Reges Argivis* Regibus antiquiores *Sicyonii*. Nondum vel fando audita ætate *Hellanici*.

Se&. IV.
Historicorum
Thucydide anti-
quiorum fides in-
certior.

Pauci ergo erant ante *Thucydidem*, nec illo multo antiquiores, *Annalium* Scriptores. Impares certe tantæ illi, quæ à *Græcis* venditur, *Antiquitati*. Impares etiam illi quæ ab *Olympiadum* initio à *Varrone* conceditur. Satis tamen fuisset ad fidem illorum in rebus etiam *Xerxe* atque *Dario* antiquioribus commendandam, si vel *Archiva* fuissent *Magistratum* in quibus, *publicum* in usum, recondebantur *Annales*. Talia enim *Romanis* erant *Fabio Pictore* longe antiquiora, quem tamen censet *Livius* *Historicorum Romanorum* longe antiquissimum. Sed nulla talia legimus apud *Græcos*, ante primos eorum *Historicos*, vel *Archiva*. Historiam *Mythicam* senum *Traditionibus*, ἀνθρώπων πα-

² *Pindar. Ol. VII.*
100. 101.

λαϊῶν ἔθνησι tribuit ² *Pindarus*. Ubi ita Scholiastes: Οὐπω γὰρ ἦν ἱστορογραφῶν ὄντων, οἱ κατὰ καιρὸς ποιητὰ παρὰ τῶ ἐν τῶ πέλει λογίαν καὶ γεγρακότων οἷς ἔχοντο τὸ ἀκριβὲς τῶ γνώσεως ἐμαετῆρει, τὰς ἱστορίας κατακόοντες ἐμύθησαν. Inde manifestum est primis *Poetis* recentiores fuisse *Historiæ Græcæ* Scriptores. Nec *Mythicæ* *Historiæ* *Auctores* ipsos fuisse *Poetas*, & ne scriptis quidem monumentis, sed receptis Civium *Traditionibus*, acceptam retulisse. Et sane *Civitates* antiquas omnes *Fabulis* addictas observavit *Strabo*. Inde factum, ut raræ admodum fuerint *sinceræ*, nec *Fabulis* immixtæ, *primæ* *Historiæ*. Inde ut *Historiam Mythicam* pro vera habuerint *primæ* *Historiæ*. Erat enim sane proclive ut cum antiquissimis *Historiis* etiam antiquissimas gentium quarumcunque *Traditiones* primi committerent *Scriptores*. Imo ita rem fuisse constat ex *Herodoto*. Quod scilicet non *Poetarum* ipsorum *inventis*, sed receptis (ante *Poetas*) *Traditionibus* ortum debuerint. Inde ut *Poetarum* illorum tam *incerta* fuerit *Chronologia*, tamque sibi invicem *dissectanea*. Quod scilicet eorum *ætatem*, non è cœvis *monumentis* didicerint posterius, sed è juniorum *ratiociniis*, cum jam tandem in *lucem* prodissent *Historiæ*. Nam cum *nullæ* extarent quæ primorum *Poetarum*, utcunque *celebrium*, de nomine meminerant, *cœvæ* *Historiæ*; methodus alia nulla suppetebat, unde *ætatem* eorundem colligerent, quam ut à rebus *gestis* argumentarentur, quarum *meminerant* *Poetæ*, & quarum *tempus* habebant in *Historiis* exploratum. Inde tantæ de *Homeri* *ætate* discordiæ, quod res magno *intervallo* distitas ipse memorarit; nec satis accurate res *sibi* cœvas, à rebus sua *ætate* antiquioribus distinxerint.

Sic



Sic & in alio horum temporum Poeta factum docet Clemens Alexandrinus. Non ita in Poetis qui post Historiam scripserunt. Illorum natales obitusque è veris constabant Historiis. Etiam singulorum Poematum ætas è Didascalis, cum jam eorum cura mandaretur annuis Magistratibus. Tum è Magistratum illorum Archivis omnia erant exploratissima, cum Decretis Civitatum publicis, cum festis annuis, ederentur, cum muniis etiam Sacris quotannis redeuntibus immiscerentur. Tum & singulorum Poematum occasiones è coævis Historicis sæpe exhibent Scholiastæ. Non ita in Poetis antiquissimis. Quoties in his occurrunt Historiæ, conjecturas potius suas, quam Facta, dant vetustissimi quoque Scholiastæ, haultas nimirum ex Historiis non coævis, sed recentioribus. Imo erant qui seorsim Historias colligerent quæ aliquatenus facerent ad horum Auctorum sententiam explicandam. Sic in Nazianzeno factum videmus. Sic etiam in Apollonio Rhodio, multis ante Nazianzenum Seculis. Antiquissimorum, ut videtur, Scholiastarum exemplo, qui Poetas omnium antiquissimos explicarunt, qui primos etiam Historicos ætate præcellerint. Erat certe primis Historicis coævus Pindarus. Et in illum Historias Siculas collegit Artemon Pergamenæ Bibliothecæ Grammaticus. Postea nimirum quam Bibliothecam illam Pergamenam instruxisset Attalus Ptolemæi æmulus in illa ipsa causa colligendæ Bibliothecæ. Pindari ipsius ætate nondum mos ille Poetas ex Historiis explicandi receptus est. Et sane qualia monumenta habuerint primi illi Historici, ex Herodoto licet conjecturam facere, qui, si non primis, at saltem secundis Historicis accensendus est, nec multos habuit, etiam ætate, superiores. At paucos admodum Historicos ille de nomine advocat, Hellenicum, Hecatæum Milesium, & Acusilaum, si tamen Historicis accensendus sit Genealogiarum collector Acusilaus. Habet ille quidem Lydorum Regum à Gyge annos quot quisque regnaverit, & res etiam gestas nonnullas certis illorum annis designatas. Hæc potuit è Xantho Lydo haurire, qui paulo erat antiquior, vel etiam è Charonte Lampfaceno, quem Herodoto opponit, velut antiquiorem Plutarchus. Neutrius tamen nomen memorat Herodotus. Et sane manifestum est pleraque illum peregrinantem è locorum, in quibus versabatur, Traditionibus sermonibusque didicisse. Quod utique facere non erat necesse, si qui fuissent in publicum editi, qui hæc illum docerent, Libri. Id quoque monet, si qui fuissent illis, à quibus ea didicit, quæ Scriptis ipse mandavit, etiam in Archivis Libri, quod tamen facit raro. Erant ergo, Herodoti ætate, in illis quos peragravit ipse, locis, nec magno numero, nec admodum antiqua, nec invicem connexa, monumenta. Inde tot illæ, quarum meminit, diætas, aliæ nimirum, diversæque, de rebus iisdem, diversorum Traditiones. Inde & absurde nonnunquam, quarum nec ipse fidem præstat, quas sæpe falsas, sæpius suspectas etiam sibi ipse pronunciat. Hic certe opus erat Historici iudicio, ut veras Traditiones à falsis internosceret. Opus erat etiam diligentia, ne quid lateret quod necessarium esset ad sententiam ferendam. Sunt enim multa in receptis vulgi Traditionibus sæpe falsissima, quæ etiam oculatissimis imponant, ni cum iudicio adhibeatur etiam



^a *Thucyd.* L. 1.
c. 20.

^b *Meurs.* Pifistrat.

^c *Athen.* Deipnof.
L. 7.

Sect. V.
Annalium Histo-
riaque discrimen.
Recte tamen *An-*
nalibus accenseri
potest *Thucydidis*
Historia.

etiam *diligentia*. Hoc in decessoribus suis observavit noster ipse ^a *Thucydides*, & luculentis probavit *exemplis*. Huic scilicet imputat Scriptorum etiam *Atheniensium* socordiae, quod *Hippiam Pifistrati* filium natu *maximum*, post Patrem tyrannum fuisse nescierint. Frustra autem *Thucydidi Platonem*, & *Platonis* sequaces *juniores* opponit ^b *Meursius*, qui etiam moniti à *Thucydide* receptum vulgi errorem suffragiis suis confirmabant. Testis est *Thucydides* ipse *Platoni* antefendus de illo *Seculo*, ut cætera fuissent *pares*. Erat enim illis, de quibus testatur, temporibus *propinquior*, & in illa, de qua agit, stirpe *Pifistratidarum* veritior, quippe ipse eadem oriundus. *Platonem* contra in *Historia* & *Chronologia* negligentissimum probavit ^c *Athenæus*. Hac autem in causa *Thucydidi* suffragatur etiam *Herodotus*, dum tyrannum *Hippiam*, *Hipparchum* autem tyranni tantummodo fratrem agnoscit. Nulla *par* est, quam horum singulis opponat, *Meursius* Auctoritas, nedum *ambobus* invicem *consentientibus*. Profert tamen præterea *Thucydides* è re ipsa petita Argumenta, quæ facile tueri possemus adversus *Meursium*, si id ageremus ex professo. Idem & alia habet exempla errorum receptorum de *Lacedæmoniis*: *Reges* nimirum *Lacedæmoniorum* in suffragiis ferendis, non *singulis* quemque, sed *binis* uti calculis, & *Pitanatem cohortem* apud eos esse, quæ nunquam fuerit. Hoc ergo *diligentiæ* nomine *Veteribus* palmam præcipuit *Thucydides*. Ut sit proinde ipse pro *norma* habendus, in *sui* præsertim *Seculi* *Historiis*.

Quamquam autem res gestas *annuas* pro *annorum*, quibus gestæ fuerint, serie distinxerit *Thucydides*; non tamen erit, si *Gellium* audiamus, propterea *Annalista* appellandus. *Annales* enim *Gellius* ita ab *Historia* distinguendos censuit; ut res *olim* gestas tribuat *Annalibus*; sui autem, quo *vixerit* *Historicus*, temporis monumenta *Historiæ* fuisse potius existimârit. Ita non satis erat ad *Annalium* nomen, si res gestas quispiam suis, quibus gestæ fuerint, *annis* assignârit. Hoc enim *Annalibus* cum *Historia*, pro hac sententia, commune est. Illud ergo *Annalibus* proprium, ut res gestæ, etiam pro *Annalium* ordine dispositæ, Scriptoris fuerint ætate *superiores*. Sic *Tacitus* *Historias* suas à cæde *Neronis* arcessit; *Annales* altius ab exitu etiam *Augusti*. Sui nimirum *temporis* memorias *Historiæ* potius, quam *Annalium*, titulo insigniendas duxit, quamquam *annorum* *Fastorumque* *Consularium* ad fidem illas exegerit. Hanc si sententiam sequamur; & nostri quoque *Thucydidis*, in quibus jam versamur, *Historiæ* erunt, non *Annales*, quippe quæ de rebus agant *Thucydidis* ipsius ætate gestis. Sic illi scilicet *Annales* *Historiasque* invicem secreverunt qui illis vivere *temporibus* quibus jam receptum erat, tam *Annales*, quam *Historias*, per *annos* tamen *singulos* partiri. Sed quod *veterem* potius *Historiam* *Annalium* nomine designarent, exinde fluxit, ni fallor, quod *veterem* *Historiam* fere omnem è *Pontificis Maximi* monumentis publicis hauserint, qui *Annales Maximi* appellabantur, & simpliciter *Annales*, qua quidem *Annalium* à *privatis* collectorum fontes habebantur. Ita ergo quæ *publicis* monumentis non debebant, sed è *sua memoria* hausta *Annalibus publicis* addenda censebant, ea non absurde proprio illo *Historiæ* nomine



nomine complectebantur. Quod scilicet vox ἱστορίαν tantundem valere crederetur, quod *videre*. Sic enim recte *visa* sibi atque *explorata*, nec *Annalium* fide nitentia, hoc nomine *Historiæ* indicabant, qua quidem *publicis* opponenda erant *Annalibus*. Sed apud *Græcos* nullum prorsus locum habebat illa distinctio, qui omnem prorsus rerum *gestarum* narrationem *Historiæ* nomine complectuntur, seu *veteres* illæ fuissent, seu *coævæ*; seu *temporum* ordine *observato*, seu penitus *neglecto*. Et ne quidem apud *Romanos* ipsos distinctio illa perpetua est. Sic enim apud *Maronem*, de rebus à se gestis *Æneas*: ^a *Et vacet Annales nostrorum audire laborum*. Hic *Annales* appellari videmus, quæ proprie erant *Historiæ*, eoque nomine *Annalibus* opponendæ. Proinde *Servius* *Æneam* hoc loco *Pontificis Maximi* Personam sustinere censet. Metuens nimirum ne alioqui *improprie* locutus videretur Poeta accuratissimus. Frustra ille. *Aliam* enim, ni fallor, vocis *significationem* in animo habuit *Virgilius*. Qua scilicet *enormia* quæque præ *magnitudine* Scripta *Annales* appellabantur. Sic *Volusi Annales* apud *Martialem*. *Historiis* enim rerum *capita* summa tantummodo perstringentibus *Annales* singulorum annorum gesta *seorsim* referentes fusiores fuisse consentaneum erat. Utcunque tamen, vel *ita* sui temporis memoriæque gesta *Æneas Annales* appellavit, quod *prolixitatem* narrationis suæ non potuerit *Historiæ* nomine ita commode designare. Qui autem prædicto Poetæ loco pro *laborum* reposuerunt *parentum*, hoc, ut existimo, consilio ita locum corruerunt, ut nomen *Annalium* ad tempora *præterita* referrent. Sed nulla erat *Veteribus* Poetæ *Interpretibus*, *Servio* & *Donato*, Lectionis illius suspicio. Et ne quidem *parentibus* labores illi tribuendi erant, *quorum pars magna* ipse fuerit *Æneas*. *Parentibus* enim ea tribuunt *Auctores* quæ, se nondum *natis*, evenerant; *avis* autem, quæ antea contigerant quam *parentes* ipsi in *lucem* editi fuissent. Sed quid opus est multis? Ne hoc *singulare* in *Virgilio* existimetur, facit etiam *Juvenalis*. Scriptor ipse nitidissimus & decori observantissimus. Sic autem habet ^b:

^a Virg. Æn. i. v. 373.

^b Juven. Sat. vi. v. 102.

Res memoranda novis Annalibus, atque recente Historia. ———

Idem sunt apud illum *novi Annales* & *recens Historia*. Tantum abest ut invicem pugnent, ut volebant illi *Grammatici*. Nobis autem sufficit *impræsentiarum*, quod distinctio illa locum non habeat in *Thucydide*. Hoc enim satis est ut *Historia* illius pro *Annalium* ordine disposita non incommode pro *Annalibus* habeatur.

Sed vero novo suos *Annales* exemplo condidit *Thucydides*. Non, ut olim, per *annuos Magistratus*. Ne quidem, pro *initii* annorum *Cyclicorum* *Civilibus*. *Veteris* enim anni *Cyclici* initium erat à *Gamelione*; *novi* autem ab *Hecatombæone*. Neutrum sibi proposuit *Thucydides*, sed aliud *diversumque*, inter utrumque *medium*. Nam per anni *tempestates* *semestres* annos suos partitus est, *Æstates* *Hyemesque*. Et quidem ita ut *Vernam* *tempestatem* *Æstati* accenseret, *Autumnum* autem *Hyemi*. Erat autem hoc initium rerum *gestarum* na-

Se&. VI.
Annales suos recte Thucydides per Anni tempestates, potius quam per annuos Magistratus, disposuit.

B b b b b b

tura



tura maxime consentaneum. Nempe quo Belli quasdam *inducias* natura ipsa præcipit; quo hostis quantumlibet fervidi progressus anni *aerisque* temperies, ne quidem *sine* hoste toleranda, reprimit; quo denique *novi* utrinque apparatus, *novi* impetus, & quasi *nova* quædam Belli consilia & initia utrinque quotannis expediuntur. Facit enim hæc ratio ut rerum *annuarum* initia à *Vere* commodius, quam ab alia aliqua anni *tempestate*, repetenda sint. Hoc ergo *tempus* in Sacris Literis dicitur, quo solent Reges ad bella procedere. 2 Sam. XI. I. Erat autem, ut supra jam ostendimus, propria quædam *Thucydidi* ratio, cur ab hoc initio *Annales* suos ordiretur. Quod scilicet res gestæ *annuæ*, qua quidem ab hoc initio censentur, *diversis* annuis convenirent *Magistratibus*, tam *Atheniensium* quam etiam *Lacedæmoniorum*. Mense enim *Attico Hecatombæone* inibant *Archontes Athenienses*; *Laconico* autem illo, qui *Macæsterioni Attico* respondebat, *Ephori Lacedæmonii*. Proinde rerum *gestarum* filum abrumpendum erat in medio, si *Annales* suos *Thucydides* ad annuos suorum temporum *Magistratus* exegisset. Tunc enim maxime *fervebant* res Bello gestæ cum *inirent Atheniensium Archontes*. Et ne tum quidem *refruxerant* cum *inirent Ephori Lacedæmonii*. *Alios* autem *Magistratus* annuos, ut è primo Belli anno constat, non habuit ob oculos *Thucydides*. Hanc autem consilii sui *rationem* agnoscit noster Auctor, cum ait parum accuratam fore *Historiam* quæ ad *Magistratus* fuisset accommodata. Id enim volunt verba ejus illa: ^a εἰ δὲ ἀνεβίβης ὅτιν οἷς ἐν ἀρχαῖς αἰσῶν, ἐν μεσσην, ἐν ὅποις ἐπύχε τῶν ἐπισημῶν π. Cum *binis* enim, ut dixi, quotannis *Archontibus Ephorisque* concurrebant res Bello gestæ, *Vere* cœptæ, & cum se exercitus in *hiberna* reciperent, finiendæ. Uno autem *perpetuoque* filo totius anni Bellum complectuntur *Annales* à *Vere* inchoandi. Nec ullus hic *hiatus* erat, *gestarumve* rerum *interruptio*. Itaque consultò *Thucydides* res gestas annuas per *tempestates* anni disponendas esse censuit.

^a Thucyd. L. v. c. 20.

Seç. VII.
Tempestates suas
arcesserat à mensum
Lunarium
Civilium initiis.

Sed vero *tempestates* suas in anni forma, quæ tunc recepta est, *Lunari* à mensum *Lunarium* *initiis* arcessivit. Notum enim habuerit oportet, certumque *diem*, quo *Æstates Hyemesque* essent inchoandæ, ut de rebus singulis pronunciare posset, essentne illæ *Æstati*, an *Hyemi* potius, assignandæ. Alioqui *dubia* fuissent *Æstatum Hyemumque confinia*. Non potuit autem *diem* illum futurum designare *aeris* seu *Hyemalis* seu *Æstiva* temperies pro *annorum* ratione *ipsa* quoque diversissima, nec ad leges aliquas revocanda. Et ne quidem *siderum* ortus aut occasus sedem aliquam certam sibi vindicare poterant in forma mensum *Lunarium*, sed in *Parapegmate Solari* quod non omnes exploratum habebant. Utcunque tamen ita *loqui* solebant quasi pari gradu procederent cum *Parapegmate* menses illi *Croiles*, etiam *Lunares*. Nempe populari sermone, qui discrepantiam in rebus gerendis non admodum insignem prorsus negligebat. Ita ^b *mensibus* certis *Solstitia* assignabant atque *Æquinoctia*, quæ tamen ambo in *binis* mensibus *Lunaribus* locum habebant. Ita etiam anni *tempestates* invicem per *menses* receptos fecernebant, ut singulis menses *ternos* concederent, etiam *Lunares*. Nec tamen interim nesciebant *tempestatum* notas

^b Diff. I. §. 15. 16. 17.



Parapegmaticas ultra illos limites, & *citra*, reperiri. Sic menses *Ver- nales*, *Æstivales*, *Autumnales*, *Hyemales*, in forma anni *Attici*, ut invicem distinguerentur, observavit è Veteribus *Gaza*, & post illum *Scaliger*, *Petavius*, aliique juniores. Etiam in Rebus *Rusticis*, quæ majorem postulant *æxelsæar*, binos tamen potius menses *Civiles Lunares* præcipit *Theophrastus*, quam notas *tempestatum Parapegmaticas*. Non ita proculdubio factururus, nisi notæ *tempestatum* è mensibus *Civilibus* vulgo notiores fuissent quam è *Parapegmate*. Erant enim certe, si innotuissent, *Parapegmatis* notæ longe accuratiores. Sed nullus erat apud *Græcos* Scriba *Flavius*, qui *Cycli* integri *Parapegma* vulgo notum fecerat. Quæ autem vulgo prostabant *Parapegmata*, ea motus *Solares* in mensibus *Civilibus* delignabant *Lunaribus*; nec adeo poterant *se- quenti anno* utilia esse, præterquam illis qui *Solis* ipsius in *Cyclo uni- verso* motus haberent exploratos, quales admodum paucos extra Colle- gia *Sacerdotalia* fuisse verisimillimum est. Hoc certe consilio menses *Lunares* receptos testatur *Geminus*, ut *festa patria* tempore *legitimo* agerentur, *Numini* ingrata futura si alio tempore agerentur quam *legi- timo*. Erant autem in his nonnulla tempestatibus *affixa*, quæ scilicet *frugibus* dicarentur quotannis in orbem redituris. Erant & *Lunis* af- fixa, ut *Novilunia* ipsa atque *Plenilunia*, cum tamen à motibus *Lunæ cælestibus* admodum discreparent *Novilunia* atque *Plenilunia Civilia*, idque ita se habere *Cycli* ipsius *conditori* esset compertissimum. Nec tamen propterea metuebant alio tempore quam *legitimo* reditura esse, dum eo tempore celebrarentur quod postulasset *Cyclus patrius*, qui mo- dum præscripsit *patrium* mensium *Civilium Lunarium*. Inde palam est, non esse quod miremur si *mediocres* à *Zodiaco* discrepantias neglexe- rint *Veteres* in festis *Lunarium* mensium certos dies incurrentibus, cum *Lunæ Civilis* longe *maiores* discrepantias neglexerint in festis *Lunæ* ipsius *Religione Sacris*. Vetuit enim ipsa *Religio* ne alii men- ses *Civiles* quam *Lunares* esse possent. *Novilunia* enim & *Plenilunia* ipsa summo erant in honore, non solum apud *Ebræos*, verumetiam apud illos (de quibus jam loquimur) *Græcos*. Ita quidem ut inde nonnunquam capiârnt *auguria*. Ea de causa à pugna *Marathonia* fertur abfuisse *Lacedæmonios*. Sed & alios quoque *Lunæ* dies *Græcis* ^{a Herodos.} celebres memorat Poeta vetustissimus ^{b Hesiodus.} *Hesiodus*. Mitto jam juniorum ^{b Hesiodus.} minoris facienda testimonia. Nec tamen obstabant *Cycli* veterum *vi- tiosissimi* quo minus *legitima* haberentur *Novilunia* & *Plenilunia*, si pro norma *Cycli patrii* agerentur, etiam cum *diversissima* essent à *No- viluniis* *Pleniluniisque Cælestibus* *Novilunia* & *Plenilunia Civilia*. Imo cum *contraria* omnia designarent. Jam enim ostendimus in *Cyclis* vetustissimis *Novilunia Civilia* per *omnes* *Lunæ Cælestis* dies aberrasse, ut etiam in ipsa sæpe incurrerint *Plenilunia*. Imo ne quidem nesciis *Cyclorum conditoribus*, qui ita *Lunam* unam absumebant ex *Emboli- morum* numero, in *Cycli fine* detrahendam. Non erat itaque cur morarentur longe *minores* discrepantias in *Civilibus* mensibus *Lunaribus* cum *Zodiaco* committendis. Erant, fateor, apud *Romanos* feræ non- nullæ *annuæ conceptivæ*, in alios aliosque *Civilium mensium dies*, pro



Pontificum arbitrio, incurrentes. Apud *Græcos* talium *feriarum* mentionem nullam observavi. Et tamen *certis* mensium *Lunarium* diebus *Ver Sacrum* concludi constat apud *Livium*. Et quidem ipsorum *Pontificum* decreto. Et alias quoque *ferias Rusticas* diebus mensium *Lunarium Civilium* *certis annexas* observavimus. E quibus omnibus abunde, ni fallor, manifestum est, de *modicis* non admodum laborasse *Veteres*; nec *vulgo* innotuisse accuratiores *Solarium Parapegnatum* in statuendis *tempestatum annuarum* limitibus rationes. Et sane ad *vulgi* captum accommodandæ erant *Historiæ*. Ita rem fuisse de *Facto* ex ipsis *Annalibus* constabit.

Sect. VIII.

Modicas à Zodiaco discrepantias in *anni tempestatibus* designandis ne quidem morabantur *Cyclorum* conditores. Nec, ut videtur, in *Cyclis suis Paschalibus* *Judæi*.

Habebant, fateor, in animo *Cyclorum conditores*, ut spatia *Civilium annorum* tandem cum *Solis* motu convenirent. Iisdem tamen *ipsis* exploratum erat *quotannis* paria cum *Sole* facere non potuisse annum *Lunarem*, quique mensibus *Lunaribus* *Civilibus* constabat. Itaque quod *singulis annis* non licebat, id *multorum annorum* certo quodam *circuitu*, quem *Cyclum* appellabant, conficiendum arbitrabantur. Ut nempe *tandem* aliquando ad *eandem*, etiam in *Zodiaco*, initia rediret par numerus *annorum Solarium* *annorumque Civilium Lunarium*. Id quoque operam dabant, ut ne quidem *interim* longius invicem discederent, in *annis* etiam *intermediis*, quam *curfus* utriusque *natura* pateretur. Ut ergo *Lunæ* ipsius *Periodi* ita cum *Solaribus* *Periodis* conciliabantur; sic etiam *tempestates* *Anni* per *menses* (qui in usu erant *Civili*) *Lunares* supputandas cum *Zodiaco* *Veteres* conciliasse consentaneum erat. Redibant enim & *ipsæ* tandem, *Cyclo* evoluto, ad eundem *Zodiaci* apicem; nec *longius* *interim* ab eo discedebant, quam ferebat modus *mensium Lunarium*. Hoc, ne quidem in *Cyclis accuratissimis*, præ se ferebant seu *Meton*, seu *Calippus*, nulla fore in *annis mediis* *Noviluniorum Civilium à Cæli* apparentiis *diffidia*; sed egregie se munere suo defunctos arbitrabantur, si foret *discrepantia* (quam fieri posset) in *mediis minima*, & in *Cyclorum suorum* *ἀποκρίσεις* plane *nulla*. *Scrupulosiores* ergo, quam par erat, *Cyclorum Paschalium* *Christianos* conditores fuisse suspicor, qui, quoniam primo ab *Æquinoctio* *Plenilunio* *Judæos* legerant *Pascha* suum celebrasse, proinde cavebant, ne in *Cyclis* suis *Luna Paschalis* unquam *Æquinoctium* anticiparet. Certe *Judæos* *Calippicam* *Periodum*, quæ eadem *mensium Civilium* erat *Lunarium*, à *Græcis Macedonibus* accepisse, ni fallor, evicimus. Hoc autem si verum, fieri vix potest ut illi *nostris* in ea *Religione* (dicam?) an verius *Superstitione*, præiverint. *Athenienses* à *Solstitio Æstivo* annum suum *Civilem* inchoasse constat. Cavebantque adeo tam *Calippus* ipse, quam ante illum *Meton*, ut *Cycli initio*, *proximo* à *Solstitio* *Novilunio* iniret *Civilis Hecatombæon*. In *annis* autem *Cycli mediis* non adeo metuebant si *Civilis* ille *Hecatombæon Solstitium* anteverteret. Nec *patriis* *numinibus* minus *grata festa* illa existimabant, quæ non aliis quam *Cycli patrii erroribus* à vero situ deflecterent. *Solstitium* *Metonis* die *Junii Juliani* *xxvii^o*. docet fuisse *Ptolemæus*. Nec ulla adhuc de *punctorum Cardinalium* *ἀποκρίσεις* suspicio, nec alia sentiebat de *Solstitio* à *Metone* *Calippus*. Sæpius tamen ante diem illum *Junii* inivisse



inivisse *Hecatombæonem* è nostris constat *Tabulis*, pro utriusque mente, tam *Calippi*, quam *Metonis*, duce *Gemino*, concinnatis. Hæc tamen obiter, quod ad *Cyclos* attinet *Paschales*.

Itaque nihil obstat quo minus Anni *tempestates* mensium *Lunarium* Civili usu determinandas, *diversis* Cycli ejusdem *annis*, cum *aliis aliisque* committerent *Veteres Zodiaci* apicibus. Sic autem *menses* suis assignabant *tempestatibus*, ut *singulis* convenirent *tempestatibus* menses in anno *communi* terni. *Veri* (quod *Æstati* suæ *semestri* accenseret *Thucydides*) cedebant *Munychion*, *Thargelion*, *Scirrhophorion*. *Æstati* proprie sic dictæ, *Hecatombæon*, *Metageitnion*, *Boedromion*. *Autumno*, *Mæmactæon*, *Pyanepsion*, *Posideon*. *Hyemi*, *Gamelion*, *Antheſterion*, *Elaphebolion*. Estque hic circuitus anni *Thucydidei* communis. *Intercalaris* annus hoc uno discrepabat, quod mensis *XIII^{us}*. *Posideon* secundus, non *Autumno*, sed *Hyemi*, accederet, quæ anno *intercalari* *Posideonem* illum completebatur *secundum*, *Gamelionem* atque *Antheſterionem*. Ita factum ut *Ver* solum illius anni *auctius* esset, *quaternisque* constaret mensibus, *Elaphebolione*, *Munychione*, *Thargelione*, *Scirphorione*. Sic equidem numerare *Thucydidem* (quod nondum ab aliis, quod sciam, observatum est) infra, ut opinor, ostendam.

Incertum est profecto meliùsne *tempestates* designare possent *Veteres* per notas etiam *Parapegmaticas*. Erant enim etiam *ipsæ* in rudiori illa *Astronomia & dubiæ*, interque se admodum *diversæ*. Alii illas à *Punctis* *Zodiaci Cardinalibus* arcessiebant, *Solstitiis* nimirum atque *Æquinoctiis*. Et ne quidem de *punctis Cardinalibus* inter se consenserunt. Alii enim à *primis* Signorum, in quibus committuntur *Æquinoctia* atque *Solstitia*, *gradibus* numerabant; Alii ab *octavis*; Alii denique à *mensibus* in anno *Juliano* *mediis*. Erant præterea qui ab ortu occasive *Siderum* supputandum potius esse censebant, à quibus pendere credebantur *aeris* mutationes in *mutatione tempestatum* insigniffimæ, qui tamen *ortus & occasus* *mediis* fere inter *puncta Cardinalia* spatiis solebant assignari. Illos necesse erat à prioribus, in constituendis Anni *tempestatibus*, *dimidia* saltem ex parte discrepare. Alii diffidebant adhuc *longius*, ut scilicet, in *ipsis Zodiaci Signis*, *inde ipsi* *tempestatum* initia deducerent, *unde* fines earundem *tempestatum* *alii* numerarent, à *quocumque* demum Signorum *gradu* numerantur. Pro horum calculis nulla *tempestatum* *ejusdem* pars cum *eadem* *tempestate* concurrebat, si ad *primorum* normam calculus exigeretur; sed quæ primi *Veri* imputabant, eadem hi *Æstati* assignabant. Et sic in reliquis Anni *tempestatibus* pro eodem exemplo censuerunt. Alii denique ne quidem *Cæli* rationem habebant, sed ab *aeris* mutati vel *Signis*, vel *Prognosticis*, in *aeris* infima regione judicabant: Ab ortu *Favoniorum*, ab *hirundinum* accessu vel recessu, à *papilionum* proventu, à ventis *Etesis*, à *pluviarum procellarumve* *indiciis præcedaneis*. Sic nihil certum accuratumve designabunt temporum notæ à *tempestatibus* desumptæ, nisi antea *consilium* exploratum habeamus eorum qui primi *annos*, *annorumque* *Cyclos*, in *Civilem* usum receptos, instituerunt. Tanta ergo cum fuerit apud *Veteres* *incertitudo* in *notis* *tempestatum*

Sect. IX.

Quos menses Lunares quibus tempestatibus assignarint Athenienses.

Sect. X.

Notæ etiam Parapegmatica tempestatum apud Veteres alia atque alia. Omnes tamen Romano accommodatæ, quod habemus etiamnum in forma Juliana.



etiam *Parapegmaticis*; non erat profecto cur has *tempestatum* per menses *Populares* distributiones declinarent. Erant enim ipsæ magis *notæ*, nec multo gravioribus *difficultatibus* obnoxia. Hoc autem agimus impræsentiarum, ut intelligatur, quo pacto committendæ sint *Veterum Græcorum notæ Chronologicæ* cum *Anni Solaris* forma illa, quæ obrinet hodieque, *Juliana*. Sic demum enim utiles erunt in *Anni partibus* designandis *notæ* *Annalisticæ* omnium antiquissimi, futuræ alioqui prorsus inutiles. Perierunt *Veterum Parapegmata Solaria* ad quæ exigendi erant, pro mente *conditorum*, *Lunares Cycli*, siquæ *fixæ* sedes quærentur in *Zodiaco*. In hac ipsa tamen forma *Juliana Romanum* habemus *Parapegma*, ut in *Dis. X.* ostendimus. Et cum *Romano Parapegmate* gentium aliarum *Parapegmata Veteres* contulerunt. Sic enim *Plinius, Ptolemæus & Rerum Rusticarum Scriptores*, tam *Græci* quam *Latini*. Non itaque absurde illud pro *norma* habebimus, qua quidem nullam *discrepantiam* observarunt *Parapegmatum collectores*.

Sect. XI.
Ad Epocham hæc
pocius U. C. Var-
ronianam, quam
Periodi Julianæ,
exigenda.

Formam porro *anni Juliani* illam intelligimus quæ à mense incipit *Januario*, illam nimirum eandem quam intelligunt *Chronologi* in *Periodo Juliana*. Epocham tamen *Urbis Conditæ* deligendam censuimus potius quam *Periodi Julianæ*, quod propius faciat ad committendas invicem *Historias Gentilium* antiquissimas, *Græcam* scilicet atque *Romanam*. Placuit autem ratio supputandi *Varroniana*, quod ab anno *Claudii Seculari, Christi XLVII. Urbis DCCC.* illà deinceps in *Civilem* usum recepta fuerit, in annis saltem *Secularibus centesimis*. Non ita *Capitolina*, aut *Catoniana*, aut *Polybiana*, aut *Fabiana*, aut antiquior aliqua alia quocunque demum nomine appellanda. Et *brevior* illa est *Periodo Juliana*, nec adeo *calculi vitiiis* obnoxia. Poteritque etiam ipsa satis *facile*, imo *breviori supputationis* labore, ad usum aptari *Chronologicos*. Rejice enim, per *Regulam perpetuam*, ex annis Epochæ *Varronianæ* XVI. Reliquos vero divide per XXVIII. Dabit quod supererit annum *Cycli Solaris*. Si annum *Cycli Lunaris* quæras, Rejice similiter ex annis Epochæ *Varronianæ* XI. Quod superest partire per XIX. Reliquum habebis annum, quem quæris, *Cycli Lunaris*. Etiam *Indictionem* (siquis tamen *Indictionum* usus sit antiquissimis hisce, de quibus agimus, temporibus) pari facilitate reperies. Epocham enim *Varroniana*, ne uno quidem anno mutilata, per XV. divisa, reliqua erit ipsa illa, quam quæris, *Indictio*. Estque semper annus hujus Epochæ à IV^{is}. primus *Bissextilis*. Sufficit autem ut in eo *numero Bissextilis* quæretur, qui *redundat* supra *centenarios*. Justis enim *quartis* omnes constant *centenarii*. Et annos *Olympicos* in eadem Epocham facile reperies, qui semper sunt à *quartis secundi*. Sic facilis erit *Græcæ Romanæque* *Historiæ* commissio. Nec ulla prorsus erit necessitas ut anni *Urbis Conditæ* ad *Periodum* redigantur *Julianam*, cum eadem omnia in hac ipsa *Epocha* reperiri poterunt quæ in *Juliana*; & quidem multo, quam in ea, *facilius*. Ne quid autem deesse videretur, addidimus & *illam*, & Epocham *ante Christi Æram receptam*, & *Magistratus annuos*, Ephoros scilicet atque Archontes, annosque *Sacerdotum Argivarum*. Hæc quoque *Thucydide* præeunte, qui primum *Belli Peloponnesiaci* annum his omnibus *notis* insignivit.

Antea



Antea tamen quam ad *Annales* ipsos progrediamur, *initium* statuen-
 dum est unde *Annalium* suorum seriem supputavit ipse *Thucydides*. Ea
 potissimum de causa, quod non *unum* exordium ipse diversis in locis
 observârit. Cavendum ergo ne *confusio* aliqua inde oriatur, si quæ ab
 uno Exordio deduxit Auctor, ea Nos ab *alio* arcessamus. Sunt autem
 ea duplicia : aliud *rerum* ipsarum in hoc Bello *Peloponnesiaco* gestarum ;
 aliud *tempestatis* in qua gesta fuerint. Duo autem *gesta* sunt à quibus
 Bellum, de quo agit, *Peloponnesiacum* ortum censet habuisse *Thucydi-
 des*. Et quidem dierum LXXX. intercapedine invicem remota. Horum
 prius erat occupatio *Platææ* à *Thebanis*. Hinc enim arcessit *apertam
 fœderis violationem*. Verba *Thucydidis* sunt : *λελυθῆσαν λαμπρῶς ἡ σπονδῶν*.
 L. II. 7. Hujus Facti *tempus* ita accuratis *notis* designat, ut facile in-
 telligamus, *inde* illum Belli hujus *universi originem* deducere. Nempe
 anno tribuit *σπονδῶν πριακοντέτων* XV. L. II. 2. quarum viz. meminerat
 L. I. 115. Hæ erant *σπονδαὶ* quas tum primum observavit *manifeste*
 fuisse violatas. Hoc ait contigisse *Πυθόδωρος ἔτι δύο μῶνας Ἀρχοντος Ἀθηναιῶν*.
 Recte Interpres: *Pythodoro, qui tunc Athenis Archon erat, duo præ-
 terea menses ad integrum Magistratus annui tempus absolvendum ad-
 huc supererant*. Male autem *Scholiastes*, qui ita *Thucydidem* intellexit
 quali *duos* tantummodo menses *implevisset* in Magistratu *Pythodorus*,
 decem autem præterea restarent alii implendi antea quam officio disce-
 deret. Sed pugnat anni *tempestas* quo minus ita *Thucydides* sentire
 potuerit. Et vox ἔτι fatis erat ne de aliis quam *residuis* mensibus *Thu-
 cydides* intelligeretur. Addit postea fuisse *ἄμα ἡεὶ ἀρχομένης*. Hæc nota,
 ut cum præcedenti concilietur, de *fine* mensis Vernalis *primi* necessa-
 rio intelligenda est. Inde enim duo alii menses supererant ad sequen-
 tis *Archontis* Hecatombæonem. Nec id incongrue, pro moribus *Athe-
 niensium* receptis. Sic enim *trimestres* Anni *tempestates* invicem distin-
 guebant, ut *Tempestatum initia* mensibus assignarent *primis, media se-
 cundis, exitus* autem *tertiis*. Ad eundem plane modum quo *menses*
 etiam *singulos* in *tres* partiebantur dierum *decadas*, primam *ἰσαυρίας*, se-
 cundam *μεσσηνίας*, tertiam *φθίνοντος*. Sed *diem* illum, quo *Platæa* occu-
 pata est, mensis fuisse *τελευτῶντος* dicit *Thucydides* II. 4. Idem alibi
ἡεσπυρίαν appellat, III. 56. 65. Proinde *Neomeniæ* mensis secuturi
proxima fuerit oportet. Nam *Neomenia* ipsa certe esse non potuit
 quæ ad mensem spectabat *τελευτῶντι*. "Eνν enim ea non *νέα* fuerit ap-
 pellanda, pro sermone *Atheniensium*. Nec tamen ab eodem sermone
 abhorrebat ut *πριακῆς* tam *νέα* appellaretur quam *ἐνν*. Nempe è decreto
Solonis. Sic ad illam quoque aliquatenus spectârit *ἡεσπυρίας* violatio,
 ut volebant *Platæenses*. Situm hunc ostendunt *fatales* illæ *Thebanis*
tenebræ. Thucyd. II. 4. Recte ergo ἡ καὶ σελυῖω μὲν οὖν σπόδον fuisse
 observavit *Scholiastes*. Cum scilicet ad veras *Lunæ* rationes *proxime*
 accederent rationes mensium *Lunarium Civilium*, hoc ipso anno (qui
Cycli Metonici primus erat) à *Metone* castigatæ. Diem ergo *Muny-
 chionis Attici* (qui mensis *Vernus primus* erat) *ultimum* designavit,
 ut existimo, *Thucydides*, *Maii-Juliani* VII^m. quem hic pro *Belli* die
primo habet. Et tamen hunc eundem mensis Verni primi diem *ultimum*
 Veris

Sect. XII.
 Origo Belli Tele-
 ponnefiaci ab oc-
 cupata à Thebanis
 per infidias Pla-
 tææ.



Veris initio tribuit, quod saltem in *mensē* Verno primo locum haberet. Sic ille accurate *tempeſtates* suas ad *mensēs*, uti dixi, *Civiles Atticos* exegit, cum hunc *mensē integrum* Veris tantummodo initio assignaret.

Se&. XIII.
Origo ejusdem
alia ab irruptione
Peloponnesiorum
in Atticam.

Ita *Bellum* cœptum est *Atheniensium* cum *Thebanis*, qui suam quoque partem habebant in *induciis tricennalibus*. Cum *Peloponnesiorum* Corpore aliud initium observavit *Thucydides*, à primo *Peloponnesiorum* Facto *hostili*. Nempe à *Lacedæmoniorum* irruptione in *Atticam*. Hanc certe εἰσοδῶν pro Belli ἀρχῇ habet L. V. 20. Hanc autem irruptionem diei tribuit ab occupata *Plataea* LXXX. Sic enim habet: Οὕτω δὲ ὀρμήσαντες ἀπ' αὐτῆς, μὲν τὰ ἐν Πλαταίᾳ τῷ εἰσελθόντων Θηβαίων ἡμέρᾳ ὀγδοηκασῆ μάλιστ', τῷ δέρεος καὶ τῷ σίτου ἀκμάζοντος, εἰσεβαλον ἐς τὴν Ἀθηναίων. II. 19. Dies à prædicto die LXXX^{us}. in *Kalendario Juliano* dies erat *Julii* XXVI^{us}. in *Kalendario Attico Hecatombæonis* XXI. Vere jam exacto, cœptaque *Æstate* etiam *trimestri*. Hoc ergo ipso die in agrum *Eleusinium* venerit *Archidamius*. Conveniunt satis apte notæ hujus temporis *Thucydeæ*. *Mora* nomine male dicit audiisse apud suos *Archidamum*. Quod nempe *senior* illa videretur *Expeditione* quam pro *Anni tempestate* esse potuit *Expeditionibus* idonea. Hoc tempus erat δέρεος ἀκμάζοντος. Quod erat sane de *Æstate Thucydeæ semestri* verissimum. Imo de *Æstivo* etiam *calore*. Et *messis* illam *triticeam* ἀκμῶν fuisse è *Kalendaris Romanorum* *Rusticis* facile colligimus. In *Kalendario Rustico Gruteriano* *messem hordeaceam* *mensē Julio*, *frumentariam* autem & *triticeam* (quæ maximi erat in hac causa momenti) *Augusto* *mensē* legimus. p. 138. Etiam inter *Solstitium* VI. Kal. Jul. & *Caniculæ* ortum IV. Id. Aug. ponit *Varro* R. Rust. L. I. c. 32. Inde *feriæ messivæ* primæ *Romanis Julio* exeunti assignatæ, cum jam reciperetur passim forma illa, de qua loquimur, *Juliana*. Sed ἀκμῶν illa non de *messe*, sed de *maturitate*, intelligenda. Eo enim consilio in agrum *Atticum* irruperunt *Peloponnesii*, ut *messem* nondum collectam ipsi corrumpere. *Vastationem* illam agri *Attici* voce τέμνειν designavit *Thucydides*. Unde colligimus *messem* illius anni non *Athenienses*, sed *hostes* percepisse *Lacedæmonios*. Nec sane legimus, cum res suas alias, sub *Lacedæmoniorum* adventum, in *Urbem* conferrent, *fruges* aliquas (quæ tamen *obsidendis* maxime necessariæ erant) *Athenienses* importasse. Nec illud modo. Addit præterea *Thucydides*: χέρον τε πολὺν ἐμμέναντες ἔτεμον. Innuens nimirum eam *Segetis maturitatem*, quæ tamen *falcem* non fenserit, cum venirent *Lacedæmonii*. Alioqui *diutina* esse non potuit *messis* illa *hostium* prædatoria. Duæ ergo notæ illæ ita *irruptionis tempus* in arctum contrahunt, ut longe sane abesse non potuerit à *die* illa, quam assignavimus, in forma *Juliana*. Nec immerito *quartum* *semestris* *tempeſtatis mensē* habet pro *Æstatis ἀκμῇ*. Si enim *tripertito* *Æstas* universa distribuatur, *mediam* partem ejus occupabit.

Se&. XIV.
Origo annorum
Thucydearum
vera ab initio
mensis Vernalis
primi.

Cæterum de *induciis* post annum *Belli* x^m. *mensē Elaphebolione*, *dieque* *mensis* xxv. factis ita scribit *Thucydides*: Αὐταὶ αἱ ἀπονδοὶ ἐγένοντο τελευτώντων τῷ χειμῶντος ἅμα ἦεν, ἐκ Διονυσίων εὐδύς τῷ ἀσικῶν, αὐτοδευκατῶν δειλόντων, καὶ ἡμερῶν ὀλίγων παρενεγκασῶν, ἢ ὡς τοιαύτου ἢ εἰσοδῶν ἐς τὴν Ἀθηναίων, καὶ ἡ



ἀρχὴ τῆς πολέμου τῆς ἐξήκοντος. Locus utilissimus est hic ad totam Thucydidis Chronologiam; idem tamen, qui intelligatur, difficillimus. Decem profecto ^a annos integros, & dies præterea paucos elapsos indicat ab illa irruptione Lacedæmoniorum ad has, de quibus hoc in loco agit, inducias. Et tamen ne decennium quidem integrum est à Julii die xxvi. ad Aprilis xiii. qui Elaphebolionis illius diei xxiv. respondet, in forma Juliana. Et ne quidem in forma Attica ab Hecatombæone ad Elaphebolionem. Tam longe abest ut hic decennium impleatur, ut ne quidem à priori initio Munychionis ultimo, quo Platæam occupatam ostendimus, decennium absolvetur. Sed hoc ipso loco monet Thucydides, se annos suos per Æstates Hyemesque, semestres scilicet, supputare. Sic decem Æstates & par numerus Hyemum justum illius decennium absolverit. Sic enim ipse: καὶ δὲ ἴση ἡ χειμῶνας ἀειμῶν, ὡσαύτῃ γάρραται, εὐρήσεις ἐξ ἡμοσίας ἐκτάτες, ἢ ἐνιαυτῶ πῶ διαίρων ἔχοντες, δέκα μὲν δέση, ἴσους δὲ χειμῶνας τῶ πρῶτῳ πολέμῳ τῆςδε γήρατος. Hoc vult nimirum, se non ab ea Æstatis parte, qua in Atticam irruerint Peloponnesii, numerare, aut qua Platæam Thebani occuparint; sed ab illius Æstatis initio. Ita scilicet ut Æstatem, quæ prima Belli fuerit, designaret prima Peloponnesiorum irruptio, à cujus initio Belli deinceps anni numerandi essent. Sic recte procedent omnia. Ait enim has inducias fuisse τελευτῶντος τῆς χειμῶνος ἅμα ἤει. Inde enim colligit, absumpta jam decima Hyeme, quæ posterior tempus annuarum, proinde necessàrio decem similiter Æstates ad finem esse perductas, quas simul junctas ipse pro completo habuerit decennio. Proinde ad undecimum annum spectare partem illam novi Veris quam tum labentem supponunt verba illa: ἅμα ἤει. Ver enim ille Æstati accensere solebat, ut diximus, quæ, in hac supputandi methodo, fuerit undecima. Et cum dies tantummodo memorat duntaxat paucas παρενεγκύσας, indicat profecto nondum ad justum mensem surrexisse paucos illos undecimi Veris dies. Sed quomodo vel ita, inquires, ad undecimam Æstatem spectare potuit Elaphebolion, cum Æstas prima iniret à Munychione, qui Elaphebolionem sequebatur? Nempe propterea quod annus Cycli xiiii. intercalaris erat. His enim annis ad Veris rationes accessit mensis quartus, quod hoc proinde anno cœperit ab Elaphebolione. Obiter autem Observandum verbis illis ἅμα ἤει, quæ in corvis Thucydidis Auctoribus Herodoto & Xenophonte occurrunt satis frequentia, non primi mensis initium semper intelligendum esse. Hic enim designat diem ejus (qui cavus erat) xxiv^m. nec adeo longe à finē illius remotum. Quoties ergo verba illa occurrunt, hoc saltem intelligendum, nondum elapsum mensem Vernæ tempestatis primum.

Cæterum priorem illam Epocham Historicam ait Thucydides fuisse post xiv^m. annum ab induciis tricennialibus à capta Eubœa mox initis, cœpto autem anno xv^o. Sic enim ejus habent diserta verba: Τέσσαρα μὲν δὲ καὶ δέκα ἔτη ἐνέμεναν αἱ πελοποννησίου ἀπορροαί, αἱ ἐξήκοντο μετ' Εὐβοίας ἀλώσειν τῶν δὲ πέμπτω καὶ δεκάτῳ ἔπει, &c. Refertque illa ad rem Platææ gestam à Thebanis. L. II. 2. Idem tamen postea Plistoanactis irruptionem in Atticam annis xiv. antiquiorem censet. Et quidem quo loco agit de posteriori Archidami irruptione, quam re gesta ad Platæam diebus lxxx. recentio-

Sec. xv.
Sic anno ante Bellum -xiv. Expeditionem Plistoanactis censet Thucydides, quæ fuit alioqui anno xv. si à die & mense censeretur.

C c c c c rem



rem *Thucydidis* ipsius testimonio probavimus. Quamquam autem cum hac *Archidami* irruptione anni hujus *xiv*ⁱ. mentionem junxerit *Thucydides*: non tamen, ut videtur, in illa eorum finem posuit, sed in ipsius *Belli* potius, ut videtur, initio. Idque fortassis innuunt illius verba: μαμνημόσι (loquitur de *Atheniensibus*) ἡ Πλειστονάκτα ἢ Παισωνίε Λακεδαιμονίων βασιλεία, ὅτι ἐσβῶσαν ἡ Ἀθηναῖς ἐς Ἐλευσίνα ἢ Θείωζε στρατῷ Πελοποννησίων, ΠΡΟΤΟΤΑΕ ΤΟΥ ΠΟΛΕΜΟΥ τίσασσι ἢ δέχθ. ἔπειτα, ἀνεχώρησε πάλιν, ἐς τὸ πλεον ἔκειν ἀεθιδών. L. II. c. 21. Intelligit ergo non hoc *posterius* initium, quamquam cum *quatuordecim* annorum mentione conjunctum. Imo ne quidem *prius* à re gesta ad *Platæam*, quam ipsam etiam *Belli* anno assignat *xv*^o. Erat enim certe illa *Plistoanactis* Expedition non *induciis* modo *tricennialibus* superior, verumetiam capta *Eubæa*, (post quam *secutas* inducias ipse testatur,) imo *par* ipsi *Periclis* Expeditioni in *Eubæam*. Nam post *Plistoanactis* reditum, rediit *Pericles* in *Eubæam*, eamque *Atheniensibus* subegit. Sic etiam Auctor noster L. I. § 14. Et post *subactam Eubæam*, tum demum sequebantur *induciae*. Quomodo ergo annum *xv*^m. ab *induciis* censet *Thucydides* ad hujus *Belli* initium, si quidem ab irruptione *Plistoanactis*, quæ inducias *præcessit*, annum tamen numerat tantummodo *xiv*^m? Vix poterunt hæc referri ad *Archontem semestrem*, qui tamen aliis omnibus *Archontibus* annuis *junctus* pro annuo habitus fuerit, ut quando annos à fuga *Xerxis* ad initium *Belli Peloponnesiaci* supputat *quinquaginta*. Sic enim *xv*^o. anno *exeunte* cœperit *Bellum*, cum *Archonti xv*^o. duo duntaxat superessent *menses*. Ita res si fuisset, incommode *irruptionem* induciis *priorem* ad annum retulisset *xiv*^m. jam *novo* anno ad *exitum* vergente. Crediderim potius, pro more suo (quem ostendimus) intelligendum esse *Thucydidem*. Ut scilicet irruptio illa *Plistoanactis* induciis *antiquior* ad *Æstatem* referenda fuerit quæ hanc *primam* *Belli Æstatem* præcellerit *xiv*^m. Ita cum *Æstas* ipsa *Belli Olympiadis* fuerit *lxxxvii*^o. $\frac{1}{2}$. *xiv*^a. ista *Æstas Olympiadis* fuerit proinde *lxxxiv*^o. $\frac{3}{4}$. Et quidem satis commode. *Induciae* enim ipsæ erant *Ol. lxxxv*. 3. Nempe *exeunte*. Proinde etiam *Atticæ* devastatio à *Plistoanacte* quæ inducias *præcessit*, erat etiam ipsa *mensis Vernali primo*. Sed, ut videtur, *ineunte*. Si enim *mensis Vernalem primum* præcellisset, fieri non potuit quin in *Hyemem* saltem *ante Æstatem* *Belli primam xv*^m. incidisset. Nec sane res à *Pericle* gestæ, post reditum *Plistoanactis*, ad *Eubæam* ante *inducias* *moram* aliquam admodum *diutinam* exigebant. Erat enim in *propinquo Eubæa*; nec *signis* invicem *collatis*, sed *terrore* potius *rengestam* fuisse *verisimillimum* est. Quo tamen commodius ea omnia illo anno evenirent, contigit ut *annus ille* fuerit *intercalaris*. Sic enim factum ut *mensis etiam Elaphebolion* ad *Veris*, atque adeo ad *Æstati*. *Thucydidæa semestris* rationes accesserit. Sic tamen certe necesse erat ut saltem *Attico Elaphebolione Plistoanax Atticam* prædatus fuerit. Inibat ille *Martii Juliani* die *xviii*^o. pro nostris *Tabulis*, tempore tam *brevi* Expeditioni non incommodo. Sic potuit *Munychionis* fine *annus xv*^m. censeri ab *induciis* initio *Munychionis*, vel *Elaphebolionis* fine, initio & tamen à *Plistoanactis* Expeditione *Elaphebolionis* initio fortasse fu-

cepta



cepta, (certe ante ipsas inducias) annus supputari tantummodo XIV^{us}. Qua nempe supputatio per *tempeſtates* procedebat, quem *Thucydidis* morem fuiſſe oſtendimus.

Annales autem ſequentes designavimus nota etiam illa quam in primo Belli *Peloponneſiaci* anno dedit ipſe *Thucydidis*, annorum ſcilicet *Sacerdotum Argivarum*. Sic enim cum *Hellanici* Chronologia, qui pri-
 mus Epocham illam, ut videtur, adhibuit, ſuam quoque voluit neſtere *Thucydidis*. Sed anni illi *Sacerdotum*, non ab uno aliquo, & explorato initio, procedunt, pro more *Regum* in Epochâ *Nabonaſſarea*, quorum anni ſemper à *Thoth mobili* inibant, quacun-
 que demum anni *Aegyptiaci*, vel potius *Chaldaici*, parte Reges ipſi in ſedem Regiam ſucceſſerunt. Sic enim habebant *Aſtronomi* certa ſpatia quibus Obſervationes ſuas priores poſterioresque concluderent. Non ita ſe res habebat in annis *Sacerdotum Argivarum*. Hoc alibi innuit ipſe *Thucydidis* quo loco *exilium* ejuſdem *Chryſidis* memorat. Nam & menſem Belli indicavit quouſque ipſa pertigerit. Non alio, ut videtur, conſilio quam ut ita compertum haberet Lector unde Suceſſoris *Phaeinidis* anni eſſent ſupputandi. Idem quod non fecerit in *Chryſide*, cauſa eſſe potuit, quod illius initium designaſſet *Hellanicus*, quod ſane veriſimillimum eſt. Illius enim, ut videtur, exemplo initium *Phaeinidis* ita accurate conſtituit *Thucydidis*, ut reliqui deinceps hujus Belli anni ad quorum *Phaeinidis* annum referendi eſſent, Lectori conſtaret. Hoc ſi verum, ſimiliter *Hellanicus Chryſidis*, ſub qua vixerit ipſe, *exordiatem* conſtituerit, non annum modo verumetiam menſem (nec voluit actum agere *Thucydidis*) qui tamen cum *Hellanici* Opere jam olim intercederint. Neſcimus ergo menſem *Atticum* quo anni *Chryſidis* novi inierint. Hoc unum ſcimus, exeunte *Munychione*, quo res geſta erat ad *Plataeam* nondum elapſum eſſe annum illius XLVIII^m. & ne quidem forte propinquum illius fuiſſe finem. Sed cum in anni *Thucydidis* initium inciderit hic eventus, proinde laxos admodum oportet eſſe anni limites qui inde colliguntur. Nec enim intelligimus, anno *Chryſidis* ineunte, an exeunte, an affecto, *Plataeam* occuparint *Thebani*. Potius tamen eo propendeo ut annus medius intelligatur. Alia certe forma *Thucydidis* eſt qua annum plenum indicat, novum autem ineuntem in cauſa induciarum tricennalium: Quatuordecim quidem annos duraverunt: ſed decimo quinto anno &c. II. 2. Et initium ejuſ incommo-
 dum fuiſſe texendis Annalibus, ipſe innuit verbis illis: ἢ ἀπὸ πρῶτης πρὸς τὴν ἀμειδιαντικὴν ἢ ὀνοματικὴν ἐς τὴν περγαμηνικὴν σημαίνοντων. L. v. 20. Hæc *Chryſidis* initium ſpectant, inſuuntque etiam ipſum in medios annos inciditſe. Sed ſatis fortasſe conjecturarum. Meminerit autem Lector *Annalium* nomine non ſolos Belli *Peloponneſiaci* annos complecti, de quibus agit *Thucydidis* ex profeſſo, ſed & alios quoscuque quos aliud agens obiterque designavit.

Hæc de *Annalibus*. Pauca jam de *Thucydidis* ætate, deque tempore quo hos, quos habemus, Libros elegantiffimos conſcripſerit, paulo, quam hæctenus factum, accuratius. Ætatem *Thucydidis* docuit è *Pamphila Gellius* Noct. Att. xv. Nempe Belli, de quo ſcripſit, *Peloponneſiaci*

C c c c c 2

initio

Sect. XVI.
Annorum *Chryſidis* Sacerdotis *Argivarum* initium.

Thucyd. L. iv.
c. 133.

Sect. XVII.
Natus *Thucydidis* Ol. LXXVII.
Forte poſt *Hecatombe*. XXI.



initio annum egisse XL^m. Ita *Natalem* habuerit Ol. LXXVII. $\frac{1}{2}$. Archonte, pro nostris Tabulis, *Praxieras*. Hæc illa sub *Nerone*, seu à viro didicerit, seu è doctorum cum viro suo colloquiis, seu è *Scriptis lectisque* à se *monumentis*. Haufit enim è *singulis* nonnulla, incertumque est cui horum *fontium* debuerit quæ nos *Pamphila* debemus de *Scriptorum antiquissimorum ætatibus*, *Hellanicis*, *Herodoti*, atque *Thucydidis*. Nihil autem *pugnat* quo minus *Verus* esse potuerit ab ea proditus *Natalis*. Si tamen per *Archontes Thucydidis* annos numeraverit, *Archon* ille *Pythodorus*, sub quo cœpit *Bellum*, *Archon* erat à prædicto *Archonte* XL^{us}. propter *Archontem* Ol. LXXXVI. 4. *semestrem*. Sic *natus* fuerit potius sub *Archonte* Ol. LXXVII. $\frac{3}{4}$. Sin ab anni *Natalis tempestate*, vel *mensē Attico*, calculum deduxerit, vel à *die etiam Natali*, quo fuerit in publicam *Civitatis* matriculam, vel *ἡμέρα Ἀρχοντικῶν*, *relatus* (quod puto sane verisimilius) sic magis ad *veritatem* accedet *annus*, quem dixi, *superior*. Sed multum interest à quo prædictorum *Principiorum Belli Peloponnesiaci* originem deduxerit *Pamphila*. Si quidem, pro ipsius *Thucydidis* more, per *tempestates* annos partitus fuerit *Auctor Pamphila*, ita *Thucydidis Natalis* *mensē Attico Munychione* recentior fuerit oportet quo *Belli Peloponnesiaci Ver primum* iniisse probavimus. *Annus* enim *Natalis* ejus Ol. LXXVII. $\frac{1}{2}$. *communis* erat, cuius proinde rationibus nullus accedere potuit *Elaphebolion*. Sin autem à re gesta ad *Platæam* *Belli* ortum supputarit, ita post *finem Munychionis* dies fuerit *Natalis Thucydidis* in anno *Attico*: eodem tamen esse potuit, quo per rationes superiores, *Archonte*. Fieri tamen potest ut à *Lacedæmoniorum* *impressione* in agrum *Atticum* *Belli ortum* arcessiverit. Hoc enim *initium* video apud *juniores* fuisse receptissimum. Ita certe *Diodorus* qui ad *Archontem* retulit *Euthydemum*. Ita ^a *Dionysius Halicarnassæus* qui *Lysimachum* *Archontem* numerat v^m. ante *Bellum Peloponnesiacum*, qui tamen v^{us}. non erat ante *Pythodorum*, sed *Euthydemum*. Ita & alii illi, qui (præter *Thucydidem*) annos numerabant L. ab *Expeditione Xerxis* ad *Bellum Peloponnesiacum*, *Demosthen.* in *Næram* & *Plato* L. III. *Leg.* Nec tamen *Archontis semestris* rationem habebant. Sic & *Cicero* VII. ad *Attic.* Ep. II. Inde errot *Diodori* qui *invidias* in *Platæam* sub *Archonte* narrat *Euthydemo*. Quod scilicet *primo* *Belli* anno *invidias* illas legisset in *Thucydide*. Oblitus tamen *Auctores*, quorum fidem secutus est in *Belli* initio sub *Euthydemo*, non ab illis *insidiis*, sed ab *irruptione Peloponnesiorum* in *Atticam*, originem *Belli* censuisse. Ex his exemplis *initium* illud *Belli recentissimum* apud *juniores* receptissimum fuisse suspicio est. Ita ergo si de *Belli* hujus *exordio* senserit *Auctor Pamphila*, post *Hecatombæonis* diem XXI^m. *Natalem Thucydidis* statuere oportebit. Sic tamen etiam satis commode quadrabit in *annum* illum quem Nos *duplici* anno *Olympiadicō* designavimus. Si autem hujus *Hecatombæonis* die XXI. annum *ætatis* XL^m. nondum impleverit; sic erit necesse ut anno prædicto Ol. LXXVII. $\frac{1}{2}$. *natus* fuerit post diem prædictum *Hecatombæonis*, & proinde anni parte *posteriori* quæ *Olympiadis* anno potius *secundo* responderit. Cæterum vel ita *Archontem*, pro nostris saltem hypothefibus, habebit *natalitium*.

^a *Dionys. Hal.*
Isocrat.



natalitium. Sic etiam antiquius habebimus exemplum *Natalis* monumentis consignati. *Euripidem* enim eodem die natum tradunt quo prælium erat *Salaminium*. Hoc quæso unde præterquam è matricula *Civitatis* publica? Ea autem si eousque pertigerit; cur, quæso, dubitemus quin suffecerit consignando etiam *Thucydidis Natali*? Habemus certe ejusdem, qua natus est *Thucydidis*, *Olymp. LXXVII.* paulo juniorem *Natalem Socratis*, anno nempe illius 4^o. apud *Laertium*.

Primum *indolis* generosæ & studiis liberalibus addictæ signum esse volunt, quod, cum *Herodotum* audiret *Olympiis* Historiam suam cum Auditorum plausu recitantem, quasi enthusiastico quodam percussus, dicitur illachrymâsse. Hoc enim pro læto futurorum omine habuisse dicunt *Herodotum*, ut patri *Thucydidis* Orolo gratulatus fuerit filium *αὐτὸς τὰ μαθήματα ὀργίζοντα*. Sic enim *Themistocli* somnum ademerunt tropæa *Miltiadis* *Marathonia*. Tunc puerum *Thucydidem* fuisse tradit *Suidas*. Erantque sane pueriles illæ lachrymæ. Si ergo *Elidensia* illa fuerint *Olympia*, talis utique quærenda erit *Olympias* quæ in pueritiam *Thucydidis* incidere, pro pueritiæ censu apud Græcos, quæ annum ætatis XVII^m. non superabat. Sic enim Pueritiæ censebant *Lacedæmonii* atque *Athenienses* Græcorum Principes. Sic & *Servius Tullius* apud Romanos, dum adhuc Græcorum mores Romani æmularentur. Nulla autem erat *Olympias* magis idonea quam fuerit *Olymp. LXXXI^a*. Hæc enim in annum *Thucydidis* quadrabat XV^m. *Herodoti* autem XXVIII^m. Majorem enim illum *Thucydidem* annis tredecim eadem fecere, quæcunque demum illa fuerint, *Pamphilæ* monumenta. Et certe *Elidensia* illa *Olympia* facit *Lucianus*. Hinc ergo corrigenda quæ dedimus in *Olympionicarum* Tabula *Alphabetica* sub nomine *Herodoti*. Sequenti sane *Olympiade* Pueritia egressus est *Thucydidis*. Præcedente autem *Olympiade*, cum annum ageret duntaxat XI^m. minor erat fortasse quam ut tam eximiam ederet ætuantis ad præclara indolis significationem. Fieri tamen potest ut ne quidem hoc sua caruerit verisimilitudine. Quo autem citius Historiam scripserit *Herodotus*, eo steriliorem fuisse necesse erat, cum partem illius longe maximam non è scriptis monumentis hauserit, sed è suis peregrinationibus, è majorum regionis cujusque Traditionibus, vivisque colloquiis. Hæc scribere non potuit ante Peregrinationes, quarum pleræque erant his temporibus recentiores. Ut tamen *Atheniensium* hæc fuerint *Olympia* quibus Historiam, *Thucydidem* audiente, recitavit *Herodotus*; ne quidem ita patitur ætas *Thucydidis* puerilis ut longe distaret annus recitationis ab anno modo designato. Hic autem gratulandum, si vel proxime ad veritatem accesserimus. Sic annum impleverit *Thucydidis* XVII^m. *Ol. LXXXI. 2/3*. Inde biennium in *πελοπόννησος* *Ol. 81. 4/5*. Nondum maturus Expeditionibus, pro more patriæ, extraneis ante *Ol. 82. 1/2*.

His itaque ita expeditis, jam non longe, ut opinor, aberrabimus ab integra *Thucydidis* ætate. Exilii sui tempus docuit ipse *Thucydidis*. Ait enim fuisse *μὲν ἔς Ἀμφίπολιν στρατηγίαν*. L. v. 26. Idem docuit etiam annum quo, re male gesta ad *Amphipolim*, exilium meruerit. Is annus erat *Belli VIII^o*. cœpta jam *Hyeme*. Proinde anno ad exitum

C c c c c 3

vergente,

Seç. XVIII.
Olymp. LXXXI.
Herodotum Historias in *Olympiis* recitantem audiit fortasse puer *Thucydidem*.

Seç. XIX.
Thucydidis στρατηγία *Amphipolitana* *Ol. 89. 1.* Ea expleta per vicennium exulavit, revocatus Archonte *Euclide* *Olymp. 94. 2.*



^a *Thucyd.* L. v.
§. 26.

vergente, *Ol.* 89. 1. Sic equidem pro nostris rationibus. L. IV. 104. Impleto jam *etatis* anno XLVII. coepto autem, ut videtur, XLVIII. Sunt qui ex *Ostracismi* lege illud credunt fuisse *exilium*. Erant vicilim qui *damnatoriam* illam sententiam fuisse censebant. Ita sunt incertæ juniorum Grammaticorum sententiæ de hominum privatorum *vitis*, in his præsertim, in quibus jam versamur, temporibus. Cum nempe *nulli* essent etiamnum *Biographi*. Sed locum non habebat *Ostracismus* in causis male gestæ Reipublicæ, proditæque patriæ. Hæc autem legimus objecta *Thucydidi*. Et ne quidem *pœnæ* duratio eadem erat quæ *Ostracismi*. In *Ostracismo* redibant post *decennium*, nec *pœnæ revocationem* expectabant si nova aliqua sententia non percellerentur, ut factum est in causa *Themistoclis*. Suum *exilium vicennale* fuisse docet ipse ^a *Thucydides*. Verba ejus diserta sunt: *ἔωλεν μοι φέρειν ἢ ἐμαυτὸ ἐπὶ εἰκοσι πρὶ ἢ ἐν Ἀμφιπόλει στρατηγίας*. *Continuum* illud *vicennium* fuisse satis constat. Ne *reditum* post *decennium* comminiscamur, & *novam* aliquam *sententiam* quæ primi exilii spatium protraxerit. Is certe *unicam* exilii *vicennalis* causam agnoscit, rem gestam infeliciter ad *Amphipolim*. Erat ergo hoc illius *exilium* sine termino, dum *contraria* aliqua Reipublicæ *sententia* revocaretur. Plane ut solebant esse recepta *Rerumpublicarum exilia*. Et quidem habemus istiusmodi *sententiam revocatoriam* ipso illo spatio à *Thucydide* assignato *vicennii*. Nam ab illa *στρατηγία* sua *Amphipolitana* annos illos constat numerare *Thucydidem*. Sed vero in *Hyemem* anni VIIIⁱ. Belli incidit *Amphipolis* occupatio à *Brasida*. Proinde *στρατηγίας* annus erat *Olymp.* LXXXIX. 1. Tenuit ergo ad *Olymp* LXXXIX. 2. qui *primus* adeo annus fuerit *Exilii*. Abdicavit enim *Ol.* 89. 1. fine, proinde *Olymp.* 89. 2. officii à se gesti rationem redditurus. Sic *Olymp.* xciv. 2. *initio* *Exilii vicennium* impleverit, quo celeberrimum erat *ἱστορία* de *ἀμνηστία* rerum *πρὸς* *Εὐκλείδῃ*. Hoc enim *Olymp.* 94. 2. *Archon* erat *Euclides*. Huic ergo *ἀμνηστία* patriam debuit *Thucydides*. Nec enim causa suberat cur *soli* negaretur *communis* hujus *Indulgentiæ* beneficium. Erat enim *delictum* illius *leve*, qui quanquam *tarditate* sua amisit *Amphipolim*, sic tamen satis opportune adfuerit servandæ *Eioni*. Atque ita sensitse *Thucydidis* cives, è *pœnæ levitate* colligimus, quæ tanta erat ut Grammaticis *junioribus* pro *Ostracismo* haberetur. *Bonorum* jacturam fecit plane nullam. Hoc inde constat quod *faneraticiam exul* exercuerit. Hoc habuit cum *Ostracismo* commune. Et quidem in *Agina* exercuit, quæ insula erat *ditionis Atticæ*, licet in ipsa non fuerit *Attica*. Hic etiam par fuit in *pœna Thucydidis* atque in *Ostracismo* mansuetudo. Quare si quis *alius* particeps fuerit hujus *indulgentiæ*, non erat profecto cur *Thucydidem* illius participem non fuisse existimemus. Non est ergo cur illius *ἀμνηστίας* miremur, qui *nuper* patriam alienæ *ἀμνηστία* debuerit. Causa tamen *remotiores* illos ab his temporibus, quos dixi, latuit *Grammaticos*, qui ne quidem *reditum* illius ab *exilio* satis exploratum habuerunt. Sed *reditum* concessum exulibus è *Philochoro* & *Demetrio Phalareo* observavit *Marcellinus*. Non *mox* à clade *Sicula*, ut credidit ipse, sed pulsus demum xxx. tyrannis à *Thrasibulo*. *Priorem* alium *reditum* post *cladem Siculam* nusquam legimus.



mus. Hunc autem *reditum* non apud *prædictos* duntaxat Auctores, sed apud *alios* quoque quos habemus multos consignatum habemus. In *re-æuentium* numero fuisse *Thucydidem* *Didymus* docuit atque *Zopyrus*, eodem teste *Marcellino*. Nec vero alio, quam quo dixi, *tempore* rediisse, è numero *annorum* quibus exulârit, *Thucydide* ipso Auctore, jam ostendimus. Etiam è *re ipsa* petitum Argumentum adduxit *Zopyrus*, è *cippo* nempe *Sepulcrali* in ipsa *Attica* in *Cœla* ad portas *Melitidas*, cum *Inscriptiõne nominis & Patris*. Et quidem inter monumenta *Cimonis*. Nec enim hæc toleratura erat illorum temporum disciplina in memoriam hominis *extorris & damnati*. Sed omnem plane dubitandi causam tollunt quæ ex ipso *Thucydide* jam adduximus.

Neque vero est cur de *monumenti* illius *fide* propterea dubitemus quod in monumentis *Cimonis* locum habuerit, non *Thucydides* modo, verumetiam *Herodotus*. Maximo *Reynesio* hoc suspectum visum est, quod in monumentis *Cimonis* fuerit *Herodotus*, quem nullo propinquitatis gradu *Cimonem* attingisse censuit. Inde etiam, quæ de *Thucydidis* monumento in eodem *Marcellino* legimus, suspecta habet. Sed alia sunt quæ *Thucydidis* cum *Cimone* necessitudinem evincant, de quibus jam agendum non est. Quod vero ad *Herodotum* attinet, meminisse oportebat, *extraneum* origine fuisse *Herodotum*, *Dorem*, non *Jonem*, & civem *Atheniensem* duntaxat *adscititium*. Nondum ergo *familiam* habebat, nec *Sacra familiaria*, nec *Sepulcra*, nisi per aliquam, quam nescimus, *Adoptionem privatæ* se *filiæ* inseruisset. Hucusque ergo, per *novorum civium* benevolentiam, constitutis *familiarum sepulcris* condendus erat, quocunque libebat, impetrata ejus, qui *Jus sepulcri* habebat, *venia*. Sic enim ad *Abrahamum Hethæi*: *In electis sepulcris nostris sepeli mortuum tuum, nullusque te prohibere poterit quin in monumento ejus sepelias mortuum tuum*. Gen. xxiii. 6. Non tamen propterea erat *Abrahamus* certæ illi *filiæ* *adscribendus*. Ego *Herodoti* sepulcrum hic constitutum arbitror, propterea quod in *coloniam Thuriorum* missus esset ut civis *Atheniensis*. Hoc enim *sepulcri* sibi *adsignati* jure *Jus Civitatis Atheniensis Metropolitanæ* etiam *absens* in *Thuriis* sibi asserbat. Ut nempe *Februa parentationesque*, Græcis *Κτήρια*, à civibus *Atheniensibus* assequeretur, siqui *defuncti* memoriam ita colendam sibi existimarent. Et si qui forte *Herodoti* posterum *Thuriis* ad *Athenas* redirent, & illi quoque *sepulcri* illius nomine *inscripti jus* habebant. *Filiæ* autem alicui erat *inserendus*, ut *Tribum & ὀπάτας* agnosceret inter quos debita *Reip.* munera essent obeunda. Non tamen propterea certum erat ubi *situs* ipse esset *Herodotus*. Alii enim ipsum in *Thuriis*, alii in *Macedonia*, sepultum existimabant. Non alia, ut videtur, causa quam *civitatis* juri asserendo. Nam in *unico* duntaxat *sepulcro reliquiæ* condi poterant. *Reliqua Cenotaphia* fuisse necesse erat, potius quam *Sepulcra, Civitatis*, ut dixi, *Juri* asserendo. *Herodoto* autem & *Thucydidi*, tam *propinqua* *Sepulcra* fuisse videntur, propter *communem* utrique *Thuriorum* *coloniam*. Nam sub *Xenocrato Sybarin* concessisse, quæ *colonia* erat in *Italia Thuriorum*, habemus ex *Anonymo*. *Lamponem* autem & *Xenocratum* duces *coloniæ Atticæ* ad *Thurios*

Scæ: XX.

Olymp. 83. 4. in
coloniam Thuri-
orum in Italiâ
missus Thucydides.

^a *Diod. Ol. 83. 3.* *Thurios* agnoscit ^a *Diodorus*. Non est cur dubitemus hanc eandem fuisse *coloniam* cum ea cujus particeps erat *Herodotus*. Sed *tempus* accuratius erat *Ol. 83. 4.* Nempe *Annus U. C. Varronian. 310.* ut docet ^b *Plin. Nat. Hist. xii. 4.* ^b *Plinius*. Inde factum ut *Timæus* aliique *Thucydidem* in *Italia* sepultum existimarent, teste *Marcellino*. Errore, ut videtur, exinde nato, quod cum *Civitatis* jure, *sepulcrum* reperissent in *Thuriis* illius nomine insignitum, quod *Argumentum fallacissimum* ostendimus. *Jus* tamen *Civitatis Thuriorum* ex illo *sepulcri* jure recte colligemus. *Conditam* autem illa *colonia* est *Thucydidis* anno *xxvii^o*. Potuit ergo etiam *Italiam* redire, quo tempore *exulabat*, ut volebat *Timæus* aliique. *Quantum* illud pro absurdo habeat *Marcellinus*.

Secl. XXI.
In colonia *Thuriorum* brevi tempore mansisse necesse est.

Quamdiu manserit noster in *colonia Itala*, statuere difficillimum est. Certum autem est, *diu* ante *Lyfiam* rediisse, & *cladem Siculam* quæ has oras *Atheniensibus* reddiderit infestam. Certum est rediisse ante *σπαρτιαμ Amphipolitanam*, quæ illi *causam exilii* suppeditavit. Hæc erat anno, uti diximus, *Belli viii^o*. Certum porro rediisse antea quam *Civitas* convaluisset è *peste*, qua se etiam correptum agnoscit, & se præsentem fuisse docet anno *Belli ii^o*. Imo per *Bellum Peloponnesiacum universum* alterutris sese interfuisse testatur *διὰ παντός*, ante *exilium* suis civibus *Atheniensibus*, postea etiam *Peloponnesiis*. *L. v. 26.* Quare ante *Bellum Peloponnesiacum* redierit oportet. Verba de *reditu* ejus hæc habet *Anonymus*: *ὡς ἐπανῆλθεν εἰς Ἀθῆνας, συγχύσας δικασθεῖς φάσαν ἰάλας ὕστερον ἢ ἐξοστρακίζετο ἐπὶ δέκα.* Si quidem ullus fuerit *Ostracismo* locus à prædicto *exilio* alius, quo *expleto* in *patriam* redierit; sic integro *decennio* patria *exulavit* ante *initium* *Belli Peloponnesiaci*. Et tamen postea quam *causa* illa victus fuisset *συχύσας δικασθεῖς*. *Annus x^{us}* ante *Bellum* erat *Olymp. lxxxiv. 3.* à *coloniæ Thuriorum Atticæ* *initio* *iv^{us}*. Imo antea rediisse necesse erat ut *causam* illam ageret *συχύσας* qua inferior discessit. *Præceptorem* *Thucydidis* *Antiphontem* *ὑποπλον* fuisse *τοῖς δικασθεῖσι* idem tradiderat *Anonymus*. Addit inde, *καὶ διὰ ταῦτα λέγοντος μὲν ἐκ ἠπειχόντο αὐτῶν*. Nescio annon de tali aliqua *arte* *Tribunalia circumveniendi* *Actio* fuerit in *Discipulum*. Et sane *artem* aliquam fuisse consentaneum est qua *Periclem* vicerit *accusantem* in *causa Pyrilampis* *amassii*. Sic modico admodum tempore in *colonia* manserit. Sed omnem illam *Ostracismi* *causam* fateor esse suspectam. Nec suppetunt *res gestæ* *Thucydidis*, quæ ostendant ubinam fuerit ante *Bellum Peloponnesiacum*, aut quomodo *occupatus*.

Secl. XXII.
Conveniunt cum *rationibus Pamphila* verba ipsa *Thucydidis*.
^c *Thucyd. v. 26.*

Interim *Thucydidem* ad annum *vite* saltem *lxviii.* perduximus. Hunc enim egit *annum* *Archonte* *Euclide*, sub quo *ἀμνηστίας* beneficio ab *exilio* redierit *vicennali*. Et quidem *illi ætati* conveniunt ipsius verba de seipso per *Bellum universum* superstiti: *Ἐπέλιον δὲ διὰ παντός, αἰδανόμενος τε τῇ ἡλικίᾳ, καὶ προσέχων τὴν γνώμην ὅπως ἀρεστὸς ἢ ἴσθαι.* Hoc in loco *ἡλικία* *ætas* est *militaris* rebusque gerendis idonea. Id ergo vult, dum *vires annique* *sincerent*, coram se interfuisse rebus à se narrandis, & suis oculis quodammodo usurpasse, & *sua* proinde *fide* earum *fidem* præstare posse. In reliquis autem *deinde* *gestis*, quæque proinde ipse scire non potuerit, ut *aliena fide* haurienda essent, mentem tamen, quam



quam potuit, attentam diligentiamque omnem adhibuisse, ut fide etiam *aliena* haberet munitissima; nec esse adeo cur de rebus à se traditis Lector aliquatenus dubitaret. Nam & illa quoque quæ ab *hostibus* dicerat *exul* Peloponnesiis per *otium* tamen à se expensa. Hoc vult, opinor, verbis illis: καὶ ἰσχυρὰν τὴν αὐτοῦ μᾶλλον αἰδέσθαι. Ne scilicet *hostibus*, de rebus à se gestis, temere videretur fidem adhibuisse. Αἰδώς utrobique certa est atque explorata notitia. Supponit ergo ea se jam ætate fuisse, quæ per *leges patrias* à rebus *militiæ* gerendis excusaretur. Erat autem ἡλικία *Atheniensium* στρατεύσιμος annorum non XL. ut volebat *Pettus*; sed LX. Sic enim *Harprocraton* voce Ἐπώνυμος, & *Pollux* ^{a Petit. Leg. ad L. II. c. 2. §. 6.} aliique multi. Isque numerus conficitur ex annis XLII. ^{tit.} in *militari catalogo* recensendis ab anno ætatis XVIII°. Convenit ergo *Thucydides* ipse cum prædictis *Pamphilæ* rationibus. Proinde male *Marcellinus* scribit πάντα τὸν βίον ὑπὲρ τὰ πνήθηκοντα ἔτη. Suspicio potius antiquitus scriptum π' ἔτη, è quibus junior aliquis Librarius fecerit πνήθηκοντα. Nam in ipso Belli fine propiorem illum octogenario, quam quinquagenario, jam probavimus. Si verum hoc, ita ultra *Olymp.* xcvi. ½. pertigerit, nempe ultra annum à *Bello* profligato xliii.

Suntque equidem quæ suadeant multis illum post *Bellum Peloponnesiacum* annis superstitem fuisse. Imprimis illud, quod tum demum *Historiæ* scribendæ se addiderit ex professo, quod sane opus non paucorum erat annorum, pro illius Seculi disciplina. Præsertim in *styli novi* affectatoribus, è quorum numero noster erat *Thucydides*. Siquidem verum sit, de quo supra diximus, auditum à *Thucydide* etiamnum puero *Herodotum* in *Olympiis* sua recitantem, ingenti omnium applausu; tum quoque *Historias* suas *stylo* artificioque accuratissimo absolverat *Herodotus*. Et tamen multorum deinceps annorum curam positam in *stylo* accurando produnt Notæ, quas in illis legimus, *Belli Peloponnesiaci*. Nec aliter *Thucydide* paulo junior *Isocrates*. Annos in una *Oratione* polienda xii. posuit, in alia xv, quæ tamen ambæ longe breviores sunt accuratissima hac, quam habemus, *Thucydidis* lucubratione. Erat profecto proprius *Thucydidis* labor, quod *stylum novum* condiderit, & veteres ita imitatus fuerit, ut nihilominus proprio iudicio uteretur in diversis diversorum virtutibus inter se miscendis, deque observando Argumenti, in quo versabatur, decoro. Et multa tamen singularia in illo observârunt Critici veteres *Dionysius Halicarnassæus*, *Longinus Marcellinus*, aliique, à se nimirum primo excogitata. Ex his omnibus non est profecto cur miremur si lentius processerit partus ille vere *Elephantinus*. Quantum discrimen fuerit inter primas secundasque illius operâdas, vel è Libro ultimo colligimus, qui manum illius ultimam non acceperit. Effecit id, ut ne quidem pro *Thucydidis* genuino Opere haberetur. Et tamen vel ita tot elucebant in illo præstantissimi ingenii specimina, ut ne quidem à *Marcellino* obtinuerit ut illius filia tribueretur. Et tot propria etiam *styli Thucydidis* ut neuter *Thucydidis* continuator, seu *Xenophon* seu *Theopompus*, affectus fuerit à Criticis posteris ut illius Auctor existimaretur. Sic nempe primis illius cogitatis ornatio, ut tamen, gustu Criticorum, postremis iudicaretur inferior.

D d d d d

Sic

Scd. XXIII.
Thucydidis Opus,
quod habemus,
non paucorum erat
annorum.



Sic ergo intelligimus quantum accesserit Operis nitori per iteratas *Retractationes*, quantumque adeo *mora* necessarium fuerit ad *supremae manus* elegantiam. Recte itaque *non paucorum annorum* ornatum illum fuisse colligimus ab eo usque *tempore* à quo *primo* totus in hoc studium incubuerit.

Sec. XXIV.
Nec tamen Operi
accurando manum
admovit *Thucydides*
ante Bellum
penitus finitum.

a L. I. §. 1.

b L. V. §. 26.

c L. I. §. 22.

d L. V. §. 26.

Supereft ergo ut jam probemus à Bello demum *Peloponnesiaco* finito ad *Scriptio*nis operam sese nostrum ex professo accinxisse. Non equidem negamus *materiam* Historiæ scribendæ ab ipso *Belli* mox initio quæsitam esse atque paratam. Hoc ipse indicat ipso præclari Operis initio: *ἀρχόμενος αὐτὸς καθ'ἑαυτὸν, καὶ ἐλπίτας (inquit) μέγαν τε ἔσειδαι καὶ ἀξιολογώτατον τῶν ἀπογεγοννημένων τεκμαιρόμενος, ὅτι ἀκμάζοντες τε ἦσαν ἐς αὐτὸν ἀμφότεροι Περσικῆν τῆς πάσης &c.* Voces *ἐλπίτας* & *τεκμαιρόμενος* futuri expectationem indicant nondum *eventu* comprobata. Aliter importunum admodum fuisset è præsentī *apparatu* de *eventu futuro* pronunciare, si jam *manifestus* fuisset, cum consilium primum scribendi iniret, *eventus*. Inde & *Oracula* memorat, & *vulgi* rumorem à *Belli* initio ad *finem* usque à se observatum, de *tertio* hujus *Belli* novennio, quibus *exitus* responderit. *Memorat* etiam, ut vidimus, *rationes* cur partis utriusque gesta habuerit explorata. Nempe quia *utrisque* aderat, in *recentissima* gestorum *memoria*. *Ὡν αὐτὸς ἦκουσα, & οἷς αὐτὸς παρῶν.* Quo quæso hæc consilio, nisi ut longe hæc repetita è *narrantium memoria* *Lector* non existimaret, sed *nuperrimis* hausta doceret res gerentium *narrationibus*. Sed non ultra *Historiæ materiam* processit hæc Auctoris diligentia, in *Adversaria* quædam, *memoriæ* causa, digestam. Hoc exinde colligimus, quod ne quidem *finem* Operis à se designati, dum priora scriptis mandaret, haberet exploratum. Verba *Thucydidis* in hanc sententiam disertissima sunt: *Ἐγγραφεὶ δὲ καὶ ταῦτα ὁ αὐτὸς Θεουκλίδης Ἀθιναῖος ἔξῃς ὡς ἕκαστα ἐγγράφει, καὶ ἄλλα καὶ χειμῶνας μέγας ἐπιπύει ἀρχὴν κατέπαυσαν τῶν Ἀθιναίων Λακεδαιμονίων καὶ οἱ ἐξυμμάχοι, καὶ τὰ μακρὰ τεῖχη καὶ τὴν Περσικὴν κατέλαβον. Ἔτι δὲ ἐς τὴν τὰ ἐξυμμάχων ἐγγράφει τῶν πολέμων ἐπιπύει καὶ εἰκοσι.* Ita scribit, quasi ad *Belli universi* finem *Historiam* suam, dum illa quoque commentaretur, perduxisset. Sed vero ultra *Belli* annum *xxi^m*. ne quidem *Liber* ille *viii^{us}*. pertingit quem *Thucydidis* fuisse dubitabant. *Sequentium* annorum *Acta* ab eo prodita nemo *Veterum* comperta habuit. *Sequioris ævi* veteres ne quibus dignos fortassis existimabimus qui hac in causa audiantur, *Diodorum*, *Marcellinum* & minorum gentium *alios*. Sed *proximum* *Thucydidi* *Theopompum*, sed *coævum* pene *Xenophontem*, qui fieri potuit ut laterent, si quæ talia unquam, sub illius vel *nomine*, in lucem prodissent? Num etiam ipsam *Thucydidis* *filiam*, si quidem ipsa *Libri* *viiiⁱ*. Auctor fuerit? *Actum* illi omnes non egissent si quidem de *Thucydidis* *Scripta* ullo rescivissent quod ad *Belli finem* pertigisset. Facile vel inde intelligimus *nunquam* scripsisse illum quæ se hoc loco *scripsisse* profiteretur; Nec proinde illum de *Scripta* aliquo literis mandato, sed *destinato* duntaxat, esse intelligendum. Inde etiam discimus, ut *postremos* illos annos omnino non scripsit, ita ne quidem ultimi *Libri* res gestas in *Scripta* redegisse ante *Belli finem*, ne quidem illa ipsa, quam habemus hodieque, forma *minus accurata*, quamque



quamque judicabant *Critici* indignam nomine *Thucydidis*. Nam si scripsisset illos quoque *alios* ad Belli *finem* Libros, propter *Historiam*, retinissent *Thucydidis continuatores*, ut Librum quem habemus, *ultimum* retinuerunt. Libros certe, quos habemus, omnes, Bello tandem *expleto* scripsit. Idque de *manu* illius *ultima* Veteres etiam existimabant. Jam vidimus ut *finem Belli*, ejusque annos *omnes* in Libro v^o. memorarit, & *Exilium*, quod per annos xx. passus fuerat, ad *ἀμυνθείας* sub Archonte *Euclide*. Vel inde colligimus falsum esse quod de *initio* post Libros reliquos scripto ab aliquibus observatum docuit Anonymus. Hoc uno scilicet Argumento, quod in *initio* Belli jam *finiti* meminisset. Quasi vero non etiam *alibi* meminisset. Sed si ad Operis suscepti *finem* distulisset, ne quidem *Proœmium* habituri essemus. Operi enim *immortuum* esse agnoscunt etiam *Critici* veteres, & *res ipsa* clamat. *Finem* enim Scriptionis in Belli *fine* positurum *Thucydidem*, ex ipso jam probavimus *Thucydide*. Huc autem tantum abest ut pertingerit, ut ne quidem *Libro*, eorum quos habemus, *ultimo* manum *ultimam* imposuerit.

Falsum ergo est, quod volunt veteres, à *Thucydidis* ætate *remotiores*, in *exilio* hæc scripsisse *Thucydidem*, quantacunque demum sit suffragiorum istiusmodi de eo *concordia*. Non scilicet observarant ab illo in hoc ipso *Opere*, & *Exilium* ipsum memorari, & *annum* Exilii xx^m. & Exilii necessarium, ut jam probavimus, sub *Euclide finem*. Et tamen *Exilii* in eodem *Opere* indicia se deprehendisse visi sunt, *insensique*, ob *exilium*, in *Cives* suos *animi*. Huc nempe referunt, quod "*Lacedæmonii plurimum gratificari videretur, Atheniensium autem tyrannidem & avaritiam accusare; cum alia contra eos scribendi non præstaretur opportunitas. Corinthiis accusantibus, Lacedæmonii succensentibus, & Mityleniis culpantibus, grandis in Atheniensium crimina insurgebat, Laconicas victorias extollens, & Atticas calamitates, eas præcipue quæ in Sicilia acceptæ fuerint. Sic Anonymus. Aliter Marcellinus, qui hoc ipso nomine Thucydidem laudat, quod "veritatis amans esset & moderatis moribus, nec injuriæ acceptæ memor.*" Ἐξαφ' ἃ δ' ἔδ' ἔπει μνησκαῶν τῆς Ἀθῶναιος, ἀλλὰ φιλαλήθης ὢν, καὶ τὰ ἤδη μέτεω. Et hac ipsa laude *Herodoto*, *Timæo*, *Philisto* atque *Xenophonti* antefendum censet. Nec sane *alienum* erat ab hoc *candore* si bonus *cives* patriæ *calamitates* stylo *luctuoso* deplorarit; aut si quæ *crimina* illis ab *hostibus* objicerentur, ea in *hostium* *persona* enarrarit. Quam vero fuerit à *Laconismo* *alienus*, & quam *Civium* suorum studiosus, ostendunt verba ejus de *vera* Belli *causa*: Τῶ μὲν γὰρ ἀληθευάτιω πέρρασι, ἀφανεύατιω δὲ λόγῳ, τὰς Ἀθῶναιος ἠγῶμαι, μεγάλης γιγνομένης, καὶ φόβου παρέχοντος τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἀναγκάσει ἐς τὸ πολεμεῖν, l. 23. Et in eandem sententiam alibi: Ἐψηφίσαντο δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι τὰς ἀπονείας λελύθειαι, καὶ πολεμητέα εἶναι, ἐπιστότον τ' ἐξυμμάχων πειθόντες τοῖς λόγοις, ὅσον φοβέμενοι τὰς Ἀθῶναιος, μὴ ὅτι μείζον δουλοῦσιν, ὄροντες αὐτοῖς τὰ πολλὰ τ' Ἑλλάδ' ὑποχείρια ἤδη ὄντα. l. 88. *Civibus* suis *Atheniensibus* nihil imputat præter *felices* admodum progressus; *Lacedæmonii* solennem receptamque *Atheniensium emulationem*, atque inde natam *Invidiam*, *metumque* ne tanta illa æmulorum *felicitas* in suum

Se&. XXV.
Non scripsit certe in Exilio, ut volebant Veteres à Thucydidis ætate remotiores.



detrimentum cederet. Et quidem *Invidiam* illam avitam ostendit, & ab ipsa *Xerxis* fuga arcessit, quæ tum in eo præcipue eluxerit, quod *Urbis* restorationem *mœniumque* impedivissent, nisi felicior *Themistoclis* astutia illos sefellisset. Hoccine videbitur *Lacedæmonis* gratificari, *cives* autem *Athenienses* accusare? Contra potius ex hac tam insigni in *Athenienses* benevolentia colligemus, non jam fuisse in exilio *Thucydidem* cum illa commentaretur. Merito ergo tam *scriptionem* hujus Operis, quam *accurationem*, Bello *Peloponnesiaco* recentiore fecimus. Quæ cum non paucorum fuerint annorum, proinde multis post Bellum annis necesse erat *superstitem* fuisse *Thucydidem*.

Sc&. XXVI.
Archelao Regi
Macedonum Super-
stes erat *Thucydi-*
des. Proinde ul-
tra Ol. 95. $\frac{1}{2}$.

z Ran. A&. 1.
Seca. 2. p. 215.

b in Ores. v. 371.

Eodem spectat quod è *Praxiphane* in Libro de *Historia* tradit *Marcellinus*, nostrum scilicet, dum in *vivis* esset *Archelaus*, nominis fuisse *obscuri*; Postea vero in *summa* apud omnes *admiratione*. Nihil plane huc spectat *coævus* ipsi *Thucydidi* *Philosophus* *Archelaus*. Vix est cur dubitemus quin fuerit *Rex* eo nomine *Macedonum*, *Perdicæ* filius, cujus ipse meminit *Thucydides*. II. 100. Sic item meminit, quali jam non amplius superesset. Hoc tamen quia è *Thucydide* incertum est, proinde *Praxiphane* teste discimus, post *Archelaum*, jam adhuc in *vivis* fuisse *Thucydidem*. Et quidem admodum opportuna erat, hac in causa, mentio hujus *Archelai*. Erat enim communis studiosorum omnium *Patronus*, qui *literis* nomen suum addixissent. Accersivit ad se *Euripidem*, qui apud illum *defunctus* est. Accersivit *Socratem*, sed *repulsam* passus. Accersivit *Agathonem* Poetam nostro *Thucydidi* *coævum*, quem, cum ad illum proficisceretur, è *μακρόν εὐχίαν* abiisse dicit *Aristophanes*. Sic enim, pro quorundam sententia, Comicum interpretatur Scholiastes: *Ὅτι Ἀρχελάῳ τῷ βασιλεῖ μέγιστον μὲν ἄλλων πολλῶν σωτῆρ ἐν Μακεδονίᾳ. Καὶ μακρόν εὐχίαν ἔσθ' ἐν βασιλείᾳ. Τῆτο δὲ παρ' ἰσότητος.* Hoc ergo innuebat *Praxiphanes*, causam cur non similiter, ut alii, ad *Archelaum* evocatus fuerit *Thucydides*, eam fuisse, quod nominis *celebritatem* consecutus non fuerit ante *mortem* *Archelai*. Videamus ergo quibus *temporibus* concludendum sit Regnum *Archelai*. Non quidem ex *Eusebio*, aliisve *Eusebio* similibus *junioribus*. Sunt enim apud illos, hoc præsertim *Seculo*, Regum *Macedonicorum* *tempora* corruptissima. Itaque, qua licet, è *coævis* *proximisve* *Archelao* monumentis, vel è *rebus* ab *Archelao* gestis. *Perdicæ* patris ultima apud *Thucydidem* ipsum occurrit mentio anno Belli *Peloponnesiaco* *xvi*^o. ad *exitum* vergente. Nempe *Olymp.* *xc.* *i.* cœpto. Antea ergo ne quidem poterit statui *initium* *Archelai*. Vel hinc evincitur Auctor *Chronici* *Marmorei*, qui *Archelai* *initium* sub Archonte statuit *Astyphilo*, nempe *Ol.* *xc.* *i.* Sed nec diu postea differri potest *initium* *Archelai*. Nam *Olymp.* *xcii.* *3.* *Pydnam* ab eo expugnatam narrat *Diodorus*. Anno sequenti *Olymp.* *xcii.* *4.* *Euripidis* Poetæ *mortem* statuit Auctor *Chronici* *Marmorei*, & *Eusebius*, quem tamen *Archelao* in *Macedonia* Regnante *mortuum* omnes consentiunt. Sed *mortis* *annum* profecto Auctor *Marmoris* cum *adventus* anno confundit. Nam *Diocle* Archonte *Orestem* *Euripidis* actum *Athenis* docet *Euripidis* Scholiastes, qui hoc ipso hujus *Olympiadis* anno *Magistratu* functus est. Proinde *Olymp.* *xcii.* *4.* *ineunte* nondum *Athe-*
nis



nis discesserat *Euripides*. Imo ne quidem primis, ut videtur, illius anni *Dionysii*, quæ mense celebrari solebant *Posideone*, qui mense *Juliano* cœpit *Novembri*, pro *Tabulis* nostris. Proinde anno *Olympico* exeunte, sequentis anni *Varroniani* 346. vere discesserit in *Macedoniam*. Mortem *Euripidis*, ex *Apolladori* Chronicis, ad *Olymp.* xciii. 3. refert *Diodorus*. In eo magis audiendus, quam in eo quod ex aliorum fide haulit *μὴν ἑβδὼν τῶν τῶν ἑβδὼν* periisse præstantissimum Poetam. Egit enim *Euripides*, cum moreretur, annum ætatis lxxviii. ut ex antiquiorum, ut videtur, *Scholiastarum* fide narrat *Scholiastes*. Cœptum nimirum, liquidem prædictum *Olympiadis* annum non superavit. Natus nimirum ipso die victoriæ *Salaminiæ Boedromionis* xx. *Olymp.* lxxv. i. *Boedromionis* diei prædicto superstes ut partem aliquam anni lxxvi. attingeret. Et certe *Agathonem* Poetam apud *Archelaum* memorat, ut jam vidimus, in *Ranis*, quæ hoc ipso anno actæ testibus *Didascalis*, ut docet *Scholiastes*. Nempe *Callia* illo *Archonte* qui successit *Antigeni*. Post prima saltem *Posideonis Dionysia*. Illum autem eodem tempore apud *Archelaum* fuisse, quo & *Euripides*, docet ^a *Ælianus*. Et mortem ^a *Archelai* *Olymp.* xc. i. statuit *Diodorus*. Vel inde manifestus erroris, ^{Hist. xiii. 4.} cum annos tantummodo vii. assignat ei, à quo tamen *Pyduam* *Olymp.* xcii. 3. expugnatam idem tradiderat. Sulpicor errore aliquo *Pueri septennis*, quem ab *Archelao* cæsum narrat *Aristides*, contigisse, ut *pueri* ætas ad *Regnum Archelai* transferretur, quod tamen erat, *Diodoro* ipso teste, falsissimum. His, puto, limitibus (nempe inter *Ol.* xci. i. quo ultimam legimus *Patris Archelai Perdiccæ* mentionem, & *Ol.* xc. i. quo *Archelaum* ipsum decessisse statuit *Diodorus*) satis apte quadrabunt quæcunque legimus de *Archelao* in *proximis Archelao* monumentis. Quadrabunt *Platonis* illa quæ scripsit in *Persona* *Socratis*, juniorumque *Socrate* *Personarum*. Potuit *Socrates Archelai* mortui meminisse, eodem, quo *Archelaus*, anno, neci datus. Non potuit adesse *Socrati Alcibiades* sub xxx. tyrannis antea interfectus. Sed *fiçtitia* illa *Socratis* colloquia fuisse è *Socratis* ipsius *Personâ* observavit *Laertius*. iii. 35. Et *Gorgiæ Athenæus* L. xi. Et temporis decorum in *Personis*, quos ille colloquentes facit, neglectum agnoscunt *Aristides* in *Apolog.* comm. & *Macrobius*. Sat. i. i. Potuit certe in *Persona* *Gorgiæ* meminisse *Archelai* quasi *etiamnum*, dum illa differerentur, regnantis. Erat enim *Gorgias* discipulus *Empedoclis* qui colonix *Thuriorum* intererat *Ol.* lxxxiv. i. Et *Gorgiam senem* audivit ^b *Isocrates* adolescens, qui mor- ^b *Cic. Orat.* tuus est *Ol.* cx. 3. uterque sua *longævitate* memorabilis. Quadrabunt & opera *Archelai* memorata à *Thucydide* post *Belli Peloponnesiaci* finem, ut probavimus, quibus *decessores* suos in *Regno Macedoniæ* omnes superavit. Hæc certe, si *vivente* scripserit *Archelao*, *Regno* ejus ad *exitum* vergente scripserit oportet, ut *spatium* tot egregis *Operibus* absolvendis haberet *Archelaus*. Porro ex iisdem *criteriis* illud quoque discimus, quæ *summa* annorum *Archelao* tribuenda sit. Sunt enim in *his* etiam, ut in hac *Regum Macedonicorum* serie fere *universa*, invicem discrepantissimi, non *nuperi* tantummodo *Chronologi*, sed & *Veteres* qui quidem erant à *temporibus Archelai* *remotiores*. iv. alii, alii vi.



alii vii. annos Regno illius assignabant, ut nos docuit *Diodorus*. Pauciores omnes quam ut prædictum *spatium* impleant. *Eusebius* xxiv. quos *nimios* esse iusto *spatium* prædictum evincit. Propius ad *veritatem* accedit numerus alius *Syncelli*, quem è melioribus *Diodori* Codicibus hausit, quam quos *hodie* habemus (illum enim Auctorem sibi profiteretur) annorum xiv. Si quidem accurate, sic vixerit *Perdiccas* usque ad annum *Olymp.* xci. 3. *duobus* nimirum annis ferius quam illius meminerit *Thucydides*. Inde autem cœperit *Archelaus*. Et quidem suspicio est *decennium* illud, quo redundat *Eusebius*, commune *Archelao* fuisse cum patre *Perdicca*. Nam certe numerum *decennio* breviorum *Perdicca* tribuebat *Theopompus* annorum xxxi. *Verum* enim illius numerum docuit *Nicomede's Asanthius* annorum xli. quem firmat etiam *Anaximenes*, dum annos ejus numerat xl. innuens nimirum annum *Regni* xli^m. non *absolvisse*. Sic enim docet ^a *Athenæus*, qui tamen, quomodo *disponendi* essent, tam ipse ignoravit, quam ipse *Philosophorum* imperitiam in re *Chronologica* reprehendit. Nam à *Periclis* morte *Perdiccam* successisse censuit, quod tamen vel è nostro *Thucydide* constat esse falsissimum. Nescio porro annon *communem* hanc cum patre administrationem *Archelai* innuat ipse *Thucydides*, dum ait tot egregia Opera *Archelai* ab eo edita βασιλεὶ ἡγορεύει. Subinnuit forte & alia fuisse quæ ediderat *nondum* βασιλεύς, quæque sub *Patris* auspiciis gesta *Patri* proinde potius, quam *ipsi*, tribuenda fuerint. Non itaque incommode res ceciderit, si vitam *Perdicca* patris, quanquam nullo teste, ad *Olymp.* xci. 3. produxerimus. Nihil profecto habet, in ultima *Perdicca* mentione, *Thucydides*, quod *valetudinem* illius faciat vel suspectam. Sic *Olymp.* xcvi. i. perierit *Archelaus*; vel potius forte *Ol.* 95. ½. Nempe anno *Juliano* illo qui cum prædictis annis *Olympiadicis* *duobus* concurrerit. Itaque *ultra* hunc saltem terminum vitam produxerit oportet *Thucydides*, si tum demum cœperit *inclarescere* postquam decesserat *Archelaus*. Eoque amplius si jam *decessisset* cum 2^o. Libro *accurando* incumberet *Thucydides*, quo *illius* meminit. Nempe si & reliquos Libros *eadem*, qua primos duos, *tarditate* confecerit.

^a Athen. v. 13.

Sect. XXVII.
Etiam *Anna* eruptioni superflua erat, quæ *Ol.* 96. 1. contigit.

Habet idem notam temporis fortasse feriozem in fine L. III. 116. Duas ibi memorat eruptiones *Ætnæ* in Urbem *Catanæorum*: alteram *illius* anni, *priorem* aliam quam ante annum *quingagesimum* fuisse testatur. *Priorem* bis τὸ πρῶτον ἐξέμα appellat. Inde constat, ut opinor, *duarum* eruptionum illud fuisse intervallum, quarum *prior*, cum fuerit πρῶτη, *posterior* proinde δευτέρα fuerit appellanda. Aliam ergo *nullam* novit inter utramque *mediam*. Sic enim trium non *prior* aut πρῶτη, sed πρῶτη & *prima* fuisset appellanda. Et in altero intervalli extremo, non *posterior*, sed *postrema*; non δευτέρα, sed ὑστάτη. Sed vero *tertiam* fuisse antea quam illa scriberet, indicat *Thucydides*: λέγεται δὲ, inquit, πνιτικὸν εἶναι ἐπιπῶν τῷ τοῦ πρῶτου ἐξέμα· τὸ δὲ ἐξέμα, ἧς γενομένης τὸ ἐξέμα ἀπὸ τῆς Σικελίας ἐπὶ Ἑλλήνων οἰκίεται. Male hanc ad *mediam* eruptionem retulit *Magnus Scaliger*, cujus meminerit ex *Aliano Stobæus* Serm. LXXVII. *Olympiadis* nempe πρῶτης καὶ ὑδρικοῦς. Fieri potest ut error aliquis fuerit in *numero*, nec alia fuerit eruptio, si vero numero insigniretur,



retur, ab hac ipsa cujus meminit hoc ipso Belli *Peloponnesiaci* anno vi.^o. *Thucydides*. Utcunque tamen *Thucydidi* incompertam illam, siqua medio spatio fuisset ulla, verisimillimum est, quæ effecisset ut *duæ* illæ *Thucydideæ*, nec *αετῆρα* nec *δουτῆρα* fuerint appellandæ. Longe magis contentaneum est, ut *tertia* illa *Aetnae* eruptio à *Thucydide* memorata post *αετῆρα* fuerit & *δουτῆρα*, & nupera proinde, dum hæc scriberet, memoria. Et sane talis occurrit satis consentanea apud *Diodorum Olymp.* 96. 1. Eadem, ut videtur, cujus meminit etiam *Orosius* paulo post prælium inter *Artaxerxem Mnemonem* fratremque ejus *Cyrum*. L. II. c. 18. Post illam itaque *Thucydides* jam ad Libri III. finem per-tigerat.

Esto ergo. *Thucydides* Ol. xcvi. 1/2. defunctus fuerit, vel anni etiam sequentis initio, ut annum vitæ LXXX^m. superare posset, pro sententia *Murcellini* à nobis explicata. Ita ab Archonte *Euclide Olymp.* xciv. 2. sub quo reditus in patriam concessus est, reliquum vitæ tempus omne studiis, & his Libris, quales habemus, accurandis infumserit. Annos nimirum XII. ut Libro ultimo immoreretur. Quod sane spatium, pro illorum temporum *ἀκεχῆρα*, satis exiguum erat. Nec quicquam pugnat, quo minus hoc verum fuerit, continuatio *Xenophontis*. Nam ante hoc tempus elapsum, à fine Belli, & morte *Thucydidis*, ne quidem *Xenophonti* otium erat ut studiis incumberet. Ol. xciv. 4. Expeditio erat *Cyri* junioris, cujus pars magna fuit ipse *Xenophon*. Eo autem usque Regem *Archelaum* pertigisse probavimus, cui tamen superstes erat *Thucydides*. Reversus, in *Thracia*, tum deinde in *Asia*, res gessit, secutus *Lacedæmonios* usque ad reditum *Agésilai*, cujus usque ad *Bœotiam* comes erat. Hunc reditum Nos ad annum *Xenophonteum* xvii^m. retulimus, qui *Olymp.* erat xcvi. 2/3. Tum primum relicto *Agésilao*, venit in *Scilluntem*, agri *Elei* villam ab Urbe *Elide* non longe distantem. Venit huc *Megabyzus* *Dianæ Ephesie* sacerdos, reddiditque pecuniam quam illius fidei crediderat damnatus à patria, cum adhuc *Agésilao* adesset in *Asia*. Pecunia hac accepta, tum demum prædium emit in quo *Historias* illum conscripsisse testis est *Laertius*, II. 52. Sed vero *Eleam* venit *Megabyzus* *ἔπειτα αὐτὸν ἔπειτα*, verba sunt ibidem *Laertii*. Nec aliam illam *πατρίαν* fuisse *Eleorum* quam *Olympiorum*, docet nos ipse *Xenophon* *Exped. Cyr.* L. v. Hic sane manifestum est *Olympiadem* hanc non aliam fuisse quam xvii^m. qua Nos *Thucydidem* extinctum existimamus. Et præterierat hæc *Olympias* cum Librum illum *Expe-ditionis* v^m. elucubaret *Xenophon*. Sed vero *Historiam* *Cyri* junioris ante *Hellenica Xenophontem* scripsisse manifestum est. Hoc enim agnoscit ipse L. III. *Hell.* initio, de *Historia* illa, (quam tribuit ipse *Themistogeni*, vulgo tamen Eruditi ipsi *Xenophonti*) quam nemo dubitat eandem esse quæ hodieque *Xenophontis* nomine insignitur. Sic annos aliquot in prædio *Scilluntis* elapsos esse necesse erat antea quam *Hellenicis* manum admovere posset. Sed secessu illo *Scilluntino* fugatus est ab *Eleis*. Sequitur in *Laertio*: *Ἐν τῆτι ἡ Ἰσπιδάριον Ἀθωαίων βουδῆν Λακεδαιμονίων*, filios *Athenas* misisse pro *Lacedæmoniis* militaturos. Itaque eodem tempore quo pulsus est *Scillunte*. Nempe anno *Xenophonteo*.

Señ. XXVIII.
Non potuit ante
Ol. xcvi. *Thucy-*
didi continuando
vacare *Xenophon*.



phonte XLIII. qui cum *Ol.* $\frac{102}{103}$ 4. concurrebat. Hoc ergo *spatio* scripsit etiam *Hellenica*, si quidem *Historias omnes Scillunte* scriplerit. Saltem *capit.* Nam absolvit *postea*, perduxitque ad praelium *Mantineense*, *Ol.* civ. i. Antea ergo *Libros Thucydidis* acceperit oportet, quos supplemento tanti pretii auxerit. Sequenti *Olymp.* cv. i. ipse mortuus est, annorum xc. *Natus* proinde *Ol.* LXXXII. 3. ne quidem *vicennio* junior ipso *Thucydide*. Primus autem *Thucydidis* *Libros* in lucem edidisse fertur *Xenophon*. *Laertius*: *Λέγεται δ' ὅτι ἐν ταῖς Θουκυδίδου βιβλίαις λαμβάνονται, ὑπερέδωκε δωράδιον, αὐτὸς εἰς δόξαν ἤγαγον.* II. 57. Vel inde intelligimus, non illum à *Theopompo*, sed ab ipso jam editos, accepisse *Theopompum*. Proximus ergo edidit, & in *recenti* jam *memoria* ipsius *Thucydidis*. Nam *vivo* adhuc *Thucydide*, post *mortem* autem *Archelai*, expectationem hominum moverant, ut jam vidimus è *Praxiphane*. Latebant autem propterea quod nondum illos *Thucydidis* absolverat. Sed quo minus diu laterent, fecit proculdubio tanta illa *expectatio*, ab illis nata qui scriptos apud ipsum *Auctorem* viderint. Proinde admodum dubito, num *Thucydidis* *Libros* suo nomine edere potuerit *Xenophon*, quod vult *Laertius*. Non potuit sane, si post *Archelai* mortem *Thucydidis* ipse ita inclaruerit, ut volebat *Praxiphanes*. Habet autem *Isocrates* communia multa cum *Thucydide*. Et si alter ab altero acceperit; multo verisimilius est à *Thucydide* potius *Isocratem*, quam ab *Isocrate* accepisse *Thucydidem*. *Major* enim erat ætate *Thucydidis*. *Exempla* veterum plurima dedit ^a *Clemens Alexandrinus* alieni ingenii fructus in suos usus convertentium, *suppressis* etiam *Auctorum* primariorum *nominibus*. Sequentium *Poetarum* neminem puduit ab *Homeri* *scriiniis*, quod sibi usui esset, haurire. Imo hoc ultro profitebantur atque agnoscebant, idque sibi *gloriæ* esse ducebant, si dextre, ad rem, quam susceperant, ornandam, traduxissent. Inde receptum, ut & in aliis fieret, sine ullo *plagii* opprobrio. Sed ut illa è *Thucydide* *Isocratem* hausisse concederemus; ne quidem ita lucrabimur *annum* antiquiorem, quo *Thucydidis* *Libri* innotuerint, ex *Isocrate* quam è *Xenophonte*. *Seriores* enim *natalem* habuit *Isocrates* *Olymp.* LXXXV. 3. cum *natus* fuerit *Xenophon* *Ol.* LXXXII. 3. vel etiam *antea* si annum vitæ xc^m. etiam superârit, ut vult ^b *Lucianus*. Ne quidem *Suidæ* rationes, quæ *Isocrati* annos cvi. concedunt, *parem* illum *Xenophonti* facient. Nec *Censorini*, quæ illum *prope adeo ætatis pervenisse* tradunt, quo *Gorgian Leontinum*, qui octo *supra centum annos impleverat*. Tantum abest ut *Isocratis* *discipulus* fuerit *Xenophon*, ut statuebat ^c *Photius*. Et *serius* vixit *Isocrates*, ad annum scilicet *Ol.* cx. 3. cum *Olymp.* cv. i. non superârit *Xenophon*. Et *seræ* illæ etiam sunt *Isocratis* *Orationes* quibus *Thucydidem* fuerit æmulatus, *temporisque incerti* propter diutinas *Retractiones* moras. Vetusissima ergo *editi Thucydidis* notæ sunt quas hausimus è *Xenophonte*.

^a Clem. Al. Strom.

^b Lucian. Ma-
trob.

^c Phot. Cod. 260.

Seç. XXIX.
Thucydidis *Libros*
à filiis suis ad se
in secessum *Scil-*
luntinum venien-
tibus accepit for-
te *Xenophon*.

Illud vero mirabitur quispiam quo pacto relictos à *Thucydide* *Libros* *Xenophon* exul consecutus fuerit. Erat enim sane, ut ostendimus, in *exilio* cum decederet *Thucydidis*. Nec patriæ antea *restitutus* est quam cives ejus decrevisent *juvandos* esse *Lacedæmonios*. Quod anno *Ol.* $\frac{102}{103}$ 4. decrevisse illos observavimus. Sed meminimus ad *Xenophontem*

*



Phonem exulem venisse *γυῖανor, uxorem*, ut opinor, nomine *Philestiam*, & duos cum illa *Xenophontis filios*, ut è *Dinarcho* Rhetore docet *Laert.* a *Laert. II. 52.* *tius*. Hæc certe, ut videtur, postea quam sedem fixam *Xenophon* in *Scillunte* reperisset. Nempe post *prædium* numis *Dianæ Ephesiæ* sacris emtum, quod post *Olymp. xcvii. 1.* contigisse probavimus. Itaque recenu *Thucydidis* memoria, pro nostris quoque rationibus, *Thucydidis* nuper amilli Libros *secum* ad patrem *exulem* adferre poterant *Xenophontis filii*, qui, Libris de *Cyri junioris Expeditione* ad exitum perductis, tum demum Libris *Thucydidis* accurandis supplendisque vacaverit. Sic quidem *sero*, ut manum *supremam* acceperint *Corinthi*, postquam *Scillunte* fugaretur ab *Eleis*, usque ad prælium *Mantineense*. Sed quod penes *Xenophontem* fuisse asserit *Laertius* ut Libros *Thucydidis* *επαρῆσαν* possit, id eo retulerim, quod *Thucydidis Autographum* nactus fuerit, à *Thucydidis filio*, fortasse, *Timotheo*. Sic enim factum, ut *male fidei* convinci non possit, siquid conatus fuisset in *fraudem* ipsius *Thucydidis*. Prædicto ergo *spatio* satis apte conveniunt quæ Nos à *Xenophonte* acta existimamus in causa Librorum à *Thucydide* relictorum. Ut scilicet post *Ol. xcvii. 1.* Libri *Thucydidis* in manus *Xenophontis* venerint; Et *multis* tamen *annis* ante *Ol. 102. 4.* ut suam quoque *Appendicem* maxima ex parte confecerit antea quam *Scillunte* fugaretur.

Quamquam autem *reditu* in patriam *concesso* scripserit, ut jam probavi, *Thucydides*, non tamen illum propterea *Athenis* defunctum existimaverim. *Sepulcra* certe illius tot locis posita, satis manifesto *Argumento* sunt nihil ad *locum mortis* comprobandum facere *Argumentum* ductum à *sepulcro*: hoc autem tantummodo probare, *Jus* fuisse, si quidem *placuisse*, ut ibi conderetur. Et, siquod *sepulcrum reliquiis caruerit*, hoc sane *tale* fuisse merito est cur suspicemur. Inscriptio erat: ΘΟΥΚΥΔΙΔΗΣ ΟΡΟΛΟΥ ΑΛΙΜΟΥΣΙΟΣ. Verba ENΘΑΔΕ ΚΕΙΤΑΙ in *Inscriptione* non fuisse fatetur *Marcellinus*, quæ tamen ille *subintelligenda* fuisse contendit. Perperam omnino. Nam *vis* jus sepulcri aserebatur *inscripto nomine* Possessoris. Nec erant *postrema* verba addenda, dum constaret de *suprema* Possessoris *voluntate*, *ibine*, an in *alio* aliquo potius *ejusdem sepulcro*, sepeliri mallet. Ea verba, cum hic abfuisse fateatur ipse *Marcellinus*, faciunt profecto ut alibi potius quam hic *sepulcrum* suspicemur. Habet & aliud *Marcellinus* *Argumentum* à *re ipsa* petitum. Nam *Cenotaphii γυῖανor & νόμιμον Ἀθηνῶν* agnoscit, si *in* *sepulcro* imponeretur. Idque *signum* in hoc nostri *Thucydidis* *sepulcro* agnoscit. Cur itaque dubitamus quin hoc *signum* fuerit *Thucydidis* *ibidem non sepulti*, nec proinde *Athenis defuncti*? Vix enim est cur credamus eum alibi quam in *Attica* sepeliri voluisse si quidem in *Attica* decessisset. Non tamen illum propterea *Thuriis* in *Italia* defunctum, cum *Timæo*, crediderim. Nam post *cladem Siculam Athenienses Thuriis* pulsos è *Plutarchi* constat *Lysia*, ante *Belli finem*, & proinde antea quam ad *Historiam scribendam* se *Thucydides* accingeret. Sed quo minus in *Thracia defunctus* fuerit, *ibidemque sepultus*, nihil habet *solidi Marcellinus*. Imo habet *viceversa* cur ita rem fuisse suspicemur. Cum enim nec in *Italia* sepultus fuerit, nec in *Attica*; ubinam,

E e e e e

quæso,

Se&. XXX.
Thucydides in
Thracia mortuus
sepulcrusque.



quæso, potius *sepultum* existimabimus quam in *Thracia*? *Quartum* enim *Thucydidis sepulcrum* nusquam alibi, quod sciam, legimus. Cur itaque *Zopyrum* ληρῆν censet *Marcellinus*, qui *Thucydidem* in *Thracia* obivisse testatus est. Imo cur illum *vera* tradidisse dubitet, cum *Cratippum* illi suffragatum agnoscat? Nam *Cratippum* illum coævum *Thucydidis* fuisse docet *Dionysius Halicarnassæus*. Eritque adeo coævus etiam ille *Zopyrus*, si quidem de *veracitate* illius sententiam tulerit *Cratippus*. Nihil habet, quod tantis *testibus* tamque *invicem consentientibus*, opponat *Marcellinus*. Quid ergo sibi volunt illa, quibus *contrarium* è *Zopyro* proferre videtur, teste *Didymo*? Verba illa sunt: Δίδυμος δ' ἐν Ἀδύων, ἐπὶ τῆς φρυγῆς ἐλθόντα, βία τῶν θανάτων φασὶν ἀποθανεῖν. Τὸτο δὲ φασὶν Ἰώπυρον ἰσοπεῖν. Idemne *Zopyrus Thucydidem* tam *Athenis*, quam in *Thracia*, *defunctum* esse tradidit? Ita fortasse, si id tantum intellexerit *Civitati Atheniensi* restitutum in *Thracia* fuisse, quo studiorum causa *secesserat*, extinctum. Quorum utrumque sane *verisimillimum* est. Nam *secturas aureas* sibi in *Thracia* fuisse agnoscit ipse *Thucydides*. iv. 105. Quas habuit per uxorem *dotarias* si quidem fides *Marcellino*. Sic tantundem valebunt, ἐν Ἀδύων, ac, ἐπὶ τῆς φρυγῆς ἐλθόντα. Ut nempe qui ab *exilio redierit*, is *Athenis* defunctus censeretur, quacunque demum *Orbis* parte satis concesserit. Hæc de vita *Thucydidis*. Jam ad *Annales* progredimur.

Vita



Vitæ Thucydidis Synopsis Chronologica.

- Ant. *Christ.* 471. *Olymp.* 77. $\frac{1}{2}$. natus Thucydides. §. 17.
 456. *Olymp.* $\frac{80}{81}$. $\frac{1}{4}$. Thucydides ann. nat. xv. audiit *Herodotum* Historias suas in *Olympiis* recitantem. §. 18.
 454. *Olymp.* 81. $\frac{2}{3}$. Thucydides ann. xvii. Illius *tyrocinium.* §. 18.
 452. *Olymp.* $\frac{81}{82}$. $\frac{1}{4}$. Thucydides ann. xix. Primæ illius Militiæ in *Δελπέοις* finis. §. 18.
 444. *Olymp.* $\frac{83}{84}$. $\frac{1}{4}$. Thucydides ann. xxvii. Missus in coloniam *Thurorum* in *Italiam.* §. 20.
 441. *Olymp.* 84. $\frac{2}{3}$. Thucydides ann. xxx. Colon. *Thur.* iv. *Ostracismus* Thucydidis, siquis forte. §. 21.
 431. *Olymp.* 87. $\frac{1}{2}$. Thucydides ann. xl. Forte post *Hecatomib.* xxi. §. 17. Inde in patria usque ad *exilium.* §. 21.
 424. *Olymp.* $\frac{88}{89}$. $\frac{1}{4}$. Thucydides ann. xlvii. Thucydidis *σπαρτια* *Amphipolitana* *Olymp.* 89. i. Proinde hoc anno *cepta* ineunte *Hecatombeone,* desit anno sequenti, *Scirophorione* exeunte. §. 19.
 423. *Olymp.* 89. $\frac{1}{2}$. Thucydides ann. xlviii. *Ol.* 89. i. fine *σπαρτίας* abdicavit. *Ol.* 89. 2. annus *Exilii* i^{us}. §. 19.
 414. *Olymp.* 91. $\frac{2}{3}$. Thucydides ann. lvii. *Ol.* 91. 3. Moritur *Perdiccas.* Succedit in Regno *Macedoniæ.* *Archelaus.* §. 26.
 411. *Olymp.* 92. $\frac{1}{2}$. Thucydides ann. lx. Finis illi *ἡλικίας σπαρτιουσίμυ.* §. 22.
 403. *Olymp.* 94. $\frac{1}{2}$. Thucydides ann. lxxviii. Restitutus patriæ post ann. *Exilii* xx^m. §. 19. 22. Tum demum *Historiæ* scribendæ incubuit. §. 24.
 399. *Olymp.* 95. $\frac{1}{2}$. Thucydides ann. lxxxi. Mortuus *Archelaus* *Macedoniæ* Rex. Post cuius *mortem* Thucydides inclaruit. §. 26.
 395. *Olymp.* 96. $\frac{1}{2}$. Thucydides ann. lxxvi. Eruptio *Ætnæ* nota *Thucydidis.* §. 27.
 391. *Olymp.* 97. $\frac{1}{2}$. Thucydides ann. lxxx. quem *superavit,* mortuus est. §. 22. In *Thracia.* §. 30. Jam erat in *Scillunte* *Xenophon,* scripsitque *Libros de Expeditione Cyri.* §. 29. *Libros* Thucydidis *filiorum* opera nactus. §. 29. Ante *Olymp.* $\frac{102}{103}$. $\frac{1}{4}$. §. 28. 29.

Eeeee 2

A N-



ANNALIS

THUCYDIDIS.

ANNALIU M nomine non res tantum Bello Peloponnesiaco gestas complectimur, quarum *Annales* digessit ex professo *Thucydides*; sed res alias quascunque, quarum annus certus ex illo, vel aliunde, cognoscitur, quarum tamen ipse meminerit, vel, forte ex illius sententia, *Scholias*tes.

Period. Jul. 3424. Ant. Christ. 1290. Reditus *Heracidarum* primus frustra tentatus. Annis ante reditum secundum centum, ante Excidium *Trojae* viginti. *Schol. Thucyd.* ad L. I. 12. Multis juniorum Veterum in eo suffragantibus. Et ipso etiam *Herodoto*. IX. 26.

Per. Jul. 3444. Ant. Christ. 1270. Excidium *Trojae*, pro rationibus *Thucydidis*, si quidem eadem illæ fuerint cum rationibus *Herodoti*. Nam à *Troja* capta ad *Homerum* 168. annos numeravit *Herodotus*. Ab *Homero* autem ad *Xerxis diálan* annos 622. Juncti invicem conficiunt annos in universum 790. *Herodot.* Vit. *Homer.* in fine. Trajecit *Xerxes Hellepontum* Archonte *Calliade*. *Herodot.* VIII. 51. Cujus Magistratus incidit in *Olymp.* 74. 4. pro nostris rationibus. Priori autem Anni parte erat *diálan*. Itaque detrahantur è prædicto numero (pro *Olympiadibus* 74.) anni 296; reliqui erunt 494. pro intervallo inter cladem *Trojanam* primamque *Olympiadem*. Prima *Olympias* acta est anno Periodi *Julianæ* 3938. Inde, si numerum prædictum 494. detraxerimus, supererit annus Periodi *Julianæ* à nobis designatus, quo *Troja* fuerit excisa. Et sane numerum Canonibus *Chronicis Eratosthenis* & *Apollodori* majorem exigunt rationes ipsius *Herodoti*, dum à *Panepelopes* filio ad suam ætatem annos numerat fere octingentos; *ἐνα καὶ ὀκτακόσια ἑξήκοντα ἔτη*. *Herodot.* IX. 145. *Panis* natalem paulo posteriorem facit ipso Bello *Trojano*. Decem, ut videtur, annis, cum rediret *Ulysses*, procis *Penelopen* ambientibus, quorum omnium filium communem Poetæ *Panem* faciunt, & proinde *Panem* appellatum. Ita numerandi fuerint ab *Excidio Trojano* ipso ad *Herodotum* anni in universum 810. Detrahantur, pro Canonibus *Chronicis*, anni 407. ad primam *Olympiadem*. Supererit annus *Iphiteus* 403^{us}. *Olymp.* 101. 3. quo vixerit *Herodotus*, quod certum est fuisse falsissimum. Quadrabunt autem satis commode omnia, si, pro prædictis rationibus, procedat supputatio. Rejctis enim annis 494. annus restabit *Iphiteus* 326. nempe *Olymp.* 82^a. annus secundus conferendus cum ætate *Herodoti*, adventuque ejus in *Aegyptum*.



Aegyptum. Nempe *præter propter.* Hoc enim innuit vox *Herodoti* *μάλιστα.* Proinde inter mortem *Cimonis* *Ol. 82. 4.* & coloniam *Thuriorum Atheniensem* *Ol. 84. 1.* in *Aegyptum* venerit *Herodotus,* & ossa interfectorum cum *Achæmene* filio *Darii,* *Ol. 79. 2.* ibi viderit. *Herodot.* III. 12. Nec aliter *Thucydidem* sensisse verisimillimum est, qui & in aliis sequitur *Herodotum* à *Juniorum* sententia admodum discrepantibus; & qui *diu* vixerit ante *Grammaticos Chronologos,* & *Canones* eorundem *Chronicos.* Hoc ergo spatium productius est inter *Excidium Trojanum* primamque *Olympiadem,* quam fuerit illud *Canonum Chronicorum.* Contractius sequebatur coævus *Thucydidi* *Democritus,* qui annos ab *Excidio Trojano* ad se numeravit tantummodo 730. nisi forte & numero rotundo sit usus, & ad suum numeraverit duntaxat *Natalem.*

a Laert. Democrit. L. IX. n. 41.

Argos Amphiloichicum condidit *dux à Troja Amphiloichus Amphiarai filius.* *Thucyd.* II. 68.

Per. *Jul.* 3504. Ant. *Christ.* 1210. Nempe *sexaginta annis* ab *Excidio Trojano,* *Bæotii Arne* pulsi à *Thessalis,* eum agrum, qui antea *Cadmeus,* ab ipsis postea *Bæotius,* appellabatur, incoluerunt. *Thucyd.* I. 12.

Per. *Jul.* 3524. Ant. *Christ.* 1190. Anno *Epochæ Trojanæ* octogesimo *Heraclidæ Peloponnesum* tenuere. *Thucyd.* I. 12. Spatium ab *Excidio Trojano* receptissimum est, nisi illius *Excidii* Epocham aliter stitisset *Thucydides.*

Per. *Jul.* 359⁸/₅. Ant. *Chr.* 111⁵/₅. Nempe annis ante *decimum sextum* *Belli Peloponnesiaci* annum (qui 429⁸/₅ erat *Period. Jul. Ol.* ³⁰/₅ ⁴/₅.) *septingentis,* *Civitas Meliorum* in *Melo* *Insula* condita. *Thucyd.* V. 112. *Eusebius* ejusdem *Urbis* originem ad *Num.* suum refert *DLXXXIX.* qui, pro illius rationibus, antiquior est ipsa *cladis Trojanæ* *Epocha* annis 246. Ita pugnant invicem horum antiquissimorum temporum *Græcæ* *Traditiones.*

Per. *Jul.* 3681. Ante *Chr.* 1033. Nimirum annis ante primam *Græcorum* in *Sicilia* coloniam *Naxum,* *trecentis,* *Siciliæ* nomen à *Siculis Italia* oriundis. *Thucyd.* VI. 2. Vid. infra *Olymp.* XI. 3.

Per. *Jul.* 3910. Ant. *Chr.* 804. *Ἐπι μάλιστα τετρακόσια καὶ ὀλίγα πλείω,* ante finem *Belli Peloponnesiaci,* *Lacedæmonii* eadem *Reipublicæ* administrandæ forma usi. *Thucyd.* I. 18. Finis *Belli Peloponnesiaci* *Ol.* ³³/₄ ⁴/₄. Nempe anno *Iphiteo* 372. Per. *Jul.* 4310. Inde, si anni 400. demantur, annus erit Per. *Jul.* 3910. Sic *prima Olympiade* annis 28. antiquior fuerit *Lycurgus,* vel paulo etiam fortasse pluribus. Hoc docent verba illius, *ὀλίγα πλείω.* Hæc certe videtur fuisse sententia *Thucydidis* de ætate *Lycurgi,* de qua *Veterum* sententiæ *multæ* erant, atque invicem *diversissimæ.* Non est ergo cur ad earum unam aliquam *Thucydidis* sententiam exigamus. Potius pro *norma* habenda est, ad quam *juniorum* *Thucydidæ* *Auctorum* sententiæ ipsæ exigendæ sint.

Ant. *Chr.* 733. *Olymp.* XI. 3. *Naxus* condita à *Chalcidensibus* *Eubææ,* *Theocle* *οἰκιστῆ.* *Prima* scilicet *Græcarum* in *Sicilia* coloniarum. Et uno ante *Syracusas* anno. *Thucyd.* VI. 3.

Ant. *Christ.* 732. *Olymp.* XI. 4. *Syracusæ* conditæ *ἔχουσαν ἔτος* (proximo nimirum

E e e e e 3



nimirum anno post *Naxum*) *Archia Corinthio* οἰουῖ. *Thucyd.* vi. 3. Sic *Eusebius* in *Chronico*. Plane pro hypothelibus *Thucydidis*, ut ex aliis *sequentibus* colonus constabit. Vid. *Ol.* 13. 1.

Ant. *Christ.* 729. *Olymp.* xii. 3. Incipit *Perdiccas*.¹ Rex *Macedonum* è *Temenidis*. Vid. *infr.* *Ol.* 81. 2.

Ant. *Christ.* 727. *Olymp.* xiii. 1. Quinto scilicet post *Syracusas* anno, *Leontini* conditi à *Naxiis*, eodem *Theocle*, qui & *Naxiorum* fuerat, οἰουῖ. *Thucyd.* vi. 3. Postea *Catana* ab iisdem deducta. Sed οἰουῖ *Euarcho* ab ipsis *Catanæis* delecto. *Thucyd.* vi. 3.

κατὰ τὸ αὐτὸν χρόνον *Lamis* è *Megaris* in *Siciliam* veniens *Trotulum* condit. Tum *Leontinis* adjunctus, & mox ab iisdem pulsus (nempe post δαίμον χρόνον) *Thapsum*, ubi mortuus. Cæteri (*Lamidis*, ut videtur, *socii* superstites) *Thapso* exclusi *Megara Hyblæa* condunt 245. annis ante *Olymp.* lxxiv. 2. quo diruta à *Gelone*. *Thucyd.* vi. 4. Hinc firmatur *Epocha* conditarum *Syracusarum*, pro mente *Thucydidis*. Aliæ enim *Epochæ antiquiores* (tam *Chronici Marmorei*, quam *antiquior Eusebiana*) numero illo addito, ne quidem tempora *Gelonis* attingunt. *Spatium* quidem tot rerum gestarum inter conditos *Leontinos* & *Megara Hyblæa* (si quidem fuerit annuo majus) *Megarorum* *Epocham* *seriorem* exigere fortasse viderentur. Patiturque, ut ita fuerit, tyrannis *Gelonis*, qui ad v^m. inde annum pertigit, nempe *Olymp.* lxxv. 3. Sed nullum prorsus habemus (quod quidem sciam) *recentioris* *Epochæ* *testem*. Et *mitior* erat postea *Gelonis* *indoles*, quam ut *coloniam Græcam* diruturus videatur. Præsertim post victos *Olymp.* lxxv. 1. *Carthaginenses*, & *novæ tyrannidis* *initium* *civium Syracusanorum consensu* *stabilitæ*.

Ant. *Christ.* 704. *Olymp.* xviii. 4. Annis *μάλιστα* *trecentis* ante finem *Belli Peloponnesiaci*, *Aminocles Corinthius Samiis* *naves* *fecit* *quatuor* *Triremes primas*. *Thucyd.* i. 13. *Triremium* *Inventionem* *antiquiorem* *facit Eusebius*. Sub nomine *Aminoclis* *ponit* *Num.* *mccclv.* *Ol.* *iv.* 3. *Triremem* *primam* *Corinthi* *statuit* *Num.* *mccxxx.* *aliisque* *etiam*, *pro* *Codicum* *diversitate*, *numeris*, *ut* *observavit Scaliger*. Nempe *pro* *Autorum* *sententiis* *in* *tanta* *antiquitate* *discrepantissimis*.

Ant. *Christ.* 687. *Olymp.* xxiii. 1. Annis post *Syracusas* 45. *Gelam* *coloniam* *deducunt* *Antiphemus Rhodius* & *Entimus Cretensis*, οἰουῖ. *Thucyd.* vi. 4.

Ant. *Christ.* 678. *Olymp.* xxv. 3. *Successio* *Argei* *Regis* *Macedonum*. Vid. *infr.* *Ol.* 81. 2.

Ant. *Christ.* 664. *Olymp.* xxviii. 4. Annis 260. ante finem *Belli Peloponnesiaci* *Prælium Navale* ὡς ἴσμεν, *inquit*, *antiquissimum* *inter* *Corinthios* & *Corcyræos*. *Thucyd.* i. 13. *Periandri*, *ut* *vult* *Scholias*, *de* *cæde* *fili* *Lycophronis*. Quod tamen *verum* *esse* *non* *potest*. *Sene* *enim* *Periandro* *contigit* *illa* *cædes*, *circa* *vigesimam*, *ut* *videtur*, *ab* *illa* *Epocha* *Olympiadem*.

Ant. *Christ.* 662. *Olymp.* xxix. 2. *Acræ* à *Syracusanis* *conditæ*. Nempe *annis* *septuaginta* *post* *Syracusas*. *Thucyd.* vi. 5.

Ant. *Christ.* 642. *Olymp.* xxxiv. 2. Ἐπειὸν ἔργος εἰκοσι post *Arcas*, *Casimena* *etiam* *ipsæ* *conditæ* à *Syracusanis*. *Thucyd.* vi. 5.

Ant.



Ant. Christ. 640. Olymp. $\frac{34}{3}$. 4. Successio Philippi Regis Macedonum. Vid. infr. Ol. 81. $\frac{2}{3}$.

Ant. Christ. 627. Olymp. XXXVIII. 1. A Megarensibus Hyblæis, anno foundationis suæ centesimo, colonia deducta ad Selinuntem. Thucyd. VI. 4. Diodorus eandem coloniam refert ad annum 242. antea quam excinderetur ab Annibale Pæno, quod factum refert Olymp. XCII. 4. Sic condita fuisset Olymp. XXXII. 2. Nec ab illo longe discedit Eusebius, qui apponit Olymp. XXXI. 2. Sic discrepant invicem horum temporum monumenta.

Ant. Christ. 602. Olymp. XLIV. $\frac{2}{3}$. Successio Acropæ Regis Macedonum. Vid. infr. Ol. 81. $\frac{2}{3}$.

Ant. Christ. 597. Olymp. XLV. 3. Camarina à Syracusanis condita ἐπισημασμένη ἐν τῇ πόλει καὶ τῷ πελάγει καὶ ἐκείνην ab Urbis ipsius Syracusanæ ortu. Κησαί Dascon & Menecolus. Thucyd. VI. 5. In Olympiadis numero suffragatur Scholiastes Pindari in Olymp. V. Et Eusebius in Chronico, nisi quod referat ad annum Olympiadis primum. Rara hæc est in his temporibus concordia.

Ant. Christ. 579. Olymp. L. 1. Annis 108. post Gelam, colonia Agrigentum ducta à Gelois, Οἰκισαῖς Aristonoo & Pysitilo. Thucyd. VI. 4. Suffragatur Scholiastes recentior in Pindarum, forte Demetrius Triclinius, in Olymp. II. Nec longe discedit ipse Pindarus, cum victoriam Theronis Olympicam, quæ fuit Olymp. LXXVII. statuit circa annum ab Urbe Agrigentina fundata centesimum. ibid.

Ant. Christ. 576. Ol. $\frac{35}{3}$. 4. Successio Alcetæ Regis Macedonum. Vid. infr. Ol. 81. $\frac{2}{3}$.

Ant. Christ. 560. Olymp. LIV. 4. Archonte CO MIA, initium Pisistrati. Marm. Oxon. Illo Archonte, Plutarch. Solon. Deest numerus quo Ol. L. superabat apud Clem. Alex. Strom. I. & Tatian. Orat. cont. Græc. Hic autem numerus verissimus est, &, ad Thucydidis mentem, ut videtur. Tenuit ann. XXXIII. Aristot. Pol. V. 12. Ad Ol. 63. 1.

Ant. Christ. 55. Olymp. LVII. anno incerto. Επιμαρτυροῦντων τῆς Συρακυσίων, excisa Camarina. Scholiastes Pindari in Olymp. V. Nempe propter defectionem. Thucyd. VI. 5.

Ant. Christ. 547. Olymp. LVIII. $\frac{1}{2}$. successio Amyntæ Regis Macedonum. Vid. infr. Ol. 81. $\frac{2}{3}$.

Ant. Christ. 527. Olymp. LXIII. 1. Post annos Pisistrati ab origine 33. in tyrannide 17, sed interpolatos (bis enim exulavit) succedit Hippias per annos XVIII. cum fratribus. Thucyd. VI. 55. Inde Hippias ἵππαιος Herodot. V. 55. Convenit cum Thucydide contra Meursium. Tenuerunt per annos XVIII. Aristot. Pol. V. 12. viz. ad Ol. 67. 3.

Ant. Christ. 526. Olymp. LXIII. 2. Templum Delphicum arsit, quod imputatum Pisistratidis. Schol. Pindar. Pyth. VII. Proinde post mortem Pisistrati, successionemque Pisistratidarum. Hoc ergo anno vel præcedenti. Certe ante mortem Amasidis, qui impensas suppeditavit novo Templo condendo. Herodot. II. 180. Mortuus enim Amasis Olymp. LXIII. 3. ut videtur, ineunte. Potitus enim est Ægypto Cambyses anno suo V^o. Olymp. LXIII. 3. Et tamen post sex menses à morte Amasidis. Herodot. III. 10. 14.

Ant.



Ant. Christ. 519. Olymp. LXV. 1. *Platæenses* foedus ineunt cum *Atheniensibus* anno 93^o: antea quam Urbs *Platæensis* deleretur à *Lacedæmonius*. Quod factum Olymp. LXXXVIII. 2. *Thucyd.* III. 68. Vid. *Bell. Peloponnes.* annum v. Cum foedus inirent, Rex *Lacedæmoniorum* *Cleomenes*. *Herodot.* VI. 108.

Ant. Christ. 512. Olymp. LXVI. 4. cæsus *Hipparchus*. IV^o. nempe anno antea quam exfularet *Hippias*. *Thucyd.* VI. 59.

Ant. Christ. 509. Olymp. LXVII. 3. tertio anno completo, quarto autem inchoato post cædem *Hipparchi*, pulsus in exilium *Hippias*, annis XX. ante prælium *Marathonium*. *Thucyd.* VI. 59. Desinit hic numerus *Ol.* 72. 3. Illa enim anni parte pugnatum ad *Marathonem*. Mente scilicet *Boedromione*. Pulsus centum annis ante tyrannidem ἡ τετρακοσίω. quæ constituta *Ol.* 92. 1. *Thucyd.* VIII. 68. Vid. ib.

Ant. Christ. 497. Olymp. LXX. 3. Initium *Hippocratis*, qui per septem annos *Gelæ* tyrannidem tenuit. *Herodot.* VII. 154. 155. Usque ad *Ol.* LXXII. 2. quo successit *Gelo*. Nam *Olympiadis* LXXIII^æ. *Olympionices* curru *Geloum* se *Gelo* ipse appellavit. *Pausan.* El. II. c. 9. p. 473. Nondum scilicet tyrannide potitum *Syracusana*. Disertius hoc idem indicavit *Dionysius Halicarnassæus* L. VII. *Antiq.* initio: Γέλων ὁ Δημοκρίδης νεώτερος ἢ Ἰπποκράτης τυραννίδα παρεληφώς &c. Nam *Gelæ* certe, non *Syracusis*, tyrannidem gessit *Hippocrates*. Perperam ergo *Gelonem* illum, cuius illa fuerit *Inscriptio*, alium *Gelonem* fuisse collegit *Pausanias*, quem tamen *Dinomennis* filium ipsa illa agnoverat *Inscriptio*, & quidem ipso teste *Pausania*. Sed nihil de *Gelonis* priori illa tyrannide *Geloa* videtur rescivisse *Pausanias*, quam tamen verbis disertissimis agnoscit *Herodotus* VII. 155. 156. Additque *Gelam* fratri *Gelonis Hieroni* à *Gelone* ipso demandatam esse cum ipse potitus esset tyrannide *Syracusana*. Hoc ergo hujus septennii intervallo, quo *Gelæ* præerat *Hippocrates*, secundo *Camarina* condita est ab *Hippocrate*. *Thucyd.* VI. 5. Scholiastes *Pindari* ad *Olymp.* V. Certe post victos ab eodem *Hippocrate* *Syracusanos*, à quibus rudera veteris *Camarinæ* redemptorum *Captivorum* pretium accepit *Hippocrates*. *Thucyd.* & Scholiast. *Pindar.* ubi supra. Et tamen ante receptos *Ergetinos*. Tum enim *Camarinæos* *Hippocratis* socios legimus apud *Polyænum* L. V. *Strateg.* c. 6. *Hippocratis* ergo tyrannide ad finem vergente *Camarinam* secundo conditam fuisse suspicor. Οἰσῆς hac secunda vice ipse erat *Hippocrates*. *Thucyd.* VI. 5.

Hoc etiam eodem anno, nempe triginta duobus, ante cladem *Atheniensium* ad *Drabescum*, annis, coloniam ad *Εννέα ἰδῆς* deducere conatus *Aristagoras Milesius*, sub *Dario*, scilicet *Hystaspide*, ab *Edonis* pulsus interfectusque est. *Thucyd.* IV. 102. *Herodot.* V. 126.

Ol. 70. $\frac{2}{3}$ defectio *Jonum*, & *Sardium* incendium *Herodot.* V. 37. Vid. *Ol.* 71. $\frac{2}{3}$. *Ol.* LXX. $\frac{2}{3}$ successio *Alexandri* Regis *Macedonum*. Vid. infra *Arch.* XXVII.

Ant. Christ. 493. Olymp. LXXI. $\frac{2}{3}$. ἔκτρον ἔτος ἀνάστασις *Aristagoræ*. *Herodot.* VI. 18.

Ant. Christ. 492. Olymp. LXXI. $\frac{1}{2}$. 4. Classis *Persarum* χειμείσασα ad *Miletum*, δρωτίσῃ ἐπί *insulas* ceperunt. *Herodot.* VI. 31. Id est, anno sequenti, pro



pro more *Herodoti*. Κατὰ τὸ ἔτος τῆτο. Et postea τέτυ τῷ ἔτους. *Herod.* I. 42. Hinc constat annos hic designare *Herodotum*; & anni initium ab hyeme finita arcessere. Vid. ann. seq.

Ant. *Christ.* 491. *Olymp.* LXXII. $\frac{1}{2}$. Aquam & terram *Persis* dant *Aeginetae*. Inde *Bellum* in illos, cujus occasione Regno *Proclidarum* apud *Lacedaemonios* exutus est *Damareus*, suffectusque in illius locum *Leotyctidas*, per annos XXII. Vid. infra *Ol.* 77. $\frac{3}{4}$. Incipit hic annus *Herodot.* VI. 46. Δευτέρῳ δ' ἔτι τέτων. Erat certe proximus ante praelium *Marathonium*, pro sententia *Herodoti*. Confer *Herodot.* VI. 44. 45. cum VI. 96. Et VI. 48. cum VI. 95. Et videbis proximo ante praelium *Marathonium* anno ab illo tribui quæ hoc in anno ipse tradit. Ita *Chronologia* hæc *Herodotea* ab *Ol.* 70. $\frac{2}{3}$. necessarium nexum habere comperies. Vid. *Ol.* 77. $\frac{3}{4}$.

Ant. *Christ.* 490. *Olymp.* LXXII. $\frac{2}{3}$. Nempe κατὰ τὴν Δαρείου τῷ Τυρράσου στρατείαν, secundo diruta est à *Gelone Camarina*, ut è *Timaco* docet *Pindari* Scholiastes. Verbis tamen corruptissimis, quæ hic proinde recitanda sunt, ut emendentur. Ad verba *Pindari*, τῶν νέοικον ἔδραν *Olymp.* V. 19. ita scribit: Ἰπποκράτης ἑστὸ τῷ τῷ Γελῶν πύραννυ ἀνηρέδῃ. Εἶτα ἑστὸ Γελωνῶν σωφίῳδῃ ἢ Καμαρίνα κατὰ τὴν μὲν Ὀλυμπιάδα, ὡς φησὶ Τίμαιος. Διὸ καὶ νέοικον ἔδραν εἶπε πῶς πόλιν· ἢ δ' ἄλλως αὐτῆς ἐξήμετο κατὰ τὴν Δαρείου τῷ Τυρράσου στρατείαν. Veram Auctoris sententiam tum demum elicies, si verba ejus in hunc modum restituantur: Ἰπποκράτης ἑστὸ τῷ τῶν Γελῶν πύραννυ Γελωνῶν κατηρέδῃ ἢ Καμαρίνα κατὰ πῶς ὀβ' Ὀλυμπιάδα, ὡς φησὶ Τίμαιος· εἶτα σωφίῳδῃ. Διὸ καὶ νέοικον ἔδραν εἶπε τὴν πόλιν, &c. Sic omnia convenient. Hoc enim anno hujus *Olympiadis* στρατείαν *Darii* fuisse omnes consentiunt. Nempe celeberrimam illam in *Marathonem*. Non dissimulo tamen, ita ut hodieque leguntur in *veteri* Scholiaste, reperiisse recentiorem illius exscriptorem. Nempe, si hoc unum exceperis, quod, pro errore crassissimo μβ', ipse πβ' in suo Codice legisse videatur. Retulit tamen ad σωφίῳκον *Camarina*, non autem ad ejusdem ἄλλων, illam, quam dixi, *Olympiadem*. Et tamen *Gelonem* novæ hujus κήσεως Auctorem esse voluit. Absurdissime, cum in *Gelonis* tyrannidem non quadrarit *Olympias* LXXXII. Erroris occasionem fuisse puto, quod illa *Olympiade* vicerit *Psaumis*, & quod *Pindarus Psaumidis* patriam *Camarinam* νέοικον ἔδραν appellarit. Quasi vero illa ipsa, (qua vicit *Psaumis*,) *Olympiade*, *Camarina* fuisset restaurata. Hoc etiam pariter absurde, cum ipso *Olympiadis* initio victoriæ fuerint *Olympicæ*. Ita si intelligatur *Scholiastes*, conveniet examullim cum nostro *Thucydide*. Sic enim ille: καὶ αὐτῆς ἑστὸ Γελωνῶν ἀνάστατος ἡμορδῆν, τὸ πέτον κατωφίῳδῃ ἑστὸ Γελωνῶν. VI. 5. Docebit enim uterque, tam *Scholiastes*, quam ipse etiam *Thucydides*, tam secundum *Camarinæ Excidium*, quam & tertiam ejusdem ædificationem, *Geloni* tribuendam esse. Secundi autem *Excidii* annum solus Nos docuit *Scholiastes*. Uterque autem, si ita intelligatur, consentiet, tertiam quoque *Camarinæ* coloniam à *Gelone* esse deductam, & de *Gelonis* adeo temporibus intelligendam esse vocem *Pindari* νέοικον. Ita quidem, si recte, dirutæ à *Gelone Camarina*, tempus designarit *Scholiastes*. *Herodoti* alia videtur esse sententia, de qua Vid. *Olymp.* LXXIII. 4.

F f f f f

Hoc



Hoc certe praelium *Marathonium* anno ante *Salaminium* decimo tribuit etiam *Thucydides*. i. 18. Et recte quidem. Nempe anno illi qui cum *Olymp.* LXXII. $\frac{2}{3}$. concurrat, ut alibi ostendimus, *Diff.* VIII de Cycl. *Lac.* §. 12. Et plenum illud decennium fuisse testatur *Plato* de Legib. L. III. Nempe à sexto *Boedromionis*, quo victi sunt in *Marathone Persæ*, ad diem mensis ejusdem *vigesimum*, quo victi sunt ad *Salaminem*. Conveniunt & Notæ *Herodoteæ*. Apparatum triennem ipsius *Darii* ad novam Expeditionem ipse memorat *Herodotus*, vi. 1. Addit idem quarto à pugna *Marathonia* anno *Ægyptios* defecisse. vi. 1. Denique proximo post *Ægyptiorum* defectionem anno mortem *Darii* ponit, expletis Regni annis xxxvi. L. vii. 4. Anno nempe *Nabonassareo* 262. pro calculo *Astronomorum*. Hoc quoque satis accurate. *Quintus* autem hic annus est à praelio *Marathonio* pro calculo *Herodoti*, quarto nempe proximus. Ambobus terminis scilicet inclusis. Quæ notæ conveniunt *Olymp.* LXXIII. $\frac{2}{3}$. vel *Period. Julian.* anno 4228. Postea numerat annos quatuor apparatus ipsius *Xerxis*. vii. 20. Quos tamen annos ternario numero mox concludit. c. 21. Vel inde intelligimus tres annos tantummodo fuisse completos. Horum annorum primo, altero post *Darii* mortem, *Xerxis* Expeditionem contra *Ægyptios* statuit *Herodotus*. vii. 7. Hic annus est *Olymp.* LXXIII. $\frac{2}{3}$. vel *Per. Jul.* 4229. Inde ineunte anno quinto *Sardes* movisse tradit, ibique hyemasse. vii. 20. Hic annus est *Olymp.* LXXIV. $\frac{2}{3}$. *Per. Jul.* 4233. Ita Expeditio ipsa sequentis anni Vere contigerit. Anni nimirum *Juliani* quo *Olympia* fuisse ipse testis est *Herodotus*. vii. 206. Convenit porro huic anno Archon *Phanippus*, (sub quo rem gestam in *Marathone* fuisse tradunt *Plutarchus*, *Aristid.* & Auctor *Chron. Oxon.*) ut ostendimus ubi supra, *Diff.* VIII. 12.

Hoc forte anno, mortuo *Cleomene*, succellit in familia *Eurysthenidarum* apud *Lacedæmonios* *Leonidas*. *Vid. Ol.* $\frac{21}{28}$. §.

Ant. Christ. 484. *Olymp.* $\frac{23}{4}$. §. *Camarina* à *Gelone* diruta, cum à *Gela* moveret ad suscipiendam tyrannidem *Syracusanam*. Quod hoc demum anno *Olymp.* 73. 4. factum colligitur è septennio quo regnavit *Syracusus*, mortuus *Olymp.* 75. 3. Id vero ita fuisse innuit *Herodotus*. Docens enim quomodo civitatem *Syracusanam* auxerit, deductis eo aliarum Urbium colonis, sic habet: Καμαρειαῖος ΑΠΑΝΤΑΣ ἐς τὰς Συρακούσας ἀγαγὼν πολίτας ἐποίησε, Καμαρειαῖος ὃ τὸ ἄστυ ΚΑΤΕΣΚΑΨΕ. *Herod.* vii. 156. Rectius ergo fortasse dirutæ *Camarinæ* Epocham ad hunc annum retulerimus, quam supra ad *Olymp.* LXXII. $\frac{2}{3}$. Quid fiet ergo de *Pindari Scholiastæ*? *Herodot.* sane conferendus non est. Quid si pro verbis *Scholiastæ*, καὶ πῶς Δαρεῖος τὴν Τραϊάκου στρατείαν, reponamus, καὶ ἴ &c. Nihil video quod pugnet quo minus ita faciamus. Sic autem omnia satis apte convenient.

Ant. Christ. 482. *Olymp.* LXXIV. $\frac{2}{3}$. *Nicophemum* Archontem appellat *Scholiastes Æschinis*, quem alii *Nicodemum*. *Vid. Ann. seq.*

Ant. Christ. 481. *Olymp.* LXXIV. $\frac{2}{3}$. Arch. *THEMISTOCLE*, *Piræus* portus condi cœptus ὅτι τ' ἐκεῖνος ἀρχὴς ἦν κατ' ἐνιαυτὸν Ἀθωναίων ἡγε. *Thucyd.* i. 93. Eoque in Magistratu fuisse *Themistoclem* suffragatur etiam *Pausan.* *Attic.* i. *Tempus*, quo in Magistratu fuerit, docet *Thucydides*



cydidis Scholiastes. Anno scilicet qui Xerxis Expeditionem præcesserit. Sic enim habet: Περί τῶν Μηδικῶν ἤρξε Θεμιστοκλῆς ἐνιαυτὸν ἕνα. Nec alio fortallè referenda verba Scholiasta inediti in *Aeschin.* in *Timarch.* quo loco *Aeschines* meminit *Nicophemi*: Οὗτος, inquit, ἤρξε πρὸ Θεμιστοκλέους. Ἦν δὲ ὅτι τῶν ἀρχόντων καὶ Ἡγήσανδρος. Καὶ ἔτοι κοινῇ διέκλεισαν τῶν δημοσίων χεῖρας δραχμῶν. Habemus certe ab hoc usque tempore ad ætatem *Aeschinis*. Fastos Archonticos continuos, in quibus unicus occurrit *Themistocles* Ol. CVIII. 2. Sed decessore *Theophilo*. Et ne quidem antiquior *Themistocles* Ol. LXXI. 3. decessorem habuit, qui nomen haberet affine *Nicophemo*, sed *Pythocritum*. Hoc autem loco quo Nos *Themistoclem* statuimus, decessor est *Nicodemus Dionysio Halicarnassæo*, qui facillime *Nicophemus* ab aliis potuerit appellari. Nec alio aliquo loco occurrit Archon *Nicophemus*, præterquam Ol. CIV. 4. qui successorem habet *Callimedem* vel *Callidemidem*, non *Themistoclem*. Ab illo, ni fallor, distinguendum censuit Scholiastes hac ipsa nota *successoris*. Est enim hoc in Fastis Archonticis frequentissimum, ut cognomines invicem Archontes addito *successoris* vel *decessoris* nomine invicem fecernant. Frustra ergo ad recentiora tempora *Themistoclis* Magistratum detrudit *Lidyattus*, quem tam disertis verbis *Persica* Expeditione antiquiorem, & uno duntaxat anno antiquiorem, statui videmus. Sic optime omnia invicem coherent, ut *caëptum* ante *Persica* portum, mox, ubi otium esset à *Persicis*, idem, qui cæperat, absolverit. Vel inde colligimus, antiquiorem *Adimanto* in Archontico Magistratu fuisse *Themistoclem*. Finem enim operi impositum, Archonte *Adimanto*, testatur *Diodorus*, quod *caëptum* tantummodo, cum ipse Archon esset *Themistocles*, docet hoc ipso in loco *Thucydides*. *Phædonem*, quem hoc loco reponunt alii, καὶ τῶν Μηδικῶν fuisse, disertissimis verbis testatur in *Thesei* vita *Plutarchus*. Imo his ipsis *Xerxis Medicis* juniorem fuisse è re gesta constat quam cum *Phædonis* Magistratu jungit *Plutarchus*. *Scyro* enim capta *Thesei* ossa *Athenas* retulit *Cimon*. Quam captam *Olymp.* LXXVII. 3. tradit *Diodorus*. Quod porro *Aphepsionem* huic eidem anno assignat *Ολυμπιάδων ἀναγραφή*, id nullo veteri teste niti, sed *Scaligeri* folius errori deberi, monuit ante Nos Cl.^a *Bentleius*. Et nos illum infra proprio loco asseremus. Nempe *Olymp.* LXXVII. 4. Merito ergo in hunc locum (qui alioqui vacuus futurus est) sufficiens est celeberrimus ille *Themistocles*. Nec erat, ut putavit *Lidyattus*, aliena ab Archontis dignitate χορηγία. Principibus enim in Republica viris concedi solebant *Ludorum sumtus*, etiam *Scenicorum*. Ipse etiam Archon præerat, & *Choragis* aulædos per sortes partiebatur. Facile intelligimus proximos Archonti ipsi dignitate fuisse *Choragos*. Nihil ergo vetat quin fuerint ex eorum numero qui Archontis Magistratum gesserant. *Pæna* enim ludorum perperam actorum in *Choragos* incidebant. Imo μέγιστον ἦν τότε σπουδῶν καὶ φιλοπομίαν τῶν ἀγῶνων docet in *Themistocle* *Plutarchus*. Idem *Cimonem* primariæ dignitatis virum Tragædorum iudiciis præfuisse cum collegis στρατηγῶν docet in *Cimone*. *Caëptum* quoque *Piræci* portum, ante prælium *Salaminium* ostendit diserta portus ipsius mentio in *Herodoto* ipso tempore illius prælii. Sic enim loquitur de *Fonibus*: Οὗτοι δὲ ἔχον τὸ

^a Resp. ad D.
Boyl.



οὗτος ἢ ἢ τὸ τὴν ἢ Περσεία. VIII. 85. Signum hic designatur situs *maritimi*, quod potius à *portu*, quam à *sinu* vel *Pago*, desumendum erat, ut volebat Cl. *Lidyattus*. Nec erat sane cur miremur frequentio- rem *Phaleri* quam *Piræei* mentionem in *Herodoto*, quod *Phalerus* jam usui idoneus esset, *cæptus* autem tantummodo alius ille portus, de quo loquimur, *Piræei*. Sed vel ex hac unica illius mentione satis constat, tum quoque, ante *Xerxis Medica*, cœptum saltem fuisse *Piræum*, atque adeo *Archontem*, qui *incepti* Auctor erat Archon, *Themistoclem*. Favent etiam verba *Herodoti* illa: Ἦν δ' ἦ τις ἀδελφῶν ἀπὸ τοῦ πύργου νεώσι πειρώων, τῶν ἔνομα μὲν ἔλω θεμιστοκλέους, παῖς δὲ Νικιόλου ἐκαλεῖτο. VII. 143. Loquitur de tempore quo *Græcis* data sunt *Oracula* de Belli eventu. Certe antea quam veniret *Xerxes*. Nam ad proventus *metallicorum* triremibus impendendos, non *Xerxis* obtentu, sed *Aginetarum*, usus est *Themistocles*, qui tum infensi erant *Atheniensibus*. Hoc sane tempore *Aginetas* Mare obtinuisse usque ad *Expeditionem Xerxis* monet *Eusebius* in *Chronico*, & *Plutarchus*, è Veterum scriptis ἢ δαλαροκρατέων. Et quidem per xx. annos, si versionem S. *Hieronimi* sequamur, quæ tamen in situ vitiosa. *Syncellus* x. annos duntaxat agnoscit, si tamen illa hauserit ex *Eusebio*. Utcunque tamen hoc Bellum *Atheniense* cum *Aginetis*, causam fuisse augendæ *Classis Atticæ*, quæ victoria *Salaminia* potita est, agnoscunt *Herodot.* VII. 144. & *Thucydides*, I. 14. ne sit necesse ad *juniorum* incertiorumque Auctorum testimonia confugere. Et sane unius saltem anni integri fuerit oportet tot navium constructio, cum nondum esset manifestus à *Persis* metus. Nec plusquam unius anni esse potuit, si tum νεώσι *Themistocles* ad potestatem accesserit. Hæc certe νεογεία quæ annua ejusdem στρατιάς, (qua victi *Persæ*) antiquior erat, alia vix esse potuit præterquam Magistratus *Archontici*.

Ant. Christ. 480. Olymp. 73. 4. I. Arch. Calliade, à Gamelione.
 Nempe à *Februarii Juliani* die VI.

Hinc novum Περσείας exordium arcessit *Thucydides* rerum ad sequentes *Annales* cognitu necessariarum. Et spatio annorum *quinquaginta* à *Xerxis fuga* concludit. Quod scilicet 1^o demum *Archonte* cœperit Bellum *Peloponnesiacum*, accensito *Archonte semestri*. Et qua initium Belli arcessit *Thucydides* à re gesta ad *Platæam*. Proinde *Archontes* hoc spatio numerandi sunt, & rectius, quam in receptis vulgo *Faltis*, eorum nonnulli *disponendi*. Pollicetur autem hoc intervallo *Thucydides* multa à decessoribus suis *Historicis* minime observata, quæ ipse accuratius indagaverit. Ad hæc itaque, tanquam ad normam, *Diodori* *Annales* exegimus, quem *unicum* habemus, horum temporum, *Annalistam*. Admodum tamen negligentem in rerum gestarum situ; & in diversorum, quibus usus est, diversarum etiam gentium, *Annalium* *commisione* imperitissimum. Rei itaque *Chronologicæ* interest, ut horum temporum *Annales* antiquissimi, qua quidem licet, è *Thucydide*, aliisque id genus fide dignis monumentis, restituantur. Nos ea tamen tantummodo quæ spectant ad *Thucydidem*.

Olymp.



Olymp. LXXIV. 4. Archontem prædictum Calliadem agnoscit Chronicon. *Marmoreum*. Plane pro nostris rationibus, quæ horum temporum Archontes Gamelione ineuntes cum duobus committunt annis Olympicis. Et quidem ita ut ex utroque anno Olympico *mediam* fere partem *singuli* sortirentur.

Xerxem ergo dicit Herodotus Sardibus hyemasse, & ἀμα τῷ ἔαετ fese ad trajiciendum *Hellespontum* accinxisse. VII. 37. Antea quam transiret, occurrit hic illi Themistocles cum suis Atheniensibus 10000. & Lacedæmonii duce Euæneto ad *Tempe Thessalica* Herod. VII. 173. Diodor. Plutarch. *Themistocl.* Dum Xerxes esset *Abydi* Herodot. VII. 174. Mense ergo, ut videtur, *Elaphebolione*, qui, hoc anno cœpit *Aprilis Juliani* die VI^o.

Veris nomine Vernos Attici Kalendarii menses (ut apud Thucydidem) intelligemus, quorum primus erat *Munychion*. Is à *Maii Juliani* die VI^o. incipiebat, pro nostris *Tabulis*. Postea igitur trajecerit oportet Xerxes. Mensem integrum trajectui insumsit. VIII. 51. Nempe spatium inter *Maii* VI^m. & *Junii* IV^m. quo inivit, pro nostro calculo, *Thargelion*. Hoc spatium tam *dies septem* complectimur *septemque noctes* continuas quibus *pedestris* per duos *pontes* trajecit exercitus, quam & Xerxis in utroque litore *moram*.

Solis illa *obscuratio*, quæ vulgo pro *Eclipsi* habetur, non fuit tamen, ut videtur, *Eclipsis*, quam nullam hoc tempore exhibet calculus *Astronomicus*. Ita de illa loquitur Herodotus quasi veram *Eclipsis* causam ne quidem *exploratam* habuerit. Solem ait ἢ ἐκ τῆς ἑραῆς ἐδραῖω relinquentem apparere desiisse. Quasi nimirum tramite suo cœlesti *excidisset*. Hoc in ea *defectione* mirabatur, & pro portento habuit, quod, cum nullæ essent *nubes*, pro *die* tamen *nox* extitisset. Non ita proculdubio loquuturus, aut *sensurus*, si, de *Luna* intercipiente *Solis* lucem dogmata *Philosophorum* accuratissimorum, tum temporis *arcana*, nec passim *nota*, ipse *comperta* habuisset.

Olymp. LXXV. I. ἐν τριῶν ἐτέροισι μῶσι (nempe à completo post trajectum *Hellespontum* mense primo) ἐξήκοντο ἐν τῇ Ἀθῆνῃ, Καλλιάδεω ἀρχοντος Ἀθῆναιῶσι. Herodot. VIII. 51. Hic quartus est ab ipsa trajectione mensis. *Hecatombæone* ergo Attico ad finem vergente (qui, pro nostris rationibus, exiit *Augusti Juliani* die xxxi^o.) *Athenas* venit Xerxes, etiamnum eodem Archonte *Calliade*. Et quidem hoc eodem anno Olymp. LXXV. *Calliadem* Archontem agnoscunt *Diodorus*, *Dionysius Halicarnasæus*, *Laertius* & *Thomas* Magister in vit. *Euripidis*. Hinc sane verum esse colligitur *situm* Archontibus horum temporum à nobis assignatum, propter Archontem *semestrem*. Hoc ergo *trium mensium* posteriorum spatio notas temporis *medias* comeplectimur. Sic tamen ut res gestæ pleræque in *hanc* partem anni *posteriolem* inciderint.

Belli initium erat à clade ad *Thermopylas*. Hujus tempus festo duplici designavit Herodotus. VII. 206. *Olympiorum* & *Carniorum*. De *Olympiis* ita: Ἦν ἰδὲ καὶ τὸ ὑπὸ Ὀλυμπιάδων τρίτῃσι τοῖσι πηγήμασι συμπιεσῆται. Loquitur de profectioe *Leonida* & prælio ad *Thermopylas*. Quasi nimirum paulo antè Olympiadem *Sparta* discessisset, cujus apparatus so-



ciis omnibus communis obstiterit quo minus *ipsi* tempore opportuno *Leonida* periclitanti interfuerint, & δουρόντες κατὰ τάχος ἔτι ἀλακρίδιστοι ἦν ἐν Θερμοπύλαις πέλεμον. De *Carnis* ita loquitur, quasi, illis celebratis, *Leonidam* jam antea missum secuturi essent cum copiis universis *Lacedaemonii*. Hoc enim innuunt illius, ni fallor, verba: Μετὰ δὲ, Κάριαι γὰρ οὐκ ἔτι ἐμποδῶν, ἐμελλον ὀρτάσαντες, καὶ φυλακῆς λιπόντες ἐν τῇ Σπάρτῃ, κατὰ τάχος βουθέειν πανδημεί. Instabant ergo *Olympia*, & *inducia* illorum fortasse coeptæ erant cum discederet *Leonidas*. *Olympia* autem ipsa nondum aderant, quæ *Socios* ad festorum finem permanentes impedierint ne etiam *ipsi* prælio adessent, ne quidem suspicatos tam cito apud *Thermopylas* prælio fatali decernendum esse. *Camiorum* sacra paulo remotiora erant cum *Spartam* antea cladis nuncius appulerit quam suppetiæ *Leonida* mittendæ ad iter accingerentur. Nec longum fuisse spatium ad *Olympia*, cum caderet *Leonidas*, exinde constat, quod, cum *Thermopylis* moveret *Xerxes*, pauci quidam ex *Arcadia* per fugæ ad *Xerxem* adducti nunciarint, tum *Græcos* in *Olympiis* celebrandis fuisse occupatos, ^a ὡς Ολύμπια διαγόρην, καὶ θεωροῦσιν ἀγῶνα γυμνικὸν καὶ ἵππικόν. Rogati nimirum à *Persis*, αὐεὶ ἢ Ἐλλήνων, τὰ ποίειεν; Tam *Quæstio* illa quam *Responso* eo spectant, ut, tum quoque, cum rogarentur per fugæ, *Olympia* peragerentur. Sic paucis ante ludos diebus ceciderit *Leonidas*. *Crisis* autem *Olympiorum* erat *Hecatombæonis* die xvi^o. (eo certe mensis *Eli-densis*, qui *Attico Hecatombæoni* respondebat, die) ut nos docet *Pindari* Scholiastes. Itaque paulo antea clades illa ad *Thermopylas*, in-eunte, ut videtur, *Hecatombæone*. Ταῦς αὐταῖς ἡμέραις, Pugna pedestris ad *Thermopylas*, & *maritima* ad *Artemisium*. Herodot. viii. 15. Et tamen *Æstas media*, μίσην διῆσθ. Herod. viii. 12. cum depugnaretur ad *Artemisium*. Quod videri potest *incommodum*, cum prælium illud mense *Æstivo* primo *Hecatombæone*, statuerimus; Sed vel inde potius *Cycli* nostri veritas confirmatur. Ad talem enim annum *Pugnam* vel inde referendam esse constat, quo *secundi* mensis *Parapegmatici* *Æstivi* locum tenebat mensis *Civilis* *Lunaris primus*. Et recte quadrat nota ista *Æstatis mediæ* in *Augustum Julianum* etiam *ineuntem*, qui fere *inibat* cum *Hecatombæone Attico*, pro nostris *Tabulis*. Est enim vera *secundus* mensis à *Junio Juliano* exeunte, cui conveniebat *Solstitium*. Anni enim *Tempestates* accuratius è *Parapegmate Solari*, quam è mensibus *Lunaribus Civilibus*, designari solebant.

^a Herod. viii. 26.

Proinde verum est, quod modo observabamus, res à *Xerxe*, post tra-jectionem, gestas, quarum quidem *tempus* exploratum habemus, ple-rasque ad partem hujus anni *sequentem* spectare, qua *primus* inivit an-nus *Olympiadis* lxxv^a. Itaque non absurde ad illum annum *Xerxis* διάβασιν plerique retulerunt. Quod scilicet, excepta ipsa ἀγῶσι, reli-qua omnia illo ipso anno, quem dixi, *Olympico* contigerint. Sic *Ex-peditionem* illam anno *Iphiteo* 297. tribuit, apud *Clementem Alexan-drinum*, *Eratosthenes*. Et *Calliadis* Magistratum *Archonticum*, sub quo *Expeditio* illa suscepta est, prædicto anno *Olympico* assignant, præter *Chronici Marmorei* Auctorem, reliqui fere omnes. Nec incommode, pro nostris etiam rationibus. Proinde à mense *Hecatombæone* *Xerxis* gesta



gesta reliqua incipienda esse duximus. *Cæptum* sane mensem illum, cum decederet à Sparta *Leonidas*, innuit, ut vidimus, *Herodotus*. Nec admodum affectum esse cum fatali *prælio* depugnaretur, exinde colligimus, quod *properatio* præter expectationem impediens quo minus *Peloponnesii*, qui *Olympiis* vacabant, *prælio* ipsi interesse potuerint. Imò ante ipsa *Olympia* prælium fuisse è *perfulgarum Peloponnesiorum* narratione didicimus. Ego *Hecatombæonis* die vi^o. fuisse suspicor, si quid quidem solidi de prælii tempore ad *Artemisium*, quod eodem die fuit, habeat *Ælianus*. Var. Hist. II. 25. Id enim ex *Herodoto* constat esse falsissimum, quod de mense *Thargelione* habet *Sophista*. De mensis die vi^o. sed alterius mensis, nempe *Hecatombæonis*, nihil obstat quo minus fuerit verum. Suspicio ergo quæ de mensium diebus sextis felicibus legerat *Ælianus*, ea ipsum omnia ad mensem *Thargelionem* per errorem retulisse. Certe *Boedromionis*, pariter ac *Thargelionis*, diem sextum *Græcis* felicem fuisse, exemplum dedit *Plutarchus* in *Camillo*, è prælio celeberrimo *Marathonio*. Idem *Thargelionem Barbaris* infelicem ibidem observavit. Sed *Græcis* ipsis infauftus fuisset si hoc die cecidisset *Leonidas*. Hoc autem die constituto quo interfectus est *Leonidas*, diem præterea haberemus, quo *Carthaginenses* etiam in *Sicilia* devicit *Gelo*, si quidem fides à *Diodoro*, diem eundem fuisse eventus utriusque. Sed certior *Diodoro* testis est *Herodotus*, qui diem prælii *Salamini*, non autem illius ad *Thermopylas* eundem asserit quo & *Carthaginensium vires* in *Sicilia* à *Gelone* accisæ sunt. *Herodot.* VII. 166.

Accepto nuncio de cæde *Leonidæ*, *Peloponnesii* τάχιστα sese ad *Isthmum* vallo muniendum accingunt. *Herodot.* VIII. 71. Ολύμπια δ' ἢ Κάρνεα παροίχοντες ἦδην. c. 72. *Olympiorum* κρίσιν, quæ die erat *Olympiorum* ultimo, *Hecatombæonis* diem xvi^m. fuisse diximus, qui hoc anno dies erat *Augusti juliani* xvii^{us}. *Carniorum* sacra mente fuisse *Siculorum Carnio*, qui *Attico Metageitnioni* respondebat, ostendimus *Diss.* VI. §. 5. Cæpit hujus anni *Metageitnion* cum *Septembri Juliano*. Proinde affecto *Septembri* hoc opus susceperint. In eo occupati sunt usque ad *Eclipsin*. *Herodot.* IX. 10. *Octobris* nempe *Juliani* diem ii^m. *Boedromionis* autem *Attici* (pro nostris *Tabulis*) diem iii^m. Hoc medio spatio Urbem suam deseruerant *Athenienses*. Spe nempe sublata *auxilii* à *Peloponnesiis Isthmum* muniuntibus.

Succellit deinde *Prælium* ipsum ad *Salaminem Boedromionis* xx^o. *Octobris* nempe *Juliani* die itidem xx^o. Sic recte *Plutarchus* in *Camillo*. Male idem in *Lysandro*, & de gloria *Atheniensium*. Mensem certe *Boedromionem* fuisse, docet etiam *Herodotus*. Nam *Mysteria* eodem tempore acta fuisse testatur. Imò diem *Mysteriorum*, quæ *Jaccho* *Mystico* dicabatur, idem tradit VIII. 65. Quem diem *Boedromionis* xx^m. fuisse testatur, ubi supra, *Plutarchus*. Nam præsidium *Macedonicum Athenienses* recepisse dicit, αὐτὸ δ' αὐτῶν δ' εἰσάδα δ' Βονδρουμῶν, ἢ δ' μυσικὸν ἱαχὸν ἐξάγασιν. Convenit porro *Argumentum* quo usum tradit *Themistoclem*, ut *Græcos* à Rege *Xerxe* persequendo averteret. Ut nempe darent operam *sementi*. *Herodot.* VIII. 109. *Imbres* enim *sementi* opportunos in diem *Novembris* xi^m. confert *Cicero* in *Xenophontis Oeconomica*



nomico à se Latine verso, teste Plinio. Nat. Hist. xviii. 25. Recte ergo ἀνωγειν εἶναι τὸ ἔπεσθαι πολεμίων ait, apud Herodotum Mardonius. viii. 113. Suadetque Regi ut in Thessalia hyemaret, & deinde ἄμα τῷ ἔασι Peloponnesum denuo tentaret. Mare clausum ab eodem illo Novembris die xi°. inchoabant Romani. Veget. de Re Milit. iv. 39. Recte ergo à *maritima* persecutione dissuasit Themistocles. Et ab eodem die Vergiliarumque occasu Hyemem inchoat Plinius pro more Romano. Nat. Hist. ii. 47. Ut proinde recte Xerxem de Hybernis quærendis monuerit item Mardonius. Herodot. viii. 113. Mæmaæterion Hibernorum mensium primus inivit Octobris Juliani die xxx°. decimo nimirum à Pugna ipsa die.

Die à Prælio xlv°. appulit in Hellepontum Xerxes, ad trajectum scilicet. Herodot. viii. 115. Nempe Decembris Juliani die iv°. Idem Pyanepsionis Attici dies erat vi^{us}. pro nostris Tabulis. Hoc spatio fuga Xerxis concludenda est, quam pro annorum, in quibus versamur, quinquaginta Epocham habet Thucydides. Imo ab ipso potius prælio suppultasse arbitror, vel potius à paucis post prælium diebus. Herodot. viii. 113. Post Xerxis fugam gesta Themistoclis in Insulanos, & obsessa forte à Persis Olynthus, post diem Pyanepsionis vi^m. quo Xerxem in Hellepontum appulisse diximus. Classis Xerxis Cumæ hiberna habuit. Herodot. viii. 130.

Hic observatu dignum est, Themistoclem prima hujus Juliani parte rem gessisse adversus Xerxem, jam non amplius Archontem, sed *στρατηγόν*. Hoc enim nomine *militiæ* præfuit, & quidem *extera*, ultra Urbis pomerium. Nec est qui dubitet idem fuisse *posteriori* anni parte in prælio celeberrimo Salaminio. Inde constat *annuam* illius *στρατηγίας* utramque partem complexam esse. Et proinde Anni Civilis Attici formam talem fuisse qualem nostræ supponunt rationes, quæ à Gamelione cœperit, non autem ab Hecatombæone.

Ant. Christ. 479. Olymp. LXXV. 1. II. Arch. Xanthippo, à Gamelione.
Nempe à Januarii Juliani die xxvi°.

Hunc Archontem superiori proximum faciunt omnes. Et similiter in situ discrepant, eundem quem Nos situm illi assignantes. Chronici Oxoniensis Auctor annum illi tribuit Olymp. LXXV. 1. Diodorus Olymp. LXXV. 2. Idem Xanthippus ille cum eo qui pater erat Periclis.

Olymp. LXXV. 1. Obsidio Potidææ post tres menses ad finem perducta. Herodot. viii. 129. Cœpit certe post reditum Xerxis. Reversus enim Artabazus obsidionem utramque suscepit, tam Olyntho, quam Potidææ. Herodot. viii. 126. 127. Hellepontum attigit Xerxes Pyanepsionis vi°. Decembris iv°. ut supra. Proinde finem accepit obsidio post diem vi^m. Anthesterionis, Martii autem Juliani diem iii^m. Postea ductæ ab Artabazo copix illæ ad Mardonium, adhuc in hibernis agentem. Deinde Athenas legatum mittit Mardonius Alexandrum Macedonum Regem, expectatque ipse in Thessalia dum rediret. Hæc omnia satis commode ante initium Veris, nempe Munychionis Attici diem i^m. Aprilis autem Juliani diem xxv.



"Ἐὰρ ἠπλάμψαντος ἀπὸ τῆς κλάσσης Περσικῆς ἐκ τῆς Κυμαίας τὸν Σάμου κινήσας. Herodot. viii. 130. Verba *Herodoti*, à diei *diluculo* Metaphora ducta, *Veris*, ut ita loquar, *diluculum* designant, primumque adeo *Veris exordium*. Proinde ultra diem prædictum *Aprilis xxv*. Expediit illa multum differenda non est. Ὡς τὸ δέος ἐτίματο. *Diodor. Ol. 75. 2.*

Græcos τὸ ἔαρ ἡθροῦσαν excitavit ad navigationem in *Aeginam*. Herodot. viii. 131. Adhuc *Mardonio* in hibernis *Thessalicis* agente, *χευδζοῖτος*. Herodot. viii. 132. Hæc duo invicem collata docent *Ver*, propinquum tantummodo fuisse, nondum *caeptum*, cum fusciperetur illa *navigatio*. Concluditur hoc spatium, ni fallor, inter *Martii Juliani* diem x^m. quo finis *Mari Clauso*, pro disciplina *Romanorum* (*Veget. de Re Milit. iv. 39.*) & diem *Aprilis* prædictum.

Decimo mense, postquam fuerant à *Xerxe* captæ, *Mardonius Athenas* venit. Herodot. ix. 3. Mense scilicet *Thargelione*; qui hoc anno cœpit *Maii Juliani* die xxiv^o. Imo mense ad exitum vergente, si quidem integrum spatium illud *decimestre* intelligatur. Proinde mense *Juliano Junio*, cujus die xxii^o. exiit *Thargelion*. Nam *Hecatombæone* superioris anni similiter exeunte *Athenas* venerat *Xerxes*. *Athenas* desertas reperit *Mardonius*, unde paulo antea in *Salaminem* decesserant *Athenienses*. Deserti nimirum ipsi à *Peloponnesiis*. Paulo, inquam, antea. Nam legationem à *Mardonio Athenis* ipsis obierat *Alexander Rex Macedonum*, quem expectavit in hibernis *Mardonius*, dum rediret. Nec *Athenienses* antea negligebant *Peloponnesiū* quam *muris*, quo *Isthmus* vallabatur, *pinnas* accepisset. Herodot. ix. 6. Has autem nondum acceperat cum *Athenis* esset *Alexander*. Adhuc enim sibi quoque vehementer extimescebant. Herodot. ix. 8. Denique, quia *Athenis* non antea discesserunt quam *Mardonius* in *Bæotia* esse audiretur. Herod. ix. 6. Exprobrant autem *Athenienses Lacedæmoniis*, quod, se neglectis, *Hyacinthiis* vacabant. Herodot. ix. 6. 11. Ipso, ut videtur, *discessionis* tempore. Itaque & *Hyacinthia* sub finem *Attici Thargelionis*. Vel potius, sub finem mensis *Laconici*, qui *Attico Thargelioni*, pro maxima sui parte, respondebat, *Hecatombæi*. Huic enim mensi *Laconico Hyacinthia* tribuit *Hesychius*. Hic situs *Hyacinthiorum* satis commodus est. Reditum enim *Agefilai* ab Expeditione *Vernali* ad *Hyacinthia* agenda maturum censet *Xenophon*. Quippe quæ sub finem mensis *Vernalis secundi* agi solerent. Cogitandum ergo annon hæc melior sit *Hyacinthiorum* dispositio, quam sit alia illa à nobis alibi assignata, quæ mensi *Laconico* illi assignabat, qui *Attico* responderit *Hecatombæoni*, Diff. viii. 17. Et Ann. *Xenophont.* xix. Menses *cognomines* non semper ejusdem fuisse situs in multis aliis exemplis observavimus. Estque sane hoc *Herodoti* testimonium exceptione majus. Non tamen vacat impræsentiarum ut jam operosius in illud scrutinium incumbamus. Hoc *Hyacinthiorum* tempore x. dies elapsi sunt, quibus distulerant auxilia *Atheniensibus* mittenda. Nempe cum *Alexander Rex Macedonum* legatus à *Mardonio Athenas* venisset. Herodot. ix. 8. Post discessum auxiliorum cum *Pausania*, mox *Mardonius* in *Attica*. Herodot. ix. 12. *Mardonius Athenas* reliquit antequam *Isthmum* attingeret *Pausan.* Herod. ix. 13.

G g g g g g

Olymp.



Olymp. LXXV. 2. In mutuam *conspēctum* venerunt acies *Perſarum & Græcorum*. Herodot. ix. 30. Die ſcilicet ante prælium *Platæenſe XIII^o*. Proinde die *Metageitnionis Attici* (pro poſteriori ejus parte) *XX^o*. *Septembris Juliani* die *X^o*.

Sacrificatum ex utraque parte ab *Aruſpicibus* tam *Græcorum*, quam *Perſarum*. Aruſpicibus tamen utrobique *Græcis*. Ημέρη δευτέρη. Herodot. ix. 32. Nempe mutui *conſpēctus*. *Metageitnionis Attici XXI^o*. *Septembris Juliani XI^o*. Ante prælium *Platæenſe XII^o*.

Conſilium à *Timogenide Mardonio* datum de aditibus *Cithæronis* cuſtodiendis, ne *transfugæ* elaberentur ad *Græcos*. Ημέραι δέ σφι αντικατηφόροι ἤδη ἐγρόνισαν ὀκτὸς, ὅτε πάντα ἐκείνη σιωπῆσεν Μαρδονίῳ. Herodot. ix. 38. Die ante prælium *VI^o*. *Metageitnionis Attici XXVII^o*. *Septembris Juliani XVII^o*.

Μετὰ δὲ τῷτο τὸ ἔργον, ἑτέρας δύο ἡμέρας διέτεσαν, ἐστέτεροι βελδύοντο μᾶλλον ἀρχαί. Herodot. ix. 39. Nempe μέχρι τῆς δέκα ἡμερῶν, c. 40. Ad diem ante prælium *IV^m*. *Metageitnionis Attici XXIX^m*. *Septembris Juliani XIX^m*.

Ἐνδεκάτη ἐγρόνισε ἡμέρη ἀντικατηφόροις ἀλλήλοισι ἐν Πλαταιῶσι Conſilium *Mardonii* de prælio ſequenti die ineundo. Herodot. ix. 40. 41. Die ante prælium *III^o*. *Boedromionis Attici I^o*. *Septembris Juliani XX^o*. Sub noctem (à qua nocte inivit dies *Boedromionis Attici II^{us}*. à Solis occaſu) de prædicto *Mardonii* conſilio *Græcos* monet *Alexander Rex Macedonum*. Herodot. ix. 43. 44.

Græcorum aditus intercludit *Equitatus Mardonii*. Inde conſilium *Græcorum* de novis caſtris occupandis. Herodot. ix. 48. 49. Secunda noctis vigilia (*Boedromionis Attici* die *III^o*. *Septembris Juliani* adhuc *XXI^o*. ſed exeunte) *Græci* è caſtris diſcedunt. Herod. ix. 50. 51. Ἡμεῖς ἡμέρα διεξῆλθεν ἀρχή. *Plutarch. Ariſtide*. Hoc die *Mycalen* veniunt *Græci*, ὅσπερ αἰά pugnaturi. *Diodor. Ol. 75. 2.*

Prælium decretorium ad *Platæam* die *Boedromionis Attici III^o*. *Plutarchus* bis, in *Camillo*, & de *Glor. Athenienſi*. Proinde *Septembris Juliani* die *XXII^o*. Male idem *Plutarchus* in *Ariſtide*, *Boedromionis τετραδάκι*. Errore, ut videtur, è menſis *Boeotici Panemi τετραδάκι* verbis proxime ſequentibus memorata, orto. Peſſime *Ælianus*, qui *Thargelionis* diei *VI^o*. tribuit. *Var. Hiſt. II. 25*. Quod è prædictis conſtat eſſe falſiſſimum. Πρώτῃ commiſſα hæc Pugna. Herodot. ix. 100. Eodem die victoria ad *Mycalen* *Græcorum* in *Perſas*. Herodot. ix. 89. 99. 100. *Diod. Ol. 75. 2.* Eodem etiam menſe. Sed μετὰ δέλω victoria ad *Mycalen*. Herodot. ix. 100. *Xerxes* huc uſque *Sardibus*, mox inde ad *Suſa* diſceſſit. Herodot. ix. 107. Secunda hæc *Joniæ* defeſſio à *Perſis*. Herodot. ix. 103. Prior ſub *Dario*, Auctore *Ariſtagora*. L. v.

Δευτέρη ἡμέρη, à prælio *Platæenſi Mardonii* cadaver ſurreptum. Herodot. ix. 83. Nempe *Boedromionis Attici* die *V^o*. *Septembris Juliani* *XXIV^o*.

Ἐνδεκάτη ἡμέρη ἐπὶ τῆς συμβολῆς, ſepultis mortuis, ἀπὸ τῆς *Thebas* obſident *Græci*. Herodot. ix. 85. viz. *Boedromionis Attici* die *XIV^o*. *Octobris Juliani* die *III^o*.

Εἰκοστὴ ἡμέρη deditus à *Thebanis Timogenidas*. Herodot. ix. 86. *Boedromionis Att.* *XXIII^o*. *Octobris Juliani* *XII^o*. Ita quidem, ſi dies ille *XX^{us}*.
nume-



numeretur *ὑπὸ συμβολῆς*, ut supra. Fieri tamen potest ut xx^{us}. intelligatur *obsidionis*. Sic fuerit *deditio Mæmaeterionis Attici* die iv^o. *Octobris Juliani* xxiii^o. Idque fortassè rectius.

Inferiæ annuæ constitutæ una cum agone *Pentaeterico* in honorem eorum, qui hoc Prælio *Plataensi* occubuerant, *Mæmaeterionis Attici* die xvi^o. *Plutarchus* in *Aristide*. Nempe *Novembris Juliani* die iv^o. *Antea*, ut videtur, quam in suam quique patriam redirent *Græci*. Nam communi *Græcorum* *συμμάχων* nomine harum *inferiarum ludorumque* curam *Plataensibus* committam esse docet *Thucydides*. II. 71. III. 58. 59. Ait enim *Pausaniam* *ἐγκυκλίους πάντας τὰς Ἑλλήνας*, & *Plataensibus* permisissè *agros suos Urbemque αὐτοῦν οἰκεῖν*, & vetuisse nequis illis *ἀδικῶς* aut *ἐπὶ δολείᾳ* bellum inferret. Si *secus* factum esset, *ἀμύβην τὰς παρόντας* *ἐγκυκλίων κτ' δώσαν*. Et certe *Aristidis* illud *ἡπίσιμα* fuisse, communi, ut videtur, *Atheniensium* nomine, agnoscit *Plutarchus*. Hæc sane ostendunt, non cum *sepeliendis* cadaveribus vacarent, facta esse; sed *deditis* redactisque in potestatem *Thebani* *Μηδισμῶ* Auctoribus. Inde enim opus erat nova *ἐγκυκλίων ἐγκυκλίους*, ut quæ *Πανελληνίων* communi nomine fancienda erant, apud *posterōs* vim legum habitura, ea singularum *Græcarum* gentium, quæ saltem Concilii *Amphictyonici* jus habebant, suffragiis stabilirentur. Et sane, post *deditum Timogenidam*, adhuc simul fuisse *Græcos* ipse quoque innuit ^a *Herodotus*. Ait enim ^a *Herodot. ix. 86. 87.* sociis *Timogenidæ* spem fuisse crimen refutandi, aut saltem numeratis pecuniis elabendi. Idque, cum suspectum esset *Pausaniæ*, proinde illum, dimissis sociorum copiis, reos *Corinthi* supplicio affecisse. *Plutarchus* certe in his *annuis* conventibus *ὑπὸ τῇ Ἑλλάδος προέβλεψεν & θεωρῆς*, in ludis autem *Pentaetericis* etiam *συντάξιν Ἑλληνικῶν* agnoscit. Recte hæc convenient, si post *reditum à Thebis* hæc acta supponamus. Is enim *reditus* cum, post diem *Mæmaeterionis* iv^m. contigerit, vix poterant hæc *inferiæ* ante diem ejusdem mensis xvi^m. celebrari. Præsertim, si, sociis in patrias, *Bello confecto*, properantibus, nova aliqua opus fuerit *ἐγκυκλίους*. Nec aliter intelligo, cur non ipso potius Prælii die fuerint *Panegyres* in memoriam eorum qui hoc Prælio *cecidissent*. Sic autem ratio manifesta erit.

Post rem gestam ad *Mycalen*, *Græci Hellepontum* petunt. *Lacedæmoniis* domum reversis, *Athenienses* *Sestum* obsident, duce *Xanthippo*. *Εὐδὸς ἐκ κατὰ πλεῖστον προέβλεψεν τῇ πύλει ποιησάμενος, εἶλε Σησόν*. *Diodorus*. Quasi vero primo impetu expugnasset. Non ita certe, si Auctores *Diodoro* meliores audiamus. Aliter *Herodotus*: *πολιορκουμένησι σφι φθινόπωρον ἐπέχρητο*. IX. 116. Cœptam *obsidionem* ante *Autumnum* innuit. Ita scilicet ut ad *Autumnum* usque pertigerit. Hoc enim indicat vox *ἐπέχρητο*. Suffragatur *Herodoto* *Thucydides*, qui *Athenienses* *ἐπιχειρήσαντας* *Sestum* expugnasse tradit. I. 89. Cœptam etiam ille, cum expugnaretur, tempestatem fuisse significat *hibernorum* *militarium*. Pro eodem exemplo quo *Herodotus* cœptum fuisse docuerat *Autumnum*. Nempe *Herodoti* *φθινόπωρον* *Hyeme* sua *semestri* concludit *Thucydides*. Nam *semestris* illa *hyems* menses complectebatur, tam *Autumnales* post *Æquinoctium* *Autumnale*, quam & vere *Hyemales* post *Brumam*, sive *Sol-*

G g g g g 2

stitium



sticium *Hibernum*. Ita cœperit obsidio illa ante diem *Mamæsterionis* 1^m. qui cum die *Octobris Juliani* 22^o. pro posteriori ejus parte, concurrebat. Inde enim initium erat *Autumni Herodotei*, *Hyemis* autem *Thucydideæ*. Quousque ultra pertigerit incertum est. Verisimile autem est in menses *Hyemales* longius processisse, cum illos ibi ἐπιχειρήσασθαι dicit *Thucydides*; & cum tædium caperet *Athenienses* absentia à patria. Ita sane loquitur *Herodotus*, quasi, expugnata *Sesto*, hujus anni militiæ finem imposuerint. Sic enim habet: Καὶ κατὰ τὸ ἔτος τὸτο, ἔδεν ἐπὶ πλεον ταύτων ἐσπέρτο. IX. 120. Nec aliter hoc in loco ipse *Diodorus*, qui eodem hujus Urbis *Excidio* Bellum hoc διέτεθ' cum *Persis*, pro *Herodoti* exemplo, concludit. Ol. 75. 2. Ex utroque colligimus, post *Mamæsterionis* xvi^m. & *Novembris Juliani* diem iv^m. & tamen ante sequentis *Gamelionis* initium, & *Januarii*, adeo *Juliani* xv^m. in patriam rediisse *Athenienses*.

Obiter hinc etiam intelligimus recte à nobis constituta esse initia annorum *Archonticorum*. Res enim gestas Archonte *Xanthippo* ab *Hyemis* fine *Æstatisque* initio arcessit ipse *Diodorus*. Admodum incongrue, si quidem idem tum initium fuisset annorum *Archonticorum* atque *Olympicorum*. Accuratissime autem pro nostris hypothefibus, qui annos *Archonticos*, ante *Metonem*, à *Gamelione* potius arcessendos existimamus. Aliter fuisset, ad finem potius *Archontis* cujusque, quam ad initium, res *Hyeme* aut *Vere* gestæ referendæ essent. Formam hic vetustissimorum, ante *Thucydidem*, quos excerptit, *Annalium* servavit *Diodorus*, quos etiam ipsos *Archontibus* designatos fuisse in *Apparatu* jam ostendimus. Et recte hæc se habere exinde verisimile est, quod tam longe absint ab eorum placitis, qui è juniorum *Archontum* situ, qui annis *Olympiadum* accurate respondebant, de veterum quoque *Archontum* simili situ, *Historico* cœvo nullo præeunte, pronunciabant. Hinc ergo recte *Xanthippum* anno *Juliano* ineunte *Archontem* fuisse colligitur. Nec alium fuisse, etiam cum novus iniret annus *Olympicus*, res à *Xanthippo* gestæ docent, si quidem idem fuerit *σπαργὸς* cum *Archonte* *Xanthippo*. Prælium enim ad *Mycalen*, *Sestumque* expugnatam, ad posteriorem illam anni partem referenda esse jam ostendimus. Erant sane, fateor, *σπαργὸς* *Archontisque* munera invicem diversissima. Nec qui utroque munere defungebantur, *Aristides* & *Themistocles*, eodem item anno, utroque insigniti sunt. *Archon* *Eponymus* *Judiciis* præficietur, domi potius, quam *militiæ* officium executurus, & pro *Civili* magis, quam *militari* Magistratu agnoscendus. Nec sane ullum, ut opinor, *Archontem* *Eponymum* in *Fastis* legimus, qui eodem anno, quo *Archon* erat *Eponymus*, res *Bello* gesserit, hunc unum si exceperis. Nec tamen proinde absonum erat, ut exercitui præfuerit hujus saltem anni *Archon* *Eponymus*. Non obstabat numeris diversitas, quo minus in unum eundemque hominem convenirent. Erat enim, etiam apud *Romanos*, *Prætura* Magistratus similiter *Civilis* *Judiciis* in foro exercendis. Et tamen *Prætoribus* sæpissime *Provincia* *Exercitusque* demandabantur. Idque certe, siquando apud *Athenienses* obtinuerit, hoc saltem anno apud illos locum habere potuit. Perierat *Civitas* à *Mar-*
donio



donio jam nuper incensa. Exulabant autem Cives in *Agina & Salamine*. Rarum ergo, aut potius fortasse nullum, fuisse verisimile est usum fori atque Tribunalium. Silebant enim inter arma Leges. Inutilis ergo fuisset Archon nisi se à munere otioso ad munus Reipublicæ tunc temporis opportunissimum contulisset. Hoc si verum, sic anni partem utranque occuparit hujus saltem anni Archon Eponymus, ut nostræ exigunt rationes. Jus enim gladii etiam ad Tribunalia necessarium erat in Archonte pariter ac Prætura. Estque id veteribus Scrip- toribus Romanis solenne, quoties in Historia Græca versantur, ut Græcum Archontis nomen Latino Prætoris nomine reddiderint. Non alia, ut videtur, causa, quam propter officiorum illam, quæ saltem credebatur, utrobique similitudinem.

Ant. Christ. 478. Olymp. LXXV. 3. III. Arch. Timosthene, à Gamelione. Nempe à Januarii Juliani die xv.

Hujus etiam Archontis situm eadem, quæ supra, probant Testimo- nia. Priori anno Olympico assignat Auctor Chronici Marmorei Oxoniensis. Posteriori reliqui. Et res etiam sub illo gesta hoc idem vincunt, ut mox videbimus.

Ol. LXXV. 2. Athenienses ἐπειδὴ οἱ βαρβαροὶ ἐν τῷ χρόνῳ ἀπῆλθον, ΕΤΘΤΞ Uxores, liberos & supellectilem domum reducunt. Thucyd. 1. 89. Lo- quitur fortasse de fuga Persarum à Prælio Plataensi. Sed nondum rediisse illos probavimus ante Mamecteronis saltem xviii. qui prælio aderant Plataensi. Nondum illos, qui, sub duce Xanthippo, Sestum di- ripuerant, partemque aliquam Hyemis, vel Autumni potius, (qui prio- rem Hyemis semestris partem conficiebat) ipsi obsidioni infumferant. Hucusque enim τὸ κοινὸν Atheniensium ne quidem aderat, à quo tamen hoc de suis reportandis consilium susceptum indicat Thucydides. Nec poterant fane uxores liberosque & supellectilem domum deducere ex Insulis locisque maritimis, antea quam rediret classis, quæ tamen diu ante superioris anni Juliani finem redire vix potuit. Erant præterea ædes necessariæ quibus familiæ reportandæ reciperentur, antea certe restaurandæ quam reportarentur ædium habitatores. Veteres enim Ci- vitatis ædes paucas admodum superfuisset testis ipse est Thucydides. Fa- ciunt hæc ut vox ἐὸςδὸς laxius intelligenda sit. Non scilicet de superiori anno Juliano exeunte, sed hoc potius ineunte. Idque fane necessarium erat, si novo demum Archonte redierint, quod verum agnoscit Diodorus. Sed ultra hujus anni Juliani initium reditus differri fane vix potest. Quos enim tædium ceperat absentia à suis superiori Autumnio ineunte, illos diutinam absentiam hoc novo anno ineunte toleraturos verisimile non est. Imo superioris anni sine illos rediisse jam probavimus. Quod si hoc anno Juliano redierint, & novo tamen Archonte; sequetur ne- cessario ab initio anni Juliani tempus, quo novus Archon inierit, longe distare ne quidem potuisse. Maximam ergo hujus anni partem ædibus restaurandis, affectibusque charissimis reportandis infumferint. Nec enim modico tempore constare poterant, quantumvis properantibus.

G g g g g 3

Olymp.



Olymp. LXXV. 3. Restauratis ædificiis, & reversis Uxoribus liberisque, tum demum se ad muros Urbis suæ reficiendos accingunt Athenienses. Priori operæ non erant molesti Lacedæmonii, ut proinde illi per otium vacare licuerit. In mœnium labore suæ partes erant omnibus, ut ne quidem uxores aut liberi excusarentur. Itaque reversos illos, plenamque adeo Urbem, supponit mœnium constructio, multoque magis ædificia illis recipiendis necessaria, quibus proinde antiquior esse non poterit. Et quidem ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ Urbem muris esse munitam agnoscit Thucydides. I. 93. Idque res ipsa necessarium fuisse vincit. Veritatem enim patefecissent, si quidem multi fuissent inter Athenienses Lacedæmoniosque, ultro citroque nuncii. Et breve admodum tempus suffecit nunciis invicem recipiendis. Inde colligitur, ad anni finem mœnium constructionem esse differendam, & proinde ad posteriorem spectare annum Olympiadis.

Ant. Christ. 477. *Olymp. LXXV. 3. IV.* Arch. Adimanto, à Gamelione. Nempte à Februarii Juliani die III^o.

Post Urbem conditam, & mœnibus circumvallatam, proximam Atheniensium curam de Piræeo portu docet fuisse Thucydides. I. 93. Admodum sane congrue. Quippe quæ ad idem ædificandi studium, quo hactenus fuerant, à Persarum fuga, occupati, pertinuerit. Nec sane moram aliquam interpositam inter hæc omnia ædificia, vincunt ipsius verba. Sic enim de his scribit ædificiis: Ἀδωάνῳ μὲ ἕως ἐτερχίδης, ἡ πάλαι κατασκευάζοντο, εὐδὺς μὲ τῶ Μίντων ἀναρχήσῃ. Et sic illum intellexit Scholiastes: Εὐδὺς] μὲ τὸ τερχίδωαι. Itaque ut τερχομὸν Archonti superiori Timostheni, sic portum Piræeum, huic proximo Archonti, res ipsa docet, recte assignasse Diodorum. Et cum Archonti Adimanto assignârit, inde etiam colligimus hunc verum esse locum Adimanti. Sed vero absoluerunt, potius quam condiderunt, Athenienses hoc anno Piræeum. Cœptum enim esse, cum Archon esset ipse Themistocles, monet Thucydides, idque jam ex eo supra observavimus. Proinde locus Archonti Themistocli post Medica plane nullus. Nedum ante Archontem Adimantum, sub quo finem Piræeo impositum Veterum consensus est. Tutius autem Diodori fidem sequemur, cum diversis Archontibus res gestas accenset, quam cum res diversis annis gestas sub eodem tamen narrat Archonte. Quæ enim diversorum Archontum Magistratibus gesta recenset, ea illum è cœvis Annalibus accepisse verisimile est in quibus ita disposita repererit. Potuit autem facillime sub uno Archonte diversorum annorum Acta enarrare, quorum unam tantummodo partem Archonte designatam reperisset, si reliquam Historiæ partem non ex Annalibus hauserit, sed Historiis, quæ rerum gestarum ordinem per annos non digesserint. Imo ita rem fuisse mox aliquot è Diodoro exemplis ostensuri sumus.

Hoc anno Expeditionem Pausaniæ ad Cyprum & Byzantium ponit Diodorus. De quo Thucyd. I. 94. Perperam omnino. Multorum annorum



annorum gesta in annos *singulos* refert, tam *Pausaniae*, quam *Themistoclis*, quæ Nos proinde accuratius disponere conabimur.

Ant. *Christ.* 476. *Olymp.* 78. 4. V. Arch. *Aristide*, à *Gamelione*.
Nempe à *Januarii Juliani* die XXI.

De hujus Archontis *situ* Videnda quæ dicemus infra ad *Archontem* hujus numeri x^m.

Ant. *Christ.* 475. *Olymp.* LXXVI. 1/2. VI. Arch. *Phædone*, à *Gamelione*.
Nempe à *Februarii Juliani* die X.

Locus hujus *Arch.* à superiori pendet. Proinde *ratio* ibidem quærenda.

Hoc anno eruptio *Ætnæ* annis ante vi^m. Belli *Peloponnesiaci* annu^m *quingenta*. "ΕΤΙ ΠΕΝΤΗΚΟΣΩ. *Thucyd.* III. 116. Refertur à *Chronico Marmoreo* ad Archontem *Xanthippum*. Sic fuerit quadriennio *antiquior* quam volebat *Thucydides*. Eo spectant, ni fallor, verba *Pindari*. *Pyth.* I. 40. &c. *Victoria* illa in quam scripsit *Pindarus*, *Pyth.* XXIX. *Olymp.* LXXVII. 2/3. Proinde ante illum eruptio *prima*. *Ætnam* Urbem fundavit *Hiero* *Olymp.* LXXVI. I. *Diodor.* Si post illam conditam montis *eruptio*, ita satis apte pro mente *Thucydidis*; & *serior* quam volebat Auctor *Chronici Marmorei*. Vereor tamen ne id possit ex illius verbis elici.

Ant. *Christ.* 474. *Olymp.* LXXVI. 2/3. VII. Arch. *Dromoclide*, à *Gamelione*.
Nempe à *Januarii Juliani* die xxx^o.

Hoc anno consilium *Spartæ* initum narrat *Diodorus* de maris Imperio sibi asserendo, à quo illos dissuaserit *Hetæmoridas*. Si quidem *vere* hoc anno, vel etiam *Archonte*, occasionem à *Piræeo* portu sumtam existimarem, quem hoc ipso *sine* condendum Auctor fuerat *Themistocles*, ut *mari* potirentur. Inde perpetuis *Atheniensium* æmulis *Lacedæmoniiis* metus & suspicio ne per potentiam *maritimam* ultra modum sibi congruum invalescerent. Sic tamen loquitur *Diodorus*, quasi ad *Imperium* in *Socios Pausaniæ* insolentia *deperditum* retulisset, quod tamen *multis* post hunc annum in quo versamur, *annis* *deperditum* probabimus.

Ant. *Christ.* 473. *Olymp.* LXXVI. 3/4. VIII. Arch. *Acestoride*, à *Gamelione*.
Nempe à *Januarii Juliani* die XIX^o.

Ant. *Christ.* 472. *Olymp.* 77. 4. IX. Arch. *Mencone*, à *Gamelione*.
Nempe à *Februarii Juliani* die VI^o.

Ant. *Christ.* 471. *Olymp.* LXXVII. 1/2. X. Arch. *Charete*, à *Gamelione*.
Nempe à *Januarii Juliani* die XXVI.

Vidit recte Cl. *Lydiattus* unum *vacare* locum in *Festis Archontum* receptis, pro hypothefibus *Marmoris Oxoniensis*, inter *Timosthenem* Num.



Num. ante Epocham suam *Diogneti* ccxv. & hunc Archontem *Charetem* Num. ante *Diognetum* ccviii. Sic enim *Chares* Archon erit à *Timosthene* vii^{us}. quem tamen vi^m. tantummodo numerant *Dionysius* atque *Diodorus*. Atque ita exigit Imperium *Gelonis*, quem *Marmoris* Auctor, Archonte *Timosthene*, iniisse credidit; & cui vii. Imperii annos, non *Diodorus* modo, verumetiam longe certior *Diodoro* Auctor tribuit in Politicis *Aristoteles*. Male quidem *Marmoris* Auctor *Gelonis initium* ad eundem annum retulit, quo *finem* ejusdem statuit *Diodorus*, cum *Diodoro* hic etiam suffragetur Auctor exceptione major, ipsoque *Marmoris* Auctore fide dignior ^a *Herodotus*. Nam ex illo constat etiam cum *Gracciam* infestis armis peteret *Xerxes*, tum quoque in tyrannide *Syracusana* fuisse *Gelonem*. Recte ergo vidit Vir Eruditus hoc Fastorum loco unius Archontis nomen excidisse. Non item adeo recte, quomodo fuerit supplendus. Nam quod *Themistoclem* interpolandum censuit, hoc Nos ostendimus ne quidem fieri potuisse. Idem ergo aliter conandum est. *Lacunam* certe in hoc spatio fuisse facit ut suspicemur ipse *Diodorus*. Inter *Adimantum* & *Phædonem* deest par Coss. *Romanorum* & gesta *Romana* illis Coss. respondentia. Inde verisimile est etiam *Archontem* deesse (& *Græca* quoque gesta *Annalia*) cum *Romanis* illis Coss. committendum. Nec enim ulla *suspicionis* nota ^b *Consulatum* illum perstringit ^b *Livius*, quod tamen sæpe facit in *Consulatibus suspectis*. Illumque agnoscunt alii quoque *Fasti integri*. Et Nos annos, qui deerant in *Chronologia Fabiana*, alios designavimus. Proinde non est, cur ideo omissum existimemus à *Diodoro*, quod locum nullum habuerit in *Fastis Fabii Pictoris*, quos sequitur fortasse *Diodorus*. Sic tamen *quartos* quosque *Archontes* cum ipsis *Olympiis* committit *Diodorus* quasi nullum prætermisisset. Sed crassæ admodum in *commissionibus* Græcorum Romanorumque Fastorum *negligentiæ* exempla multa habemus in hoc ipso *Diodoro*. Sic uno loco omitta *quinque* Consulatum paria *bis repetitis* totidem Consulatum paribus supplevit. Sic *Anarchiam Romanam*, quæ *quatuor* erat annorum (etiam pro rationibus *Fabianis*) unius tamen duntaxat agnoscit *Diodorus*. Idem viceversa *Anarchiam Atheniensium* sub xxx. *tyrannis*, quæ ne quidem unum annum absolverit, Is tamen *quatuor* annorum fuisse supponit, dum *Thra-sybuli* conatus contrarios *quarto* demum anno narrat ex quo *tyrannis* illa fuisset constituta. Idem tamen sui oblitus sic *mediorum* annorum *Archontes* recenset quasi *nulla*, saltem illis annis, fuisset *Anarchia*. Quis est qui non videat hæc illum ita fecisse, quod *Anarchias* illas duas *Atheniensium Romanorumque* invicem confuderit? Non est proinde cur miremur, si etiam hic antiquum obtinuerit. Et vero ita se rem habere, tenemus hic Auctorem *Marmoris* antiquiorem *Diodoro* qui locum in *Fastis vacantem* detexerit, & quidem ante *Charetem* Archontem *Olymp. lxxvii. i.* pro sententia *Diodori*. Post *Adimantum* & tamen ante *Charetem*, locus nullus opportunior est quam is ipse *vacantis* Consulatus. Estque sane *Archon* huic loco opportunus ipsi par *Themistocli*, tam ætate quam meritis, *Aristides*. Quidni igitur illius nomen hoc ipso loco inferamus? *Archontem* illum agnovit Auctor hujus *Marmoris* Auctore

^a Herodot. vii. 156.

^b Vid. Liv. ii. 43.



ctore antiquior *Demetrius Phalereus*, qui & *Archontum ἀναξαράς* in lucem edidit, & cum *tyrannidem* in ipsis *Athenis* egerit, proinde aditum ad eorum *Archiva*, cujuscunque demum generis, liberrimum habuerit. Num itaque dubitamus quin in editis à *Demetrio ἀναξαράς* nomen fuerit *Aristidis*? Sed hoc, fateor, consilio *Aristidem Archontem* fuisse observaverat *Demetrius*, ut *paupertatem* illius apud Veteres decantatissimam refutaret. Ait enim *Aristidem ἐπώνυμον ἀρχῶν* affecutum, πρὸ κώμῳ λαχόντα, ἐκ τῶν ἡρώων ἧστ' τὰ μέγιστα πημίματα κεντημῶν, ὡς πεντακοσιομέδιμνος σεσηγόμενον. Hoc si verum, sic ante *Medica* Magistratum illum gessisset, loco, quem vult *Plutarchus*, post *Phænippum* proximo, sub quo prælium erat *Marathonium*. Tum enim ἐπεντακοσιομέδιμοις *Archontes* delectos esse constat, & quidem κώμῳ. Nam contrarii moris ipsum *Aristidem* Auctorem, & quidem post reditum à *Plataea* docet ipse *Plutarchus*. Sic enim habet: χάρις ἡφίσταμα, κοινῶν δὲ τῆς πολιτείας, καὶ τῶν ἀρχόντων ἐξ Ἀθωαίων πάντων αἰρεῖσθαι. Neuter tamen hujus Observationis meminerat, nec *Demetrius Phalereus*, nec etiam ipse *Plutarchus*. Non *Demetrius*, cum hinc *Aristidis* paupertatem oppugnat, quod *Archon* fuerit abrogata lege de πεντακοσιομέδιμοις. Et ne quidem *Plutarchus*, cum *Archontem* illum facit, eadem illa lege etiamnum vim obtinente. Hæc tamen in Opere alieni Argumenti *Demetrius*. Nempe de *Socrate*, eodem, ut videtur, quod alibi sub nomine *Socratis Apologiae* advocatur. Nam in *Ἀρχόντων ἀναξαρή* situm illum *Aristida* Archonti tribuit, qui cum illius paupertate optime conveniret, & nostris rationibus admodum consentaneum. Ita *Plutarchus*: φησὶν ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος ἀρξαι τῶν ἀνδρῶν μικρὸν ἔμμεσθαι τῶν θανάτων, καὶ τῶν ἐν Πλαταιαῖς μάχῳ. Idque sane consentaneum erat, ut Auctor *Legis*, quæ etiam *pauperes* ad summam illam dignitatem admiserit, ipse quoque, legis suæ beneficio, eandem dignitatem consequeretur. Sic enim certe *Romani* *Tribunos Plebis*, qui *Consulatum* cum *Plebeis* communem fecerant, ipsos *Consulatus* honore decorabant. Est autem admodum antiquum hoc, de quo agimus, *Fastorum* *Archonticorum vulnus*. Nam certe *Olympiadum* LXXVI. & LXXVII. primos *Archontas* communes habet cum *Diodoro* etiam *Dionysius Halicarnassensis*. Et ne quidem in *ἀναξαράς* post prælium *Platæense* nomen *Aristidis* reperit *Plutarchus*. Si quidem *Demetrii ἀναξαράς* intellexerit, sic etiam ipso *Plutarchi* Seculo mutilatæ fuerint *Demetrii ἀναξαράς*. Olim certe aliter fuisse in *Demetrii ἀναξαράς* ex ipso *Demetrio*, qualem habemus ἐπυθαρχῶ, jam ostendimus. Eodem spectat testimonium *Idomenei*, qui eodem vixit tempore quo ipse *Demetrius*, quique adeo ἀναξαράς sincerissimis usus est, quales ab ipso prodierint *Demetrio*. Erat enim *Lampjacenus* hic *Idomeneus*, quem *Epicuri* amicum fuisse testatur *Strabo*, L. XIII. & ad quem *Epistolam* scriptam ab *Epicuro* servavit *Laertius*. Nempe moribundo, ut proinde *Epicuro* superstitem intelligamus, qui decessit *Archontē Pytharato* Ol. 127. 2. Proinde post *Olymp.* 118. 2. quo pulsus est *Atheniensis Urbis* tyrannide *Demetrius* ille *Phalereus* à *Demetrio Poliercete*. Hic itaque *Idomeneus Aristidem* tum *Archontem* fuisse docet cum non soli jus haberent ad illum Magistratum πεντακοσιομέδιμοι. Sic enim ex illo *Plutarchus*: καὶ τῶν ἀρξαι γέ

H h h h h h



† Αριστίδης ὁ Ἰδομενεύς, ἢ κωμικὸν, ἀλλ' ἐλοιδόρον Ἀθῶναιον φησὶν. Vel inde colligitur *Aristidem* illum, qui *Phanippo* successit, nostrum *Lysimachi* filium ne quidem esse potuisse, qui tum Magistratum gesserit, cum non aliter daretur quam per *Populi* suffragia. Inde manifestum est post praelium *Plataense* statuendum esse *Aristidis* Magistratum *Archonticum*, cum Legem *Solonis* de πρυτανιστικῶν ἀβρογασίᾳ abrogasset is ipse *Aristides*. Unde autem hæc *Idomeneus*, nisi è tempore quo *Archon Aristides* in cœvis ἀναρχαῖς recensebatur *Lege* illa abrogata recentioribus? *Archontem* ergo *Aristidem* is quoque repererat in anno aliquo, qui fuerit praelio *Plataensi* recentior, plane ut *Demetrius*. Sic itaque retulisse ἀναρχαῖς *Demetrii* *Idomeneo* cœvas verissimillimum est, & *Archetypas* etiam in *Archivis* prostantes, si potius illas consuluerit quam editas à *Demetrio*. A *Demetrii* vitiosis ratiociniis haurire non potuit *Idomeneus* sententiam, verbis *Demetrii* à *Plutarcho* recitatis, adeo, ut vidimus, contrariam. Male autem *Aristidem* ad annum alio *Archonte* plenum retulit *Lidyattus*. Quasi vero duo esse potuerint, ejusdem anni, quocumque demum casu, *Archontes Eponymi*. Annis certe, apud *Romanos*, non dabant nomen *Consules suffecti*, sed tantummodo mensibus. Et ne quidem hoc in locis ab *Urbe* ipsa admodum remotis, ut Nos docet *Dio*. Et ne quidem unum est exemplum in *Fastis Archonticis duorum*, in eodem anno, *Archontum Eponymorum*. Male rursus iteratum credidit in *Aristide* *Archontis* Magistratum. Imo *Jusjurandum* erat *Heliastarum*, cujus meminit *Demosthenes* in *Timocratea*: Οὐδὲ δὲς τῶν αὐτῶν ἀρχῶν ἢ αὐτῶν ἀρχῶν, ἐπὶ δύο ἀρχῶν ἀρχῶν ἢ αὐτῶν ἐν τῇ αὐτῇ ἐνιαυτῷ. Et *Novem Virorum* in superioribus mentio erat, quorum unus erat *Archon Eponymus*. Ut proinde ad illos quoque spectaret hoc *Jusjurandum*. Non tamen id fortasse voluit *Cl. Lidyattus*. Et ad nomen potius *Aristidis*, quam ad dignitatem, numerus referendus est. Ita scilicet ut *secundus* ille fuerit *Aristides*, qui dignitate *Archontea* insignitus fuerit, non ut *secundo* dignitatem illam gesserit unus idemque *Aristides*. Sic nullus fuerit hic *Cl. Lidyatti* error, qui *Marmoris* ipsius exemplo, diversos ejusdem nominis *Archontes*, hac *numerorum* nota invicem internoscendos, esse censuit. Ita enim legimus *Epoch. xxxvi. xxxix. xlii. xlii. lx. lxi.*

Ant. Christ. 470. Olymp. lxxvii. 3. XI. Arch. Praxi ergo, à Gamelione.
Nempe à Januarii Juliani die xv.

Locus hujus Archontis à prædictis pendet.

Tandem aliquando ad *Pausaniam*, *Themistoclis*, & *Cimonis* Chronologiam constituendam accingimur, quæ omnis est in *Diodoro* vitiosissima. Fundamentum ponimus è verbis *Isocratis* in *Panathenæico*: Σπαρτῶν τε καὶ τῶν ἄλλων ἑλλήνων ἐπιτάκτων αὐτῶν, [loquitur de *Græcis* in *Persas* foederatis] ἡμεῖς δὲ πᾶσι καὶ ἐξήκοντα συνήκως κατήχμεν ἢ ἀρχῶν. A *Xerxis* Expeditione Epocham exorditur, ex qua *Græci* reliqui sub *Lacedæmoniorum* vel *Atheniensium* patrocínio communem libertatem aduersus *Persas* tuerentur. Anni ergo ab hoc initio lxxv. Olympiades sunt

xviii.



XVIII. & anni præterea tres. Proinde ab anno Ol. 74. 4. quo *Xerxes Græciam* aggressus est, ad annum pertingunt Ol. XCIII. 3. quo victi *Athenienses* ad *Agospotamon* tam libertatem, quam Imperium in Socios amiserint. Civitatem quidem ad annum sequentem ægre tuebantur. Hic tamen ipse annus amissi in Socios Imperii Epocha accuratissima est. Hinc intelligimus nullum esse in numeris errorem, cum spatio ab *Isocrate* designato, ita congruentibus. Quare Decennii, quo dicit imperasse *Lacedæmonios*, finis in hoc ipso, quo versamur, anno ponendus est, qui decimus est ab eo quo *Græciam Xerxes* oppugnavit. Sed vero Auctorem *Pausaniam* defectionis Sociorum à *Lacedæmoniis*, non reliqui modo, quos habemus, Veteres agnoscunt, verumetiam ipse *Thucydides*. I. 94. 95. Proinde huic anno assignanda spatia *Pausaniae*, quam tot annis antea demandatam, imo ipsum interfectum fuisse, placuit *Diodoro*. Non me quidem fugit Regis vicem gessisse *Pausaniam* pro pupillo confobrino filio *Leonidæ*. Imo ita pleno Regis jure, ut Rex ipse sæpe fuerit appellatus. Id quoque memini Regibus sæpe commissas fuisse Provincias, non pro certo aliquo termino, sed dum ab *Ephoris* revocarentur; nec termino elapso, sed ab *Ephoris* revocatum ipsum quoque *Spartam* rediisse *Pausaniam*. Sed spatio plusquam annuo in Provincia esse ne quidem potuisse, è Sociis colligitur *Atheniensibus*, *Aristide* & *Cimone*, quibus gratiam aliquam insolitam non est quod concessam fuisse suspicemur. Tum enim illum primum Imperatorem fuisse testatur *Nepos* c. 2. Tum illum ὀρμησάδου ἐν τῇ πολιτείᾳ *Plutarch*. in *Cimone*. Nempe favente & commendante *Aristide*, qui *Themistocli* opponendum censuit. Et Populo illum hortante ἀξία τῆς Μαραθῶν ἡδὲ Ἀγροσίδου καὶ πειλάων. Hos ergo plusquam annuos fuisse nihil est cur existimemus. Atqui, cum mitteretur *Cimon*, nondum Imperium fuisse penes *Athenienses* verbis testatur *Plutarchus* expressis: ἔπερ τὸ ἀρχαῖον Ἀθωαίων ἔχονταν. Itaque sub *Pausaniae* auspiciis *Cypri* multas Urbes, & postea *Byzantinam* expugnatam tradit *Thucydides*. I. 94. Illa autem in potestatem redacta, tum demum insolentia sua *Pausanias Græcorum* fœderatorum animos à suis alienavit *Lacedæmoniis*, *Atheniensibus* autem lucratus cum *Aristide Cimone*. Tum demum *Athenienses* rogant de patrocínio sui in *Pausaniam*. Tum discedunt à *Pausania* ipsi *Peloponnesii*, deque eo apud *Ephoros* quærentur. Tum *Pausania* insultant Socii, teste *Plutarcho* in *Aristide*. Tum σύμμαχοι καὶ τῆς Κίμωνος ἐξεπολιόρησαν αὐτῶν, pelluntque è *Byzantio*, teste eodem *Plutarcho* in *Cimone*. Tum denique ab *Ephoris* domum revocatus est. Hucusque gesta sub Archonte *Adimanto* fingit fuisse *Diodorus*. Non alia, ut videtur, de causa, quam quod proxime post *Urbem* & *Piræum* narrantur à *Thucydide*. Sed nullam fuisse ante decennium Sociorum defectionem docuit certior *Diodoro* Auctor *Isocrates*. Et sub *Pausania* meruisse, prima suæ spatias parte, tam *Aristidem* quam *Cimonem*, docet utrobique *Plutarchus*. Tandem, pulso *Pausania*, τῶν συμμάχων ἡδὲ πρῶτον ἀποστραφέντων αὐτῶν, *Cimon* in *Thracen* trajicit, expugnatque *Eionem*. Quis non videt eandem spatias his omnibus describi, cujus initio Imperio nondum potiti fuerint *Athenienses*, sine autem consecuti fuerint? Et tamen posteriorem hujus



Annalis partem *recte*, nec pro more suo, narrat *Diodorus*. Sub alio, fateor, *Archonte*, propter *vitiatam* ab illo *Archontum seriem*. Sed *anno* tamen *Olympiadis* ejusdem *eodem*, qui cum hujus anni *Attici* parte *posteriori*, pro nostris etiam rationibus, conveniebat. Ne quidem id, fortassis, incommode. Nam ad *posteriorem* partem *annua spatii* res illæ, post discessum *Pausania*, à *Cimone* gestæ spectabant. Ita *nostras* quoque rationes, pro *posteriori* anni parte, firmabit etiam ipse *Diodorus*, qui *priorem* illius partem, tam immensi spatio à *vero* illius *situ* divulserit. Sed ubinam interea *Aristides Cimonis* in hac ipsa *spatiis* collega? Cur nullus ille in rebus *Thracia* gestis memoratur? Reddit illius rei rationem in *Aristidis* vita *Plutarchus*. Rogatum scilicet à *Sociis* arbitrum *εποράς* à singulis Civitatibus ad commune in *Persas* Bellum exigendæ. Sic enim habet: ἠθήσαντο παρὰ τῶν Ἀθηναίων Ἀριστίδην, καὶ προσέταξαν αὐτῷ, χώραν τε καὶ προσόδους ἐπιμελεσάμενον, δεῖσθαι τὸ κατ' ἀξίαν ἐλάσσειν καὶ δυνάμειν. Hæc occupatum tenuerunt *Aristidem* dum *Cimon* in *Thracia*, & *Scyro* Insula Bellum administraret. Hæc ergo hoc anno gessit *Cimon*, quamquam sub *Archonte Demotione* narrentur à *Diodoro*. Sed eodem, ut dixi, *sita* *Archon* est *Diodoro Demotion*, quo noster hic nobis *Praxiergus*. Et *nostro* proinde *situi* suffragatur. Huic tamen potius *Archonti* convenire, non *dicta* modo, verumetiam *dicenda* amplius confirmabunt.

Sub hoc tamen ipso *Archonte Themistoclis* exilium, imo *damnationem*, & ad *Persas* fugam, narrat *Diodorus*. Cætera quidem, ut postea videbimus, falsissime. Videndum tamen annon saltem illius *Ostracismus*, à quo reliqua *cæperunt*, ad hunc *Archontem* referendus sit. Et quidem hujus *Archontis* initio adhuc erat in Civitate *Themistocles*. Sic tamen ut jam *cæperit* in *Populi* gratia *declinare*. Hoc enim innuunt verba in *Cimone Plutarchi*: ὀργήσαντο δ' αὐτὸν ἐπὶ τῆς πολιτείας ἄσμενον ὁ δῆμος ἐδέξατο, καὶ μετὸς αὐτῶν τῶν Θεμιστοκλέους, ἀνήγαγε τὰς μερίδας ἐν τῇ πόλει πρὸς καὶ ἀρχάς. Cæperat ergo jam *fastidium Themistoclis*, nutabatque illius apud *Populum* existimatio, ut jam illum non longe ab *Ostracismo* abfuisse intelligamus. Imo *Cimonem Themistocli* οἶον ἀντίπαλον, oppositum ab *Aristide*, δεινότητι καὶ τόλμῃ, idem monet *Plutarchus*. Itaque cum ab hoc demum *anno* cœpisse probaverimus *politician Cimonis*; non potuit *antiquior* esse *Themistoclis Ostracismus*. Imo ne quidem *tunc* in *exilio* fuisse *Themistoclem*, cum fugaretur è *Byzantio Pausanias*; id quoque discimus è *Plutarchi Themistocle*. Sic enim ille ibi de *Pausania*: ὁ δὲ Πausανίας, πρῶτων ἐκεῖνα δὴ τὰ πρὸς τὴν πελοποννησίαν, πρῶτον μὲν ἀπεκρίθητο τῷ Θεμιστοκλέῃ, καίπερ ὄντα φίλον· ὡς δ' εἶδεν ἐκπεπληκῶτα τῆς πολιτείας καὶ φέροντα χαλεπῶς, ἐδάρισσεν ἐπὶ τῇ κοινωσίᾳ τῶν παραπορεύων παρεκκεῖν, τὰ χρημάτων τῷ βασιλεῖ ἐπιδεικνύμενον αὐτῷ, καὶ παροξύνων ἐπὶ τὰς Ἑλλήνας, ὡς πονηρὸς καὶ ἀχαεῖστος. Primas ad *Xerxem* *litteras Byzantio* dedit *Pausanias* cum *Persis Byzantii* captis. Et *mora* aliqua interposita, non *magna* tamen, accepit etiam ipse vicissim à Rege *Responsorias*. Itaque post *fugam* à *Byzantio Pausania*, nondum erat in *exilio Themistocles*, nondum propterea in patriam *irritatus*, aut *proditorii* consiliis opportunus. Imo post *reditum Pausania*, adhuc in *Provincia* erat *Aristides*, ut ostendimus, *vectigalia* foederatorum constituens.



tuens. Imo magnam eo nomine celebritatem consecutus cum illum scommate illo irrideret *Themistocles*, ὡς ἐκ ἀνδρῶς ὄντα ἢ ἔπαινον, ἀλλὰ δὲ δὲ λάνη χρυσοπέλακα. Sic enim idem habet in Aristide *Plutarchus*. Vix potuit exulis illa fuisse irrisio. Imo ne quidem insensus ille *Themistoclis* in *Aristidem* animus, cum fuerit *Aristides* in *Ostracismi* causa *Themistocli* æquissimus. Sic itaque *Themistoclem*, si quidem hoc anno omnino exularit, sero admodum exulasse probavimus. Magis tamen eo prope dimus ut sequenti potius anno *Themistoclem* *Ostracismo* expulerint *Athenienses*, rationes ibi, cur ita sentiamus, edituri.

Ol. 77. 3. Imago *Apollinis* à *Phenicibus* à *Datide* in *Delum* delata. Montique ab eo *Delii* ut eam in *Delion* *Thebanorum* transferrent. Quod tamen non ante hunc annum fecerunt, qui fuit à prælio *Marathonio* xx^{us}. *Herodot.* vi. 118.

Ant. Christ. 469. Olymp. LXXVII. 3. XII. Arch. *Apséphione*, à *Gamelione*.
Nempe à *Februarii Juliani* die III^o.

Vix est cur dubitemus quin hic idem Archon fuerit quem *Aphespionem* nominant nonnulli *Laertii* Codices, teste *Casaubono*; & *Plutarchus* etiam in *Cimone*. Erant tamen *Laertii* Codices alii, qui legerent ἐν Ἀψίων, in quibus, cum mediæ literæ desiderentur, fieri potest, ut *Librarius* corruperit ex antiquo Ἀψπίων. Nos tamen *Chronici* *Marmorei Oxoniensis*, in quo nomen hujus *Archontis* integrum occurrit, lectionem anteferendam existimavimus. Verum autem hunc hujus *Archontis* locum esse vidit ante Nos *Cl. Bentleius*. Nos autem viri doctissimi sententiam paulo accuratius confirmabimus. Annum quo Magistratum gesserit hic Archonte *Olymp.* LXXVII. 4. designavit verbis expressissimis *Laertius* II. 44. quo nempe *Socratis* natalem ponit diem vi^m. *Thargelionis*. Plane sibi consentaneus in *Democrito*, cum natum *Olymp.* LXXVII. 3. *Democritum*, anno majorem censet ipso *Socrate*. IX. 41. Perperam ergo *Scaliger*, & contra mentem *Laertii*, hunc eundem *Archontem* retulit ad *Olymp.* LXXIV. 4. Non tam memoriæ fortasse vitio, quam quod hunc locum alio Archonte plenum reperisset. Sed Auctor *Chronici* *Marmorei Oxoniensis* anno tribuit 206. ante suam Epocham *Olymp.* 129. 1. Nempe *Olymp.* LXXVII. 3. Id quoque, pro nostris rationibus, admodum accurate, quæ Magistratum illius statuunt *Olymp.* LXXVII. 3. Sic ex utraque parte situs à nobis assignatus verissimus esse constat. Nam certe mensis *Thargelion* ad illam partem anni *Archontici* priorem spectabat, quæ erat revera anni *Olymp.* LXXVII^æ. tertii. Et quidem ita se rem habuisse exigunt rationes ipsius *Laertii*. Docet enim ille *Socratem* *Olymp.* xcv. 1. interfectum, ætatis anno LXX^o. obiisse. Ait quidem fuisse qui *sexagenarium* extinctum esse credebant. Sed priorem sententiam sequitur ipse, & jure quidem merito. Se enim *Socrates* illa ætate fuisse, imo majorem, ἐδωμίνοντα ἢ πένω, agnoscit in *Apologia* apud *Platonem*. Inde colligitur annum illum ætatis implevisse. Sed vero qui Archonte *Lachete* occisus est *Ol.* xcv. 1. cum fere cum annis *Olympicis* inirent anni *Archontici*, ne quidem implere potuit annum LXX^m.

H h h h h 3

nisi



nisi natus fuisset anno *Olymp.* LXXVII^o. 3^o. Itaque necesse est ut ad annum *Olympiadis* LXXVII^o. 3^m. pertinuerit natalis ille *Socrati Thargelion*. Inde manifestum est *Apsephionis* annum *Archonticum* talem fuisse qualem descripsimus, ut ex duobus annis *Olympiadicis* partem complexus fuerit. Et quidem illis *ipsis* quos illi assignavimus. Inde etiam constat, non ab *Hecatombæone* cœpisse, sed *Gamelione*, ut volunt nostræ *Tabulæ*. Inde etiam tempus *epoti* à *Socrate veneni* in arcum contrahitur. Nam ad *Thargelionis* diem sextum pertigerit oportet ut septuagesimum vitæ abolveret. Imo superasse necesse est ut esset major septuagenario. Proximum tamen *Thargelioni* mensem *Scirrophorionem* superare non potuit, ne mors ejus in alterius *Archontis* Magistratum incideret, quam *Lachetis*. Firmat præterea *situm* hujus *Archontis*; & numerum marmoris ab omni erroris suspitione, saltem in hac causa, liberat, non modo sequentis Epochæ consensus, verumetiam ætas *Sophoclis* in hac ipsa Epochâ designata. Annum enim *Sophoclis* Poetæ XXVIII^m. cum hoc ipso *Archonte* conjungit, & numero ante *citimum* Archontem *Diognetum* CCVI. Addantur XXVIII. Sic anno ante *Diognetum* CCXXXIV. natus fuerit *Sophocles*, *Olymp.* LXX. 3. Nempe *Olymp.* LXX. 3. pro more hujus *Marmoris*. Detrahantur è numero anni *Natalis*, anni XCI. Reliqui erunt anni ante *citimam* Epocham CXLIII. Plane, ut legimus in *Epoch. 65.* hujus *Marmoris*. Nisi quod numerus CXLIII. non appareat in *Marmore*. Satis tamen apte conveniet cum ætate Poetæ cum moreretur, ab Auctore designata, & *Archonte* morti assignato, si in priori Epochâ annus ætatis XXVIII^{us}. cœptus tantummodo intelligatur. Sic enim *Olymp.* LXX. 4. Natus fuerit Poeta, ut posteriori hujus anni parte *Olymp.* LXXVII. 4. XXVIII^m. ætatis annum abolverit, non autem *Dionysius*, seu *Antbesteronis*, seu *Elaphebolionis*, quibus cum *Æschylo* certavit, *Judice Cimonè*. Nam *Dionysia* illa ad priorem hujus anni partem spectabant, quæ erant *Olymp.* LXXVII. 3. Sic denique mortuus fuerit *Olymp.* XCIII. 3. sub illo ipso *Archonte*, cui à *Marmoris* Auctore assignatur, & sub quo mors ejus narratur à *Diodoro*. Et quidem hoc ipso anno *Olymp.* LXXVII. 3. quo erant *Dionysia*, verba illa habet *Eusebius* in *Chronico*: *Sophocles & Euripides clari habentur*, quæ non alio melius quam ad hanc *Sophoclis* victoriam retulerimus. Sic autem hujus *Archontis situm* mirifice confirmabunt. Sunt etiam pro hoc *Archonte*, & hoc etiam illius *situ*, Testimonia longe *Diodoro* anteferenda. Illo antiquior erat *Marmoris* *Chronologici Auctor*. Et ex antiquioribus *Diodoro* Auctoribus hausit *Laertius*. Nempe ex ipso *Demetrio Phalereo*, qui *Fastos Archonticos* ex ipsis *ἀρχοντικαῖς* integerrimos in lucem edidit. Et ex *Apollodoro* magno accurate *Chronologiæ* instauratore. Itaque hic etiam *Diodorum* erroris manifesti convictum tenemus. Proinde non est quod miremur, si etiam in aliis horum temporum *Annalibus* *Fastos* pariter *Archonticos* ac *Consulares* dederit vitiosissimos.

Hunc annum à superiori alium, & tamen illi proximum, res ipsæ gestæ fuisse docent. Nam à *Scyro* Insula cum reliquiis quæ credebantur *Thesei Athenas* rediit *Cimon*. Et quidem hoc ipso, quo hunc annum



num designavimus, *Archonte*, teste, in *Cimonis* vita, *Plutarcho*. Ipse ille *reditus* annum *στρατίας* confectum arguit, cum nulla Auctoritate publica *revocatus* redierit. Arguit etiam quod non *solus* ille redierit, sed cum *στρατίας* annuæ *collegis*. Hoc enim docet etiam *Plutarchus*. Sic enim habet: Ως δὲ Κίμων μὲν ἦν συστράτην περὶ τὸν εἰς τὸ δῆρον ἐπαύσατο πρὸς θεῶν τὰς νομοθεσίας ἀπορίας, ἐκ ἀφῆκεν [de *Archonte* loquitur *Apsephione*] αὐτὸς ἀπελθεῖν, ἀλλ' ἐρώσας, ἠνάγκασε καθίσαι καὶ κρίναι δέκα ὄντας, ἐπὶ φουλῆς μῆδος ἕκαστον. Nec enim nisi tempore *στρατίας* elapso *collegas omnes* rediisse verisimile est. Et tamen *reditum Cimonis* ad *Piræum* inter res gestas ad *Scyrium* & in *Asia* atque adeo ad ipsum *Eurymedontem*, ne quidem ipse quoque diffitetur *Diodorus*. Nec tamen observavit, *novum* fuisse, cum rediret, *Archontem*, quod docuit *Plutarchus*. Spectabat certe ad *Archontis Eponymi* munus, ut *Dionysius* præsideret & *Thargeliis*, utque *Judices* designaret de certantium *victoriis*, quæ hic *Apsephioni* tribuit *Plutarchus*. Et coram *Archontum novem* confessu fuisse *στρατιῶν* οὐδίας docet *Pollux*. VIII. 9. 1. Recte ergo coram *Archonte Eponymo* *νομοθεσίας ἀπορίας* facit *Cimon* & *collegæ* *στρατηγοὶ* rationes reddituri *gestæ* à se *στρατίας*. Et recte prioribus *Anthesterionis Dionysius*, tempore *reditus* opportunissimo, novo anno *inceunte*, nec cœpto adhuc *Vere* quo res erant à novis *στρατηγοῖς* in *Provinciis* gerendæ. Erant ergo *νομοθεσίας* illæ *ἀπορίας*, *στρατιῶν*, ut videtur, è *Provinciis* reducum *solennes* & *perpetuæ*. Votorum fortasse *Baccho* solvendorum cui festa illa dicabantur, ob rem bene in *Provinciis* gestam. Nam *Dei* meminit, & quidem *unici*. *Dei* quidem, ne existimarem *novum* fuisse *festum* in honorem *Thesei*, cujus reliquias in patriam reportabat *Cimon*. Sed honor *Thesei* qui *tum* demum instituendus erat, nullas habere poterat *ἀπορίας νομοθεσίας*. Nec *Dei* erant, sed *Herois*. Et *Dei* meminit *unici*, ne festa crederentur *Thargeliorum* in honorem geminorum *Apollinis* & *Dianæ*, ipsa quoque ad *Archontis Eponymi* curam pertinentia. Hinc etiam colligitur annum *Civilem* tum temporis usurpatum à *Garnelione* cœpisse, non *Hecatombæone*. Et ab illo usque initio in *Magistratu* fuisse *Archontes Eponymos*.

Erat ergo hujus anni initio in Urbe *Cimon*. Quousque ibi perstiterit ultra mensem *Anthesterionem*, non constat, ut opinor. Suspicio autem hoc ipso anno, novam *στρατιάν* ei fuisse demandatam, qua reliqua gesserit post captam *Scyrum* quæ eodem, quo & *illam* ceperit, anno narravit *Diodorus*, in quibus fuerit & prælium celeberrimum ad *Eurymedontem* tam *pedestre* quam etiam *navale*. Imo ita rem fuisse mox ostendemus è *Justino*. Sic enim loquitur *Diodorus*, quasi post *reditum* in *Piræum* non *diu* permanferit, sed tantisper dum *classem* copiosiore*m* instrueret rebus à se designatis parem: Μετὰ δὲ πῶτα μιλίων ἑξακοσίων ἀφῆκεν ἀφῆκεν, κατέπλευσεν εἰς τὴν Πειραιᾶ, καὶ περὶ λαβόμενος πλείους τεύχεων, καὶ τὴν ἄλλω χρησίαν ἀξιολογὸν παρασκευασάμενος, τότε μὲν ἐξέπλευσεν, ἔχων τεύχεων ἑξακοσίας. &c. Sic item loquitur è *melioribus*, quam fuerit *Diodorus*, Auctoribus *Plutarchus*. Aliter *Apsephionem* *Archontem*, cum hæc gererentur, non memorasset à *Diodoro* prætermisissimum. Sic ergo ille in *Cimone*: Οὐ γὰρ ἠνῆκεν ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἀπληγαγῆναι, ἀλλ' ὡσπερ ἐκ ποδῶς δεικνύον, πειν



πειν διαπούσαι κὶ εἶναι τὰς βαρβάρους, τὰ μὲ ἐπόρθε κὶ κατερέφθη, τὰ δ' ἀφίστη κὶ
 πρὸς ἡμᾶς τῶν Ἑλλήνων. Tum res gestas uno impetu narrat usque ad illud,
 quod dixi, prælium ad *Eurymedontem*. Quod ait *Regem* ab eo ex
Hellade fugatum esse, ad captam ab eo superiori anno *Eionem* procul-
 dubio referendum est. Nam in *Persas*, cum expugnaretur *Eion*, rem
 gessit *Cimon*. Quare si illos ἐκ ἀνῆκεν, si ὄσσε ἐκ ποδῶν persecutus fuerit
Cimon, si ne quidem respirandi spatium, nec standi, *Persis* concesserit;
 non possunt ultra hunc annum differri res gestæ ad *Eurymedontem*.
 Et certe perpetuas fere illius στρατηγίας, ut sæpissime *Hellade* abfuerit,
 idem docet *Plutarchus* in *Pericle*: Κίμωνά δ' αἱ στρατηγίαι τὰ πολλὰ τῆς Ἑλλάδος
 ἔξω κατέειχον. Diu ergo *domi* hoc saltem spatio, nunquam fuit. Ita
 ergo si *hujus anni Acta* statuamus, rationes nostras aliquatenus firmabit
 ipse quoque *Diodorus*. Rectissime enim ille hæc *Cimonis Acta* in *Asia-*
nos ad annum Archontemque refert à *Praxi ergo proximum*. Et recte
 etiam res gestas in *Europa* ad annum retulit *Olymp. LXXVII. 3*. Non
 vidit autem *duorum* annorum *Acta* ad unum se eundemque *Archontem*
 retulisse. In *Archontis* autem nomine peccavit propter vitiosos, quibus
 usus est, *Atheniensium Fastos*. Sic ergo intelligendus erit *Thucydides*
 quo loco de hoc prælio agit ad *Eurymedontem*. Ut verba illius, Μὲν
 τὰυτὰ I. 100. cum proxime præcedentibus nectantur, de collatis in com-
 mune Bellum *Græcorum stipendiis*, & *nummis* potius, quam *militibus*,
 ut ipsi interim *domi* agerent, & *militia* vacarent, *Belli* gerendi curam
 universam *Atheniensibus* in se transferentibus. Perperam ad *Artaxer-*
xis annum IV^m. hanc *Cimonis* victoriam retulit *Eusebius*. Crediderim
 potius in animo habuisse victorias ejusdem *Cyprias* quibus immortalis
 est, quas ille per errorem cum victoria ad *Eurymedontem* confuderit.
 Illas enim *Cyprias*, nec alias, *Themistocli* jam apud *Persas* agenti inno-
 tuisse ostendit *Plutarchus* in *Themistocle*. Et certum est ad *Euryme-*
dontem antea vicisse *Cimonem* quam iniret *decennale Lacedæmoniorum*
Bellum in *Messenios*, aut prælium ad *Tanagram*. Quæ tamen omnia
Artaxerxis Regno antiquiora erant pro certissimo *Canone* *Astronomico*.
 Hæc sane omnia certa esse arbitror, siquid habeamus omnino certi in
Historia Cimonis. Fecit victoria ad *Eurymedontem* ut *Cimon* deinceps
 metuendus videretur, & proinde *Ostracismo* dignus. Et tamen fefellit
Eusebius nostrum præstantissimum *Ufferium*. Id vero an hoc anno
 contigerit, me admodum dubitare fateor. Nec tamen ullam video, ex
 quo è *Piræo* processit, *distincti anni*, in *Historia* rei gestæ, notum.
 Nec *reditus* ejus in *patriam* narratur, & ne quidem ulla media *hiberna*.
 Nec *finitæ*, aut *prorogatæ στρατηγίας* ullum est vestigium. Et tamen *res*
 ab eo gestas, post *hujus anni initium*, tantas legimus, ut ægre admo-
 dum *unius anni* ambitu concludi potuerint. Primo *naves* à *Themisto-*
cle paratæ novo opere ad *Cimonis* usus reformandæ erant. Tum colligendæ
sociorum vires, quæ novò centum navium auctario classẽm locupletavit.
 Tum civitates *Asiæ* maritimas ad *defectionem* à *Persarum*
jugo impulit, partim *suasu*, sed *aperta* etiam *vi* nonnullas. Tandem
caput Belli aggreditur, & *classẽm* primo, tum *exercitum* terrestrem, de-
 nique & *naves expectatas* occupat. Et vires *Persarum* ita profligavit
 acci-



acciditque ut ad *Pacis* condiciones coegerit admodum *ignominiosas*, ne *naves* mitterent ultra *Chelidonias* & *Cyaneas*, aut *pedestres* etiam copias ultra *ἵππυ δέμας* à mari. *Τὲς Πελοπόννησος μὴ καταβαίνειν ἐπὶ θάλασσαν, κατὰ τὴν ἡμερῶν ὁδόν.* *Diodor. Ol. 82. 4.* Οὐκ ἐξῶ αὐτοῖς ἐν τῷ Ἄλφει ποταμῷ περὶ καταβαίνειν. *Isocrat. Panath. & Areopagitic.* Hinc facile intelligemus quid sibi voluerit *Plutarchus* in illo *ἵππυ δέμας*. Hoc ita fuisse sæpe gloriatur *Isocrates*. Et ne quidem negat *Callisthenes* ita rem fuisse de *Facto*. Id tantum negat, *Pactum* aliquod intercessisse, *Pacisve conditionem*, qua *Barbaris*, ne aliter facerent, interdiceretur. Et tamen *fœdus* ipsum à *Cratero* conservatum extitisse innuunt *Plutarchi* verba. *Ἐν ᾧ τοῖς Ἀθηναίοις ἀ σὺν ἡμετέροις κρατέουσι, ἀντίγραφα σωθῆναι ὡς ἡμετέροις κατατάσσεται.* Utcunque tamen Bello *finem* impositum esse constat à *Cimone* prælio illo decretorio ad *Eurymedontem*. Inde nihil à *Cimone* gestum in *Persas* legimus ante Bellum *Cyprium*, quod *biennio* mortem illius præcessit. Non est autem cur dubitemus quin ab illo *viçtore* *Pacis* condiciones, *Persis* quidem *duræ*, suis autem *Græcis Asianis tutæ*, fuerint impositæ. Nec sane aliæ sunt de quibus agimus. Civitates *Asiae* maritimæ erant, quas in tutelam suam receperant *Atbenienses*, quæque hac ipsa defectione *Persas* irritaverant. Harum intererat ne ad partes *maritimas* *Persarum copias* aditus permitteretur, seu *maritimis*, seu *pedestribus*, de quibus admodum consentaneum erat, ut prospiceret Auctor libertatis *Cimon*. Sed *moram* tantam postulabant *Cimonis* facinora tam egregia, ut ægre admodum in *Urbem* hoc anno redire potuerit.

Jam de *Themistocle* videamus, ubinam hoc anno fuerit, *domi ne*, an in *Exilio*. Certe ante *initium* anni hujus, nondum redierant è *στρατιᾷ* *Themistoclis* hostes *Aristides* atque *Cimon*. Et certe *ambos* adfuisse verisimillimum est cum ferrentur de illius *Ostracismo* suffragia. Aliter vix potuit *Themistocli* *absens* adeo nocere *Cimon*. Nec ita laudari *Aristides*, quod partem in hostis damnatione *nullam* habuerit, si etiam ipse *abfisset*. Et *Themistoclem* in *Civitate* etiamnum fuisse, post reditum *Cimonis*, hoc ipso anno, his ipsis *Dionysiis*, arguunt, ni fallor, verba *Plutarchi* in *Cimone*. Ait enim *Cimonem* cantare rogatum, cum cantaret *ἐν ἀνδρῶν, ἑπιπνεῖν τὰς παρῶντας ὡς διεξιώτερον Θειμοκλέους*. Nempe quia idem rogatus *Themistocles* respondisset, nec *cantum* se, nec *citharam* callere, id tamen scire civitatem *magnam divitemque* facere. Aderat *coram*, ut videtur, eademque occasione *rogatus* est idem facere quod *Cimon* fecit, cum se ita excusaret; cum hæc adeo avide in *Cimonis* laudem converterent *Auditores*, propter veterem, quæ inter illos intercesserat, *æmulationem*. Animosque *Auditorum* arguunt illa à *Themistocle* alieniores, procliviores autem in *Cimonem*. *Conversis* nimirum in illos jam *Civitatis universæ* oculis. Illudque tempus arguunt cum *Themistocli* *Cimon* opponeretur tam ab *Aristide* quam à *Lacedæmoniis*. Hoc autem ab anno *superiori* cœperit oportet quo *primo* in *πολιτείαν* admissus est *Cimon*. Hæc *Plutarchus* ex *Jone* Tragico, qui ipse tum aderat *παντάπασι μετέκλειον*. Et *σπονδῶν ἡμετέρων* cecinisse *Cimonem* testatur *Jon*. Iphis nimirum illis *σπονδαῖς νενομισμέναις* *Dionysiorum* hujus anni, quarum supra meminerat *Plutarchus*. Idque colligitur etiam ex exemplo



strategematis sui sapientissimi *Sesti & Byzantii* editi, quod idem ab ipso *Cimone* acceperit *Jon.* Adhuc ergo gliscebatur studium *Cimonis* paulatim crescens quo tandem *Themistocles* oppressus est. Addit *Plutarchus*, cum ad novam hujus anni in *Persas* Expeditionem se accingeret *Cimon*, naves illum accepisse *πρὸς τὰς ἀπ' ἀρχῆς ἐν πολεμικῶν ἰσχυρῶν ἄεσα κατεσκευασμένας*, quas tamen ipse ad novos quosdam usus suos aptavit. Dixit autem *πρὸς Θεμιστοκλέους ἄεσα κατεσκευασμένας* accepisse, non autem *πρὸς Θεμιστοκλέους*. Quasi nimirum paratas à *Themistocle* naves (dum rei navali præesset *Themistocles*) acceperit; non autem quasi ab ipso acceperit *Themistocle*. Sic autem innuit in *Ostracismi* exilio tum fuisse *Themistoclem*, cum *classis* imperio præficeretur *Cimon*, quod mox verissimum fuisse probabimus.

Pausaniam superioris anni *fine* à *Provincia* ab *Ephoris* revocatum esse diximus. Revocatus *judicium capitis* subivit, quo *absolutus* est, *pecunia* tamen propter insolentiam multatus. Fecit proculdubio hoc ipsum *judicium* quo tam ægre evaserit, ne mox novis suspicionibus ansam præberet. Nec tamen diu illum retinuisse docent verba *Nepotis*: *At ille post non multo, sua sponte, ad exercitum rediit.* *Pauf. c. 3.* Nempe ad exercitum, cui antea præfuerat, *Byzantii* agentem. Tum obsessus est ab *Atheniensibus*. *Thucyd. i. 131.* Quod à *Cimone* adhuc in priori *στρατηγία* constituto factum in superiori anno ostendimus. Inde in *Asiam* discessit ad *Colonas Troadis*. Delatus ergo rursus de suspecto cum *Persis* in patriam commercio, ab *Ephoris* iterum revocatus est, dum *Cimon Eionem & Scyron* in *Populi Atheniensis* potestatem redigit. Ita hoc demum anno *ineunte* in patriam denuo reversus est. Nondum autem exulavit *Themistocles*, nec tanta aliqua injuria in patriam irritatus ut tutum censeret *Pausanias*, quid moliretur, cum eo communicare. Itaque ad alia consilia conversus est rerum in perniciem patriæ novandarum. Hoc utique, ut videtur, anno. Agit nimirum cum *Helotis* quibus non *libertatem* modo, sed etiam *Civitatem*, pollicitus est, si *socia arma* secum in *Cives* suos junxissent, & conatum suum ad finem optatum perduxissent. Ab his proditus, hoc etiam tulit impune. Tam tardi erant in tanti viri supplicio *Ephori*. *Thucyd. i. 132.* Renovat ergo cum *Rege Persarum* per *litteras* commercium, hoc tamen, ne quid emanaret, artificio, ut *nuncii omnes interficerentur* à *Persis*. Et processit tantisper illa fraus, dum tandem *nuncio ultimo Argilio* suspicionem moverent tot ante se *missi nuncii* qui tamen nunquam *rediissent*. Is *quintus* erat à *Peloponneso* *nuncius*, si quidem *Themistocli* *Ep. 5.* fides. De tempore inde statuendum est. Resignavit ergo *litteras* per se mittendas, reperitque verum quod fuerat antea suspicatus, *monitos* nimirum *Persas* ne se *incolumem* redire paterentur. Tum *Ephoris* monstrat, & eorum consilio ad *Asylum* fugit in *Tanaro*, quo tandem evenit ut se quoque ipse proderet *Pausanias*, & quidem *testibus* *ipsis Ephoris*. Ita dubitandi locus nullus deinceps est relictus, periitque sua fraude irritus *Pausanias*. Quousque hæc processerint, incertum est. Hoc tamen anno concludi poterant, nec admodum affecto. Proinde cum *rediisset* à *Thracia* *Cimon*, *Ostracismi* *sententia* *perculsus Themistocles* ad



ad Argos concessit. Nec antea cum illo consilium suum de Græcia pro-
 denda communicavit Pausanias. Postea Argisne ipsis, an alibi in Pe-
 loponneso, illum convenerit, incertum est. Nam exulem per Peloponnesi
 partes cæteras commensasse testis est Thucydides. I. 135. Hoc tamen
 tempore illum convenisse manifestum est, & literas à Xerxe reddidisse,
 teste Plutarcho. Illas tamen literas superiori anno acceperat, Byzantii,
 vel in Colonis. Nam nunciis nullis è Persica ditione redeuntibus, no-
 vas literas nullas accipere potuit. Semel autem tantummodo Themisto-
 clem convenit Pausanias. Deinceps ἢ τὴν δέσπον ἀπειράσαστο ἢ Πausanias, ἢ
 ἢ κοινῶν ὅπως ἀπέπατο. Verba sunt in Themistocle Plutarchi. Adhuc
 tamen Argis hæsit Themistocles dum convinceretur, punireturque Pau-
 sanias. Imo dum è literis Pausaniæ ansam accusandi apud suos Athe-
 nienses absentem Themistoclem arriperent Lacedæmonii; dum ad levio-
 rem censuram Ostracismi durior alia damnatoria accessisset; dum & li-
 teras ipse, quæ se purgarent, ad Cives suos dedisset, & mitterentur ab
 Atheniensibus qui illum caparent, factumque esset ut fuga ipsa, pene
 serior quam oportebat, ægre illum ex inimicorum manibus eriperet.
 Hoc ergo anno perierit Pausanias. Ne nimis longe proferatur pœna Pau-
 sania, faciunt verba Cleonices ab eo Byzantii interceptæ, cum ejus ma-
 nes placare conaretur, ταχέως πάντως ἢ κακῶν αὐτὸν ἐν Σπάρτη θύμενον ἀ-
 νιποδῆν, (inquit) ὡς εἶκεν, ἢ μέλυσαι αὐτὸν τελευτῶ. Nam ut posteriori
 Expeditione Byzantina illa fuisset νεκρομαντεία, vel ita tamen ad superio-
 ris anni finem referendam esse probavimus. Ita certe Plutarchus.
 Nec multo post (inquit de eadem Epocha Justinus II. 15.) accusatus
 Pausanias damnatur. Idque sane verum fuisse necesse est, si vera sint
 quæ sequuntur apud eundem, ex eodem Trogo, Justinum. Sic enim
 habent: Igitur Xerxes, cum proditionis dolum publicatum videret, ex
 integro Bellum instituit. Græci quoque ducem constituunt Cimonem, &c.
 Ita paulo post Dionysia Ostracismo exulavit Themistocles, paulo post
 reditum Cimonis è superioris anni στρατηγία, ut cum illo jam Exule con-
 silia communicare posset Pausanias. Et brevi postea detecta Pausaniæ
 proditione & punita, tum demum novum Belli in Græcos apparatus
 fecit Xerxes, & nova Cimoni demandata στρατηγία, qua ille Bellum in
 Asiam transtulit, oppressitque Persas antea quam apparatus absolvif-
 sent. Medio ergo tempore inter Themistoclis Ostracismum, & novam
 hujus anni Cimonis στρατηγίαν, periit Pausanias. Non tamen proinde
 necessarium erit ut mox damnatus Argis profugerit Themistocles. Ni-
 hil enim video cur adeo properatum existimemus in accusando Themis-
 tocle. Imo moram aliquam intercessisse verisimilius est, si quidem de
 causa accusandi recte judicet Diodorus. Nempe hoc propterea factum
 à Lacedæmoniis, ut ignominiam patriæ suæ per scelus Pausaniæ con-
 tractam simili Civis Atheniensis illustrissimi ignominia resarcirent. Et
 moram patiebatur Ostracismi pœna decennis, & Bellum novum in Per-
 sās hujus anni duce Cimone, & utilior futura Lacedæmoniis Cimonis
 opera à Bello jam reversi.

Etiam Lacedæmoniorum Regum tempora, hoc, de quo agimus, spatio
 vitiosissima dedit Diodorus. Proinde etiam illa, qua quidem ad hanc



faciunt, in qua versamur, *Chronologiam*, à nobis emendanda sunt. Maxime quia illorum etiam meminit *Thucydides*. Sunt autem stirpis tantummodo unius, *Proclidarum*, seu *Eurypontidarum*. Vult ergo *Diodorus* *Leotychidam*, qui prælio imperabat ad *Mycalen*, *Ol. LXXVI. 1.* Archonte *Phædone*, è vivis excessisse, & in locum illius successisse *Archelaum*. Sic enim ipse hoc loco Regem appellat, quem rectius alibi nominat *Archidamum*, quod semper facit noster *Thucydides*. *Leotychida* autem annos tribuit XXII. *Archidamo* vero XLII. Hæc si vera, ita *Ol. LXX. 3.* successerit *Leotychidas*, & *Olymp. LXXXVI. 3.* Agis *Archidami* filius patri *Archidamo*. Hoc vero falsum esse vincit noster *Thucydides*, qui *Archidamum Lacedæmoniorum* ducem agnoscit *L. III. 1. Olymp. LXXXVIII. 1.* saltem *ineunte*. Vincit ipse *Diodorus*, qui ducem eundem refert *Olymp. LXXXVII. 4.* & *LXXXVIII. 1.* Plane ut *Thucydides*. Et tamen *mortuum* illum, pro suis rationibus, ipso illo anno *Ol. LXXXVI. 3.* retulerat. Hæc autem è bonis excerpfit Auctoribus, nec vidit interim quam essent suis hypothésibus contraria. Suspicio erroris ortum fuisse è *Phædone*, quem *duplicem* exhibebant vitiosi illi, quos secutus est *Diodorus*, *Falti Archontici*, alium *Olymp. LXXVI. 1.* alium *Olymp. LXXVII. 4.* *Septennii* spatio interposito, quo fere veram *Archidami* Epocham anticipat Epochæ *Diodori*. Quanquam ne quidem illud verum sit quod pro vero habuit error ille *Diodori*, *Phædone* saltem aliquo Archonte decessisse *Leotychidam*. Sed quo verus *Archidami* situs statuatur, habet ex altero quoque extremo limitem *Thucydides*. Ultima quidem *Archidami* mentio est anno Belli *Peloponnesiaci IV. Ol. LXXXVIII. 1. ineunte*, *Æstate* scilicet, *frugibusque maturis*. *Thucyd. III. 1.* Prima *Agidis* anno Belli *VI. Olymp. LXXXVIII. 2.* etiam priori illa anni parte quæ *Olymp. LXXXVIII. 2.* *exeunti* responderit. *Thucyd. III. 89.* Medio ergo aliquo tempore inter *Olymp. LXXXVIII. 1.* & *initium 2. finem* decesserit *Archidamus*, *Agisque* successerit. *Medium* annum capiamus Belli *v. Olymp. LXXXVIII. 1.* Nec longe, ut opinor, à vero aberrabimus. Ita hoc ipso anno *Olymp. LXXII. 3.* mortuo *Leotychida*, successerit *Archidamus*, quem testatur annis XLII. regnasse *Diodorus*. Ita pulso *Demarato* *Olymp. LXXII. 1.* successerit *Leotychidas*, qui, pro ejusdem *Diodori* rationibus, *Regnum* per annos XXII. tenuerit. Estque sane hoc verissimum. Nam cum *Demaratum* Regno exueret *Cleomenes*, tum in *Μηδισαυτας* *Ægina* Bellum movebat. *Herodot. vi. 64.* Nempe in illos ὄσοι Μηδισαυτῶν τε αὐτῶν μετέχον, καὶ βασιλεῖ Δαρείῳ τῶν Τριάκων γλῶ δύναι καὶ ὑδὴν τὰς πολίτας ἐπίσαν. Ut Nos docet *Pausanias* *Laconic. c. 4.* Hoc enim fecisse *Æginetas*, ipse testis est *Herodotus* *vi. 49.* Idem observavit, mox ubi hoc fecissent, *ιδίως* in illos irritatos fuisse primum *Athenienses*, tum deinde, illorum hortatu, *Lacedæmonios*. Inde causa Belli in *Æginetas* *Cleomeni*, ut *Perjarum* patroni supplicio dederentur. Hoc autem ipso Bello *Cleomenem* deseruit accusavitque *Demaratus*. *Herodot. vi. 61. 64.* Et *Demarati* consilio negant *Æginetæ* se suos tradituros nisi ab utroque Rege peterentur. *Herodot. vi. 50.* Hæ causæ erant *Cleomeni* cur *Leotychidam* jam antea *Demarato* infensum in *Demarati* locum sufficere conaretur. Pacto nimirum cum eo ut *Rex* factus



Μηδίωντας una secum peteret ab *Aginetis*. *Herodot.* vi. 65. Tandem *Pythiam Periallam* corrumpit ut consulentibus Responderet, Dei nomine, negaretque filium *Aristonis* fuisse *Demaratum*. *Herod.* vi. 66. Ita Regno exutus *Demaratus* hoc ipso anno qui prælium *Marathonium* proxime processit. Incipit enim annus prælii *Marathonii* *Herodot.* vi. 94. Hic autem, in quo versamur, annus incipit. vi. 46. Anno enim prælii *Herodotus* ita habet: ἐπὶ δὲ μὲν ὁ ναυπλοῦς πᾶς στρατός ὁ ἑπταχθεὶς ἐχθροῖσι, παρερχόμενοι δὲ καὶ αἱ ἰππαγωγαὶ νέες, τὰς τῶν προτέρων ἐτιμώμενοι ποιοῦσι ἐαυτῶν δαυμοφόροις Δαρείῳ ἐτοιμάζουσιν. *Herodot.* vi. 95. Sic autem iusserat *Darius* cum legatos mitteret qui à *Græcis* terram & aquam peterent. Ita enim sequitur: Ἄλλως δὲ κήρυκας διέπεμπε εἰς τὰς ἐαυτῶν δαυμοφόρους πλείους τὰς παραδουλοῦσας, κελύων νέας τε μακρὰς καὶ ἰππαγωγὰ πλοῖα ποιεῖσθαι. *Herod.* vi. 48. Gemina hæc esse constat, annorumque adeo esse proxime invicem sequentium. Simile exemplum aliud habemus de circumnavigato monte *Atbo*, ὅτι τῶν προτέρων ἐτιμώμενοι ταῦτω τῶν κομισθῶν μεγάλως προσέπλευσαν. *Herodot.* vi. 95. Hoc etiam naufragium narraverat *Herodotus.* vi. 44. 45. Nempe post *εἰρ.* c. 43. Unde ille quoque annos suos accuratius exorditur, plane ut *Thucydides*. Hunc ergo annum, in quo sumus, *Leotychidæ* ultimum fuisse necesse est. Pariterque *Olymp.* LXXXVIII. ½. ultimum fuisse *Archidami*, cui annos XLII. tribuit *Diodorus*. Etiam *Agidi Archidami* filio annos XXVII. concedit idem *Diodorus*. Id si recte, sic etiam finis *Agidis*, pro nostris rationibus, ad *Olymp.* 95. ¼. erit referendus. *Olympia* tamen illum superasse constat à *Xenophonte*. Proinde Archonte *Lachete* decesserit, qui *Olymp.* xcv. i. Magistratum tenuit. Inde fortassis emendanda quæ tradidimus, in Annalibus *Xenophonteis*, de morte *Agidis*, & successione *Agefilai*. Hæc enim veriora putamus. Sed non vacat impræsentiarum rationes reddere, & tempora inde pendentia melius constituere.

Ant. Christ. 468. *Olymp.* 95. ¼. XIII. Arch. *Theagenide*, à *Gamelione*.
Nempe à *Januarii Juliani* die XXII.

Hujus Archontis *situm* eadem *Marmoris Oxoniensis* Auctoritas asserit, quæ superiorem asseruerat, *proximo* nimirum ante *Diognetum* numero. Etiam ipsa *Marmoris constantia* in duobus exemplis facit, ut certo Autographi exemplo hos numeros imputemus; non autem *Quadratarum* vel *Editorum* erroribus. Conveniunt etiam cum *Marmore* in hoc Archonte tam *Diodorus* quam *Dionysius Halicarnasæus*, quam *Plutarchus* in *Andocide*, qui illum *Olymp.* LXXVIII. i. assignant. Sic enim solenne illis est, in his saltem temporibus, *Archontum* loca per annos *Olympiadicis* posteriores designare, quod per priores præstare solet Auctor *Chronici Marmoris*. Convenit præterea ætas *Simonidis*. Quem enim annum LXXX^m. egisse Archonte *Adimanto*, à *Simonidis* ipsius Epigrammate probavit *Cl. Bentleius* in *D. Boylium*, eum, hoc nostro Archonte *Theagenide*, nonagenarium facit Auctor *Chronici Marmoris*. Id tamen, ut verum sit, annum ejus nonagesimum, cum moreretur, inchoatum tantummodo fuisse necesse est. Idque verum asserunt Scholiastes *Aristophanis*.



phanis in *Vespas*, & *Suidas*, dum annum ejus LXXXIX^m. duntaxat agnoscunt. *Ætates ambæ* $\frac{29}{3}$. ita hunc annum, pro *Simnidis* ipsius illo testimonio, delignant, ut in alium nullum quadrare possint.

Superiori anno, periit, ut puto, *Pausanias*. Non *Rex*, ut videtur, jure suo, sed vice pupilli *Plistarchi* consobrini è patruo *Leonida*. Sic enim loquitur *Thucydides*, ut illius Jus aliud nullum agnoscat præterquam *tutoris*, etiam in temporibus ejus *extremis*, cum de illius *pæna* cogitarent *Æphori*. I. 132. Sed *Plistarchi* nulla uspiam gesta legimus. Et ne quidem *Pausaniæ* ipsi successit consobrinius *Plistarchus*, sed filius *Plistoanax*. Breve admodum *Plistarchi* Regnum agnoscit etiam *Sophista Pausanias*, sed *successorem* ejus non ipsum facit *Pausaniam*, sed *Plistoanactem*: Πλείσταρχος μὲν ἦν ὁ Λεωνίδου νεώτερος ἢ βασιλείαν παρεληφώς ἐτελεύτησεν Πλειστονάξ δ' ἔρχετο ἄρχων ὁ Παιωνίης ἢ Πλαταιῶν ἡγεμονίας. *Laconic*. c. 5. Hæc si vera, de *Regno* ab adulto *Plistarcho* suscepto intelligenda sunt. Et necesse erit ut *Pausaniæ* superstes fuerit ut ei succederet non *Pausanias* ipse, sed *filius* *Pausaniæ* *Plistoanax*. Sic ergo βασιλείαν παρεληφέναι dicendus erat, cum non amplius per *Tutores*, sed ipse, *Regni* à se suscepti *munia* obiret. Alioqui *breve* Regnum illius esse non potuit si à *cæde* patris *Leonidæ* pertigerit ad *pænam* consobrini *Pausaniæ*. *Rex* quidem appellatur *Pausanias*, etiam in victoria *Plataensi* *Herodoto*. IX. 75. quem tamen in illo munere *Tutoris* vicem supplevisse fatetur c. 10. Proinde inde nullum Argumentum est. Et *Thucydidis* locus jam allatus facit ut hanc *Pausaniæ* *Sophistæ* interpretationem verissimam existimemus. *Adultam* ergo ætatem attigit *Plistarchus*, & *Pausaniæ* superstes erat, ut *successorem proximum* haberet *Plistoanactem*. Quamdiu autem *Pausaniæ* superstes fuerit, statuere difficillimum est. Poterat *diu* superstes fuisse, si ætas illius adulta *remotior* fuerit ab obitu consobrini *Tutoris*. Sed ne quidem ita sexennio morte *Pausaniæ* ferior *adulta* ejus ætas esse potuit. Hic sane annus est à *cæde* *Leonidæ* patris XII^{us}. Esto ergo *natus* fuerit *eodem*, quo periit *pater*, anno. Ita annum ætatis XVII^m. (qui *Εἰσπεν* erat pro disciplina *Lacónica*) attigerit anno post *cædem* *Pausaniæ* v^o. Nec multo ferius, etiam si fuerit *Posthumus*. Si autem annus *Pubertatis* cum consobrini *supplicio* concurrerit; sic breve admodum spatium fuerit oportet inter *cædem* *Pausaniæ* *successionemque* *Plistoanactis*, ut, post acceptum νεώτερον *Regnum*, periret ipse *Plistarchus*. Videamus ergo aliunde an possimus spatium illud, quantum fuerit, explorare, & *successionem* constituere in familia Regia *Eurysthenidarum*, ut jam fecimus in *Proclidis*. Incipiemus autem à temporibus *certioribus*, nempe *recentioribus*, in quibus major est *Fastorum Archonticorum* concordia. Incipiunt illi ab *Olymp*. XCIII. 1. quo *Plistoanacti* *Pausaniam* successisse testatur *Diodorus*. Et quidem per annos XIV. qui desinunt *Olymp*. XCVI. 3. Tum *Pausaniæ* successisse tradit filium hujus *Pausaniæ* *Agefipolidem*, qui ipse totidem, quot *Pater*, *annis* Regnum tenuerit. Exeunt & illi *Olymp*. c. 1. quo *Diodorus* *successorem* statuit *Agefipolidis* fratrem *Cleombrotum*, qui annis ipse IX. *Regnavit*, ad *prælium* nempe, quo occubuit, *Leuætricum* *Olymp*. CII. 2. Hujus filii duo prout, major *Agefipolis*, minor *Cleomenes*.
Agefi-



Agesipolidem nihil memorabile gessisse docet *Pausanias*, cujus *tempus*, quia *breve*, proinde hactenus incognitum est, *Cleomenem* anno *Olymp.* cxvii. 4. obiisse narrat *Diodorus*, cujus annos numerat LX. & menses præterea x. nempe annos fere LXI. Deducti illi ex *Olymp.* cxvii. 4. reliquum facient *Olymp.* cii. 3. quo successerit *Cleomenes* ipse mortuo fratri *Agesipolidi*. Inde colligitur tempus ipsius *Agesipolidis* ab *Olymp.* cii. 2. quo occisus est pater *Cleombrotus*, ad *Olymp.* cii. 3. quo successit *Cleomenes*. Successit *Cleomeni* filius *Aretas* per annos XLIV. teste *Diodoro*. Ita defierit *Olymp.* cxxviii. 4. Idem *Aretas* est *Acrotati* filius *Pausaniae* *Laconic.* 6. Hoc autem loco deficit *Diodorus*, egregie hucusque sibi consentaneus. Redeamus ergo ad *Olymp.* xciii. 1. à quo *superne* retrogrediendo incipiunt discordiæ. *Plistoanactem* illo anno defunctum annis L. Regnasse dicit *Interpres*. Nescio qua fretus *MSS.* Codicum fide. In *Græcis* illa verba tantummodo legimus: ἀρχαὶ ἐπὶ ὀκτώ. Certum est deesse numerum *majorem*. In margine legimus: ἑξήντην πενήκοντα. Inde fortassis *Interpres* loco *οκτώ* legit *quinquaginta*. Nempe, ut videtur, quia paulo antea in margine repererat ἑξήντην πενήκοντα ad vocem in *Textu* ὀκτώ. Sed plane nulla ratio est cur numeri illi invicem confunderentur. Si itaque hunc numerum *Marginalem* in Codicum *MSS.* margine repererint (de quo tamen nihil monent *Editores*) è *Margine* supplendum *Textum* potius quam *emendandum* fuisse crediderim. Sic numerus annorum *integer* erit LVIII. quibus Regnarit ille *Plistoanax*. Hi deducti ex *Olymp.* xciii. 1. reliquum facient *Olymp.* lxxviii. 3. quo *Plistarcho* mortuo successerit *Plistoanax*. Sed vero hoc anno deficiente *Olymp.* 77. 3. occisus est *Pausanias*. Ita *quadriennium* reliquum erit à cæde *Pausaniae*, quo adoleverit, *Regnumque* adultus ipse administraverit, *Plistarchus*. Etiam *Leonidæ* finem comperitissimum habemus *Olymp.* lxxv. 1. quo *ineunte* ceciderit ad *Thermopylas* *Hecatombæonis* die vi^o. pro *nostris* rationibus. *Initium* illius è fine *Cleomenis* colligendum est. Erat autem in potestate *Cleomenes* cum *Regno* exueretur *Demaratus*, quod *Ol.* lxxii. 1. factum ostendimus. Nec post *Ol.* lxxii. 2. illum tenuisse verisimillimum est. Tædet *superius* ascendere in tanta monumentorum hodiernorum incertitudine. Nec pro *Thucydideorum* Annalium rationibus omnino necessarium est.

Jam de *Themistocle*. *Pausaniae* exitum præcessit illius *Ostracismus*. Damnatio ex *Inquisitione* in *Pausaniam* nata *posterior* illa fuerit proinde necesse est. Cum *Argis* fugeret *χειμῶνα* fuisse docet *Sophista* qui illius *Persona* scripsit *Epistolas*. Δέσσει δὲ βῆ (inquit) μὴ ἀναρῶν ἡμῶν ἔσπουδῶν ἐπιμύθων ὁ χειμῶν πόλιν. *Ep.* ix. Non omnia spernenda arbitror quæ occurrunt in *Sophistis*. Multæ tum extabant, quæ jam perierunt, *Historiæ*. Et veras illi *Personas*, ex *Historiis* haulerunt, cum quibus commercium habere potuerint, quorum *nomine* *Epistolas* concipiendas existimabant. Cur itaque dubitemus quin multas etiam rerum gestarum *circumstantias* ex iisdem haurire potuerint, qui tamen jam interciderint, *Historiis*? *Hyemem* ergo hic si pro *Anni tempestate* accipiamus, eam *affectedam* fuisse necesse est cum ἐπιμύθειν dicitur. *Επιμύθειον* enim illud *Græcis* dicitur quod jam diutius durarit. Ita hoc anno *exeunte* fuerit fuga.



fuga illa *Themistoclis*. Nescio autem annon potius *hyemem* præter expectationem *longam* designarint verba illa in Persona *Themistoclis*. Sic potius erunt ad sequentem annum referenda. Sic enim tantundem valebunt ac si dixisset: Per Anni *tempestatem* spes erat fugam *maritimam* tuto suscipiendi. Sed spem illam ipsam adiimit *hyems* quam pro anni tempestate *diuturnior*, metumque injicit ne hæc ipsa mea *cautela* mihi profutura sit. Ita *Verna* tempestate fugerit, *Maris liberi* initio quo confetur Navigatio *secura*. Sic ad novum *Archontem* fuga illius referenda erit, quocunque demum anno contigerit. *Hoc* autem anno fugerit, necne, vel *sequenti*, me dubitare fateor. Et tamen ægre admodum ultra utrumque differri illius fuga poterit, si quidem vere dixerit *Stesimbrotus Thasius* ad *Hieronem* illum sese contulisse, à quo repulsam passus tum demum de *Asia* cogitarit. Nam *Olymp. LXXVIII. 2.* decessit *Hiero*, si quidem *Diodorum* audiamus. Est tamen alioqui *Stesimbrotus* Auctor, propter *Antiquitatem*, minime spernendus. Coævus nimirum *Cimoni*, & par adeo *Herodoto*, *Thucydide* autem *antiquior*. Potuit ergo illius *Chronologiæ* Auctor esse quam sequitur *Chronicon Marmoreum*, quæ *Gelonis Hieronisque* tempora recentiora facit. Sic potuit *serius* fugere *Themistocles*, & tamen *Hieronem* convenire. Ita *Sophista* Epistolarum Auctor, qui *Gelonem* in fuga exambitum refert à *Themistocle*, qui tamen cum *Siciliam* appelleret, repererit in Regno jam nuper constitutum *Hieronem*. Nam pro *Marmoris* rationibus *Charete* Archonte successit *Hieron*, quem Nos *Charetem Olymp. LXXVII. 1/2.* asseruimus. Inde, ni fallor, erroris occasio *Diodoro* qui *Themistoclis* fugam refert ad annum *Olymp. LXXVII. 2^m*. Sed *Thucydidis* rationes Nos explicandas suscepimus, quas etiam, propter *accuratam* illius diligentiam, etiam paulo *antiquioribus* testimoniis antetulerimus.

Hoc anno *Cimon* paucis admodum triremibus *Athenis* profectus. Profligato nimirum Bello *Medico*, & *Pace* constituta. Inde *Persis* audacia *Chersonesum* occupandi, & *Socios* è *Thracia* advocandi. Sed *tredecim Persarum* naves suis duntaxat quatuor occupavit, *Persas* ipsos cum *fociis Thracibus* inde fugavit, totamque inde *Chersonesum* suis vendicavit *Atheniensibus*. Narrat enim hæc *Plutarchus* inter prælium ad *Eurymedontem* & defectionem *Thasiorum*. Nec sane alia *Bella* illum in hac *spatiis* ob oculos habuisse indicat tam modicus apparatus cum *Athenis* discederet. Hoc alteri anno cuivis *medio* convenire vix potuit. Hinc facile colligimus nondum *coloniam* ad *novas Vias* fuisse deductam, quam eidem tempori cui & *Thasiorum* defectionem, vendicat *Thucydides. I. 100.* Etiam inde colligitur nondum *Archontem* fuisse *Phædonem*, quem Nos è loco recepto rejecimus.

Ant. Christ. 467. Ol. LXXVIII. 1/2. XIV. Arch. *Lysistrato*, à *Gamelione*.
Nempe à *Februarii Juliani* die x.

Hujus anni quis *Archon* fuerit, non habemus, ut solebamus, monumenta quæ doceant. Suspiciamus autem, ut proximus *Theagenide* in receptis *Fastis Diodori* numeratur *Lysistratus*; sic etiam proximum fuisse



fuisse in hypothefibus Chronici *Marmorei*. Illum *Olymp. LXXVIII. 2.* apponit *Diodorus*. Sic erat 1°. ejusdem *Olympiadis* anno, pro *Marmorei* recepto more, assignandus. Poterat alioqui in hunc locum reponi, quem proximo post *Praxiergum* loco omiserat Auctor Chronici *Marmorei*. Ita autem secutus erat 2°. loco *Phædon*, quem Nos tertio potius loco, pro veriorum Factorum sententia, assignandum ostendemus. Hoc autem *Archonte* interposito, in verum illum, quem dixi, locum redibit *Phædon*. Sic itaque potius statuendum existimamus.

Hoc anno *Carystios* in *Eubæa* solos oppugnabant *Athenienses*, & *χεῖνῃ ἐπιέθεισαν καὶ ὁμολογίαν. Thucyd. I. 98.* Hos enim proximos *Eioni* & *Scyro* recenset *Thucydides* è *Græcis*, cum quibus *Athenienses* Bellum gesserint, postquam sub *Atheniensium* patrocínio commune Bellum in *Persas* administrarent.

Ant. *Christ. 466. Ol. LXXVIII. 2. XV. Arch. Demotione, à Gamelione.*
Nempe à *Januarii Juliani* die xxx.

Hoc anno *Naxum* obsederunt, & in servitutem redegerunt, *Athenienses*. *Πρώτη αὕτη πόλις ἐπιμαχίης παρὰ τὸ κερδιστικὸς ἐδωλόθη. Thucyd. I. 98.* Nempe oppugnata post *Carystios* antea memoratos, & ante *Thasios* quorum mentio c. 100. quosque sequenti, post hunc, *Archonte* defecisse probabimus.

Hinc etiam colligimus hoc anno statuendam esse fugam *Themistoclis*. Tunc enim, cum fugeret, in *Naxi* obsidione fuisse *Athenienses*, conveniunt cum *Thucydide*, *Diodorus*, *Nepos*, & *Plutarchus*. Si vera dixerimus è *Sophista Epistolarum* conditore, primo *Vere Argis* profugerit ad *Corcyram*. Ibi diu moratus non est, non ausis illum, veteris beneficii in illos collati causa, tueri *Corcyraeis*. Inde, si *Stesimbrotus* fides, aut *Epistolarum* fabro, in *Siciliam* migravit. Nec tamen diu ibi moratus est. Inde se ad *Admetum* contulit Regem *Molofforum*. Hic tantisper hæsisse dicitur dum illum peterent legati *Atheniensium* atque *Lacedæmoniorum*. Ne paucos illos dies memoremus, quibus tum, cum primum appelleret, peregrinantem expectavit *Admetum*. Inde, pedestri itinere, & fidis viæ ducibus, ad *Pydnam Alexandri* Regis *Macedonum* delatus est. Non tamen consilio tentandi *Alexandri*, sed ad aulam *Persarum* recta, qua liceret, contendendi. Hinc, dum navi oneraria in *Joniam* trajicit, *χειμῶνι* à recto ad *Joniam* cursu transversim raptus in civium suorum classẽ *Naxios* obsidentem pene delatus est. *Thucyd. I. 137.* Non tamen *χειμῶνι* nomine *hibernam* anni tempestatem, ut opinor, designavit, sed *procellam*. Ita illum intellexit Interpretes. Ita illum *Nepos*, qui *Thucydidis* fidem, in hac præsertim *Historia*, secutus est. *Tempestate maxima* eo delatum scribit. c. 8. Tandem *Ephesum* venit. Hæc omnia quanta potuit cautela ne cuiquam innotesceret. Nam & in *Græcia*, & in *Persarum* ditione, multi erant, qui illum quærent, propter præmia utrobique promissa reperientibus. *Moram* hæc omnia injecerint oportet, quæ tamen nimia latebris nocitura erat. Etiam, cum in *Joniam* appulisset, novum artificium exco-

K k k k k k

gitandum



gitandum erat, quo nemini antea suspectus esset quam ad *Regem* ipsum veniret. Usus est ergo lectica *teeta* qua deferri solebant ad *Regem concubinae*. Et tamen *Epbefi* tantisper hæsit, dum pecuniæ amicis creditæ venirent, tam *Argis* quam *Athenis*. Ab *Jonia* deinde ad *Susa* iter admodum longinquum erat. Quatuor annorum delicias agentibus facit *Comicus Acharnensib. Act. 1. Scen. 11.* Trium autem mensium accuratissimus illius emensor *Aristagoras* apud *Herodotum. v. 50.* Et *Herodotus* ipse v. 53. Vix potuit ergo hoc anno ad palatium venire *Themistocles* itinere tot tantisque difficultatibus obfessio. Ita tertio demum *Ostracismi* anno damnatus fugerit *Themistocles*, & tertio item post supplicium *Pausaniae*. Nec sane quicquam videmus in *Historia* quod oblitet quo minus ita se res habuerit.

Ol. LXXVIII. 3. mortuo *Plistarcho*, in familia Regia *Eurysthenidarum*, apud *Lacedæmonios*, succedit *Plistoanax Pausaniae* filius. Vid. *Ol. 17. 4.*

Ant. Christ. 465. *Ol. LXXVIII. 3. XVI. Arch. Phædone*, à *Gamelione*.
Nempe à *Januarii Juliani* die XIX.

Hunc *Archontem* è loco, quem assignavit illi *Diodorus*, jam supra è Testimoniis *Diodoro* fide dignioribus exclusimus. Hunc verum illius esse locum discimus è Scholiaste *Æschinis*, cujus Fragmentum antea edidimus. *Novies* ille *Athenienses* ad *Novemvias* male fuisse acceptos observavit propter *novies* repetitas *Phyllidis* in *Demophontem* diras. Πρώτον μὲν (inquit) Λυσισπάρτου καὶ Λυκέρου καὶ Κρατίωνος στρατηγῶν ἐπὶ Ἡβύρα ἔστι Στραμύνα. Διεφθάρησαν δὲ καὶ ὅρακων εὐλοπότες Ἡβύρα ὅτι ἀργήτος Φαίδωνος. Hæc proculdubio clades est ad *Drabescum Edonorum* ab *Edonis* illata, cujus bis meminit *Thucydides. 1. 100. iv. 102.* Meminit etiam *Pausanias Attic. 29.* Confundit tamen primam hanc in *Thraciam Expeditionem* cum secunda alia sub *Leagro & Sophane Deceleensi*, cujus meminit non *Scholiastes* modo noster, verumetiam *Herodotus. ix. 74.* Hujus autem, de qua agimus, cladis situm docet *Thucydides* ipse. *iv. 102.* Nempe post annos xxxii. ex quo ab *Edonis* pulsus fuerat, sub *Dario Hystaspide*, *Aristagoras*, & annis vicissim xxix. antea quam *Agnon*, pullis *Edonis*, coloniam conderet *Amphipolitanam*. Nos à posteriori potius *Epocha* Argumentandum duximus, quippe quæ priori certior est atque exploratior. *Archonte* enim *Euthymene* conditam fuisse ab *Agnone Amphipolim* consentit cum *Scholiaste* nostro etiam *Diodorus*. Et locum *Euthymenis* firmat etiam cœvus Auctor *Aristophanes*. *Euthymenes* *Archon* erat *Olymp. 88. 4.* Inde detracti anni xxix. (nempe *Olympiades vii. & annus unus*) reliquum facient annum, in quo versamur, *Olympiad. 78. 3.*

Hoc ergo *Archonte* coloniam *Novemviam* (Civitatis, quæ postea ab *Agnone Amphipolis* appellata est) deductam discimus è prædicto *Scholiaste*. Hoc anno ante *Euthymenem* xxix°. missos colonos refert *Thucydides*, qui perierunt ad *Drabescum. Thucyd. iv. 102.* In anno post *Aristagoram* xxxii°. convenit, cum *Thucydaide*, etiam *Diodorus* ad ann. *Ol. 89. 1.* De condita ergo colonia *Thucydides*, non de deleta, intelli-



intelligendus est. Proinde mentio *Phædonis Archontis* in *Scholiaste*, ad verba εἰληφότες Ἡῖονα, non ad Διεφδάρισον, referenda est. Sic enim cum *Thucydide* conveniet accuratissime. Male ergo hanc *coloniam* ad *Olymp.* LXXIX. I. statuit *Diodorus*. Erroris occasionem mox ostendemus. Nondum hanc *coloniam* deductam, *Ol.* 48. 4. cum *Cimon Persas Eione* fugaret, ostendimus.

Hoc eodem anno *Thasios* ab *Atheniensibus* defecisse docet *Thucydides*. I. 100. Nempe ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς χρόνις. Et tamen χρόνῳ ὕστερον post prælium ad *Eurymedontem*. His vocibus posterioribus annorum plurimum intervallum designasse videtur. Quod sane est, pro nostris hypothesebus, verissimum. Et sane Bellum hoc cum *Thasius* gessit idem, qui ad *Eurymedontem* vicerat, *Cimon*. Et quidem ita, ut hoc Bellum cum *Thasius* ad finem usque perduxerit, ut è *Plutarcho* discimus, & *Nepote*; qui alia quoque *media* narrant inter prælium ad *Eurymedontem* & hoc trienne cum *Thasius* Bellum. In eo quoque cum *Thucydide* convenit etiam *Diodorus*, quod unius ejusdemque anni uterque agnoscat tam *coloniam Novemvialem* quam Bellum cum *Thasius*. In eo tamen peccavit *Diodorus*, quod eodem errore, quo *coloniam* ad *Ol.* LXXIX. I. retulit, Belli quoque cum *Thasius* initium ad *Olymp.* LXXIX. I. similiter retulerit.

Hoc etiam eodem anno, sed, ut videtur, ad exitum vergente, *Terræmotus* erat *Spartæ*, & nati ea occasione Belli *Messenici* III. *decennalis* initium. Hoc è *Thucydide* ipso colligimus. Ait enim *Thasios Lacedæmoniorum* auxilium advocasse. Non tamen antea quam plusquam uno prælio victi ad *obsidionem* redigerentur. I. 101. Tum demum, clam *Atheniensibus* auxilium pollicentur *Lacedæmonii*, quod tamen quo minus præstiterint, à *Terræmotu*, & secutis illum turbis *domesticis*, impediti sunt. Nuncius ergo de *Thasiorum* defectione *Athenas* appulerit, tum *Apparatus* ad Bellum faciendus erat, illo certe tempore, & *Cimone* duce, non sane *diutinus*. Tum spatium *navigandi*, & captandi tot præliorum sub duce prudentissimo *occasiones*, intercellerit. Tum *obsessis* mittendi *Spartam* legati eo *tardiores* quo *cautius* progrediendum erat ne rescirent *Athenienses*. Denique, *promisso* auxilio, & *reversis* nunciis, contigerit *Terræmotus*, & post *Terræmotum* Bellum cum *Helotis*, quæ obstiterint quo minus fidem datam præstare potuerint. Quare, ut hoc anno *ineunte* defecerint *Thasii*, admodum tamen *affectedum* fuisse necesse est cum iniret Bellum *Messeniacum*. Nam ne ultra hunc annum proferatur, obstat *Testimonium Plutarchi* in *Cimone*, qui IV. demum *Archidami* anno *Terræmotum* statuit. Hinc etiam discimus *Olymp.* LXXVII. 4. successisse *Archidamum*, ut hoc anno admodum *affectedo*, adhuc tamen illius annus numeraretur tantummodo IV. Hic etiam nostro calculo suffragatur eousque *Diodorus*, quod *Archonte* saltem *Phædone* *Terræmotum* etiam ipse statuerit. In eo etiam suum *Phædonis situm* falsum ipse vincit. Retulit ille *Phædonem* ad *Olymp.* LXXVII. 4. *Coloniam* autem *Novemvialem* & Bellum cum *Thasius* ad *Olymp.* LXXIX. I. Cum tamen antiquiorem *Terræmotu* *coloniam*, & Bellum quoque cum *Thasius*, è *Thucydide* ipso probaverimus, quem nemo



sanus dubitet, his saltem temporibus, longe antefendum esse *Diodoro*. Nos hunc *Phædonem* non, cum *Cl. Benileio*, tollendum arbitramur, sed ad suum potius, quem olim tenuit, in *Fastis* locum esse restituendum.

† annus Belli decennalis *Lacedæmoniorum* in *Messenios*.

Hoc tandem anno ad aulam *Persicam* venit *Themistocles*. Ad Regem *Artaxerxem* *Xerxis* filium *νεωσι βασιλευοντα*, inquit *Thucydides*. I. 137. Fecitque hæc sola *Thucydidis* Auctoritas ut, juniorum quantumvis consensu refragante, in *Thucydidis* tamen sententiam transierit *Nepos*. Sed *Ego*, inquit, potissimum *Thucydidis* credo, quod ætate proximus erat his, qui illorum temporum *Historias* reliquerunt, & ejusdem civitatis fuit. c. 9. Addit *Plutarchus* testimonium majus ipsius testimonio *Thucydidis*. Nempe *Charontis Lampfaceni*. Hic ipsa illa ætate vixit, *Herodoto* ipso major, ut major erat *Thucydidis* *Herodotus*. Proinde illum *Herodoto* opponit *Plutarchus* in Libro de *Malignitate Herodoti*. Egredietur præterea in ipsa *Persarum* ditone *Charon*, ut proinde, quis *Princeps* tum fuerit, cum *Themistocles* veniret ad *Persas*, vix illi potuerit esse incompertum. Subjungit *Plutarchus*: Τοῖς δὲ χερσικαῖς δυνάμει μάλιστα ἐθελοδιδασκαλοῦντο. *Chronicorum* nomine intelligit, ni fallor, *Grammaticos* illos, qui ex temporum rationibus de *Historiis antiquioribus* judicaverant, ut in tanta testimoniorum Veterum incertitudine, invicem nempe pugnantium, vera à falsis, certa ab incertis, per temporum consensum internoscerent. Ita *Timæus*, *Eratosthenes*, *Apollodorus*. Celebres autem erant, hoc nomine, imprimis *Eratosthenis* *Χερσικαῖοι Καρβῆς*, in quibus, collatis invicem *diversarum* gentium *Successionibus*, ex *universarum consensu* de *singularum veritate* pronunciabat. Itaque, cum his à re ipsa petitis Argumentis idem consentaneum reperitur, quod tanta *Testium* Auctoritas verum esse tradidit, nihil plane superest cur de *Facto* dubitetur. Monet quidem *Plutarchus* testes fuisse, & quidem *Veteres*, qui ad *Xerxem* ipsum, non autem ad *Artaxerxem* *Themistoclem* fugisse tradiderint, *Ephorum*, *Dionem*, *Clitarchum*, *Heraclidem*. Horum fidem secutus est, ut videtur, *Diodorus*. Sed neminem habuit, hoc uno *Vetustatis* nomine, *Thucydidis* comparandum, nedum *Charonti Lampfaceno*. Sic ipsa *Testium* antiquitate causa nostra vincit. Suffragante autem *Temporum* fide, Imo magis *Thucydidis* quam *junioribus* suffragante; jam res ipsa *testibus* optimis consentanea facit, ne ullam prorsus rationem *Testium recentiorum* habeamus. Viderunt hoc *Viri Magni*, qui proinde testes hosce *vetustiores conciliandos* potius quam *opugnandos* existimarunt, *junioribus* alia omnia consentibus. Volunt ergo ad utrumque venisse *Themistoclem*, tam *Xerxem* ipsum, quam ad *Xerxis* filium *Artaxerxem*. Putant nimirum à *Patre Xerxe* etiamnum *superstite* Regni participem factum esse *Artaxerxem*. Pro eodem scilicet exemplo, quo, *Patre Dario* jam vivente, *successor Regni* declaratus fuerat ipse *Xerxes*. Huc trahit *Petavius* quod in causa *Xerxis* observaverat *Herodotus*, cum dubium esset *Jus Successionis*, *Regi Persarum* non licuisse novam aliquam *Expeditionem* antea suscipere quam *Successorem* declarasset. VII. 2. Trahit, quod *similis* fuerit causa inter *Darium*



rium Xerxis filium majorem junioremque *Artaxerxem* quæ fuerat *Xerxi* ipsi cum fratre majore *Artobarzane*. Quod nempe *maximus* fuerit uterque Patris, jam *Regis* filius, ut fuerat *frater* utriusque *maximus primogenitus* communis Patris, antea tamen quam *Regnum* adipisceretur. Nullum interim agnoscit in *Historia* vestigium *Artaxerxis Longimani* à Patre *Xerxe* in *Regni participationem* accepti. Nullum certe in *Epistola Themistoclis* ad filium *Artaxerxem* apud *Thucydidem*, Patris *Xerxis* etiamnum vivi. Meminit quidem *Themistocles* in *Epistola* ad filium beneficiorum à se in *Patrem* collatorum. Cur hæc non potius ad ipsum *Patrem* qui beneficia acceperat? Cur *filium* solum *Judicem* facit beneficiorum in *Patrem* collatorum? Cur *Patrem* saltem non *testem* advocat beneficiorum *arcanorum*? Cur ne quidem ulla ad *Patrem* *Relatio*, filio vel *interpellante*? Cur nihil *Patri* reservatum, in rebus ad *Patrem ipsum* attinentibus, quod non erat sane negligendum, *Patre* vel *absente*? Cur nulla *Patris* mentio, cum, post *annum* linguæ *Persicæ* discendæ impendendum, esset reversurus? Sic habent omnia, non quasi *abfuerit* Pater, sed quasi non amplius *fuerit* in vivis. Tantum vero abest ut vera videatur *conjectura* illa *Petavii*, ut ne quidem *ratio* ab illo assignata locum habuerit cur *vera* saltem *videri* possit. Nec enim nisi in *Jure dubio* locum habuit *Lex* illa *Persarum* de declarando *Regis Successore*, antea quam *Rex* ipse *Expeditionem* aliquam susciperet. Nam in *Jure indubio*, non opus erat ut *Rex* idem declararet quod *Lex* ipsa declaraverat. Ut penes ipsum fuisset *Successorem*, quemcunque vellet, non obstante *Successionis Lege*, designare; ne quidem ita necesse fuisset ut *Rex* quem vellet *Successorem* declararet. Nam ut *neminem* declarasset, *manifesta* nihilominus fuisset *Regis sententia*. *Neminem* scilicet illum *Successorem* sibi velle quam cui *Jure Successionis* legitimo debebatur. Sic nullum erat *Reipublicæ* periculum, cui declarando *Successore* fuerit occurrendum, dum de *Successore legitimo* constaret, nec locus esset æmulis. Fuerit ergo *Jus* dubium in causa *Xerxis*, non tamen sequitur *dubium* fuisse in causa *Artaxerxis*. Erat enim *Xerxes* primus novæ *familiæ* *Successor*. Erat ergo à primo *familiæ conditore* *Dario* statuendum quo *Jure* deinceps esset in eadem *familia succedendum*. An scilicet hominis ejusdem *privati*, an *Regis* primogenito *Successio* concedenda esset. Cum vero hoc *Jus primogeniti* in *Regno Darius* in *Persona Xerxis* approbasset, idem *Jus Successionis* in *posteris*, quorum *causa* similis erat, deinceps obtinere oportebat, dum *novo* aliquo *decreto* mutaretur ab eo qui *Jus* habiturus esset *Successionis* in *futurum* stabilienda. Quare, cum *causa Artaxerxis Longimani* eadem fuerit cum *causa Xerxis* Patris, *Jus* quoque idem fuerit oportet, ut novum tamen *nulum* decretum intercessisset. De *Xerxis* *sententia* dubitari vix potuit, quin *Jus* idem fuerit in *Successore* probaturus quo fuerat *ipse* *coronam* consecutus. Nec tamen *declaratio Successoris* *parem* illum cum *decessore* fecisset, nedum qualem credidit *Petavius Artaxerxem*, ut *decessoris* *ratio* nulla deinceps haberetur. Itaque de *Jure Successionis* hæc intelligenda sunt quo *Patris mortui* locum supplevit *Artaxerxis*. Non autem de *fictio* illo quo particeps *communis* cum *Patre* *Regni* fuisse creditur.



creditur. Nec sane accidit incommode, ut qui aulam *Persicam* hoc anno attigerit ineunte *Themistocles*, is, *Artaxerxe* *vrosi* Regnante, eo appulerit. *xxi^m*. *Thoth Xerxi* tribuit Canon certissimus *Astronomorum*, qui superioris anni Juliani *Decembris* die iniverat *xvii^o*. *Diem* illum si superarit, *annus* erat, pro norma Canonis *Astronomici*, illi tribuendus, utcunque *brevem* illius anni *partem* attigisset. Nec *diu* postea videtur vixisse *Xerxes*. Id innuit, quicumque demum is fuerit, Auctor *Diodori*. Nam *Xerxi* *xx.* duntaxat annos concedit *Diodorus*, filio autem *Artaxerxi* largitur annos *xliv.* cui annos tantummodo *xlili.* concedit Canon *Astronomicus*. Inde palam est annum *Xerxis* ultimum *Patri* ablatum *Artaxerxi* filio assignare *Diodorum*. Quod scilicet *parte* illius longe majori Regnaverit *Artaxerxes*. Idem colligitur ex eo, quod ab *Artabano* Chiliarcho ad *Regem* introductus fuerit *Themistocles*, teste *Plutarcho*. Scio fuisse etiam alios à nostro *Maximo Usserio* recensitos *Artabanos*. Sed alio *munere* omnes quam *Chiliarchi*. Hunc autem *Artabanum* ipsum illum *Artabanum* fuisse puto, cujus *menses* post *Xerxem* *vii.* numerat in *Chronico Eusebius*, observatque hos *menses* in numero *annorum* fuisse *reputatos*. Hoc voluit, opinor, pro *anno* *menses* illos haberi solitos, quod *partem maximam* *Anni* constituerint, qui quidem *annus Artabano* imputatus fuerit, quasi *tyranno*, Regnique cum *Artaxerxe* ipso *participi*. Tanta enim fuisse videtur, sub *Chiliarchi* nomine, illius Auctoritas. *Xerxem* enim ipsum peremerat. Tum *paricidii* falso imputati nomine majorem filium *Darium*, manu tamen fratris *Artaxerxis*. Denique *Artaxerxem* ipsum aggressus, à quo tamen ipse lethale vulnus accepit. Hucusque ergo *liberas Imperii* habenas vix habuit *Artaxerxes*. Hos *Ego menses* fuisse puto qui *annum* constituere censerentur medium inter *Xerxem* patrem filiumque *Artaxerxem*, nonnunquam *Artabano* imputatum, ut *menses Magorum* aliquando *Magis* imputabantur. Sed Canon *Astronomicus* *menses Magorum* non *illis* accenset, sed *Cambysi*. Idemque illius exemplo facit *Herodotus*. Fastis enim *eximi* solebant *tyranni*, alique *hostes publici*, quorum *memoria* fuerat *damnata*. Sic ergo factum ut nonnunquam *Xerxi* patri, nonnunquam *Artaxerxi* filio hic idem imputaretur *annus*. Propterea, ut videtur, quod *utrique* aliquid *demendum* erat quod *mensibus* illis adjunctum *annum* cum illis *integrum* completeret. Sic *menses* reliqui ad *justum annum* necessarii inter *patrem filiumque* tribuendi essent. Eritque adeo *brevius* spatium *quinquimestri* quo *Regnum* tenuerit *Xerxes* postea quam *annum xx^m*. implevisset. His ergo ipsis *mensibus Artabani*, qui ad *annum* spectabant *Xerxis xxi^m*. vel *Artaxerxis* primum, venisse *Themistoclem* ex ipsa illa *Artabani* mentione discimus. Convenit autem hoc accurate cum *testimoniis* illis, quæ diximus, *Thucydidis* & *Charontis Lampsaceni*, qui *Regno Artaxerxis* nuper accepto illum venisse tradiderunt. Sic ergo *Chronicorum* rationes restituere conati sumus, quas *Plutarchus* observavit *Thucydidi* fuisse consentaneas. Subjungit mox: *καὶ τὸ ἐπὶ αὐτῶν ἀρτέμα συνταξιόδωτος*. Alibi usum illum vocis *ἀρτέμα* apud *Plutarchum* observavi. Illud ergo vult, *Chronicos Canones*, quorum fide *Thucydidis* testimonium comprobaverat, sæpe tamen



tamen invicem in commissione *discrepare*. Quod sane erat etiam *Librariorum* culpa facillimum ætate *Plutarchi*, qui tot *Seculis junior* erat præcipuorum *Chronologorum* Autographis. Jam tamen vidimus *verum* etiam esse potuisse de ipsis *Chronologis*. Nam *Fastos* diu antea *corruptos* ostendimus, etiam ætate *Diodori*. Quamquam autem *meliores* usurpavit *Plutarchus* & *Laertius*, in quibus locum habuerit *Apsephion*; in illis tamen frustra quæsitum *Aristidem* docet ipse *Plutarchus*. Vidimus quoque fuisse *Veteres* qui *Themistoclis* fugam sub *Xerxe* statuerant, quamquam illis *juniores* qui ad *Artaxerxem* retulerant. Hoc tamen factis erat, ut, qui ita sentirent, *Chronologi* *juniores* *Chronicos* proinde *Canones* pro illis *rationibus* disponendos esse censuerint. Nihil tamen in re *gesta* observavit ipse, aut ab aliis observatum narrat, quod *pugnaret* quo minus *Canones Thucydidi* maxime *consentanei* fuerint etiam proinde *verissimi*.

Hoc anno Bellum cum *sociis* in conjuratione *Artabani*. Ctes. Persic.

* Arch. *Lysania*. Olymp. 78. 3. *Diodor*.

Est & alter *Lysanias* Olymp. 84. 3. hoc in loco per errorem, ut videtur, repetitus à *Diodoro*. Sed in *Archontibus* (quos solos habet) *Olympiadum*, spatium *Diodori* utrumque plenum supponit *Dionysius* etiam *Halicarnassæus*. *Fastos* enim *uterque* mutilatos *Aristide* & *Apsephione* sequitur, qui hac aut simili *repetitione* supplendi erant. Deesse autem hic videtur *Lysanias* in *Fastis Chronici Marmorei* integrioribus. *Epoch*. 60. ut probabimus, Arch. XXI. XXV.

Ant. Christ. 464. Olymp. 78. 4. XVII. Arch. *Lysitheo*, à *Gamelione*.
Nempe à *Februarii Juliani* die VI°.

Bactrorum defectio, Satrapa alio *Artabano*. Duobus præliis tandem ad officium redacti. Ctes. Pers.

Ad proximum *Phædoni* Archontem excidium *Mycenarum* ab *Argiis* retulit *Diodorus*. *Causam* addit, cur illo potissimum tempore Bellum *Mycenæis* intulerint *Argivi*: Τότε δὲ καμὸν εὐδαμον ἔχειν ἐνδομζον, ὁρῶντες τὰς Λακεδαιμονίους τεταπεινωμένους, καὶ μὴ θωρακίζουσιν τοῖς Μυκηναίοις βοηθεῖν. Subjuncta postea *rationes*, quæ obstiterint, quo minus *Mycenæis* suppetias tulerint *Lacedæmonii*, διὰ τὰς ἰδίους πολέμους, καὶ ἔκ τῶν σεισμῶν θυροφίλων αὐτοῖς συμφορὰν. Hæc si vera, hoc anno contigisse existimarim. Male enim ad Archontem *Theagenidem*, annumque Olymp. 78. 1^m. retulit ipse *Diodorus*. Nempe propter vitiosas suas male dispositi *Phædonis* rationes. 1/2 annus Belli decennialis *Lacedæmoniorum* in *Messenios*.

Ant. Christ. 463. Ol. LXXIX. 1/2. XVIII. Arch. *Archidemide*, à *Gamelione*.
Nempe à *Januarii Juliani* die XXVI.

Hic locus *Archidemidis* Archontis è Belli in *Thasos* fine colligitur, non ultra Olymp. LXXIX. 1. differendo, pro testimoniis *Diodori* & *Pausanias* invicem consentaneis.

Sub



Sub 2°. à *Xerxis* cæde *Archonte*, defectio *Aegyptiorum*. *Olymp.* 79. 2. *Diodor.* Dum *Bactris* rem gereret, ut videtur, *Megabazus*. Inde animus *Aegyptiis* ut de *libertate* afferenda cogitarent. Duces erant *Inarus Libys* & *Amyrtæus Aegyptius*. Hinc ergo initium *Amyrtæi*, quem tamen aliquanto *recentiorem* credidit noster *Uferius*. Per magnam autem *hujus* etiam *anni* partem *Persas* occupatos tenuerunt res in *Bactrios* gerendæ. Audiverant *Aegyptii* ἡ ἕρξ τελευτῶ, καὶ ἡ ὄλιω ὀπίθεον καὶ ταρῆλω ἐν τῇ βασιλείᾳ ἡ Περσῶν. Eodem factus Rex *Inarus*, qui primo ex *indigenis* milites conscribit, tum ex *Exteris*, milis denique ad *Athenienses* de auxilio legatis. *Diodor.*

III^{us}. hic annus erat obsessorum *Thasiorum*, quo victi ab *Atheniensibus*. *Thucyd.* I. 100. Duce *Cimone*. *Plutarch.* *Cim.* *Nepos Cim.* c. 2. *Defectionem* eorum *Olymp.* 79. 1. *Archonte Archidemide*, narrat *Diodorus*. Belli nimirum *finem* cum *initio* permiscens. Nec puto aliunde *Pausaniam* *Terræmotum Spartanorum* ad hunc annum distulisse, quam quod orto cum *Thasiis* Bello mox *Terræmotum* contigisse didicerit, & *finem* illius Belli, similiter ac *Diodorus*, cum ejusdem *exitu* ipse quoque confuderit. Statuit quidem *Terræmotum*, ortumque inde Bellum *Messeniacum* tertium, *Olympiade* XXIX^a. Sed LXXIX^{am}. ab illo intelligi, tam ex *Olympionica* quam ex *Archonte Atheniensi* manifestum est. Ita *Pausan.* *Mess.* c. 24.

Hoc forte anno contigit *clades* colonix *Novemvialis* ad *Drabescum*. Hoc certe *Archonte* & *Olymp.* 79. 1. illam statuit *Diodorus*, qui tamen ita loquitur ac si *eodem*, quo *deducta* fuerat, *anno* periisset. Agnoscit interim aliquantisper illius *prosperos* successus. Μέχει μὲν πρῶτον ἐκράτην ἡ Θρακῶν ὕστερον ἡ αὐτῆς ἀναβάντων εἰς Θράκην, σιώτην πάντας τὸς εἰσβαλόντας εἰς ἡ χώραν ἡ Θρακῶν, ὑπὸ ἡ Ἡδωνῶν καλεσθῆναι Ἀσφαδριῶται. Poterant hi *gressus unius* fuisse *anni*, ut *secundo* demum colonix *anno* fuerint deleti. Habet quidem *biennii* in hac ipsa causa colonix *Novemvialis* mentionem *Olymp.* 89. 1. idem *Diodorus*. Quæ tamen ægre huc fuerit referenda. Suspicio potius *Thucydidis*, quem ibi imitatur, locum male intellexisse *Diodorum*. Siquod tamen fuerit *revera* colonix *biennium*; facillimum esset *Diodoro* toties *initia* cum *finibus* confundenti, ut quo *anno* colonia *excisa* est illo *deductam* arbitraretur.

$\frac{2}{3}$ annus Belli decennalis *Lacedæmoniorum* in *Messenios*.

Ant. *Christ.* 462. *Ol.* LXXIX. $\frac{2}{3}$. XIX. *Arch. Tlepolemo*, à *Gamelione*.
Nempe à *Januarii Juliani* die xv°.

Reversus à *Thasiorum* obsidione *Cimon* periclitatur de benevolentia in *Alexandrum Macedonum* Regem. *Plutarch.* *Cim.* Inde colligitur *superiori* anno non admodum *affecto*, domitos esse *Thasios*, ut vacaret *Alexandro*. Sequitur in *Plutarcho* alia *πραγμά*, quam *hujus* *anni* fuisse *nece* esse. Eo spectant *Plutarchi* verba illa: Ὡς ἡ πάλιν ἐπὶ στρατείαν ἐξέμενον &c. Tum, eo absente, *Judicia* pleraque ab *Areopago* sustulit *Ephialtes*. Proinde *hoc* *anno*.

$\frac{2}{3}$ annus Belli decennalis *Lacedæmoniorum* in *Messenios*. I^{us}. *Atheniensium*



sum in *Aegypto*. Missus in *Aegyptios Achæmenes*. Hic, ad Nilum castris positus, reficiebat ab itineris labore milites. *Aegyptii* copiis *Libya Aegyptique* in unum collectis, ἀνέμενον ἢ ἄλλῃ ἢ Ἀδριατικῶν συμμαχίαν. Tum scilicet *venientem*, quæ tamen *nondum*, cum primum veniret *Achæmenes*, appulerat. Mox tamen junxerunt cum *Aegyptiis* copias, *Persas* profligant, ipsumque, inter reliquos, interficiunt *Achæmenem*. Diodor. Inde colligitur, hoc demum anno, nec admodum affecto, in *Aegyptum* venisse *Athenienses*.

Ant. Christ. 461. Olymp. LXXIX. 3. XX. Arch. Conone, à Gamelione. Nempe à *Februarii Juliani* die III^o.

Reversus à superioris anni *σπαρτιά* *Cimon Areopagi* dignitatem restaurare conatur ab *Ephialte* labefactatam. Inde *Plebs* in illum à contraria *Factione* irritata. Κατέβαν σπυρισμένοι, ἢ ἢ Σίμων ἐξήρδιζον, inquit *Plutarchus*. Tum *soror* ei exprobrata, in suspicionem *Laconismi* vocatus, ab *Eupolide* ludibrio expositus. *Plutarch*. ibid. Hæc *initia* mox secuturi *Ostracismi*. Ante hunc annum auxilium ab *Atheniensibus*, cui præficiendus fuerit *Cimon*, petere ne quidem potuisse *Lacedæmonios*, discimus è *σπαρτιάς* quas obierit *Cimon* à prima *Thasiarum* defectione, quæ *Terræmotum* paulo præcessit, & natum inde Bellum *decennale Lacedæmoniorum* in *Messenios*. Hoc ergo demum anno petunt legato *Periclida*. *Plutarch*. Cim. ὡς αὐτοῖς πρὸς τὸς ἐν Ἰθάκῃ ἐμυλῶντο ὁ πόλεμος. *Thucyd*. I. 102. Tanta nimirum *decennii* parte jam *elapsa*. Bello ad *τειρομαχίαν* redacto, & quidem *μακράν*. Hoc enim nomine *Athenienses* necessarios existimabant, ὅτι *τειρομαχεῖν* ἐδύκην *δυνατοὶ* εἶναι. *Thucyd*. I. 102. Sic enim à prælio *Plataensi* fugientibus ad murum ligneum *Persis*, *Atheniensibus* ea oppugnatio ab iisdem *Lacedæmoniis* demandata est, ὥστε ἐν ὄπισθαιδῶν *τειρομαχεῖν*, inquit *Herodot*. IX. 69. Negante autem auxilia mittenda esse *Ephialte*, cui jam innotuerant *Lacedæmoniorum* in causa *Thasiarum*, ut videtur, insidiæ, *Cimonis* præcipue opera effectum est, ut rogata auxilia mitterentur, quæ etiam illius imperio parerent. Fecit hoc ut *Laconismi* antea objecti suspicio augetetur. Itaque, cum *suspecti* soli è *fociis* dimitterentur *Athenienses*, tum demum *Lacedæmoniorum* societatem deserunt, novamque cum *Argivis* eorum hostibus & *Thessalis* ineunt. *Thucyd*. I. 102. Recidit ergo in *Cimonis* caput missi ad *Lacedæmonios* auxilii invidia. Tum facilis erat *Ostracismus* hoc *Laconismi* nomine apud animos *Lacedæmoniis* infensos. Hoc ergo anno reversum *Cimonem* *Ostracismo* percussum existimo. Nec *Moram* ejus ad *Ithomam* tantam existimo, ut sententiam in illum latam ultra hunc, in quo versamur, annum prorogarit.

Hoc eodem anno auxilium *Lacedæmoniis* missum etiam *Plataensibus*. Meminit in *Plataensium* Oratione *Thucydides*. III. 54.

Suspectam *Lacedæmoniis* fidem suam *Athenienses* graviter ferentes, pecuniam, quæ erat in stipendium *Persici Belli* ab universa *Græcia* collata, à *Delo* *Athenas* transferunt, ne deficientibus à fide societatis *Lacedæmoniis* prædæ ac rapinæ esset. Verba *Justini* III. 6. Hoc auctore

LIIII

Aristide



Aristide factum narrat *Plutarchus* in *Aristide*. Et quidem ipse ex antiquiore *Theophrasto*. Hoc ergo anno *Aristides* mortuus est. *Decessit autem fere post annum quartum, quam Themistocles Athenis erat expulsus*. Ne *Nepos Aristid.* fin. intelligendus non de *Ostracismo*, sed de *damnatione Themistoclis*. Pro nostris hisce rationibus accuratissime. Hinc initium Belli *Peloponnesiaci* 1^o. de quo intelligendus *Scholias* *Pindari*.

4^o. annus Belli *decennalis Lacedæmoniorum in Messenios* jam in *Ithome* obfessos. 2^{us}. *Atheniensium in Ægypto*. Hoc *Archonte Olymp.* 79. 3. *Lacedæmonios ad Bellum Atheniensibus inferendum irritat Artaxerxes*. Sed frustra. *Diodor.* Admodum opportune. Jam enim erant manifesti animi illorum in *Athenienses* infensi, necdum tamen ad arma res venerat. Hæc post cæsum *Achæmenem*, & tamen ante novum Bellum *Megabazi*.

Ant. Christ. 460. Olymp. 79. 4. XXI. Arch. *Euthippo*, à *Gamelione*.
Nempe à *Januarii Juliani* die XXI.

Archontis hujus nomen pro exemplo *Chronici Marmorei* concepimus, non autem pro exemplo *Diodori*, qui eundem appellat *Euippum*. *Situm* autem eundem illi dedimus, quem *Diodorus*, qua quidem illum è primævis *Fastis* correximus. Nempe *Olymp.* 79. 4. Ex quo enim duos *Archontes novos* inferuimus, unum autem è rationibus illius expunximus, inde factum ut *prioribus* quibusque *Olympiadum* annis dispositionis *nostræ* respondeant *Archontes Diodori* atque *Dionysii*. *Biennio* illum antiquiorem faciunt rationes *Chronici Marmorei*, qua quidem ab *hodiernis* Editoribus concipiuntur. Statuitur enim anno ante *Diognetum* cxcix. qui erat *Olymp.* 79. 2^{us}. *Unius* anni errorem viderat *Lidyattus*. Etiam *biennii Cl. Prideauxii*. Et in eo uterque consentit, antiquiorem fieri quam oportuit, non autem seriore. Idque è re gesta colligitur, quam hoc *Archonte* designavit Auctor *Chronici Marmorei*. Hoc enim *Archonte* obiisse vult Regem *Macedonum Alexandrum*, successisse autem illi filium *Perdiccam*. Et quidem recentiorem, quam volebat Auctor *Chronici Marmorei*, *Alexandri* mortem infra probabimus. *Impræsentiarum* ostendendum est hoc idem postulare rationes ipsius *Chronici Marmorei*. Et quidem admodum commode evenit, ut & *Archelai* successionem constituerit Auctor *Chronici Marmorei*, & varias antiquorum sententias de annis *Perdiccæ* servaverit *Athenæus*. *Deipnosoph.* v. 13. Et quidem neminem memorat *Athenæus*, qui *Perdiccæ* annos plures numerarit quam fecerit *Acanthius Nicomediensis*, qui annos illi largitur *XLI*. Accipiamus ergo numerum *Epochæ LXII^a*. qua ponitur à *Chronico Marmoreo* successio *Archelai*, nempe annum ante *Diognetum* clvi. Addantur *XLI*. Fientque in univèrsum *cxcvii*. non autem *cxcix*. ut *hodierni* volunt Editores. Suffragatur *Eusebius*, qui ad illum ipsum annum *Olymp.* *LXXIX.* 4. refert successionem *Perdiccæ*, quo *Archontem Euthippum* statuit *Diodorus*. Erant ergo *Veteres* qui *Perdiccæ* initium illo *Olymp.* 79. 4^o. anno statuerint, consentanei cum rationibus *Chronici Marmorei* pro initio *Archelai*. Qui plures *Perdiccæ*



dicca annos censuerit, veterum neminem reperimus. Itaque si *posteriorem* Marmoris numerum *sincerum* existimemus, necesse erit ut *priorem* biennio, quam pro hypothefibus Chronici Marmorei oportuit, *auctiorem* fuisse credamus.

Hoc Archonte, Olymp. 79. 4. tertia *Camarinae* restauratio. Μετά τῶντα Καμαεινῶν ἢ Γελοῖ κατοικοῦσαντες ἐξ ἀρχῆς κατεκληρέθη. Diodor. Male Thucydides: Καὶ αὖθις ὑπὸ Γελοῦ ἀνάστατος Ἰσομήνης, ποσειτον κατωκίωθη ὑπὸ Γελοῦ. VI. 5. Postrema ita corrigenda: κατωκίωθη ὑπὸ Γελοῦ. Quod *Camarinam* ἀνάστατος fecerit Gelo, id non *maligno* in illos fecit consilio, sed *benevolo*: illis nimirum è civitate *minus insigni* in *nobiliores* translatis. Nam, cum è *Gela* in *Syracusas* migraret, Καμαεινῶν ἀπαντας ἐς τὰς Συρηκέσας ἀγαγὼν, πολίτας ἐποίησε, Καμαεινῶν δὲ τὸ ἄστυ κατέσκαψε. Herodot. VII. 156. Animo ita non *malevolo*, ut hoc idem in suis fecerit *Gelois*. Nam Γελοῦν ὑπερημίστες ἦσαν αὐτῶν τῶντὸ πῖσι Καμαεινῶν ἐποίησε. Adscititios hosce cives tam *Geloos* quam *Camarinaeos* hoc nobilissimæ Civitatis *Syracusanae* beneficio ita sibi devinxit, ut haberet illos *tyrannidis* suæ in *peregrina* Civitate fidissimos *satellites*. Non erat ergo cur *beneficii* loco haberetur si illos avitis Urbibus *reddidisset*. Et ne quidem *securitati* suæ satis commode prospexisset, si illos à se *longius* in alias sedes amandasset. Hoc ille nunquam fecit, nunquam facturum erat si sciperet. Tantum aberat ut id fecerit ut *tyrannidis* firmissimum *praesidium* in his novis fuerit *colonis*. Hinc odium illud *veterum* civium *Syracusanorum* in novos hosce *Gelonis* colonos. Pulso *Thrasymbulo* Olymp. 78. 3. decretum faciunt ne *Magistratus* novis *Civibus* crederentur. Olymp. 79. 2. Cur ita fecerint, unam rationem reddit *Diodorus*, quod metuerent μήποτε σωματεδραμίδης τυραννίδος, καὶ μονάρχου σωμαστατευμένων, νεωτερίσεν ἐπιχειρήσασσι. Itaque in *Bellum Civile* apertum erupit *Civilis* illa seditio, quo tandem factum, ut pulsi *Syracusis* *Camarinaei* sedibus patriis *Geloorum* ope restituerentur. Propter *communem* cum *illis* causam hoc puto praestitisse *Geloos*. Nam & in *novis Civibus* multos jam ex *Herodoto* didicimus fuisse *Geloos*. Hæc multis post *Gelonis* excessum annis. E quibus constat ne quidem *veram* fuisse hodiernam loci *Thucydidei* lectionem, quæ ita sonat quasi *Camarinaeos* antiquæ patriæ restituerit ipse *Gelo*. Recte ergo *Pindarus* patriam *Psaumidis* *Camarinaei* hoc anno fundatam νέονικον ἔδραν appellat *Olympiade* LXXXII. qua vicit civis *Camarinae* *Psaumis*.

ἢ. annus Belli *decennalis* *Lacedaemoniorum* in *Messenios*. 3^{us}. *Atheniensium* in *Aegypto*.

Ant. Christ. 459. Ol. LXXX. ½. XXII. Arch. *Phraclide*, à *Gamelione*. Nempe à *Februarii Juliani* die x.

ἴ. annus Belli *decennalis* *Lacedaemoniorum* in *Messenios*. 4^{us}. *Atheniensium* in *Aegypto*. Hunc annum (quem Ol. 79. 4. & alio, quam Nos Archonte *Euthippo*, censet *Diodorus*, propter interpositum *Lysaniam*, quem Nos è *Fastis* exclusimus) pene totum apparatus exercitiis-que militaribus impendit dux *Persarum* cautissimus prudentissimusque *Megabazus*. Πρὸ τῶντα δὴ διετέλεσαν ἡδὴ τὸ ἔσπερον ἐπιπέδον. Diodor. Se-

L I I I I I 2

quenti



quenti ergo anno *Aegyptum* ingressus rem gessit strenuissime. Nec enim antea apparatus fecerunt *Persæ*, quam reversus esset à *Lacedæmoniiis* illorum *legatus* operam suam in illis sollicitandis corrumpendisque frustraneam expertus. Sic enim *Ol. 79. 3. Diodorus*: Ἀπογῆς τῶν ἐπὶ τῆς Λακεδαιμονίων βολίδων ὁ Ἀρταξέρξης, ἄλλας δυνάμεις παρεσκευάζετο. Ἐπισήους δὲ αὐτοῖς ἠγεμόνας Ἀρτίβαζον καὶ Μεγάβυλον, ἀνδρας ἀρετῇ διαφέροντας, ἐξέπεμψε πολεμίσοντας τῆς Αἰγυπτίου. Reverso ergo legato, nondum *præfecti* duces qui moram fere *annuam* in novo apparatu fecerunt. De his *Thucyd. I. 109.*

Ephialtis mortem hoc anno ponit *Diodorus*. Auctore *Pericle*, si quidem fides *Idomeneo Lampfaceno*, quam non habet tamen, qui illius meminit *Plutarchus*. Sed ab *Oligarchicis* potius per *Aristodicum Tanagricum*, ut ex *Aristotele* docet *Plutarchus* in *Pericle*.

Ant. *Christ. 458. Ol. LXXX. 2/3 XXIII. Arch. Phocle*, à *Gamelione*.
Nempe à *Januarii Juliani* die xxx.

Locum *Archontis* astruit *Natalis Lysia* Oratoris: Γενέθριον Ἀδωίνου ἐπὶ Φιλοκλέους ἀρχοντος, ἧ μὲν Φρασιλῆ, καὶ τὸ δεύτερον ἐτοῦ δὲ ὕδουκκοῦς Ολυμπιάδος. *Plutarch. x. Rhet. in Lysia*. Sic etiam *Diodorus Ol. 80. 2.* Magis autem observandus est *Plutarchus*, quod *Apsephioni* etiam locus fuerit in illis, quibus ipse usus est, *Fastis Archonticis*. Proinde x. annis *Andocide junior*, non xx. ut volebat *Plutarchus*.

Observandæ autem sunt *formæ* quibus *Lysia* ætatem designat *Dionysius* post *Cyclum Metonis. LXXX^m*. illius annum ἐπὶ Νίκωνος ἢ ἐπὶ Ναυσίνου statuit. Et xx^m. à morte annum κατὰ Ἀγαδοκλέα καὶ Ἐλπίνιλον ἀρχοντας. Agnoscit nimirum *Archontum* annos, cum nasceretur *Lysias*, *singulos binis* deinceps, quales erant post *Metonem*, annis *Archonticis* respondere. Proinde cum nec diem *Lysia*, nec *mensē* natalem exploratum haberet, sed duntaxat *Archontem*; necessarium duxit ut annos ejus post *Metonem Archontibus* designaret *binis*, ne alioqui esset in incerto quis *annus* fuerit numero ab anno *Natalitio* insigniendus. Vel hinc intelligimus horum temporum *Archontes* inivisse *Gamelione* ut *binos* eorum qui *Hecatombæone* inibant ex æquo fere partirentur.

3. annus *Belli decennalis Lacedæmoniorum* in *Messenios. 5^{us}. Atheniensium* in *Agypto*. E *Cilicia* classem ducit *Megabazus* (cujus solius meminit *Thucydides*, neglecto illius collega *Artabazo*) exercitum itinere pedestri per *Syriam & Ciliciam* ad *Memphin* usque, præternavigante, (adverso nempe *flumine*) ad latus classe. *Diodor. Olymp. 80. 1.* Hic *Agyptios & Συμμάχους μάχην ἐκράτησε, καὶ ἐν τῇ Μέμφιδος ἐξέλασε τὸς Ἕλληνας, & in Insula Prosopitide* concludit. *Thucyd. I. 109.* Ut primo *Vere* è *Cilicia* solvisset, vix tamen potuit *Græcos* à *Memphide* fugare ante *Æstatem*, saltem *ineuntem*, comitante exercitu pedestri. In insula *Prosopitide* *Græcos* ἐναντιὸν καὶ μύρας ἐξ obsessos tenuit. *Thucyd. I. 109.* Ad *finem* scilicet anni *sequentis*, quo *finem* ceperit *sexennium* illud à *Græcis* in *Agypto* absumtum. Hujus ultimi *biennii* res gestas anno *unico* narrat omnes *Diodorus*.

Hoc



Hoc Archonte Bellum Corinthiis & Epidauriis excitatum adversus Athenienses narrat Diodorus. ἐνσάρτος πόλεμος, inquit, ὡς Ἀθωαίος. E quibus illius verbis intelligimus priores in Belli consilio fuisse Atheniensium adversarios. Suffragatur Justinus Trogus: Sed nec Lacedæmonii quieverere: qui cum Messeniorum Bello occupati essent, Peloponnenses immisere qui bellum Atheniensibus facerent. Parvæ tunc temporis, classe in Ægyptum missa, vires Atheniensibus erant. L. III. c. 6. Cœpit ergo hoc bellum incitantibus Lacedæmoniiis. Et quidem adhuc durante Bello Messeniaco, adhuc etiam in Ægypto versante classe Atheniensi. Recte pro nostris etiam rationibus. Pax autem erat, dum Persarum legatus Sparta esset, dum exinde spe omni auxilii à Lacedæmoniiis flaccescente, ipsi propriis viribus bellum aggredierentur. Tum rei bene gerendæ occasio erat adversus Athenienses alio bello, & quidem peregrino, occupata. Et Persis etiam exule Cimone, & fœdere communis cum Lacedæmoniiis Belli in Persas ab Atheniensibus renunciato. Priores tamen Expeditionem suscipiunt in utrosque Athenienses, tam Corinthios quam etiam Epidaurios. Ad Halias à Corinthios victos testis est Thucydides I. 105. Victores Athenienses censet Diodorus. Thucydidi autem suffragatur Justinus Trogus L. III. c. 6. Rursus ad Cecryphaliam victores Athenienses fuisse omnes consentiunt.

Tum Aeginetas aggrediuntur Athenienses. Aderant autem ex utraque parte Belli socii. Victoria tamen erat penes Athenienses. Thucyd. I. 105. Diodor.

* Arch. Bion. Diodor. Olymp. 80. 3.

Pertinet hic Archon Olymp. 86. I. quo decessit Pindarus. Vita Pindari per Thomam Magistrum: Τέθνηκε ὁ Πίνδαρος ἐξ ἢ ἐξήκοντα ἔτων γεγονώς ἢ, ὡς πρὸς, ὑγρόνκοντα, ἐπὶ Ἀβίωνος ἀρχόντος καὶ ἔκτω καὶ ὑγρόνκοντῳ Ὀλυμπιάδα. Sed Abionem Archontem nusquam se reperisse profitetur Meursius, nedum in ista Olympiade. Arch. Att. II. 16. Nec puto legi in Historia Græca viri nomen Abionis, cum tamen legatur aliquoties, nomen Bionis. Hæc si vera observatio sit, legendum erit, ἐπὶ Ἀβίωνος, pro ὡς ἔτε vel ὡς ἔτερος, ut Archontes invicem cognomines ὡς ἔτερος vel ἰδὲ ἔτερος ordine in Fastis invicem fecernit Auctor Chronici Marmorei. Sic primus fuerit in Fastis Archonticis Bion, cujus Magistratu ereptus fuerit è vivis Pindarus. Nec adeo potuit hoc anno Archon fuisse Bion si quidem huic anno superstes fuerit Poeta mellitissimus. Nec vero est cur dubitemus quin fuerit superstes. Scripsit in Psaumidem, ut dixi, Camarinæum Olympionicen Olymp. LXXXII. Scripsit in Aristomenem Aeginetam Pythionicen Pythiadis xxxv. quæ acta est Olymp. LXXXIII. 2. pro nostris rationibus. Mitto incertiora, quia dubia certis miscenda non arbitror ne contagio quodam ipsa quoque in dubium vocentur. Hunc tamen Bionem fuisse sub quo Pindarus excefferit, existimabant, qui ex hoc illius loco colligebant, annos non plures LXV. vixisse Pindarum. Quo anno Græciam Xerxes aggressus est, eo quadragenarium Pindarum fuisse tradit è vetustioribus Suidas. Is erat annus, ut nostræ volunt rationes, Olymp. 74. 1. Detrahantur decem Olympiades, annusque Ol. 64. 4.

L11111 3

illi



illi erit *natalis*. *Diodoro* autem, qui *posteriores* annos *Olympicos*, ut ostendi, sequitur, quod *semestris* Archontis rationem non habuerit, *Olymp. LXV. I.* *Olympiades XVI.* anni sunt seorsim *LXIV.* si vero annus ipse *Natalis* ad calculum accesserit, *LXV.* Additæ autem pertingent ad *Olymp. 81. I.* Hunc autem *Archontem* statuit *Diodorus Ol. 80. 3.* Ad dantur Archontes *duo*, quos à *Diodoro* prætermisissos ostendimus, & ad annum illum pervenient accuratissime. Ex hoc ergo vitioso *Bionis* situ, nata illa est opinio, *falsa* utique, & *falsis* adeo *Ratiociniis* oriunda, quæ annos *Pindaro* tribuebat tantummodo *LXV.* Sed in *Fastis* tamen *integrioribus* processit ille calculus quam sint illi *Diodori*. Locum enim in illis habebant *Archontes* à nobis restaurati. Similiter, ut opinor, & aliarum de *Pindari* annis sententiarum rationem reddere possemus, si extarent hodieque, quales apud *Veteres* extabant, *Fasti Archontici* omnes, etiam *vitiosi*. Illud enim *unum* è *monumentis* habebant, defunctum Archonte *Bione* fuisse *Pindarum*. *Vitæ* autem annos è *situ* colligebant quem idem ille habebat *Archon* in *Fastis* diversimode *corruptis*. Verum autem annum, quo excessit *Pindarus*, illum fuisse crediderim, qui *posteriori* loco designatur, *Olymp. LXXX.* atque inde potius colligendum, quem egerit *ætatis* annum cum è vivis excederet. Sed *quòtus* erat, inquires, illius *Olympiadis* annus? Ni fallor, *primus*. Forma enim illa qua *Archon Olympiadi* tantummodo *certæ* assignatur, non autem *certo* Olympiadis illius *anno*, ex illorum *Historicorum* exemplo orta est, ut puto, qui *Historiam* ad ipsas exigebant *Olympiades*, quas invicem *Archonte*, quem in *Olympiadis initio* primum repererant, inter noscebant. Quod scilicet alioqui *incertus* esset calculus ipse *Olympiadum*. Ita certe *Dionysius Halicarnassæus*, qui *medios* Olympiadum annos, non per *Archontes*, sed per *Coss. Romanos* invicem distinguit. Hoc proculdubio ille aliorum *Veterum* exemplo, qui gentium aliarum *Annales* ad *Græcorum* Olympiades exigebant. Ab his proinde *Historicis* desumpti *Archontes* annorum aliorum *Olympiadicorum* nullorum esse poterant, præterquam *primorum*. Sic ergo verus *Bionis* locus fuerit *Olymp. 85. 4.* Annunquæ adeo egerit *Pindarus*, cum vita defungeretur, *LXXXIV.* Vel, si *primus* annus ad calculum accedat, *LXXXV.* Ab hac ætate longe illum abesse non potuisse docent *Victores* ab illo *Encomiis* ornati. Incipiunt enim illi ab *Olympiade LXX^a.* & ultra *Olympiadem* progrediuntur saltem *LXXXIII^m.* Unum autem eundemque *Bionem* hunc fuisse cum *Bione Olymp. LXXXVI.* exinde suspicio est, quod *Olympiade* illa *LXXXVI.* *Bionem* alium nullum habuerint *Fasti* quorum fidem est secutus *Diodorus*. Quid dubitemus ergo, quin vicissim *Fasti*, qui *Bionem Olymp. LXXXVI.* repræsentarint, hoc loco illum fuerint, tanquam supervacuum, prætermisuri. Erit autem hæc *Observatio*, & in aliis quoque *Veterum* discordiis invicem conciliandis, utilissima. Et spero fore, ut acutiores de ea moniti alia quoque *tempora*, quæ hætenus latuerint, eliciant, nec deinceps spem omnem abijciant receptis certiora reperiendi. Hunc certe *Archontem* pro rationibus *Chronici Marmoris* mox rejiciendum esse probabimus *Arch. xxv.* Est tamen pro *Fastis* à *Plutarcho* usurpatis admittendus. Vid. *Ol. 84. 1.*

Ant.



Ant. Christ. 463. Ol. LXXX. 3. XXIV. Arch. Mnesitheide, à Gamelione.
Nempe à Januarii Juliani die XIX.

8. annus Belli decennalis Lacedæmoniorum in Messenios. 6^{us}. Atheniensium in Ægypto, cujus sine pelluntur inde à Persis, duce Megabazo. Thucyd. I. 109. 110.

Megarensium agrum populationibus incurfant Corinthii. Nempe propter controversiam de finibus. Sed Megarensibus favent Athenienses. Hoc consilio Corinthii, νομίζοντες ἀδωάτους ἔσθαι Ἀδωάτους βονδῆν τοῖς Μεγαροῦσιν, ἐν τε Αἰγῆνι ἀπίσους σπατιάς πολλῆς, καὶ ἐν Λιγυρίᾳ. Thucyd. I. 105. Adhuc ergo in Ægypto classis Attica. Æginæ obsidionem per IX. tenuisse menses docet Diodorus. Inde factum, ut in hunc usque annum exercitum ibi occupatum tenuerit. Armantur in Corinthios tam qui ætate militari juniores erant, quam seniores qui, per leges patriæ, honestam missionem acceperant, duce Myronide. Bis Corinthios vincunt, semel Megaris, tum deinde rursus in Cimolia. Thucyd. I. 105. Denique tertio. Id. I. 106.

Tum Dorienses aggressi Phocenses, & quatuor Urbium una expugnata, extrahunt è Peloponneso ipsos Lacedæmonios, ortos nimirum ex illis ipsis Doriensibus. Veniunt ergo, duce Nicomede Plistoanæctis avunculo, quod ætate minorenni fuerit ipse Plistoanax. Victis Phocensibus, & in tuto collocatis Doriensibus, de reditu cogitant Lacedæmonii, Athenienses autem de reditu illis obstruendo. Hæc certe post res gestas à Corinthiis in agro Megarensi. Tum enim Geraneam obsederant Corinthii. Thucyd. I. 105. Jam viceversa eandem occupaverant ipsi Athenienses. Thucyd. I. 107. Itaque anno affecto. Sequebatur prælium ad Tanagram duplex, & ne quidem unius diei, teste Diodoro. Magna utriusque Exercitus cæde, sic tamen ut victoria fuerit penes Lacedæmonios. Thucyd. I. 108. Tum induciæ cum Peloponnesiis quadrimestres, ut docet Diodorus. Et tamen metum fuisse, ne eis ἄρᾳ ἔτος redirent Peloponnesii, tradit Plutarchus utrobique, tam in Cimone quam in Pericle. Ἄρᾳ ἔτος Expeditionibus idonea Verna erat, quæ quarto demum novi Archontis mense incipiebat. Tum ergo desitura erant induciæ, quas proinde ultimo superioris Archontis mense Possideone inivisse necesse erat. Certe post prælium ad Tanagram die LXXII^o. rem gestam Thucyd. I. 108. Sub alio tamen Archonte narrat Diodorus. Sic etiam constat, anno exeunte fuisse prælium, & mensem Gamelionem, non Hecatombæonem, sequenti Archonti fuisse primordiale. Necdum Bellum in Messenios profligatum esse, docet Trogus, ut postea observabimus.

Κατὰ τὰς χειρὺς πέτους καὶ τὰ μακρὰ τεῖχη ἤρξαντο Ἀδωάται ἐς θάλασσαν οἰκοδομεῖν, τὸ τε Φαληγεῖον καὶ τὸ ἐς Πειραιᾶ. Thucyd. I. 107. Plutarchus aliter in Cimone: λέγεται δὲ καὶ ἔσθ' μακρῶν τευχῶν ἃ σκέλη καλεῖται, σπιτελιδῆναι μὲν ὕψους ἢ οἰκοδομῆαι, πῶς ἢ ὡς πῶς δεμελίωσιν εἰς τόπους ἐλάδες καὶ διαβέρχης ἔσθ' ἔργων ἐμπρόσθτων, ἐπειδὴ διὰ Κίμωνος ἀσφαλῶς, χαλκῆ πολλῇ καὶ λίθοις βαρέσι ἔσθ' ἐλῶν πεδῆντων, ἐκείνους χρεῖματα ποιέοντος καὶ δίδοντος. Non est quod contendamus invicem testimonia Thucydidis atque Plutarchi. Nec multos vidit Plutarchus



tarchus Historicos dignos qui cum *Thucydide* committerentur: Vox autem λέγεται Traditionem potius incertam, aut junioris *Grammatici* conjecturam sapit, quam quod è primævo aliquo *Auctore* emanarit. Nihil tamen obstat quo minus stratam à *Cimone* impensis suis viam publicam in *murorum* publicorum fundamenta converterint.

Ant. *Christ.* 456. *Olymp.* $\frac{80}{87}$. 4. XXV. Arch. *Callia*, à *Gamelione*.
Nempe à *Februarii Juliani* die vi°.

Ex hujus *Archontis* loco probantur quæ in *Fastis Archonticis* innovavimus, tam in excludendo priori *Lysania*, quam in *Bione* movendo è situ quem illi assignaverat *Diodorus*. Ipsi autem locus è *Chronico* colligitur *Marmoreo*. *Callias* hic, quem *ωέστρεγ* appellat *Auctor Marmoris Chronologici*, anno tribuitur ante *Diogenetum* exciii°. Hic annus est *Olymp.* LXXX. 4. Prior nimirum eorum quibus Nos annum designavimus *Archonticum*, qui incipiebat à *Gamelione*, pro more hujus *Chronici*. Nullum autem subesse errorem, seu *Editorum*, seu *Quadratarum*, è re colligimus ipsa, cujus ætatem hoc *Archonte* designavit *Auctor*. Ea mors est *Æschyli* Poetæ, quam huic assignavit *Archonti* non *Chronicon* hoc duntaxat *Marmoreum*, verumetiam *Scholiastes* in *Aristophanem*. Et quidem non alium *Calliam* volebat *Scholiastes* quam hunc ipsum qui proxime excipiebat *Mnesitbeum*. Verba ejus sunt: *Επελεύτισσε γ' ὅτι ἀρχοντας Καλλίε τῷ μὲν Μυσοίδεον.* ad *Acharnens.* Act. I. Scen. I. *Æschylum* ergo *Gela* excessisse tradit *Auctor Marmoris*, anno ætatis LXIX°. Quod *Gela* mortuum statuerit *Sicilia*, astipulatur *Plutarchus* in *Cimone*. Annum autem dedit suis rationibus consentientissimum. Tollantur anni LXIX. & *Natalis* ei erit *Olymp.* LXIII. $\frac{2}{3}$. Inde ad *Olymp.* $\frac{69}{70}$. 4. anni XXV. Eaque ætate *Æschylum* Ol. LXX. fuisse testatur *Suidas*. Inde rursus ad annum *Prælii Marattonii* *Olymp.* LXXII. $\frac{2}{3}$. anni sunt XXXV. Eamque *Æschyli* ætatem, cum in eo prælio decertaret, agnoscit *Auctor Marmoris Chronologici Epoch.* XLIX. Deerant ergo hi ambo *Archontes* in *Fastis Archonticis* sincerioribus quorum fidem secutus est *Auctor* vetustus *Chronici Marmorei*. Estque sane hæc *Æschyli* *Chronologia* veris temporum rationibus magis consentanea, quam sint aliæ illæ, etiam à *Veteribus* traditæ, non minus à rei veritate, quam invicem, dissentientissimæ.

Idem probatur è reditu *Cimonis* soluti jam à sententia *Ostracismi*. Ita *Nepos*: Itaque post annum quintum, quo expulsus erat, in patriam revocatus est. *Cim.* c. 3. Si quidem quinto anno labente, ita anno superiori. Si completo, hoc certe anno in quo versamur. Certum est post prælium ad *Tanagram* fuisse revocatum. In ipso prælio obtulit se jam adhuc exul *Cimon*, *Laconismi* sibi objecti suspicionem re ipsa purgaturus. Rejectus idem tamen *Auctor* erat amicis idem ut ipsi facerent quod fuerat, si receptus fuisset, ipse factururus. Itaque dum fidem suam in *Republicam* præstant, plerique occumbunt. Addit *Plutarchus* de *Cimonis* civibus, *ἰδὲ τῶς ωέος Κίμωνα θυμῷ πολὺν χερόν ἐνέμεναν.* Inde intelligenda verba *Nepotis*, confestim notæ ejus virtutis desiderium consecutum



secutum est. ib. Ut redierit confestim post prælium ad *Tanagram*, non post *Ostracismum*. Nec ab eo prælio diu in ira Cives illius perstitierint. Rediit certe ante ἀργύρου ἔτος qua reditum *Lacedæmoniorum* metuebant. Sic intelligendus ipse *Plutarchus*: εὐδὸς ἔν ὁ Κίμων κατέβη, ἔλυσε τὸν πόλεμον. Quod scilicet εὐδὸς redierit, non autem quod εὐδὸς *Pacem* fecerit, Civitateque invicem conciliarit. *Concordiam* enim illam *tardiolem* fuisse certum est. Hoc ergo anno revocatum fuisse verisimillimum est, si quidem mense *Posideone* pugnatum fuerit ad *Tanagram*. VI^{us} autem hic fuisset *Ostracismi* annus si *Bion* interponendus esset.

1^o annus ^a Belli *Lacedæmoniorum*, in *Messenios*. De hoc anno intelligenda verba *Justini*: *Inde revocati Lacedæmonii ad Messeniorum bellum bellum, ne medium tempus otiosum Atheniensibus relinquerent, cum Thebanis paciscuntur, ut Bæotiorum imperium his restituerent, quod temporibus Persici Belli amiserant, ut illi Atheniensium bella susciperent.* Nempe revocati *Lacedæmonii* ab Expeditione suscepta in gratiam *Doriensium*, post prælium ad *Tanagram*. Itaque arctissimum nexum habent res hoc anno gestæ cum rebus anni proxime præcedentis. Nondum tamen Bellum in *Messenios* decennale finem accepisse, ex his *Justini* verbis discimus.

Et quidem hoc ipsum Bellum *Thebanorum* cum *Atheniensibus Olymp. 80. 4.* narrat *Diodorus*, qui hic ipse annus est, pro hypothesebus *Chronici Marmorei*. Alio tamen *Archonte Diodorus*, propter insititium *Bionem*. Agnoscit item *Diodorus* hoc ipso sine susceptum esse à *Thebanis* bellum, ut in civitates *Bæotiorum* imperium pristinum vendicarent. Et quidem factum, non *faventibus* tantummodo, verumetiam *irritantibus, Lacedæmoniis*. Victi tamen sunt à *Myronide* ad *Oenophyta*, & imperio exuti. Novam hanc *Atheniensium* Expeditionem *LXII die* à prælio ad *Tanagram* statuit *Thucydides* I. 108. IV. 95.

Hoc etiam anno μάχη τρίτη manum ultimam accepisse innuit *Thucydides* I. 103. Et *Aeginetas* in potestatem populi *Atheniensis* redactus. ib. Hoc si verum, præter menses IX à *Diodoro* memoratos, annum præterea integrum, obsessos tenuerit *Leocrates*. Fierique potest ut anni mentio in *Diodoro* interciderit.

Hoc anno jam reversos ex *Aegypto*, post sexenne Bellum nostræ supponunt rationes. Idque sane *Justini Trogus* ostendit fuisse verissimum. Primo Belli hujus anno propterea victos *Athenienses*, quod abessent, observavit. Sequitur interjecto deinde tempore, post reditum suorum aucti & classis & militum robore, prælium reparavere. Addit: Jam & *Lacedæmonii, omissis Messeniis, adversus Athenienses arma verterunt.* L. III. c. 6. Quod ait de classe, dubito admodum verumne fuerit. Classem enim propriam, ne in hostium manus incideret, in insula *Prosopitide* incenderant *Athenienses*. Exercitus autem reditus in superioris anni finem satis commode incidere potuit, pro nostris quoque rationibus, qui sexti in *Aegypto* anni finis erat. Et quidem anno exeunte illam fuisse *Lacedæmoniorum* pro *Doriensibus* in *Phocenses* Expeditionem jam superius ostendimus. Nec de alia loquitur hoc in loco *Justinus*.

M m m m m m

Eodem



Eodem anno quo *Bæotos* vicit ad *Oenophyta Myronides*, etiam *Thesalos* ab eodem victos narrat *Diodorus*, sed frustra oppugnata *Pharsalo* rediisse. *Ol.* 80. 4. *Thucydides* hoc consilio hanc Expeditionem fuisse docet, ut *Orestem Echekratidæ* filium in *Regnum* reducerent. IV. III. De quo nihil *Diodorus*.

Ant. *Christ.* 455. *Ol.* LXXXI. $\frac{1}{2}$ XXVI. Arch. *Solistrato*, à *Gamelione*.
Nempe à *Januarii Juliani* die xxvi.

x^{us} hic est annus Belli *Lacedæmoniorum* cum *Messenis*, jam tandem profligati Belli, *exiens*. Is nempe quo *Peloponnesum* circumnavigavit *Tolmides Tolmæi* filius; *Cythium* navale *Lacedæmoniorum* incendit; *Chalcida Corinthiorum* urbem expugnavit; *Sicyonios*, exscensione facta, vicit. *Thucydides*. I. 108. Hæc eadem Expeditio à *Diodoro* ponitur *Olymp.* LXXXI. I. qui idem est cum hoc anno, expuncto jam *Bione*. Addit *Diodorus* victos à *Lacedæmoniis Messenios Ithomæos* sub fide publica discedere permisso. Et de *Tolmide*, eum è *Zacyntho* in *Cephaleniam*, inde in *litus* oppositum, migrasse, & *Naupactum* expugnasse, expugnatamque *Messenis Peloponneso* pulsus habitandam tradidisse. Hic certe *Naupacti* expugnatio, & Belli *decennalis Lacedæmoniorum* cum *Messenis finis*, quo patria & *Peloponneso* exuti *Messenii* novis sedibus indigebant, ita se confirmant invicem, ut fieri vix possit quin hic fuerit *situs* amborum verissimus. *Messenios* enim εἰς Ναύπακτον κατῴκησαν, ἡ ἑτοχὸν ἤρπύκτες νεώσι. *Thucyd.* I. 103. Vid. *Pausan.* *Mess.* 24.

Ant. *Christ.* 454. *Ol.* LXXXI. $\frac{2}{3}$ XXVII. Arch. *Aristone*, à *Gamelione*.
Nempe à *Januarii Juliani* die xv.

Hoc Ego anno *Alexandro Macedonum Regi Perdiccam* filium successisse existimo. Et proinde hinc occasionem accipiendam illius Regni *Macedonici* successionem constituendi. *Archelai* tempora jam supra, ubi de vita *Thucydidis* ageremus, pro virili nostra stabilivimus. Ita scilicet ut *Ol.* xci. $\frac{2}{3}$ inierit, decesserit autem *Ol.* xcvi. $\frac{1}{2}$. Sic erit ad *Ol.* xcii. $\frac{2}{3}$ referendus *finis* etiam *Perdicæ*. Et quidem *Ol.* xci. I. illius meminit *Thucyd.* VI. 7. quasi etiamnum *viventis*. Imo etiam *Ol.* xci. 3. idem meminit L. VII. 9. Satis vel illa ostendunt falsissimas esse *receptas* de hoc Regno sententias, etiam *veterum*, seu *Eusebii* in *Chronico*, seu etiam *Athenæi*. Imo ne quidem melius sensit Auctorem *Chronici* etiam *Marmorei Oxoniensis*. Sed vero varios *Perdicæ* numeros, etiam è se *antiquioribus* refert *Athenæus*, quorum *amplissimos* ostendimus etiam *veritati* maxime consentaneos. Docent illi annum XL^m: à *Perdicca* superatum, nec tamen *expletum* XLI^m. Addamus his patris *Alexandri* annos XLIII. vel XLIV. *Priorem* enim numerum illi tribuit *Eusebius*, posteriorem autem è *Diodoro* & *Theopompo Syncellus*. Ita fortassis invicem conciliandi, ut qui *Perdicæ* annos tribuerint XL duntaxat, id propterea fecerint, quod *primum* illius annum potius *Alexandro* patri, quam *ipsi* accensuerint, & proinde *Alexandri* annos XLIV. numerarint; qui autem annum cum patre *communera*



munem ipsi tamen, potius quam patri, imputarent, illi patris annos uno pauciores, hac ipsa de causa, censuerint. Utrique ergo anni in univertium LXXXIV. assignandi erunt, Olympiades nimirum XXI. Sic Olymp. LXXI. $\frac{2}{3}$ inierit Alexander; Olymp. LXXXII. $\frac{2}{3}$ ipse Perdiccas. His certe limitibus concludi arbitror quotquot occurrunt utriusvis in Historia mentiones. Post reditum Darii Hystaspidae à Scythia terram & aquam dederat Persis Alexandri pater Amyntas. Herodot. v. 18. Sed grandi jam ætate, dum ipse esset Alexander, auctor tamen cædis Persarum in mulieres lascivientium. c. 19. 20. Μετὰ δὲ χεῖρῶν ἔ πολλῶν ὕστερον. c. 21. cum de ea cæde inquisitio esset à Persis, ipse numeratis pecuniis, & sorore Gygæa Bubari in matrimonium collocata, legatos placavit. c. 21. Jure jam, ut videtur, suo, & plane Regio. Nec enim, nisi patribus defunctis, penes filios familias erant sororum locationes. Vix potuit autem ab hoc Alexandri, quod dixi, initio longe hoc abesse matrimonium. Nam certe Olymp. LXXV. $\frac{1}{2}$ quo prælium erat Plataense, jam natum ex illo matrimonio filium narrat Herodotus, VIII. 136. cui Phrygiæ Urbs magna Alabanda incolenda fuerat à Rege concessa. Annus hic est ab initio Alexandri xv^{us} quo xiv^m. egerit ætatis annum si anno fuerit sequenti in lucem editus. Nec multo minorem fuisse verisimile est cum civitatem à Rege Persarum acciperet incolendam, reditus nimirum Civitatis annuos quibus ipse cum familia aleretur. Ut nempe trium Civitatum reditus Themistocli concessos legimus quibus ipse sustentaretur. Proxima Alexandri mentio est ipso illo anno quo venit in Græciam Xerxes, cum Thessaliæ angustias obsideret Themistocles. Herodot. VII. 173. & Plutarch. Themistocle. Sequenti anno Olymp. LXXV. $\frac{1}{2}$ Græcos monet, paulo ante prælium Plataense. de consilio Mardonii. Herodot. IX. 44. Eodem anno, sed paulo ante, legatus fuerat de Pace, à Mardonio ad Athenienses. Herodot. VIII. 140. Tum Olymp. LXXVIII. $\frac{2}{3}$ dum fugeret, Themistocles à Pydna Alexandri in Asiam navigat. Thucyd. I. 137. Mitto recentiorum testimonia eodem spectantia. Vidimus denique Olymp. LXXIX. $\frac{2}{3}$ Cimonem de illius in Alexandrum benevolentia periclitatum. Hæc mentio, ut puto, nuperrima est hujus Principis in illis, quas etiamnum habemus, Historiis. Sunt autem omnes infra limites à nobis assignatos. Perdiccæ mentionem ultimam jam supra observavimus. Primam infra observabimus, aliquot annis recentiore initio à nobis designato. Sed vero Alexandrum, quem dixi, vii^m. à Perdicca, primo hujus stirpis Argivæ à Temeno oriundæ Principe, numerat Herodotus. VIII. 137. 139. Thucydidi nostro plane consentaneus, qui ipse quoque majores Arebelai, quorum ultimus erat Perdiccas Alexandri filius, similiter octo numeravit. II. 100. Vel inde intelligimus suspectas esse antiquiores Perdicca Temenidarum in Macedonia successiones à Carano, quem Phidonis Argivi fratrem fuisse volunt. Herodotus certe primos Temenidarum in Macedoniam venisse credidit illum, cum suis fratribus, Perdiccam. Sed Regem ex illis alium, præter ipsum illum Perdiccam, neminem agnoscit. VIII. 137. 138. 139. Tres ergo priores illos Reges Eusebianos rescidendos arbitror. Si quidem numeros à Perdicca 1^o. consentaneos haberemus, possent illi facile ex illo, quod dedi-

M m m m m 2

mus,



mus, *Alexandri* initio, constitui. Numeri *Syncelliani* ita sibi invicem discrepant, ut ægre admodum ex illis colligi possit, quæ fuerint rationes *Auctoris* illius, quicumque demum is fuerit, cujus fidem secutus fuerit ipse *Syncellus*, seu *Diodorus* is fuerit, seu etiam *Theopompus*. Utque *numeros* haberemus inter se *consentaneos*, defunt adhuc *Historica* monumenta, imo *nulla* unquam in primis fuisse credimus, quibus probari possit, rectene se haberent. De *Amynta* tantummodo constat ex *Herodoto*, *senem* fuisse, cum terram & aquam concederet *Dario Hystaspida*. Idque illum fecisse postea quam è *Scythia* rediret ipse *Darius*, & paulo antea quam *Iones* deficerent, adeoque ante *Olymp.* LXX. $\frac{2}{3}$. Ex eodem etiam *Herodoto* compertum habemus, tum illum in *Regno* fuisse cum fugaretur ex *Atbenis* *Hippias*. v. 94. Nempe post *Olymp.* LXVII. 3. pro *nostris* rationibus. Quod si *numerorum* aliquorum ratio habenda sit, *Eusebianos* antetulerim, qui, propter *Canonum* seriem perpetuam, non poterant ita facile *mutari*, saltem à sententia *Eusebii*. Illos ergo si audiamus, sic habebunt :

<i>Perdiccas</i> ann. LI. cœpit <i>Ol.</i> 12. $\frac{3}{4}$.	<i>Amyntas</i> ann. I. cœp. <i>Ol.</i> 58. $\frac{1}{2}$.
<i>Argeus</i> ann. XXXVIII. cœp. <i>Ol.</i> 25. $\frac{2}{3}$.	<i>Alexander</i> ann. XLIII. cœp. <i>Ol.</i> 70. $\frac{3}{4}$.
<i>Philippus</i> ann. XXXVII. cœp. <i>Ol.</i> 35. $\frac{4}{5}$.	<i>Perdiccas</i> nobis ann. XLI. cœp. <i>Ol.</i> 81. $\frac{2}{3}$.
<i>Aeropas</i> ann. XXVI. cœp. <i>Ol.</i> 44. $\frac{2}{3}$.	<i>Archelaus</i> nobis XIV. cœp. <i>Ol.</i> 91. $\frac{3}{4}$.
<i>Alcetas</i> ann. XXIX. cœp. <i>Ol.</i> 51. $\frac{4}{5}$.	

Sic quidem se habebit successio Regum *Macedonicorum* in temporibus *hunc*, in quo versamur, *annum* præcedentibus. Et *posterior* quoque ad *Alexandrum* M. usque *successio* difficillima est, nec Principum *nomini-*
bus, nec *numeris*, invicem consentientibus. Age, itaque tentemus an etiam *illam* aliquatenus expedire possimus. Nempe ab *Archelai* fine quem Nos *Olymp.* xcv. $\frac{1}{2}$. assignavimus. Post illum *Orestem* pupillum, tum deinde *Tutorem*, vel *Aeropam*, vel *Archelaum*, statuunt. Deinde *Amyntam* alium, & successorem *Amyntæ Pausaniam*. Priores *ambos* excludendos duximus, qui perperam hic repetuntur, cum ad *cædem* *pueri* spectent quem interfecerat ipso Regni initio *Archelaus*, ut docet *Plato*. Nec enim alius est hic *Aeropas* (quem etiam *Archelaum* appellat) quam is idem *Archelaus*. Sequitur *Amyntas* ille *unius anni* Princeps patre ortus *Aridæo*, avo *Amynta* alio *Perdiccæ* fratre, qui communem habuit cum *Perdicca* patrem *Alexandrum*, ut Nos docet è *Diodoro* & *Theopompo* *Syncellus* p. 262. 263. Huic itaque successerit *Ol.* xcv. $\frac{2}{3}$ *Pausanias*, cui annum itidem *unicum* concedunt omnes *Eusebius*. *Diodorus* hodiernus, & è *Diodoro*, *Syncellus*. Itaque successorem acceperit *Amyntam* *Philippi* patrem *Olymp.* xcv. $\frac{3}{4}$. Hunc *Amyntam* ultimum *Philippi* patrem, *Alexandri* M. avum, Nos *proximum* numerandum existimamus. Faciunt certe ut res ita fuerit certissimæ *successorum* consentientissimæque *rationes*. *Amyntæ* illius annos xxiv. cenlet *Diodorus*. Rectissime, ut opinor, si dextre calculus instituitur, ut *medio* ejus.



ejus Regno *biennium* interponatur *Argeo* ab *Illyriis* in illius locum suffecto. Erant enim qui ita censuerint *Auctores*, teste *Diodoro*. "Επιτο δὲ φασί, inquit, μὲν τὴν ἐκπλοὴν τῆν Ἀρῶντι δὲ τῆν χεῖρον Ἀργέον βασιλεύσαντα τῶν Μακεδόνων, τότε τὸν Ἀρῶντι ἀνακτισσάμενος τὴν βασιλείαν. *Olymp.* xcvi. 4. Idque *verum* fuisse agnoscit ipse quoque *Diodorus*, exutum scilicet Regno suo ab *Illyriis* aliquantisper hunc *Amyntam*, μετ' ὀλίγον δὲ χεῖρον à *Thessalis* reductum esse, eique deinceps per annos xxiv. præfuisse. Imperite admodum, cum anno *superiori* successionem illius statuisset, atque *inde* annos illius non plures xxiv. numerasset. *Quoto* autem Regni anno pulsus fuerit *Amyntas*, plane videtur nescivisse *Diodorus*. Nam 2^o Regni anno pulsus refert. Et ne vel ita quidem *biennium vacuum* reliquit *Argeo*. Verum *biennii locum* docuit, ni fallor, *Eusebius*. Numerat ille primum *Amyntæ* annos vi, desituros utique *Olymp.* xcvi. 1/2, pro nostris rationibus. Tum interponit *biennium Argei*, cujus meminit, è *melioribus* quam fuerit ipse, *Auctoribus Diodorus*. Sic *Olymp.* xcvi. 3/4 restitutus fuerit *Amyntas*, cujus annos deinceps xviii. numerat *Eusebius*, qui prioribus *additi* ad numerum xxiv. assurgunt, quem agnovit etiam, ut vidimus, *Diodorus*. Proinde *Amyntæ* patri *Olymp.* cii. 1/2 successerit filius illius primogenitus *Alexander*. Hic etiam *unico anno* Regnum tenuisse fertur, non *Eusebio* modo, verum etiam hodierno quoque *Diodoro* atque *Syncello*. Observavit autem *Diodorus* eodem anno è vivis excessisse tres Principes: hunc scilicet *Macedonum* Regem *Amyntam* *Tbarralei* filium, & Regem *Lacedæmoniorum* *Agesipolidem*, & *Jasonem* *Pheræum* *Thessaliæ* τῶν. De anno, ut videtur, *Olympiadis* illud observaverat *Auctor* cujus fidem secutus est *Diodorus*. Id si *verum*, nostras hucusque *rationes* accuratas esse vincet. Nam certe *Jasonem Pheræum* *Pythiis* interfectum esse docet *Xenophon*. Et *Pythia* annum *Olympiadicis* secundi *exeuntis* fuisse supra probavimus: Sic illa hujus anni parte occubuerit *Amyntas*, quæ ad annum *Olympiadis secundum* spectabat. *Erroris* anfa *Diodoro* esse potuit, quod *Pythia* ad annos *Olympiadum* tertios retulerit. Cædem tamen hujus *Alexandri* à *Ptolemæo Alorite* ad annum retulit 2^m ipse *Diodorus*. Nec, ut videtur, absurde. Nam annos illius *duos* numerat *Auctor* *Excerptorum Barbarorum* à *Scaligero* editorum. Non magni faciendus, nisi propter *etatem*, quod sub *Anastasio* scripserit *Dicoro*, & quod scripta viderit *Africani*. Hic tamen illum non absurde sensit, tam *situs* facit quem in *Diodoro* hodierno habet illius *cædes*, quam *variæ* etiam de *successoris Ptolemæi Aloritæ* annis *sententiæ*. Qui *duos* annos concesserat *Alexandro* *Auctor Barbarus*, is idem *tres* duntaxat annos assignavit *Ptolemæo Aloritæ*. Recte ergo, pro his rationibus, non plures *tribus* annis *Ptolemæo Aloritæ* concessit *Diodorus*, cum etiam *cædem* ad annum ab initio *Alexandri* 2^m. retulisset. *Eusebius* qui *unicum* annum *Alexandro* tribuit (quod idem fecit, pro aliorum rationibus *Diodorus*) annos proinde iv. *Ptolemæo Aloritæ* assignandos existimavit. Ita *ambo* simul per *quinquennium* tenuerint. Sic tamen ut illius partem *annua majorem*, minorem autem *biennio* Regnarit ipse *Alexander*. Sic enim factum puto ut, qui partem illam anni pro *anno* numerarint, si quidem *Alexandro* imputarint, ii-



dem *Ptolemæo* detraxerint *Aloritæ*. Sin viceversa *Ptolemæo* potius tribuendum censerent, annum propterea *Alexandri* unicum statuerint. Quare si *Alexandrum Olymp.* cii. $\frac{2}{3}$ vel $\frac{3}{4}$. interfecerit *Ptolemæus*, utraque ratione factum ut *Olymp.* ciii. $\frac{2}{3}$. pœnas dederit fratri *Alexandri Perdiccæ*. *Perdiccæ* annos vi. numerat *Eusebius*, & è *Diodoro* veteri, quem sibi præfert Auctorem *Syncellus*, cui tamen *quinquennium* tantummodo largitur *Diodorus* hodiernus. Sic *Olymp.* $\frac{104}{105}$. $\frac{4}{5}$. successerit *Philippus*. Et post annos xxiv. nempe *Olympiades* vi. *Alexander M.* Nempe *Olymp.* $\frac{110}{111}$. $\frac{1}{2}$. Ipse omnibus consentientibus *Olymp.* cxiv. $\frac{1}{2}$. defunctus. Hæc ultima tempora certa Auctorumque consensu firmata præcedentibus fidem asstruunt.

Μετὰ δὲ ταῦτα ἡ πολλὰ ὕστερον (loquitur de Expeditione *Myronidis* in *Thessaliam*) *Pericles* à *Pegis* ad *Sicyonem* navigat. Victis *Sicyoniis*, παρέλαβε *Achæos*. Tum *Oeneadas* oppugnat, non expugnat tamen; sed frustra tentatis, domum reversus est. *Thucyd.* i. iii. Hæc *Diodorus* secundo post *Myronidis* Expeditionem *Arconte*, *Olymp.* 81. 2. Omisissas tamen à *Pericle* *Oeneadas*, in gratiam *Atheniensium*, expugnant *Messenii Naupaëti* anno superiori collocati. *Pausan.* Mess. c. 25. Post reditum, ut videtur, *Periclis*. Hac *σπαρτυρία* collegam habuit *Pericles Sophoclem* Poetam. *Plutarch.* *Pericl.* *Justin.* de vit. *Sophocl.* Sic tamen discrepant invicem in temporibus *Sophoclis* designandis *Græcorum* rationes ut ex ætate ejus, cum hoc munus obiret, à *Scholias* designata certa aliqua *Argumentatio* esse non possit.

Ant. Christ. 453. Ol. lxxxii. $\frac{3}{4}$. XXVIII. Arch. *Lyfistrate*, à *Gamelione*. Nempe à *Februarii Juliani* die iii°.

Hoc anno (qui *Diodoro* est Ol. 81. 3.) *Quinquennales Atheniensium* cum *Peloponnesiis* inducias ponit *Diodorus*. Perperam intellecto *Thucydide*, si quidem *Thucydidi* debuerit has inducias. Poterat hoc ipse intelligere si temporum ordinandorum curam ullam habuisset, qui res ipse Bello gestas in *Peloponnesios* narrat anno sequenti. Fontem ergo ipsum petimus, nempe *Thucydidem*. Illius verba sunt: Ὑστερον δὲ ἀγλιπύσων ἐπιὼν πρῶτον ἀποδοῦναι γίνονται Πελοποννησίοις καὶ Ἀδριατικοῖς πειλαεταῖς. i. 112. Epocham habet ab *Oeneadis* à *Pericle* frustra oppugnatis, quod nos anno superiori factum ostendimus. Inde tres annos medios fuisse docet antea quam inciperent induciæ, quorum primus is ipse fuerit in quo jam versamur. Hoc enim denotat illi vox *διαλιπέν*. Sic *διαλιπύσων* ἡμέρα diem indicat intermissum. iii. 74. Et *ἀγλιπύσων* ὀκτώμην spatium medium inter naves onerarias. vii. 38. Ita quartus abhinc annus primus erit induciarum. Idque verum esse tum probabimus cum ad annum illum pervenerimus.

Messenios Oeneadis, ἐν ὕστερον, nempe ex quo *Oeneadas* occupaverant *Messenii*, pellunt *Acaruanes*. *Pausan.* Mess. c. 25. *Naupaëtum* tamen anno sequenti fortasse redierunt. Uno enim anno *Oeneadarum* possessionem retinuerunt, captarum tamen superiori anno affecto, post discessum *Periclis*. Et obsidionem octimestrem passi sunt antea quam arbe discederent.

*
Secunda



Secunda colonorum *Atticorum Novemvialium* clades sub hoc *Archonte*. Schol. in *Æschin. Fragmentum* supra editum. κτιστὴν hujus coloniam *Leogoram* appellat *Scholias*. *Leagrūm Pausanias*. Attic. c. 29. qui tamen hanc coloniam cum *priori*, de qua *supra*, confundere videtur. *Leagrūm* Herodot. ix. 74. Coloniam sub hoc eodem *Archonte* deductam in *Chersonesum* à *Pericle* agnoscit etiam *Diodorus*. Idem agnoscit de colonia in *Chersonesum* deducta in *Periclis* vita etiam *Plutarchus*. *Periclis* nimirum opera fuisse deductam.

Naxiorum colonia à *Tolmide* deducta. Vid. ann. seq. Auctore tamen deducendæ *Pericle*. *Plutarch. Pericle*. *Obsessi Naxii* sub *Arch. xv.* cum fugeret *Themistocles*. Πρώτη αὐτῆ πώλις ἐξυμμάχισ ὄντα τὸ κερδιστικὸς ἐδελώθη. *Thucyd. i. 98.*

Ant. *Christi*. 452. *Olymp.* $\frac{81}{82}$. $\frac{4}{1}$. XXIX. *Arch. Chærephane*, à *Gamelione*.
Nempe à *Januarii Juliani* die xxii°.

Annus 2^{us} τριῶν διαληπτῶν. *Thucyd. i. 112.*

Hoc rursus anno, post victos *Sicyonios* à *Pericle*, etiam *obsessos* narrat *Diodorus*, sed, missis à *Lacedæmone* auxiliis, denique *relictos*. Inde illum in *Acarνανiam* transmisisse, & *Oeniadum* agrum incurfasse, à quibus redierit. Hæc fane eadem fuisse videntur quæ *superius* apud illum, ante *biennium*, occurrunt. Et quidem *vero* loco, ante annos *διαληπτῶν*, pro mente *Thucydidis*. Cur hoc iterum anno repetierit, causam fuisse suspicor, quod hæc ab *aliis*, sed *vitiatis* etiam ipsis, Fastis acceperit, in quibus præter *Archontes* suos *omnes*, nostri etiam *duo Archontes* locum habuerint, quos probavimus ab eo fuisse prætermisso. Sic enim futurum erat, ut *biennio* serius sequentes omnes *Archontes* occurrerent, & proinde res *gestæ* sub illorum *Archontum* nominibus designatæ. Poterat alioqui hoc etiam anno *Oeniadum* agrum incurfare *Pericles*, unde *Messenios*, hoc saltem anno aliquantisper *affectedo*, cessisse probavimus. Atqui certe saltem *affectedo*. Vel inde etiam suspectum redditur quod de eodem *Pericle* subjungit idem *Diodorus*: Μετὰ δὲ ταῦτα ἐλθὼν εἰς χερσὶν ὄντων, χιλίοις τῶν πολιτῶν κἀκελευρέχασε τῷ χώρῳ. Nescio an hoc ita postea contigisse innuat ut *sequenti* anno coloniam tribuendam esse censuerit. Crediderim tamen verum *coloniæ* annum ex anno *Archontis* esse constituendum, quem *Nos* *superiori* anno assignavimus; huic autem, in quo versamur, ipse *Diodorus*. Sic *suum* in locum redibunt omnia. Præsertim si verba, Μετὰ ταῦτα de *novo* anno intellexerimus. Fiet enim ut *Expeditionem* susceperit ante *biennium* *Pericles*, *coloniam* autem *superiori* anno deduxerit. Nec fane ejusdem *annuæ* *σπληνίας* fuisse videntur res *gestæ* in *Achaia* & *Acamania*, & *colonia* in *Chersonesum* deducenda *Provinciam* longe à *prædictis* *Provinciis* distitam. Hæc si *vera* (ut sunt profecto saltem *verisimilia*) etiam ad eundem *annum* *Archontemque* referenda erit *colonia* *Naxiorum* à collega *Periclis* in illa *σπληνία* *annua* deducta. Id certe innuunt verba *Diodori* proxime sequentia: "Αἷμα δὲ στέπαις πραττομένοις, Τολμίδης δ' ἔτερε σπληνὸς εἰς τῷ Ἐυβοίᾳ παραδῶν, ἄλλοις χιλίοις πολιταῖς τῷ ὄντι Νάξιον γῆν δίνεμε. Hoc, ut puto, rectius.

Annus V^{us}. ex quo *Inarum* in fidem recepit *Megabazus*. Hoc anno
Inarum



Inarum crucifixum refert *Ctesias*. Et crucifixionem ejus agnoscit etiam *Thucydides* I. 110. Hæc si vera, non poterant iidem esse *Megabazus* & *Artabazus*, cum quibus Bellum gessit *Cimon*, cum iis qui Bellum cum *Inaro* gesserant in *Aegypto*. Defecit enim ea de causa *Megabazus*. Sed alius erat *Megabazus* legatus ad *Lacedæmonios*, cui nihil obstat quo minus rem gesserit cum *Cimone*.

Sed *Periclem* *Diodorus*, Arch. *Sofistrato*. Ol. 81. 2. quo loco de hujus anni gestis agit, ait ἡσ' ἀγαθῶν ἀνδρῶν σπαστηρὸν factum. Ἀγαθῶν nomine intelligit, ni fallor καλὸς καγαθὸς *Plutarch*. Cim. Δίμω oppositos, nempe *Ευπατείδας*. Sic fuerit *Sophocles* Poeta inter illos agnoscendus, quem *Periclis* socium agnoscunt Auctor vit. *Sophocl.* & *Plutarchus* in *Pericle*, & *Justinus*, ut supra diximus.

Ant. Christ. 451. Ol. LXXXII. ½. XXX. Arch. *Antidoto*, à *Gamelione*.
Nempe a *Februarii Juliani* die x^o.

Annus 3^{ius}. idemquæ *ultimus*, τριῶν ἀγλιπῶν. *Thucyd.* I. 112. Hoc triennio ἐκ χειρῶν quandam, sive *armistitium* quoddam inter *Græcos* confectus videtur *Cimon*, ex mutuo partium, sed tacito, consensu. Nondum ex *foedere*, ante annum *sequentem*. Ille ex *exilio* reversus εὐδὸς, inquit *Plutarchus*, in *studium* communis inter *Græcos* Pacis, enixis viribus incubuit. Nec tamen citius votis potitus est. Tandem obtinuit ut à se mutuo arma in *Persas* converterentur.

Ant. Christ. 450. Ol. LXXXII. ¾. XXXI. Arch. *Euthydemo*, à *Gamelione*.
Nempe à *Januarii Juliani* die xxx^o.

Post triennium prædictum *armistitii* taciti, sequebantur tandem ἀπονδαι πένταετής inter *Peloponnesios* & *Athenienses*. Tum *Græco* Bello ἐξον οἱ Ἀθιναῖοι, *Thucyd.* I. 112. Ita scilicet ut hic ipse annus 1^{us}. fuerit *quinquennialium* induciarum, & 1^{us}. novi, tumque *cæpti*, cum *Persis*, Belli. In *Archonte*, & anno *Olymp. posteriori* convenimus cum *Diodoro*. Et quidem è mox dicendis conitabit has nostras rationes esse accuratissimas.

Hoc primo Belli cum *Persis* anno, *Citium Malumque* expugnat *Cimon*. Classem *Persicam* è *Cilicia* & *Phœnicia* venientem opprimit, centum cum vectoribus capit, reliquas ad *Phœniciam* usque persequitur. *Persas* cum aliis ad locum quo castrametabatur cum pedestri exercitu *Megabazus*, aggreditur, expositoque in litus exercitu, fundit fugatque. Inde in *Cyprum* redit. Ταῦτα μὲν ἐν ἐπράχθῃ κατὰ τὸ πρῶτον ἔτ' τὸ πολέμου. *Diodor.*

Addit *Thucydides*: Καὶ ἐξήκοισα μὲν νῆες ἐς Ἀίγυπτον ἀπ' αὐτῶν ἐπλευσαι, Ἀμυρταῖς μεταπέμποντες, τὸ ἐν τοῖς ἑλεσι βασιλέως· αἱ δὲ ἄλλαι Κίπρον ἐπολιόρουν. I. 112. Hinc intelligimus primo hujus Belli initio classem *Amyrtæo* *Ægyptiisque* missam. Nam Belli *Cyprii* initio *Citium* expugnasse *Cimonem* docet *Diodorus*. Latuerat autem, Regnaveratque ἐν ἑλεσι, *Amyrtæus* à superioris *sexennis* Belli fine. Idem *Thucydides*: Αἰγυπτιῶν δὲ πάλιν ὑπὸ βασιλεῖ ἐγένετο, πλὴν Ἀμυρταῖς τὸ ἐν τοῖς ἑλεσι βασιλέως. I. 110. Causam addit:



addit : Τῦτον δὲ ἀπὸ μέγιστον τε τῶ ἔλας ἐκ ἐδωάνισο ἐλεῖν, καὶ ἄμα μαχμώτατοί εἰσι
 οἱ Αἰγυπτίων οἱ ἔλασι. De his ἔλασι Infulaque *Elbo*, ubi regnarit *Amyr-
 tæus*, Herodot. II. 137. 138. 139. 140. III. 15. Qui etiam ipsius memi-
 nit *Amyrtæi*, illiusque in illa Infula *latebrarum*. Sic ergo hujus *Amyr-
 tæi* tempora fere omnia habemus explorata. Cœpit enim, ut videtur,
 eodem tempore quo *Inarus*, vel paulo fortasse *post*. Ita in Regni *Æ-
 gyptiaci* possessione fuerit tempore illius Belli universo. Et VI^{us}. adeo
Belli annus VI^{us}. proinde erit *Amyrtæi*. Nec aliud habuit in animo for-
 tasse *Syncellus*, aut *vetustior* potius Auctor cujus *fidem* secutus fuerit
Syncellus. Multis autem, post illud *Bellum*, annis superfuisse, & in
 ἔλασι regnasse constat. Hoc certe anno, post *Bellum* illud VII^o. à primo
 autem initio XIII^o. adhuc in *vivis* fuisse manifestum est. Imo & *sequenti*,
 quo *revocata* sunt missæ ad illum ab *Atheniensibus* naves. Poterat ul-
 terius, quanquam nulla habeamus, quæ ita rem fuisse asserant, *Histo-
 rica monumenta*. Quod autem *Amyrtæum* auctorem defectionis faciat
Syncellus, quæ 2^o. contigerit anno *Darii Nothi*, nec *veterum* aliquem
testem advocat, nec *habuit* (opinor) aliquem quem advocaret. Ne
 quidem ipsum, quem toties appellat, *Africanum*.

Ant. Christ. 449. Ol. LXXXII. 2. XXXII. Arch. *Pediæo*, à *Gamelione*.
 Nempe à *Januarii Juliani* die XIX^o.

Annus 2^{us}. foederum *quinquennialium*. Et *Belli Persici* annus iidem
 2^{us}. idemque *ultimus*. *Salaminis* obsidionem memorat hoc anno tan-
 tummodo *Diodorus*. *Thucydides* *victoriam duplicem* memorat *Athenien-
 sium* tam *maritimam* quam *pedestrem* supra *Salaminem Cypriam* in
Phœnices & Cyprios & Cilices. Et quidem *post* mortem *Cimonis*. I. II. 2.
 Sic nempe loquitur quasi ante *Citium* decesserit, quam primam *Cypria-
 rum* urbium expugnavit. Vix possunt *victoria* illæ aliæ fuisse ab iis
 quas narraverat *superiori* anno *Diodorus*. Quid hic faciemus? Fidem
 non audemus derogare *Thucydidi*. Nec tamen *Belli* tanti res maximas
post mortem *Cimonis* gestas fuisse verisimile est. Tradit quidem *Plu-
 tarchus* illum *morientem* iussisse ut in patriam remearent, celata illius
 morte. Idque illos tuto fecisse *σπατηγμῶδες ὑπὸ Κίμωνος* (ὡς φησιν Φανέδη-
 μος) *τεδνηκότος ἐφ' ἡμέρας τετράκοντα*. Poterat quidem *terror* rerum per *bi-
 ennium* gestarum tutum reditum per *dies triginta* præstare. Non po-
 terat rebus sufficere per *biennium* gerendis si ipso *Belli* mox *initio* deces-
 sisset. Sic recte processissent in illum *Eupolidis* diæteria de *φιλοποσία &
 ἀμειλία*. Poterat enim *ἀμειλῶν καὶ μεδυσκόρυφον τοσαύτας πύλεις ἐλεῖν* [verba
 sunt *Plutarchi*] si idem fecerit etiam *mortuus*. Crediderim potius
Hyperbatum aliquod fuisse in stylo *Hyperbatis* scatente, quam ut ita
 senserit revera *Thucydides*. Viderint acutiores. *Diodorus* his ultimis vi-
 ctoriis effectum putat ut *Pax* illa *Persis* ignominiosissima, *Græcis* ad-
 modum honorifica, concederetur de *Persarum* classibus infra certos li-
 mites continendis. Sed observavit *Plutarchus* *Ephialtem* triginta navi-
 bus ultra *Chelidonias* progressum, nec tamen *naves* Barbarorum *bellicas*
 ulla obvias habuisse. Hunc supra observavimus Arch. XXII. extinctum.

N n n n n

Vel



Vel inde colligimus victoriis ad *Eurymedontem* illam potius deberi *Pacem*, quam *postremis* hisce quibus *immortuus* est ipse *Cimon*.

Erat autem hic annus duorum præstantissimorum sui Seculi *Græciæ* ducum *morte* insignissimus; *Themistoclis* nimirum, ipsiusque *Cimonis*. Cum expeditionem hanc susciperet *Cimon*, *Themistoclem* antagonistam expectabat, ut *Nos* docet *Plutarchus*, ἐπὶ τῷ Θημιστοκλέει ἐπωδάνετο δόξαν εἶναι καὶ δυνάμει ἐν τοῖς βαρβάροις μεγάλην, ὑποδεσγόμενος βασιλεῖ κινεῖν τὸ Ἑλληνικὸν πόλεμον στρατηγήσειν. *Cimon*. Imo ad hunc, in quo versamur, annum pervenisse innuunt verba illius in *Themistocle*. Ibi enim docet tum demum iussisse Regem ut promissa præstaret *Themistocles*, ὡς Ἀργυροῦ ἀριστάμην βοηδάνων Ἀθιναίων, καὶ τεύχεα Ἑλληνικὰ μέχρι Κύπρου καὶ Κιλικίας ἀναπλεύσασαι, καὶ Κίμωνος θαλασσοκρατῶν ἐπέσειεν αὐτὸν ἀντεπιχειρεῖν τοῖς Ἕλλησι, καὶ κωλύειν αὐξάνομενος ἐπ' αὐτόν. Hic certe *prioris* anni gesta omnia *præterita* observamus antea quam *Themistoclem* ad Bellum in *Græcos* hortaretur *Artaxerxes*, seu fidem ejus in *patriam* suspectam habuerit, seu innato ejus in eandem *affectui* pepercerit. Et certe novum *sequentis* anni apparatus indicant sequentia: ἦδη δὲ καὶ δυνάμεις ἐκινεῖτο καὶ στρατηγοὶ διεπέμποντο, καὶ κατέβαινον εἰς Μαγνησίαν ἀγέλια πρὸς Θημιστοκλέα, τῶν Ἑλληνικῶν ἐξάπτεσθαι κελύουσι βασιλέως, καὶ βεβαῖν τὰς ἐπιπέσεις. Ad *Themistoclem* nempe, tanquam ad sacram anchoram confugit, spe aliunde illum undequaque fallente. Ejusque *morte* hac etiam spe *dejectus* legatos *Athenas* misit *Pacem* quantumvis *duris* conditionibus mercaturos, ut discimus à *Diodoro*. Sic ante *Pacem*, nec tamen *diu*, excefferit *Themistocles*. Conveniunt examussim *Plutarchi* verba de *Themistoclis* ætate: ἐν Μαγνησίᾳ κατέσχευε πέντε πρὸς ἐξήκοντα βεβιωκὸς ἔτη, καὶ τὰ πλείστα τῶν ἐν πολιτείᾳ καὶ ἡγεμονίᾳ. Id nempe vult, plusquam *dimidiam* ætatis fluxisse, ex quo primum ad *πολιτείαν* venisset, non autem ex illa *Epocha* *perpetuas* illius fuisse *πολιτείας* aut *ἡγεμονίας*. Sed vero primam *Themistoclis* *πολιτείαν* jam supra ostendimus, annumque ejus ex *Herodoto* designavimus, *Olymp.* LXXIV. $\frac{3}{4}$. quo nempe Magistratum gessit *Archontis* Eponymi. Tantundem enim valet ἐν *πολιτείᾳ* εἶναι ac ἀρχῶν aliquam administrare. Hoc discimus ex *Aristidis* lege à *Plutarcho* conservata, κοινῶν εἶναι τῶν ΠΟΛΙΤΕΙΑΝ, καὶ τὸς ΑΡΧΟΝΤΑΣ ἐξ Ἀθιναίων πάντων αἰρεῖσθαι. Neque vero *Novemviralem* ἀρχῶν tantummodo communi illo ἀρχῆς nomine complectebatur (quanquam illam ipsam gesserit *Themistocles*) sed & *alia* quoque publica munia *Reipublicæ*, imprimis *στρατηγίας*. Cœpit enim, ut vidimus, *πολιτεία* *Cimonis* καὶ στρατηγία illius *prima*, qua *Pausaniam* in *Hellespontum* comitatus est. Et *Periclem* in *πολιτείᾳ* fuisse manifestum est, quem tamen ἀρχῆν *Novemvirali* ornatum negat *Plutarchus*; ἐνιαυσίᾳ στρατηγίας ejusdem agnoscit frequentissimas. Utcunque tamen ipsam illam ἀρχῶν primam fuisse probavimus *Themistoclis*. Inde ergo numerandi erunt anni XXXIII. quæ major pars est annorum LXV. quos vixerit in universum. Ita scilicet ut is ipse annus *primus* censeatur eorum quos egerit in *πολιτείᾳ*. Sic fiet ut hic ipse annus fuerit *Themistoclis* in *πολιτείᾳ* XXXIII^{us}. idemque proinde vitæ ultimus. Sic natus fuerit *Themistocles* *Olymp.* LXVI. $\frac{2}{3}$. Ita recte *vetor* illum appellat *Plutarchus*, ὅτι ἐν Μαραθῶνι μάχῃ πρὸς τοὺς βαρβάρους γενόμενος. Nempe annorum XXIV. Recte item illum tunc *adulescentem* censet *Ju-*

stinus.



stinus II. 9. Erat enim ἡλικίας σπρωτικῆς minimæ. Nam ad xx^m. ætatis annum, ἐπὶ διετῆς à Pubertate, ἀετιόλοισ tantummodo propugnandis vacabant. Inde incipiebat militia ὑπερέει, quæ ipsa *quinquenniis* distincta erat. Primo autem εἰκοσιπενταετῆς *quinquennio* merebat *Themistocles*. Merito ergo *tum νεός*, & *adolescens*, pro illius *Seculi*, suæque *Civitatis* sermone, appellandus.

Jam de *Cimonis* ætate pauca, quem hoc eodem anno mortuum fuisse ostendimus. *Juniorem* illum fuisse *Themistocle* è prima ejus πολιτεία colligimus, quæ multis annis serior erat πολιτεία *Themistoclis*. Hanc supra *Olymp.* LXXVII. $\frac{2}{3}$ fuisse probavimus, XI. proinde annis recentiorem. Et tamen generis nobilitate tanto superior erat *Themistocle*, ut *arrogantiæ* infimularetur *Themistocles* quod illum tanto juniorem ausus esset vel *amulari*. Potuit ergo, propter stirpis splendorem, honoribus capessendis citius par videri *Cimon*. Sed vero πολιτείαν illam anno ætatis xxxii^o. elapso gessit *Themistocles*. Nec inter Εὐπατείδας qui in Κωποσίγει exerceri solebat; nec inter πεντακοσομεδίμνους cum à patre abdicaretur. Non ergo, ut videtur, tempore legitimo primo. *Media* enim illa ætas inter *quinquennia* non erat, ut existimo, legitima. Et tamen primo erat, post ætatem tricenariam, *quinquennio*. Crediderim ergo ætatem legitimam fuisse *tricenariam*. Impletam scilicet, ut annus ipse πολιτείας primæ αἰατῆς esset xxxi^{us}. Hæc enim erat certe ætas *Rhetorum* & *Judicum Heliastarum*, ut è *Legibus* constat *Atticis* è Cl. *Petito* collectis. Itaque, ut primo tempore legitimo honores consecutus fuerit *Cimon*, propter εὐφροσύνην, tum certe *tricenario* majorem fuisse verisimile est. Sic natus fuerit *Olymp.* $\frac{69}{70}$ $\frac{1}{4}$. annumque egerit hoc, quo defunctus est, anno ætatis LI^m. annis proinde XIV. junior *Themistocle*. Convenit quod *Nepos* dicit *Cimonem* cum patre à P U E R O in exercitu fuisse versatum. c. 2. Erat enim tempore prælii *Marathonii* decennis, ætate vere puerili. Tempore autem prælii *Salamini* νέον illum dicit *Plutarchus*. *Vicennem* scilicet, & primo ætatis militaris *quinquennio*, quo *Themistoclem* νέον appellatum ostendimus. Erat autem ætas illa *Cimonis* annorum LI. rebus militiae gerendis aptissima, nec senectutis tarditati, nec temeritati juvenutis obnoxia. Erat ergo cur illum merito timuerit tanto senior *Themistocles*. Ita certe fecisse docet in utriusque vita *Plutarchus*. In *Cimone* ita : Θιμισοκλῆς μὲν ἔν ἐχ' ἡκιστα λέγεται τὰς Ἑλληνικὰς πράξεις ἀπογνῶς, ὡς ἐκ τῶν Ἐσθραβόλυμῶν ἢ Κίμωνος εὐτυχίαν καὶ ἀρετῶν, ἐκὼν τελευτῆσαι. Ita autem in *Themistocle* : Consulito illum finem vitæ rebus gestis consentaneum imposuisse, ἴσως ἐκ ἐφικτὸν ἡγέμενῶν τὸ ἔργον, ἄλλως τε μεγάλως ἢ Ἑλλάδῶς ἐχέσης στρατηγὸς τότε, καὶ Κίμωνος Ἐσθραβῶς εὐμερῆνῶς ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς. Utrovis modo mortem obierit *Themistocles*, seu sanguine sacrificii taurino epoto, quæ sententia erat receptissima; seu morbo potius, quod noster potius credidit *Thucydides* I. 138. hanc certe *Cimonis* felicitatem causam mortis præcipuam fuisse verisimillimum est. *Sanguinis epoti* consilium inde sumtum, ex eorum sententia qui ita illum excessisse tradiderant, docet *Thucydides*, ἀδύνατον νομίσασθαι εἶναι ὀπτηλέσαι βασιλεῖ ἀ ἐσέχετο. I. 138. Et morbo quoque causa satis verisimilis esse potuit animi ægritudo è rei præstandæ desperatione nata. Seu patriam vincere tæduerit, seu

N n n n n 2

etiam



etiam *desperarit* : mors tamen *Themistoclis*, cum in hunc ipsum annum eam incidisse probaverimus ; omnino prosperis *Cimonis* progressibus erat, ut existimo, tribuenda. *Spontaneam* fere censent omnes, seu remedium necessariorum *neglectu*, seu *accerfisis* causis quæ non essent nolenti occurruræ. Ita suo in *patriam* officio satisfacit, nec fuit tamen *Regi* in se benevolentissimo *ingratus*, nec priorem felicitatem incongruo exitu maculavit.

Pax cum Persis. Classis *Attica* ex *Ægypto* per *Pacis conditiones* revocata. *Diodor. Olymp. 82. 4. Thucyd. I. 112.*

Ant. *Christ. 448. Olymp. 82. 4. XXXIII. Arch. Philisco, à Gamelione.*
Nempe à *Februarii Juliani* die vi^o.

Annus 3^{ius}. induciarum *quinquennialium*. *Megarensium* defectio ad *Atheniensibus* ad *Lacedæmonios*. Illorum agrum prædantur *Athenienses*, qui *spoliis* multis onusti domum redeunt. *Diodor. Olymp. 83. 1.* Sed post *cladem Tolmidis* in *Bœotia*, & ante Expeditionem *Plistoanactis*, pro mente *Thucydidis I. 114.*

Μετὰ ταῦτα, Nempe post reditum *Atheniensium* è *Cypro* & *Ægypto*, *Lacedæmonii* Bellum *sacrum* suspiciunt. *Thucyd. I. 112.* Victores Templum *Delphicum* reddunt *Delphis*. *Athenienses* contra, post eorum discessum, idem Templum *Delphis* ereptum tradunt *Phocensibus*. *Thucyd. I. 112.* Sublato *Cimone* *Pacis Græcorum* conciliatore, redeunt paulatim veteres *Atheniensium* in *Peloponnesios* inimicitæ. Nulla tamen hucusque induciarum *quinquennialium* violatio *aperta*, dum nec in ipsos *Lacedæmonios* rem gerunt *Athenienses*, sed in *Delphos* ; nec id ipsum faciunt, nisi *reversis* in patriam *Lacedæmoniis*.

Ant. *Christ. 447. Ol. LXXXIII. 1/2. XXXIV. Arch. Timarchide, à Gamelione.*
Nempe à *Januarii Juliani* die xxvi^o.

Annus 4^{us}. induciarum *quinquennialium*. Irruptio *Lacedæmoniorum* in *Atticam*. *Diodor. Ol. 83. 2.* de qua nihil *Thucydides*. Nec vera esse potuit propter *inducias* quinquennales nondum *elapsas*. Nihil viceversa de Bello *Lacedæmoniorum* *Sacro* *Diodorus* quo Templum *Delphicum* *Delphis* afferuerint. Suspicio hoc Bellum à *Diodoro* cum Bello in *Athenienses* confundi, quod quæ constituerant *Lacedæmonii* ea ab *Atheniensibus* rescissa fuerint.

Χεῖρα ἐξισοπέδης, μετὰ ταῦτα, nempe post Bellum *Lacedæmoniorum* *Sacrum*, Bellum *Atheniensium*, duce *Tolmide*, in exules *Bœotos Orchomenum* & *Chæroneam* occupantes. Capta *Chæronea*, & in servitutem redacta, & præsidio munita. Discedentes ad *Coroneam*, aggrediuntur exules *Bœoti* ex *Orchomeno*, cum *Locris* & *Exulibus Eubæensibus*, aliisque, & cæsis nonnullis reliquos capiunt. Quare ut *captivos* redimerent, *Bœotia* universa cedunt *Athenienses*. *Thucyd. I. 113.* *Tolmidem* ipsum cæsum hoc *Archonte Ol. 83. 2.* tradit *Diodorus*, filiet *Thucydides*. Hæc certe hoc anno gesta, post Bellum *Sacrum*. Nam exules fuisse *Bœotos*,

qui



qui *Atheniensibus* parere noluerint, qui *Delphos* occupaverant, docet *Thucydidis Scholiastes*, è vetusto aliquo, fortasse, qui interciderit, Auctore. Ex eorum numero erant qui hoc anno *Athenienses* è tota *Bœotia* pepulerint. Nescio tamen an *unici anni* spatium designent verba, *χέρου ἐγγυροῦς*. Fieri ergo potest ut, ante *biennium*, eodem anno quo *Cyprum* *Aegyptumque* reliquerant *Athenienses*, Bellum fuerit *Sacrum*; sed *exeunte*.

Ant. *Christ.* 446. *Ol.* LXXXIII. $\frac{2}{3}$. XXXV. Arch. *Callimacho*, à *Gamelione*.
Nempe à *Januarii Juliani* die xv°.

Annus 5^{us}. induciarum *quinquennialium*. Μετὰ τὰυτα, ἔ πολλῶ ὕστερον, nempe post cladem *Atheniensium* ad *Charoneam*, deficiunt ab *Atheniensibus* *Eubæenses* (quorum nonnullis in *superioris* anni victoria partem fuisse vidimus) in quos posteaquam trajecisset *Pericles*, nunciatum est, *Megareses* idem fecisse, cælis *Atheniensium* præliariis, illis exceptis, qui ad *Nisæam* confugerant, & *Peloponnesiorum* in fines *Atticæ* irruptionem brevi *expectatam*. Fecit hic nuncius ut *Pericles* ex *Eubæa* exercitum $\kappa\tau\iota$ $\tau\acute{\alpha}\chi\theta$ reducerit. *Thucyd.* I. 114. Hæc anno hoc, ut videtur, *exeunte*, & mox *elapsuris* induciis. Hinc videmus quanto rectius hanc *Megaresium* defectionem constituerimus ex mente *Thucydidis* quam fecerit *Diodorus*, qui *biennio* antiquiorem fecit diu ante *elapsas* inducias. Fecit tamen error ille, ut *Lacedæmoniorum* etiam irruptio in *Atticam* *biennio* maturior ab eodem statueretur quam per inducias *quinquennales* licuerit. *Eo* enim potius retulerim quam, ut supra, ad *Bellum Sacrum*. Hic etiam *omissorum duorum Archontum*, quos Nos *Faltis* restitimus, *vestigia* deprehendimus. Fecit enim illorum prætermisio ut *posteriora* quæque in locum *biennio*, quam oportebat, *anteriorem* ascenderent. Plane ut jamjam supra vidimus in *Bione*. *Thucydidis* autem *res ipsa* suffragatur, & *quinquennialium* induciarum *ωεδοῦσία*, & *nexus* cum sequentibus arctissimus, ut mox sumus ostensuri. Hoc tamen viceversa discimus è *Diodoro*, quod non docuit *Thucydides*, omnino tamen *ratiociniis* *Thucydidis* consentaneum, hoc anno *otium* fuisse *Atheniensibus* ut *Megareses* Bello persequerentur. Anno enim quo defecerunt *Megareses*, agrum *Megaresium* ab *Atheniensibus* direptum spoliatumque, victosque prælio *Megareses*, & moenium ambitu conclusos, docet *Diodorus*. Vel inde colligimus, qui mox adfuturi nunciabantur, *Peloponnesios* hoc tamen anno *Megaresibus* suppetias non tulisse. Idque ne aliter se haberet, vetabant *induciæ*, ut dixi, *quinquennales*, quas utrinque observatas supponit ipse *Thucydides*.

Ant. *Christ.* 445. *Ol.* LXXXIII. $\frac{3}{4}$. XXXVI. Arch. *Lysimachide*, à *Gamelione*.
Nempe à *Februarii Juliani* die III°.

Reverso ex *Eubæa* *Pericle*, non tamen eodem (ut probavimus) anno, Μετὰ τὸτο *Lacedæmonii* *Atticam* incurfant usque ad *Eleusinem* & campos *Thriasios*, duce *Plistoanacte* Rege *Pausaniæ* filio. Inde domum redierunt.

N n n n n 3



dierunt. *Thucyd.* I. 114. Hinc intelligimus inducias *quinquennales* illis, quos dixi, limitibus contineri. Jam saltem *elapsas* esse, cum nullam illarum *violationem* memoret *Thucydides*. Hæc eadem *Expeditio* est, quam XIV. annis ante Belli *Peloponnesiaci* annum I^m. & quidem partem illius anni in qua erat *Hecatombæon* ille à quo cœpit *Olymp.* 87. 2. idem numerat *Thucydides* II. 21. Annus Belli *Peloponnesiaci* I^{us}. erat *Olymp.* 87. 1/2. Proinde annus ante illum XIV^{us}. est *Ol.* 83. 3/4. in quo verisamur. Intelligit nimirum *Æstatem semestrem* XIV^{am}. ante Bellum. Qua *Vernam* pariter ac *Æstivam* tempestatem proprie sic dictam communi *Æstatis semestris* nomine complectitur. *Æstas* ergo ante annum Belli *Peloponnesiaci* I^m. XIV^a. nec à XIV^o. incipiet *Archonte* (cum fuerit unus illo spatio *Archon* tantummodo *semestris*) & ne quidem à mense quo tum inire solebant *Archontes*; sed à I^o. mense *Verno*, qui hoc anno, qui *Embolimæum* sequebatur, erat *Elaphebolion*, cœpitque die *Aprilis* Juliani II^o. Et quidem commode admodum contigit, ut hoc anno ad *Veris* rationes augendas accesserit *Elaphebolion*, ne res hoc spatio à *Pericle* gestæ limitibus, quam par erat, *arctioribus* concluderentur. Post hunc enim diem venit in *Atticam Plistoanax*, discessitque adeo mature ut spatium habuerit *Pericles* in *Eubæam* redeundi, eamque universam in potestatem Civitatis *Atheniensis* redigendi, imo *redeundi* in patriam, antea quam novæ *induciæ τετακοντέτης* inirentur. Ita enim fuisse palam est è verbis *Thucydidis*: Ἀρχαρχαίτες δὲ τῶν Ἐβόλου, ἔ πολλῶν ὕστερον ἀποναδὸς ἐποίησαντο πρὸς Λακεδαιμονίους καὶ τὸς ἐπιμάχους τετακοντέτης. I. 115. Hæc enim omnia hoc primo mense *Elaphebolione* contigisse exinde colligimus, quod insidias *Thebanorum* in *Plataeas* anno ab *induciis* XV^o. tribuit ipse *Thucydides*. II. 2. Ex elapso nempe *induciarum die* hoc ipso vel *sequenti* mense, unde factum ut mensis *Munychionis* dies *ultimus* anno ab *induciis* XV^o. fuerit imputatus. Nihil tamen obstabat quo minus annus fuerit tantummodo XIV^{us}. qua calculum ponit *Thucydides* per *Æstates*. Ad hoc enim satis erat si *cœpta* demum *Æstate* ante Bellum *semestri* XIV. (quam ab hoc mense *Elaphebolione* cœpisse diximus) penetrarit in *Atticam Plistoanax*, quacunque demum *Æstatis semestris* parte penetrarit. Nam *Æstatis* Belli *semestris* ambitu erat alia quoque illa *Expeditio Archidami*, quam mense *Hecatombæone* fuisse probavimus. Arcte igitur cohærent superiores illæ *quinquennales* *induciæ* cum his novis *tricennalibus*, ut *proximo* post illas *elapsas Vere* cœperint *induciæ tricennales*. Hinc ergo manifestum est recte Nos annos hosce *ἀγαλιόντας* atque *induciarum quinquennialium* disposuisse. Saltem pro sententia nostri *Thucydidis*.

I^{us}. ergo hic est annus *induciarum tricennalium*, à mense *Munychione* ad *exitum* vergente.

Cæterum de ætate *Plistoanaetis* è stabilitis jam temporibus quædam observanda sunt. Vidimus supra *Ol.* 80. 3/4. ætate *puerili* fuisse *Plistoanaetem*, & sub Tutore fuisse *Nicomede*. Inde colligimus illum ante *Ol.* 76. 3/4. nondum *natum*. Aliter enim *Ol.* 80. 3/4. XVII^m. ætatis annum, qui *Εἰπυ* erat, attigisset. Vel inde obiter falsi vincitur *Diodorus*, cum obitum *Pausaniæ* patris refert ad *Olymp.* 75. 4. Rectius ergo Nos *Pausaniæ* pœnam



poenam Ol. 77. $\frac{3}{4}$. assignavimus. Sic autem fiet ut Ol. 80. $\frac{3}{4}$. ætate *duodecenni* minor ne quidem potuerit esse *Plistoanax*. Ita infra *quinquennium* contrahetur illius *Natalis*, ut fuerit ann. XII. *major*, & *minor* tamen ann. XVII^o. cum *tutelam* illius gereret patruus *Nicomedes*. Hoc autem, in quo versamur, anno *exilio* multatus est. Quasi nimirum corruptus ab *Atheniensibus* ex eorum agro citius, quam oportebat, discessisset. *Thucyd.* II. 2. Exul erat per annos XIX. *Thucyd.* V. 16. Rediit ergo in patriam Ol. 88. $\frac{2}{3}$. Erat certe in Civitate Ol. 89. 3. quo *Pacis* Auctor erat inter *Athenienses* & *Lacedæmonios*. Non autem Ol. 88. $\frac{1}{2}$. quo exercitum duxit *Cleomenes* patruus pro filio *Plistoanactis Pausania* adhuc pupillo, & proinde ætate minorenni. *Thucyd.* III. 26. Natum ipso Patris *exilio* oportet fuisse *Pausaniam*. Nec enim adeo distabat locus *exilii Lycæum* in *Arcadia*, nec *exilii* erant adeo severæ Leges, quin *uxori* fuerit ad illum aditus. Idque sane necesse erat si illo quoque anno nondum legitimam ætatem attigerit. Nec obstabat *Ayli* sanctitas. Domus enim à *Plistoanacte* habitata sanctam fuisse partem tantummodo dimidiam, docet *Thucydides* ipse V. 16. & ex eo *Scholiastes*. Propter illos ipsos, *necessarios* quidem, sed *prophanos* tamen, vitæ, ut videtur, usus. Inde causa manifesta est, cur, *Patre* etiamnum superstite, *Rex* tamen fuerit *Pausanias*.

Firmat præterea quæ diximus de induciarum *tricennalium* tempore *Pausanias*. Verba sunt: Ταύτας ἐποίησαντο Ἀθηναῖοι ἑξασητάμυροι τὸ δέτερον Ἐβοῖαν, ἔπει τεῖρω δ' Ὀλυμπιάδῳ καὶ Κελσῶν Ἰμπερίῳ ἐνίκα στάδιον. El. I. 23. Quod *Stadionice* ter victorem nullo tamen *victoriæ numero* designarit, non est cur dubitemus quin *primam* illius *victoriam*, in animo habuerit. Quod etiam redacta in *Populi Atheniensis* potestatem *Eubæa*, inducias *initas* esse dixerit, id etiam dixit Auctore *Thucydide*, ne dicam *Diodoro*. Id quoque accurate, quod anno *Olympiadis* 3^{io}. assignarit. Huic enim *Olympiadis* anno convenit *Munychion*, quo inducias *initas* fuisse probavimus. Hæc ille ex induciarum *Archetypo*, quod in *Olympia* tum, ipso ibidem *teste*, probabat. Erat enim hoc in illorum temporum more receptum, ut *foedera* in *templis* sanctissimis columnis inscripta suspenderentur, loci ipsius *Religione* conciliatura *promissis* fidem. Non tamen propterea *Olympiadem*, aut *Olympiadis annum* didicit ex illo *Archetypo Pausanias*, sed *Archontem* tantummodo quem in *coævis* sibi *Factis Olympiadis* illius 83. 3^o. positum repererat. Nondum enim *Olympiadum* usus erat in *temporibus* designandis. Locum autem in *foederibus* fuisse *Archontibus* noster docet ipse *Thucydides*. V. 19. 25. Recte ergo noster sese habet *Archon Lysimachides*. Anno enim *Olympiadis* exeunte *Pacem* factam ostendimus. Id quoque multis jam horum temporum exemplis probavimus, anno *Olympiadis* exeunte eundem fuisse *Archontem* qui sequenti *Olympiadis* anno *Magistratum* tenuerit *ineunte*. Sed vero Ol. 83. 4. *ineunte* ne quidem *Diodorus* ipse alium *Archontem* agnoscit à *Lysimachide*. Obiter *Observandum* alias esse has *tricennales* inducias ab *induciis* hisce similiter *tricennalibus Lacedæmoniorum* cum *Argivis*, quarum meminit noster ipse *Thucydides*. V. 14. 28. *Exibant* enim *induciæ* cum *Argivis* Ol. 89. 3. saltem *desinente*. Hæc nostræ ante
Olymp.



Olymp. 91. 1. exire non poterant. Nec partem fuisse *Argivis* in his de quibus agimus, docent verba *Pausaniae*. Εἰρήνης μὲν τῆ Ἀθιναίων καὶ Λακεδαιμονίων τῆ Ἀργείων μὴ μετεῖναι πόλει. *El.* 1. 23. Imo antiquiores fuisse tricennales inducias cum *Argivis* exinde colligimus, quod *Argivi* fuerint ex his nostris nominatim excipiendi.

Ant. *Christi*. 444. *Olymp.* 83. 4. XXXVII. Arch. *Praxitele*, à *Gamelione*.
Nempe à *Januarii Juliani* die xxii°.

2^{us}. annus induciarum tricennalium à *Munychione*.

Ad *Hestiaeorum* in *Eubœa* Urbem colonia deducta, anno superiori à *Pericle* expugnationum. *Diodor.* *Ol.* 83. 4.

Thucydides Pericli coxvi *Ostracismus*. Hujus *Thucydides* meminit *Thucydides* noster 1. 117. *Milesii* filius. *Marcellin.* vit. *Thucyd.* *Schol.* in *Aristophan.* *Acharnens.* p. 405. & *Vesp.* 498. Φυγὴν αἶτ fuisse *Idomeneus*, & φυγὴν *Aristophanes* ipse *Vesp.* ib. *Idomeneus* ἀεφυγίαν fuisse ait cum bonorum publicatione, & fugisse illum ad *Artaxerxem*. *Schol. Aristoph.* in *Vesp.* Ita ne quidem *Ostracismus* fuerit. Seu autem *Ostracismus* fuerit, seu *exilium*, hunc annum fuisse colligo è *Plutarchi* verbis in *Pericle*. Sic enim habet : ἀλλὰ τεσσαράκοντα μὲν ἔτη πρωτεύων ἐν Ἐφιάλταις, καὶ Μυρωνίδαις, καὶ Κίμωνι, καὶ Τολμίδαις, καὶ Θεκυδίδαις· μὲν δὲ τῶ Θεκυδίδε κατάλυσι καὶ τῶ ὀστρακισμῶν, ἐν ἐλάτῳ τῶ πενήκοντα ἔτη δίνεσκε, καὶ μίαν ἔσαν ἐν ταῖς ἐνιαυσίαις στρατηγίας ἀρχὴν καὶ δωδεκαίαν κησάμνητον, ἐφύλαξεν ἑαυτὸν ἀνάλωτον ὑπὸ χρημάτων. Locus est in *Periclis* *Chronologia* utilissimus, idem tamen difficillimus ut recte intelligatur. Sententia autem ejus, si quidem illam recte assequor, hæc est. Nempe illum in πολιτεία fuisse per annos in universum xl. ex quo primum ad *Republicam* accesserit. *Mortuus* est *Olymp.* lxxxvii. 3. ut infra videbimus. Ita *Ol.* 77. 3. πολίτην inierit. Uno nimirum anno senior *Cimone*. Et quidem *Historia* ipsa ita illum inferiorem ostendit ut fuerit tamen illi *Auctoritate* pene par. Primo quidem *Cimonis* sectam secutus est. Postea illi ἀντεπολίτευσε, ipse δὲ μὲν patronus cum *Cimon* καλοῖς καγαδοῖς seu εὐπατείδαις sese addixisset sua indole *Aristocraticus*. Ita effecit ut *Cimonem* ipsum in *Populi* gratia superarit. Ipse *caput* adversæ factionis erat quæ *Cimonem* in *capitis* periculum vocavit, à *sorore Cimonis Elpinice* lenitus quo minus omnes eloquentiæ stupendæ vires in illum experiretur. Ipse *Ostracismi* *Auctor* erat qui *Cimonem* patria privavit. Ipse viceversa *Auctor* erat, cum causa *Republicæ* id exigere videretur, ejusdem in *patriam* revocandi. Ita *Cimonem* ipsum apud suos favore tandem etiam superavit. Itaque ut πολιτεία unico erat anno duntaxat inferior, ita etiam verisimile est fuisse natalibus. *Natus* proinde *Ol.* 70. 1. & septuagenarius adeo cum è vita decederet. Hujus autem *quadragenariæ Periclis* πρωτείας duas partes invicem distinguit *Plutarchus* : priorem aliam annorum xxv. qua *Republicæ præfuit* cum aliis diversæ factionis æmulis ; aliam, qua, *mortuis* æmulis, aut *Imperio exutis*, solus pene præflet sine æmulo. Priorem Epocham hoc ipso terminavit, in quo versamur, anno. Nam æmulorum ultimum hunc ipsum fecit, de quo agimus, *Thucydidem*. Sic enim *Lampo* vates unicum



cum portentosi arietis cornu interpretatus est, ὅτι δυοῖν ὄντων ἐν τῇ πόλει
 δυναστειῶν, τ' *Θουκυδίδης* καὶ *Πεισικλῆς*, εἰς ἓνα πείσθησε τὸ κράτος περὶ ὃ ἔμοιλο τὸ
 σημεῖον. Idem, cui illa debemus, alibi in eadem vita *Plutarchus*: Ἦν μὲν
 γὰρ ὁ *Θουκυδίδης* τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν, καὶ πλείστον ἀντιπολιτευσατο τῷ *Πεισικλῆϊ* χεῖρον.
 Nec est cur id miremur quod πλείστον χεῖρον *Pericli* adversaretur *Thucy-*
dides, cum post mortem *Ephialtis* & *Cimonis* illum *Pericli* opposuerint
Aristocratici. Decessit *Ephialtes*, ut vidimus, Ol. 80. $\frac{1}{2}$. *Cimon* Ol. 82. $\frac{3}{4}$.
 cujus κληδεῖς erat hic *Thucydides*. Inde ergo hujus ultimæ factionis in
Periclem origo arcessenda est. Et proinde *Ostracismi* in illum lati *Pe-*
riclem Auctorem agnoscit *Plutarchus*, quasi ultimæ in se factionis du-
 cem. Τέλος δέ, inquit, πρὸς τὸν *Θουκυδίδην* εἰς ἀγῶνα πρὸς τὸν *Ἰσράκην* κληδεῖς καὶ
 διακινδύνησας, ἐκείνον μὲν ἐξέβαλε, κατέλυσε δὲ τὴν ἀντιπτεταγμένῳ ἑταίρειαν. Suc-
 cessit enim *Cimoni* focer illius ille *Thucydides* in patrimonio καλῶν καγα-
 θῶν quos δῆμῳ opponit *Plutarchus*. Eaque factione oppressa, jam solus
 regnabat in Republica finē æmulo *Pericles*. Occubuerat *Tolmides* bi-
 ennio post *Cimonem* in prælio ad *Charoneam* in *Bæotos*. Superfunt
 ex hoc Catalogo æmulorum *Periclis* *Leocrates* & *Myronides*, quos sci-
 mus his temporibus fuisse, nescimus autem quando decesserint. Ex hoc
 autem loco colligimus etiam illos ante hunc, in quo versamur, annum
 fuisse extinctos. Sic ergo intelligimus hos xl. annos, ut complexi fue-
 rint annos xv. quorum ultimo loco meminit; non autem ut ab illis di-
 stincti fuerint, numerumque cum illis censiti fecerint auctiorem. Nulli
 certe inter hos *Periclis* æmulos comparent his ipsis, quæ dixi, tempo-
 ribus vel paulo antiquiores. Non *Themistocles*, non *Aristides*. *The-*
mistocles ipso illo anno, quo ad πολιτείαν accessit *Pericles*, *Ostracismo*
 pulsus est, ut jam supra ostendimus. Sed post illum aliquot annis super-
 fuit *Aristides*, quem tamen *Pericli* æmulum non legimus. Favebat ille
Populo similiter ac *Pericles*. Cæterum *Xanthippo* *Periclis* patri pares
 erant hi potius quam ipsi *Pericli*. Quod si hoc anno exularit hic *Thu-*
cydides, postea illum restitutum esse necesse est. Et quidem infra so-
 lenne *Ostracismi* decennium. Postea enim ille στρατηγία ornatus est, ut in-
 fra videbimus è cognomine *Historico*. I. 117. Hoc si verum, ad illum
 potius quam ad cognominem *Historicum* retulerim quod intellexit *Pau-*
sanias de *Historico*. Nempe *Oenobii* opera fuisse revocatum. Hoc enim
 ille de *Thucydide* *Olori* filio factum existimat *Attic.* 23. Hoc autem Nos
 in causa *Historici* minime necessarium ostendimus, ἀμνηστίας universalis
 beneficio redierit, à quo soli exclusi fuerint *Pisistratidæ*. Sed multis
 post hanc στρατηγίαν annis exilii *Thucydidis* hujus mentio occurrit apud
Aristophanem in *Acharnensibus* & *Vespis*. Nec ulla tamen mentio con-
 cessi in patriam reditus. Nescio autem an inde colligi possit, aut non
 rediisse illum; aut hoc saltem tempore nondum rediisse, cum exilii illius
 meminit *Aristophanes*. Fieri potest ut cum *Periclis* gratia redierit, quem-
 admodum vidimus rediisse *Cimonem*. Sic quoque fiet ut, post exilium
Thucydidis, solus dominatus fuerit in Civitate *Pericles*, nec ulla dein-
 ceptus factio illi adversa caput extulerit. Id ergo vult, ni fallor, xv. his
 postremis annis *Periclem* in annuis στρατηγίαις perpetuo fuisse delectum.
 Quod ita interpretatur *Plutarchus*, quasi pro una ἀρχῇ & δυναστείᾳ ha-
 benda

00000

benda



benda esset ἀρχὴ illa σπαρτηγυῖα toties repetita, nec unquam deinceps interrupta. Ita observavit idem in *Pelopida*, tam memorem fuisse liberatæ à præsidio *Lacedæmoniorum Cadmeæ* patriam, ut perpetuam etiam ipse habuerit vel Βιωπραξίαν vel Ἰπαρχίαν. Nullo certe anno per multos annos honore aliquo annuo carentem. Hinc ergo discimus, & annuas fuisse, ut diximus, σπαρτηγυῖας, pro eodem exemplo, quo erant etiam apud Romanos munera, pleraque jure gladii instructa, *Consulatus & Præturæ, & Proconsulatus & Propræturæ*; Et ab hoc anno usque ad mortem *Periclis*, perpetuo illum in σπαρτηγυῖα fuisse, etiam cum nulla tamen illius σπαρτηγυῖας occurrit diserta mentio in hodiernis Historicis. Quæ certe ambo utilissima sunt in illius *Seculi Historia Attica*, atque *Chronologia*. Habuit præterea Jus aliquod singulare in σπαρτηγυῖας annuos; seu ipsos σπαρτηγυῖας designarit, vel excluserit; seu fortasse potius Provincias illis assignarit, & copias. Sic enim *Cimonis* filium *Lacedæmonium* x. duntaxat navium classe instructum misit ad *Corcyræos*. Dedito, ut credebatur, consilio, ne quo novo facinore familiam illustrem insigniret, & factionem καλῶν καγαδῶν, cui olim præfuerat pater *Lacedæmonii Cimon*, & post illum antiquior ille *Thucydides*, jam penitus oppressam dissipatamque denuo restauraret. Sic enim in *Pericle* *Plutarchus*. Vid. infra *Arch. XLIX. I.*

Ant. *Christ.* 443. Ol. LXXXIV. $\frac{1}{2}$. XXXVIII. Arch. *Lysania*, à *Gamelione*.
Nempe à *Februarii Juliani* die x^o.

3^{ius}. annus induciarum *tricennialium*, ab *Elaphebolione*.

Bellum inter *Thurios & Tarentinos*. *Diodor.* Ol. 84. I.

Hoc anno Ol. 84. $\frac{1}{2}$. *Praxitelem* Archontem exhibebant Fasti à *Plutarcho* usurpati. Tum enim in coloniam *Thuriorum* concessisse dicit *Lysiam*. Addit *Dionysius* hoc anno *Lysiae* xv^o. contigisse, anno autem ante Bellum *Peloponnesiacum* xii^o. quæ notæ ambæ non alium ab hoc, in quo versamur, annum designant. Ita superiori anno inferendus fuerit *Bion*, à posteriori autem excludendus, pro Fastis *Dionysii* (qui iidem fuisse videntur cum *Diodorianis*) atque etiam fortasse *Plutarchi*. Ad priorem autem, ut Nos, annum coloniam *Thuriorum* retulit *Plinius*, qui eam anno *Varroniano* assignavit cx. De *Herodoto* hoc observavit *Plinius*. Misso pariter ab *Atheniensibus* ac missus fuit ab iisdem *Lysias*.

Ant. *Christ.* 442. Ol. LXXXIV. $\frac{2}{3}$. XXXIX. Arch. *Diphilo*, à *Gamelione*.
Nempe à *Januarii Juliani* die xxx^o:

Diphilus Archon. *Olymp.* 84. 3. *Diod.* *Dionys.*

4^{us}. annus induciarum *tricennialium*, à *Munychione*.

Sub hoc Archonte Ἐρετειακὸς κατάλογος. Nempe Ἰψίσια de obsidibus è ditissimorum filiis capiendis, ad fidem *Eretrienſium* suspectam obligandam. *Hesych.* Et *Phot.* Lex. MS. in voce Ἐρετειακὸς κατάλογος. Spectant hæc ad *Eubæam* ante triennium à *Pericle* in fidem *Atheniensium* receptam, uti etiam colonia *Hestiacorum* deducta ante biennium.

Ant.



Ant. Christ. 441. Olymp. LXXXIV. $\frac{3}{4}$. XL. Arch. Timocle, à Gamelione.
Nempe à *Januarii Juliani* die XIX^o.

5^{us}. annus induciarum tricennialium, à Munychione.

Hoc anno Ol. 84. 3. Archonte tamen superiori, Pacem ubique agnoscit Diodorus. Græcis secum invicem, propter has tricennales inducias: & cum Persis propter fœdus duplex, aliud Atheniense, quo Græcis Asiatis libertas aserebatur; aliud Lacedæmoniorum, quo prodebat eadem libertas. Et in Sicilia, Italia, Gallia & Hispania. Proinde πολεμὴ μὲν καὶ ἀξία μνήμης ποιεῖται ἐδμήια σωζέμεθα καὶ τότε τις χερόνεις.

Ant. Christ. 440. Olymp. $\frac{84}{85}$. $\frac{4}{5}$. XLI. Arch. Myrichide, à Gamelione.
Nempe à *Februarii Juliani* die VI^o.

6^{us}. annus induciarum tricennialium, ab Elaphebolione. Hoc induciarum anno Bellum inter Samios & Milesios de Priene. Victi Milesii apud Athenienses accusant Samios, & nonnulli etiam ex ipsis Samiis νεωτεριστὴν βολβόμοι πρὸς πολιτείαν. Proinde Samiis iudicio Atheniensium nonstantibus, Pericles cum classe Oligarchiam dissolvit, Plutarch. Δημοκρατίαν κατέσθην. Thucyd. I. 115. Obsidibus captis quos in Lemno deposuit, & præsidio relicto discessit. Hæc ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἀπάνηα. Diodor. Ol. 84. 4. Samii, reverso Pericle, ἐξὸς ἀπέσθην. Plutarch. Pericl. Adjuti à Pissuthne Hystaspis filio, qui Sardibus præerat, Samum occupant, Democratiam ejiciunt, obsides è Lemno surripiunt, præsidium Atheniense, & præfectos suos Pissuthni tradunt. Trahuntque in defectionis consilium etiam Byzantios. Thucyd. I. 115. Redit ergo Pericles, vincitque Samios navali prælio ad insulam Tragiam Samo propinquam. Tum novo auxilio ab Athenis auctus Samios obsidet. Conversio autem in Phœnicum classem Pericle, Samii eruptione facta classem Periclis vincunt, & maris imperium obtinent per dies XIV. Nempe Melisso Philosopho duce, ut docet Plutarchus. Reverso Pericle, rursus victi Samii. Plutarch. Rurfus κατέλαβον. Thucyd. I. 116. 117. Novis deinde auxiliis firmatus Pericles Samum IX^o. mense expugnat. Plutarch. Pericl. Thucyd. I. 117. Eadem, ut videtur, σεσηγία, eodemque proinde anno. Inter auxiliorum duces Thucydides prædictus. Jam proinde civitati restitutus, qui tamen Pericli deinceps non adversabatur. Ἐμώθησαν δὲ καὶ Βυζάντιοι, ὡσαύτῃ καὶ πλεόντερον ἑσθῆκοι ἔδ. Thucyd. I. 117. Ἀθηναίοις δὲ καὶ Λακεδαιμονίοις μέχρι τέτων ἦν χερόνων αἱ τετακωσμετεῖς ἀποδοῦναι δέμεναν ἀσπίδοι. Diodor.

Ant. Christ. 439. Ol. LXXXV. $\frac{1}{2}$. XLII. Arch. Glaucide, à Gamelione.
Nempe à *Januarii Juliani* die XXVI^o.

7^{us}. annus induciarum tricennialium, à Munychione.

Ant. Christ. 438. Olymp. LXXXV. $\frac{2}{3}$. XLIII. Arch. Theodoro, à Gamelione.

Nempe à *Januarii Juliani* die XV^o.

8^{us}. annus induciarum tricennialium, à Munychione.

O O O O O O 2

Ant.



Ant. *Christi*. 437. Ol. LXXXV. $\frac{3}{4}$. XLIV. Arch. *Euthymene*, à *Gamelione*.
Nempe à *Februarii Juliani* die III^o.

9^{us}. annus induciarum *tricennalium*, ab *Elaphebolione*.

Colonia *Novemvialis* ab *Agnone* deducta hoc *Archonte*, & ab *Agnone Amphipolis* appellata. *Diodor. Ol.* 85. 4. Schol. MS. in *Aeschin. περὶ Παραπρ.* Fragm. supra editum. Et *situs* asseritur è *Thucydide*. IV. 102.

Προπέλαια Acropolis hoc *Archonte* condi cœpta. *Philochorus* IV. *Quinquennio* absoluta. *Heliodor. I.* de Acrop. *Atheniensi*. Hæc ex *Harpocratione* *Προπέλ.* Astipulatur aliquatenus *Plutarchus*: Τὰ δὲ Προπέλαια ἡ ἀκροπόλειος ἐξείργαδην ῥηθὲν ἐν πενταετία. *Pericle*. Nempe auctore ipso *Pericle*.

Ant. *Christi*. 436. *Olymp.* $\frac{83}{8}$. 4. XLV. Arch. *Bione*, à *Gamelione*.
Nempe à *Januarii Juliani* die XXII^o.

Hic verus est locus *Bionis* Archontis, ut supra ostendimus.

10^{us}. annus induciarum *tricennalium*, à *Munychione*.

Bellum *Corcyæorum* cum *Corinthiis* de *Epidamno*. *Ol.* 85. 2. *Diodorus*. *Pessime*. *Κυμαίνοντος ἤδη τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου*. *Plutarch*. *Pericl.* Οὐ πολλοῖς ἔπειν ὕστερον *Bello Samio*, rebusque in eo à *Pericle* gestis. *Thucyd.* I. 118. Itaque spatio plusquam *annuo*, nec tamen annis *multis*. Nam quam *proclives* fuerint ad Bellum, è prædictis *Plutarchi* verbis cum *Diodori* verbis ante *quadriennium* relatis apparet. *Multis* antea *annis* seditionibus intestinis attriti *Epidamni*, tandem potentissimi quique Urbe à *Plebe* expelluntur. Hi barbaris adjuncti *Epidamniorum* agrum populantur. Ad *Corcyæos* conditores conversi auxilium flagitant Urbis possessores. Ab his rejecti *Oraculum Delphicum* consulunt de colonia *Corinthiis* ut conditoribus dedenda. Hoc scilicet obtentu, quod ducem *Corinthium*, cum deducerentur, habuerint *Phalium Eratoclidæ* filium *Heraclidem*. Idque, suadente *Oraculo*, faciunt, missis de *deditio*ne legatis ad *Corinthios*. Illos ergo in tutelam recipiunt *Corinthii*, mittuntque cum *praesidio* novos etiam *colonos*. Jubent è contra *Corcyæi* ut hos ejicerent, exulesque reciperent. Detrectantibus *Epidamniis* bellum inferunt, Urbemque ipsam obsident. *Corinthii*, hoc audito, novos *colonos*, & novum etiam *exercitum*, parant, qui obsessis suppetias ferrent. Tum, missis ultro citroque legatis, ad *Bellum* sese utrinque accingunt, tam *Corcyæi*, quam *Corinthii*. Hæc *Thucyd.* I. 24. 25. 26. 27. 28.

Ant. *Christi*. 435. Ol. LXXXVI. $\frac{1}{2}$. XLVI. Arch. *Lysimacho*, à *Gamelione*.
Nempe à *Februarii Juliani* die X^o.

Hic Archon πέμπτω κρείτερον ἔπει τῷ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, & Ol. 86. *Dionys. Halicarnass.* *Isocrate*. Accensito, ut solet ille, utroque extremo.

11^{us}. annus induciarum *tricennalium*, ab *Elaphebolione*.

Hic annus est Natalis *Isocratis*, & Natalis etiam Archon. *Dionys. Hal.* in *Isocrat.* *Laert.* *Platon.* III. 3. *Plutarch.* X. *Rhet.* in *Isocrat.* *Platone* majorem



majorē septennio *Plutarchus* facit, *Laertius* tantummodo sexennio. Hos ita invicem conciliat *Meursius*, ut *Laertium* è *Plutarcho* corrigendum esse censeat. Quasi vero eadem fuisset concordia in *Archonte* Natali *Platonis*, quæ fuerat in illo sub quo natus traditur *Isocrates*. Et tamen, fateor, qui unum annum huic numero detraxit *Laertius*, illum sub *Archonte* feriori *Platonis* annum Natalitium statuere, nempe *Aminia*, quem solum habuit in animo hoc in loco *Meursius* Arch. Att. III. 2. Capite autem sequenti 3. ipse quoque observavit alia omnia sentire *Athenæum*, & superiori *Archonti* *Apollodoro* assignatum ab eo fuisse *Platonis* natalem. Ita natus fuerit etiam sub *Archonte* à natalitio *Isocratis* *Archonte* tantummodo VI^o. qui si *Aminia* *Archonte* fuerit in lucem editus, necesse erat ut sub *Archonte* post *Isocratis* Natalem VII^o. nasceretur. Inde intelligimus utriusque sententiæ fuisse fidejussores. Videamus ergo utra verior sit. Inde enim optime colligemus verum intervallum inter utriusque Natales. Conveniunt omnes *Thargelionis* VII^o. natum esse *Platonem*. Conveniunt etiam *Archonte* decessisse *Theophilo Olymp.* CVIII. 1. In eo non conveniunt, quotum egerit, cum defungeretur, ætatis annum. *Neanthes* illi *Cyzicenus* annos tribuebat LXXXIV. *Laert.* III. 3. Sed nondum constitutis *Chronicis Grammaticorum* Canonibus. Proinde minus audiendus quam sint illi paulo juniores, qui collatis invicem majorum *Traditionibus* invicem discrepantibus, exinde colligebant quid propius ad veritatem accederet, utpote Phœnomenis magis consentaneum. Erant ergo aliæ sententiæ uno invicem anno discrepantes, facileque invicem conciliandæ. *Hermippus* vitarum Scriptor (si quidem *Josephum* audiamus) accuratissimus annos *Platonis* numeravit LXXXI. cujus fidem sequitur Scriptor junior quidem, sed inter juniores accuratissimus, *Censorinus*. LXXXII. ejusdem annos habet *Athenæus*, sententia in speciem alia, revera eadem cum illa quam sequebatur *Hermippus*. Modum, quo invicem concilientur, docuit *Seneca* Ep. 59. Docet enim ipso excessisse die natali. Impleverat ergo annum ætatis LXXXI^m. & ad annum novum LXXXII^m. spectabat ipse ille natalis. Hæc ergo sententia videtur fuisse verifimilior. Proinde qui mense excessit *Thargelione*, is *Archontis* anno exeunte mortuus fuerit oportet. Anno nimirum *Varroniano* illo qui respondet *Ol.* 108. ½. qui erat certe 407. Detrahantur inde anni LXXXI. integri. Relinquetur an. *Varr.* 326. qui cum *Olymp.* 87. ¼. concurrat, ut è nostris apparet *Tabulis*. Ita *Thargelione* natus fuerit *Plato* qui in Magistratum incidit *Aminia* *Ol.* 87. 4. exeunte. Inde occasio *Apollodoro* natalem ejus *Ol.* 88. 1. imputandi, quod illo revera anno natus fuerit quo cæperit *Ol.* 88. 1. sed post illius natalem. Anni enim antiquissimum initium, idemque apud gentes diversas consentientissimum, à tempestate processit *Verna*, ut constat ex *Herodoto*. Nempe rerum generaarum exordium hoc statuente ipsa natura. Sed *Canones Chronici* per *Olympiades* digesti hunc annum fere medium dirimebant. Inde factum, ut annis aliis ad *Olympicos* redactis, res *Vere* gestæ ad annum illum referrentur quo cæperint, sed *Vere* tamen exacto, anni *Olympici*. Inde etiam facilis ania errandi illis, qui *Platonis* ortum ad *Archontem* potius *Apollodorum* referendum existimarint. Ob-



fervaverint nimirum mensē *Thargelionem Vernalem*, qua nascebatur *Plato*, ad *Archontem superiorem* spectare, si ad illos *Canones Chronicos* exigeretur qui *Archontem Aminiam* ad annum *Horographum*, quo inibat *Aminias*, retulissent, non autem ad illum quo Magistratum abdicabat. Hic ergo, si rem acriter tetigerimus, natusque fuerit *Plato Thargelione* illo qui *Archonte* erat *Aminia*; sic verior erit sententia illa quæ *septennio* juniorem *Isocrate* fecerit *Platonem*. Tot enim *medii* erant anni inter hunc, in quo versamur, annum, eumque quo *natum* probavimus *Platonem*. *Olymp.* 81. 4. Addit *Dionysius* hunc annum *Isocratis* natalem v^m. fuisse ante Bellum *Peloponnesiacum*. Nempe duobus terminis inclusis, pro more apud *Dionysium* receptissimo. Sic enim solet *Consules* in *Fastis* numerare *Romanis*. Et v^{us}. erat, etiam initio *excluso*, si Belli *initium* ab impressione *Lacedæmoniorum* censeatur, quæ *Archonte* facta est *Euthydemo*. Difficilius est rationem reddere quomodo hunc *Archontem Isocrati* natalitium anni *xxii.* post *Philoclem Lysiae* natalitium numerent tam *Dionysius*, quam *Plutarchus*. In serie nostra *xxiii*^{us}. *Archon* est ille *Philocles*, hujus autem anni *Lysimachus* *xlvi*^{us}. Nec aliter in serie *Diodori*. Ibi *Archon Philocles* est *Ol. 80. 2.* *Lysimachus* *Ol. 86. 1.* Idem scilicet cum eo quem ipse *Nausimachum* appellat. Utrobique intervallum *xxii.* annorum non aliter est quam *rejeclis* ambobus *extremis*. Siccine ergo intelligendi sunt? Ita certe nisi *Fastos* habuerint *ambo* qui *Philoclem* in annum *inferiorem* dejecerint, & *Bionem* utroque loco *excluserint*, cum *singulos* *Fastos* auctores haberent, qui eum locis *singulis* sigillatim *excluserint*. Facile id fieri potuit si & *Archontes* *duos* addiderint, quos Nos *addendos* esse probavimus, & *retinuerint* tamen, quem Nos *excludendum* esse probavimus, *priorem* illum *Lysaniam*. Sed *priorem* nostrum *Archontem Aristidem* ne quidem *Fastos illos* agnovisse probavimus, quibus usus est *Plutarchus*, à *Diodorianis* alios. Nec alios *Dionysio* fuisse à *Diodorianis* exinde suspicio est, quod ipsis *Olympiadum* initiis illos semper *Archontes* agnoscat, qui, pro *Diodori* rationibus, erant illis ipsis in *locis* agnoscendi. *Priorem* ergo rationem hic *necessario* admittendam existimo, de *mediis* *Archontibus* *xxii.* ambobus *exclusis* *extremis*, quæ tam *nostris* *Fastis* consentanea est, quam & *vitiosis* illis *Diodori* & *Dionysii* atque etiam *Plutarchi*. Nec ullum inde *Argumentum* sperandum esse censeo quo alius aliquis veterum *Fastorum* error detegatur atque emendetur.

Prælium navale *Corinthiorum* cum *Corcyraeis*, quo victores *Corcyraei*. Τῆ αὐτῆς ἡμέρας *Epidamnii* ad *deditionem* à *Corcyraeis* coacti. Τῆ χεῖρας τὸ πλεῖστον καὶ τὴν ναυμαχίαν *Corcyraei* *Maris* imperium obtinent, & *focios* *Corinthiorum* classe sua vexant. Περίον τῶ δέγει *Corinthii* classem & exercitum *fociis* in subsidium mittunt. Περὶ βῆσι, ἐνισαυδία. Schol. Περὶ βῆσαι, ἐπὶ μέλαιαν. *Hesychius*. Et sic, ni fallor, *Xenophon*. Proinde ante *Æstatem* prælium. Idque ostendunt verba, paucis interpositis, sequentia: Ἀλλὰ τὸ δέρον τὸ πρὸ ἀντιπαροδοῦντο, χειμῶν δὲ ἡδὴ ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκω ἐκάστεροι. *Thucyd.* I. 29. 30. Inde colligitur *anni integri* hæc esse gesta. Hæc *Diodorus*. *Ol. 85. 3.*



Ant. Christ. 434. Ol. LXXXVI. $\frac{3}{4}$. XLVII. Arch. Antilochide, à Gamelione.
Nempe à *Januarii Juliani* die xxx°.

12^{us}. annus induciarum tricennialium, à Munychione.

Τὸν δ' ἐνιαυτὸν πάντα τὸν μετὰ τῷ ναυμαχίᾳ, καὶ τῷ ὕστερον, Corinthii apparatus in futurum cum Corcyraeis bellum infumierunt. Thucyd. I. 31. Quæ Ego de biennio integro intellexerim. Nam superioris anni fine utrosque sese domum recepisse testis est Thucydides. Duas ergo inde Æstates duasque Hyemes belli futuri apparatus infumtas, intelligo, pro modo anni Thucydidei. Ita tertio demum anno à prælio navali anni superioris; hinc autem secundo in eunte, Vere scilicet, Æstatis Thucydideæ parte priori, bellum denuo utrinque instaurarunt. Intervallum autem anni unici tantummodo, non vero biennii, agnoscit Diodorus. Hic quoque perperam.

Ant. Christ. 433. Ol. LXXXVI. $\frac{3}{4}$. XLVIII. Arch. Charete, à Gamelione.
Nempe à *Januarii Juliani* die xix°.

13. annus induciarum tricennialium, à Munychione.

2°. hoc apparatus anno Corcyraei, cum alienos viderent à Pacis consilio Corinthios, Sociorum auxilia undequaque quærere; ipsi quoque Athenienses de auxiliis sibi mittendis sollicitant. Diodorus Ol. 86. I. Perperam. Ad hunc certe annum referendæ contrariæ illæ, apud Thucydidem, ex utraque parte legationes, tam Corcyraeorum, quam Corinthiorum. Thucyd. I. 31. ad 44. Post bellum cum Samiis, quo per Corinthios stetit quo minus Samiis subvenirent Peloponnesii. Thucyd. I. 41. Jam Lacedæmonii πολυμοσιόητες. Thucyd. I. 33. Ἐπαρχέσας πρὸς τερον ἀφ' Μεγαρέας ἑσπέραις. Thucyd. I. 42. Suspicio illa à Periclis Psephismate in Megarenses nata, quod causam proximam Bello Peloponnesiaco præbuisse omnes agnoscunt. Thucydides certe I. 139. Hæc certe proxima gestis anni sequentis fuisse necesse est.

Ant. Ch. 432. Ol. $\frac{86}{87}$. $\frac{1}{4}$. XLIX. Arch. Apseude, à Gamelione. Feb. Jul. vi°.
L. Arch. Pythodoro, ab Hecatomb. Jul. Jul. xvi°.

14. annus induciarum tricennialium, ab Elaphebolione.

Biennio apparatus elapso, rursus Bellum cum Corcyraeis aggrediuntur Corinthii. Decem naves mittunt Corcyraeis Athenienses à πολὺ ὕστερον quam discessissent Corinthiorum legati, duce Lacedæmonio Cimonis filio &c. Thucyd. I. 45. Corinthii cum Corcyraeis prælio navali decertant, victoria dubia. Mox novis Atheniensium navibus à Pericle postea missis in conspectum venientibus, prælium detrectant Corinthii, & domum se recipiunt. Thucyd. I. 46. ad 55. Hæc anni hujus, ut videtur, initio, Mari aperto primo, ut è sequentium nexu constabit. Diodorus hæc Olymp. 86. I. Perperam.

Ἐν δὲ τῷ ἐν Κεζύραϊ ναυμαχίᾳ, Athenienses, Potidaætarum fidem suspectam



suspectam habentes, mittunt cum classe *Archestratum Lycomedis* filium, ut obsides à *Potidaëatis* exigent, & muros eorum demolirentur, cave-
rentque ne *proximæ* etiam *civitates* deficerent, ipsæ quoque suspectæ,
à fide desciscerent. *Chalcidensium* scilicet & *Bottiaorum*. *Potidaëatas*
enim *Corinthii* & *Perdiccas* Rex *Macedoniæ* ad defectionem sollicita-
bant; *Chalcidenses* autem & *Bottiaos* ipse *Perdiccas*. De mittenda ergo
Athenas legatione cogitant *Potidaëatæ*. Ita tamen *defectionem* prope-
rabant ut *appulsæ Atheniensium* naves tam illos quam & alias suspectas
civitates defectionem fecisse comperirent. Itaque *Philippo* & *Derdæ*
Perdiccæ hostibus focia arma jungunt, bellumque *Perdiccæ* inferunt.
Thucyd. I. 56. 57. 58. 59. Ibi *Therma* potiuntur, *Pydnamque* oblident,
antea quam secunda *Atheniensium* auxilia venirent. *Thucyd.* I. 60. 61.

Ἐν ὄρω, Urbibus prædictis nempe deficientibus, & classi *Attica* adhuc
in *Macedonia* versante, *Corinthii* suppetias *Potidaëatis* mittunt, duce
Aristeo Adimanti filio, qui etiam *Thraciam* venit *παραπλοῦν ἡμέρα* ex
quo *Potidaëa* defecisset. *Thucyd.* I. 60. Nuncio accepto de *Potidaëata-*
rum defectione, & missis eo *Corinthiorum* auxiliis, *Callias Calliadis* fili-
us *Athenis* missus qui *Archestrati* exercitum *Therma* potitum, & *Pyd-*
nam oblidentem offendit. Hujus pater *Calliades* idem, fortassis, *Ar-*
chon erat cum veniret *Xerxes*, *Olymp.* 74. 4. Hi suis juncti *Pydnam* op-
pugnant. Postea, pace cum *Perdiccæ* facta, *Atheniensium* exercitus
uterque *Macedonia* discedit, & frustra tentata *Berœa*, pedestri deinde
itinere *Potidaëam* versus proficiscuntur. *Τερταῖοι* *Gigonum* assequuntur.
Thucyd. I. 61. Tum prælium cum *Aristeo* & *Corinthiis*. *Thucyd.* I. 62.
Hæc prælio victores *Athenienses*, cadente tamen *Callia* eorundem duce.
Thucyd. I. 63. Ἐν δὲ Ἰσθμῷ *Pallenensem* muro circumvallant. Sic
tamen ut *Pallenen* versus ἀτείχιστοῦ esset. Hoc cum audirent *Athenien-*
ses, novam vim militum 1600 suorum miserunt, duce *Phormione*. *χέρον*
ὑστερον, qui tamen admodum diutinus esse non potuit, cum à vallo illo
novorum auxiliorum mittendorum occasionem acceperint, quod nec
ipsum potuit, pro *Atticæ* disciplinæ celeritate, moræ esse diutinæ. *Thu-*
cyd. I. 64. His novis auxiliis aucti *Potidaëam* utrinque claudunt, tam
à mari quam etiam à terra. Hæc ergo *Epocha* est certissima, unde, quæ
diximus, reliqua universa pendent. vi^o. enim hujus obsidionis mense
insidias *Thebanorum* in *Platæam* statuit *Thucyd.* II. 2. Imo *μετὰ τὴν ἐν*
Ποτιδαῖα μάχην. ib. Inde colligitur, *χέρον* illum inter prælium obsidio-
nemque medium fuisse brevissimum. Insidias illas sequenti anno, mense
Munychione, fuisse probabimus. Et quidem desinente. Mensis erat *Ar-*
chontis Pythodori x^{us}. Itaque prælium ejusdem *Archontis* mense fuerit
iv^o. *Mæmaclerione*, qui *Octobris Juliani* die inibat iii^o. pro nostris *Ta-*
bulis. Inde judicandum de reliquis quæ Nos hujus anni fuisse censui-
mus. Hinc certo constat, hoc idem prælium ad *Olymp.* 86. 2. perperam
retulisse *Diodorum*. Hujus unius anni gesta duobus recenset annis, pro-
pter duos, ut videtur, *Archontes*. Nec enim ullam suspicionem fuisse
puto de *Magistratu Apseudis* tantummodo semestri. Hoc tamen sup-
ponit *Thucydides* ipse cum à fuga *Xerxis* ad initium Belli *Peloponne-*
siaci annos numerat quinquaginta. I. 118. Numeretur hujus intervalli
annus



annus uterque *extremus*, ab *Olymp.* 75. 1. ad *Olymp.* 87. 1. Non tamen constabit numerus, nisi hujus etiam *Archontis* Magistratus accenseatur.

Post hoc *prælium*, arctiori obsidione clausa *Potidæa*, *Corinthii* *Lacedæmonios* ad bellum in *Athenienses* decernendum impellunt, tandemque votis potiuntur. Nempe anno ab induciis *tricennialibus* XIV^o. *Thucyd.* 1. 87. Et tamen post *prælium Pallenense*. Imo obsessa jam *Potidæa*. *Thucyd.* 1. 67. Proinde mora inter *prælium obsidionemque* brevissima. Hinc apparatus *Lacedæmoniorum* ad Bellum, spatio minus quam annuo ante irruptionem in *Atticam*: *Ἐνιαυτὸς μὲν ἔδμετεβν, ἔλασσον δέ. Thucyd.* 1. 125. *Novem* nempe *mensium*. Irruptio enim in *Atticam* *ἡμέρα ὄγδοον-κοστὴ μάλιστα*, post res gestas ad *Platæam*. *Thucyd.* 11. 19. Nempe mense *tertio*. Res enim ad *Platæam* geste mense *sexto* post *prælium*, ut supra. Hæc sane irruptio eadem fuisse videtur, quam polliciti fuerant *Potidæatis Lacedæmonii* si ab *Atheniensibus* desciscerent. *Thucyd.* 1. 58. Sic fiet ut alio quam hoc anno *Potidæatarum* defectio esse non potuerit, si quidem promissa *tunc* irruptio anno proxime *sequenti* contigerit. Et quidem *Vere* elapso, annique tempestate rebus bello gerendis idonea, si quidem *promissa* irruptio in *alium* fuerit *annum* differenda. Ita anni hujus *initio* spatium supererit satis laxum *prælio*, de quo diximus, *Navali*, ut sub *Archonte* semestri *Apseude* *prælium* ipsum satis commode statui potuerit.

Porro dignum animadversione est, quod hic legimus, propterea *Perdiccam Atheniensibus* hostem esse factum, cum antea *amicus* fuisset, quod *Philippo* & *Derdæ* *κοινῆ ᾠρὴς αὐτῶν ἐναντιουμένοις Athenienses* *ἑυμαχίαν* fecissent. *Thucyd.* 1. 57. *Philippum* *Perdiccæ* fratrem agnoscit ipse *Thucydides*. *Derdas* quis fuerit, docet, nescio quo Auctore, *Scholiastes*. *Confobrimum* enim fuisse dicit *Perdiccæ* & *Philippi*, filium autem *Aridæi*. *Δέρδας, Ἀειδαίου παῖς, ἀνεψιὸς Περδικκῆς καὶ Φιλίππου*. Sic alium à *Philippo*, fratrem habuerit *Perdiccas Aridæum*. Filium autem *Amyntam*, teste *Thucydide*, habuit hic *Philippus*. *Thucyd.* 11. 95. Alium profecto ab *Amynta* quem *Archelao* successisse statuit *Syncellus*. Is enim alterius *Aridæi* filius fuisse dicitur, qui patrem habuerit etiam *Amyntam* alium, fratrem *Perdiccæ* & filium communis cum *Perdiccæ* patris *Alexandri*. Etiam *Pausaniam* exhibet ex illa *Macedonum* stirpe *Thucydides*. 1. 61. De illo ita *Scholiastes*: *Οὗτος ὁ Πουσανίας, καὶ μὲν τινὰς, ὅς τ' Ἄριδος, καὶ δὲ ἄλλος, ἀδελφός*. Ita erant incerti, de hujus seculi rebus, etiam *veteres* illi *Grammatici*, quibus sua debuit *Scholiastes*. Fieri potest ut hic idem fuerit *Pausanias* quem Nos supra *Olymp.* 95. 3. *Amyntæ* successisse diximus. Vid. *Ol.* 81. 3. Et quidem è *Civilibus* hisce *Macedonum* bellis à *Thucydide* memoratis, explicari fortasse poterunt difficiles illæ, quæ toties in Regum *Macedonicorum* occurrunt successione, vices. Erant enim in *Macedonia* plures ditiones illis ipsis temporibus de quibus agit *Thucydides*, quæ plures habuerint *seorsim* Reges. Sic enim habet: *Τῶν γὰρ Μακεδόνων εἰσὶ καὶ Λυγκιστῶν, καὶ Ἐλευμῶν, καὶ ἄλλα ἔθνη ἐπάνωθεν, ἃ ἑυμαχία μὲν ἔστι πύτοις καὶ ὑπὸ βασιλείας δ' ἔχει κατ' αὐτῶν*. 11. 99. Ab his aliam fuisse dicit *Macedoniam* ab *Alexandro* *Perdiccæ* patre possessam, *ὅτι δέλασσαν*,

PPPPPP

&



& ab *Alexandri* majoribus *Temenidis*. Innuunt nimirum plura tum possedisse *Perdiccam*, quam ab *Alexandro* patre acceperat, coronæ *Macedonicæ* obnoxia. Nempe ab his ipsis, quos diximus, Principibus erepta, quibus favebant *Athenienses*. *Inferiorem* enim *Macedoniam* fuisse docet, ἡς ὁ Περδικκας ἔρχε. Jure scilicet avito & *hereditario*. Habebat ergo alia jure *belli* quæsitâ quæ illius *belli* *occasionem* dederant, quo, partibus illi adversis, auxilia dederant *Athenienses*. Tam enim *Philippum* fratrem quam etiam *Derdam*, Regnis exuerat *Perdiccas*. Munera enim *Sitalci* promiserat *Perdiccas* pacto illo ut *Philippum* fratrem πολέμιον ὄντα μὴ κἀλαγαροὶ ὄντι βασιλείᾳ. *Thucyd.* II. 95. Regnum præterea illud *Philippi* ubinam situm fuerit, idem docet *Thucydides*. Dobero enim profectum *Sitalcem* dicit εἰς τὴν Φιλίππεω ἑστέρον ἔσαν ἀρχῶν irrupisse, & *Idomenen* occupasse vi, deinde *Gortyniam* & *Atalantam* in deditionem accepisse, in gratiam *Amyntæ*, qui aderat ipse, *Philippi* filii. II. 100. Erat nimirum illa *Macedonia superior* quam *inferiori* & *maritimæ* opponit *Thucydides*, quæ ad *Perdiccam* ab *Alexandro* & majoribus *Macedoniæ* Regibus jure *hereditario* descenderat. Hæc si vera, non à patre *Alexandro*, sed alio aliquo jure, *Philippus* hoc Regnum consecutus fuerat, quo tamen fuerit à fratre spoliatus. A *Philippo* autem ad *Amyntam* *Philippi* filium jure descendit *hereditario*. Hoc ergo jus suum vendicabat *Philippus* ipse ab *Atheniensibus* adjutus, qui tamen non diu postea defunctus est. Nam cum *Perdiccam* *Sitalces* aggredere, tum non amplius *Philippum* legimus, sed *Amyntam* ejus filium, quem adjuverit *Sitalces*. Erat illa *Sitalcis* Expeditionis *Ol.* 87. 3. *exeunte*. Hoc ergo spatio obierat *Philippus*. Paulo, ut videtur, ante illam ipsam *Sitalcis* Expeditionem. Causa enim Expeditionis erat, quod fidem fefellisset *Perdiccas* in promissis *Sitalcis*, de *Philippo* non adjuto, factis. Nihil hic de *Amynta* non adjuto *Thucydides*. Facile vel inde intelligimus, tum demum in patris jus successisse filium *Amyntam*. Idque causam fuisse verisimile cur, fratre mortuo, promissis non steterit *Perdiccas*, quod metu se ita liberatum nimis temere crediderit. Sed Regnum aliud similiter tamen à *Perdicca* possessum, vendicabat sibi *Derdas*, *Lyncestarum*, an *Elimiotarum*, non facile sane dixerim. Inde factum, ut sociâ cum *Philippo* arma junxerit. Mox tamen, ut videtur, ipse defunctus. Nam cum defecisset *Potidæa*, & bellum *Macedoniæ* inferrent *Athenienses*, non jam *Derdam*, sed *Derdæ fratres*, adjuvisse dicuntur. *Thucyd.* I. 59. Proinde hoc ipso fortassis anno excesserat è vivis ipse *Derdas*. Adhuc tamen supererant illius plures uno fratres. Mox tamen puto *binarium* numerum ad *unum* redactum. Nam cum redirent è *Macedonia* ad *Potidæam* *Athenienses*, tum *unicum* legimus, qui cum *Philippo* *Perdiccam* oppugnaret, *Pausaniam*. *Thucyd.* I. 61. Hic filius fuerit, an frater, *Derdæ*, Scholiastem dubitasse vidimus. Sed vero si filium reliquisset *Derdas*, non video cur fratres hæredes habuerit. Nam fratrum nulla mentio est superstitibus ipso *Derda*. Proinde fratrem potius fuisse crediderim, & quidem *unicum*, qui, alio mox extincto, fuerit etiamnum superstes. Si idem hic est, quem in *Macedonia* *Ol.* 95. 3. successisse diximus, tum certe, cum succederet, magna natu fuisse necesse.



cesse. Cæterum ad hæc Regna à *Perdicca* occupata retulerim sententias alias ab *Athenæo* de *annis Regni* memoratis, quas tamen ipse intellexisse non videtur *Athenæus*. Erant enim ipsæ quoque, pro *Regnorum* horum numero, plane *duæ*. Qui annos *Perdiccæ* numerabant xxviii. initium illius ab *Olymp.* 84. 3. pro nostris quidem rationibus arcessebant. Qui autem tantummodo xxi. *Perdiccæ* assignabant, eum proinde ab *Ol.* 86. 2. eesse existimabant. Nempe ante annum, in quo versamur, *biennio*. Sic fuerit hoc anno in utriusque Regni possessione *Perdiccas*, ut supponit illum fuisse *Thucydides*. Et vel inde intelligemus quam *falsæ* fuerint, de *Potidaearum* defectione, *Diodori* rationes. Tempore autem *medio* inter mortem *Alexandri* *Ol.* 81. 3. & harum *Epocharum alteram*, jure suo potiti fuerint, tam *Philippus*, quam *Verdas*, vel *Verdas*, quicumque demum is fuerit, fortasse *pater*. Conveniunt certe cum temporum rationibus accuratissime. Quis autem horum Principum prior à *Perdicca* Regno suo fuerit exutus, statuere difficile est, in tanta monumentorum, quæ id testarentur, inopia. *Philippum* fortasse *priorem* fuisse innuunt nostri Auctoris verba illa: "Ο, τι ὁ Περδικκας αὐτῷ ἑποχίδου ἐν Ἀθῆναις τε διαλάβεν ἑαυτὸν ΚΑΤ' ἈΡΧΑΣ τοῦ πολέμου πικροθυμῶν, καὶ Φιλίππου τῷ ἀδελφῶν αὐτῷ πολέμου ὄντα μὴ καταλάβει ὅτι βασιλεὺς &c. ii. 95. Ita quidem si & *Philippum*, quamprimum Regno excluderetur, foverint *Athenienses*, & per *ἀρχάς* illas prima hujus *Belli* exordia intelligantur.

Eodem quo defecit *Potidaea* anno coloniam *Letanum* in *Propontide* conditam ab *Atheniensibus* Auctor est *Diodorus* *Ol.* 86. 2. Arch. *Antiochide*.

Pppppp 2

Ann.



Ann. i. Belli Peloponnesiaci.


		Epoch. Attic.	Epoch. Laconic.
Per. Jul. 428.	Olymp.	LXXXVII. 1. 2 mens. Arch. Pythodoro.	1. Ephoro Aneſtia.
U.C. Varr. 32.		2. 9 mens. Arch. Euthydemo,	2. Ephoro Brasida,
Ante Chr. 430.		à die Julii Julian. vi.	à die Oct. Jul. xix.

Chryſidis Sacerdotiffæ *Argivæ* anno 48.

Hoc ipſo Urbis *Romanæ* anno cccxxiii. initium Belli *Peloponnesiaci* ſtatuit *Gellius* Noct. Attic. L. xvii. c. ult. Pro calculo ſcilicet *Varro-*
niano.

Initium anni i. Belli *Peloponnesiaci*, qua quidem annos ſuos per *tempeſtates* Anni ſemestres cenſet *Thucydides*, à primi menſis *Vernalis* *Munychionis* die 1^o. deducitur, *Aprilis* *Juliani* die viii^o. Qua autem ab inſidiis *Thebanorum* in *Platæam* æſtimatur, ſic à *Munychionis* ejuſdem die cœpit ultimo, *Maii* autem *Juliani* die vii^o. *Thucyd.* II. 2. Male hoc *initium* *Diodorus* ad Archontem poſtteriorem retulit *Euthydemum*. Cauſam erroris jam oſtendimus in *Apparat.* §. 17. Qua denique ab irruptione *Peloponnesiorum* in *Atticam* procedit calculus, die ſcilicet ab inſidiis in *Platæam* lxxx^o. ita *Julii* *Juliani* die inivit xxvi^o. *Hecatombæonis* autem *Attici* die xxv^o. pro *Tabulis* noſtris. *Thucyd.* II. 19. v. 20. Vid. *Apparat.* ad *Annal.* §. 12. 13. 14. 15.

II. 28. Firmant calculos noſtros egregie, quæ de hujus *Æſtatis* *Eclipsi* *Solari* legimus hoc in loco verba *Thucydidis*. Incidit *Eclipsis* illa in diem *Auguſti* *Juliani* iii^m. qui idem, pro noſtris *Tabulis*, reſpondet *Hecatombæonis* *Attici* diei ultimo in *Cyclo* *Metonico*. Idque ſenſiſſe puto *Thucydidem*, cum ait *Neomeniam* illam fuiſſe κατὰ οὐλόω. Innuit nimirum aliam fuiſſe *veram* illam κατὰ οὐλόω *Neomeniam* à *Civili* *Neomenia*, quæ in uſu erat, *Metonica*, quanquam & illa ad *Lunarium* menſium rationes exprimendas à *Metone* *Cycli* artifice fuiſſet excogitata. Idque inde vincit *Thucydides*, quod *Solis* *Eclipses* nullæ eſſe potuerint præterquam in *veris* κατὰ οὐλόω *Neomeniis*. Nempe hæc eo fine obſervavit ut oſtenderet tam *brevi* *Cycli* ſui parte, anno ſcilicet *Cycli* ſui ii^o. decurrente, erraſſe tamen à *vera* *Lunæ* *Neomenia* *Metonem*. Supponit ergo *Obſervatio* illa *Thucydidis*, ut dixi, diem illum *Auguſti* *Juliani* iii^m. non *primum* tamen numeratum fuiſſe *menſis*, quicumque demum is fuerit, *Attici*. Cæterum *plerunque* cum *veris* *Lunæ* rationibus conſenſiſſe *menſes* *Athenienſium* *Civiles*, id quoque docet etiam ipſe *Thucydides*. Id ſane indicat, cum *obſcuritatem*, qua *Platæa* occupata eſt; exinde colligit quod *menſe*, *Civili* ſcilicet, *exeunte* illa contigerit occupatio. II. 3. 4. Idem etiam exinde colligitur, quod *teſtis* ille falſi convictus fuerit, qui, *Civili* *menſe* *ineunte*, *Alcibiadem* ſe agnoviſſe profitebatur ſtatuas *Mercuriales* nocte confringentem. Nempe *menſis* *Civilis* ἐν τῷ μηνί. Ita *Plutarchus* in *Alcibiade*. Ergo ut à *vera* *Lunæ* *Neomenia*



Neomenia alia fuerit Neomenia *Civilis*, non tamen plusquam *unius diei* spatium illud fuisse verisimile est. Nec illud profitebantur Cyclorum conditores ut semper ad amissim veris *Lunæ* rationibus *Civiles* convenirent *Neomeniæ*, sed satis se officio suo satisfecisse arbitrabantur, si ad illas accederent quam proxime. Hoc nos docet *Geminus*, & nos in *Apparatu* jam monuimus § 8. Interim vel ex hoc exemplo intelligimus quam accurate convenient cum Anni *Attici* tunc recepti supputationibus *nostræ* Cycli Metonici *Tabulæ*. Aliam habet *Thucydides* Solis *Eclipsim* anno Belli VIII^o. *ineunte*, quæ in ipsam inciderit *Neomeniam*, non κατὰ σελεύων tantummodo, verumetiam *Civilem*. IV. 52. Ut proinde merito ^a *Diodorus* hoc etiam nomine *Metonis* Cyclum laudarit, quod ^a *Diodor. L. XII. Ol. 86. 4.* *Cæli* ipsius rationibus responderit. Quod tamen hoc anno *Eclipsis* in *Neomeniam* ipsam non incurreret, *Athenienses* irridet etiam ^b *Aristophanes*. ^b *Aristoph. Nuba* Ex illo constat non temere hoc observasse *Thucydidem*, cum fuerit etiam vulgo exploratum. Vid. quæ diximus *Diss. I. 13. 20.* Recte autem *Æstati* conveniet hæc, de qua agimus impræsentiarum, *Eclipsis*, quæ mense *Æstivo primo exeunte* contigit. Ita quidem si *Æstatis* nomine pars Anni *quarta* intelligatur. Sed *mediam* Anni partem *semestrem* intelligit *Thucydides*, quæ *Vernos* pariter *Æstivosque* menses complectebatur. Sic autem post *Æstatis ἀκμὴν* contigerit *Eclipsis* mensi *Æstivo quarto*, & quidem *desinenti*, assignanda.

II. 31. Φθινόπωρον τὸ δέρας memorat *Thucydides* *Æstati*que *semestri* accenset. Aliter χειμῶνι potius quam δέρας accensurus. Idem tamen, cum *Æstate* sua *semestri*, *Vernam* quoque tempestatem complectitur, proinde *Autumnus*, qua Anni partem *quartam* denotat, *semestris* suæ *Hyemis* ambitu concludit. Inde intelligimus menses ὁπωρινὸς, sive *Autumnales*, ita fuisse distributos ut non omnem tamen *Autumnus* proprie sic dictum amplecterentur. Imo ut *Rusticorum Autumnus* *Æstati* conveniat, ejusque *finem* præcedat. Nam postea meminit δέρας τὸ ἀπὸ τῶν τῶν §. 32. Convenit, quod *Æstatis*, ut jam vidimus, ἀκμὴν maturuerint *messes triticeæ* quas χειρὸν πόλῳ ἐμμέναντας dicit secuisse *Lacedæmonios*. §. 19. ἀκμὴ illa *Æstatis* ultra *Hecatombæonem* *Æstatis semestris* mensem *quartum* pertingere non potuit. Supererant ergo menses *Æstivi* duo. Sed vero *ferias messivas Julio Romano* assignabant *Romani*, *Vindemiales* autem mensi, qui *Julium* proxime excipiebat, *Augusto*. Sic, ut *initium* duntaxat *Vindemiæ feris Vindemialibus* celebrarint *Romani*, ne quidem ita ad *Æstatis finem* *Vindemia tota* pertigerit. Ita pars longe maxima *Autumni veri*, hoc tamen anno, in *Æstatem* inciderit, non in *menses Autumnales*, si saltem aliqua vel *parva* superfuerit ad *Hyemem* referenda. Conveniunt etiam, ex hac parte, cum *Thucydide* *nostræ Tabulæ*. In illis enim *terti* mensis *Attici* *Æstivi Boedromionis* dies *ultimus* cum *Octobris Juliani* primo concurrat, quo die maximam *Autumni Rustici* partem elapsam esse constat. Non me quidem fugit *Æstivo* hoc *Autumno* jam reversam esse classem *Atheniensium* quæ *Peloponnesum* circumnavigaverat, & res gesserat in *Acarmania*. Nec fugit etiam, *Atticam* etiamnum vallantibus *Lacedæmoniis*, Expeditionem illam classis *Atheniensis* esse susceptam. Sic enim docet ipse *Thucydides* §. 23.

PPPPPP 3.

Itaque.



Itaque post *Hecatombæonis* diem, quem dixi, XXI^m. Supererant inde ad finem *Æstatis semestris* dies plusquam LX. quod spatium satis amplum erat rebus in illa *circumnavigatione* gerendis. Ad *Pylum* certe, quæ pars erat hujus circuitus plusquam dimidia, Expeditionem suscepit *Cleo*, captivosque inde intra diem XX^m. duxit *Lacedæmonios*, hoc nostro eodem teste *Thucydide* L. IV. 28. 39. Et res gessit memoria dignas, nec *dierum* admodum *paucorum*. Nec tamen partem *dierum tertiam* gestis à se rebus infumit. Restabant partes præterea *duæ* Expeditioni *longinquiori*, & rebus in *Acarmania* gerendis satis amplæ, ut ante finem *Æstatis Megarensi* Expeditioni interessent. Ita non incommode *Autumnnum* illum *Æstivum* ad *Septembrem Julianum* retulimus, qui fere omnis cum *Boedromione* concurrebat mense *semestris* *Æstatis ultimo*, ut è nostris *Tabulis* apparet.

II. 32. Θέρσι τῆς αὐτῆς de fine *Septembris Juliani Boedromionisque Attici* intelligendum. Erat enim, ut dixi, *Boedromion* *Æstatis semestris* mensis *ultimus*. Addit autem similes fuisse *Atheniensium* in agrum *Megarensis* Expeditiones κατὰ ἔτος ἕκαστον dum expugnaretur navale *Megarensium Nisæa*, quod factum anno hujus Belli VIII^o. Vid. L. IV. 69.

II. 33. *Hyemis* initium *Octob. Jul. II.* constituimus. Nempe quia diem illum I^m. *Mamaëterionis* repræsentant *Tabulæ* nostræ, qui primus erat mensis *Hyemis Thucydideæ* semestris. Hæc tempestas est rebus *Bello* gerendis adversissima, de qua proinde paucissima *Thucydides*. Hac autem tempestate restitutus est tyrannidi *Astacæ Euarchus Acarnan* post classis *Atticæ*, quæ illum inde fugaverat, discessum. Proinde non absurde *fugam* illius ad mensem *Æstatis ultimum ineuntem*, vel penultimum *desinentem* retulerimus.

Ann. II. Belli Peloponnesiaci.

	Epoch. <i>Attic.</i>	Epoch. <i>Laconic.</i>
Per <i>Jul.</i> 248 $\frac{4}{5}$.	Olymp. LXXXVII. 2. mens. 3.	Arch. <i>Euthydemo.</i> 1. Ephoro <i>Brasida.</i>
U.C. <i>Varr.</i> 32 $\frac{4}{5}$.		3. mens. 9. Arch. <i>Apolloodoro.</i> 2. Eph. <i>Isanore.</i>
Ant. <i>Chr.</i> 4 $\frac{30}{39}$.		à die <i>Junii Juliani</i> xxv. à die <i>Oct. Jul.</i> VIII.

Chrysidis Sacerdotissæ *Argivæ* anno 49.

II. 47. Τὸ δὲ δὲπος εὐδὸς ἀρχομένη. *Hunc* annum Belli, & *deinceps*, non à mensis primi *Verni exitu*, ut *priorem*; sed ab illius mensis *initio*, inchoat *Thucydides*. Non me quidem fugit, simili forma usum in designando anni superioris *initio*, ἀμα δὲ ἀρχομένη, quæ tamen ibi mensis *finem*, non *principium* indicabat. Hoc tamen proinde fecit, quod res gestæ illius anni ab occupata *Plataea*, quæ mense *desinente* occupata est, inciperent. *Sequentium* autem annorum *exordia* ab *hyemis fine*, & à mensis adeo primi *Vernalis exordio*, deducit. Illum enim annum, quo *præibant* *semestres* *Æstates*, sequebantur autem *Hyemes*, ipsæ quoque similiter



similiter semestres, pro norma Annalium nostro fuisse in *Apparatu* jam ostendimus. *Astati* autem non aliud certe *initium* rectius assignabitur quam, quod modo diximus, *primi* mensis Vernalis *ineuntis*. Is erat, hoc anno, *Munychion Atticus*, qui inibat *Martii Juliani* die xxviii. anno *Varroniano* 324. pro nostris *Tabulis*. Res autem hac tempestate gestæ ita se habebant: *Peloponnesii* cum fociis *Atticam* secunda vice populantur. Et quidem eodem, quo antea, duce Rege *Lacedæmoniarum Archidamo*. Sequitur *Pestis*, ὄντων αὐτῶν ἐ πολλὰς πῶν ἡμέρας ἐν τῇ Ἀττικῇ. Primum in *Piræeo*, tum in *Urbe* etiam *superiori*. II. 48. Anno alioqui *salubri*. II. 49. Ἐσβεθληκότων ἤδη Πελοποννησίων, ἢ νόσῳ ἤρξατο εὐδύς. II. 54. Hucusque *Peloponnesii* in *πεδίῳ*. Postea ad *παραλὸν γῆν* migrant. II. 55. Antea tamen *Pericles* cum centum navium classe in *Peloponnesum* solvit, cum *Cibiis* etiam atque *Lesbiis*. Cum discederet classis *Attica*, Πελοποννησίους κατέλιπον τῆς Ἀττικῆς ἐν τῇ ᾠθάλιᾳ. *Athenienses* oras *Epidauri* vastant, & *Haliensem* & *Hermionensem*. Inde *Prasias* ipsius *Laconicæ*. Tum demum revertuntur, reversis jam ex *Attica Peloponnesiis*. II. 56. Nempe morbi metu, qui *Urbe* pariter ac classe *Atheniensium* grassatus est. Erant *Peloponnesii* in *Attica* πλείστον χρόνον. Nempe præ *superioris* anni incursione, quæ proinde non fuerit ita *diutina*. Mora erat *dierum* πενταράκοντα μάλιστα. Ergo *superiori* anno *brevior*. Ita fiet ut mense *Attico Thargelione* μεσῶνι, & *Maiō* proinde *Juliano* non admodum affecto, redierint *Peloponnesii*. II. 57. Nec multo post domum ἐ *Peloponneso* redierint *Athenienses*, qui reversi *Peloponnesios* in *Attica* non repererint. II. 56. Hæc ergo omnia *priori* hujus anni parte gesta, & sub *priori*, ut videatur, *Archonte*.

II. 58. Τῷ αὐτῷ χρόνῳ, eodem, quo usus fuerat *Pericles*, exercitu *Agnon* & *Cleopompus* in *Chalcidenses*, & *Potidæam*, jam antea obsessam, Expeditionem suscipiunt. Sed erumpente in castris morbo discedere coacti sunt, amissis xl. *dierum* spatio, ἐν πενταράκοντα μάλιστα ἡμέραις, ex morbo militibus 1050. Non aderat *Potidææ* cum suis *Phormio*. Sed qui aderat *Agnon* obsessores *pestis* contagione afflavit. Inde ratio cur discesserit. Hæc etiam, ut videtur, ante finem *Scirophorionis*, sub anni superioris *Archonte*, ante *Junii Juliani diem* xxv^m. Duo enim hi *dierum quadragenarii* in unam summam collati *dies* conficiunt tantummodo lxxx. Deerunt ergo dies nonnulli ad *Ver trimestre* absolvendum necessarii, qui concedi poterunt *mora* inter *reditum* classis *Atticæ* ἐ *Peloponneso* novamque illam *Expeditionem*. Ita certe fuisse necesse est nisi *major* illa fuerit *mora*, quam necesse erat, qualem fuisse nihil video in *Historia* quod suadeat.

II. 59. Μετὰ τὴν δευτέραν ἐσβολὴν ἤδη Πελοποννησίων, *Legationes* ad *Lacedæmonios* de *Pace* irritæ. Tum *Oratio Periclis* ad cives suos in se irritatos. Multa pecuniaria ab illis punitus ita demum illorum iram lenivit. Hæc etiam, ut puto, *priori* hujus anni parte. Ἐτι δ' ἐστρατήγει. Innuit, ni fallor, *superioris* anni ab *Hecatombæone* jam decurrentis *στρατηγίαν* nondum elapsam. Addit postea: Ὑστερον δ' αὖτις ἐ πολλῶν στρατηγῶν εἰλοντο. II. 65. In annum nempe *sequentem*, qui *posteriori* hujus anni parte inibat. Crediderim ergo *legationes* illas ad *Lacedæmonios* fuisse in agro *Attico*, non
autem



autem in *Sparta*. Si ita, ante Expeditionem *Periclis* in *Peloponnesios*. Nam reverfus illos *discessisse* comperit.

II. 66. Τὴ αὐτῆ δέρας, Expeditio *Lacedaemoniorum*, duce *Cnemo*, in *Zacynthum*. Post *reditum* certe sui ab *Attica* exercitus *pedestris*. *Maior* fortasse *exeunte*, & mense *Attico* vel *Thargelione* *exeunte*, vel *ineunte* *Scirophorione*. *Rediisse* autem puto à *Zacyntho* anno *Attico* novo, & novo etiam *Archonte*. Proinde hujus anni parte *posteriori*. Inde proxima mentio jam *desinentis*.

II. 67. Ol. 87. 3. Τὴ αὐτῆ δέρας τελευτῶν, legati *Lacedaemoniorum* per *Thraciam Asiam* petentes cum *Aristeo* etiam *Corinthio*, à *Sitalce* *Thraciae* Rege, opera *Sadoci* filii (qui civis *Atheniensis* factus fuerat) capti, traditique *Atheniensibus*, atque interfecti. *Aestatis semestris* pariter atque *trimestris* finis die ultimo mensis *Attici Boedromionis*, qui idem (pro nostris *Tabulis*) *Septembris* erit *Juliani* dies *xxi^{us}*. Itaque paulo ante diem illum illa contigisse necesse erat. Horum legatorum captorum meminit etiam *Herodotus*, quem proinde post hæc tempora scripsisse vel inde vincitur.

Κατὰ τὴς αὐτῆς χεῖρας, ἢ δέρας τελευτῶν, *Ambraciotarum* Expeditio in *Argos Amphilochicum*, ejusque expugnatio. Tum dedunt se *Atheniensibus Acarnanes*. Missus ergo *Athenis Phocion*, *Ambraciotis* sub hasta venditis, urbem dat *Acarnanibus* & *Amphilochis* incolendam. Frustra rursus oppugnatur ab *Ambraciotis*. Τοσαῦτα μὲν ἐν τῆ δέρας ἐξήρητο. II. 68. Proinde ante diem *Boedromionis Attici* ultimum, *Septembris* autem *Juliani* *xxi^m*. qui dies erat ultimus *Aestatis Thucydideæ*.

II. 69. Τὴ ἀπρυγνοῦδος χειμῶν, *Phormio* cum *xx*. navium classe circa *Peloponnesum* missus *Naupactum* custodit, ut *Corinthios* finis *Crissæi* exitu prohiberet. Simul missæ in *Cariam Lyciamque* naves aliæ sex, duce *Melesandro*, ut pecunias exigeret, & maria illa prædonibus *Peloponnesus* liberaret. Victus ille tamen, & occisus. Forma illa, ἀπρυγνοῦδος *hyemis*, ni fallor, *initium* designat. Sic enim vocem superius *Olymp. 75. ½*. usurpasse observavimus *Herodotum*. Dubium tamen an de *Hyeme trimestri* loquatur Auctor, an *semestri*. Si quidem *Hyemem trimestrem* intellexerit; ita hoc anno (qui *Embolimus* erat) post *Posideonis* primi finem illa contigerint, *Decembris* nimirum *Juliani* diem *xviii^m*. anni *U. C. Varr. 324ⁱ*. Et sæpe quidem, fateor, *Autumnnum* ille ab *Hyeme trimestri* distinguit, cum de rebus agit *priori Hyemis semestris parte* gestis. Non tamen *semper*. Hic autem ne ita illum fecisse suspicemur, facit incommoda *maritimis* rebus anni tempestas, cum esset *Maleæ* Promontorium naufragiis infame circumnavigandum. Quare potius existimo *Hyemis semestris initio*, quod idem erat *initium Autumnni*, hæc esse tribuenda, mensi scilicet *Attico Mæmacterioni*, post *Septembris Juliani* diem quem dixi *xxi^m*.

II. 70. Τὴ αὐτῆ χειμῶν, *Potidæa* dedita *Atheniensibus*, & colonia nova eo deducta. Certe post superiora *Hyemis initio* gesta. Imo *hyeme* etiam *semestri* admodum affecta, ut opinor. Coactos enim Auctor ad deditionem illam conditionibus satis commodis accipiendam testatur *Athenienses* propter *πυλαγῶν* exercitus ἐν χωρίῳ χειμεινῶ. Additque in fine:



fine: Τούτου μὲν ἐν τῷ χειμῶνι ἐγένετο. Ultima proinde anni quadrante quæ *Antheſterionis Attici* die ultimo terminabatur, *Martii autem Juliani* xvi^o. anno *Varroniano Juliano* novo 325. Menſes autem *Hyemales* hoc anno, qui *Intercalaris* erat, etiam *Poſideonem ſecundum* intercalarem complectebantur. Hyemem intelligo *trimeſtrem*. Sic menſes hujus anni *Hyemales Poſideon* fuerint *ſecundus Gamelion* atque *Antheſterion*. Proinde ad *ſequentis* anni rationes accedet *Elaphebolion*. Ita certe cenſere *Thucydidem* ^a infra oſtendemus. Cauſa eſſe potuit, quod annum ille à ^{a Ad ann. Bel. Pel.} *Vere* incipit, in *Hyeme* autem concludit. *Medium* ergo menſem pro *Intercalari* habuit qui Hyemem *exactam* proxime ſequebatur, & *ſequenti* potius anno, quam *præcedenti* accenſuit. Sic enim neceſſe erat ſi, qui, ſuperiori anno *expleto* ſequebatur menſis, is fuerit ſuperioris anni rationibus *excludendus*. Non tamen illum propterea neſciſſe crediderim quis fuerit menſis pro illius, qui *Cyclum* condiderat, *mente* revera *Intercalaris*. Erat autem plane *arbitrarium* ut quo loco annum concludebant, eum, qui *proxime* ſequebatur, menſem pro *inſtituto* haberent. Nec *alieno*, à conditoris mente, *conſilio*. Propterea enim *Cycli* vetuſtiſſimi conditor poſt *Poſideonem* intercalabat, quod *Civilis* anni ultimus *tum* numeratus fuerit *Poſideon*. Sed *aliud* jam *Civilis* anni *initium* erat ab *Hecatombæone*, cum ſcriberet *Thucydides*. Et tamen aliud ſibi conſtituit Auctor noſter à *Vere*. Menſem ergo ante *Vernam* tempeſtatem *proximum* in anno *Intercalari*, quocunq; nomine appellaretur, pro *Intercalari* habendum cenſuit. Fieri que poteſt, ut hoc etiam publico aliquo *Civitatis* exemplo, quod neſcimus, fecerit, cum novum annum exordiretur ab *Hecatombæone*. Hoc ſi verum, ſic fuerit in annis *Intercalaribus* primus anni menſis *Sciophorion*. Hoc autem verumne fuerit ſagacioribus expendendum relinquo.

Ann. III. Belli Peloponnesiaci.

	Epoch. Attic.	Epoch. Laconic.
Per. Jul. 428 ½.	LXXXVII. ¾. 3. menſ. 4.	Arch. Apollodoro. 1. Eph. Ijanore.
U.C. Varr. 32 ¾.	4. menſ. 9.	Arch. Anninia, 2. Eph. Soſtratida
Ant. Ch. 42 ¾.	vel Epaminonda, vel Epaminone.	à die Oct. Jul. VIII.
		à die Julii Juliani XII.

Chryſidis Sacerdotiſſæ *Argivæ* anno 50.

II. 71. Τῆ ἐπιγυροῦς δέρας, nulla *Peloponneſiorum* in *Atticam* Expediſio. Erat tamen in *Platæam*, duce *Archidamo*. Eam vallo duplici cingunt. *Æſtas Thucydidea*, ſeu prior potius pars illius *Vernalis*, hoc anno, qui menſem *Embolimum* ſequebatur, non à *Munychione* cœpit, ſed ab *Elaphebolione*, cujus *Novilunium* dies erat *Martii Juliani* xvii. anni U. C. *Varroniani* 325. Sed *Vere* hoc, etiam *quadrimeſtri*, admodum affecto, *Platæam* venerunt *Peloponneſii*. Et tamen *Æſtatis* ſemelſtris *priori* parte deſignavit ἐπιγυροῦς δέρας nomine *Thucydides*.

Q99999



dides. Hoc ita colligimus; Pauci dies *Plataensibus* concessi *induciarum*, mittendis ad *Athenienses* de Pace legatis. Accesserunt postea *dies* aliquot in Urbe oppugnanda frustra absumti antea quam ad Urbem *circumvallandum* se accingerent. Hæc tamen omnia ante diem *Scirophorionis Attici* xxiv^m. *Julii* autem *Juliani* diem vi^m. ut mox probabimus. Proinde mense *Scirophorione* *ineunte*, & mense, ut videtur, *Juliano* *Junio* *Plataeam* *Peloponnesii* aggressi sunt.

II. 78. Περὶ Ἀρκτῶν ἑπιτολὰς, relicto valli *præsidio*, rediere *Peloponnesii*. Post diem *Septembris* *Juliani* xiii. cui *ἑπιτολὰς* illas tribuebant *Romana* *Kalendaria*. Proinde post diem *Boedromionis Attici* iv^m. ut è nostris constat *Tabulis*. In *vallo* laborarunt *ἡμέρας ἑξομῆκοντα καὶ νόκτους ἑνωχῶς*. II. 75. Ita *Plataeam* vallare cœperint *Julii* *Juliani* die vi^o. qui idem erat *Scirophorionis Attici* dies xxiv^{us}. Hæc certe *vera*, vel *veris proxima*, quibus contenti esse debemus in rebus à memoria nostra adeo remotis. Mirum autem quod *Arcturi* ortum *Octobri* tribuat *Thucydides* in locum *Scholias*. Nisi forte *Græcum* fefellerit mos *Romanus* numerandi *Kalendas Octobris* retrorsum in mense *Septembri*. xv. Kal. *Octob.* assignat *Columella* xi. 2. diei scilicet *Septembris* xvii^o. Biduo *maturiore* ortum eundem censuere fratres *Quintilii* apud *Constantinum* in *Geoponicis* L. 1. Ut nempe fuerit *Septembris* die xv^o. Commisit accuratius *Galenus*; qui siderum ortus occasusque *Hippocrateos* cum forma commisit *Juliana*. Ut enim *Æquinoctium*, pro sententia apud *Romanos* receptissima, in viii. *Kalendas Octobres* confert; sic etiam *Arcturi* ortum in diem ante *Æquinoctium* xii^m. Hic non alius est quam *dies* à nobis designatus *Septembris* *Juliani* xiii^{us}. *Plinius* ad diem retulit ante *Æquinoctium* xi^m. Nec tamen pugnat, ut opinor. *Vegetius* post *Idus Septembres* ponit, diem nimirum, si *Æquinoctii* dies ipse numeretur, xii^m; sin minus, xi^m. Sic enim formulis illis, *post diem*, & *ante diem*, diem ipsum *Veteres*, de quo loquuntur, intelligunt. Hic certe, quo minus aliter *Vegetium* intelligamus, vetat prædictus testis uterque, tam *Plinius* quam etiam *Galenus*. Sic facile invicem conciliabuntur omnes, alioqui pugnaturo. Nec est profecto cur dubitemus, quin diem certum in *Parapegmate Attico* designarit *Arcturi* ortu *Thucydides*. Pro eodem scilicet exemplo quo dies in re *Medica* insignes non *mobilibus* mensium *Lunarium Civilium* diebus, sed *notis* potius *Parapegmaticis* designavit similiter *Hippocrates*. Hanc autem *notam Parapegmaticam* optime, ni fallor, intelligemus è loco illo quem postea obtinebat ortus *Arcturi* in *Parapegmate Solari Juliano*. Tum scilicet cum ad formam anni *Juliani* exigerentur aliarum gentium quæcunque *Parapegmata*, ut docet *Plinius*. Monet enim, siquæ fuissent in hypothefibus diversis *Parapegmatum*, observata *discrimina*. Id cum non monuerit hac in causa *Plinius*, innuit profecto in hoc ortu *discrimen* plane *nullum*. Et quidem ita *notas* in *Hippocrate Parapegmaticas* intellexit etiam *Galenus*. Reditus ergo *Archonte* fuerit *Aminia*.

II. 79. Τὸ αὐτὸ δέρας, καὶ ἅμα τῇ τῷ Πλαταίων ἐπιτολῇ, *Athenienses* bellum inferunt *Chalcidensibus* *Thraciæ* & *Botticæis*, duce *Xenophonte Euripidis* filio. *Chalcidenses* *Thraciæ* opponit Auctor *Chalcidensibus* *Eubææ*.



Eubœæ. Victi tamen fugatique ad *Spartolum* urbem *Botticam*, inde *Potidæam* sese receperunt *Athenienses*. Notanda hic verba: Ἀκμάζουσι τῆ σιτῆ, & Σίτον δ' ἐφόρειον. *Feria messivæ Romanis* mense *Julio* Juliano agi solebant, & quidem *affectō*. Proinde *Vere exeunte*, & *meunte* mense *Hecatombæone*, novoque *Archonte Aminia*, *Olymp.* 87. 4. Tumque aderant *Platææ Peloponnesii*.

11. 80. Τῆ αὐτῆ δέρας, ἔ πολλῶ ὕστερον τέτων, *Ambraciotarum & Chaonum* Expeditio in *Acarνανiam*, faventibus *Lacedæmoniis*, duce *Cnemo*. *Peloponnesii* *Limnæam* villam moenibus nudam diripiunt. Tum *Stratum* veniunt urbem *Acarνανiæ* maximam. Fusi à *Stratiis Chaones*. Πῆρ τῆς αὐτῆς ἡμέρας τ' ἐν Στρατῶ μάχης, 11. 83. victi ad *Naupactum* cum classe navium XLVII. *Peloponnesii* ab *Atheniensibus*, duce *Phormione*, cum navēs xx. tantummodo haberet ipse *Phormio*. *Tropæum* in Promontorio *Rhio*, *Molycrico* scilicet, non *Achaico*. Tum discedunt *Athenienses* ad *Naupactum*, *Cnemus* ad *Cyllenen*, καὶ πῶ ἐν Στρατῶ μάχης. 11. 84. Tum prælium navale secundum ejusdem *Phormionis* cum *Peloponnesiis*. Ἐπὶ αὐτῆ ἐξ ἡ ἑπτά ἡμέρας ἀνδράρηνται ἀλλήλοις. 11. 86. Post prælium utrique *tropæa* statuunt, sed *victoria* tandem *Atheniensium*. Postea veniunt novæ *Atheniensium* naves obiter in *Sicilia* moratæ, ἔ πολλῶ ὕστερον discessu *Peloponnesiorum*. Denique subjungit ; καὶ τὸ δέρας ἐτελεύτα. 11. 92. Hæc omnia gesta crediderim limitibus *Æstatis* proprie sic dictæ, nempe *semestris*. Initio non multo post obsidionem *Platææ*, quam cum *Vere exeunte* susceptam probaverimus, proinde hæc obsidionem secuta *Hecatombæone* antiquiora esse vix poterant; qui die *Julii* *Juliani* XIII^o. cœperit pro nostris *Tabulis*, qui dies proinde fuerit *Æstatis* trimestris primus. Finis item ante *Æstatis* *Thucydideæ* semestris finem qui idem finis erat *Æstatis* etiam trimestris. Proinde ante diem *Boedromionis Attici* ultimum, qui idem dies erat *Octobris Juliani* VIII^{us}. Mense ergo, ut videtur, præcipue *Septembri*.

Ad hoc etiam intervallum *Periclis* mortem referendam arbitror; quam tamen Auctor *superiori* anno narravit. *Archonte* certe *Aminia* extinctum non modo *Athenæus* agnovit v. 13. sed alii quique qui *Archontis Pericli* fatalis meminerint. Proinde anni hujus parte *posteriori* decessisse necesse est. Addit noster *Thucydides* quousque vixerit ab initio hujus, in quo versamur, *Belli*: Ἐπέσω δὲ δύο ἔτη, καὶ ἐξ μῶνας. 11. 65. Hoc unum difficile est, à quo *initio* *Thucydides* hoc loco supputarit, cum *tria* invicem diversa ejusdem *initia* à *Thucydide* posita ostenderimus in *Apparatu*. Primum à *Veris exordio* processit, quod primo *Belli* anno *trimestre* erat, cœpitque à *Munychione*; hoc autem qui *Embolimæum* proxime sequebatur, *quadrimestre*, ab *Elaphebolione* proinde arcessendum. Sic ergo VI^{us}. hujus anni mensis *Atticus* erit *Metageitnion*, quo proinde *Pericles* decesserit. Secundum *initium* erat à re gesta ad *Platæam* mensis *Munychionis* die ultimo, à quo VI^{us}. mensis in *Kalendario Attico* numeratur *Mamactæron*. Tertium à *Lacedæmoniorum* impressione in *Atticam*, à quo VI^{us}. mensis erat *Gamelion*. Nam *Hecatombæone* illam fuisse probavimus. Ergo *primum initium* hoc loco *Thucydidi* ob oculos fuisse arbitror. *Diem* autem *sexti* mensis nullum de-

Q99999 2

signavit



signavit *Thucydides*, ne sit proinde à nobis expectandus. Menses *Julianos*, qui his tribus mensibus responderint, facile Lector è nostris *Tabulis* intelliget.

11. 93. Πείν ἀγλῶσαι τὸ ἐς Χερσονήσον τε καὶ τὸ Κερασίων κώληπον, & ἀρχομένῃ τῷ χειμῶνι, consilium *Peloponnesiorum* in portum *Atheniensem Piræum*, sed irritum, & nullo plane successu, metu periculi in *Salaminem* insulam conversis, mox tamen inde fugatis, cum rem sensissent *Athenienses*. Mense scilicet *Attico Mamesterione*, qui ab *Octobris Juliani* die inibat 1x. Proinde *Octobri* ineunte hæc contigisse verisimillimum est.

11. 95. Ἰπὸ τῶν αὐτῶν χρόνῳ, τῷ χειμῶνι ἀρχομένῃ, Expeditio *Sitalcis Thraciæ* Regis in *Perdiccam* Regem *Macedoniæ*. Cum *Macedonia* etiam *Chalcidicum* agrum *Botticumque* vastavit, diebus in universum xxx, quorum viii. in *Chalcidensibus* moratus. Tunc ipse se, auctore *Seuthe*, domum recepit, propter χειμῶνι ταλαιπωρίας. 11. 101. Exordium hujus Expeditionis mense *Attico Mamesterione*, qui ab *Octobris Juliani* die cœpit 1x. Finis *Attico Pyanepstone*, qui inibat *Novembris Juliani* die viii. Tempestas est *hibernæ* aeris inclementiæ fatis obnoxia.

11. 102. Τῷ αὐτῷ χειμῶνι, ἐπιδὴ τὸ τῷ Πελοποννησίων ναυτικῶν διεκλιθῆναι, *Athenienses* duce *Phormione*, maritimam oram legentes, *Astacum* primum, tum (exscensu facto) *mediterranea Acarnaniæ* invadunt. Non autem licuit *Oeniadis*, qui soli *Acarnanum* perpetui fuerant *Atheniensium* hostes, χειμῶνι ὄντι, bellum inferre. Nempe propter *hibernas Acheloi* inundationes. Discessus *Peloponnesiorum* cœpta jam *Hyeme*, ut supra vidimus. *Mamesterione* scilicet *Attico*, & *Octobri Juliano* affectis. Finis autem hujus Expeditionis *Hyeme* fuerit ad exitum jam vergente. *Naupaçti* enim quod reliquum erat *Hyemis* exegerunt *Athenienses*, nec *Athenas* sese ante *Veris* sequentis initium receperunt. Inde fortasse non absurde colligemus, jam elapsam esse *navigandi* tempestatem, cum ex *Acarnania Naupaçtum* redirent *Athenienses*, si quidem *σπαρτηρία* annua elapsa primam quamque *Athenas* redeundi captarint opportunitatem. Sic erunt hæc ad annum *Julianum* sequentem U. C. 326. referenda. Et *brevis* adeo fuerit illorum in *Naupaçto* mora, interque *Mare Clausum* proximique *Veris* initium concludenda. Imo *Veris* initio fortasse *propior*. Non tamen poterat ita vel postremis mensis *Elaphebolionis Dionysii* interesse *Phormio* ut *σπονδὰς* præstaret *νενομισμένας* de felici è *Provincia* *reditu*, quarum supra *Plutarchum* meminisse vidimus in *Cimone*. *Veris* sequentis initium idem cum initio *Munychionis Attici*, cujus dies *primus* idem erat *Aprilis Juliani* vus. Itaque cœpto *Januario Juliano* illos sese in portum *Naupaçtiacum* recepisse verisimillimum est.

Ann.



Ann. IV. Belli Peloponnesiaci.

Epoch. Attic.

Per. Jul. 428 $\frac{6}{7}$.
U.C. Varr. 32 $\frac{6}{7}$.
Ant. Chr. 42 $\frac{8}{7}$.

Olymp.

$\frac{87}{88}$. 4.
LXXXVII. 4. mens 3. Arch. Aminia.
LXXXVIII. I. m. 9. Arch. Diotimo.
à die Julii Juliani II°.

Epoch. Laconic.

1. Eph. Sostratida.
2. Eph. Exarcho.
à die Sept. Jul. XXVII.

Chrysidis Sacerdotissæ Argivæ anno 51.

II. 103. Ἄμα ἦρι κατέπλευσας ἐς τὰς Ἀθῶνας Phormio cum suis Atheniensibus à Naupacto, rebus tamen superiori anno gestis in Acarnania. Hoc nempe anno illius reditus, post initium Munychionis Attici. Proinde post Aprilis Juliani diem v^m.

III. 87. Πέστis ab initio ad hujus anni initium anni δ'ο. Tum ἀγκυχί, five induciæ. Hoc enim significat vox à re militari desumpta. Pacem enim ab ea nullam fuisse indicant Auctoris verba ibidem: ἐκλιπέσα μὲν ἔδνα χερόνον παντάπασι. Cœperint ergo induciæ illæ ab hujus anni Vere quo biennium peptis absolverit.

III. I. ἐπιγυγνομένη δέπυς, ἀμα τῷ ὄρω ἀκμῆζοῖσι, Peloponnesii, duce Archidamo, Atticam prædantur. Serius proinde quam solebant. Æstatis nimirum semestris ea parte quæ in trimestrem, proprieque sic dictam, incidit. Tum enim erat messis triticeæ maturitas, quæ Æstatis ἀκμῆ est, & ὄρω ἐβόλη alibi opponitur à Thucydide, quæ Æstatis erat ineuntis & semiplenæ, cum primo fruges extra terram extarent. Hoc enim sine in Atticam irruerant ut messis spem Atheniensibus præciderent. Nec diutius morati sunt quam suppeteret commeatus quem ipsi domo secum attulerant, quæ certe mora admodum magna esse vix potuit. Vel inde colligitur frugum eam maturitatem nondum fuisse quæ illas usibus humanis idoneas præstitit. Alioqui suis absumptis licuisset exercitum suum terræ Atticæ proventibus sustentare, ut diutius in terra Attica morarentur. Maturitatem illam Julio exeunte fuisse jam ostendimus, Hecatombæone scilicet exeunte, qui hoc anno cœpit Julii Juliani die II°. Proinde Olymp. 88. I. Archonte Diotimo. Ita nempe, si annum Olympiadicum ab eodem initio arcessamus, quo annum Atticum, à mense scilicet Lunari Civili ineunte. Quod sane necessarium videtur ad annos Atticos Civiles cum annis Olympiadum Civilibus committendos. Nec enim alioqui me fugit, Olympiades non à Noviluniis, sed à Pleniluniis, inire solitas; mediisque adeo mensium Lunarium Civilium. Sed longe abfuisse à plena maturitate fruges exinde colligitur, quod nec adhuc allatarum è Peloponneso usum suppleverint; & quod secunda demum hujus ejusdem anni Expeditione fruges maturas repererint; & quod serior sit apud Thucydidem eorum, quæ hoc anno acta sunt, Olympiorum mentio. Proinde merito dubitandum esse censeo verumne sit

Q99999 3

quod



quod in editi *Thucydidis* margine reposueram. Jamque eo potius propendeo, ut prior hæc, de qua jam agimus, Expeditio ad annum potius *Olympicum* priorem fuerit referenda. Ol. 87. 4. *exeuntem*. Imo ita rem fuisse sequentia, ni fallor, ostendunt. Sic *Julii* II^m. præcesserint.

III. 2. Μὲτὰ τὴν ἐξβολὴν τῶν Πελοποννησίων, εὐδὺς, *Lesbii*, *excepta Methymna*, deficiunt ab *Atheniensibus*. Mox ab *Atheniensibus* oppugnati. *Antea* nimirum quam legati *Lacedæmoniorum* & *Thebanorum* ἀγαποσάλευτες τῆς ἀποστάσεως, ante defectionem missi *Mitylenen* appellerent. III. 5. Inde intelligimus inter defectionem oppugnationemque moram fuisse brevissimam. Incertum autem est duorum sensuum utrum maluerit *Thucydides*: Num scilicet tantummodo post adventum *Peloponnesiorum* in terram *Atticam*, an item post eorundem discesum, illa contigerint. Hanc porro defectionem ait *Atheniensibus* indicasse hospites *Atheniensium Mitylenæos*. Tum missi nuncii qui suaderent *Pacem*, & ne *Belli* apparatus illi procederent. Illi, cum nihil proficerent, tandem de opprimendis in *Apollinis Maloentis* festo, qui extra Urbem coli solebat, *Mitylenæis* consilium capiunt *Athenienses*; missæque, quæ id efficerent, naves *Atticæ* quadraginta. Sed moniti à proditore quodam, tertio à consilio capto die, *Mitylenæi* antea quam appellerent naves *Athenienses*. Tum ad apertam vim converfi *Athenienses* vincunt *Mitylenæos*. Victi suis viribus non fidentes, simul ad *Athenas* de *Pace*, simulque clam ad *Spartam* de auxiliis, nuncios mittunt. His Auctores erant *Lacedæmonii* Ὀλυμπιάζει παρεῖναι, ut cæteri quoque *Socii* illis auditis consultarent, *Ludorum* scilicet occasione in unum coacti. Ἦν δὲ (inquit) Ὀλυμπιάς ἡ Δαρκεδὸς ῥέδιον τὸ δεύτερον ἔνικα. III. 8. Hæc certissima nota est hujus, in quo versamur, anni. Itemque nota prædicta omnia ad priorem anni partem, quæ *Julii* *Juliani* diem II^m. præcessit, esse referenda.

III. 7. Κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον τῷ θέρει τότε, *Athenienses* classem navium xxx. duce *Phormionis* filio *Asopio*, mittunt rogatu *Acarnanum*. Is oram *Laconicæ* maritimam prædatus, reliquis domum remissis, cum XII navibus solis *Naupactum* venit. *Oeniadas* oppugnat, sed frustra. Tandem ad *Nericum* victus occumbit *Asopius*. Tempus è prædictis manifestum est. Vere scilicet affecto necdum tamen cœpta *Æstate semestri*, vel cœpta tantummodo.

III. 8. *Olymp.* 88. 1. Ἦν δὲ Ὀλυμπιάς &c. Dies *Ludorum Olympiorum* I^{us}. idem mensis *Olympici* erat XI^{us}. Hoc ergo anno, qui cœpit *Jul. Juliani* die 2. I^{us}. proinde *Ludorum dies* fuerit *Jul.* 13. *Julian.* Μὲτὰ τὴν ἐξορτὴν *Oratio* legatorum *Mitylenæorum* ad *Peloponnesios* de auxilio. Κέλεις *Olympiorum* die mensis *Olympici* XVI. Proinde *Oratio* non ante diem sequentem mensis *Olympici* XVII. à *Ludorum initio* VI^m. Nempe *Julii Juliani* 12. Hoc certe die, vel præcedenti, si & *Ludis elapsis*, & tamen antea quam redirent *Ludorum* spectatores. Hinc ergo corrigenda calculi vitia in margine *Thucydidis*.

III. 15. Tum secunda in *Atticam* Expeditio pedestris pariter navalisque decreta, conveniuntque in *Isthmum* primi omnium *Lacedæmonii*, focis sequi iussis. Spe nempe illa freti absumptos peste pariter ac *Bello Athenienses* tuendæ patriæ minime suffecturos. Non eo tamen, quem sperabant,



sperabant, evētu, *sociis*, Belli tædio, lente convenientibus, & in καρπῷ ξυγκομιδῆν occupatis. III. 15. Repererunt etiam *Peloponnesiū* paratiores, quam è *Lesbiorum* fide speraverant, *Athenienses*. Κατὰ ξυγκομιδῆν, post messē cuius feriæ *Romani* erant *Julii* exeuntis, *Romani* proinde fuerit *Augusti*. Præsertim *vindemiæ*, cuius ferias *Augusto* suo celebrabant etiam *Romani*. *Attici* autem mensis *Metageitnionis* qui cum *Augusto Romano* inibat pro *Tabulis* nostris. Eodem tempore *Peloponnesum* classē prædantur *Athenienses*. Fecit hoc ut redirent *Peloponnesii*, quibus reversis ipsi quoque redeunt *Athenienses*.

III. 17. Κατὰ τὸ χεῖρον πῶτον ὃν αἱ νῆες ἐπλεον, bellum gerunt *Athenienses* navibus ccl. III. 17. Ita *thesauros* initio Belli locupletissimos absumunt. Loquitur, ut puto, de classē quæ *Peloponnesum* prædabatur eo consilio ut ex *Atticæ* finibus *Peloponnesios* elicerent. *Tempus* jam designatum est.

III. 18. Κατὰ τὸ αὐτὸν χεῖρον ὃν οἱ Λακεδαιμόνιοι πᾶσι τῶν ἰδιῶν ἦσαν, *Mitylenæi* frustra *Methymnam* adoriuntur. Illis reversis, & ipsi quoque *Antissam* frustra oppugnant *Methymnæi*, victi scilicet fugatique. III. 18. Hæc *Metageitnionē Atticæ* & *Augusto Juliano* cœpissè superius ostensum est, cum illo mense *Isthmo* adfuisse probaverimus *Lacedæmonios*. Ad *Boedromionem* autem *Atticum Septembremque Julianum* affectum perigisse verisimile est, cum *proximo* loco occurrat mentio *Autumni* inchoati.

III. 18. Πᾶσι τὸ φθινόπωρον ἢ δὴ ἀρχομένου, *Pachetem Epicuri* filium in *Lesbios* mittunt *Athenienses*. Is *Mitylenēn* terra marique obsidet. Καὶ ὁ χειμῶν ἤρχετο γίγνεται. III. 18. Hæc inter *Mæmæsterionis Atticæ* initium, qui die cœpit *Septembris Juliani* xxix. & *Posideonis* prioris diem ultimum, qui cum *Decembris Juliani* die xxv°. concurrebat. Hac tempestate contingere solent *procellæ hibernæ* obsidentibus molestæ. Id ergo voluit *Thucydides*, ut nempe tempestate hyemalis incommoda in *Autumni* illius Hyemalis initium incidisse significaret. Recte illud, pro nostris hisce *Cycli Metonici* hypothelibus. *Navigationem ab Arcturi ortu* (quem *Septembris* xiii°. *Romani* olim assignabant) minus securam, & discrimini propiorē, deducit *Vegetius*, qui *Arcturum* ipsum *sidus vehementissimum* appellat. Tum ipso *Æquinoctio Septembris* die xxiv°. pro forma anni *Juliana*, evenit (inquit) *acerba tempestas*. Hæc signa *tempestatum Hyemalium* erant ante initium illius, quem dixi, mensis *Hyemalis primi*. Sequebantur mox die *Octobris* vii°. *hædi*, pro *Vegetii* sententia, *pluviales*. *Taurus* deinde die ejusdem xi°. Ab xi°. autem *Novembris*, *Maria* clauduntur, inquit *Vegetius*. Hæc ille, pro recepta, *Seculo suo*, de anni *tempestatibus*, sententia *Romanorum*. Nec longe abeunt, qui aeris varias mutationes è veterum *Astronomorum Parapegmatibus* ad formam anni *Julianam* accommodarunt. Collegit illorum sententias, exegitque ad annum pariter *Macedonicum* atque *Julianum* *Maximus Uferius*. Inde intelligimus menses *Atticos Autumnales* à *Veri Autumni fine*, potius quam *initio*, cœpisse. *Feriæ* enim nullæ *frugum* collectioni celebrandæ designatæ, seu *Messivæ*, seu *Vindemiales* in *Romanis* *Kalendaris* occurrunt *Rusticis* *Autumni* illo *initio* *Thucydideo*



dideo recentiores. Et tamen illa *frugum* erat ὄραξ unde Anni *quadrans* denominabatur ὄραξις. Et profecto hoc ipso anno καρπὸς ἔρχομαι ante hunc suum, de quo agimus, *Autumnum* statuit tamen ipse *Thucydides*. Ne sit propterea cur metuamus, ne forte ab illius mente, hac in causa aberraverimus. Sic erat varia apud Veteres *quatuor Anni tempestatum* illa distributio, ut à *verarum* tempestatum nunc *initis*, nunc *mediis*, nunc etiam (ut dixi) *finibus*, arcessendæ sint. Sed ad puncta Zodiaci *Cardinalia*, *Solstitia* nimirum, atque *Aequinoctia*, tempestates suas fere exigere solebant *Athenienses*. Qua nempe licuit per formam Civis anni *Lunarem*. Ab illis videlicet *mensibus* quorum *Novilunia* ad puncta Zodiaci *Cardinalia* Cycli *initio* proxime accesserunt. Etiam aliud ex his *Thucydidis* notis hujus, in quo versamur, temporis *Chronologicis* discimus, in hac omni *Chronologia Thucydidea* utilissimum, *Autumnum Hyemi* suæ *semestri* accensere *Thucydidem*, & in illius adeo *initio Hyemis* suæ *initium* statuere.

Ejusdem intervalli fuisse videtur quod de *Lysicle* habet *Thucydides*. Hunc enim missum fuisse refert à suis *Atheniensibus* in *Asiam*, ut *pecunias* à sociis exigeret; & dum munere illo defungeretur, oppressum occisumque à *Caribus* ac *Anaitis*. III. 19.

III. 20. Τὸ αὐτὸ χειμῶν, *Plataensium* ccxx. erumpunt. Νοκτὶ ἀσπιδίω & aqua *glacie* concreta. III. 22. Hæ certe notæ *Hyemis* proprie sic dictæ *quadrantem* designare videntur; & mensis *Lunaris* vel *finem*, vel *initium* noctibus ἀσπιδίω. Ita certe sub Cyclo *Metonico* qui fecit ut ne unquam longe à *Noviluniis Cælestibus Civilia* *Novilunia* aberrarent. Cœpit autem *Hyems*, hoc anno *Intercalari*, à *Posideone* 11°. cujus dies primus erat *Decembris* Juliani xxviii. Sed *Hyemis initium* non designat Auctor, cujus superius illum meminisse vidimus. Proinde *Intercalari* illud vel *Gamelionis* fuerit *Attici*, qui à *Januarii* Juliani die cœpit xxv. vel *Antheſterionis*, qui à *Februarii* Juliani die inivit xxiii°. Utroque calculo in annum Urbis Conditæ *Varronianum* Julianum conveniet 327.

III. 25. Τὸ αὐτὸ χειμῶν τινεὺς τῶν Σαλατινῶν, *Salathus Lacedæmonius Mitylenen* missus nuncius de irruptione in *Atticam* mox futura, deque classe navium xl. in *Mitylenæcorum* subsidium mitterenda. Mense nimirum *Hyemali* ultimo *Antheſterione*, qui à *Februarii* Juliani die cœpit xxiii°. desit autem *Martii* Juliani die xxiv°. Admodum opportune de rebus primo *Vere* gerendis. Proinde anno *Varroniano Juliano* eodem quo & spatium superius. Nempe U. C. 327. Paulo tamen, quam superiora, *serius*.

Ann.



Ann. v. Belli Peloponnesiaci.

	Epoch. <i>Attic.</i>	Epoch. <i>Laconic.</i>
Per Jul. 428 1/2	LXXXVIII. 1. mens. 4. Arch. <i>Diotimo.</i>	1. Eph. <i>Exarcho.</i>
U.C. Varr. 32 1/2	2 mens. 9. Arch. <i>Euclide.</i>	2. Eph. <i>Agesiurato.</i>
Ant. Chr. 42 1/2	à die Julii Juliani XXI.	à die Sept Jul. XVI.

Chrysidis Sacerdotissæ *Argivæ* anno 52.

III. 26. Τὸ ἐπιγυροῦς δέπες, missus *Alcidas* à *Lacedæmoniis* cum classe navium XLII. ad *Mitylenæos*. Tum ipsi *Atticam* populantur, duce *Cleomene* Regis *Pausaniæ* pupilli patruo. Jam supra vidimus, non mortuum, sed exulem fuisse *Pausaniæ* patrem *Plistoanactem*, eamque causam fuisse cur *Rex* fuerit hoc anno *Pausanias*. Χαλεπώτατη erat hæc *Peloponnesiorum* ἐσβολὴ *Atheniensibus* καὶ πῶς δευτέρῃ. Innuit his verbis *Thucydides* post secundam plures una fuisse irruptiones, quam tamen nullam tertio Belli anno fuisse ipse testis disertissimus est. Secunda autem illa, de qua loquitur, irruptio in annum Belli convenit itidem secundum. Sic numerat illam ibi *Diodorus* Ol. 87. 3. Illo anno ergo Notium oportet occupasse *Colophonios*, quod secunda demum *Peloponnesiorum* irruptione factum testatur noster alibi *Thucydides*: Ἐὰν δὲ μάλιστα (inquit) ὅτι ἡ δευτέρα Πελοποννησίων ἐσβολὴ ἐς τὴν Ἀθηναίων ἐστὶν ἐστὶν. III. 34. Sic tertius fuerit hic annus, ex quo illam occupaverant, quo *Colophonios* in illius possessione confirmavit *Paches*. Proxima ergo à secunda irruptio anni fuerit superioris, qua duplicem fuisse jam observavimus, aliam ante *Olympia*, aliam postea, neutram tamen admodum diutinam. Hoc ergo volebat superioris anni irruptionibus binis duriores hanc fuisse quæ hoc anno erat duntaxat unica. Sic autem loquitur de posteriori superioris anni irruptione *Thucydides*, ut reliquerit in incerto num ultra *Isthmum* illa processerit. Poterat ergo cum *ambabus* simul sumptis institui comparatio. Nec erat tamen acerba hæc irruptio, ut videtur admodum diutina. Absumto enim viatico è *Peloponneso* secum allato redierunt. Quod sane viaticum multorum dierum fuisse non est verisimile. Illud præterea exinde colligimus, nondum maturas fuisse, quas corruperint *Peloponnesii*, fruges, cum moram populantibus nullam adjecerint. Et sane partem Veris initio propiorem designat forma illa *Thucydidis* ἐπιγυροῦς δέπες. Cæpit autem Ver hoc anno Intercalari, à mensē Attico *Elaphebolione*, & à Martii proinde Juliani die xxv°. quem, ineunte *Elaphebolione* exhibent nostræ Tabulæ. Inde mora erat tam brevis ut à tardante *Alcida* nuntium nullum acceperint. Recepta *Mitylene*, Antisiam recepit *Paches* in fidem Populi *Atheniensis*. III. 28.

III. 27. Ἐν τῷ τῷ *Mitylenæi* deditioem faciunt, *Alcida* classe non ultra *Myconum* provecta. III. 29. Inde sese ad *Embatum Erythrææ* confert *Alcidas* quo pertigit vii°. à deditioe die. ib. Hic auctor est *Alcide* classis

R r r r r



classis præfecto *Teutiaplus*, ut *nuper* captam, *securamque* propterea, *Mitylenen* aggredierentur. Sed non persuadet *Alcidae*. Et ne quidem *Joniae Lesbique* exules eum in *Joniam* invitantes ea spe, fore ut *Pissuthnes* sese illis adjungeret. Ita futurum ut *Atheniensium* reditus maximos in suos usus converterent. III. 30. 31. Solvit ergo *Embato* domum reversurus. Ad *Teiorum Myonesum* multos è captivis interficit. *Teiorum Myonesum* dicit ut ab *Insula Myonneso* secerneret. *Ephesi* de hac cæde reprehensus à *Samiorum*, qui ex *Æneis* erant, legatis, *Chios* quotquot habebat, aliorumque nonnullos dimittit. III. 32. Tum *Epheso* fugit, à *Salaminia* nimirum & *Paralo*, dum in *Clari* portu versaretur, navibus inspectus. Persequitur illum *Paches* ad *Latmum* Insulam. III. 33. Reversus *Paches* obiter *Notium* occupat, *Colophonisque* colonis concedit. III. 34. Quod addit noster de colonia *Atheniensium* eo deducta, id alterius temporis fuisse vix est cur dubitemus. *Mitylenen* reversus *Paches*, *Pyrrham* & *Eresum* in fidem *Atheniensium* recepit, captumque *Salæthum* cum *Mitylenæis* defectionis auctoribus *Athenas* mittit, itemque partem copiarum maximam. III. 35. *Salæthum* è vestigio, ubi appulisset, occidunt *Athenienses*, decretumque condunt in *Mitylenæos* sævissimum, missusque eum in finem ad *Pachetem* nuncius. III. 36. *Postridie* decretum illud revocant, idque diligentia sua efficiunt, ut decretum prius à *Pachete* receptum, obtiterit tamen navis posterior quo minus executioni mandaretur. III. 49. Cæsi nihilominus *Athenas* missi à *Pachete* *Mitylenæorum* captivi. *Menibus* nudata *Mitylene* ipsa. Exceptaque *Methymna*, missi in *Lesbum* reliquam novi *Atheniensium* coloni. *Urbes* præterea *Mitylenæorum* in continenti *Atheniensium* imperio deinde paruerunt. III. 50. Horum initium idem quod supra; Ab *Ælaphebolione Attico*, *Martii* autem *Juliani* die xxv. Idem nempe quod fuit *Peloponnesiorum* in *Atticam* Expeditio. Ea autem ne ultra dilata fuerit, vetabatur, quod missus fuerit, ante superioris *Hivemis* finem, illius nuncius ad *Mitylenæos* *Salæthus*. Plane classis mox affuturæ sequentis veris initio. *Finis* autem ultra reditum *Peloponnesiorum* pertigit, propter moram *Alcidae*. Cum enim redirent *Peloponnesii*, nuncium nullum de rebus ab *Alcida* gestis acceperant. Fecitque nimia illa illius mora ut spem omnem auxilii nuncius ipse auxilii mittendi *Salæthus* abjecerit. Serius ergo, quam *Peloponnesii*, redierit *Alcidas*. Sed ne quidem ita, ut videtur, *Vere* admodum affecto.

III. 51. Ἐν τῷ αὐτῷ δέπῃ, πρὸ τοῦ Ἄβοῦς ἀλάσῃ, *Nicias* *Niceroti* filius *Atheniensis* *Minoam* occupat insulam *Megarum* adjacentem ἐν ἡμῶν ὀλίγῃ, præsidiumque imponit, ut classis præsidariæ & speculatiariæ stationem faceret. Meminit *Plutarchus* in *Nicia*. Tempus è prædictis colligitur. *Lesbum* enim receptam *Vere* admodum affecto ostendimus. Hæc ergo *Vere* ad exitum vergente.

III. 52. Ol. 88. I. Ἐν τῷ αὐτῷ ἡέβῃ τῷ δέπῃ τῷ, dediti *Plataenses*, ea quidem conditione ut noxii punirentur. Non tamen indicta causa. Cæsi ergo *Plataensium* ad ducentos, *Atheniensium* etiam viginti quinque, foeminae autem in servitutem abductæ. Urbs ipsa profugis *Megarensibus* per annum data; tum funditus diruta, agro in decem annos locato.



cato. III. 68. Hæc post reditum Peloponnesiorum ex Attica; post Lesbi deditioem, quam Vere affecto fuisse jam ostendimus. Ante mentionem Δέρας, quæ proxima occurrit, τελευτῶν. III. 86. Inde suspicio est ad v^m. semestris Δέρας mensis deditioem fuisse dilatam, vel saltem iv^m. Τελευτῶν enim Δέρας mensis erat Æstatis semestris vi^{us}. Nec enim quanto intervallo Lesbi deditioe ferior fuerit deditio Plataæ Thucydides indicavit. Hæc si vera, ad novum Archontem, secundumque hujus Olympiadis annum, referenda erit deditio Plataæ. Hic annus xciii^{us}. erat à societate Platæensium cum Atheniensibus. III. 68. Proinde Ol. 64. 65. ꝑ. inita illa est societas. Et sub illius anni Archonte, quicumque demum is fuerit. Deest enim illius nomen in Fastis hodiernis. Ita certe si à Vere utrobique Anni initium censeat Thucydides, tam in annis Bellum Peloponnesiacum præcedentibus, quam etiam in sequentibus. Xerxe profecto Græciam populante, ab Atheniensibus sensitse Platæenses; agnoscunt apud nostrum Thebani. III. 64. Imo decennio antea, in ipso prælio Marathonio, Atheniensium socios fuisse Platæenses, constat ex Herodoto. vi. 108. &c. Etiam ante hoc ipsum prælium frequentes Atheniensium pro Platæensibus labores idem ibidem memorat Herodotus: πόντος (inquit) ἑστὲν αὐτῶν οἱ Ἀθηναῖοι συχνὸς ἢ δὴ ἀνατρέοντο. Ita conveniunt cum hac Epocha Societatis Thucydidea, experimenta quotquot habemus in Historia.

III. 69. Alcidas, Lesbiis ad officium redactis, Athenienses fugiens, αὐτὸς τῆς Κρήτης χειμαδαῖς. Sed de procella, non de hyemali tempestate verba illa intelligenda esse mox constabit, quicquid innuat in contrarium Scholiastes. Reversus Alcidas, non certe ex hibernis, cum Brasida, ad Corcyraeos seditione laborantes consilia convertunt, eoque veniunt cum classe navium LIII. post diem seditionis viii^m. vel ix^m. III. 72. 73. 74. 75. 76. Hinc vincunt Corcyraeos cum navibus Atticis XII. duce Nicostrato. III. 77. 78. Veniente autem cum navium IX. classe Attica Eurymedonte, fugiunt Peloponnesii. Tum per VII. dies quibus mansit apud Corcyraeos Eurymedon, in suos sæviunt Corcyraei. III. 80. 81. 82. &c. Reversio postea Eurymedonte novos motus concitant exules. Hæc omnia post deditam Mitylenen, eorundem tamen initia ante deditioem Plataæ. Fecit enim mora Alcida ut in hostium manus veniret Salæthus; captus in Mitylene, dum in itinere esset Alcidas. Spondebat autem captus Salæthus, salvos fore Platæenses, si sibi pepercissent Athenienses. III. 36. Itaque Aprili Juliano cœperint illa quæ diximus. Desierint autem Vere absoluto, affecta etiam Æstate proprie sic dicta, ut è nota sequenti facile intelligitur. Proinde anno Ol. 88. 2. Urbis autem 327^o.

III. 86. Τὴ αὐτὴ Δέρας τελευτῶν, Athenienses naves XX. mittunt in Siciliam, ducibus Lachete & Charade, in auxilium Leontinorum, Chalcidicarumque Civitatum, & Camarina, Rheginorumque in Italia. Rhegium cum appulissent, jam bellum gerere cœperunt, ἢ τὸ Δέρας ἐτελεύτα. Finis Æstatis ultimo Boædromionis, Octobris nimirum Juliani die XVII^o. Ante Mare clausum Novæ Juliani XI.

III. 87. Τὴ ἀπὸ γιγνομένη χειμῶν, recruduit pestilentia, nunquam penitus sedata. Tenuitque hac vice ἐκ ἑλασίων ἐνιαυτῶ. Proinde ulique ad se-

R r r r r 2

quentis



quentis *Hyemis* initium. Cœpit *Manacteron* primus *semeſtris Hyemis* mensis *Octob. Jul.* xviii. Sequenti autem anno *Oct. Jul.* vii. His ergo limitibus præter propter, pestilentia illa *annua* excludenda est. Cum peste frequentes erant etiam *terræmotus* ipsis *Athenis*, & in *Bœotia*, & in *Bœotia* *Orchomeno*.

III. 88. Τὴ αὐτῆ χειμῶν, Bellum *Atheniensium Reginorumque* in insulas *Æolias*. Θέπος δὲ ἀνυδάτων ἀδύατα τῷ ὄνσπατδεν. Proinde post *Novembris* imbrem, de quo è *Xenophonte* & *Cicerone Plinius* xviii. 25. Vastatis *Æolis*, nec tamen ad *deditionem* coactis, *Rbegium* revertuntur *Athenienses*, καὶ ὁ χειμῶν ἐτελεύτα, καὶ πέρηπον ἔτο &c. *Reditus* ergo sub *Hyemis finem*, quæ Belli annum v^m. terminabat, proinde *semeſtris*. Finis autem *Elaphebolionis* Attici sequentis *Aprilis Juliani* die xii. Diebus nempe post *Æquinoctium* crescentibus, & humidam aeris folique temperiem minuentibus, quæ tamen erat ad rem in *Æoliis* gerendam, teste *Thucydide*, plane necessaria.

Ann. vi. Belli Peloponnesiaci.

	Epoch. Attic.	Epoch. Laonic.
Per. Jul. 428	Lxxxviii. 2. mens. 3. Arch. <i>Euclide.</i>	1. Eph. <i>Ageſtrato.</i>
U. C. Varr. 32	3. mens. 9. Arch. <i>Euthydemo.</i>	2. Eph. <i>Argenida.</i>
Ant. Chr. 42	à die <i>Julii Juliani</i> x ^o .	à die <i>Octob. Jul.</i> v.

Chryſidis Sacerdotissæ *Argivæ* anno 53.

Locum posterioris *Archontis* ex *Aristophane* ejusque *Scholiaste* disceremus, si quidem licuisset per *Librarios*. Legatos *Atheniensium* ad Regem *Persarum* missos ἐπ' *Ευθυμῆος ἀρχόντος*, ipse memorat *Aristophanes* in *Acharnensib.* Act. 1. Scen. 11. Hunc *Eutbymenem* Fabula *Acharnensium* xii. annis antiquiorem censet ibidem *Scholiastes*. Περὶ β' ἐτῶν ἤρχεν ὁ *Ευθυμῆος*, inquit, *Ἀθῶνσι*. Illumque intelligit *Eutbymenem* qui decessores habuit *Theodorum*, *Epiginum*, *Moxychidem*. Numerus atque ordo cum *Diodoro* convenit. Quem tamen *Epiginum* *Scholiastes* appellat, eundem *Diodorus Glaucidem*. Estque sane verisimile in partem nominis accessisse particulam *ἑν*, ut in *Archonte* factum *Aminia* Belli *Peloponnesiaci* iii^o. sub quo res gestas ἐπ' *Ἀμινίᾳ* alii *Archonte* *Epaminone*, alii etiam *Epaminonda* gestas exiltimabant. Ordo tamen numerusque decessorum non alium illum *Eutbymenem* esse vincit quam quem Nos *Olymp.* 85. 3. assignavimus, sed *Olymp.* 85. 4. *Diodorus*. Et tamen *Eutbymene* *Archonte* ipsam illam *Acharnensium* Fabulam actam volunt in Fabulæ Argumento Grammatici. Ἐδιδάχθη ἑνὶ *Ευθυμῆος ἀρχόντος* ἐν *Ἀνατολῆς* καὶ *Καλλιστράτου*. Nempe illo ipso *Archonte* quem Fabula multis annis antiquiorem ipse fuisse innuit *Aristophanes*, quem xii. annis antiquiorem fuisse observavit in illum ipsum *Canici* locum *Scholiastes*. Situm autem à nobis assignatum *Eutbymeni*, ex hoc ipso probamus (si quidem



quidem unicus sit) Scholiaste. Si tamen sententiam Auctorum, quorum ipse fidem secutus est, majoris faciamus quam ipsius *Ratiocinia*. Sententiam enim receptam de *Pericle* Bellum *Peloponnesiacum* movente ne *Phidiae* damnatione contagium reatus ipse contraheret, ita refellit *Scholiastes*: "Αλογον δὲ φαίνεται ἢ Πεικλέους ὑπόνοια, ἐπὶ ἅ ἔτισι ἀέτιον ἢ τὸ πολέμου ἀρχῆς, τῶν περὶ Φειδίου χρομένων. Ita ad *Pacem*. p. 667. *Epocha* hujus *septennii* ante Bellum *Peloponnesiacum* ab illo ipso *Euthymenis* Archontis Magistratu surgit. Illo enim Archonte *Porpylaea* cœpta docet *Harpocratio*, & quidem Auctore optimo *Philochoro*. En verba: Πειδὸς δὲ τῶν Πεσπουλαίων ἢ ἀκροπέλας, ὡς ἐπὶ Εὐθυμῆος ἀρχοντος οἰκοδομεῖν ἤρχαντο Ἀθηνῶν, Μνησικλέους ἀρχιτεκτονῶντος, ἄλλοι τε ἰσορήκασσι, καὶ Φιλόχορος ἐν τῇ τετάρτῃ. Sed nulla hic mentio occurrit, inquit, *Phidiae*. Occurrit tamen in *Plutarchi* *Pericle* disertissima tanquam omnium *Periclis* operum præfecti. Πάντα δὲ διείπε, καὶ πάντων ἐπισκοποῦντο ἡ αὐτὴ Φειδίας, καὶ τοὶ μεγάλοι ἀρχιτέκτονας ἐχόντων καὶ τεχνίτας ἢ ἔργων. Non est ergo excludendus ab hoc opere *Phidias*, quod alium dederit *Harpocratio* illius Architectum *Mnesilem*. Imo hæc ipsa *Propylaea* Architecti *Mnesiclis* inter opera *Periclis* recenset *Plutarchus*, in quibus partem habuerit *Phidias*. Subjungit enim: Ὁ δὲ Φειδίας εἰργάζετο καὶ τὸ θεῖον, *Minervæ* ad quam spectabant illa *Propylaea*, τὸ χρυσοῦν ἔδος, καὶ τότε δημιουργὸς ἐν τῇ σήλῃ εἶναι γέγραπται πάντα δ' ἡμεῖς ἔχοντες αὐτῶν, καὶ πάντων, (ὡς εἰρήκεμεν) verbis nimirum jam supra descriptis, ἐπιστάται τοῖς τεχνίταις καὶ φίλιαν Πεικλέους. Vera ergo *Epocha* hujus *septennii* Archon ille est, quem dixi, *Euthymenes*. Finis autem in Archonte *Pythodoro* statuendus est, sub quo Bellum *Peloponnesiacum* cœpisse noster Auctor est *Thucydides*. Nam sub illo certe periit *Phidias*. Ita fuisset docet idem in Comici *Pacem* Scholiastes, & quidem eodem *Fastorum* *Archonticorum* Auctore *Philochoro*. Sic enim habet: Φειδίας, ὡς Φιλόχορος φησὶν, ἐπὶ Ποσειδῶντος ἀρχοντος τὸ ἀγαλμα τὸ Ἀθηνῶν καλοσυνάσας, ὑφείλετο τὸ χρυσοῦν ἐκ τῶν δρακόντων ἢ χρυσελεφαντίνης. Ἀθηνῶν, ἐφ' ᾧ καταγωνοδεῖς ὑπὸ αὐτῶν ὡς νοσοσιμῶν ἀνηρέθη. Archon *Pythodorus* ad eandem *Phidiae* referendus est. Non certe ad *pukinar* *Minervæ*, ejusdemque *signum*, quæ tum elaborabat *Phidias* ipse *statuarius* cum operariis reliquis qui *Propylaea* extruebant, curam ille omnibus communem impenderet. Sed operibus publicis penitus *consummatis*, tum demum operam dabant *δοκιμασαί*, quos *Romani* *Probatores* appellabant. Quæsituri nimirum num pro locantium *ἐργασίων* *paçtis* operam à se susceptam præstitissent operum publicorum *conductores* sive *ἐργολάβοι*. Recepturi nimirum *reliquam* pretii *partem*, si *promissis* satisfecissent; at quod *deerat* operibus, pro *sententia* *probatorum*, impleturi; aut, si qua *mala fide* fuissent in operibus versati, *Reipublicæ* nomine etiam puniendi. Hoc ergo anno *redditis* *quinquennium* operum *rationibus*, fraudem illam, siqua fuerit revera, *Phidiae* deprehenderint *δοκιμασαί*. Quinto certe post *Euthymenem* anno finem *Propylæis* impositum testatur, ubi supra *Harpocratio*. Et *quinquennes* erant pleræque *Censurum*, apud *Romanos* *locationes*. Mox carcere receptus *Phidias*, nec multo post morbo vel *veneficio* extinctus. Sic enim varias de morte illius sententias recensuit, ubi dixi, *Plutarchus*. Utcunque tamen Bellum *Peloponnesiacum* non potuit videre *Phidias*, cum



metum *Periclis* ab eventu *Phidiae* contractum *causis* Belli *Peloponnesiaci* præcipuis accenseant Historici. Nam *Periclem* magis quam *Phidiam* ob oculos habebant *Phidiae* accusatores. Eoque exemplo *Populum* tentabant quo esset in *Periclem* ipsum animo, & quam facile nomen illius esset, si deferretur, in reorum album recepturus. Recepto ergo nomine *Phidiae*, ipsoque in carcere extincto, & Accusatore præmiis affecto; & cum conscio consentienteque *Pericle*, admissam esse constaret, cujus accusatus fuerat *Phidias*, fraudem; nec *Populi* furorem *Phidiae* morte fuisse fatiatum: tum sane erat cur metuere sibi *Pericles* ne thesauri publici à se expensi *rationes* exigeretur. Tum ergo opportunum erat nepotis *Alcibiadis* è sorore consilium de δίκη illa fugienda, potius quam effugienda. Huic certe *causæ* Bellum illud imputat coævus ipse *Aristophanes* Εἰρωήν p. 666.

Πρῶτα μὲν γὰρ αὐτῆς ἤρξε Φειδίας πράξας κακῶς,
 ἔπειτα Περικλῆς φρονηθεὶς μὴ μείζων ἢ τύχης.
 Τὰς φύσεις ὑμῶν δεδοικῶς, καὶ τὴν αὐτοδίκην τρέπων,
 Πεῖν παθεῖν τι δεινὸν, αὐτὸς ἐξέφαλεξεν πῶς πόλιν,
 Ἐμβαλὼν σπινθήρα μικρὸν Μεγαρικῶς ἑπισηματόσθ.

Causa fuerit *Belli*, necne, nec laboro admodum; nec *causæ* meæ interest ut laborem. Mihi fatis est ut is fuerit horum eventuum *ordo* ut nihil pugnarit quo minus *causæ* Belli vera esse potuerit, quod sane verissimum fuisse ex hoc coævi Auctoris testimonio discimus. Primo ergo loco præcesserit *Phidiae* illa calamitas. Tum deinde decretum *Atheniensium* in *Megarenses*. Denique ea decreti illius occasione excitatum Bellum cum *Peloponnesiis*. Non me quidem fugit de *exilio Phidiae*, non de morte hæc, in præcedentibus intelligere *Scholiam*. Fingit enim illum *Athenis* fugisse ad *Elin*, ibi autem *Jovis Olympii* Signum ἐργολαβῶντα, & simili fraude usum, tum demum ab *Eleensibus*, occisum Archonte *Scythodoro*, quem vii^m. numerat à *Pythodoro*, sub quo Bellum cœperit *Peloponnesiacum*. Ita etiam Cl. *Meursium* fefellit, ut fictitium illum *Scythodorum* eundem crederet cum *hujus* anni Archonte *Euthydemo*. Fefellit etiam Max. *Scaligerum* in *Eusebianis*, ut is quoque crediderit in *Pythodori* mortui locum *Euthydemum* saltem fuisse suffectum. Major enim horum nominum discrepantia est quam ut facile alterum pro altero acciperetur. Sed facessant *Archontes suffecti* quorum ne unum quidem legimus in probis monumentis exemplum. Hic autem sane nihil est necesse cur quippiam novemus. Sunt enim illa omnia *Grammaticorum*, à quibus vetustissima habemus *Scholia*, *ratiociniis* oriunda, multis ab *Aristophane* *Seculis* viventium, potius quam *Historicis* coævorum testimoniis. Is certe *Scythodorus* non alius est à *Pythodoro*, sub quo cœpit Bellum *Peloponnesiacum*, & sub quo *Phidiam* mortuum probavimus. Idque res ipsa verisimillimum ostendit. Est enim nominis *Scythodori* cum *Pythodoro* similitudo maxima, quæ nulla prorsus apparet cum *Euthydemo*. Facile potuit nomen illud à coævis *Comædiæ antiquæ* Poetis emanare qui *Scythodorum* eum pro *Pythodoro* appellarint, si propter genus mixtum, exercitia habuerit in κωμοσάρκῃ, ut habuit *Themistocles*, genere saltem materno Barbarus. Erat enim apud *Athenienses* Barbari nomen



nomen infame, & præ reliquis Barbaris nomen *Scythæ*, servis etiam designandis frequenter usurpatum, ut *Davi* nomen atque *Syri*, quod frequentissima haberent ex illis gentibus *mancipia*. Multa certe istiusmodi *nominum* opprobria è *Comædis* illorum temporum passim exhibet *Plutarchus*. Simili lusu nomen *Archontis Aminia* in nomen Ἀμυνίαν à nostro quoque *Comico* mutatum observavit idem *Scholias*, in Νεφέλ. Act. I. Scen. I. p. 124. 167. in Ἰππ. p. 122. in Σφ. ικ. p. 436. 461. 521. Nempe fortasse quod *pænis* videretur plus æquo deditus. Qua scilicet ἀμύνειν *Græcis* idem valet quod *Romanis punire*. Sic potuit in tanta *Fastorum Archonticorum discrepantia*, pro vero nomine *Pythodori* (quod servavit coævus Auctor noster *Thucydides*) in nonnullis *Fastis* obtinere probrosum nomen *Scythodori*; atque inde evenire ut *duplex* ejusdem *Archontis nomen* pro *duobus Archontibus* haberent juniores atque imperitiores. *Septennii* Epocham non à *Pythodoro* incipere, sed in eodem *desinere*, jam probavimus; incipere autem ab *Euthymene*. Et falsa sunt omnia quibus aliam illam sententiam suam ex aliis *Grammaticis* haustam tuetur idem *Scholias*. Falsum imprimis quod pœnam fraudis à *Phidia*, ut credebatur, admittæ statuerit *exilium*. Nam *Sacrilegii* crimen *Pericli* intentatum, quod *Phidia* consenserit, docet *Plutarchus*. Pœnam autem *Sacrilegii capitalem* fuisse, etiam apud *Athenienses*, constat ex exemplo *Alcibiadis*. Idque sui oblitus agnovit ipse *Scholias*, saltem apud *Eleos*, cum hanc eandem *fraudem* in causa *statuæ Jovis Olympii* ab *Eleis* in eodem *Phidia capite* multatam fatetur. Nec causam tamen ullam profert cur *crimen* simile dissimili pœna punierint *Athenienses*. Erat autem, ut vidimus, in carcere *Phidias*, ne pœnam *evitasse* suspicemur à *Lege* constitutam. Falsum & illud, *fraudem* à *Phidia* ullam admittam esse in *statua Jovis Olympii*. *Inscriptionem* enim in ipsa illa *statua* qua se Auctorem profitebatur *Phidias*, vidit *Pausanias* El. I. 10. *Inducendam* utique, vel *eradendam*, si se *piaculo* tanto in ipso *Opere* contaminasset. Nec illud modo. *Gratum* sibi acceptumque opus *Jupiter* ipse testatus esse fertur. ib. 11. Imo perpetuo φαίδρωτων honore ornati sunt *Phidia* etiam *posteri*, ut *Signum* ab eo elaboratum *sordibus* parum præstarent. ib. c. 19. Tam longe aberat à *doli mali* vel *suspicionem*, in ea causa, *Phidias*. Denique & illud falsum est, quod tamen pro vero supponit sententia illa falsa *Scholias*, post *signum Minervæ* *Atticæ Jovis Olympii* *signum* à *Phidia* esse fabricatum. *Signum* enim *Jovis Olympii* è *manubiis* victorum à se *Pisæorum Eleos* dedicasse Auctor est *Pausanias* El. I. 10. Et victos ab *Eleis Pisæos* opera *Lacedæmoniorum* *Bello Messeniaco* ultimo peracto docet *Strabo*. κείνοις δ' ὕστερον, inquit, μεταπέσεως πάλιν ἢ Πισατίδῃ εἰς τὸς Ἠλείους, μετέπεισε πάλιν εἰς αὐτὸς καὶ ἢ ἀγωνοδοσία. Σωτέπρῃξαν δὲ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐξάπῃ κατὰ λυσιν τῆ Μεσσηνίων, συμμαχῆσαν αὐτοῖς, τὰναντία τῆ Νέσσοις ἀπογόνων, καὶ τῆ Ἀρχάδων, συμπολεμιστῶν τοῖς Μεσσηνίοις· καὶ ὅτι τοσούτων γε σωτέπρῃξαν, ὥστε πῶν χώραν ἅπασαν πῶν μέχρι Μεσσηνίως Ἠλείαν ἐνδύῃαι. καὶ Ἀρμεῖναι μέχρι καὶ νῦν· Πισατῶν δὲ, καὶ Τειφυλίων, καὶ Καυκῶνων μὴδ' ὄνομα λειψύωναι. VIII. p. 355. Hæc illa proculdubio *Pisæorum* *clades* qua ἀναστῆτος factos tradit *Pausanias* El. II. 22. *Tempus* autem hic consignatum habemus post *Bellum Messeniacum tertium* *decennale*



a Nat. Hist.
xxxiv. 8.

nale superius à nobis constitutum paulo, quam constitui solebat, accuratius. Nec longe abest *tempus* designatum à ^a *Plinio*, quo loco agit de statuariis: *Ante omnes tamen* (inquit) *Phidias Atheniensis, Jove Olympiæ facto, ex ebore quidem & auro: sed & ex ære signa fecit. Floruit autem Olympiade LXXXIII. circiter ccc. nostræ Urbis anno. Quo eodem tempore ænuli ejus fuere Alcámenes, Critias, Nestocles, Hegias. Et deinde Olympiade LXXXVII. Agelades, Callon, &c. Quis non hic prima Phidiæ, quibus inclaruerit, ultimaque designari videt? Et cum primis neci operam illius in Jove Olympio collocatam? In Olympiade convenit *Plinius* alibi xxxvi. 5. Committit autem Urbis anno cccxxxii^o. Propius accesseris, ut opinor, & ad sententiam *Plinii*, qui (Epocham *Varronianam* sequi solet) si cccvii. reponas. Convenit profecto hæc illius ætas cum ætate fratris *Panæi*, quem similiter ad Olympiadem LXXXIII. idem refert *Plinius*. xxxv. 8. Ita certe loquitur superiori illo loco *Plinius* quasi ab illa *Jovis Olympii* statua Epocham ducendam censuisset artis ipsius *statuariæ*. Recte argo postea, cum *Phidiæ* opera recenseret, priorem locum *Jovi* ejus tribuit *Olympio* posteriorem autem *Minervæ Atticæ*. *Phidias*, ait, præter *Jovem Olympium*, quem nemo æmulatur, fecit & ex ebore *Minervam Athenis*, quæ est in *Parthenone adstans*. Convenit certe, quod ad *Olymp. 85. 2. Minervam Phidiæ* retulerit *Eusebius*. Non longe abit Epocham illa à tempore locatorum à *Pericle Minervæ Propylæorum*, quod nos docuit *Harpocraton*. Exinde autem operibus publicis à *Pericle* designatis *Phidiam* præfectum esse constat. Et signum Deæ cum ejusdem *Propylæis* susceptum esse verisimillimum est. Sic fama *Jovis Olympii* à se accurati illustrem jam antea *Phidiam* operibus patriæ ornandæ institutis admoverit *Pericles*, quod sane *Temporis* rationibus consentientissimum est. Ita undequaque falsa sunt *Grammaticorum* illa omnia, de *Phidiæ* post *Bellum Peloponnesiacum* superstite, ratiocinia. Et certum adeo, septennii è bonis monumentis hausti limites illos fuisse, quos diximus, ab Archonte *Euthymene* ad *Pythodorum*. Ab *Olymp. 85. 3.* ad *Ol. 87. 1/2.* scilicet pro nostro Archontis *Euthymenis* situ, & ad illam Archontis *Pythodori partem*, qua cœpit *Bellum Peloponnesiacum*. Recte omnino, pro recepta his temporibus calculi methodo quæ utrumque complectebatur *extremum*. Erit enim Archon *Pythodorus* ab *Euthymene* vii^{us}. si ita procedat numerus: 1. *Euthymenes*. 2. *Bion*. 3. *Lysimachus*. 4. *Antilocheides*. 5. *Chares*. 6. *Apsendes*. 7. *Pythodorus*. Erit & i^{us}. Belli annus *Ol. 87. 1/2.* vii^{us}. si i^{us}. septenarii numeretur *Ol. 85. 3.* Non autem si excludatur hoc loco *Bion*, aut si proinde ad annum inferiorem redigatur *Euthymenes*. Non certe si *Ol. 85. 4.* inierit *Euthymenes*, ut volebat *Diodorus*. Ita nec Archon erit *Pythodorus* vii^{us}. ab *Euthymene*, nec vii^{us}. ab *Euthymene* Archonte annus quo erupit *Bellum Peloponnesiacum*. Cæterum loca utriusque Archontis ex eodem Auctore *Philochoro* probavi. Quid ergo est cur dubitemus quin & spatium illud septenne fluxerit è *Fastis Philochori*, quem sequitur sæpissime *Scholias*? Sic locum illum habuerit in *Fastis Philochori Bion*, qui ipse *Philochorus* paulo junior erat *Eratosthene*, nec multum remotus à *Demetrio Phalereo*, qui *Fastos**



Fastos *Archonticos* ex ipsis ediderit *Atheniensium Archivis*. Hoc tamen obiter. Cæterum ab hoc Archonte *Euthymene XII^{us}*. erat annus, quo acta est Comici Fabula *Acharnensium*. Verba *Scholiastis* sunt: Πρὸς τὸ ἔργον ἄρχεν ὁ Εὐθύμηνος Ἀθῆναιος. p. 373. *Annum*, inquam, inde potius, quam *Archontem*, numerat *XII^m*. Quod scilicet ἐ δὶδασκαλίαις hæc desumerit, & ab ejusdem generis *Dionysius* ad ejusdem generis *Dionysia* numerarit. *Archontum* ergo non aliam rationem habuit quam qua præfederint *Dionysius*. Ut proinde in *Διδασκαλίαις* is *XII^{us}*. fuerit *Archon* qui *XII^{is}*. præfederit *Dionysius*, quamvis alioqui (accensito *semestri Archonte*, qui hoc spatio occurrebat) fuisset revera *XIII^{us}*. Acta autem est Fabula *Acharnensium Lenæis* mense *Anthesterione*. Ergo supputationis *exordium* capiamus ab illo *Anthesterione* qui mensis erat *Euthymenis II^{us}*. cum *initium* anni *Archontici* procederet à *Gamelione*. Illius scilicet anni *Juliani* qui respondebat *Ol. 85. 3. XII^{us}*. inde *Anthesterion* is erit qui responderit *Ol. 88. 3*. Convenietque in *finem* nostri hujus, qui hoc Belli *Peloponnesiaci* anno inivit, *Euthydemi*. Hinc ergo corrigenda verba *Scholiastis*, in Argumento Fabulæ, hodierna: Ἐδιδάχθη ἐν Εὐθύμηνος ἀρχῇ. Pro *Εὐθύμηνος* rescribendum *Εὐθύδημος*. Error facillimus est, longeque (pro *nostris* hypothefibus) facilior quam si in Fastis, quos ipse usurpavit, Auctor pro nomine *Euthydemi* nomen reperisset *Scythodori*, quod volebant *Scaliger* atque *Meursius*. Festis præterea hujus anni *Dionysiorum κατ' ἀγῶνας VI^m*. Belli annum numerat Poeta *Act. II. Scen. I. p. 384*. Sic etiam verba illius interpretante *Scholiastes*. *Dionysia* illa κατ' ἀγῶνας mensis erant *Posideonis*. Et proinde hujus anni *Belli VIⁱ*. ad *exitum* vergentis. *Munychione* enim proximo inibat annus *Belli VII^{us}*. pro forma anni *Thucydidei*. Et anni etiam *Juliani* itidem *execuntis*. Inibat enim *Gamelion* proximus die *Januarii* *Juliani III^o*. Ita invicem hæc cohærent ut *alium*, quam, quem dixi, locum *Euthydemus* *Archon* habere non *potuerit* in his, de quibus agimus, Fastis *Philochori*. Hinc etiam colligimus *inserendum* esse loco, quem designavimus, *Bionem*. Male ergo (ut hoc obiter advertam) pœnam *Cleonis* ad annum, quo *Ἰππίας* edidit celeberrimus Poeta, conferunt Eruditi. Quasi nimirum propter *illam* Fabulam à *Cleone* fuisset accusatus. Laceravit ille, fateor, etiam in *Equitibus Cleonem*; & cum nemo *Personam Cleonis* auderet sustinere; *Poeta* Populo illum deridendum propinavit. Post aliquot nimirum *annos*, inveteratisque, propter *Cleonis* accusationem, jam olim simultatibus. *Equites* enim *Stratocle* *Archonte Lenæis* docuit Poeta. Quæ quidem *Lenæa* ad *Autumnum* refert *Scholiastes* p. 390. Recte quidem ille si *uvarum* in *torculari* calcatarum illæ fuerint *feriæ*, eademque cum *feriis Romanorum* mense *Augusto Vindemialibus*. Ita videndum rectene *Seldenus* *Lenæa* ad *Anthesterionem* retulerit. Idem *Scholiastes* ad *hyemem* refert alibi p. 395. Et quidem *semestris Hyems* etiam complectebatur *Autumnum*. *Archon* ille erat *Olymp. 88. 4*. Proximus illi, in quo versamur, *Archonti*, sub quo acta est Fabula *Acharnensium*. *Olymp. 88. 3*. Hac tamen ipsa Fabula *Acharnensium* propter fabulam *superiori* anno editam, διὰ τὸ πένοντι Κωμῳδίας, conflatum sibi Poeta ipse testatur à *Cleone* periculum. Et *Babyloniorum* illam Fabulam fuisse

Siffff

docet



docet in locum Poetae Scholiastes. p. 390. Ita *Babyloniorum* Fabulam docuerit Archonte *Euclide* Ol. 88. 2. biennio ante *Equites*. Indeque coeperint Poetae inimicitiae in *Cleonem*. Hæc tamen, ut dixi, duntaxat obiter.

III. 89. Τὸ ἐπιγενομένον δέπυς, *Peloponnesi*, duce *Agide Archidami* filio, (defuncto jam nimirum ipso *Archidamo*,) ad *Isthmum* usque progressi, crebris *terramotibus* impediti ne irruptionem in *Atticam* facerent. Cœpit hujus anni *Ver* à mense *Munychione*, dieque *Aprilis* *Juliani* XIII. Desiit autem *Scirrhophorionis* ultimo, *Julii* XXI°. Inde inivit *Æstas* proprie sic dicta, si forte illam *Æstatis semestris* partem intellexerit *Thucydides* frugibus corrupendis idoneam. Nisi forte *spem* potius frugum, quam *fruges* ipsas fuerint corrupturi.

III. 89. Περὶ τούτων τὰς χεῖρας τῶν σεισμῶν κατεχόντων, inundatio *Maris* in *Orobiis Eubœæ*. Similis etiam inundatio *Atalantæ* insulæ apud *Locros Opuntios*. In *Peparetho* *Maris recessus*, non inundatio, *terramotus* tamen. *Tempus* in anno *Juliano* idem quod supra.

III. 90. Τὸ αὐτὸ δέπυς, in *Sicilia* *Charœades Atheniensium* dux cæsus. *Laches* dux alter *Mylas Messaniorum* aggreditur, cogitque ad *Bellum* in suos *Messanios*. Μετὰ τούτο dediti ipsi quoque *Messanii*. Res gestas à *Lachete* priori hujus anni *Archonti*, & Ol. 88. 2. tribuit *Diodorus*. Hoc si recte, ante *Jul. XXI.* & tamen post superiora gesta fuisse necesse erit. Mense, ut videtur, *Vernali* ultimo *Scirrophorione*, qui inivit *Junii* *Juliani* die XXI.

III. 91. Τὸ αὐτὸ δέπυς, classẽm xxx navium circa *Peloponnesum*, *Demosthene* & *Procle* ducibus, mittunt *Athenienses*. Item in *Melios* aliam, navium LX, duce *Nicia*. A *Melo* *Nicias* ad *Oropum* milites exponit, qui juncti novis ex *Urbe Atheniensi* militibus *Tanagraeos* vincunt, tropæumque de illis statuunt. Tum *Locridis* maritima ἔπειτα, domumque redit *Nicias*. *Tempus frugum* indicat vox ἔπειτα vel *maturarum*, vel *maturefcentium*.

III. 92. Ἐπὶ τὸν χεῖρον χρόνον, *Heracleam Trachiniorum* coloniam mittunt *Lacedæmonii*. *Trachinii* illi à *Meliensibus*. Adjuti etiam à *Lacedæmoniis* *Dorienses* metropolis suæ incolæ in *Oetaeos*. Triumviri coloniae hujus in *Heracleam* deducendæ, *Leon*, *Alcidas* & *Damagon*. III. 93. Sed oppressi à *Thesalis Oetaisque*, ipsisque etiam *Lacedæmoniorum* Magistratibus, novi illi coloni. *Tempus* idem quod supra. Archonte *Euthydemo*, Ol. 88. 3. *Diodor*.

III. 94. Τὸ αὐτὸ δέπυς, ἢ πρὶν ἢ αὐτὸν χεῖρον ὄν ἐν τῇ Μήλῳ οἱ Ἀδωαῖοι κατέχοντο, classis *Attica*, quæ *Peloponnesum* circumnavigabat, *Ellomeni Leucadiæ* quosdam è præsidiariis interficiunt. Tum juncti reliquis, præter *Oeniadas*, *Acarnanibus*, & *Zacynthis* & *Cephalentiis Corcyraisque*, *Leucadem* circumvallare detrectant, quanquam Auctores essent, ut circumvallaretur, *Acarnanes*. Sed *Messeniorum* consilio cessit *Demosthenes*, bellumque intulit *Ætolia* ex *Oeneone Locridis*, deserentibus illum, in hac Expeditione, *Acarnanibus*. III. 95. Primo impetu *Potidiam* occupat, *Crocylum*, *Tichium*, singulis diebus singulas. III. 96. Tum *Agitium*. III. 97. Tandem cæsus ab *Ætolis* *Procles*, fugatusque *Demosthenes*.



Athenes. III. 98. *Tempus quo Meli erat Nicias jam supra designavimus. Frugum scilicet vel maturarum, vel (ut dixi) maturefcentium.*

III. 99. Κατὰ τὰς αὐτὰς χειρῶν, *Peripolium in Locride ad flumen Halecem expugnant Athenienses qui erant in Sicilia. Tempus idem.*

III. 100. Τὴ αὐτὴ δέξας, rogant *Aetoli* ut sibi copias in *Naupaetum* mitterent *Lacedaemonii*. Mittunt illi, καὶ τὸ φθινόπωρον, ter mille gravis armaturæ milites, duce *Eurylocho*. III. 101. Iter illi *Naupaetum* versus instituunt per *Locros Ozolas*, receptis tamen antea *Locrorum* obsidibus. III. 102. Ad *Naupaetum* adsunt *Aetoli*, & *Molycrion* capiunt. *Rhium* scilicet quod *Achaico* opponit *Thucydides*, vel *Antirrhio*. Sed *Leucadem* ingressi, *Demosthenis* consilio, 1000 *Acarnanes Peloponnesios* ab obsidionis consilio divertunt. Itaque in *Lolidem* sese recipit *Eurylochus*, *Ambraciotis* adfuturus *Argos Amphilochicum*, & reliquam *Amphilochiam Acarnaniamque* aggressurus. Dumque *Ambraciotas* expectat, τὸ δέξασθαι ἐτελεύτη. Hinc intelligimus verum illum anni naturalis *Autumnus* antea fuisse quam inirent anni *Attici* menses *Autumnales*, quos *Hyemis semestris* ambitu complectebatur, cum suis *Atheniensibus Thucydides*. Si quidem à feriis *messivis Julii*, aut *vindemialibus Augusti Juliani*, *Autumnus* æstimandus esset, sic magnam partem *Æstatis* etiam *trimestris Autumnus* occuparet. Minus tamen fortassis errabimus à mente *Thucydidis* si illum de initio *Autumni Parapegmatici* intelligamus, qui ab *Æquinoctio* inibat, quod propterea *Autumnale* appellatur. Sic spatium inter *Autumnus* *Æstatisque finem* illud erit, quod inter *Æquinoctium* intercessit proximunque ab *Æquinoctio Civile Novilunium*, quod mensis *Attici* erat *Mæmaeterionis* qui *Octobris Juliani* die cœpit VII°. Sic ultimo *Æstatis* mense concludentur hæc omnia.

III. 103. Τὴ δὲ τριησούτης χειρῶν, cladem accipiunt *Athenienses* in *Sicilia* ad *Nessam*. Post initium, ut dixi, *Mæmaeterionis*, *Octobrisque*, quem dixi, diem VII^m. Μετὰ τὸτο, excensum facit in *Locridem* *Laches Atheniensis*, nec infeliciter. Hoc ergo *Octobri Juliano* jam affecto.

III. 104. Τὴ αὐτὴ χειρῶν, *Delum* universam lustrant *Athenienses*, ludosque instituunt *Deliacos* quinquennales. *Mæmaeterione Attico*, ut videtur, affecto, & proinde *Octobri* etiam *Juliano* fortasse desinente. Vit. *Thucydidis* Ἀδελφ. Belli Pelop. ann. VII. καὶ τὸ ἑβδόμῳ ἔτῳ ἐπὶ Εὐθύμῳ (leg. Εὐθύδημῳ) Ἀρχόντῳ. Nempe quia *Euthydemus* *Archon* à *Pythodoro* VII^{us}. Hæc etiam *Diodorus Ol.* 88. 3. Propter pestem.

III. 105. Τὴ αὐτὴ χειρῶν, adsunt *Eurylocho Ambraciotæ*, *Olpasque* capiunt in agro *Argivo Amphilochico*. *Argos Amphilochicum* appellat ut à multis aliis cognominibus *Argis* fecerneret. Præcipue vero ab *Argis Peloponnesiacis*. Hæc enim *Urbs*, vel forte *Regio* tota *Peloponnesi* *Homero* Ἀργὸν Ἀχαιῶν *Odyss.* Γ. 251. Eo venit accersitus *Eurylochus*. Adest etiam cum *Acarnanibus Demosthenes*. Pugnatumque sexto, postquam venisset, die. III. 107. Victique *Peloponnesii*, & cælus *Eurylochus*. III. 109. Postridie in *Eurylochi* locum succedit *Menedæus*, qui pactus cum *Demosthene* discedit. Rursus profligati à *Demosthene Ambraciotæ* die sequenti ἅμα ὄρθρω. III. 112. Τῇ ὑστεραίᾳ caduceator de mortuis. Parcunt tamen urbi *Ambraciæ* locii *Demosthenis Acarnanes* & *Amphilochii*. III. 113.

Sssss 2

Imo



Imo *ſædus* cum illis centum annorum ineunt. Μετὰ ταῦτα, mittunt *Corinthii Ambraciam* præſidium gravis armaturæ militum trecentorum duce *Xenoclide*. III. 114. Poſt menſem *Mamaſterionem*, anno *Juliano* exeunte, vel *ſequenti* ineunte.

III. 115. Τὸ αὐτὸ χειμῶν, exſcenſum faciunt *Athenienſes* in *Sicilia* in *Himeræos*. Eorundem ad inſulas *Æolias* Expediſio. Reverſi *Pythodorum* nuper *Athenis* miſſum *Lachetis* ſuccellōrem inveniunt. Hæc poſt menſem *Atticum Gamelionem*, *Januariumque Julianum*, ut videtur. Proinde ad annum *Varr. Julianum* 329. referenda.

III. 115. Τελυπῶντος τὸ χειμῶν, victus à *Locris Pythodorus*. Hoc anno *Varroniano* 329. menſe *Attico Elaphebolione*, *Martio* autem *Juliano*.

III. 116. Περὶ αὐτὸ τὸ ἔαρ τῆτο, Ignis rivus ex *Ætna* effluxit, vaſtavitque partem agri *Cataneorum*. Sequitur mox: Ταῦτα μὲν καὶ χειμῶνα τῆτον ἐξήρῳ, καὶ ἐκτὸν ἔτος τὸ πολέμου ἐτελεύτα τῆδε ὃν Θεκυδίδης ζῶντος ἔειπε. Maniſeſtum hic habemus exemplum, quo *Veris* principium *Hyemi* accenſetur, ut modo vidimus alibi *Autumni* etiam *veri* initium *Æſtati* accenſeri. Poterit etiam hoc intelligi, ut ſupra explicuimus, de *Veris* initio *Parapegmatico*, à *Verno* nempe *Æquinoctio*. Sic etiam intelligetur, hoc ſaltem anno, primi *Lunaris* menſis *Munychionis* *Civili Novilunio* prius fuiſſe *Æquinoctium Parapegmaticum*; & paucorum illorum *dierum* ſpatio contigiſſe quæ his limitibus complexus eſt *Thucydides*. Ita erunt fini *Elaphebolionis* *Attici* aſſignanda, *Martique Juliani*, & *quinque ſexve* dierum ambitu concludenda. At præterea *Thucydides* anno poſt priorem aliam *Ætnæ* eruptionem *quingueſimo* hanc fuiſſe eruptionem. Is erat *Olymp.* 76. 4. Ibi ergo videnda quæ de ea diximus. Et in *Apparat.* §. 26.

Ann. VII. Belli Peloponneſiaci.

		Epoch. Attic.	Epoch. Laconic.
Per. Jul. 42 ⁸⁹ / ₉₀ .	Olymp. LXXXVIII. 3.	menſ. 3. Arch. <i>Euthydemo</i> .	1. Eph. <i>Argenida</i> .
U.C. Varr. 3 ²⁹ / ₃₀ .		4. menſ. 9. Arch. <i>Stratocle</i> .	2. Eph. <i>Onomacle</i> .
Ante Chr. 42 1/2.		à die <i>Junii Juliani</i> xxix.	à die <i>Sep. Jul.</i> xxiii.

Chryſidis Sacerdotiſſæ *Argivæ* anno 54.

IV. 1. Τὸ ἐπιγυγνομένης δέρας, πρὸς οἷον ἐκβολῶν, occupata à *Syracusanis* & *Locris Meſſana*, vaſtatique à *Locris* agri *Rheginorum*. Cœpit hujus anni *Ver* à menſe *Attico Munychione*, cujus diei primo reſpondit dies *Aprilis* *Juliani* etiam *primus*. Sed οἷον ἐκβολῶν de prima *ſpicarum* emiſſione interpretatur, recteque, ut exiſtimo, *Scholiaſtes*. Σίτη ἐκβολῶν, πρὸς ἀσαχύων (inquit) ἐκ τῶν καλύκων χυμῶν φησιν. Opponitur enim, ut mox conſtabit, ἀκμῆ. IV. 2. Nec ἀκμῆ tantummodo illi quæ *falci* eſſet matura, ſed quæ etiam *prope* ad maturitatem ſpectabat. Dicitur οἷον ἔτι χλωρὸς ὄντος. IV. 6. Et quidem ea *viriditate* quæ *victui* triticum reddiderit proſus inutile.



inutile. Inde enim factum ut prædantium in Attica Peloponnesiorum multis commeatus defuerit, quamvis frumentum agri Attici omne fuerit penes Peloponnesios. Dicitur ibidem πρῶτ, IV. 6. Metaphora sumta à diei diluculo, ut supra locutum observavimus Herodotum. Nec tamen vel ita anni Thucydidei ipsum initium designant hæc loquendi formæ. Hoc Thucydidi, ἀμὰ ἡμεῖς ἀρχομένης, vel δέρας εὐδὸς ἐπισημομένης. Et tamen initium laxius intellectum denotat vox πρῶτ, qua scilicet meridiei & vespere opponitur. Mense ergo Vernali primo, Munychione, & Aprili proinde Juliano, hæc gesta fuerint, sed affecto. Saltem Ver, qua ab Æstate proprie sic dicta distinguitur, voce δέρας hoc in loco intelligemus. Sic enim proxima temporis nota appellat ipse Thucydides.

IV. 2. Ἰπὸ τῆς αὐτῆς χεῖρας ἢ ἡρώ, πρὶν ἢ ὄσπον ἐν ἀκμῇ ἔθ, Peloponnesii in Atticam irrumpunt, duce Agide Rege. Missæ in Siciliam ab Atheniensibus naves XL. ducibus Eumymedonte & Sophocle, Pythodori, qui jam erat in Sicilia, in hujus anni στρατηγία collegis. Hinc verisimile est, ἐργασίης annuos jam quoque, cum mutatum esset anni Civilis initium à Gamelione ad Hecatombæonem, jam tamen (inquam) ut olim inivisse à Gamelionè, etiam ante annum Thucydideum, qui inivit à Munychione. Jam enim superiori anno Belli vidimus in Lachetis locum suffectum esse in Sicilia Pythodorum. Sed anno tamen illo exeunte. Erat enim initium à Gamelione rebus militiae forisque gerendis commodissimum, etiam cum Hecatombæone inirent Archontes Eponymi, quorum munus Civile erat, potius quam militare; rebus certe extra patriam gerendis ne quidem designatum. Ita notam temporis lucrabimur quo venerit in Siciliam Pythodorus, post mensem scilicet Atticum Gamelionem, & semestris proinde Hyemis parte posteriori. Obiter, dum in Siciliam navigant novi Atheniensium duces, visum est juvandos esse Corcyraeos, apud quos jam antea Peloponnesiorum naves erant LX. Hujus classis usus permissus Demostheni, si quid videretur, in Peloponnesios. Ergo Pylum munit, sex dierum spatio, Demosthenes. IV. 5. festum agentibus interea Lacedæmoniis. Audita Pyli munitione, redeunt, κατὰ τάχος, ex Attica, post xv. dierum moram, Peloponnesii. IV. 6. Hinc nexum intelligimus inter Pyli munitionem impressionemque Peloponnesiorum in Atticam. Ut fuerit etiam Pyli munitio mense Attico Munychione, & Aprili Juliano. Sic enim potius jam opinor quam, ut ad marginem annotaveram, mense illa contigisse Maio Juliano, & Thargelione proinde Attico. Sed profecto ad exitum vergente. Sequitur enim inter causas quæ Peloponnesios ad reditum impulerint: χειρῶν τε ἐπισημομένης μείζων πρὸς τὴν κατὰ δεικνύσαν ὄραν. Sic enim habet Editio. Sed pro ὄρα legit Scholiastes οὐρα. Non erat ergo lectio illa ad Marginem releganda. Si enim πρὸς scripisset Thucydides, & quidem sentu illo quo illum intellexit Cl. Interpres, debuit etiam post μείζων subjunxisse ἢ. Id cum non fecerit, crediderim hoc potius voluisse Thucydidem, medio jam Vere ineunte, auctam esse potius, quam minutam, aeris inclementiam Hyemalem. ὄραν enim Græci quadrantem anni appellant, quam tempestatem Romani. Simpliciter tempestatem anni Vernalem. Inde ad ætatem hominis transfertur illam, quæ flos ætatis habetur, ut Veris indicibus accenseri solent etiam flores, seu Pubertatis



bertatis illa sit, seu *primæ barbæ* atque *Adolescentiæ*. Hæc enim ὄρα censetur, ut proinde qui illam *nondum* attigerint, ἄωροι; qui *multo* superarint, ἔξωροι habeantur. Est ergo in illa *ætate* ἡλικία καθεστῶσα, respondens utique huic, in qua versamur, ὄρα καθεστηκυία, certa jam & manifesta signa jam *dubiæ* ἡλικίας omnia superans, & proinde omni prorsus dubitatione *superior*. Erant enim ἡλικίας signa alia *maturiora*, alia *seriora*. Et *prima* similiter signa *Veris* memorat Livius. Fuisse itaque supponit etiam *ultima*. Sic ergo in ἡλικία καθεστῶσα, erat illa *media* in supremum *Adolescentiæ* signum *primæ barbæ* & primum *exoletæ* ætatis signum, *scætozem* illum quem *hircosum* veteres *Romani* appellabant. Ita S. *Justino* Martyri, quem *tricenarium* agnoscit, ἡλικίαν καθεστῶσαν tribuit *Epiphaniæ*. Pertigit fortassis ἡλικία illa καθεστῶσα ab anno xxv. ad xxxv. Ab anno enim xxv. *Curatoribus* pariter ac *Tutoribus* liberi erant, per *Leges Romanas*, hæredes. Et ab anno xxxv. *Centurias seniorum* incipiebat *Disciplina militiæ Romanæ*. Nec ea ætate *majorem* legimus, ut opinor, *Principem Juventutis*. Sic ergo ὄρας καθεστηκυίας *initium* ponendum erit inter *prima dubiaque* quadrantis *vernalis* Signa, atque *ultima* de quibus nulla potuerit subesse *dubitatio*. Quæ nota satis commode *Aprili Juliano exeunti* quadrabit. Magis tamen fortassis pro *Cycli Attici* disciplina ὄραν καθεστηκυίαν designabimus, si illam ab illo *Parapegmatis Solaris die* auspicabimur qui *primo* post *Æquinoctium Vernale Novilunio* illi *Civili*, quod *Cycli Metonici* universi *remotissimum* fuerit ab ipso *Æquinoctio*, responderit. Ita quoque *initium* ὄρας καθεστηκυίας, pro nostris *Tabulis, Aprili Juliano desinenti* conveniet. *Terminus* autem in *secundo* post *Æquinoctium remotissimo* similiter *Novilunio*, si quidem *trium mensium Vernalium* in *Cyclo Lunari mensium primum* tantummodo ὄρας καθεστηκυίας nomine *Veteres* designarint.

IV. 7. Κατὰ τὸ αὐτὸν χρόνον, *Eionem Mendæorum* in *Thracia* coloniam cepit amisitque *Simonides Atheniensis*. Dum adhuc essent in *Attica Peloponnesii*, ut colligitur è proxime sequentibus.

IV. 8. Ἀναχωρησάντων δὲ τῶν ἐκ τῆς Ἀθηνῶν Πελοποννησίων, *Exercitus* eorum, itemque *classis Corcyram* versus missa *Demosthenem* in *Pylo* terra marique obsident, munita etiam præsidio insula *Sphaëteria*. Repulsi autem per *biduum Lacedæmonii*. *Tertio* die naves *Asinam* mittunt *Lacedæmonii*. Ἐν τούτῳ, adest *classis Atheniensium* è *Zacyntho*. Τῇ ἑσπέρῃ ad *prælium* se accingunt. IV. 13. Vincuntque *Lacedæmonios*, & præsidium *Sphaëteriæ* intercipiunt. Tum *induciæ* ad *Pylum* dicitæ. IV. 16. *dierum xx*. mittendis ad *Athenas* legatis. IV. 39. *Reversis* legatis, re infecta, & *xx*. *induciarum* diebus *elapsis*, *Bellum* de novo inauratur. IV. 23. 39. *Novæ* obsidentibus accedunt *Atheniensium* naves *xx*. IV. 23. *Reversi*, ut vidimus, ex *Attica Peloponnesii Aprili Juliano exeunte*, & *Munychione Attico* pariter ad *exitum* vergente. Postea paulo tardius convenerunt ad *Pylum Lacedæmonii*, βραδύτερα (inquit) ἐγγύς ἢ ἑσπέρῃ. IV. 8. Quot fuerit *dierum* mora illa non constat. Postquam convenissent. IV. die prælium *vavale* quo victi sunt *Lacedæmonii*. Inde *xx*. die *induciis elapsis*, rursus *Bellum*. Affecto proinde *Thargelione Attico* & *Maiο Juliano*.



IV. 24. 25. Ἐν τῷτο, victi ad *Messanam* ab *Atheniensibus Reginis* que prælio maritimo *Syracusæ* atque *Locri*. Μετὰ τῷτο, bis iterum victi *Syracusani Messanam* se recipiunt. *Camarinam* inde navigant *Athenienses*. Tum *Messanenses Naxum Chalcidicam* oppugnantes profligantur. Victi iterum ab *Atheniensibus Messanenses*. *Rbegium* reversi *Athenienses*. Μετὰ δὲ τῷτο, οἱ μὲν ἐν τῇ Σικελίᾳ ἔδδλωες, ἀνευ τῆ Ἀδριατικῆς, κατὰ γλῶσσειγάτων ἐπ' ἀλλήλους. Soli nimirum, quia viribus tantummodo maritimis instructi erant *Athenienses*. Hæc eodem tempore quo superiora. *Aprili* scilicet atque *Mai*o Julianis, ut videtur, affectis.

IV. 26. Ol. 88. 4. *Lacedæmonios* in insula *Sphaacteria* obsessos Ἐτι urgebant *Athenienses*. Tandem de eventu fere despondentibus, recepit in se *Cleon*, fore, si ipse dux eligeretur, ut *Lacedæmonios* ibi obsessos vel interficeret, vel secum intra diem ab ea jactatione xx^m. captivos secum *Athenas* adduceret. Idque præter spem expectationemque felix, revera præstitit. A prælio maritimo, quo inclusi sunt in *Sphaacteria Lacedæmonii*, ad prælium in ipsa insula quo ad deditionem sunt coacti, dies *Thucydides* numerat LXXII. Ita nimirum, ut xx. induciarum dies qui hanc posteriorem oppugnationem præcesserint, hoc numero fuerit complexus.

IV. 39. Proinde LII. dierum mora posterioris hujus oppugnationis fuerit oportet univ^{er}sa, quæ effecerit ut spem pene omnem obsessos ante *Hyemem* expugnandi abjecerint *Athenienses*. Secundus autem à *Cleonis* adventu dies idem erat prælii *Lacedæmonii* fatalis. Proinde LXXII^{us}. à prælio maritimo, LII^{us}. ab elapsis xx. dierum induciis. Nec multo antea tedium erat obsessorum quod *Cleon* in ducum contumeliam converterat. Hi dies additi *Thargelioni* affecto in *Hecatombæone* Attico desinent similiter affecto, & *Julio* proinde *Juliano*. Tum novus inierat Magistratum *Archon*, quam causam fuisse arbitror cur deinde metueretur ne in *Hyemem* protraheretur obsidio. Nam alioqui *Æstivam* saltem quadrantem non admodum affectam fuisse docent quæ hoc eodem anno, etiam receptis *Sphaacteria* captivis, *Æstate* tamen gesta memorantur à *Thucydide*. Τῆ ἕσπερα Ἄθηνην ἐπιστρέψοντες οἱ ἄλλοι ὡς ἐς πλεον. IV. 38. Inde reditus moram non admodum magnam fuisse colligitur. Quod sane necessarium erat ut promissis staret *Cleon* de captivis infra diem ex quo discesserat *Athenis* xx^m. adducendis. Reditus ergo dies superioribus additi efficient ut sine *Hecatombæonis* Juliique captivos adduxerit, vel initio *Metageitnionis* & *Augusti*, ut in editi *Thucydidis* margine observaveram. Jam vero eo potius propendo ut *Julio* potius exeunte *Cleon* captivos suos *Athenas* adduxerit. Sic fiet ut ad *Augustum* ineuntem referenda fuerint quæ proxima Epochæ statuuntur à *Thucydide*. Nempe ad diem à prælio navali saltem LXXX^m.

IV. 42. Τὸ αὐτὸ δέρας, μὲν ταῦτα οὐδὲς, *Atheniensium* Expeditio in *Corinthios*, duce *Nicia*, ad *Solygium* collem, & victoria. IV. 44. Dierum certe, saltem paucorum. Inde ἀρδύμερον ad *Crommyonem* *Corinthii* agri se recipiunt *Athenienses*. IV. 45. Τῆ ἕσπερα oram legentes in agrum *Epidaurium* exiensum faciunt. Inde *Methonem* veniunt, & *Cherronesi Isthmum*, in quo *Methone* est, muro cingunt. Inde ἐπειδὴ ἐξερέχισαν, postquam εἰς τὸ ἤλαρον τὸ τείχος τῆ χωρῆς, inquit *Scholias*tes, domum navigant.



gant. Vix potuit Expeditio hæc pauciorum fuisse *dierum* quam *decem* ad minimum. Qui dies superioribus additi xc. conficiunt à *prælio*, quod dixi, *navali*. Proinde *tres* pene *mensēs* Atticos *Lunares* ab affecto *Thargelione* Attico. Adeoque desinent *Metageitnionē* Attico etiam affecto. *Augusto* nempe *Juliano* similiter affecto.

IV. 46. Κατὰ τὴν αὐτὸν χρόνον καὶ ὅν ταῦτα ἐγένετο, *Eurymedon* & *Sophocles* à *Pylo Corcyram* petunt. Post diem à *prælio navali*, ut vidimus, lxx^m. Et proinde mense Attico *Hecatombæone*, *Julioque* adeo *Juliano*. Hic secedentes in montem *Istonem Corcyraeos* expugnant. Inde *Siciliam* veniunt, & cum *sociis* bellum administrant. IV. 48. Nempe *Hecatombæone* exeunte, vel ineunte *Metageitnionē*. Proinde *Julio* *Juliano* exeunte, vel ineunte *Augusto*.

IV. 49. Καὶ οἱ ἐν τῇ Ναυπακίῳ Ἀθωαῖοι καὶ Ἀκαρναῖες, ἅμα τελευταίων τῶν δέρου, *Anactorium Corinthiorum* urbem capiunt. Ejectis autem inde *Corinthiis*, coloniam civium suorum eo deducunt *Acarnanes*. Καὶ τὸ δέρον, inquit, ἐτελεύτα. E particula *καὶ* colligimus hæc *posterius* esse gesta quæ *Æstati* exeunti tribuit. Exiit *Æstas Thucydidea* mense Attico *Boedromionē* similiter exeunte, cujus dies *ultimus* idem erat *Septembris* *Juliani* dies xxiv^{us}. Itaque *Septembri* *Juliano* hæc gesta fuisse verisimillimum est. Detrahantur inde dies à *navali* *prælio* xc. Retro supputati desinent in diem *Junii* *Juliani* xxvii. Ita scilicet ut is ipse dies *Junii* fuerit à *prælio* i^{us}. Ita limites lucrabimur intra quos tempora superiora omnino statuenda sint. *Prælium* illud *Maiō* affecto superius constituimus. Hinc autem didicimus *Junii* die xxvii. ierius esse ne quidem potuisse. Et sane spatium aliquod inter diem à *prælio* xc^m. & *Septembris* illum diem fuisse, quem diximus, ex hac ipsa forma δέρου τελευταίων colligimus, quæ innuit superiora non *mensis* fuisse *Æstivi ultimi*, qui vere fuerit δέρου τελευταίων. Nos autem *mensi* *Æstivo penultimo Metageitnioni*, saltem *ineunti* illa assignavimus. Error, si quis fuerit, magnus esse non potuit. Hinc certe apparet, propter metum illum ne obsidio *Lacedæmoniorum* in *Sphacteria* protraheretur in *Hyemem*, ipsam *obsidionem* non esse propterea nimium differendam. Nec adeo Nos, ut videri aliqui possit, incommode ad mensem Atticum *Hecatombæonem* Verba illa retulisse.

IV. 50. Τὸ ἐπιγινώσκον χειμῶν, *Aristides Archippi* filius ad socios *Atheniensium* in *Asia*, pecuniæ cogendæ causa, missus, *Artaphernem* literas à Rege *Artaxerxe* ad *Lacedæmonios* deferentem capit. Captum una cum literis *Athenas* mittit. Illum *Artaphernem Athenienses*, cum suis ad *Regem* eundem legatis, *Ephesum* remittunt. Sed ὕστερον. Sed vero *Ephesi* *Artaxerxem* Regem decessisse audientes legati *Atheniensium* domum redeunt. Et quidem excefferat ille *verō*. *Hyemis* hujus, ut videtur, *initio*. Convenit *Diodorus*, imo etiam *Eusebius*. Uterque mortem *Artaxerxis Longimani* assignat *Olymp.* 88. 4. *Diodorus* etiam mortem statuit sub hujus anni Archonte *Stratocle*. Convenit Canon *Chronicus Astronomorum* accuratissimus à *Nabonassari* initio accersitus. In eo *Thoth Xerxis* xxi. idem censetur cum eo quo inivit annus *Nabonassaræus* cclxxxiii. Concurreratque cum *Olymp.* 88. 2. *Artaxerxi* autem accenset



accenset *Thoth* xli. quo scilicet inierit annus *Nabonassareus* cccxxiv. respondens scilicet *Ol.* $\frac{88}{3}$ 4. Sic tamen ut anno *Olympiastico* priori è vivis excefferit. Superstes ergo fuerit oportet post *Jun.* xxix. ut hujus *Olympiadis* annum 4^m. attingeret. Superstes post *Sept.* xxiv. ut *Hyemis Thucydideæ* partem aliquam videre posset. Superstes post *Decembris* diem vii^m. ut *Thoth* anni *Nabonassarei* cccxxiv. assequeretur. Nec tamen ultra *Martii* sequentis diem xxi. superstes esse potuit, si quidem *Belli* anno vii^o. extinctus fuerit, pro sententia *Thucydidis*. Is enim dies erat *Elaphebolionis* i^{us}. qui primus erat mensis *Vernalis* hoc saltem anno qui proxime *Embolimæum* sequebatur. Ita *spatium*, intra quod defunctus fuerit *Artaxerxes Longimanus*, in angustum contraximus. Certe post *Sept.* xxvii. quo cœpit *Ephorus Alexippidas* anno *Belli* xx^o. *Pax* enim illo *Belli* anno inita, ad annum *Darii Nothi* xiii^m. ab ipso *Thucydide* refertur. vii. 7. 58. Hic erat *Ol.* $\frac{92}{2}$ 4. ad annum *Darii Nothi* xiv^m. referendus, si ante diem xxvii. defunctus fuisset *Artaxerxes*. Medium annum *Xerxi* alteri tribuendum nullum agnoscit *Canon Astronomorum*, vel *Thucydides*. Adhuc angustior erit hujus mortis *Epocha*, si recte *inducias* anno *Belli* xx^o. cum *Dario Notho* initas ad *Februarium Julianum exeuntem* retulerimus. Sic enim necesse erit ut ad mensẽ *hyemalem* hujus anni *penultimum* pervenerit *Artaxerxes*, si, cum illæ sancirentur *induciæ*, nondum *Darius Nothus* annum Regni xiii^m. absolvisset. Videnda ergo quæ ibi dicemus. Nihil interim hic occurrit quod impediatur quo minus id quoque verum esse potuerit. Unica enim sequitur tempestatis *Hyemalis* nota, quam claudit *Thucydides*, pro more suo, his verbis, καὶ ὁ χειμῶν ἐτελεύτα. Innuens nimirum, ad *Hyemem exeuntem* illa spectare. Poterant ergo non incommode ad *penultimum Hyemis mensẽ* ineuntem referri, quæ verbis narraverat *Epochæ* proxime præcedentis. Et *spatium* forte aliquod inter captum remissumque *Artaphernem* innuit vox ὕστερον, ut modo observabamus. Et sane fœderatorum stipendia anno, ut plurimum *exeunte*, colligi solebant, *Athenas* adducenda ad *Dionysia* mensis *Elaphebolionis*. Captumque indicat *Thucydides* à navibus ἀργυρολόγους *Artaphernem*. Ita commode omnia quadrabunt si hac *Hyeme Attica* *exeunte* extinctum existimemus *Artaxerxem*. Ergo hæc novo anno *Juliano* 330.

IV. 51. Τὴ αὐτῆ χειμῶν, Chii Atheniensibus suspecti (jubentibus proinde Atheniensibus) novum murum diruunt, καὶ ὁ χειμῶν ἐτελεύτα, καὶ ἔσδομορ ἔστῃ τῆ πολέμου ἐτελεύτα τῆδε &c. Anno ergo *Thucydideo* ad finem vergente, & novo adeo anno *Juliano Varroniano* 330. Nec diu ante *Martii Juliani* diem xxi^m. ut mox videbimus.

T t t t t

Ann.



Ann. VIII. Belli Peloponnesiaci.

Epoch. Attic.

Per. Jul. 429^o.U.C. Varr. 33^o.Ant. Chr. 42^o.

Olymp.

88^o 4^o.

LXXXVIII. 4. mens 4. Arch. Stratocle.

LXXXIX. 1. mens 9. Arch. Isarcho.

à die Julii Juliani XVII.

Epoch. Laconic.

1. Eph. Onomacle.

2. Eph. Zeuxippo.

à die Oct. Jul. XII.

Chrysidis Sacerdotissæ Argivæ anno 55.

IV. 52. Τῆ δ' ἀπυριστομένης δέρας, εἰδὺς ἢ ἡλίου ἐκλιπῆς τι ἐγγίσει αὐτῆ νεμελίαν. Non addit, hoc in loco, *Thucydides*, κατὰ σελῶν, ut antea illum addidisse observabamus, cum à *recepta* Neomenia Civili *Metonica* discreparet *Neomenia* per calculos *Astronomicos* ad *Eclipsim* necessaria. Proinde innuit à Neomenia *Metonica Civili* non aliam fuisse hujus *Eclipsis Neomeniam*. Indicat præterea mensem *Atticum Metonicum* cujus hæc fuerit *Neomenia*. Illum nimirum qui primus numerari solebat in quadrante anni *Vernali*, quæ quidem quadrans *Vernalis prior* erat in *semestri Thucydidis Aestate*. Hinc ergo colligimus, recte Nos, & pro mente certe *Thucydidis*, & pro more olim apud *Athenienses* recepto, *tempestatum* anni *Civilium* initia à mensium *primorum* initiis arcessivisse. Sic, hoc in loco, *Eclipsim* dicit fuisse ἢ ἀπυριστομένης δέρας εἰδὺς, quæ in primam δέρας (quæ eadem *Veris* erat) *Neomeniam* incidebat. Hæc adeo accurate cum *nostris* *Cycli Metonici* *Tabulis* conveniunt, ut locum fere nullum reliquum faciant cur dubitemus, fuerintne *Tabulæ* illæ vere *Metonica*, & *Belli Peloponnesiaci* ætate apud *Athenienses* receptæ. *Eclipsim* hanc *Martii Juliani die XXI^o*. hora post mediam noctem *VII^a*. anno *Periodi Julianæ* 4290 statuunt *Chronologi*. Idem ille dies *primus* erat *Elaphebolionis Attici* in *nostris* *Cycli Metonici* *Tabulis*. Inde etiam illa intelligimus, & recte Nos annum hunc *Embolimæum* fecisse; & morem fuisse *Atheniensium*, ut quadrantem *Archontis* superioris *ultimam*, eandemque *primam* anni *Thucydidei*, post annos *Embolimæos* uno mense facerent *auctiorem*. Sic annis *Embolimæis* *Ver* semper mensibus constabat *Atticis* *quatuor*, quod reliquis annis *trium* esse solebat, *primo* etiam *Belli* anno duorum tantummodo, si à re gesta ad *Platæam* *Belli* initium arcessatur. Hanc autem *Eclipsim*, siquam *veram Eclipsim*, in animo habuit *Scholias* *Aristophanis* in *Nubes*, ad verba, Ἡ σελῶν δ' ἐκλίπεν] ἐπειδὴ ἐκλείψις ἐγγίετο Σελῶν τῷ αὐτῆ ἔτει ἐπὶ Στρατοκλέους Βονδερμίων. Jam alibi ostendimus, *Eclipsim*, de qua loquitur Poeta, fuisse plane *nullam*. *Diff. I. 21*. Nec vulgo tum exploratas fuisse *Eclipsium* *Causas*, præsertim *Lunarium*. Ortum tamen plerunque ducunt è *veris Historiis* etiam *fabellæ*. Hæc si *fabula* talem *ortum* habuerit, crediderim ex hac *vera* hujus *Archontis Eclipsi Solari*, nescio quo Interpretis falso ratiocinio, profluxisse *fabulam* de *Eclipsi Lunari*. Erit enim *Neomeniæ* hæc, qualiscunque fuerit, *utriusvis* *Luminaris*, ἐκλείψις, ut alibi indicat ipse *Comicus*. In eam



eam autem *Solaris Eclipsis* nulla convenire potuit, sed tantummodo *Lunaris*. Sub hoc præsertim *Metonis Cyclo* quo non *procul à veritate* aberrabant *recepti* Lunarium motuum, etiam in *Civili* anno, calculi. Sic erit pro Βονδρομιῶνι rescribendum Ἐλαφβολιῶνι. Pergit Auctor:

IV. 52. Τὴ αὐτῆ μῶδες ἰσαμῶδες (proinde ante diem *Elaphebolionis* Attici x^m. *Martii* autem *Juliani* xxx^m.) *terræmotus*. Occupant deinde *Mitylenæi*, aliique exules *Lesbii Rhætium*; mox *illæsam*, accepto pretio, reddunt. Μετὰ τῆτο, *Antandrum* capiunt, eo consilio ut in *libertatem* affererunt, cum reliquis oræ *maritimæ* Civitatibus, quæ fuerant antea sub *Mitylenæis*. Inde *Lesbum* suam infestant, & *Æolicas* in *continente* Civitates. Vere hæc omnia, ut videtur, *ineunte*.

IV. 53. Ἐν τῷ αὐτῷ ἔτει, *Athenienses Cytheram*, duce *Nicia*, occupant, incolas in *alias* sedes transferunt. Tum loca *maritima Asinem & Helos* per dies VII. infestant. IV. 54. Etiam *Cortytam & Aphrodisiam*. Inde se *Cythera* recipiunt. Tum *Epidaurum Limeram* (aliam scilicet ab *Isthmica*) & *Thyream* nuper *Æginetis* exulibus concessam laceſſunt *Athenienses*, *Æginetas* captos interficiunt, *Tantalum* præsidii ducem *Lacedæmonium* vulneratum *captivum* abducunt. Tum *Athenas* redeunt. *Diodorus* hæc *Ol. 89. 1.* Ita post *Julii* diem xvii^m. Si ita, corrigenda quæ ad *marginem* observaverimus.

IV. 58. Τὴ αὐτῆ ἔτει, *induciæ* inter *Camarinaeos & Geloos* in *Sicilia*, primo inter se. Tum deinde *Gela* iidem & alii quoque *Siculi* de *Pace* agunt, & *Hermocrate* auctore conveniunt. Dimissi deinde *Atheniensium* duces domum reversi multantur. Hæc *alio* quidem à prioribus *tempore*, & ἔτει, ut videtur, parte *posteriori* *ineunte*, quia nulla legimus horum ducum *Eurymedontis & Sophoclis* in *Sicilia* gesta. Proinde anno *Olympiadis* 89. 1. post *Julii*, quem dixi, diem xvii^m. Perperam ergo res hucusque in *Sicilia* gestas *Olymp. 88. 2.* concludit *Diodorus*.

IV. 66. Τὴ αὐτῆ ἔτει, *Athenienses Megarenses* antea binis *quotannis* Expeditionibus prædari soliti, tandem *μακρὰ τεύχη* capiunt, ipsis *Megarensibus* prodentibus. *Megarenses* urbem ipsam servavit *Brasidas* cum suis *Peloponnesiis & Thebanis*. Hæc quoque *Diodorus* sub *Archonte Isarcho, Ol. 89. 1.*

IV. 75. Τὴ αὐτῆ ἔτει, *Antandrum* muniri cœptam extorquent iterum *Athenienses* ab exulibus *Mitylenæis*. *Classem* amittit *Lamachus* aquis *coelitus* delapsis & subita vi *torrentis* devoluti, ad *Calecis* fluvii ripam, in agro *Heracleensi*. Inde ergo se cum exercitu, itinere *pedestri*, *Chalcedonem* confert, *Megarensium* coloniam. Eodem tempore, quo superiora, ut opinor. Quæ enim sequuntur, ea statim à *discessu Atheniensium* ex agro *Megarensi* gesta testatur *Thucydides*. Tum scilicet cum *Brasidas* in *Thraciam* moveret. Quam scilicet *Provinciam ipse* meditabatur cum & ipse *Megarum Corinthum* rediret.

IV. 76. Ἐν τῷ αὐτῷ ἔτει, & αὐτῶς μετὰ τὴ ἐν *Megarῶν ἀναχῶσιν*, *Demosthenes* se cum xl. navibus *Naupactum* confert. Ipse cum *Hippocrate* de rebus in *Bœotia* ad *Reipublicæ* formam novandis agit, invitante exule *Thebano Pæodoro*. Hic *Oiniadas* à reliquis *Acaruanibus* in *Atheniensium*



nienſium ſocietatem adactos reperit. Movet ergo primum in *Salyntium* & *Agræos*. IV. 77. *Tempus* è prædictis colligitur.

IV. 78. Κατὰ τὸ αὐτὸν χρόνον ἦ δέξας, venit *Brasidas* *Heracleam Trachinienſem*. Hic viæ in *Thraciam* duces accerſit *Theſſalos*, qui illum ad *Melitiam Achaïæ* conveniunt. Movet ergo primo die à *Melitia Pharfalum*. Inde *Phacium*. Tum *Peræbiam*. Inde, *Peræbis* ducibus, *Dium Macedoniae*. Tum *Helotas* nomen militiæ dantes ad duo millia cædunt *Lacedæmonii*. Alios *Brasidæ* in ſubſidium mittunt. *Perdiccæ* bellum indicunt *Athenienſes*. *Perdiccas* ergo cum *Brasida Arrhibæum Lynceſtarum Macedonum* Regem impetit. Deſerit autem *Perdiccam* *Brasidas Arrhibæi* cauſam magis probans. *Tempus* idem quod ſupra. *Ineunte* ut videtur, *Auguſto*. Proinde exeunte Attico *Hecatombæone*.

IV. 84. Ἐν τῷ αὐτῷ δέξει δίδως, mox ſcilicet à prædictis, ὀλίγον πρὸ τρυγίης, & τὴν καρπὴν ἐτι ἐξω ὄντος, movet *Brasidas* in *Acanthum Andriorum* coloniam. Hanc in ſocietatem, *libertate* propoſita, *volentem* recipit, καρπὴν φέρον. IV. 88. Mox etiam *Stagirus*. Ταῦτα μὲν ἔν ἐν τῷ δέξει τέτρω ἐγένετο. *Vindemiam* menſe *Septembri* locis *tapidis* *maritimisque* celebrandam, *frigidis* apparandam, ſcribit *Palladius*. L. x. tit. xi. *Diſtinctius* autem *Columella*, poſt III. Id. *Septembres*, dicit: *His diebus, locis maritimis & calidis vindemia*. Poſt IV. autem *Kal. Octobres*: *His diebus Vindemia pluribus regionibus fiunt*. Sic nulla erit hoc menſe recentior *Vindemia*. Imo *Auguſto* exeunte in *Bæotia* *maritimis*, & in *Africa*, *vindemiam* confici ſolitam teſtatur *Columella*. Et è feriis *Vindemialibus*, ortuque *fideris Vindemiatoris* in *Kalendario veteri Romano Ruſtico* idem conſtat. Hæc autem geſta paulo ante *Vindemiam*, *fructibus* nondum ex agro deportatis, teſtatur *Thucydides*. Proinde tempore *feriarum meſſivarum*, menſe *Auguſto*, quo tempore ſuperiora omnia antiquiora fuiſſe neceſſe eſt. De fine horum *Brasidæ* geſtorum ita *Thucydides*: Ταῦτα μὲν ἔν ἐν τῷ δέξει τέτρω ἐγένετο. Proinde ante diem *Boedromionis* ultimum, *Octobris* autem *Juliani XIII^m*. His ergo *limitibus* hæc *Brasidæ* *Acta* concludenda ſunt. Nempe inter tempora *ſeriſſimæ Vindemiæ* menſe *Septembri* peragenda *Æſtatiſque Thucydideæ ſemeſtris* finem. Quæ tamen ſi vera, rectius fortalle, ut in *Editi Thucydidis* margine fecimus, pleraque horum *Æſtivorum* geſtorum ad *Vernam* potius tempeſtatem, quæ hoc anno *quadrimeſtris* erat, retulerimus, quam ad *quadrantem* *Æſtivam* proprie ſic dictam, cum *Diodoro*. E multis tamen experimentis didicimus quam fuerit imperitus in *temporum* commiſſione *Diodorus*. Teſtimonium tamen vetus *qualecunque*, uti *conjecturis* agitur, dignum cenſeo quod expendatur.

IV. 89. Τὴν ἐπιβουρὰν χειμῶνος αὐτῶν ἀρχομένων, cum proditoribus *Bæotis* agunt duces *Athenienſes*. Deſecta prodicione *Siphas* & *Chæroneam* tinentur *Bæoti* adverſus *Demosthenem*. *Delium* occupat *Hippocrates* poſtquam reverſi eſſent à *Siphis* *Bæoti*, munitque *quinque* *ærerum* ſpatio. Die *quinto* redituros *Athenienſes* aggrediuntur, auctore *Bæotarcha Pagonda*, *Thebani*. Pugna ad *Delium* qua victi *Athenienſes*. Exeunte, ut videtur *Mamacterione* Attico, ſub initium *Juliani* *Novembris*. Die ſequenti, ſexto nimirum à munito *Delio*, demum reverſi *Athenienſes* tam



tam ex Oropo quam Delio, relicto tamen Delii præsidio. Hoc prælio pugnavit fortissime Socrates, si fides Platoni. Negat tamen Athenæus. L. V. ult. Expostulatio Thebanorum cum Atheniensibus de violato ab Atheniensibus Delii Sanctuario. Ὑπὸ τὰς αὐτὰς ἡμέρας τοῖς ἐπὶ Δελίῳ, mortuus Sitalces Rex Thraciæ, cui successit Seuthes. IV. 101. Tum Delium expugnant Thebani die à prælio xvii^o. mensæque utique Pyanepstone Attico, Novembri autem Juliano. Reddunt deinde occisorum in prælio Atheniensium cadavera Bæoti. Demosthenes, exscensu factò, vincitur à Sicyoniis.

IV. 102. Τῆ αὐτῆ χειμῶν^ῳ, Brasidas, propter Hyemem, ἐπιτίθειντο, Amphipolim aggreditur, quam etiam conditionibus æquis, morante hoc ipso nostro Thucydide, in fidem recipit. Eionem tamen tuetur Thucydides. Adjungit se Brasidæ etiam Myrcinus civitas Edonensis, cæso per insidias Pittaco Edonorum Rege. Galepsus etiam & Oesyme Thasiarum coloniæ, & πολλῶ ὕπερον. Idem moliantur & aliæ Atheniensium sociæ civitates, Ἀθωαίων ἐν τοῖς Βοιωτοῖς νεωστὶ πέπληγμένων. Itaque nuper à clade illa ad Delium. His auditis, Athenienses, ὡς ἐξ ὀλίγου καὶ ἐν χειμῶνι, mittunt ad Urbes illas suspectas auxilia. Et Brasidas ad naves Strymonæ fluvio compingendas se accingit, agitque etiam ipse cum suis civibus de novis auxiliis. Proinde hæc omnia hujus anni Juliani ambitu, & priori adeo Hyemis Thucydideæ parte, gesta crediderim. De cladibus Amphipolis, hoc anno à Brasida occupatæ, supra egimus.

IV. 109. Τῆ αὐτῆ χειμῶν^ῳ, Megarenses longos muros ab Atheniensibus occupatos diruunt. Brasidas post captam Amphipolim in Acten movet, cujus urbes pleræque ad eum deficiunt. Sanes & Dii, quæ repugnabant, agros vastabat, ἐμμεύας, paulo scilicet, quam decreverat, diutius. Illis in sententia persistentibus, Toronam Chalcidicam aggreditur, quam etiam proditam una nocte capit. Inde Lecythum quo se receperant Athenienses. His induciarum biduum concedit. Tertio die defensam, quarto tandem die expugnat. Reliquam Hyemis partem locis, quæ tenebat, formandis, novisque in alia consiliis, insumlit. Proinde Hyeme exeunte, postrema nimirum Hyemis semestris parte, hæc contigisse censeo, annoque adeo Varroniano 331. Ante Aprilis tamen diem ix. quo cæpit proximus Munychion, & proinde Ver sequentis Æstatis Thucydideæ semestris.

Ann.



Ann. ix. Belli Peloponnesiaci.

	Epoch. Attic.	Epoch. Laconic.
Per. Jul. 429 $\frac{1}{2}$.	LXXXIX. 1. mens. 4. Arch. Isarcho.	1. Eph. Zeuxippo.
U.C. Varr. 33 $\frac{1}{2}$.	2. mens. 9. Arch. Aminia.	2. Eph. Pitya.
Ant. Chr. 42 $\frac{3}{2}$.	à die Julii Juliani vii.	à die Octob. Jul. 1.

Chrysidis Sacerdotissæ Argivæ anno 56.

*Phacnidis Sacerdotissæ Argivæ anno 1^o. à fine
Boedromionis Attici, Septembrisque Juliani.*

IV. 117. Ἄμα ἤει τῷ ἐπιγυροῦντι δέρεσ, εὐδὺς, *Inducia annua* inter *Athenienses & Lacedæmonios*. Certe μέγχι Πυθίων anni sequentis pertigisse Libro sequenti testatur ipse *Thucydides* v. 1. quæ etiam ipsa *Vernalia* fuisse docet *Dionysius Periegetes*. Sic tamen loqui in suo ἱερῶματι videntur *Athenienses*, quasi ab *Elaphebolionis Attici* die xiv^o. illæ cœperint *inducia*. Ὡμολόγησαν (inquit) ἐν τῷ δῆμῳ τῶ ἐκεχειρίας εἶ) ἐνιαυτὸν ἀρχεῖν δὲ τῶνδε τῶ ἡμέραν τετράδα δὴ δέκα τῶ Ἐλαφβολιῶν μῶν. Eisdem *inducias* paciscuntur *Lacedæmonii* die mensis *Laconici Gerastii* xii^o. Non tamen indicant an ab illo die *inducia* fuerint inchoandæ. Proinde incertum fortasse videbitur, idemne fuerit dies ille mensis prædicti *Laconici* cum die *Elaphebolionis Attici* xiv^o. Ita censuit Cl. *Petitus*. Num ergo ἐῆτρας fuerit, seu *Decreti*, non item *induciarum*, dies ille *Lacedæmonius*? Sed diem eundem utrobique designari verisimilius esse probavimus quo cœperint *inducia*. Numeris tamen transpositis. Ut scilicet *Elaphebolionis Attici* numerandus fuerit xii^{us}. *Gerastii* autem *Laconici* xiv^{us}. Vid. *Diff.* viii. 10. Ita conveniet *Martii Juliani* diei $\frac{22}{23}$. Male ergo *Portus* interpres cum *Februario* commisit *Juliano*. Quasi vero cum uno aliquo mense *Juliano* certo semper concurrerit mensis *Atticus Lunaris*. Is autem error in junioribus Interpretibus occurrit frequentissimus, qui unum sequuntur *Gazam*. Erat autem mensis *Hyemalis*, pro censu *Thucydides*, hoc præsertim anno *communi*, *Atticus Elaphebolion*. Proinde *Veri* sequentis *Æstatis* non potuit *inducias annuas* assignare *Thucydides*, si à mense cœpissent *Elaphebolione*. Poterat fortasse mensium *Vernalium* primus apud *Lacedæmonios* haberi *Gerastius*. Sed credibile non est aliter de anni tempestatibus loqui *Thucydidem* quam pro more civium suorum *Atheniensium*. Aliter ergo mens illius explicanda erit. *Duas* memorat *Thucydides*, ni fallor, *inducias*, priores alias, alias posteriores. *Priores*, inquam, *nondum* ipsas *annuas*, mox à suscepto *induciarum consilio*, ad mittendos ultro citroque *legatos*, eam imprimis operam daturus, ut, *partium omnium consensu*, *inducia* stabilirentur *annua*. *Posteriores annuas*, quibus etiam ipsis agendum constituerant ut *inducia* mutarentur in *Pacem*. Hæc enim innuunt *induciarum* ipsa verba: IV. 118. *Priorum* ergo *induciarum* initium erat dies ille, quem diximus, *Elaphebolionis*. *Posteriores* à mensis sequentis *Vernalis*, & pro



pro *Thucydidis* calculo, *Aestivalis*, *Novilunio* potius arcessendas esse cenſeo. Nec enim alioqui poterant in *Pythia* deſinere, ni *menſe* eodem, eodemque *menſis die*, initium accépiſſent, quo ſolebant inire *Pythia*. Sed illa certe *Veris initio*, non *Hyemis fini*, aſſignanda jam probavimus, & *menſi adeo Vernali*, non *Hyemali*: Ἀρχομήδης γλωσσῆς νέον εἰα-
 Ⓞ. Sic enim loquitur *Dionysius*. Itaque & *menſi Vernali primo*, & *menſis illius ipſo etiam initio*. Diff. V. 2. Reſpondebant enim *Lunæ* rationibus *Ludi* illorum plerique publici, qua nempe à *veris* *Lunæ* rationibus *parum* admodum diſcedebant *menſes Lunares* in uſum publicum *recepti*, pro jure *Cycli Metonici*. Iino hoc ipſo conſilio *menſes Lunares integros* intercalabant; non autem, ut antea, *dies* duntaxat *Epagomenas* ultra modum *menſium* vel *tricenariorum*, vel *Lunarium*, ne unquam *Novilunia* à *menſium Civilium initiis*, aut *Plenilunia* à *mediis* multum aberrarent. Quo ſcilicet *Sacra Plenilunii Noviluniiſve* celebranda, *diebus* *menſium Civilium* affixa, rite peragerentur. Itaque, ut *Plenilunii* *Ludi Olympici*, ſic *menſis primi Vernalis Novilunii* *Ludos Pythicos* fuiſſe neceſſe eſt, ſi vera ſcripſerit *Dionysius*. *Menſe ſcilicet* proinde *Civili ineunte*. Ita *Munychionis* 1^o. (qui idem erat, hoc anno, *Aprilis Juliani* IX^{us}.) *annuæ illæ cœperint induciæ*. Ab *Elaphebolionis* die ſeu XIV^o. ſeu XII^o. (quorum neuter *Plenilunium* erat *Civile*, vel *Novilunium*) *Pythia* iniſſe nullo modo veriſimile eſt. Ita certe locum *Thucydidis* intellexit *Interpres*, cum ita poſtea ſcribit: *Et primo quoque tempore legatos, qui aderunt, factis induciis apud populum ſpondere, ſe annum integrum induciarum conventis ſtatueros*. Non ſcilicet tempore *præſenti*, ſed primo quoque (*futuro* utique) tempore; nec illos, qui *aderant*, legatos, ſed qui *adfuturi* erant, *inducias illas ſponſuros* indicat *Interpres*. Aliter ipſe *Thucydides*. Nullam legimus, apud ipſum, temporis *futuri* notam. Pro *primo quoque tempore* *Thucydides* ἀντίκα μάλα, *confeſtim* ſcilicet, vel e *veſtigio*. Nec enim *moram* ullam particulæ illæ præ ſe ferunt. Pro *legatis qui aderunt*, *Thucydides* ipſe προβέτας παρόντας. Et pro *ſpondere* πείσασθαι, ſenſu à *futuri* ſignificatione ſatis alieno. Nec ſane ſibi conſtat *Interpres*. Locum enim ſuperiorem ita vertit. *Et inducias annuas eſſe coram populo ſpoſponderunt. Harum autem initium fieri ab hoc die, qui eſt decimus quartus Elaphebolionis menſis*. Hic *inducias* jam hætenus *ſponſas*, earumque *initium* hunc ipſum *Elaphebolionis diem* agnoſcit. Alia ergo quærenda Reſponſio eſt. Nec erit illa, ut crediderim, abſurda, ſi dicamus, in *annis* conſtitutionibus non ſemper *initium fini* ad amuſſim reſpondere. *Triumviratum* inivit *Augustus* *quinquennem* cum *Antonio* & *Lepido* anno U. C. *Varroniano* 711^o. V. Kalend. *Decembres*, ad prid. Kalendas *Jan.* ſextas deſiturus. Spatio poſt finem *quinquenni* pluſquam *menſtruo*. Pro eodem exemplo, ipſum jam probavimus *Thucydidem* primo *Belli* anno *duos* tantummodo *menſes Vernaes* aſſignare, reliquos deinde omnes annos *uno ſaltem* *menſe* auctiores facere, *Embolos* etiam *duobus*. Ita ergo *die*, ut correximus, *Elaphebolionis* XII^o. cœperint *induciæ*, ut tamen anno *ſequenti*, non eodem illo *Elaphebolionis* die, ſed 1^o. potius *Munychionis*, quo *Pythia* celebranda erant, fuerint *exituræ*. Recteque adeo, *ineunte*
 anni



anni Vere, inducias factas tradit Thucydides, quod Vere anni sequentis similiter ineunte, fuerint terminanda. Recte enim & illud pro initio habetur, quod annorum induciarum fini accurate respondebat. Nihil sane alienum à more Thucydidis occurrit in hac, quam dedimus, illius interpretatione. Cum enim res gestæ primæ Belli Peloponnesiaci vel in Munychionem inciderint desinentem, vel affectum Hecatombæonem, annos tamen Belli à Munychione ineunte numerat, vel annis Embolimaicis, ab Elaphebolione, Si mensis integri post Veris initium rationem non habuerit; quid, quæso, erit cur miremur si paucorum saltem ante Veris initium dierum rationem similiter non habuerit, quo minus calculum rotundum utrobique à Veris initio arcessiverit? Jam autem ad res gestas hac temporis nota à Thucydide designatas nos convertimus.

IV. 120. Defecit hoc intervallo, ad Brasidam ab Atheniensibus Scione, ab eo recepta, & præsidio munita ἐπὶ τὰς ἡμέρας ταύτας, αἷς ἐπέρχοντο. Illis nimirum diebus quibus conventum fuerat de legatis utrinque mittendis qui de Pace acturi essent. Hujus pacti mentio in ipsa forma Lacedæmoniorum occurrit quam die Elaphebolionis prædicto ratam habebant Athenienses, & ab illo ipso die commercii illius per legatos initium instituunt. Inde ibant invicem redibantque legati, quod voce ἐπέρχοντο denotat Thucydides. Imo diem ipsum designavit, quo in Brasidæ potestatem venire Scionæi: δύο ἡμέραις ὕστερον. Proinde die Elaphebolionis XIV^o. & Martii Juliani die XXIII^o. Ita Belli Peloponnesiaci anni superioris VIIIⁱ. fine facta illa fuerit deditio. Nondum scilicet expleta anni illius Hyeme. Eo quidem libenter retulerim verba Auctoris nostri sub Anni superioris finem, illa: Ὁ μὲν τὸ λοιπὸν τῶν χειμῶν ἄ, τε εἶχε τῶν χωρίων καθίστατο, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπέβλεπε. Hæ enim erant ipsæ illæ, ni fallor, δῆλαιαι, quod Atheniensium socias civitates, insidiis potius quam Bello palam denunciato, à fide perverterit. Sic inde etiam & illud evincitur, primum harum induciarum initium, non ab anni IXⁱ. initio, sed ab anni potius VIIIⁱ. fine, esse repetendum.

IV. 122. Post proditam Scionem, & Mendam quoque atque Potidæam ad defectionem sollicitavit idem Profidas. Ἀποκιεῖται, & πωροδίας πέρι, verba sunt Thucydidis plane ad illas anni superioris δῆλαιαι spectantia. Antea tamen quam civitates illas in fidem suam reciperet Brasidas, monuerunt illum de induciis legati. Hæc certe eodem mense Attico Elaphebolione, & superioris anni proinde fine. Paucorum enim erat dierum iter ab Athenis ad Brasidam. Cæterum Atheniensibus, Cleone auctore, vindictam in Scionæos meditantibus, defecerunt Mendæi, ἐν τῇ ἐκχειρίᾳ φανερῶς. Et ἐν τέτῳ. IV. 123. Nempe Brasida pactas inducias non jam ignorante (ut cum Scionem reciperet, ignorabat) sed à legatis monito. Imo fidem induciarum ab Atheniensibus ipsis causante violatam. Defecerat Scione ipsa intra inducias, ut volebant Athenienses, ἐν λογισμῷ τῶν ἡμερῶν. IV. 122. Post diem Elaphebolionis prædictum quo Athenis sancitæ sunt. Antea tamen quam Brasidæ quippiam de sancitis innotesceret. Negavit enim illos post inducias defecisse Brasidas. Harum defectionum nexus ostendunt moram à stabilitis prædicto Elaphebolionis die induciis fuisse



fuisse brevissimam, ut mense proinde annoque eodem contigerint, non hujus, in quo versamur, anni, sed superioris.

IV. 124. Brasidas iterum cum Perdicca Arrhibæum Lyncestarum Macedonum Regem secundo Bello impetunt. Victo illo, duos tresve dies Illyrios expectant, qui, cum adessent, deficientes à Perdicca Arrhibæo se conjungunt. Ita factum, ut fugarentur tam Perdiccas quam ipse quoque Brasidas. Brasidas, cum hostes angustis faucibus, qua patebat aditus in Arrhibæi fines, pepulisset, eodem die Arnisam venit, quæ Perdiccæ parebat. Reversus è Macedonia Brasidas Mendam ab Atheniensibus occupatam deprehendit, de qua fuerat, mox à victoria in Arrhibæum, sollicitus. Tempus idem quod sequentis Epochæ.

IV. 129. Ἐπὶ τῷ αὐτῷ χρόνῳ τοῖς ἐν τῇ Λύγκῃ, Menden & Scionem ad officium redigunt Athenienses. Ita quidem, ut post victoriam in Arrhibæum de Mende sollicitus fuerit Brasidas, reversus autem eam jam receptam invenerit, spemque omnem illius recuperandæ abjecerit. Dum autem muro circumvallaretur Scione, veniunt ad Athenienses Perdiccæ legati de Pace, propter recentes illius cum Brasida simultates. Hæc post triduum in Mende recipienda absumptum. Mox autem à prædationibus Peloponnesiorum in Macedonia, quo se recepit à Lyncestarum finibus elapsus Brasidas. Eodem proinde tempore quo & Brasidas ad suos est reversus. Tum ergo impedit Perdiccas, eadem de causa, venturos ad auxilium Brasidæ Peloponnesios. Docent Nos hæc omnia, sic eidem tempori, utriusque notæ gesta esse assignanda, ut initia initiis, fines autem finibus respondeant. Hoc certe, ut videtur, Belli anno, exacto Elaphebolione Attico, cœpto autem Munychione, qui (hoc anno) cœpit ab Aprilis Juliani die IX°. Ante finem tamen Boedromionis qui Octobris Juliani diei II°. respondebat, in forma Juliana, Archonte jam novo Aminia. Erant enim hi limites Æstatis Thucydideæ. Nec sane longe ab Æstatis fine abfuisse horum gestorum finem, exinde colligo, quod Scionem Auctor τῷ δέπῳ ἢ δὴ τελευτῶντι, penitus circumvallatam fuisse testetur. IV. 133. Quæ nondum penitus circumvallata erat, cum legatos ad Athenienses circumvallationis operæ intentos mitteret Perdiccas. Nec enim moram circumvallationis admodum longam fuisse verisimile est. Exinde etiam, quod & ἀποῦντι χειμῶνι idem Athenienses Lacedæmoniosque quievissent dicat. IV. 134. Non ita nempe dicturus, ni Æstatis suæ semestris (quam tamen totam complectebantur annuæ illæ induciæ) partem saltem maximam trivissent insidiæ illæ Pacis perturbatrices à Brasida concitatae. Nectamen Æstatem universam absumpsisse exinde suspicio est, quod alia postea hac Æstate gesta retulerit Thucydides, his utique gestis contemporaneis recentiora. Horum ergo contemporaneorum finem Augusto Juliano exeunti, vel ineunti Septembri, Ego assignandum esse crediderim.

IV. 133. Τῷ αὐτῷ δέπῳ, Thebani muros Thespiensium diruerunt, quod cum Atheniensibus sentirent. Ea scilicet occasione captata, quod Thespiensium juvenus, pugna ad Delium commissa, periisset. Quæ clades, uti vidimus, superiori anno contigit. Imo ordo ipse loci, quo hoc memorat Thucydides, post priora illa quæ contemporanea fuisse

U u u u u

monuimus,



monuimus, evincit, mensi hæc Attico *Boedromioni*, *Septembri* autem Juliano, esse tribuenda.

IV. 133. Τὸ αὐτὸ δέρας, templum *Junonis Argivæ* conflagravit. Proinde *Chrysis* fugata. Ἐπι δὲ Χρυσις ἡ πόλις τῆς ἐπιδαμνίου ἰσθμοῦ, καὶ ἐνθάδε ἐκ μέσου, ὅτι ἐπιδαμνίου. *Medius* hic annus ab *ultimo* Belli initio, quo irruperint in *Atticam Peloponnesii*, repeti non potest, cum hujus Belli anni *ixi*. *Æstate* terminetur. Nam irruptionem illam mensi *Attico Hecatombaoni* tribuendam esse probavimus, à quo *vi^{us}*. mensis est *Gamelion*. Plane extra oleas *Æstatis Thucydideæ*, seu *semestris* intelligatur *Æstas*, seu etiam *trimestris*. Ergo ab initiorum aliorum *altero* processerit oportet illa supputatio: vel scilicet ab *Attici Munychionis initio*, si quidem ab *Æstatis Thucydideæ* *semestris initio* calculum duxerit Auctor accuratissimus; vel ab ejusdem *Munychionis die ultimo*, si à *re* potius ad *Plataeam* gesta supputandum esse potius exillimarit. Utrovis initio *Chrysidis* annos arcellamus, *mensis unius* ambitu discrepantia universa claudetur, vel *in-euntis* scilicet vel *exeuntis*, qui mensium *Vernalium* *Civilium primus* numerabatur. Est tamen fortasse cur à *posteriori* potius *Epocha* occupatæ *Plataeæ* calculum credamus duxisse *Thucydidem*, quod *primum* ab hac *Epocha* Belli *annum* hujus ipsius *Chrysidis Argivæ* *Sacerdotissæ* *anno* designarit. Sic ergo in ejusdem *exilio* fecisse videbitur, si, pro illo *exemplo*, hoc etiam loco *fugam* illius constituerit. Ita se si res habuerit, *Boedromionis die ultimo* *Templi incendium* contigisse oportebit, & quæ inde sequebatur, *Sacerdotissæ fugam*. *Medius* enim annus Belli *ix^{us}*. ad *vi^m*. saltem pertigerit necesse est ejusdem Belli *mensis*, qui ipso *Boedromionis die ultimo* inibat si à *Munychionis ultimo* procedat supputatio. Idem *Æstatis Thucydideæ* *semestris dies* erat *ultimus*. Ut proinde, *incendium*, si vel *uno die* ferius fuisset, ne quidem fuerit *Æstati* tribuendum, quod falsum tamen fuisse docet ipse *Thucydides*. Is enim ita δέρας fuisse monet, ut munita *Scione* antiquius *incendium* fuisse innuat, quæ δέρας erat τελευτώντων. Hoc ergo ut *incommodum* vitemus, rectius fortasse *Thucydidem* intelligemus de *exordio* ab ipso *primi* mensis *Vernalis Munychionis initio*, quod sane *exordium* apud illum occurrit frequentissime, ut anno *Belli xi^o*. probabimus. Sic ergo à *Munychionis initio vi^{us}*. mensis erat *Boedromion*, qui *Octobris* Juliani die *ii^o*. terminabatur, cœpit autem *Septembris* Juliani die *iv^o*. *Medio* ergo, inter hos, *die* aliquo *incendium* fuisse verisimillimum est. Sic anno *Sacerdotii* sui *lvi^o*. *exeunte* vel *lvii^o*. *caepo* exularit *Chrysis*. Inierit ergo *Olymp. lxxv. ½*. Certe post illius anni *Munychionem*. Alioqui annum *Sacerdotii* *xlviim^m*. ipso Belli *ortu* implevisset. Suffecta est in *Chrysidis* exulantis locum *Phaenias*. Ejus proinde anni à *fine Boedromionis Septembrisque* arcessendi sunt. Tenuit autem, ni fallor, saltem ad annum Belli *xxim^m*. quousque progressus est *Thucydides*. Vix enim dubito quin si alia aliqua hoc spatio successisset, de ea quoque *Lectorem* noster fuisset moniturus. Nempe ut *Successionem* *Sacerdotum Argivarum* ad *sua usque tempora* continuam perduceret.

IV. 133. Τὸ δέρας ἔδη τελευτώντων, *Scione* penitus *circumvallata* est, & *praesidio* in ea relicto, cum reliquis copiis *Athenienses* domum redierunt.

1. 111. 5

Ante



Ante diem *Octobris* Juliani III^m. quo cœpit *Mæmæterion* Atticus, & cum eo *Hyems Thucydidea*. Et post *Chrysidis exilium* quæ VI^o. hujus anni mense exulavit. Vult autem *Clemens Alexandrinus*, una cum *Templo*, ipsam quoque periisse *Chrysidem*.

IV. 134. Ἐν τῷ ἀπὸ δὲ ἀπὸ χειμῶνι, Pax Atheniensibus atque Lacedæmoniis. Prælium *Mantinæorum* atque *Tegeatum*, eventu dubio. Post diem *Octobris* Juliani III^m. quo cœpit *Mæmæterion* Atticus, & *Hyems Thucydidea*. Hoc tamen, ut videtur, anno *Juliano* & exitum vergente. Nempe U. C. *Varr.* 331.

IV. 135. Τὸ αὐτὸ χειμῶνι τελευτῶσθαι, καὶ πρὸς ἑαυτὴν, *Brasidas Potidæam* per *insidias* tentavit. Sed frustra. Καὶ ὁ χειμῶν ἐτελεύτη. Cœpit *Ver* hujus anni *Thucydideum Munychionis* Attici die 1^o. *Martii* autem *Juliani* die XXIX^o. Itaque paulo antea hæ *Brasidæ* *insidiæ*, mense *Attico* *Elaphebolione* exeunte, *Martio* autem *Juliano* similiter affecto. Proinde anno *Varroniano*, qua à *Januario* censetur, jam 332^o.

Ann. x. Belli Peloponnesiaci.

	Epoch. Attic.	Epoch. Laconic.
Per. Jul. 429 ²	LXXXIX. 2. mens. 3. Arch. <i>Aminia</i> .	1. Eph. <i>Pitya</i> .
U.C. Varr. 33 ²	3. mens. 9. Arch. <i>Alcæo</i> .	2. Eph. <i>Plistola</i> .
Ant. Chr. 42 ¹	à die <i>Junii</i> Juliani XXVI ^o .	à die <i>Sept.</i> Jul. XX.

Phacnidis Sacerdotissæ *Argivæ* anno 2. à fine *Boedromionis* Attici, affecto autem *Octobri* Juliano.

V. 1. Τὸ ἀρχαῖον δὲ εἶδος, *induciæ*, ad *Pythia* usque factæ, solutæ. Nec male ex hoc ipso *Thucydidis* loco collegit *Petavius*, *Pythia secundis* potius *Olympiadum annis* exeuntibus, tribuenda esse, quam *tertiis ineuntibus*. Illud certum menses *Vernales* anni *Attici* (qui ab *Hecatombæone* inire solebat) *Junii*, non *initio*, convenire. Id quoque jam Nos docuit *Dionysius Periegetes*, *Vere* cœpit & quidem *Veris initio*, ludos fuisse *Pythicos*. Non me fugit III^o. *Olymp.* αλξια². anno *Pythiarum* *initia*, assignari in *Chronico Eusebiano*. Sed variorum *Regnorum* tempora ut commisit invicem in suo *Canone Eusebius*; sic & formas *annorum* varias, nec sibi invicem in *initio* & *sine* respondententes. Itaque una aliqua anni *forma* pro reliquorum *norma* statuenda est. Ut scilicet reliquorum *annorum initia*, non *finis*, illi respondeant. Sed vero ratio nulla prorsus erat cur *Chronicon* suum ad formam anni *Olympici* exigeret *Eusebius*. Nec enim illa jam obtinebat in *Syria* ubi vixit *Eusebius*. Sed nec apud *Romanos*, sub quorum vixit *Imperio*. Nec denique in *receptis* illorum temporum *Annalibus*. Potuit fortasse pro *norma* habere *Romanorum* formam, quæ à *Januario* inibat, *Julianam*. Sic anno primo *Eusebiano* medio inceperit annus primus *Olympiadis*; secundo item & tertio, similiter *mediis*, inceperint anni *Olympiadis* secundus atque

U u u u u 2

tertius.



tertius. Proinde *tertii* anni *Eusebiani* pars *media* prior non *tertii* adhuc erit anni *Olympici*, sed tantummodo *secundi*. Nec dubium est quin ad ad partem illam *priorem* pertinuerint menses *Vernales*, & *secundi* cujusque *Olympiadis* anni *fines*. Sed *Judæorum* annum in *Sacra Chronologia* disponenda, qui à *Tisri* exordium capiebat, creditur ob oculos habuisse potius *Eusebium*. Nec illud forsitan immerito, quod à *Syro-Macedonum* forma, quæ in *Palaestina* vigeat, non admodum discesserit. Imo illi ipsi *formæ* olim, ante *Eusebium*, affueverant *Syri*, affueverant *Judæi*; cum & ipsi sub *Macedonum* Imperio essent, & ad Epocham *Seleucidarum* sua quoque *tempora* supputarent, quod in *Maccabæorum* Libris, & *Josepho*, ab illis receptum plerumque observavimus. Sed *anni*, in hac ipsa *Seleucidarum* Epochâ, *Judaici*, duplex erat in duobus *Maccabæorum* Libris *initium*: à *Nisan* aliud, aliud à *Tisri*. Favetque *Josephus* illis potius qui à *Nisan* annum inchoarent, qui parem *Nisani* mensẽ *Macedonicum Xanthicum* primum anni numerat. Sic ab ipsis fere *Pythiis* inierit annus etiam *Judaicus*. Et ad 2^m. *Olympiadis* annum spectarit pars illa *prior* anni *Eusebiani*, quo cœperit annus *Olympiadis* 3^{us}. Anni enim *Rustici*, potius quam *Civilis*, initium fuisse videtur à *Tisri*, post *messẽ* scilicet & *vindemiam* laborum annuorum *Rusticorum ultimos*. Annorum ergo *Sabbaticorum* potius atque *Jubilæorum*, initium erat à *Tisri*, quod ab illo demum mense *terra Sancta Sabbata* sua celebraret. Sic enim loqui solent *Sacræ Literæ*. Sed hac ipsa de causa hoc anni *Eusebiani* initium fuisse suspicio esse potest, quod annos *Jubilæos* in hodierno *Chronico Eusebiano* numerari videamus. Utinam Exemplar haberemus, non dico quale ab *Eusebio* ipso, sed quale ab Interprete prodiit *Hieronymo*. Mihi sane *Jubilæos* illos suspectos esse fateor, ne forte fuerint à *juniorum* interpolatorum manu, qui *Eusebium* pro *Cycli Paschalis* conditore venditabant. Ab his enim emanavit exemplum *Chronicos Canones* ad *Cyclos Paschales* aptandi. Et præter *mensem primum*, cujus usus erat in *Paschate*, *Jejunium magnum* mensis *vii*. quo numero respondebat *Tisri* à primo mense *Nisan*, constituendum esse consueverunt, quo accuratius de *primi mensis Paschalis* situ ex *Historiæ universæ* in *Canonum formam* redactæ serie constaret. Hinc enim hujus quoque *mensis* reperiendi *Regulas* præcipiunt *juniores* de *Cyclorum Paschali* Argumento *Scriptores*. Maxime propter *Natalem S. Joannis Baptistæ*, de quo monitum credebant *patrem* illius *Zachariam*, ipso illo mensis *vii*. magno *Jejunio*. Crediderant enim templum quo ingressus est *Zacharias Sanctum* fuisse *Sanctorum*, quo nemini patebat aditus præterquam *Pontifici summo* semel in anno *Ebr. ix. 7.* Hoc ipso scilicet *Magnæ Propitiationis* die. Inde falsissimis *ratiociniis* colligebant in *summo Pontificatu* fuisse hunc ipsum *Zachariam Baptistæ* patrem. Itaque ex illo *Festi* die diem colligebant *Christi Natalem*, de quo agebant recentiores illi *Cyclorum Paschalium* *Scriptores*. Auctoresque hujus, quo vixit *Eusebius*, *Seculi à Christo* quarti, plerumque venditant; & inter illos ipsum *Eusebium*. *Jubilæorum* certe observandorum consilium nullum memorat vel *Hieronymus*. *Eusebius* autem hoc uno fine *Chronicos Canones* conditos fuisse testatur, ut *Mosis* antiquitatem



tem *minorem* quidem asfereret quam *Christiani decessores*, qui *Inacho* partem fecerant, *majorem* tamen quam crediderant *Gentiles*. De *Paschate* nihil, nec de *Jubilæo*. Demus tamen, quæ probari facile non poterunt, ab *Eusebio* hos etiam fuisse *Jubilæos*. Demus proinde *Sacri* potius quam *Civilis* initii rationem habuisse in condendis *Chronicis Canonibus*. Ne quidem ita consequetur quod volebat *Magnus Scaliger*. Sic enim annus *Eusebianus*, quo cœperit *Olympias*, partem anni primi *Olympici* longe minimam complexus fuerit. Partem nimirum illam quæ inter *Junium Julianum* exeuntem, *Septembremque* pariter exeuntem plerunque intercessit, quæ ægre anni universi *quadrantem* explebat, sæpe ne explebat *quidem*. Ita *terti* inde anni *Eusebiani* menses *priores* ferme *novem* ad *secundum* spectarint. annum *Olympiadis*. In illis *Pythia* fuisse probavimus à *Thucydide*. Ita certe se habere necesse erat cum mense *Vernali* primo *Pythia* agi solita probaverimus. Nam ab illo anni exordio *Eusebiano*, *Vere* peracto sequebatur *initium* anni *Olympici*. Recte ergo se habet dispositio *Eusebii*, & *Thucydidi* magis astipulatur quam *Scaligero*. *Diodorus* præterea nobis testis opponitur, qui *Jasonis Pheræi* mortem *Olymp. cii^a. anno 3^o.* tribuit. Hunc enim *Jasonem* *Ἰάσονα Πυθίων* periisse testatur *Xenophon* in *Hellenis*. vi. Sed experimentis, ut existimo, satis multis evicimus quam fuerit in *Annalibus Græcis Romanisque* committendis à se varius imperitusque *Diodorus*. Certe *Thucydidi* conferendus non est etiam si astipularetur *Eusebius*, quod tamen illum non fecisse probavimus. Sed *Diodoro* testem opponimus meliorem quam sit *Diodorus* ipse, nempe *Xenophontem*. Nam *Pythiis* illis quæ prælium *Leuctricum* sequebantur proxime *Jasonem* interfectum esse narrat *Xenophon*. Imo *Vere* post prælium *proximo*, cum *Pythia* ipsa fuerint, ut vidimus, *Vernalia*. Cum ergo certum sit anno *Olympiadis* *ccii^a. 2^o.* ineunte *Leuctris* depugnatum esse, *Vere* sane illud *Pythiorum Jasoni* fatalium aliud esse non potuit quam quod ejusdem *Archontis Attici 2ⁱ.* fuerit *desinentis*. Si enim *3^o. Olympiadis* anno occisus fuisset *Jason* desinente, ut volebat *Diodorus*; ita cædes illa *2^o.* fuisset à prælio *Leuctrico Vere*, non *primo*, ut docet *Xenophon* cœvus Auctor atque exceptione major. Itaque in eo recte *Petavius*, quod *Pythia* anno *Olympiadis 2^o.* pro sententia *Thucydidis*, assignaverit. Illud non recte, quod ad *mensẽ* retulerit, quo superioris anni cœperint *induciæ*, *Elaphebolionem*. Jam supra ostendimus, id si fuisset verum, nec *Vere* potuisse, nec *Æstati Thucydideæ* assignari. Nec enim mensis *Vernalis* erat *Elaphebolion*, hoc præsertim anno, quo nullus præcessit mensis *Embolimus*. Nec vero *annum* superiorem *Embolimæum* fuisse mox ex ipse *Thucydide* evincemus, cum ostendemus hunc ipsum, in quo versamur, annum fuisse, pro sententia *Thucydidis*, *Embolimæum*. Illud enim certum, in nullo unquam *Cyclo* annos duos invicem *continuos* ambos fuisse *Embolimæos*. Potuit hoc ex ipsis *Thucydidis* verbis collegisse, si attendisset, ipse *Petavius*. Cum enim *inducias* illas *πέρχρη Πυθίων* perstitisse docet Auctor noster; illud sane innuit, paulo *plusquam annuas* fuisse, quæ anno proxime *sequenti*, non eo, quo cœperint, tempore *desierint*, sed ad *Pythia* usque fuerint *productæ*. Inclusis nimirum



perpetuis *Pythiorum* ipforum, inter Græcos, *induciis*. Vid. *Dissert.* v. I.

v. 1. Etiam aliud à dictis Observamus, ne quidem *primi* mensis *Vernalis initio* fuisse *Pythia*. Hoc innuere videtur Auctor, cum ait, *Ἐμυροπόδης δέ τις μέχρι Πυθίων* solutas fuisse *inducias*. Sic enim loquitur, quasi illa ipsa *Æstate* (quæ à mense *Vernali primo* inibat *semestris*) alia fuerit pars quæ *μέχρι Πυθίων* pertigerit; alia, majorque multo, quæ *Pythia secuta* fuerit. Manifestius autem illud ostendit, cum *Delum* hoc ipso intervallo iterum expiatam fuisse docet, translatis in *Atramyttium Asiæ* illius incolis. Hoc ille hujus anni *initio* memorat, adhuc tamen manentibus *induciis*, quas ante *Pythia* nondum solutas fuisse docuerat. Ita certe, nisi fortasse *superioris* anni *sine gesta hujus anni initio* recenfuerit, ut supra illum fecisse observavimus. Quod si hujus anni *initio Delum Athenienses* lultraverint; Sic *Munychione* medio, mensis nimirum *Plenilunio* (quod à die mensis xv°. *Aprilis* autem *Juliani* die xii°, multum distare non potuit) jam facta illa fuerit *Expiatio*. Et tamen post diem ejusdem *Munychionis* i^m. qui idem *Martii* *Juliani* dies erat xxxix^{us}. anno hujus *Olympiadis* 2°. adhuc Archonte *Aminia*. Ne enim ultra *primum* novi *Veris* *Plenilunium* differri potuerint *Pythia*, vetat *Dionysii* prolatum à nobis *superiori* anno testimonium. Proximum enim *Plenilunium Veris* *μεσώντιος* erat, non *ἀρχοπόδης*. Erat certe *dies* mensis illius vii^{us}. *Natalitii* nomine sacer *Apollini*, quod commune erat *diebus* mensium singulorum *septenis*. Situs erat satis commodus si non longe ab illo abfuerint *Pythia*. Media nimirum ipsa inter *inducias Pythiorum* causa receptas & solennes, ut tuti irent redirentque quorum intererat ut *Pythiis* adessent. *Pythia* ergo ipsa cum *initio* mensis *recentiora* fuerint, facient profecto ut ante *Plenilunium* exire vix potuerint *Pythiorum* causa institutæ, receptæque apud Græcos *induciæ*.

v. 2. *Μετὰ τὴν ἐκ χειρῶν*, post *Aprilis* *Juliani* diem prædictum xii^m. *mari* jam libero, & navigationibus opportuno, *Cleon* cum classe *Atheniensi* in *Thraciam* navigat. *Scione* adhuc obsessa *Toronem* capit. *Ἐπὶ τὸ χεῖρον*, *Panaetum* in *Atheniense* *μεσοπίοις*, per prodicionem recipiunt *Bæoti*. v. 3. Adhuc mense *Attico* *Boedromione*, & *Aprili* *Juliano*.

v. 4. *Ἐπὶ τὸν αὐτὸν χεῖρον*, quo *Torone* versus *Amphipolim* discessit *Cleon*, *Phæax* *Atheniensis* missus in *Siciliam*, cum duabus navibus, ut novas in *Sicilia* turbas, occasione è *Leontinorum* seditione captata, concitaret. Is *Camarinæos* & *Agrigentinos* in suam sententiam deduxit. Cum res ad *Gelam* non succederet, per *Siculos* in *Catanam* reversus; & *Leontinos* in *Bricinnis* agentes obiter cohortatus, rediit. Cum nonnullis *Italiae* civitatibus, & cum *Locris* in coloniam missis, egit de Pace cum *Atheniensibus* ineunda, ἐν τῇ Ἐθακομιδῇ τῇ ἐς τὴν Σικελίαν, καὶ πάλιν ἀναχωρήσει, καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ. Rediit autem *Phæax* *χεῖρον ὕστερον*. v. 5. Inde intelligimus, *initium* duntaxat profectionis idem fuisse, *Phæaci* in *Siciliam*, *Cleoni* autem versus *Amphipolim*; *reditum* autem *Phæacis* aliquanto *recentiorem* fuisse. Sub anni, ut videtur, *exitum*; & tamen anie *Mare clausum*, & siderum *ortus* navigantibus incommodos.

v. 6. *Ol.* 89. 3. Pergit deinde *Cleon*, motisque ab *Eione* castris, quo circum-



circumvectus *Amphipolim* appulerat, *Stagirim* primo coloniam *Andriorum* parum feliciter aggressus, *Galepsum* tamen *Thasiorum* coloniam expugnat. Dum *Eione* auxilia à *Perdicca Macedonum*, & *Polle Odontantum*, Regibus, expectat; *Brasidas* ad *Cerdylum* castrametatur. Movet deinde *Cleon* ad *Amphipolim*, ubi à *Brasida* deceptus superatur. Ita tamen, ut utrinque duces, tam *Brasidas* ipse quam *Cleon*, in pugna ceciderint. Porro *annum* hujus Prælii incertum fecere Grammaticorum veterum qui in vetustissimos *Poetas*, multis tamen post *Poetas* ipsos *Seculis*, scripserant, hallucinationes. Meminit *Cleonis* insultavitque mortuo *Eupolis* in *Marica*, teste *Aristophane* in *Nubibus*. p. 158. Quam tamen Fabulam actam Archonte *Isarcho* [*Ol. 89. 1.*] docet è veteribus *Didascalii* Comici *Scholias*tes in *Nubium Argumento*. Sed meliores tamen *Didascalie* ferioem *Aristophane* fecerant *Eupolidem*. Ita discimus ex hodiernis *Aristophanis* *Scholiis*. Et quidem testibus gravissimis *Eratosthene* & *Callimacho*. Sic enim habent: Ἐρατοδένης δὲ φησὶ Καλλιμαχὸν ἐγκαλεῖν τῆς Διδασκαλίας ὅτι φέρων ὑπερον πείρω ἔπει τῆ Μαεικῶν τῆ Νεφέλων. Recte autem se habebant illæ *Didascalie*. Est enim ab *Isarcho*, sub quo actæ *Nubes*, revera tertius *Alcaeus*, sub quo scripsisse necesse erat, qui *Cleoni cæso* insultavit, *Eupolidem*. Medio nimirum duntaxat *Aminia*. Non me quidem fugit, id negare *Eratosthenem*, tale quid à se repertum in *primariis Didascalii*. Sic enim de *Callimacho* loquitur *Scholias*tes in *Persona Eratosthenis*: Λανθάνει δ' αὐτὸν φησὶν, ὅτι ἐν μὲν διδαχθείσας ἔδεν τοῦτον εἶρηκεν. Ἐν δὲ τῆ ὑπερον Διασκυαδείσας εἰ λέγεται, ἔδεν ἀποπον. Αἱ διδασκαλίας δὲ, δῆλον ὅτι τῆς διδαχθείσας φέρουσι. Distinguit nimirum *Didascalias* *Didachtheias* à *Didascalias* ὑπερον *διασκυαδείσας*. Forma antiquissima in *Didascalias* erat *ἐδιδάχθη*. Cum nempe *prima* vice *Fabula* quæque ageretur. Multæ autem *Fabulæ secundis* cogitationibus auctæ emendatæque rursus *Populo* repræsentabantur, sub forma *διοικουάδη*. Ut proinde *Didascalias* his instructæ *διασκυαδείσας* appellarentur. Prioribus *Didascalias* id solum observatum, sub quo *Archonte* *Fabula* quæque acta fuisset, a ut in monumentis publicis consignatas repererent. *Primæ* vero an *secundæ* essent agendi vices, de eo nihil adhuc observatum. Nec proinde *primæ*, an *recentioris* actionis *Archontes* fuissent, annique in his primis antiquissimisque *Didascalias* consignati. Inde multos necesse erat oriri *Chronologie* errores, dum scilicet invicem conferrentur *primi* aliarum *Fabularum anni* atque *Archontes* cum aliarum *Fabularum posterioribus annis* & *Archontibus*. Exemplum in his ipsis habemus *Aristophanis* *Nepheais*. Cum enim *Isarcho* *Archonti* *Comœdiam* illam tribuit *Scholias*tes, de *Nepheais* se interpretatur, quas πρώτας appellat, & proinde *priori* *Nepheais* ἐκδοσει. Sic enim ille ex *Androtione*: Ἰσαρχος δὲ φησὶν ἅρ' (scribe ἔρ'] ἔσ' αἱ πρώται Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν. p. 158. Idque docet vox ipsa *ἐδιδάχθη* quam adhibuit tam hoc in loco, quam etiam in *Argumento*, *Scholias*tes. In his autem antiquissimis *Didascalias* locus erat *Fabularum* earundem *διασκυαδῆς* plane nullus, nec proinde *Archontibus* sub quibus actæ sunt *Fabulæ* eadem jam denuo *διασκυαδείσας*. Nullæ saltem *duarum* *Nubium*: Οὐ φέρουσι, inquit, αἱ *Didascalias* τῆ δ' ὄνο *Nepheais*. Nomine autem *Didascalias* simpliciter non alias intellexit quam has *primi generis* *Didascalias*. Sic ille :

Αἱ

a Vid. cl. 17. cas.
ad Athen. 1. 23.
111.26.



Αἱ Διδασκαλίαι δὲ, δῆλον ὅτι τὰς διδασκαλίαις φέρουσι. Inde intelligimus quam fuerit necessarium ut veteres illæ Διδασκαλίαι διδασκείσθαι novo διασκευασθεῖσιν Auctario locupletarentur. Ad rem certe præfertim Chronologicam. Nam si de his, quas habemus, Νεφέλαις ἐ veteribus illis Διδασκαλίαις statuendum esset; ita *Isarchi* Archontis anno hæ quoque assignandæ essent Νεφέλαι. Sed vero his Νεφέλαις antiquiorum fuisse *Eupolidis* Μαεικῶν exinde manifestum est, quod illius in hac ipsa Fabula meminerit *Aristophanes*. Sic Archonte *Isarcho* non potuit ferior esse Μαεικῶς *Eupolidis*. Nec proinde mors *Cleonis* si mortuum in illa Fabula perstrinxerit *Eupolis*, quod verum fuisse docet *Aristophanes*. Erant ergo qui hoc loco *Cleonis* tanquam vivi meminisse volebant *Aristophanem*. Scholiastes: "Ὡσαυτὶ ζῶντι αὐτῷ διαλέγεται ἐν οἷς φησι Κλέωνα ἢ Λάρον. Non satis attenti verbis Poætæ ἐκ ἐπιπέδασα γ' αὐτῷ κειμένῳ. Mortuis enim insultare ἀνθρώπων censuit *Homerus*, & ex eo *Aristophanes*. Idem scilicet *Aristophani* κείδημοι qui *Homero* φθίμενοι, ut multis probari posset, si necesse elset, veterum exemplis. Dubitabant alii, εἰ *Eὐπολις* ἐπλάσασθαι τὴν Κλέωνος τελευτὴν ἐν Μαεικῶ. Sed facilia erunt omnia si Διδασκαλίαις sequamur διασκευασθείσας potius quam διδασκείσας. Nam *secundæ* certe sunt, non *primæ*, *Aristophanis* Νεφέλαι quæ *Eupolidis* meminerint, ejusque Μαεικῶ. Ita pro sententia nonnullorum, quos excerpfit, *Grammaticorum* veterum ipse *Scholiastes*; δῆλον δὲ, inquit, ὅτι παρ' αὐτοῦ ὁ Μαεικῶς ἐδιδάχθη ἢ δὲ δὲ τῶν Νεφέλων. Idque vel ἐ morte *Cleonis* utrobique memorata verum fuisse vincitur. Nam *Alcæo* demum Archonte cæsum *Cleonem* docet ex *Androtione* *Scholiastes*. Convenit accuratissime, quod hunc *secundum* annum fuisse dicit ab Archonte *Isarcho* sub quo *primas Nubes* docuit *Aristophanes*. Nec minus convenit, quod in *Διδασκαλίαις* διασκευασθείσας reprehendebat *Callimachus*, teste *Eratostrabe*, ὅτι φέρουσιν ὕστερον τείτω ἔτι ἢ Μαεικῶν τῶν Νεφέλων. Convenit, inquam, hoc quoque accuratissime, si *tertius* ille annus de *tertio* intelligatur Archonte, utroque termino *incluso*. Convenit præterea *Diodorus*, qui *Cleonis* eadem ad Archontem retulit similiter *Alcæum*. Et quidem, quod ad mortem *Cleonis* attinet, astipulatorem nostrum *Thucydidem* habent *Διδασκαλίαι*, de quibus agimus, διασκευασθείσας. Testem omni prorsus exceptione majorem, nec superiorem *Διδασκαλιῶν* διδασκείσων Auctoritate inferiorem. Hic mortem *Cleonis* hoc ipso anno memorat. Imo illa anni hujus parte quæ Archonti respondebat *Alcæo*, ut mox ostendemus. Denique Archontem ipsum agnoscit *Alcæum* mense hujus anni *Elaphebolione*. v. 19. 25. cum *initium* anni Archontici ab *Hecatombæone* præcedente procederet, rarus alioqui in Magistratibus annuis designandis. *Thucydidi* suffragatur Fragmentum veteris in *Æschinem* *Scholiastis* à nobis supra editum, quo cladem *Cleonis Amphipolitanam* sub hoc ipso Archonte *Alcæo* ita tui videmus. Recte ergo se habebant hoc loco *Διδασκαλίαι* ὕστερον διασκευασθείσας. Et tamen magnos fuisse *Grammaticos* docet *Scholiastes Aristophanis* qui ad *Isarchum* potius Archontem mortem *Cleonis* referendam existimarent. Hoc nempe fretos, quod dixi, de Archonte *Διδασκαλίαις* διδασκείσας *ratiocinio*, quod falsissimum fuisse, nisi fallimur, evicimus. Erant porro qui sub *Aminia* *Cleonem* cecidisse crediderint. *Scholiastes*: Κλέων ἐποθήσκει ὅτι Ἀμινίς. Non edito tamen illius, qui ita senserit, nomine. Archon



Archon ille fuit sub quo fatalem sibi *σρατησίαν* suscepit *Cleon*, quem parum cautus Auctor cum *Archonte* confuderit, sub quo victus à *Brasida* *Cleon* occubuit. Nescius, ut videtur, cum *duobus Archontibus* communes fuisse *annuas* illorum temporum *σρατησίας*. Hæc obiter, ut locum *Scholiastis* admodum perplexum interpretaremur, quæ tamen faciunt ad hanc, in qua versamur, *Chronologiam*. E quibus hoc saltem constat, cœpto jam *Hecatombæone*, periisse *Cleonem*, & proinde post diem *Junii Juliani* xxv^m. Hinc autem non constat, *quousque* fuerit postea superstes. Hoc ipsi debemus *Thucydidi*, ut è mox dicendis constabit.

v. 12. Ἐπὶ τὰς αὐτὰς χρόνους ἢ ἄρτιος τελευτῶντος, *Rhamphias*, *Autocharidas*, & *Epicydidas*, *Lacedæmonii*, suppetias ad *Brasidam* lauri, *Heracleæ Trachiniensi* morati. Ἐνδιατριβήσαν δὲ αὐτῶν, ἔτυχεν ἡ μάχη αὐτῆ ἡμεροῦς, καὶ τὸ δέρον ἐτελεύτη. Itaque *Æstate* desinente prælium contigerit. Ita tamen *fini* proxima, ut cum *Heraclea* discederent, τὸ ἐπιγυρομένη χειμῶντος ἐσθῆς, nondum tamen *Brasidæ* mortem exploratam haberent. *Boedromionis Attici*, idemque *Æstatis Thucydideæ*, dies *ultimus*, idem erat *Septembris Juliani* dies xxi^{us}. Proinde vel hoc ipso die prælium erat, vel paulo antea.

v. 13. Ἐπὶ ἐπιγυρομένη χειμῶντος ἐσθῆς, *Rhamphias* cum sociis *Pierium* usque *Thessaliæ* progressi, deinde à *Thessalis* prohibiti, καὶ ἅμα *Βρασίδης* τελευτῶντος, ὅπερ ἔργον πῶ σρατιῶν, domum redeunt. *Mæmaæterionis Attici* die 1^o. & *Septembris Juliani* die xxi^o. vel non diu postea.

v. 14. Ἐσθῆς μὲν πῶ ἐν Ἀμφιπόλει μάχῃ, καὶ πῶ *Ραμφίῳ ἀναχώρησιν*, de *Pace* cogitant utrique, tam *Athenienses*, quam etiam *Lacedæmonii*. Hinc etiam constat inter prælium *Amphipolitanum* reditumque *Rhamphiæ* parvam admodum fuisse *moram*. Alioqui consilia reditu recentiora non potuissent prælium reditu antiquius ἐσθῆς consequi. *Moram* enim particula illa *magnam* pati omnino non potest.

Tricennale foedus *Lacedæmoniorum* cum *Argivis* jam in exitu. Nempe anno, qui imminebat, sequenti. Nam illo anno rursus ἐπ' ἐξῆδος hæ eadem *σπονδαὶ* fuisse dicuntur, & *Bellum* illis à *Lacedæmoniis* impendere.

v. 28. Hinc intelligimus verba illa de *Pace* hac *Hyeme* inita: καὶ ὡς τὸ ἔαρ ἦδη ὄρθα κενὴ τε ἀερίπνευστίνῃ ἀπὸ τῆς Λακεδαιμονίων, ῥαελαγυβλομένη καὶ πόλεις ὡς ἐπιτεχισμένην, ὅπως οἱ Ἀθλιῶται μᾶλλον ἐσακούοιεν. v. 17. Ita nimirum de *Pace*

actum ut nihilominus in *Ver* proxime futurum indiceretur. Hoc, ut videtur, consilio, ut *Athenienses* ad *Pacis* studium, metu *Vernalis* irruptionis per tot annos antea factæ, terrerent; quam ut ad *novum* cum *Argivis* *Bellum*, *Pacis* negotio cum *Atheniensibus* feliciter confecto, essent paratiores. Proinde anno proximo *tricennialium* induciarum cum *Argivis* *finem* fuisse verisimillimum est. *Vere* autem exierint, an *tempestate* alia quæ *Vernam* sequebatur, incertum est. Annus proximus erat *Olymp.* 89. $\frac{3}{4}$. Sic *Ol.* 82. $\frac{1}{2}$. illæ cœperint *induciarum*. Non incommode. Certe Bello decennali *Lacedæmoniorum* cum *Messenis*, hostes *Lacedæmoniorum* erant *Argivi*, ut nos docet *Thucydides* ipse, l. 102. Sed *Pacem Græcis* invicem conciliaverat *Cimon* antea quam *Persas* secundo Bello adoriretur. Si etiam hæ *Lacedæmoniorum*, quibus favebat *Cimon*, cum *Argivis* *induciarum Cimonem* sequestrem habuerint, prædicto

Xxxxx

anno



anno *seriores* esse vix poterant. Proximo enim anno rem gessit in Persas felicissime. Diffidiis *Græcorum* proculdubio antea sopitis. *Hyemem* autem hanc *Paci* transigendæ infumtam innuunt verba Auctoris, v. 17. Mox ergo à *Septembris* Juliani die prædicta xxii. de *Pace* actum existimo.

Ann. xi. Belli Peloponnesiaci.

	Epoch. <i>Attic.</i>	Epoch. <i>Laconic.</i>
Per. Jul. 429 $\frac{3}{4}$	LXXXIX. 3. mens. 4. Arch. <i>Alcæo.</i>	1. Eph. <i>Plistola.</i>
U.C. Varr. 33 $\frac{3}{4}$	4. mens. 9. Arch. <i>Aristione.</i>	2. Eph. <i>Clinomacho.</i>
Ant. Chr. 42 $\frac{1}{6}$	à die <i>Julii</i> Juliani xiv ^o .	à die <i>Oct.</i> Jul. viii.

Phæinidis Sacerdotissæ *Argivæ* anno 3. à fine *Boedromionis* Attici, initio autem *Octobris* Juliani.

v. 20. Hoc tandem anno de *Pace* ad annos L. inter *Athenienses* *Lacedæmonios*que conventum est, quanquam illam sub *superioris* anni finem videatur recensere *Thucydides*. Propterea, ut videtur, quod de ea *superioris* anni præsertim *fine* actum fuerit. Utcunque tamen, hoc *Belli* anno certe xi^o, pro *Thucydidis* mente, constituenda est. Nempe $\tau\epsilon\lambda\epsilon\upsilon\tau\omega\tau\omega\tau\omega$ τῆ χειμῶνος, ἀμα ἤει. Qua forma, non mensium *Hyemalium* finem, sed *Vernalium* initium, solet designare *Thucydides*. Addit præterea & aliam *temporis* notam his verbis: αὐτοδεκαετῶν διελευσάντων, καὶ ἡμερῶν ὀλίγων παρενεγκυσῶν, ἢ ὡς τοπρώτον ἐσβολὴ ἐς τὴν Ἀθηνῶν, καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς πολέμου τῆδε ἐγένετο. De *intero decennio* illum intellexit *Interpres*. Imo etiam *Scholias*tes: Αὐτοδεκαετῶν (inquit) ὀλοκλήραν. Quasi nimirum ipsa illa voce αὐτοδεκαετῶν, ὀλοκλήρα illa esset intelligenda. Nec illud, ut opinor, absurde. Sic enim loqui solent, quoties *pronomem* illud adhibent, *Sacræ* quoque *literæ*, ut tempus elapsum *integrum* soleant indicare. Imo aliquot *ultra* *decennium* *dies* ad *Pacem* fuisse testis ipse est *Thucydides*. Facile hoc è particula καὶ, & voce παρενεγκυσῶν colligimus, *addendos* nimirum intelligi *dies*, non *demiendos*. Sic enim certe alibi vocem παρενεγκυσῶν usurpat Auctor. Ἐυρίσει τις τοσαῦτα ἔτη, λογίζομεθα καὶ τὸς χειμῶνας, καὶ ἡμέρας ἢ πολλὰς παρενεγκύσας. v. 26. *Hesychius*: Παρενεγκεῖν, παρεδεῖναι, παραβαλεῖν. Itaque ad annum *Belli* xi^m. Pax illa pertinuerit oportet, quæ *decennio* *intero* elapso contigit, & nonnullis præterea *diebus*.

Hæc de *Pacis* anno. Docet præterea *Thucydides* anni *mensem*, ipsumque *mensis* *diem*, & quidem in forma *Attica*. Ne proinde dubitemus, de anni *Attici*, à *Belli* initio, xiⁱ. hæc intelligere *Thucydidem*. Nec sane ullibi *formam* anni *aliam* pro suæ *Chronologiæ* norma habet disertissimus *Historicus*. Mensis ergo *Elaphebolionis* ἐκτὴ φθινόπωρον, percussum fuisse *foedus* è *foederis* ipsis *Tabulis* apparet. v. 19. Eadem *Tabula* testantur *Archontem* tunc fuisse *Atheniensium* *Alcæum*, *Ephorum* autem *Lacedæmoniorum* *Plistolam*, quæ sane faciunt ne alius ille fuerit quam anni *hujus* *Elaphebolion*. Mensis ille hoc anno *cavus* erat propter diem mensis ix^m. *exemptilem*.

exemptilem. Ita ἐκτὴ φθινόωτος idem fuerit dies *Elaphebolionis* XXIV^{us}. *Aprilis* autem *Juliani* dies X^{us}. Conveniunt verba illa *Thucydidis*: ἐκ Διονυσίων εὐδὸς τῶν ἀσπῶν. v. 20. Erant enim sane *Bacchanalia* illa *Urbana* mense *Elaphebolione*. Ita optimus, ineditus tamen, *Æschinis Scholiastes*: Διονυσίων ἑορτὴ Ἀθηνῶν ἡγελοῦ, τὰ μὲν κατ' ἀγρῶς, μὴδὲ Ποσειδῶν. τὰ δ' ἐν ἄσει, μὴδὲ Ποσειδῶν. ad *Æschin.* Orat. in *Timarchum*. Suffragatur *Hesychius* verbis pene numeratis. Quasi his ipsis in *Æschinem Scholiis* sua debuisset *Hesychius*, quod sane incredibile non est. Medio ergo Mense *Elaphebolione*, circa *Plenilunium Civile*, *Urbana* hæc *Dionysia* fuisse verisimillimum est, quæ accensitis *Festi diebus*, & *sacris* etiam *Festi induciis*, effecerint, ut ad diem *mensis* fere XXIV^m. pertigerint. Itaque ab illo *Belli initio*, quo prima facta est in *Atticam* ἰσθμῶν, *decennium integrum* supputat *Thucydides*, cum *diebus præterea additiis*.

Fecit *irruptionem* illam, uti supra vidimus, *Archidamus Julii Juliani* die XXVI^o. *Hecatombæonis* nimirum, cujus dies XVIII^{us}. *exemptilis* erat, die proinde XXII^o. Inde si ad *Elaphebolionis* diem XXIV^m. supputatio instituat; tantum abest ut sint, præter *decennium*, *addendi dies*, ut ne quidem *justum* sit *decennium*. Imo *decennio* implendo *deerunt* non *dies* modo, sed *justi* etiam *præterea menses*. *Quartus* enim ab *Elaphebolione* *mensis Hecatombæon* est. Et ne *Vernus* quidem, sed *Æstivus*, ut ne quidem in *quadrantem* anni *eandem* conveniat. Sed quo pacto sit intelligendus, ipse Nos docebit *Thucydides*. Monet enim, hoc ipso in loco, per anni non *quadrantes*, sed *partes dimidias*, *Æstates* scilicet *Hyemesque semestres*, *decennium* illud se numerasse, ut scilicet *decem* istiusmodi *Æstates Hyemesque*, δὴνα μὲν δέρον, ἴσως δὲ χειμῶνας, ante hanc, de qua loquimur, *Pacem Bellum* illud impleverit. Sic recte ejus consilio respondebit, si XI^r. fuerit *Æstatis* hic *Pacis Elaphebolion*. Nec enim *perpetua singulorum* annorum *exordia*, ab uno aliquo *Belli Facto*, quod primum *Belli* fuerit, ejusque tempore, arcessit *Thucydides*. Idem enim ille, qui, hoc in loco, *Belli initium* à prima *Lacedæmoniorum* in *Atticam* *impresione* deducit, ejusdem tamen *Belli initium* ab *insidiis* in *Platæam*, *Archonte Atheniensium alio*, & ante diem *saltem octogesimum*, alibi deducendum censuit, ut in *Apparatu* jam ostendimus. Ita *incertum* fecisset ab *utro* horum *Factorum* annos *singulos* censuisset, si ab ipsorum *Factorum tempore* *singulorum* annorum *calculos* processisset. Et quidem ratio nulla erat cur *prior* illa rei ad *Platæam* *gestæ* *Epocha* per *singulos* *Belli Peloponnesiaci* annos decurreret. Nam *Thebanorum* illæ erant in *Platæam* *insidiæ*, non *Lacedæmoniorum*, nedum *Corporis Peloponnesiaci*. Imo *vigente* adhuc *fœdere*, nec *Bello* adhuc *denunciato*, illas *insidias* fuisse monet ipse *Thucydides*: ἐν τῇ εἰρήνῃ τε, καὶ τῷ πολέμῳ μὴπω φανερῶ καθέστω. II. 2. Hac de causa *alios* *plerisque*, præter *Thucydidem*, *Auctores initium* *Belli* ad *Archontem* potius *Euthydemum*, sub quo prima *Peloponnesiorum* erat *irruptio*, retulisse crediderim potius quam ad *Pythodorum*, propter *insidias Platæenses*. Satis autem aperte consilium suum exponit *Thucydides Annales* suos per *tempestates semestres* distribuendi. Et quidem ita ut *præcedant* *Æstates*, *sequantur* autem *Hyemes*. Sic ergo conciliandus erit sibi,

XXXXXX 2

fi



fi pro *Æstatis semestris* notis habeantur *alia illa initia à Thucydide* memorata. Ut nempe *primam Belli Æstatem*, qua patebat, *universam* designarint *ambæ illæ notæ*. *Vernam enim Æstatis semestris partem* designabant *insidiæ in Platæam*. Partem autem *posteriolem*, quæ *Æstas* erat proprie sic dicta, *Peloponnesiorum in Attica ipsa deprædatio*. *Initium autem sequentium Æstatum à neutro prædictorum Factorum* repetendum erat, pro mente *Thucydidis*, cum certe ab *utroque* repeti non potuerit. Itaque non aliunde quam ab *Æstivi mensis primi* (qui hic *Vernus erat primus*) *primo die*. Cœpit *Æstas illa prima* anno *Metonico primo*, qui *communis* erat, à mense *Attico Munychione*, à die etiam *Aprilis Juliani VIII^o*. Sic *duæ* fuissent *ultra decennium* ad hanc *Pacem* usque *dies παρενεγκύσου*, saltem in forma *Juliana*. Nempe ad diem *Elaphebolionis XXIV*. ad *initium autem Elaphebolionis* plane *nullæ*. Sed in anno *Attico* prior *Munychione* erat *Elaphebolion*. Ita fieret ut *defuturi* essent *iusto decennio* complendo *dies*, ad *finem Elaphebolionis*, *initium autem Munychionis*, saltem ad diem *Munychionis*, qui *XXIV*. *Elaphebolionis* responfurus erat, *XXIV^m*. *iustus erat mensis*, non *dies tantummodo*, discrepantes, ut volebat *Thucydides*. Plus adhuc si ad diem *Munychionis ultimum*, quo *insidiæ* erant in *Platæam*, processisset *supputatio*. Plane non constaret sibi *Thucydides*, si quidem esset ab eodem *mense* ad eundem *mensẽ* instituenda *supputatio*, à *Munychione* scilicet ad *Munychionem*. Jam autem vidimus, annis *Intercalaribus* ab *Elaphebolione Æstates* suas, quales diximus, *semestres* arcessere *Thucydidem*. Ita manifestum erit, *Æstatis XI^æ*. (pro censu *Thucydidis*) hunc fuisse *Elaphebolionem*. Et respondebunt adeo, pro sententia nostri Auctoris, omnia. Erunt enim ab initio *Belli* ad *Pacem*, *ἡμέραι* duntaxat, ut loquitur, *ὀλίγα παρενεγκύσου*, quas etiam, cum *paucas* fuisse testatur, *mensi* complendo non suffecisse innuit. Hinc etiam elicimus annorum *Intercalarium* indicia in illo *Metonis Cyclo* nondum, quod sciam, à *Chronologis* observata: Illos nimirum *annos* pro *Intercalaribus* habendos, quorum *Elapheboliones* annorum sequentium *Æstatibus* accenset præstantissimus *Historicus*. Inde & illud intelligimus, recte Nos *Cycli Metonici* menses *Embolimos* in *Tabulis* nostris disposuisse, cum quos adeo frequenter ipse *Thucydides* agnoscit *Embolimos*, illos omnes *Embolimos* nostræ etiam agnoscant *Tabulæ*. Hoc certe *secundum* est *Embolimi* mensis exemplum in ipso quoque *Thucydide*, convenitque examissim cum *Tabulis* nostris.

v. 25. *ἄδδς*, post *inducias*, motus *Corinthiorum*, Civitatumque in *Peloponneso* induciis *adversarum*. Post *Mart. XVIII*. quo cœpit *Elaphebolion*, annusque *Belli XI^{us}*. Imo post *Aprilis* diem *X^m*. *Elaphebolionis Attici XXIV^m*. quo factæ sunt *induciæ*. Mense adhuc *Juliano Aprili*. *Προϊόντες τῷ χερόν*, suspecti *Atheniensibus Lacedæmonii*, quod quædam non præstitissent è conventis. Hoc utique anno quo *promissorum fides solvenda* erat. *Aucta* tamen suspicio per *sexennium* & *decem menses* sequentes. Tum demum in *apertam* hostilitatem eruperunt. *Ἠγοίων χερόν* cum *ἄδδς* neccendus, ne *moram* aliquam magnam intercessisse extimemus. *Sex* autem *anni* & *menses* *Pacis decem*, quomodo intelligi sunt, explicandum infra erit, anno *Belli XVIII^o*.



v. 26. Βαῶτι ἐπέχειεσαν δεχήμερον ἦγον. Sed post *quingenta* annorum *σπονδῆς*, ἢ πολλῶν ὕστερον. v. 32. Postea ergo, licet non *multo* postea. Mense ergo, ut videtur, *Munychione*, & proinde post diem *Aprilis* Juliani xvi. vel paulo antea. Postea rogant *Corinthii* *decem* dierum *inducias*, similes illis quæ concessæ fuerant *Bæotis*, & quidem intercedentibus *Bæotis*. Nec tamen impetrant ab *Atheniensibus*. Ægre mihi persuadeo *decem* tantummodo *dierum* has fuisse *inducias*. Audiverant *Corinthii* de *induciis* *Bæotorum* cum *Atheniensibus*. Tum mittendi erant *legati* qui à *Bæotis* impetrarent, ut una secum *Athenienses* sollicitarent de *similibus* *induciis* sibi concedendis. His moris *dies* aliquot infumi necesse erat. Nec tamen *Bæoti* quicquam de *induciis* ad *novum* terminum prorogandis, ut à *pari* cum *induciis* *Corinthiacis* initio procederent. Suspicio ergo *decem dierum* *inducias* ita intelligendas ut pro *elapsis* haberentur ni *singulis* *denorum dierum* spatiis *novæ* concederentur. Vel ita fortasse, ut eousque obtinerent, dum pars altera, post totidem *dierum* spatium se *renunciaturam* *induciis* *palam* indicaret. Sic poterant *induciæ* diutius protrahi ad *Æstatem* etiam *affectam*. Sic *δεχήμερος σπονδῆς* memorat noster *Thucydides* in *Persona Alcibiadis* vi. 10. Anno *Belli* xvii°. Eisdem, ut videtur, cum illis, quarum meminit vi. 7. Anno *Belli* xvi°. Nec sane quicquam legimus cur existimemus, tam *brevi* spatio elapso, iterum illos ad *arma* rediisse. Pace constituta, reversi domum à *Sparta* *Corinthii* nova ineunt *foedera* cum *Argivis*, quorum *priores* cum *Lacedæmoniis* *induciæ* jam ad *exitum* spectabant, ut *superiori* anno observavimus. *Corinthiorum* exemplum mox sequuti sunt etiam *Mantinei*. Mox *aliæ* quoque *Lacedæmoniorum* sociæ *Civitates*, quæ sitis è *foederis* nuper *initi* verbis *prætextibus*. *Εὐδῆς Elei*. v. 31. Μετ' ἐκείνους εὐδῆς *Corinthii* & *Thraciæ Chalcidenses*. *Corinthii* *foederis* cum *Argivis* *primi* *Auctores*, *foedus* tamen ipsum post *Eleos* ineunt. *Defectiones* has omnes *sociorum* à *Lacedæmoniis* ad *Archontem Aristonem*, hujus nempe *anni posteriorem* refert *Diodorus*. Fretus aliquo fortasse, quem nescimus, *Auctore*. Pleraque ita contigisse è *Thucydide* ipso suspicio est, quod *Æstate* sua *semestri* adeo pauca post illa memorarit; & quæ habet, *recentiora* esse vix potuerint.

v. 32. Παιὶ τῶς αὐτῆς χεῖρας τῆ δέρας τῶρα, *Scionem* expugnatam, cælis *ἑλώσιν*, *Pueris*, & *mulieribus* in *servitutem* redactis, *Plataensibus* *colendam* dederunt *Athenienses*. Reducti rursus ab *Atheniensibus* in *Delum* *Delii*. Bellum inter *Phocenses* & *Locros*. *Tegeatas* frustra ad *defectionem* à *Lacedæmoniis* sollicitant *Corinthii* & *Argivi*, ἠδὲν *ἑγύμμαχοι ὄντες*. Itaque paulo post superiora. Rogant deinde *Corinthii*, *interpellantibus* *Bæotis*, ut *decem dierum* *inducias* cum *Atheniensibus* *communes* ipsi cum *Bæotis* haberent. Nec tamen impetrant. *Δεχήμεροι ἑπισπονδαί* hic appellantur, quas tamen mox *σπονδῆς* appellat. Vox ipsa illa indicat *σπονδῆς* illas fuisse *ἑπὶ σπονδῆς*, quarum nimirum *aliæ* alias sequerentur, inde *incipientes* ubi *aliæ* *desinerent*. Sic *ἑπισποδείαν* *Hesiodus* cum reliquis *Auctoribus* *Rusticis* *semina* appellat in *alia* *semina* *incidentia*. Et *notissimo* illo versu Ὀχνη ἐπ' ὄχνη γράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σῦκῳ, *nuspiam* *intermissam* denotat *frugum* *frequentiam*. Certe *inducias* *unis* *plures* vox illa

X x x x x 3

necessario



necessario indicare videtur. Et profecto anno sequentis initio *αὐτῶν* meminit *Thucydides Bæotorum cum Atheniensibus*. v. 40. Recte ergo, ni fallor, de *denorum* dierum *Cyclo* inducias illas interpretati sumus. Ita scilicet, ut post decimum quemque diem induciis renunciare licuerit, perseveraturis alioqui, ni renunciaretur. Certe *Diodorus* expugnatos *Scionæos* sub *secundo* hujus anni narrat *Archonte*. Et nexus tamen cum *induciis* moram ne quidem patitur admodum diutinam. *Delios* in patriam restitutos *Ol. 90. 1.* narrat *Diodorus*.

v. 33. Τὸ αὐτῶν δέξας, non, ut in superiori nota, *αὐτῶν δέξας* δέξας. Itaque post superiora. *Parrhasios* *Arcadiæ* à *Mantineorum* ditione in libertatem alserunt, *Plistoanacte* Rege duce, *Lacedæmonii*. Simulque *Mantineorum* murum in *Cypselis* diruunt. Jam scilicet apertam cum *Lacedæmoniis* inimicitiam professis *Mantineis*. Urbis *Parrhasiorum* custodiam *Argivis* credunt *Mantinei*. Elapsis forte *tricennialibus*, quarum supra meminerat, *induciis* *Lacedæmoniorum* cum *Argivis*. Violatas tamen *inducias* *Ol. 90. 2.* narrat *Diodorus*. Incertum tamen est, num de his *tricennialibus* loquatur *induciis*; an de aliis *brevioribus*, quæ alio aliquo, sed brevi, *Bello* interposito, inierint.

v. 34. Τὸ αὐτῶν δέξας, reversis jam è *Thrasia Brasidæ* militibus, *Helotis*, qui sub eo meruerant, *libertatem* concedunt *Lacedæmonii*, ereptamque *Elois Lepreum* cum aliis novis civibus habitandam. Captos ab *Atheniensibus* in *Pylo* cives suos ἀτίμους faciunt; ὕστερον χεῖρας, nempe temporis aliquo spatio elapso, faciunt ἐμίμους, ut honores capefferent, & emendi vendendique potestatem haberent. Nec multo postea *Æstatis finem* fuisse indicant sequentia.

v. 35. Τὸ αὐτῶν δέξας, *Thyson* in *Atho* sitam *Atheniensium* sociam urbem occupant *Dictidienses*. Pax hac *Æstate* *Atheniensibus* atque *Peloponnesiis*. Suspecti *Atheniensibus* *Lacedæmonii*, quod moras neciterent in reddenda *Amphipoli*. Proinde *Pylum* nec ipsi reddiderunt. *Messenios* tamen *perfugasque* è *Laconica* *Helotas* è *Pylo* in *Craniam* urbem *Cephaleniæ* transfulerunt. Cæterum ad finem *Æstatis* Pax servata est, deque *Pace confirmanda* actum. Finis *Boedromionis* *Attici* idem *Octobris* *Juliani* dies *VIII^{us}*.

v. 36. Τὸ ἐπιγυνομένης χειρῶν, alii jam *Ephori* ab iis, quibus Magistratum gerentibus, *foedus* initum est. Hinc anni *Laconici* initium elicuimus *Dis. VIII. 5.* Inibat hoc anno mensis *Atticus* *Mamaeterion* *Octobris* *Juliani* die *x.* *Laconicus* autem qui *Mamaeterioni* responderit, *Octobris* ejusdem die *VIII.* Post hunc diem, non, ut in *marginè* legitur editi *Thucydidis*, *Octob. XII^{m.}* novi inibant *Ephori*. Eponymum *Clinomachum* *Plistolæ* successorem fuisse docet *Xenophon*. Collegas habuit ille *Cleobulum* & *Xenarem* *induciis* constitutis adversissimos. Hi novas res in *Athenienses* moliantur. Ut scilicet primo *Bæoti* *Argivis*, tum deinde utrique *Lacedæmoniis* in *foedus* coirent. Sed errore quodam *Bæotarcharum* consilii excidunt. Nempe propterea quod *Pylum* non reddiderint *Athenienses*, ideo ad *induciarum* fidem violandam propendebant *Lacedæmonii*. Hæc *Diodorus* sub *Archonte* *Ol. 90. 1.* Forte ex *Horographo* aliquo *Annalista*, qui annum à *Vere* vel ab initio *Attico* antiquo

Gamelione inchoavit. *Archontes* autem annis illis assignaverit quibus *inibant*, nec observaverit annorum suorum initiis alios fuisse *Archontes* ab iis qui *mediis* annis *initori* erant. Ita enim partes annorum suorum *priores* aliis *revera Archontibus* tribuendas *Auctor Diodori* secuturis *medio* quoque anno suo *Archontibus* fuisset assignaturus. Hoc quidem *neceffe* erat si cum *Thucydide Diodorum* conciliare velimus, vel *Auctorem* (quicumque demum is fuerit) *cujus* fidem secutus fuerit *Diodorus*: Ita dicendum esset, *Gamelione*, vel etiam fortasse *Munychione*, recentiora illa fuisse novorum *Ephorum* consilia *Paci* adversantia. Ita ann. *Varr. 334.*

v. 39. *Ἐν τῷ αὐτῷ χειμῶνι πέτω, Mecybernam Atheniensibus* eripiunt *Olyntii*. Hoc etiam *Diodorus Ol. 90. 1.* similiter, ut modo illum interpretati sumus, intelligendus. Ita contigerit etiam hoc anno *Varroniano 334.* Qua quidem annus *Romanus* inire censetur à *Januario Juliano.*

v. 39. *Μετὰ ταῦτα, de Panaeto sibi tradendo à Bœotis agunt Lacedæmonii,* quo *Pylum* ipsi ejus vice ab *Atheniensibus* reciperent. Tandem cum *Bœotis* foedus ineunt. Mox tamen *Panaetum* dirutum (à *Bœotis*, ut vult *Scholias*) *Ἐν χειμῶνι τελευτῶντι ἡδη, καὶ πρὸς ἔαρ.* Prope finem *Hyemis*, & propinquo jam *Vere.* Proinde mense *Attico Elaphebolione* exeunte, ante initium *Munychionis.* Itaque paulo ante diem *Aprilis Juliani v^m.* anno *U. C. Varroniano 334.*

Ann. XII. Belli Peloponnesiaci.

	Epoch. <i>Attic.</i>	Epoch. <i>Laconic.</i>
Per. <i>Jul. 429¹/₂.</i>	LXXXIX. 4. mens. 3. Arch. <i>Aristione.</i>	1. Eph. <i>Clinomacho.</i>
U. C. <i>Varr. 33⁴/₅.</i>	xc. 1. mens. 9. Arch. <i>Æstyphilo.</i>	2. Eph. <i>Isarcho.</i>
Ant. <i>Chr. 4²⁰/₁₉.</i>	à die <i>Julii Juliani III^o.</i>	à die <i>Sept. Jul. XXVIII.</i>

Phœnididis Sacerdotissæ *Argivæ* anno 4. à fine *Boedromionis* Attici, & *Septembris Juliani.*

v. 40. *Ἐν τῷ ἡρι εὐδὺς τῆ ἑπιγυνομένης πέρας, Argivi foedus ineunt cum Lacedæmoniis* annorum *quinquaginta.* Hæc mense *Munychione*, qui *inivit Aprilis Juliani die v^o.* Reversos domum *Argivorum* legatos, & re cum *Populo Argivo* communicata, redire oportebat *Spartam* ad *Hyacinthia*, quæ Nos in *Annalibus Thucydideis* Ante-Peloponnesiacis *Thargelionis* Attici fuisse probavimus. Cœpit ille hoc, quo versamur, anno *Maii Juliani die v^o.*

v. 42. *Ἐν τῷ χεῖνῳ πέτω ὃ οἱ Ἀργεῖοι ταῦτα ἔπρασαν, medio* nimirum tempore inter *April. v^m.* & *Hyacinthia, Lacedæmoniorum* legati, cum tradendum *Panaetum* expectarent, *dirutum à Bœotis* offendunt, *captivos* autem apud *Bœotos Athenienses* accipiunt à *Bœotis*, redduntque *Atheniensibus.* Irati ergo ob *Panaeti* excidium *Athenienses* consilium de foedere *solvendo* ineunt quod fuerat cum *Lacedæmoniis.* *Auctore* hujus consilii



Annales Thucydidei.

consilii præcipuo *Acibiade*. Fœdus ergo ineunt *Athenienses* cum *Argivis*, *Eleis* & *Mantineis*, ab *Atheniensibus* legatis *Elim*, *Mantineam* & *Argos* mittendis renovandum *τεράκοντα ἡμέρας πρὸς Ὀλυμπίων*, ab *Argivis* autem *Eleis* & *Mantineis* legatis similiter mittendis *Athenas* *δέξασθαι ἡμέρας πρὸς Παναθηναίων τῶν μεγάλων*, cippo etiam inscribendum *ἀνεὸ κοινῆς Ὀλυμπίου τοῖς νυκτὶ*. v. 47. Hinc sane constat, anno, de quo agimus, *Olympia* fuisse (id quod ipse rursus mox agnoscit) & recte adeo se habere nostram omnem, ex hac parte, *Thucydidis Chronologiam*. Et quidem, si *dies* idem utrobique designetur (quod sane verisimillimum est) xx. diebus *Olympiis* priora fuerint *Panathenæa* illa, de quibus hoc in loco loquitur *Thucydides*, *Magna*. Hæc *Magna Panathenæa Pentaeterica* fuisse consentiunt Eruditi. *Græcorum* autem *Pentaeterides* quatuor duntaxat annorum integrorum ambitu redibant. Ita semper redierint eodem ab *Olympiis* intervallo, cum & *Olympia Græci* habeant pro *Pentaetericis*. Ita certe si ad ejusdem *Cycli* atque *Calendarii* normam utraque acta fuerint tam *Atheniensium Panathenæa* quam *Eleorum Olympia*. Inibant ludi *Olympici Hecatombæonis Attici* die xi. *Mensis* nimirum *Elei*, qui *Hecatombæoni Attico* respondebat, die xi. Ita *Scirophorionis Attici* die xx°. inierint *Panathenæa*. Hoc nempe anno *Junii Juliani* die xxiii°. Hinc certi erroris vincitur *Proclus* in *Timæum*, qui *Panathenæa Magna* diei xxiii°. tribuit *Hecatombæonis*. Sic enim *Olympiis posteriora* fuissent illa *Panathenæa*, quæ tamen *Olympiis priora* fuisse ex hoc certiori *Thucydidis* testimonio discimus. Mihi certe suspicio ex aliquo *jejuniorum* *Kalendario* hæc sumfisse *Proclum*, quo *situm*, quem in *Calendario Attico* olim habuerunt, jam mutaverant nomina *mensium* etiam *Atticorum*. Ita scilicet ut *posterioris* cujusque *mensis* nomine is *mensis* insigniretur qui revera præcesserat in *Kalendario Attico* antiquo. Ita quem *Hecatombæonem* appellat *Proclus*, is fuerit revera *Atticus Scirophorion*. Fieri potest ut *mensis Romanum Solarem* dierum xxxi. *Hecatombæonis* nomine designarint cœvi *Proclo Græci*. Fecisse credit *Petavius* qui *ἐν δὲ νύκτι* numerabant *ἡμέρας*, quorum meminit *Scholias* *Aristophanis*. Huc spectant verba *Marini* in vita *Procli*, quam nuper integram edidit *Cl. Fabricius*. Mortem enim *Procli* assignat diei *Munychionis Attici* xvii°. qui idem dies fuerit xviius. *Aprilis* etiam *Juliani*. Occurrit, fa-teor, aliquoties in *nostris Cycli Calippici Tabulis Munychion Atticus*, ab eodem, quo & *Aprilis Julianus*, initio procedens. Sed non hoc *Cycli* anno quo decessit *Proclus*. Potius ergo ex hoc *Marini* loco colligerim, *Aprilis Julianum* eundem fuisse *mensis*, quem hoc *Procli* Seculo *Munychionem* appellarint *Athenienses*. Hoc si verum sit, non erit certe absurdum si & *reliquos* *Calendarii Juliani* *mensis* vetustioribus *mensium Atticorum nominibus* similiter insignierint. Hæc si vera, *Scirophorionis Attici* die xi°. *Junii* autem *Juliani* die xiii°. *Jurajuranda* fuissent renovanda. Sed vero futuram illam *renovationem* ex intervallo supponunt illa *Pacta*, proinde *diebus aliquot Juribus-jurandis* ipsis antiquiora. Itaque *Thargelione desinente*, vel *ineunte Scirophorione*. Ita *Maiis Juliano* *ineunte* fuisse verisimillimum erit. Vix enim est cur dubitemus quin eodem die partis utriusque legati fidem renovarint.



v. 49. Ol. 90. I. Ὀλύμπια δ' ἐξήλθο τῷ δέσπῳ τότε οἷς Ἀνδραδέωνος Ἀρχῆς πατρῷ-
 τιον τοπρωτον ἐνέχε. Cœperunt mensis Elei, qui Hecatombæoni Attico
 respondebat, die XI°. Cœpit Hecatombæon Julii Juliani die III°. Pro-
 inde Olympia Julii Juliani die XIV°. inierint. Novo jam Atheniensium
 Archonte Astyphilo, & novo jam anno etiam Olympico, primo nimirum
 Olympiadis xc°. Jam alibi sæpe observavimus nec numerari à Thucy-
 dide Olympiades, sed Olympionicis designari; nec Stadionicis, ut postea,
 Olympionicis, sed Pancratiastis. Et juniorum fuisse inventa, tam ut nu-
 merarentur, quam ut Stadionicis designarentur Olympiades. Causam
 enim plane nullam video cur Pancratiaste, ne quidem Atheniensi, Olym-
 piades designaret Thucydides, si mos tum fuisset Olympiadum Epony-
 mos alios Olympionicas censendi præterquam Pancratiastas. Nec sane
 temere hoc fecisse putandus est, qui bis eodem exemplo Olympiades de-
 signavit. Toties nimirum quoties Epocham adhibendam esse censuit
 Olympiadum. Jam Lacedæmonii Sacris Olympicis ab Eleis interdicti,
 quod mulctam non solvissent lege Olympica irrogatam. Lacefliti præ-
 terea pœna Lichæ Lacedæmonii virgis à lictoribus in stadio castigati.
 Inde metus & præsidia ludos agentibus.

v. 50. Μετὰ τὰ Ὀλύμπια, Corinthi conveniunt Argivi eorumque Socii.
 Aderant etiam Lacedæmoniorum legati. Sed nihil peractum. Facto au-
 tem terræmotu in suam quique urbem discesserunt. Omine, ut videtur,
 conventu soluto. Quod legimus in illius temporis Historiis sæpissime.
 Finis Olympiorum Hecatombæonis die XVI°. Julii Juliani die XVII°. Fi-
 nis Æstatis die Boedromionis ultimo, Septembris XXIX°. His limitibus
 omnis illa consultatio concludenda est. Sequitur enim: Καὶ τὸ δέσπῳ ἐτελεύτη.

v. 51. Τῷ ἐπιγενομένῳ χειμῶνι, victi Heracleotæ Trachinienses ab Ænia-
 nibus, Dolopibus, Meliensibus & Thessalis. Cæsus dux Xenares, alius,
 ut videtur, à cognomine Ephoro Belli concitato. Hic enim qui Hera-
 cleæ cecidit Ζενάρης ὁ Κνίδιος Λακεδαιμόνιος appellatur. Erant in Cnidii
 Dorum coloni. Herodot. II. 178. Sed colonum Ephorum fuisse non est
 verisimile. Subjungitur: καὶ ὁ χειμῶν ἐτελεύτη. Itaque forte paulo ante fi-
 nem Hyemis pugnatum. Nempe paulo ante Martii xxv^m. anno Varro-
 niano 335°.

Ann. XIII. Belli Peloponnesiaci.

	Epoch. Attic.	Epoch. Laconic.
Per. Jul. 429 §.	xc. i. mens. 4. Arch. Astyphilo.	1. Eph. Ilarcho.
U.C. Varr. 33 §.	2. mens. 9. Arch. Archia,	2. Eph. Leone,
Ant. Chr. 41 §.	à die Julii Juliani XXII.	à die Sept. Jul. XVII.

Phaeinidis Sacerdotissæ Argivæ anno 5°. à fine Boedromionis
 Attici, ante Octobris Juliani diem XVIII^m.

*v. 52. Τῷ ἐπιγενομένῳ δέσπῳ εὐδὲς ἀρχομένῳ, Heracleam Bæoti, post su-
 perioris anni cladem, admodum debilitatam, ipsi occuparunt, ne in Athe-
 nienfium

Y y y y y



nienſum poteſtatem veniret, pulſo *Hegeliſſida* duce *Lacedæmonio*. Quod male habuit *Lacedæmonios*. Mox à die *Martii* xxvi°. 1°. *Elaphebolionis*.

v. 52. *Alcibiades ſpartanus* cum manu *Athenienſium* venit in *Peloponneſum*. *Argivis* eorumque ſociis eum, ut videtur, invitantibus. *Patrenſibus* auctor erat ut *muros* ſuos uſque ad mare perducerent. Ipſe *muros* alios ad *Rhium Achaicum* molitus eſt, quos tamen quo minus perſiceret, obſtitere *Corinthii* atque *Sicyonii*. Mutuentes, ut videtur, ne ſinus *Naupaſtiaci* aditum intercluderet. Hæc menſe, ut videtur, *Aprili* *Juliano*, *Attico* autem fortaliſis *Elaphebolione*.

Hæc prima fuiſſe videtur *Alcibiadis ſpartniæ*. *Superiori* autem anno prima ejuſdem *πολιτείας*, qua cives ſuos *Athenienſes* concitavit ad *Bellum* in *Lacedæmonios*. Inde fortaliſſe tempora illius aliquatenus eruemus. Si quidem annus *πολιτείας* ætatis fuerit xxx^{us}. non admodum, opinor, aberrabimus in ætate illius conſtituenda. Sic natus fuerit *Olymp.* lxxxii. $\frac{2}{3}$. Cum *Pericli* avunculo conſilium daret de vitandis ærarii à ſe profligati rationibus, πῶς ὄν τῷ ἡλικίᾳ dicitur *Diodoro* Ol. 87. 1. Conſilium illud datum *Olympiadis* illius, & anni initio. Tum enim *Phidiam* diem dictum jam ſuperius oſtendimus. Hoc ipſo nempe fine, ut per *Phidiam* *Pericles* opprimeretur. Hic, ſi accurate Auctoris ſui verbum ſervarit *Diodorus*, nondum abſolverit oportet *Alcibiades* ætatis annum xvii^m. *Pueritiæ* finem, pro cenſu *Athenienſium*. Abſolverat autem ipſo illo anno *Juliano deſinente*, menſe *Attico Pyanepſione*, nempe ante finem *Munychionis* vi°. *Novembri* *Juliano*, vel *Decembri* etiam *ineunte*. Tum enim eum *μεράκιον* cenſet *Plutarchus*, qua *Puerili* ætati opponitur ætas *μεράκις*. Verbis enim paulo ſuperioribus τῷ παιδικῷ ἡλικίᾳ παραδόσων dicitur. *Μεράκις* ætatem à tertio, fateor, ſeptenario cenſet *Pollux*. Sed, pro more *Romanorum*, qui *Opus* inſcripſit *Commodo Cæſari Principi Romano*. Sed *veteris Pueritiæ* fines à *Servio Tullio* præſcriptos, etiam apud *Romanos* à fine anni xviii. cœpiſſe alibi probavimus. Ita certe apud *veteres Græcos*. Ita apud *Lacedæmonios* fuiſſe docet *Plutarchus* in *Lycurgo*. Ita apud *Eleos* in *Olympionicis* à *Puerorum* cenſu excluſis. Ita certe *Athenienſes*, qui primum militiæ *tyrocinium* in *ἀεπίλοις* illis affignabant quos *ἀσπίδων* appellabant, intra ſecundum à completa *Pueritiæ* annum, biennio anno ætatis xx°. *minores*, etiam cœpto. Inde annos *militiæ* numerabant xlii. ad annum ætatis lx^m. etiam cœptum *militiæ* finem. Conveniunt hæc accuratiſſime cum initio *πολιτείας* à nobis aſſignato, anno ætatis xxx°. Nec ſane erat cur dubitemus quin *primo* quoque tempore *legitimo* honores petiturus fuerit *Alcibiades*, indole præter modum arrogantis. Nec viciffim, quin repulſam nullam fuerit paſſurus *nobilitate* tanta majorum, & *Populi* gratiam captandi tantus artifex. Cæſus eſt *Olymp.* $\frac{23}{34}$. 4. annos circiter *quadraginta natus*, inquit *Nepos* c. 10. Saltem *quinquagenario minor*. Numerum enim *rotundum* eſſe potius quam accuratum, innuit vox *circiter*. Is annus erat illius xlii. pro noſtris hiſce rationibus. Facile fieri potuit ut *poſterior* ille numerus per *Librarium* exciderit. Alia *Alcibiadis* ætatem ſpectantia quaerenda infra anno hujus *Belli* xvii°.



v. 53. Ol. 90. 2. Τὸ αὐτὸ ἔργον, Bellum Argivis, adjuvante Alcibiade, in Epidaurios. Vel potius παρασκευά. Mense Attico Hecatombæone. Proinde post Julii Juliani diem xxii^m. Rationem melius in proxima Epochâ, quæ ejusdem temporis est, trademus.

5. 54. Κατὰ τὰς αὐτὰς ἡμέρας, Lacedæmonii ad Leuctra agro suo finitima Lycæum usque progrediuntur, duce Agide Rege Archidami filio. Sed, non procedentibus auspiciis, domum revertuntur. Reditus autem erat ante mensis Laconici, qui Carnium præcessit, diem xxvii^m. Hæc erat περὶ τὸν θλίοντο. Dies nempe Hecatombæonis Attici xxvii. vel forte xxvi. propter diem, qui præcesserat, exēntilem. Augusti scilicet Juliani xvi. Retrorsum enim agenda supputatio est. Hinc editi Thucydidis marginem Lector emendabit. Mensem illum fuisse, quem dixi, è proxima Epochâ colligemus.

v. 54. ἀναχωροῦντων αὐτῶν, reversis nempe Lacedæmoniis, Argivi ad festum celebrandum die mensis, qui Carnium præcessit, prædicto, conveniunt, impressionemque illo ipso die faciunt in Epidaurios. Oblitit autem Festi Religio quo minus ex utraque parte quicquam deinceps gereretur. Horum tempus à superiori pendet, ut mox fuerint secuta. Hinc autem intelligimus Carniorum sanctimonium in mensem præcedentem redundasse, quippe quæ cœperit à die mensis præcedentis xxvii. Loquuntur quidem de his sacris induciis ita Scriptores, ac si fuissent plerunque menstruæ. Tantundem apud illos valent ἀνοδὸς & πλῆρες ἀνοδῶν, ut alibi observavimus atque explicavimus. Diff. vii. 8. Inde verisimile est ad spatium pene menstruum plerasque pertigisse. Sic tamen ut mensibus, in quos inciderint, Calendariorum non responderint. Imo respondere vix poterant præterquam in Festivis quæ menses medios occuparent, & Civilia saltem Plenilunia. Si enim initio mensis fuissent Sacra, pars erat è præcedenti mense demenda qua tuta essent adeuntium itinera. Si viceversa mensibus fuissent exeuntibus, è mensibus sequentibus erant eximendi dies quibus salva essent itinera redeuntium. Et quo latius patebant Sacra, eo plures erant concedendi dies ultro citroque commeatibus, ut omnibus, quorum intererat, Sacris, quorum Religione tenebantur, interessè liceret. Et quidem Dorum omnium communia erant hæc, de quibus agimus, Carnia. Tam Argivos, quam Argivorum hostes, eorum Religione coerceri videmus quo minus, ante elapsa inducias Sacras, invicem concurrerint. Et Dorum coloniis, tam Siculis, quam Africanis, Sacrorum eorundem mensiumque usum fuisse constat. Erant equidem induciæ illæ Sacrorum causa indictæ non certi alicui mensis diei, ut videtur, affixæ, sed pro indicentium placitis arbitrariæ. Hoc erat in Sacris indictitiis receptissimum. Et ex Argivorum artificibus idem intelligimus quibus Bellum sibi à Lacedæmoniis inferendum eluserint à Xenophonte nostro commemoratis. Non erit itaque fortasse cur si uno aliquo anno sacras inducias exploratas haberemus; exinde colligeremus perpetuo illas eisdem diebus fuisse celebratas. Longe tamen illas ab illo exemplo variatè unquam non est profecto verisimile. Cavebant enim induciarum indictores, ne longe unquam feriæ ipsæ à tempore legitimo discederent, cum ne Diis quidem gratas existimarent si tempore

Y y y y y 2

alio



alio celebrarentur quam *legitimo*. Nec ratio erat ulla cur *longe* invicem distarent *induciæ* etiam *indictitiæ* feriarum ipsarum causa constitutæ. Hoc ergo saltem lucrabimur, ut vel ex uno exemplo discamus quo fuerint spatio proxime redituræ. Quod sane rei *Chronologicæ* intererit. Et sane horum, de quibus agimus, *Carniorum inducias* vel *veras* explorare licebit, vel saltem certe *verissimas*. Die mensis *Carnii VII^o*. *Carnia* ipsa cœpisse volunt Eruditi. Nescio quo freti testimonio *VII^o* mensis *Carnii Carnia* ipsa cœpisse docuerint Eruditi. Utcunque tamen *verisimile* est diem illum delectum esse *Sacris Apollini Carnii Ludis* inchoandis, cum dies mensium omnium *Septeni* eidem *Numini* sacriati fuerint, ut alibi ipsi observavimus. Hoc si verum, sic *induciarum* dies, qui *Festum* præcesserint, ex hoc ipso exemplo colligemus. Nam, inter sacros *induciarum* nomine dies, hunc ipsum fuisse mensis *præcedentis XXVII^m*. Historia ipsa Auctoris nostri docet. Esto ergo *I^{us}*. Ita *decem* fuerint *induciarum* dies quæ *Festum* præcesserint, si vel *plenus* mensis fuisset, vel si mensis *excavatio* loco illo facta fuerit quo occurrit in nostris *Tabulis* dies pro *Cycli lege exemptilis*. *Novem* autem, si die mensis *penultimo* fuerit mutilatio, ut pro *die* mensis *XXIX^o*. *tertiâs* fuerit numeranda. Sed vero in festis ipsis *Carniorum novem* fuisse *dies* docet *Athenæus*. *IV. 4.* Ita dies *Festi* ultimus idem fuisset *mensis XV^{us}*. Concedantur ergo *redituris* à festo *pares* *induciæ* illis quas *accessuris* concessas evicimus. Sic *induciarum* dies *ultimus* ad *mensis* diem pertigerit vel *XXIV^m*. vel *XXV^m*. & spatium *menstruum* expleverit pene universum, quod supponunt prædictæ voces à *Xenophonte* usurpatæ. Hoc ergo spatio concludendæ erunt hæ *Argivorum* *induciæ* atque *Epidauriorum*. Omnium enim pene *Peloponnesiorum* communes fuisse *Thucydides* ipse supponit. *Celebratæ* enim pariter ab *Argivis* eorumque *fociis*, atque *violatæ* sunt. *Mensisque* Religionem causabantur *focii* etiam *Epidauriorum*, quo minus cum prædantibus *Argivis* congregarentur. *Festi* etiam *mensisque* causa in *Concilio Mantineensi* conventum, ut exercitus utrinque dimitterentur. *Lacedæmoniis* certe *utrumque* sacrum fuisse, vel exinde colligitur, quod post *mensē* illum *focii* *militiam* indicerent. Hinc sane suspicamur, *Doriensibus* omnibus *Peloponnesiis*, ut una erant eadem *Sacra*, sic unam fuisse eandemque *Anni* formam atque *Mensium*; unumque adeo annorum *Cyclum* eo fine institutum, ut suo *tempore legitimo* *Sacra* redirent. Tam *Deus Apollo Carnius* omnium communis erat, quam & *vates* à quo nomen *mensis* & *Sacrorum* originem arcessunt. Nam in *Peloponnesum* *vates* ille cum *Doriensibus Heraclidis* venisse^a traditur; & *Peloponnesum*, qua patebat, universam ab *Heraclidis* occupatam fuisse volunt. Vix poterant alioqui ad *Sacra menstrua* tot ab *Heraclidis* oriundæ gentes ita commode convenire, nisi mensium *initia* communia, *Cycli* communis beneficio, habuissent. Sic *Epochæ* etiam *Olympicæ* interserviet annus *Lacedæmonius*, si quidem idem fuerit illis *Cyclus* cum *Eleis*. *Carnius* autem quem situm habuerit, è *Plutarcho* discimus. *Carnium* enim ille in vita *Nicia* pro eodem habet mense qui *Atheniensibus Metageitnion* audiebat. Ita se res habuit apud *Syracusanos*, *Dorienses* etiam ipsos, non tamen *Lacedæmoniorum*, sed *Corinthiorum*,

^a Pausan. Lacedæmon. 13. Euseb. V. Pr. Eu. c. 20. Apollod. 11. & alii.



rum, colonos. Imo sic cum *Metageitnione Carnium* componit *Plutarchus*, ut eundem diem *Carnii* apud *Syracusanos* numeratum fuisse innuat, qui numerabatur *Metageitnionis* apud *Athenienses*. Vid. Diff. VI. 6. Ita ergo si dies *induciarum* supputemus pro calculo *Atheniensium*, dies *Metageitnionis* Attici XXIV. & XXV. cum *Septembris* Juliani diebus concurrent XII. & XIII. Quorum proinde altero *mensis* de quo agimus *sacer* exierit. Uno autem *die* citius, si quis malit hæc ad *Kalendarium* exigere *Laconicum*, & pro nostris tamen *mensis Laconici* *Tabulis*. Discrimen modicum est utrovis modo calculus ponatur.

v. 55. Καὶ ὃν χεῖρον ἐν τῇ Ἐπιδάυρῳ Ἀργεῖοι ἦσαν, conventus *Mantineæ*, *Atheniensium* hortatu, legatorum à *sociis* utriusque partis civitatibus, quo, *Ephamida Corinthio* auctore, dimissi exercitus tam *Argivorum*, quam *Epidauriorum*. *Argivi* ex *Epidauriorum* agro abducti. Post diem *Augusti* Juliani XVII^m. ut supra vidimus. Et tamen ante *mensis* sacri *finem* *Septemb.* XII. vel XIII. si propter *illum* dimissi fuerint exercitus. Propius, ut videtur, ad extremum *posterius*, ut tempus concedatur *Atheniensibus* mittendi legatos ad *socias* utriusque partis civitates, ut *Mantineæ* demum convenirent de *Pace* concilianda acturi.

v. 55. Ὅτι ἐπειδὴ τὸ αὐτὸ ἐξωλεσθέντες, ἐδ' ὡς ἐδωκέντοσαν οὐκ ἐβλήθησαν. Hinc rursus est cur existimemus, *mensi* potius *sacro*, quam *Paci*, tribuendum, quod ab *armis* utrinque discederetur, tam ab *Argivis*, quam ab *Epidauriis*. Proinde *mensis* *sacro* exacto, post *Sept.* XIII. *novus* hic *secundusque* fuerit conventus, de *Pace* jam acturus ex professo. Tum dies aliqui concedendi consiliis de *Pace* frustra susceptis antea quam ad *arma* redirent *Argivi*, & *secundam* impressionem facerent in agrum *Epidaurium*. Proinde *Septembri* admodum affecto nova illa fuerit impressio. Tum Expeditionem in *Caryas* suscipiunt *Lacedæmonii*. Nempe, ut videtur, ut *Argivos* suis jam *finibus* metuentes elicerent ex agro *Epidaurio*. Si ita, paulo *serior* fuerit *Expeditio Lacedæmoniorum*, quam fuerit *Argivorum* quæ *Lacedæmoniis* occasionem novi consilii suggesserit. Sed cum sacrificiis *διαβατηρίοις* non litarent, domum redeunt *Lacedæmonii*. Pergunt ergo, nullo jam obstante, *Argivi*, tertiamque agri *Epidaurii* partem prædantur. Audita autem expeditione *Lacedæmoniorum*, auxilia mittunt *Athenienses* *Argivis* duce *Alcibiade*. Sed reversis *Lacedæmoniis* ipsi quoque domum redeunt. Καὶ τὸ δέρον ἔτα δὴ ἴληθε. Hæc ergo omnia ante diem *Boedromionis* Attici ultimum, *Octobris* autem Juliani diem XVII^m. *Moram* aliquam exigebant mittendi *Athenas* nuncii de Expeditione *Lacedæmoniorum*, tum apparatus *Alcibiadis*, ejusdemque *adventus* atque *reditus* hoc termino, quem dixi, concludendus. Sed spatium est, pro nostris rationibus, satis laxum. Sic autem cohærent omnia ut *fitum* quem Nos dedimus *mensi Doriensi Carnio* parem *Attico Metageitnioni* abunde vincant.

v. 56. Τὸ ἐπιγυροῦν χερῶν, *Lacedæmonii*, nescientibus *Atheniensibus*, præsidium, cum duce *Agesippida*, in *Epidaurum* immittunt. Hoc *Atheniensibus* objectant *Argivi* quasi *fœderi* contrarium, quod hostes mari, cujus potiebantur *Athenienses*, transire permisissent. Proinde se injuria affici querebantur nisi hostes *Lacedæmoniorum* *Messenios* in *Py-lum*

Y y y y y 3



Ann Athenienses similiter reducerent. Itaque, hortante Alcibiade, cippo foederis, quem penes se habebant, Laconico inscribendum decernunt, fidem jurisjurandi à Lacedaemoniis violatam. Etiam perfugas Lacedaemoniorum è Craniis Helotas in Pylum reducunt ut latrocinarentur. Cæteris vero in rebus Pacem servant. Hæc post initium Mamaetherionis Attici, Octobris autem Juliani diem XVIII^m.

v. 56. Τὸν χειμῶνα πῶτον, velitationes & insidiæ frequentes inter Argivos atque Epidaurios. Prælium autem nullum. Hoc anno Juliano 335. exeunte, ineunte autem 336.

v. 56. Τελευτῶντος χειμῶνος πρὸς ἕαρ ἡδὴ, scalas Argivi Epidauro inferunt quasi διὰ τὸν πόλεμον defensoribus nudatæ. Sed re infecta redeunt. Hinc intelligimus hucusque pertigisse illud, cujus supra meminerat Auctor, sine prælio Bellum. Καὶ ὁ χειμὼν ἐτελεύτη. Paulo ergo ante finem Hyemis hæc, & Veris initio jam propinquo. Proinde anno Varroniano Juliano 336. ante finem Elaphebolionis Attici, diemque adeo Aprilis Juliani XIII^m. Is enim erat ultimus Elaphebolionis.

Ann. XIV. Belli Peloponnesiaci.

	Epoch. Attic.	Epoch. Laconic.
Per. Jul. 429 ⁶ / ₇ .	xc. 2. mens. 3. Arch. Archia.	1. Eph. Leone.
U.C. Varr. 33 ⁷ / ₇ .	3. mens. 9. Arch. Antiphonte.	2. Eph. Charida.
Ant. Chr. 41 ⁸ / ₇ .	à die Julii Juliani xi.	à die Octob. Jul. vi.

Phaeinidis Sacerdotissæ Argivæ anno 6^o. à fine Boedromionis Attici, initio autem Octobris Juliani.

v. 57. Τὴ δὴ τριγυνομένης δέρας μεσῶντος, Lacedaemoniorum Expeditio in Argivos, duce Agide Rege. Ad Methydrium Arcadiæ occurrunt Argivi. Sed nocte Lacedaemonii ad socios se recipiunt. Tum rursus Argivos aggreduuntur. Sequitur velitatio. Deinde se utrinque ad prælium parantibus, induciæ factæ sunt in quatuor menses, utrisque duces eo nomine improbantibus. Nova hæc forma est. Proinde paulo accuratius explicanda quam licuit in Editione Thucydidis.

Horum omnium initium Æstati mediæ assignatur. Sed quæ demum Æstas media est à Thucydide designata? Formam, ni fallor, accepit Thucydides à receptissima mensium Atticorum in tres dierum decades partitione, ἱσαριθμῶν, μεσῶντος & φθίνοντος vel ἀπιόντος. His enim respondent partes in tempestatibus Thucydideis tam Æstivis quam Hibernis similiter ternæ, ἀρχομένης, μεσῶντος & τελευτῶντος. Primæ vocis ultimæque usus est in Thucydide frequentissimus. Μεσῶντος usus rarior est. Duplex autem erat apud Veteres Æstas, trimestris alia, alia semestris. Trimestris Æstatis pars tertia erat Civilis Mensis. Sic ergo mensis primus δέρεαι ἀρχομένην tribuendus erat, secundus μεσῶντι, tertius denique ultimusque τελευτῶντι. Hunc vocis usum habet Plutarchus, sed pro mensium



fium *singulorum* ternariis, paulo, quam *Thucydides*, accuratiorem. Sic enim scribit in *Timoleonte*: τὸ μὲν ἐν ἔτη ἰσαυδῆς θέρος εἶχεν ὄραν, καὶ λήγοντι μὲν Ὁαργηλιῶνι, πρὸς τὰς τετραῖς ἤδη συνῆπτεν τὸν καλόν. Hic vocem ipsam ἰσαυδῆς usurpavit in *Æstivæ tempestatis* partitione quæ tamen occurrit in *mensis* partitione frequentior. Sed *tempestatum* eam distributionem est secutus, non quæ à punctis ipsis *Cardinalibus* arcellitur, sed quæ à *mediis* potius inter puncta *Cardinalia* spatii. Sic enim *Romani* sub quorum *Imperio* floruit *Plutarchus*. Ita μεσῶντι θέρος is mensis habendus erat, quo *Sol* κέντερον tenebat διεκτὸν *Solstitii*: τελευταίῳ, quo *proximum* à *Solstitio* occurrere credebatur *Novilunium*: ἰσαυδῆς vero, quo fuit *Novilunium* *proximum* ante *Solstitium*. Quæ nota *Cycli* saltem *initio* mensi nullo conveniebat præterquam *Thargelioni*. *Tempestates* autem *Thucydideæ* cum *binæ* totum annum exhauriant, proinde *senis* constabant mensibus. Sic fiet ut *bini* fuerint in θέρει μεσῶντι menses. *Scirrphorion* & *Hecatombæon*, & proinde *bini* fere menses *Juliani*. Atque ita fortasse intelligendus erit *Thucydides* quoties de θέρει loquitur ἀρχουδῆς vel τελευτῶντι, ut scilicet binos *Æstatis* semestris *primos ultimosve* menses designet. *Bis* tamen eodem anno nunquam θέρος meminit vel χειμῶντι ἀρχουδῆς vel τελευτῶντι, cum nihilominus *bimestri* spatio multa atque invicem diversissima, potuerint contingere. *Media* autem *tempestatum* rarissime, etiam *Æstivæ*, quæ rebus *gerendis* maxime erat idonea. Fieri ergo potest ut spatium etiam *menstruo* *arctius* hoc sermone designarit. Nec pugnaret, quo minus ita faceret, mos receptus loquendi de *medio* *mense*. Nec enim *media* dierum *decas* tantummodo ita designari solebat, verumetiam *Civile Plunilunium*, aut si quis *dies* proxime *Plenilunium* attigisset. Sic *media* *Æstas* in *finem* incidit *Scirrphorionis*, vel *initium* *Hecatombæonis*. *Julio* nempe *Juliano* *ineunte*. Nos autem *mensam* *Scirrphorionem* *integrum* ad *marginem* *Thucydidis* editi designavimus. Pertigit enim ille à *Junii* *Juliani* die *xii.* ad *Jul.* *xi.* Quod si *arctius* *media* *Æstas* intelligatur, ita erit ambiguum, quo *anno* *Olympiadis*, aut quo *Archonte*, *induciarum* *quadrimestres* *initæ* fuerint. Erunt enim in duorum annorum *Archontumque* *confinio*. *Tertio* tamen potius *Olympiadis* *anno* & sub *secundo* *Archonte*, *foedus* *initum* fuisse *verisimilius* erit, si *Æstati* *mediæ* horum *initia* ascribantur. *Moram* enim ad *inducias*, utcunque brevem, aliquam saltem, *intercessisse* *consentaneum* est. Hæc tamen omnia cum multis sequentibus *anno* *Olympiadis* *secundo* recenset *Diodorus*. Inde recte fortasse colligemus, *initia* saltem ad hunc *priorem* *Olympiadis* *annum* esse referenda. Cæterum in *priori* quoque *Olympiadis* *anni*, & sub *priori* etiam *Archonte*, rem gestam infra observabimus, quam hac eadem forma θέρος μεσῶντι designarit *Thucydides* anno *Belli* *xvii.*

v. 61. Ol. 90. 3. Μετὰ τῆτο, *Reverfis* nempe *Lacedæmoniis*, veniunt *Athenienses*. *Fœdus* *initum* convellit *Alcibiades* jam *legatus*, renitentibus primum, tandem assentientibus, *Argivis*. Aderant *Athenienses*, ἐν καιρῷ, tempore nimirum anni fati *maturato* ad rem gerendam. Eὐδὲς ergo *Orchomenum* *Arcadicum* aggrediuntur, *deditione*que in fidem recipiunt. *Mora*, ut videtur, *admodum modica*. Audita *Orchomeni* *deditione*, in *Agidem*



Agidem induciarum auctorem accenduntur *Lacedaemonii*. Tandem rei bene in futuram gerendæ promissione, decemque ei constitutis consiliariis, noxam hanc remittunt. v. 63. Tum *Tegeam* petunt *Argivi*. v. 62. Et *Spartam* nuncii de *Tegea* veniunt ἐν τέτρω, cum se purgaret *Agis*. v. 64. Mittitur ergo rursus in *Argivos* *Agis*, qui collectis ex *Arcadia* lociis *Tegeam* venit. Καὶ ἐ πολλῶ ὕστερον οἱ ἐπιμαχοὶ ἀπ' Ἀρκάδων παύσαν. Accersunt etiam *Lacedaemonii* socios è *Corintho*, *Bœotia*, *Phocæa* & *Locris*, qui festinabant quidem, sed temporis angustiis, & hostium interpositione excludebantur quo minus adessent. Itaque cum sociis qui aderant in *Mantineam* irrumpunt, eamque prædantur. Tum deinde in agrum *Tegeticum* ut aquis in agrum *Mantinicum* immixtis *Argivos* elicerent è castris, quæ tulerant antea, aditu difficilioribus. Ita prælii facta copia, qua vincunt *Lacedaemonii*. Mox à victoria sese ad *Carnia* celebranda convertunt. Cœptis, ut videtur, *Carniorum* induciis, quibus *Bellum* profsequi Religio erat. v. 75. Cœperunt, ut supra vidimus, *Carniorum* induciæ die *Hecatombæonis* xxvii. *Augusti* proinde *Juliani* die vi°. Proinde paulo antea, *Hecatombæone* *Attico* exeunte, ineunte autem *Augusto Juliano* victoria. Satis commode, pro prædictis nostris rationibus.

v. 75. Ἐὐδὺς, ἕως Λακεδαιμόνιοι Κάρνεια ἦγον, *Eleorum* tria millia, & *Atheniensium* mille novi præter priores cum *Mantineis Epidaurum* circumvallant, relictoque valli præsidio domum redeunt. Nempe, ut ulciscerentur irruptionem *Epidauriorum* in agrum *Argivum* αὐτρηαία τῆς μάχης ἡμέραι. Videmus quam arcto nexu hæc sequantur invicem. Proinde sacrorum *Carniorum* initio *Epidaurum* circumvallare cœperint, & mense ipso sacro vallum absolverint & munierint, domumque relicto præsidio, redierint. Mox enim à pugna redierunt *Lacedaemonii*, dimissis, qui aderant, sociis, aliisque monitis ne ultra progredierentur. Ergo sacri mensis ambitu hæc omnia concludenda sunt. Nempe inter *Augusti Juliani* diem vi^m. & *Septembris* diem ix^m. Ita scilicet, si, præter *Sacrorum* ipsorum dies ix. deni utrinque dies induciarum numerentur *Sacra adeuntibus* quam ab iisdem jam peractis domum reversuris.

v. 76. Τὴ ἐπιγυροῦσιν χειμῶν ἀρχοῦσιν, εὐδὺς ἐπειδὴ τὰ Κάρνεια ἦγον, *Lacedaemonii* rursus *Tegeam* veniunt, & *Pacis* condiciones offerunt, quas accipiunt *Argivi*. Tum domum redeunt. Nota hæc temporis admodum difficilis est. Illud manifestum est, ἦγον de elapsis *Carniis* intelligendum esse, non autem de labentibus cum redirent ad *Tegeam* *Lacedaemonii*. Nam dum *Carniis* vacarent, ἕως οἱ Λακεδαιμόνιοι Κάρνεια ἦγον, v. 75. ita demum factum ut *Epidaurum*, nullo hoste prohibente, circumvallarent, & vallum præsidio munirent. Hoc enim indicat particula ἕως, non eodem duntaxat tempore, quo *Carnia* agebantur, *Epidaurum* esse circumvallatam, verumetiam tantisper occupatos in circumvallatione *Argivorum* fuisse sæderatos, dum *Carniorum* induciæ ad exitum perducerentur. Saltem tantisper valli præsidium ab hostibus fuisse securum. Sed quis demum nexus est *Carniorum* exeuntium cum *Hyemis* initio? Nempe si *Carnia* mensi *Metageitnioni Attico* respondebant, qui secundus erat tantummodo mensis quadrantis *Æstivæ*, & penultimus tantummodo *Æstatis* etiam *Thucydideæ* semestris? Sic enim mensis saltem



saltem unus integer intercesserit inter *Carnia* *Æstatisque* exordium. Imo nonnulli præterea *dies* cum ne quidem ultimæ *Carniorum* *induciae* ad finem *Metageitnionis Attici* pertigerint. Et tamen sic loquitur *Thucydides*, quasi nullum fuisset inter *Carnia* *Hyememque* spatium intermedium. Potest quidem fortasse particula *εὐδὴς* tam commode ad *χρῆματα* referri, quam ad *κάπνια*. Ita tempus indicabit, non *proximum* peractis *Carniis*, sed *cæptæ Hyemi*, quocumque demum intervallo *Hyems Carniis* fuisset posterior. Sed nexum *proximum* denotare videtur particula *Ἐπειδὴ*. Hoc enim innuit, cur non citius *Epidauriis* subvenerint *Lacedæmonii*, causam aliam fuisse nullam præterquam *Carniorum* religionem. Hoc si verum, *elapsis Carniis*, mora alia nulla necstenda erat, quominus *Epidauriis* primo quoque tempore subveniretur. Et tamen *superioris* anni *Carnia* cum *Metageitnione Attico* non incommode contulimus. Hic cum proximo post *Metageitnionem* mense in *Kalendario Attico* conferenda erunt, si, pro more solito, *Hyemis* initium censuerit *Thucydides*. Ego *Lacedæmonias* anni *tempestates* ob oculos habuisse crediderim, dum de rebus *gestis* agit *Lacedæmoniorum*. Has certe, non alias, intellexisse credendi sunt *Lacedæmonii* ipsi, à quibus se res *Lacedæmoniorum* patrias didicisse testatur. Illas proinde volebat *ipse*, si sententiam illorum *fide*, qua oportebat, *ipse* retulerit. Sic autem satis accurate respondebunt omnia, si, pro *Cycli*, quem secuti sunt *Lacedæmonii*, diversitate expendantur. Est enim annus hic *Olymp. 90. 3.* (ut è nostris *Tabulis* apparet) *Embolimæus*. Et mensis *Embolimii* locus erat in ipso *Carnio*. Itaque duo erant hoc anno *Carnii*: *communis* alius, alius *Embolimus*. Interest autem *utro* horum mensium *Carniis* vacarint *Lacedæmonii*, priore scilicet, an posteriore. Si quidem *priori*, sic *medius* fuisset, inter *Lacedæmoniorum Carnia* *Æstatemque Thucydideam*, quæ à *Mæmæterione Attico* inibat, mensis, *secundus* nempe *Lacedæmoniorum Carnius*. Sin *posteriore*, ita recte procedent omnia, ut è nostris *Tabulis* ad oculum constabit. *Carnius* enim *prior*, qui *XII^{us}* erat anni *Laconici* mensis, *Ol. 90. 3.* inivit *Augusti Juliani* die *VIII^o*. Et ejusdem *Augusti Juliani* die *X^o* cœpit *Ol. 90. 3.* *Atticus Metageitnion*. *Posterior Carnius* *Sept. Jul.* die inchoatur *VII^o*. Et *Sept. VIII^o* *Atticus Boedromion*. Hoc ergo peracto sequitur *Mæmæterion Atticus* *Octob. VIII^o*. Et novus annus *Laconicus* *Oct. VI^o*. solo illo *dierum* discrimine quod *Cyclorum* diversitati tribuendum ostendimus. Recte pro nostris hisce *Thucydidis* rationibus. Recte ergo, & pro mente *Thucydidis*, ad *secundum posterioremque Carnium* *Sacra Carnia* retulerimus. Idque ita fuisse aliunde verisimilius est. *Sacra* enim *Carnia annua* fuisse è *Thucydide* ipso conilat. Proinde *mensē* illo observanda qui *quotannis* redibat, non autem *illo* qui *annis tantummodo* redibat *Embolimæis*. Sed vero duorum *cognominum* mensium *priorem* duntaxat *intercalarem* fuisse, jam quoque olim ante Nos observavit *Petavius*. Idque è voce *Græca* collegit, quod is *mensis* proprie *ἠμῶναια* censeretur, qui *medius* erat inter alios menses; non item ille qui mensium erat *postremus*, nec alium post se habebat eodem anno mensem. Itaque vel hoc exemplo discimus recte à nobis dispositos esse *mensēs* utriusque *Cycli intercalares*, tam

Zzzzzz

Attici,



Attici, quam *Laconici*. Nec enim, præterquam in anno *Laconico Embolimæo*, fieri potuit, ut post mensem *Laconicum Carnium* proximus ordine succederet *Atticus Memaæterion*. Sic fiet ut nova hæc *Lacedæmoniorum* in *Argivos* Expediatio post *Octobris Juliani* diem vi^m. contigerit, si pro *Itylo* supputetur *Laconico*; post *Octobris* autem diem viii^m. si ad *Kalendarium* potius *Atticum* exigenda esset *Æstas Thucydidea*. Sic potius rem fuisse crediderim, quam ut, *Carnius* priore *Carnio* celebratis, à *secundo* demum *Carnio* *Æstatem* cœperint *Lacedæmonii*. Sic enim *mensis integri* discrimen fuisset inter *Æstatem Atticam* atque *Laconicam*, quod maximam confusionem pareret in *Thucydideis* utriusque gentis communibus *Annalibus*. Imo magis convenit cum rationibus *Thucydidis*, ut nunc *Æstatem Carnia* mense integro præcellerint, nunc cum *Æstate* nexum *continuum* habuerint. Plane ut, pro his, quas dedimus, *Cycli Laconici* rationibus, erat necessarium. Denique hinc *normam* lucrabimur, unde colligamus qui fuerint in *Cyclo Laconico* anni *Embolimæi*. Tales enim erunt habendi in quibus *Carnia* *Æstatem* proxime præcellerint. Præsertim si cum illis *Historicis* conferantur res gestæ *Lacedæmoniorum*, qui *Æstatis* limites eisdem cum nostro agnoscunt *Thucydide*. Quod erit forte utilissimum, si quæ *novæ* in lucem prodierint *Historia*.

v. 78. Μετὰ τούτων, ἔ πολλῶ ὕστερον, fœdus & societatem cum *Argivis* & sociis in annos *quingenta* ineunt *Lacedæmonii*. Tum *Athenienses* cogunt è *Peloponneso* discedere. Cum *Perdicca* *Macedonum* Rege de *Pace* agunt, qui tamen non *videtur* ab *Atheniensibus* deficit. v. 80. Mittunt etiam ad *Athenienses* *Argivi* de præsidio è vallo *Epidauri* subducendo, quod factum à *Demosthene*. Fœdere ergo cum *Epidauriis* renovato, vallum præsidio vacuum *Demosthenes* ipsis tradidit. Post *Argivos Mantinei* cum *Lacedæmoniis* pacem ineunt. Mense adhuc fortasse *Memaæterione* *Attico*, & *Octobri Juliano*.

v. 81. *Lacedæmonii* cum *Argivis* juncti, primo *Sicyone*, tum ipsis *Argis*, *Popularem* statum in *Aristocratiam* mutant. Hæc novi, ut videtur, anni *Juliani* initio, tempore *spatiæus* opportuno, εὖς ἐὰρ ἴδν, ἢ χερμῶν & λήγοντες. Itaque post initium *Januarii*, & ante diem *Aprilis* *Juliani* ii^m. quo cœpit proximus *Munychion*. Proinde anno *Varronianò Juliano* jam 337. Hæc *Olymp. 90. 3.* etiam *Diodorus*. Mense, ut videtur, *Gamelione*. Nam *mensibus* viii. tenuisse *Optimates Argis* testatur *Diodorus*. Διακρίσασθόντες δὲ ταύτων πῶς πολιτείας μίνας ἔκταν, κατελύθησαν, τὸ δὴ μὲν οὐδὲν ἐπ' αὐτὲς. viii^{us}. à *Gamelione* mensis est anni sequentis *Boædromion*, quo restituta fuerit *Argis* *Democratia*, quam sequenti *Æstate* restitutam testis est *Thucydides*. Multo ante *Gamelionem* *Optimates Argis* obtinere ne quidem potuisse vincunt dicta superius.



Ann. xv. Belli Peloponnesiaci.

		Epoch. Attic.		Epoch. Laconic.
Per. Jul. 429 $\frac{7}{8}$.	Olymp.	xc. 3. mens. 3. Arch. Antiphonte.		1. Eph. Chærida.
U.C. Varr. 33 $\frac{7}{8}$.		4. mens. 9. Arch. Euphemo,		2. Eph. Patesiada,
Ant. Chr. 41 $\frac{7}{8}$.		à die Junii Juliani xxix ^o .		à die Sept. Jul. xxv.

Phæinidis Sacerdotissæ Argivæ anno 7^o. à fine Boedromionis Attici, ante Sept. Juliani diem xxv.

v. 82. Ol. 90. 4. Τῆ δὲ πρυγινοῦ δέρας, *Diædienses* in *Atbo* deficiunt ab *Atheniensibus* ad *Chalcidenses*. *Lacedæmonii* in *Achaia* factionem suam confirmant. *Aristocratiam* nuper à *Lacedæmoniis* constitutam rursus, restituta *Republica*, tollunt *Argivi*. Pulsi *Argis Aristocratici Lacedæmonios* accersunt, qui tamen non veniunt ἐκ πλείονος. Nempe οὐ πλείονος χέρον, ut recte locum interpretatur *Scholias*. Erat quidem mora illa diuturnior quam rei bene gerendæ ferebat occasio. Admodum tamen diutina, postquam accerserentur, mora illa *Lacedæmoniorum* esse non potuit. Cum enim essent in itinere, tum primum audiunt pulsos esse illos qui se acciverant. Sed vero ἀναβαλλόμενοι τὰς γυμνοπαιδίας, ἐσόντων. Quæ verba ita intellexit *Interpres*, quasi, dilato *Puerorum nudorum cursu*, se in viam dedissent. Hæc interpretatio, si vera fuisset, nondum celebrata fuisset γυμνοπαιδία, cum opem ferrent *Lacedæmonii*. Atqui idem observavit *Thucydides*, hoc ipsum tempus captasse, rebus suis novandis, *Argivos*, quo *Puerorum* ludos faciebant *Lacedæmonii*. Itaque ludis illis mediis. *Aristocratiam* mutabant *Argivi*. Ut proinde finis ludorum potius, quam ludi ipsi fuerint à *Lacedæmoniis* dilati. Sic medio inter ludorum initium finemque tempore, se liberarint *Argivi*. Et verba adeo illa ἐκ πλείονος recte interpretati sumus de mora, quam par erat, longiori, quæ tamen neutiquam, nisi pro rei gerendæ exigentia, longa fuerit. Sed redierunt hac prima vice, & γυμνοπαιδίας ἤγον, finem scilicet ludis illis imposuerunt. Hæc ludorum illorum mense acta fuisse constat. Sed quis mensis ille fuerit, aut quo nomine appellaretur, nondum habemus exploratum. Ne quidem illud, qua parte Æstatis fuerit, primane, an media, an ultima. Reversi deinde *Lacedæmonii*, urgentibus amicis, damnant quidem quæ novaverant *Argivi*; sed, in auxilio suis ferendo, moras nectunt. Postea *Argivi*, inita cum *Atheniensibus* συμμαχία, mare versus muros longos ducunt, quo opportunius *Atheniensium* maritimis auxiliis, si opus esset, sublevarentur. Talia μακρὰ τεῖχον ab ipsis *Urbibus* ad portus *Urbium* maritimos habebant *Athenienses* & *Megareses*. In hoc opere τὸ δέρον, inquit noster, ἐτελεύτη, cum paucæ adhuc *Peloponnesi* civitates essent murorum illorum conscia: *Termini* hujus Æstatis *Thucydidææ* semestris erant *Aprilis* Juliani II^{us}. & *Septembris* Juliani dies xxv^{us}. Hoc spatio hæc omnia concludi necesse erat. Ego

Z z z z z z 2

etiam



etiam *Æstate trimestri*, proprieque sic dicta, concludenda arbitror, quæ à die *Junii Juliani* cœpit xxix°. Sic enim *continuus* est nexus inter gesta prædicta ut moram *magnam* nullibi interpolatam supponant vel patiantur. Et ne quidem *ipsa* moram *magnam* exigunt seorsim considerata. Desinunt certe cum *Æstate trimestri*, nec tamen *trimestre* spatium à principio ad finem exigunt. Proinde omnia ad *Archontem secundum*, & annum *Olymp.* 90. 4^m. referenda esse verisimillimum est. Imo hac *Ætate exeunte* restitutam *Argis Democratiâ* jam *superiori* anno probavimus.

v. 83. Τὸ ἐπιγυροῦν χειμῶν, nova *Lacedæmoniorum* in *Argivos* Expeditionis, qua *μακρὰ τελεχῆ* diruta, itemque *Hysia*. Post *Septembris* Juliani diem xxviii^m. quo cœpit cum *Mæmactevione* Attico *Hyems Thucydidea*. Nec tamen ulla hic, quæ sæpe occurrit, mentio *Hyemis incipientis*. Proinde *Hyeme* aliquatenus *profecta*. Mense saltem, ut videtur, *Octobri* Juliano *Lacedæmoniorum* reditus. Et quidem ipso quoque, ut videtur, *affecto*. Hanc *Lacedæmoniorum* Expeditionem in *Argivos* ad *Ol.* 90. 4. narrat *Diodorus*. Nec incommode.

v. 83. Μετὰ τῶτο, *Argivorum* Expeditionis in *Phliasiam*. Nempe post *Lacedæmoniorum* reditum. Mense proinde Juliano fortasse *Novembri*.

v. 83. Τὸ αὐτὸ χειμῶν, propter *fœdus* à *Perdicca* initum cum *Argivis* & *Lacedæmoniis*, portus illius aditusque intercludunt *Athenienses*; & quia *fidem*, in causa *Nicia*, datam fefellerat. Καὶ ὁ χειμῶν ἐτελεύτη ἔτο. Hæc *Hyeme exeunte*, inter *Januarium* Julianum & sequentis *Elaphebolionis* initium, *Martii* nempe Juliani diem xxii^m. Proinde anno *Urbis Conditæ Varroniano* 338.

Ann. xvi. Belli Peloponnesiaci.

	Epoch. Attic.	Epoch. Laconic.
Per. Jul. 429 ⁸ / ₉	xc. 4. mens. 4. Arch. <i>Euphemo</i> .	1. Eph. <i>Patesiada</i> .
	Ann. <i>Belli xv. Diodor.</i>	
U.C. Varr. 33 ⁸ / ₉	xci. 1. mens. 9. Arch. <i>Aristomnesto</i> ,	2. Eph. <i>Clesthene</i> ,
	Ann. <i>Belli xvi. Diodor.</i>	
Ant. Chr. 42 ⁶ / ₅	à die <i>Julii</i> Juliani xviii.	à die <i>Oct.</i> Jul. xiii.

Phæinidis Sacerdotissæ *Argivæ* anno 8°. à fine *Boedromionis* Attici, ante diem *Octobris* Juliani xiv.

v. 84. Τὸ ἐπιγυροῦν δέπυς, *Argivos Lacedæmonii* faventes in *insulas* abducit *Alcibiades*. Mox, ut videtur, ab initio *Elaphebolionis*, *Martii* autem Juliani die xxii°. Ad *Ol.* 90. 4. refertur etiam à *Diodoro*. Expeditionis in *Melios Atheniensium*, quos quidem *Melios* muro circumvallatos obsident *Athenienses*. Tempore, fortassis, *eodem*.

v. 115. Κατὰ τὸ χεῖρον τὸ αὐτὸν, *Argivi* à *Phliasii* victi. *Atheniensium* in *Pylo* prælidarii *Lacedæmonios* prædantur, quos tamen *Bello* non ulciscuntur



ulciscuntur *Lacedæmonii*, sed edito, ut suis etiam liceret vicissim *Athenienses* prædari. *Corinthii* etiam *Atheniensibus* Bellum inferunt, reliquis *Peloponnesiis* quiescentibus. *Melii* partem munitionis irrumpunt, sed comineatu illato quiescunt. Καὶ τὸ δέξασθαι ἐτελεύτα. Horum initium idem cum tempore quo, *Melii* circumvallatis, redierint *Athenienses*. Finis ante diem *Boedromionis* Attici ultimum, *Octobris* autem *Juliani* XIV^m.

V. 116. Τὸ ἐπιγυνοῦσθαι χειμῶν, *Lacedæmonii* auspiciis deterriti quo minus in *Argivam* irrumperent. *Argivi* suspectos comprehendunt. Hoc, ut videtur, anno *Juliano* 338. nondum elapso, nec multo post *Octob.* diem XV^m. quo cœpit Atticus *Mæmæcteron*, unaque *Hyems* *Thucydidea* semestris.

V. 116. Περὶ τῶν αὐτῶν χειμῶν, *Melii* in aliam munitionis *Atheniensium* partem irrumpunt. Sed novo *Atheniensium* exercitu veniente, sese dant. Male habiti ab *Atheniensibus*. Novam coloniam in eorum locum deducunt *Athenienses*. Tempus idem. Annus hic erat à colonia *Meliorum* septingentesimus. V. 112. Conditi ergo à *Lacedæmoniis* anno Per. *Jul.* 3598. Male *Meliorum* cladem ad *Ol.* 90. 3. retulit *Diodorus*.

VI. 1. Τὸ αὐτὸ χειμῶν, nova *Atheniensium* in *Siciliam* legatio, accersentibus *Egestæis*. Hæc *Ol.* 91. 1. *Diodorus*.

VI. 7. Τὸ αὐτὸ χειμῶν, *Lacedæmonii* cum sociis, *Corinthiis* exceptis, agrum *Argivum* deprædantur, ἢ τὴ γῆν ἐτιμον, καὶ οἶτον ἀνεκόμισαν. *Argivorum* deinde exules in *Orneis* collocant, factoque fœdere, ne se invicem, usque ad certum tempus, læderent, seu *Orneata*, seu *Argivi*, domum redeunt *Lacedæmonii*. Hæc *Ol.* 90. 4. *Diodorus*. Addit præterea annum fuisse *Belli* XV^m. Hoc quoque fati accurate pro suis hypothefibus. Est enim revera XV^{us}. *Archon* *Euphemus* ab *Euthydemo* quem pro primo *Belli* *Archonte* habet *Diodorus*. Faciunt hæc notæ adeo sibi invicem ambæ consentaneæ, ne facile *Diodorum* errasse suspicemur. Hæc tamen, si vera habeantur, efficient, ut priori anni *Juliani* parte contigerint; non posteriori, non cæpta *Hyeme* *Thucydidea*, non inchoato Attico *Mæmæcteron* (qui primus erat mensis *Hyemalis* pro calculo *Thucydidis*) ut tamen necesse est pro hodierna dispositione *Thucydidis*. Sunt tamen, etiam in ipso *Thucydide*, latentis veritatis vestigia quædam faventia *Diodoro*. Quod enim habet de agri deprædatione, de frumenti comportatione, messem indicant, maturitatemque frugum triticearum; tempori à *Diodoro* assignato magis favet, quam ei quo disponitur ab ipso *Thucydide*. Hæc certe nemo prudens *Hyemi* *Thucydideæ* tribuerit, nemo *Mæmæcteroni* Attico, nemo post diem *Octobris* *Juliani* XV^m. expectaret qui dies erat primus illius *Mæmæcteronis*. Rectissime autem notas à *Thucydide* ipso datas ad tempus à *Diodoro* designatum retulerimus, ad partem scilicet hujus anni priorem, quæ *Hecatombæonem* Atticum præcesserit. Cœpit enim hujus anni *Hecatombæon* die *Julii* *Juliani* XVIII. Iplique illi mensi *Julio* ferias messivas assignabant *Romani*. Hoc itaque *Scirrhophorione* recte frumenta colligunt humanis usibus idonea. Sic nempe matura, ut nondum fuerint ab *Agricolis* collecta cum in agrum *Argivum* venirent *Lacedæmonii*. Itaque si *Thucydidi* *Diodorum*, hoc saltem in loco, antetulerimus, re, ut à *Thucydide* narratur,

Zzzzzz 3

ipsa



ipsa suffragante, non tamen hoc facturi videbimur immerito. *Diodorum* sequemur sibi consentientem. *Thucydidem* suspectum habebimus ita sibi dissimilem atque contrarium, ut *ambæ* certe temporis notæ, tam *Hyemis*, quam *Messis*, ab eodem nequiverint esse *Thucydide*. Non ergo hic *Thucydidi* *Diodorum* opponemus, sed *parem* undequaque *Thucydidi* testem, ipsum nempe *Thucydidem* *Diodoro* consentanea tradentem. Qua in re quid, quæso, erit absurdi? Nec enim hic de fide *Thucydidis* laboramus, sed illud potius, *contrariarum* sententiarum, quæ *ambæ* ejusdem non possint, *utra* magis illi revera tribuenda sit. Certe in Operis *partitione*, quam *duplicem* fecerunt, multa sibi indulserunt *remotiores* à *Thucydidis* ætate *Grammatici*. Ipsa enim illa *partitionis* *diversitas*, quam agnoscit in *Thucydidis* vita *Marcellinus*, neutram ab *Auctore* prodiisse fatis, ut opinor, evincit. Opus ergo, cum *continuum* repererint; fieri potest, ut quod unus suo loco *Librarius* omiserat, id *Margini* adscriptum ab *emendatore*, ut infereretur, loco *alieno* inferuerit junior aliquis imperitiorque *Librarius*. Rectene autem hæc se habeant, judicent peritiores. Si quidem recte, hinc emendanda erunt quæ ad *marginem* editi *Thucydidis* apposuimus. Saltem in iis quæ ad prædationes *Lacedæmoniorum* attinent. Nam *coloniam* perfugarum *Argivorum* à *Lacedæmoniis* in *Orneas* deductam τὸν ἔτος λήγοντο, suffragatur etiam *Diodorus*. Imo *Expeditionem* ipsam qua *frumenta* comportata fuerint sub eadem nota refert, pariter ac ipse *Thucydidem*. Cum tamen *finis* anni, qua a rebus annuis *Bello* gerendis *annus* censetur, nec ejusdem fuerit *Archontis*, nec ejusdem *anni* etiam *Olympici*. Sic ergo utrumque *sibi*, atque *invicem*, conciliabimus, tam *Thucydidem*, quam etiam *Diodorum*, si dicamus, (quod sane verisimillimum est,) inter *frumenta* *Orneis* reposita, & *coloniam* eo deductam aliquot *mensium* fuisse spatium: *Coloniæ* autem, non comportati *frumenti* tempus his notis utrobique designari, χειμῶν apud *Thucydidem*, ἔτος autem λήγοντο apud *Diodorum*: Temporis autem quo collectum fuerit *frumentum* neutri rationem habitam, quod illius duntaxat *obiter* meminerint, non *sui* causa, sed propter *coloniam*. Ita omnia expedita erunt, nec vis inferetur ulla *Textui* ipsius *Thucydidis*. Hoc ergo mihi magis placere fateor. Hac tamen ἔτος λήγοντο nota *colonia* ad hunc quidem annum *Julianum*, sed *exeuntem* referetur 338. ad *mensē* autem *Atticum* fortasse *Posideonem*.

VI. 7. Οὐ πολλῷ ὕστερον, veniunt cum classe *Athenienses*, qui *Argivis* juncti biduo *Orneas* ab incolis desertas expugnant diruuntque. Tum redeunt *Argivi*, & ὕστερον *Athenienses*. Hæc, *induciis* elapsis, ne *invicem* sese læderent *Orneatæ* & *Argivi*. Proinde rectius fortassis ad annum *Julianum* sequentem *U. C.* 339. (quam, ut Nos olim, ad 338.) referenda.

VI. 7. Post reditum, ut videtur, *Athenienses* per *Methonen* Urbem maritimam *Macedoniæ* finitimam, illatis *colonis* suis & *Macedonum* exulibus *Perdicæ* subditos infestant. Hac, fortasse occasione ad *Chalcidenses* *Thraciæ*, quibus *induciæ* erant δεχόμενοι cum *Atheniensibus*, mittunt *Lacedæmonii*, ut *Perdicæ* auxilium ferrent. Nec tamen, quod volebant, assecuti sunt. Καὶ ὁ χειμῶν ἐτελεύτη, &c. Hæc etiam anno *Varroniano* sequenti 339. ante *Aprilis* *Juliani* diem IX^m.

Ann.



Ann. xvii. Belli Peloponnesiaci.

	Epoch. <i>Attic.</i>	Epoch. <i>Laconic.</i>
Pér. Jul. 4 $\frac{399}{300}$.	xci. 1. mens. 3. Arch. <i>Aristomnesto.</i>	1. Eph. <i>Cleosthene.</i>
U.C. Varr. 3 $\frac{30}{40}$.	2. mens. 9. Arch. <i>Chabria,</i>	2. Eph. <i>Lycario,</i>
Ant. Chr. 41 $\frac{1}{2}$.	à die <i>Julii</i> Juliani vii.	à die <i>Oct.</i> Jul. iii.

Phaeinidis Sacerdotissæ *Argivæ* anno 9°. à fine *Boëdromionis* Attici, ante diem *Octobris* Juliani iii.

VI. 8. Τῆ δ'ἀργυρομῆς δέρας, ἅμα ἦρι, redeunt à *Sicilia Atheniensium* legati, cum quibus veniunt *Egestæi*. *Athenienses* decernunt naves 60. ducibus *Alcibiade, Nicia, & Lamacho,* in *Siciliam* mittendas. Hæc certe post initium *Munychionis* Attici qui inivit *Aprilis* Juliani die x°. Non magno tamen, ut opinor, post illud intervallo.

VI. 8. Μετὰ τῆτο ἡμέρα πέμπτη, nempe à *Decreto Bello,* alia ἐκκλησία de classe apparanda, in qua vincit sententia *Alcibiadis.* Postea duces αὐτοκράτορες facti apparatusum. Hæc eodem, ut videtur, mense Attico *Munychione.*

VI. 27. Ἐν τῆτω, dum scilicet fierent apparatus, excisa signa *Mercurialia.* Et quidem mensis Ἐνη καὶ νῆα, ut docet *Plutarchus* in *Alcibiade.* Νεμυλία autem ut vult *Diodorus.* Proinde mensis, quicumque demum is fuerit, *Civili Novilunio.* Certe *Thargelionis* vel *Scirrophorionis.* Utrius fuerit, è notis posterioribus rectissime colligemus, quæ hoc præsertim loco proinde explicandæ sunt. Discessum *Alcibiadis* δέρας μισῶντος ἡδὲν statuit *Thucydides.* Medio nimirum *Æstatis semestris* jam cæpto. Sed nuper admodum. Id enim sibi velle videtur vox ἡδὲν. Atqui multum interest *utra* prædictarum significationum *media Æstas* intelligatur: An scilicet *duos* integros complectatur *Æstatis semestris menses*; An *mediorum* illorum *mensium* terminum tantummodo designet atque *confinium.* Si quidem *duos* complectatur *menses*; ita *priori* *mediorum Æstivorum mensium* discessisse intelligetur *Alcibiades,* & ne quidem illo admodum affecto. Ita *Scirrophorione* Attico discesserit. Et quidem illo mense discessisse exinde colligi videtur, quod *Adonia* tunc fuisse doceat *Plutarchus* tam in *Nicia,* quam in *Alcibiade,* festa nimirum *Veneris Adonim* suum lugentis memoria funesta atque infausta. Inde male ominabantur de hac *Sicula* Expeditione. Sed vero hoc ipso mense Attico *Scirrophorione* observari solebant, ut videtur, *Adonia.* Certe mensi *Judeorum Thamus* *Adonia* tribuit ^a *Hieronymus,* quem quidem menssem cum ^{Ezek. viii.} *Junio* Juliano committendum censet. Perperam autem pro *Junio* alii *Julium* reponunt, nulla *Codicum* fide freti, sed suis tantummodo conjecturis. *Tekupham* *Judei Thamus* suo asserunt, nempe *Solstitium,* quæ nota est *Junii,* non *Julii,* Juliani. *Junio* enim Juliano *Solstitium* observavit ipse *Meton.* Et ne quidem adhuc menssem illum egreditur propter

αὐθιγῆς,



ἡμερῶν, quam tamen pauci admodum veterum exploratam habebant, præter *Hipparchum*. Et *Junio* mensi pro maxima sui parte respondet *Judæorum Thamus* in nostris quoque *Tabulis*. Sic & in *Kalendario Attico* cum *Junio Juliano* potissimum concurrat *Atticus Scirophorion* mensis ipse *Solstitii*, cum à proximo post *solstitium* *Novilunio Hecatombæone* arcesseret *Meton*, primum deinceps anni *Attici mensis* *Civilem*. Sic autem loquitur *Macrobius*, quasi ipso *Solstitio* acta fuerint *Adonia*. *Mortem* enim *Adonidis* ab *Hyeme* censet; *Hyemem* autem illam censet quæ lucem nobis minuit. *Sat. I. 21*. Quæ certe *Hyems* non ab *Æquinoctio Autumnali* incipit, sed à *Solstitio*. Idque innuit fortasse *Marcellinus L. xxii. 10*. cum annuo cursu completo *Adonia* fuisse testatur. *Punctum Cardinale* fuisse verisimillimum est, unde censitus fuerit annuus ille cursus. *Solstitium Metonis* erat *Jun. Juliani* dies *xxvii*. Nec erat adhuc suspicio aliqua de ἡμερῶν. Sic die *Scirophorionis* *xx*. fuerint, pro nostris *Tabulis*, *Adonia*, & proinde discessus *Alcibiadis*. Certe præter propter. Nec longe aberit ab *Æstatis* semeltris medio etiam confinio. Ad *Osiridis* potius quam *Adonidis* luctum spectant *Sacra* illa, de quibus in *Iside* & *Osiride* *Plutarchus*, nec quicquam commune habent cum *Thucydides* nostri *Atticis Adoniis*. Ad *Athyr Ægyptiacum* referuntur illa, qui anno *Ægyptiaco* fixo cum *Juliano* fere concurrebat *Novembri*, *Attico* autem *Pyanepsione*, extra oleas *Æstatis Thucydideæ* universæ, nedum *mediæ*. Ne quidem unquam illa ab ipsa usque *Epocha Nabonassari* situm habebant quem suis *Atticis Adoniis* tribuit hoc in loco *Thucydides*, quicquid innuat in contrarium *Cl. Seldenus*. Hæc itaque si vera sint, *Scirophorione* non admodum provento discesserit in *Siciliam Alcibiades*. Ita *Thargelionis Neomenia* fuerit qua violata fuerint signa *Mercurialia*. *Medii* nimirum mensis *Vernalis*. *Munychione* enim res alias narrat *Thucydides* quæ *Sacrilegium* illud præcesserint. Proinde mensis, qui *Thargelionem* præcesserit, *Neomenia* illa esse ne quidem potuit. Et ne quidem illius, qui *Thargelionem* proxime sequebatur, *Scirophorionis*, si quidem illo, nec admodum affecto discesserint. Nec enim paucorum dierum fuisse videntur illa quæ inter *Sacrilegium discessumque* contigerint. Hinc ergo *Argumentum* habebimus (quod *Anno XIV.* non occurrebat) hoc saltem in loco *trimestrium confinium* in *Æstate* semestris *Æstatis mediæ* nomine intelligi ne quidem potuisse, quod *medio* illo spatio jam elapsa fuissent *Adonia*, si mensis fuerint *Solstitialis*. Nam *commissionem* illam *Atticorum Romanorumque* mensium quæ cum *Scirophorione* *Attico Juliano Junium* contenderit, supra jam *Diff. II. 23*. *Plinianam* fuisse vidimus, antiquissimamque, proximamque illis ipsis temporibus quibus *mensis Lunares* usurpabant *Athenienses*. Sic ergo priori hujus anni *Juliani* anno *Olympico*, & sub priori etiam *Archonte*, in *Siciliam* navigavit *Alcibiades*. Hunc sane discessum alibi anno tribuit *xvii^o*. ἡμερῶν ἡμερῶν ἐβόλων. *vii. 28*. Erat, ut supra ostendimus, *Peloponnesiorum* prima illa in *Atticam ἐβόλον* mense *Hecatombæone*, & quidem desinente. Ita hujus anni *Hecatombæone* exeunte, exierit annus *xvi^{us}*. cœperit autem *xvii^{us}*. ab illa *Peloponnesiorum* irruptione. Sic fuisset necesse ut hoc saltem *Hecatombæone* desinente navigavit *Alcibiades*



biades si anno XVII^o. illius Epochæ vel cæpto navigarit. Sed jam supra ostendimus, etiam cum ab aliis illis rerum primo Belli anno *gestarum* Epochis supputat *Thucydides*, non tamen à *rebus* ipsis *gestis* supputationis exordium ducere, sed à *primæ* potius *Æstatis*, qua *gestæ* fuerint, *semestris exordio*. Ita recte se habebunt omnia.

VI. 27. Ἐν τῷ τῷ, nempe dum fierent *apparatus*, Neomenia, ut dictum est, *Thargelionis*, *Maii* autem *Juliani* die IX. contracta sunt signa *Mercurialia*. Vel potius *Maii* *Juliani* die X. *Noctæ* enim *media* desit diei *Attici* dies *Julianus* prior.

VI. 30. Μετὰ ταῦτα, δέξας μετῴνυσθαι ἄδην, discessio *Alcibiadis* in *Siciliam*, festo *Adoniorum*. Post fracta *simulacra*, tertio *Æstatis* *semestris* mense, nempe *Scirrophorione*, post *Junii* proinde *Juliani* diem VIII^m. quo cæpit *Scirrophorion*. Tum deinde hoc ordine progrediuntur. Primum *Corcyræ* conveniunt. VI. 32. 42. E *Corcyra* Μετὰ ταῦτα in *Siciliam* discedunt. VI. 43. Sinum *Jonium* transmittunt ad Promontorium *Japygiam* & *Tarentum*. Hinc oram *Italiae* legunt usque ad *Rhegium*. VI. 44. Inde fama certa de eorum adventu ad *Syracusas* emanavit. VI. 45. Hic naves αἰγῆπας ἐ *Corcyra* *Egestam* missas VI. 42. expectant VI. 44. recipiuntque VI. 46. Hinc judicari poterit de spatio *temporis* ex quo *Corcyram* appulerant ad *discessum* à *Rhegio*. Fidem testellisse *Egestæos* narrant naves illæ præcursoriæ de rei *pecuniariæ* apparatu. Inde animos despondent *Athenienses*, & *societatem* recusant etiam *Rhegini*. VI. 46. Hic capiunt duces de Belli summa consilium. *Messanenses* frustra sollicitat *Alcibiades*. A *Rhegio* *Naxum* veniunt nonnulli *Atheniensium*, reliquis ad *Rhegium* relictis. *Naxum* recipiunt, tum deinde *Catanam*. Ad *Naxum* reliqua exercitus pars à *Rhegio* accersita. Tum versus *Syracusas* movent, & *Camarinam*. Sed à *Camarinæis* non recepti *Catanam* redeunt. VI. 50. Tum appulit navis *Salaminia*, qua revocatus est *Alcibiades*. VI. 53. Brevi autem revocatum *Alcibiadem* fuisse docent Auctores: Brevi post tempore, inquit è *Trogo*, *Justinus*. IV. 4. Postquam in *Siciliam* eum pervenisse crediderunt. Verba sunt *Nepotis* in *Alcibiade* c. 4. Nempe temporis modo illo ei indulto quo, per res in itinere gerendas, venire liceret in *Siciliam*. Μετ' ὀλίγον χρόνον, *Plutarch*. *Nicia*. Μετὰ πικρῶς ἐπὶ τῷ Ἀθῶναίων ἐπὶ τῷ νεύον ἐὸς τὸν Ἰσθμῶν. *Plutarch*. *Alcibiade*. Nec sane cessatum in Expeditione res ipsæ *gestæ* palam faciunt, & *Syracusanorum* securitas. Prima Expeditionis fama *Syracusas* attigit, cum *Corcyræ* versarentur *Athenienses*. Sed *dubia* adhuc admodum & *incerta*, nec à *plerisque* *credita*. Certa autem non antea quam *Rhegium* attigissent *Athenienses*. Inde moram *brevem* fuisse manifestum est cum appelleret navis *Salaminia* quæ revocarit *Alcibiadem*. *Mensem* fuisse demus ex quo discessit è *Piræo*, quo spatio *minus* esse vix potuit. Sic *Hecatombæone* *Attico* & *Julio* *Juliano* *exeuntibus* fuerit revocatus, annoque adeo *Olympiadis* 2^o. & *Archonte* hujus anni itidem 2^o. Potius *augendum* spatium fortasse quam *minuendum*. Nam dum adhuc *Corcyræ* hæreret classis *Atheniensis* classem suorum *Syracusanorum* cibariis bimeltribus instructam suffecturam arbitratur *Hermocrates*; ut re in *Hyemem* protracta *Athenienses* *Corcyræ* contineret, & *Italiae* *Siciliæ*que aditu prohiberet.

A a a a a a

hiberet.



hiberet. VI. 34. Sed satis erat *Hyems* vel *propinqua* ut à rebus mari gerendis, quæ *brevi* absolvi non possent, arcerentur *Athenienses*. Hoc enim metuebant cum clausos in *Sphaacteria* insula *Lacedaemonios* obsiderent. IV. 26. 27. Et *paranda* erat, de qua loquitur, *classis*, & *commem-tibus* instruenda, cum hæc peroraret *Hermocrates*, quod certe opus *paucorum dierum* esse non potuit. Satis ergo commode respondet *tempus* à nobis assignatum, quo ne quidem discedentibus à *Piræo* ipso *Atheniensibus*, spatium *trimestri* multo *majus* conceditur, ad *Hyemis* initium quam adeo metuebant in rebus *maritimis*.

Pauca hic non admodum importune de temporibus *Alcibiadis* addenda illis quæ anno hujus *Belli XIII^o*. superius differuimus. Duxit uxorem *Hipparetam* *Hipponici* filiam *αἰὲ τὸς αὐτὸς χεῖρας*, quibus *equis alendis* animum *Olympiorum* causa adjecit. Hoc nos docet *Isocrates* Oratione de *bigis* sub persona *fili* ex illis nuptiis oriundi concepta. Nos quidem in *Olympionicarum* Catalogo victoriam ejus ad *Olymp.* *xcii.* retulimus. Sed *ἰπποτεστίαν* illam hoc ipso, quo versamur, anno exprobrat *Nicias*. VI. 12. Et *equorum* suorum usum in ipsis *Olympiis* agnoscit *Responsoria* sua *Alcibiades*. VI. 16. Inde colligimus *Ol.* *91.* recentiorem esse ne quidem potuisse *Olympiadem* illam, qua vicerit *Alcibiades*. Et ne quidem *Olymp.* *xc.* esse potuit antiquior. Natus enim ex illo matrimonio *filius* *ἐνὶ πατρὶ* erat cum essent in Imperio *xxx.* *tyranni*, teste eodem ibidem *Isocrate*. Nempe annis *xvii.* *minor*. Nam ab *Olymp.* *90.* *i.* ad *Olymp.* *94.* *i.* *sedecim* anni sunt, *viginti* futuri si à priori aliqua supputetur *Olympiade*. Vel ergo *Olymp.* *xc.* vel *xci.* vicerit oportet *Alcibiades*. Non certe *Ol.* *xc.* Nam *filius* *εὐδὸς ὑποβύτου* *orphanus* factus est, ut ex eodem discimus *Isocrate*, actò in *exilium* patre, matre autem è *virvis* excedente. *Præcedit* Patris *Alcibiadis* *exilium*, hoc ipso, de quo agimus, *tempore*. *Matris obitum* tunc fuisse docet in *Alcibiadis* vita *Plutarchus* cum ad *Ephesum* navigaret *Alcibiades*. Tum scilicet, ut videtur, cum socias *Asiæ* civitates ab *Atheniensium* societate sollicitaret *Alcibiades*. Sic fuerit hic ipse annus *Alcibiadis* filio natalis. *Priori* autem *nuptiæ* paulo ante *Olympiadem*. Sic anno *ætatis* *xxxiv.* (quo nostris nempe rationibus) *uxorem* duxerit, *xxxv^o*. autem *filium*, de quo loquimur, susceperit *Alcibiades*. Nec pugnat *Nicias* cum hoc ipso anno *ῥιπτήλα ἐς τὸ ἀρχεῖν* objecit *Nicias*. VI. 12. Non certe intelligit *Juventutem* illam quæ *Legibus* impar *Imperio* haberetur. Hoc illum velle ne quidem potuisse docent tot *Alcibiadis* ante illam *Niciæ* Orationem *Imperia*. Intelligit ergo *supremos* *Juventutis limites*, eamque proinde *Juventutem* quæ *Senectuti*, qua quidem *Leges* *Senectutem* censebant, opponeretur. Qua scilicet in *Romanorum* disciplina *Centurias* legimus *Juniorum* atque *Seniorum*, etiam in *ætate Militari*. Id enim volebat *Nicias*, quanquam *Leges Imperium*, quoties nullum occurrisset insolitum periculum, *Junioribus* concederent, *hac* tamen quam *periculosa* plenam *aleæ* probaverat, non esse concedendum præterquam *senioribus*, ne quam graviolem noxam caperet è *Juvenili* temeritate *Respublica*. Ita certe *Niciam* intellexit *Alcibiades*, cum hoc nomine *Niciam* criminatur, quasi ad *διείσων τοῖς νέοις ἐς τὸς πρεσβυτέρους*. VI. 18. Is ergo *Niciæ* *ῥιπ* erat qui nondum *πρεσβυ-*



περὶ. Sed vero *infima Senectutis Epocha* adhuc erat inferior *Alcibiades*. *Mediam Ætatis Militatis* partem capiamus, quæ *integra* erat annorum XLII. Addita *Pueritiæ* annorum XVII. efficiet annum *ætatis* XXXVIII. Sed per *quinquennia* ætatem *Militarem Græcorum* illius *Seculi* distributam observavi apud *Xenophontem*. Sic anno *ætatis* XXXV°. *Juventutem* terminari consentaneum erat, qui iustis constat terminaturque *quinquenniis*. Estque illa *media*, qua ætas *Humana* universa censetur annorum LXX. Nec erat *Mosis* tantummodo numerus illa *Psalms*. xc. 10. verum etiam *Solonis* apud *Herodotum* I. 32. & *Censorin.* c. II. 14. & *versibus* a in illam sententiam decantatissimis. *Civis* nimirum *Atheniensis*, & *Legislatoris*, ne sit proinde cur miremur si hæc *ætatis* fuerit apud *Athenienses* *media* inter *Juventutem Senectutemque* legitima. Imo *quinto septenario* ἑπταετηρῶν ἀνδραῖς iplis illis versibus describit *Solon*. Sic fuerit quod sequitur ἑπταετηρῶν, *ætatisque* proinde jam ad finem *declinantis*. *Romanis* eundem fuisse *Juventutis* modum alibi observavimus, tam in *Annalibus Stianis*, quam in *Prælectionibus Camdenianis*. Sic ergo nondum absolverit *Alcibiades* annum *ætatis* XXXV^m. ut illum (pro *Atheniensium* censu legitimo) *Juvenibus* accensere posset *Nicias*. Firmabunt hæc quæ supra diximus de *ætate Alcibiadis*, quem *minorem* non fuisse probant quæ superius adduximus; nec *majorem* fuisse patitur hæc *Nicias* exprobratio. Verba sunt præterea *Isocratis* in Persona ejusdem *fili Alcibiadis*: ἔγω τῆρα εἶν γεγονὸς διὰ τὴν πατρὸς φύλιν, καὶ τὴν σφύρατον εἰς κίνδυνον κερταῖον. *Quartus* ab hoc, in quo versamur, annus *Belli* erat XX^{us}. Proximus nimirum post *cladem Siculam*, quo infensissimos in memoriam *Alcibiadis* cives ejusdem *Athenienses* fuisse verisimillimum est, qui & *Belli* auctor fuerat antea quam exulerat, & mittendi postea in *Siciliam Gylyppi*, & *munitæ Deceleæ*, & *defectionis* illius *Sociorum* à patrocínio *Atheniensium*, quæ hoc maxime anno, & *recenti* cladis *memoria*, eluxit, sollicitante potissimum *Alcibiade*. Tum sane *proli* ejus metuendum erat *Athenis*, ut videtur, à *matre* relicta, & *Populi* infanientis furoribus obnoxia. Illo nimirum anno *ineunte*, cum nondum *filius* annum *ætatis* IV^m. explevisset. Erat *annus* ille *fili* IV^{us}. *Olymp.* 92. ½. *Patris* autem XXXIX^{us}. Sed tempus *amissæ matris* designavit, ni fallor, hoc in loco *filius Alcibiadis*. Decessit illa cum *Ephesum* peteret *maritus Alcibiades*, post *defectionem* à *Lacedæmoniis*, paulo antea quam 400. *tyrannis* crederetur *Respublica*. Hujus enim consilii auctorem *Alcibiadem* agnoscit *Justini Trogi* v. 2. 3. Tunc enim certe nondum erat *quadriennis*, qui hoc tempore *matre* fuerit orbatus. Et tamen 4^m. agebat *ætatis* annum. Hæc *Ol.* 92. I. mense *Gamelione* *Julianoque* *Januario* anni *U. C. Varroniani* 343. assignanda esse infra ostendemus. Ἐτι δὲ πῦρ ἐν τῷ τριάνοντα ἐν τῷ πέντε ἑξήκοντα. Idem inquit *filius Alcibiadis*. Post *Munychionem* anni *Ol.* 93. 4. constituti sunt à *Lysandro* XXX. *tyranni*. Sub finem autem *Ol.* 94. I. soluta illa, quæ per illos facta est, *Anarchia*, *Archon* repositus est legitimus *Pythodorus*. Proinde *Ol.* 94. I. obtinuit potissimum illa *Tyrannis*. Ita scilicet ut *exeunte* *Ol.* 94. I. *Archon* legitimus creatus fuerit. Ita anno *ætatis* suæ XI. vel XII. exularit *puer* adhuc *filius Alcibiadis*. *Patris* nimirum anno XLVI. eo-

a Ap. Philon. Jud. de Mund. Opif. p. 24. & Cl. Athen. Sctom. VI.

A a a a a a 2

demque



demque ultimo. Metus enim erat Tyrannorum à Patre qui illos reddiderit in filium iniquiores, ne superesset cœdis paternæ Tyrannorum Lacedæmoniorumque opera perpetratæ vindex. Ad secundum spectabat septenarium ætas illa quam tunc agebat filius Alcibiadis, quæ Pubertatis erat pro prædictis Solonis versibus, & proinde pro moribus Atheniensium quibus leges dedit Solon. Ad primam barbam retulit ille tertium Septenarium, quæ non Pueritiæ erat, sed Adolescentiæ.

VI. 61. Κατὰ τὴν κατὰ τὸν ἔτος, Expeditio Lacedæmoniorum in Bœotos ἐπισημαίνουσαν Alcibiadis sociorumque ejus de prodenda Lacedæmonis Urbe ab Atheniensibus attributa, quæ etiam effecerit ut violatâ quoque simulacra Mercurialia & Mystera, quorum accusatus fuerat Alcibiades, eodem referrentur. Hæc certe post discessum Alcibiadis in Siciliam, cum jam iterum ab hostibus in patria relictis restauraretur illius Accusatio. Nam absente demum Alcibiade, receptus est in custodiam Andocides Rhetor, deinde quicumque illius testimonio, aut alia quaque levicula suspicione, rei peragerentur, etiam innocui, ne nocentes elaborerentur. Proinde enim reversos arbitrabantur Lacedæmonios, quod non amplius sui juris essent proditores, ut fidem Lacedæmonis datam præstarent. Ita enim sensisse Athenienses docent nostri Auctoris verba illa: εἰ μὴ ἐφθάρην δὴ αὐτοὶ κατὰ τὸ μέγεθος ἐπιλαβόντες τὰς ἀνδρας, περὶ δὲ δῶμα ἀν ἡ πόλις. Idem designat tempus verbis illis: ἐν ᾧ οὐδὲ ταῦτα ἐδορῶντο. Nam hic certe δόρυς ὄρατος erat accusantium receptorumque in custodiam civium Atheniensium. Hæc autem omnia paulo antea contigisse puto, quam mitteretur navis Salaminia Alcibiadem cum sociis reis revocatura. Proinde mense Attico Hecatombæone, Juliano autem Julio, non autem, ut ad marginem editi Thucydidis apposueram, Junio. Proinde anno Ol. 91. 2°. & secundo etiam hujus anni Archonte.

VI. 61. Κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, Alcibiadis hospites etiam Argis suspecti atque interfecti. Post discessum Alcibiadis ad Siciliam, post reditum Lacedæmoniorum ab Expeditione in Bœotos. Et tamen antea quam mitteretur in Siciliam navis Salaminia. Mense ergo Hecatombæone Attico, Julio Juliano non admodum affectis.

VI. 61. Οὐ πολλὸν ὕστερον, quam Thuriis discesserat navis Salaminia, frustra quæsito cum sociis Alcibiade, qui elapsi eousque latebant, Alcibiades cum suis à Thuriis Peloponnesum navigat. Reversa navi Salaminia, Alcibiadem cum suis non comparentes capitali sententia damnant Athenienses. Horum initia Hecatombæone Attico exeunte, ineunte autem Augusto Juliano. Finis autem Attico Metageitnionē, & Augusto Juliano aliquatenus affecto.

VI. 62. Μετὰ ταῦτα, Post discessum scilicet Alcibiadis, reliqui duo Atheniensium duces, Nicias & Lamachus, bipertito copias suas dividerunt, & Sicilia oram à sinistra legentes, Himeram veniunt Græcam civitatem. Non recepti Hyccara oppugnant civitatem Sicanicam, quam expugnant, Egestæisque tradunt. Inde exercitus pedestri, per Siculos, itinere venit ad Catanam. Nicias εὐδὸς ἐξ Ἰταρίας Egestam proficiscitur, exactisque triginta, quæ promiserant, talentis ad exercitum redit, Catanam, ut videtur. Inde ad socios quibus copias imperat. Denique ad Hyblam



Hyblam minorem *hostilem*, quam tamen non expugnat. Καὶ τὸ δέρον ἐτε-
λάτω. Hæc inter finem *Hecatombæonis* & *Boedromionis*, spatium bime-
stri, præter propter. Ab initio *Augusti* Juliani ad *Octobris* Juliani
diem III^m.

VI. 63. Τὸ ἐπιχειρηθῆναι χειμῶνος εὐδὸς, *Expeditione Atheniensium* è *Catana* in *Syracusanos*, & *Syracusanorum* in *Athenienses*. Τὸ δέρον διαδύ-
του, inquit etiam *Plutarchus* in *Nicia*. Mox ab *Octobris* Juliani die IV^o.
qui I^{us}. erat Attici *Alcibiades*. Prælium denique prope *Olympicum*
quo vincunt *Athenienses*. Post multos tamen, ut videtur, à primo *Ex-*
peditionis consilio dies. Diem constituerant *Syracusani* quo *Athenien-*
ses *Catanae* agentes aggressuri erant. Καὶ αἱ ἡμέραι ἐν αἷς ξυμῆδον ἦσαν, ἐς τὸς
ἡσπας, cum adessent *Syracusani*. VI. 65. Πράλιον τῆ ὑστεραία. VI. 67. In
πράλιον ἴψο βρονταὶ, ἀσραπαὶ καὶ ὕδωρ πολὺ. Nempe propter ὄραν ἔτυς. VI. 70.
Mense proinde, ut videtur, *Novembri* Juliano, ut è *Vegetio* colligimus,
& veterum *Parapegnasi*. Τῆ ὑστεραία cadavera *Syracusanis*, fide publica
concedunt, & ad *Catanam* redeunt. χειμῶν τε γὰρ ἔστιν. VI. 71. Hæc ratio
cum redditur quo minus post victoriam majores progressus facerent, eam
plane *Hyemem* supponit quæ fuerit rebus *Bello* gerendis prorsus *intem-*
pestiva. Proinde *Naxum* & *Catanam* διαχειμάσοντες navigant *Athenien-*
ses. VI. 72. Ὀλίγων ἡμέρων διαδρομῶν. *Plutarch.* *Nicia*. Hoc nempe con-
silio ut rursus eis τὸ ἐπὶ *Syracusanos* aggrederebantur. VI. 71. Proinde ἐν
τῷ χειμῶνι τῷ τῷ *Syracusanis* etiam *novæ* de *Bello* consilia capienda esse
monet *Hermocrates*. VI. 72. Quæ *Notæ* omnes temporis *Prælii* à nobis
designato optime conveniunt. *Novembri* nempe *Juliano* affecto, &
Attico *Pyænepsioni* similiter affecto.

VI. 74. Στρατεύματα *Atheniensium* *Catana* navigavit εὐδὸς ad *Messanam*,
spe Urbis illius per prodicionem occupandæ. Sed frustra, proditis antea ab
Alcibiade in exilium ituro proditoribus. Proinde non diu antea redie-
rat *Alcibiades*. Male autem hæc, in Editione *Thucydidis*, ad classem
retulimus quæ redierit à victoria ad *Olympicum*, quæ causa erat cur
hanc tentatæ *Messanae* Expeditionem ad *Decembrem* Julianum retuleri-
mus. Melius de exercitu intelligemus, qui captis *Hyccaris*, itinere pe-
destri redierit ad *Catanam*. VI. 62. Sic itaque post reditum ex *Hycca-*
ris, exercitus ille εὐδὸς ad *Messanam* navigavit. Quod melius profecto
conveniet cum tempore revocati *Alcibiadis*. Fini enim *Hecatombæo-*
nis, initio autem *Augusti* Juliani, Expeditionem illam assignavimus.
Mox item à discessu *Alcibiadis* illam docet contigisse *Thucydides*. Po-
tuit ergo satis commode reditus ab *Hyccaris* ad *Metageitnionem* Atticum
referri, *Augustumque* Julianum affectum, cum nuper discessisset è locis
Messanae vicinis *Alcibiades*. Certe ante finem *Astatis* ab ipso nar-
ratur *Thucydide*. Non est ergo eousque differendus. *Proditionem* illam
expectabant *Athenienses* per dies *tredecim*. Tandem, ὡς ἐχειμάζοντο, ne-
cessario *commeatu* destituti, *triremem* *Athenas* mittunt, de *Equitatu* &
re *numaria* proximo *Vere* mittendis. Interim *Naxo* hibernarunt. Po-
strema hæc de *Equitatu* accersendo, post reditum ab *Olympico* conti-
gisse crediderim. Illa enim *victoria* didicerant quam necessarius esset
ubi *Equitatus*, ab *Equitatu* *Syracusano* cohibiti quo minus victos *Syra-*
cusanos



Annales Thucydidei.

cusanos persequerentur. Imo illius ad *Olympieum* Expeditionis initio, quam fuerint *Syracusanis* impares hoc ipso nomine, quod *Equitatum* parem non haberent, intellexerant. Propterea *stratagemate* confecti sunt, ne obeset, quo superiores *Syracusanos* agnoverant, *Equitatus*, dum locum occuparent prope *Olympieum*, quo tuti erant ab *Equitatu*. Ita rerum hac Sectione narratarum *ultima* superioribus omnibus *seriores* fuerint. Quæ causa satis commoda esse potuit cur universæ, propter *nexum* quem invicem habebant, simul narrandæ post superiora narrentur. Is tamen ipse *exercitus* qui ab *Hyccaris Catanam pedestri* itinere venit, *Messanam* profecto ante reditum *classis* mitti non potuit. *Classem* enim *Atticam* universam sub *Nicia & Lamacho* bipertitam in *Hyccaris* expugnandis adfuisse docet *Thucydides*, quæ tamen *serius* redierit quam *pedestris* exercitus. *Rediit* autem etiam ipsa, *resque* gefit, post reditum, multas eadem *Æstate* à *Thucydide* narratas. Proinde, ut, post *reditum* *classis* *ad Messanam* aggressi fuerint *Athenienses*, ne quidem ita ultra *Æstatis* finem prorogari *Expeditio* illa potuit. Et certe consiliis de prodenda *Messana* ante discessum *Alcibiadis* initis admodum nocituros fuisse constabat *Atheniensium* nimis lentos conatus. *Moram* ergo nimis magnam non fuisse verisimillimum est. Mense, ut videtur, *Metageitnion* Attico, *Augusto* autem Juliano.

VI. 75. Ἐν τῷ χειμῶνι, ad *Epipolas* murum, qui *Temenitem* complecteretur, excitant *Syracusani*. *Præsidia* in *Megaris & Olympio* ponunt, & *vallis* Urbem suam, qua à *mari* exscensus erant, muniunt. Hæc post prælium ad *Olympieum*, *Novembri* proinde Juliano, *Pyaneptione* autem Attico. Certe hoc anno *Varroniano* U. C. ut videtur, adhuc 339.

VI. 75. Postquam, relicta *Catana*, *Naxi* hiberna constituerant *Athenienses*, agrum *Catanæorum* vastant *Syracusani*, incensis *Atheniensium* tabernaculis atque castris. Hæc si superioribus *posteriora* fuerint, hoc anno *Varroniano* exeunte contigisse verisimillimum est. Nec sane occurrunt hic notæ *eiusdem* temporis apud *Thucydidem* frequentissimæ: κατὰ τὸ αὐτὸν καιρὸν, &c. Crediderim potius fuisse *mox* ubi discessissent *Athenienses* ab *Olympio*.

VI. 75. Legationes *Syracusanorum Atheniensiumque* ad *Camarinæos*, *Naxi Athenienses* socios *Syracusanorum* ad defectionem partim sollicitant, partim cogunt. VI. 88. Ipsa jam *Hyeme* à *Naxo* ad *Catanam* redeunt, & *Castra* sua incensa restaurant. Mittunt deinde *legatos* ad *Carthaginienses & Hetruscos*, & ad *Siculos*, & *Egestam* de auxiliis parandis. Erant vicissim legationes *Syracusanorum* ad *Corinthum* ad *Lacedæmonem*, obiterque ad *Italos*. *Corinthii* mox auxilia decernunt, *legatosque* mittunt *Lacedæmonem*, qui eodem tempore *Spartam* veniunt, quo elapsus è *Thuriis* *Alcibiades*. Itaque *Alcibiade* auctore *Lacedæmonii* *Deceleam* muniendam decernunt, *Gylippum* autem ducem ad *Syracusanos* mittendum. *Gylippus* duas naves è vestigio mittendas *Corinthiis* imperat, reliquas ὅταν ναυεὶς ᾖ. *Navis* præterea *Attica* è *Sicilia* *Athenas* venit de *commeatu & Equitibus*. Fitque in eam sententiam decretum. Καὶ ὁ χειμὼν ἐτιμῶντα. Si, quod *postremo* loco narratur id *postremo* etiam tempore contigerit, in causa fuerit oportet, quod *Peloponneso* universa circum-



circumnavigata Athenas appulerit. Recta enim à *Thuriis* ad *Cyllenen* agri *Elei* trajecit *Alcibiades*, qui tamen tantisper *Thuriis* latuit dum discessisset navis *Salaminia*, post cujus discessum missa illa est alia è *Sicilia* triremis à ducibus in *Sicilia Atheniensibus*. Sed exploremus horum omnium gestorum, pro virili, *limites*. Horum alterum docebit, ni fallor, ille *Gylippi κερς*. Idem, ut videtur, cum *Maris liberi* termino, pro censu *Romanorum*. Fretum enim *Siculum*, pro illis quoque temporibus, per *quatuor menses* clausum, ut vel *nunciis* navibus ægre transmitteretur, docent verba illa *Nicias* apud Auctorem nostrum. Εξ ἡς μιλῶν ἐδὲ πικρότερον τῶν χειμεινῶν ἀγγιλον ἐλάδιον εἰλθεῖν. VI. 21. Quinam illi *menses Hiberni* fuerint in anno *Solari* docet nos, pro *Romana* *Maris* illius disciplina, *Vegetius*. L. IV. c. 39. *Spatium* enim *Maris clausi* concludit inter III. Id. *Novemb.* & VI. Id. *Martias*, à *Novembris* nempe die XI. ad *Martii* *Juliani* diem x^m. Quo intervallo *quatuor menses* continentur, pro mente *Nicias*, accuratissime, & quidem *Juliani*. Sed *menses*, ni fallor, *Atticos Lunares* intellexit *Nicias*, quales erant *Civiles* suorum *Atheniensium*, singulis proinde annis paulo invicem dissentientes, nec adeo cum *certis* in anno *Solari Juliano* diebus perpetuo committendos. *Menses* illi *Attici* sunt, *Pyanepsion*, *Posideon*, *Gamelion*, & *Anthesterion*, qui, hoc anno, à die *Novembris Juliani* III^o. ad diem *Februarii Juliani* XXVIII^m. eundemque *ultimum* pertingunt. Ne quidem ita longe à prædictis *Maris clausi* limitibus *Romanis*. *Cycli* autem *initio* (quo *situs* erat ad *Parapegmatis* rationes accuratissimus, pro mente *Metonis*) idem *spatium* ab *initio Pyanepsionis* ad *finem Anthesterionis*, à *Novembris Juliani* die incipit XII. desinitque *Martii* die IX. similiter *Juliani*. Hoc ergo certe *spatium* in forma *Juliana* videtur designasse *Nicias*. Nec obstabant modicæ illæ annorum *Civilium Lunarium* à *Parapegmate Solari* discrepantiæ, quo minus ita de suis *Civilibus mensibus* loquerentur *Cyclorum Lunarium* Observatores, ac si *Civiles* quoque *Kalendarii* sui *menses* sedem fixam habuissent in *Zodiaco*. Hoc ergo anno *κερς Gylippi* cum *Anthesterione Attico* & *Februario Juliano* desinebat. Ut in *Martium* proinde *Julianum* *ineuntem* parandæ fuerint reliquæ *Corinthiorum* naves. *Securum* tamen navigandi *tempus* (*classibusque* adeo *Bellicis* aptissimum) ad *Maium* usque profert idem, ubi supra, *Vegetius*. Hunc si *κερς* intellexerit *Gylippus*, paulo adhuc *serius* illa de sequentis anni apparatu monere potuerit. Sententiam tamen *civium* suorum *Atheniensium* melius, ni fallor, è verbis *Nicias*, ejusque *quadrimestri* spatio, colligemus. *Citimus* ergo *clausi Maris* terminus, hoc saltem anno, idem erat, quem dixi, *Februarii Juliani dies* ultimus. Efficiet ille ut ad superioris anni *Juliani finem*, potius quam hujus *initium*, superiora pleraque referenda fuerint. Ita certe necesse erat si ante *Mare clausum Novembris* nempe *Juliani* diem III^m. fretum trajecerint, tam navis illa *Syracusana* missa ad *Corinthios*, quam & alia quoque illa quæ è *Thuriis* ad *Cyllenen Alcibiadem* adduxerit. Nec enim itineris *spatium*, nec gestæ in itinere res, exigebant *spatium* plusquam *bimestre*. Nec *classibus* modo, sed *nunciis* quoque navibus *singulis*, iter illud difficile censebat *Nicias*. Multa quidem, fateor, pericula necessaria faciunt.



faciunt Belli exigentiæ. Sed primo quoque illo cum *Syracusanis* conflictu, experti fuerant *Athenienses* quam necessarius esset *Equitatus* ad *Urbis* ipsius obsidionem. Imo idem etiam ante conflictum senferant, cum *strategemate* aditum sibi *maritimum* patefacerent. Itaque primo quoque tempore *Equites* accersendi erant. Et ne quidem *commeatus* patiebatur *moram*, qui, *Siculis* nondum copia aliqua deficientibus, *parcus* admodum suppetebat. Nec enim multorum *mensium* commeatus unquam *domo* exportabant.

Ann. xviii. Belli Peloponnesiaci.

	Epoch. <i>Attic.</i>	Epoch. <i>Laonic.</i>
Per. Jul. 430 $\frac{0}{1}$.	xci. 2. mens. 3. Arch. <i>Chabria.</i>	1. Eph. <i>Lycario.</i>
U.C. Varr. 34 $\frac{0}{1}$.	3. mens. 9. Arch. <i>Pisandro,</i>	2. Eph. <i>Eperato,</i>
Ant. Chr. 41 $\frac{4}{3}$.	à die <i>Junii Juliani xxvii.</i>	à die <i>Sept. Jul. xxii.</i>

Phaeinidis Sacerdotissæ *Argivæ* anno 10°. à fine *Boedromionis* Attici, ante *Septembris* Juliani diem xxii.

VI. 94. Ἄμα τῶν ἡμετέρων ἀρχομένων, ἡ ἐπὶ τῶν ἀρχομένων ἡμέρων, *Athenienses* agros *Megarenseum Siculorum* deprædantur, quos, pulsis ipsis *Megarensibus*, occupaverant *Syracusani*, ὡς περὶ καὶ πρῶτον μοι εἴρηται, inquit. Nempe VI. 4. (*Tempus* à nobis supra designatum est pro rationibus *Thucydidis.*) Ad munitionem quandam *Syracusanorum* veniunt, nec expugnant. Inde ad *Teream* fluvium, & campestria populantur, & αἶτον incendunt, *Syracusanorumque* paucos occidunt. Tum erecto *tropæo*, ad *naves*, inde ad *Catanam*, revertuntur. Gesta hæc *dierum* omnino paucorum. Nempe unius ἐπιστομῆς, qui in Expeditionibus *dierum multorum* esse non solebat. Legimus tamen *Lacedæmoniorum* singulares ἐπιστομῆς qui suffecerint ad irruptiones in *Atticam*, agrorumque populationes. Cum nempe tandem ipsa hac rei Annonariæ penuria redire cogerentur. Cœpit hoc anno Atticus *Munychion Martii* Juliani die xxx. & cum illo *Ver* *Aestasque* *Thucydidea* *semestris*. Σίτος tum corruptus nondum utilis, cum hoc ipso ἐπιστομῆς nomine *Catanam* redierint. Proinde σαχῶν appellat *Scholias* potius quam αἶτον. Imo sequenti post ἐπιστομῆς Expeditione, rursus αἶτον incendunt, ne quidem tum *falci* maturum, sed maturum tamen incendio. Satis commode illa omnia cum *Aprili* Juliano ineunte conveniunt, hujus prioris Expeditionis fine.

VI. 94. *Catanae* ἐπιστομῆς *Athenienses* postea *Centoripa* in fidem recipiunt. *Inessaorum* & *Hyblaorum* αἶτον incendunt. Adhuc, ut videtur, in agris, nec usibus idoneum. Tum *Catanam* redeunt, ubi equites novos ab *Athenis* 250 reperiunt, sed sine equis &c. Hæc adhuc eodem mense Attico *Munychione*, Juliano autem *Aprili*.

VI. 95. Τὸ αὐτὸ ἡμέτερον, *Lacedæmonii* in *Argolicam* usque ad *Cleonas* penetrant. Sed *Terræmotus* omine edito redeunt. *Aprili* non admodum affecto, & proinde Attico *Munychione*.

VI. 95.



VI. 95. Μετὰ ταῦτα, post reditum nempe *Lacedaemoniorum*, Argivi *Lacedaemonios* in agro *Thyreatico* praedantur. Mense forte *Thargelione* Attico, & *Mai*o Juliano.

VI. 95. Ἐν τῷ αὐτῷ δέξει, & ποτὶ ὕστερον, *Thespiensium* in *Magistratus* suos impetus ab *Atheniensibus* repressi. Hoc etiam mense Attico *Thargelione*, & *Mai*o Juliano.

VI. 96. Τὸ αὐτὸ δέξει, *Syracusani*, audito equitum *Atheniensium* novorum appulsu (proinde post secundam *Atheniensium Expeditionem*) *Epipolas* munire cogitant. Cum jam essent οἱ αὖτὲ Ἐπιπολάτω στρατηγοὶ ἀρτί παρελθόντες ἢ ἀρχῶν. Vox illa certe ἀρτί jam nuper in officio fuisse indicat hujus anni στρατηγός. Superiori nempe anno designati fuerant in locum ducum quindecim novi duces tres, quorum è numero unus erat *Hermocrates*. VI. 72. 73. Hoc ergo loco forma illa, οἱ αὖτὲ Ἐπιπολάτω, non solum designavit *Hermocratem*, verumetiam ejusdem in στρατηγία collegas. Num ergo Vere inivit annus *Syracusanus*? Fieri quidem potest ut, hoc saltem *Seculo*, ita se res habuerit. Saltem *Magistratum* vel *Imperiorum ineundorum*. Recentioribus temporibus non anni modo *Cyclici*, verumetiam *Magistratum*, exordia à *Boedromione* Attico coepisse probavimus. Diss. VI. 10. Sed *Imperiorum*, seu στρατηγιῶν, aliud initium observavimus ab anni *Cyclici* initio atque *Civilis*. Praecipue vero eorum quæ in rebus extra patriam gerendis versabantur. His certe *Verna* tempestas aptissima erat, quæ res unius anni continuo cursu gerendas, & longinquas praesertim, nec modico tempore absolvendas, *Expeditiones* solebat inchoare. Poterant ergo Vere inire στρατηγίᾳ etiam cum anni *Cyclici Civilisque* exordium decurreret à *Boedromione*. Sed quo demum, inquires, *Vernæ* tempestatis mense? Non alio certe quam *Scirrophorione*, qui tertius erat ante *Boedromionem*, si liceat à posteriori illo initio conjecturam facere. Sic fuerint illa *Scirrophorioni* Attico assignanda, saltem *ineunti*. Et *Mai*o proinde Juliano *exeunti*, vel *Junio* etiam Juliano similiter *ineunti*. Cæterum *Epipolas* antea occupabant *Athenienses* quam munirent *Syracusani*. Tum occurrentes ad loci tutelam *Syracusanos* acie vincunt. Μετὰ τῷτο tropæum statuunt, & τῇ ὕστερα Labdalum muniunt in ipsa *Epipolarum* crepidine. VI. 97. Οὐ πολλῶ ὕστερον, accedunt ad *Athenienses* sociorum auxilia. VI. 98. Postea ad *Sycam* (vel *Tycam*) murum ducunt *Athenienses*, & territos operis celeritate *Syracusanos* rursus vincunt. Τῇ ὕστερα, murum adversus partem muri *Syracusani* borealem ad *Trogilum* proferunt, cui muro alium transversum murum opponunt *Syracusani*. VI. 99. Sed diruitur murus transversus ab *Atheniensibus*. VI. 100. Τῇ ὕστερα, præcipitium paludi imminens muniunt *Athenienses*, vallum ducentibus è contra *Syracusanis*. VI. 101. Hoc vallum expugnant *Athenienses*, ἀμα ἔω, victis rursus *Syracusanis*. Cadit tamen hoc prælio *Lamachus*. Pulsi ab *Epipolis*, *Nicia* strategemate, *Syracusani*, spemque abjiciunt de impediendo hoste ne murum ad mare duceret. VI. 102. Μετὰ τῷτο, tropæum excitant *Athenienses*, mortuos *Syracusanos* dant, ipsique suos cum *Lamacho* recipiunt. Tum muro duplici *Syracusanos* à mari intercludunt. Deinde deficient ad eos multi è *Sicilia*, acceduntque ex *Hetruria* naves tres, desperan-

B b b b b b

tibus



Annales Thucydidei.

tibus jam *Syracusanis*. Itaque loco ducum suorum tres alios duces sufficiunt *Syracusani*. VI. 103. Ὀλίγη χεῖρα circumvallatas *Syracusas* testatur *Plutarchus Nicias*. Hæc certe omnia si *Scirrophorione* mense contigerint, cum paucorum fuerint dierum, eundem non superasse verisimillimum est, nec *Junium* proinde *Julianum*.

VI. 104. Ἐν τέτῳ, *Gylippus* cum navibus *Corinthiis* duabus tantum, quas præsto fore superiori anno monuerat, & duabus similiter *Lacedæmoniis*, ad *Leucæda* promontorium appellit. Hic audit circumvallatas esse *Syracusas*. Itaque spe *Siciliæ* abjecta, *Italia* subveniendum esse censuit, ne ipsa quoque ad *Athenienses* deficeret. His quatuor navibus comitatus ad *Tarentum* contendit. Inde *Thurios*, quibus tamen, ut se ipsi adungerent, suadere non potuit. Erant enim colonia *Attica*, necdum pulsi inde Ἀθηναίων ante cladem *Siculam*, ut è vita *Lysiae* Oratoris manifestum est. Tum *Italia* oram legit, sed vento abreptus in pelagus, rursus *Tarentum* delatus est. Parum cautus in illum *Nicias*. Has duas naves *Corinthias* *Gylippus* *Asinem* deferendas præceperat. Illas ergo secum è *Lacedæmone* detulerat una cum suis *Laconicis*. Sed securam navigandi tempestatem in patria expectavit, quam *Maio* *Juliano* tribuit *Vegetius*. Hoc ergo mense *Lacedæmone* discessit, ut ad *Leucadem* reliquas *Corinthiorum* naves promissas præstolaretur. Has tamen nondum paratas offendit. Dum illas expectat, famam accipit, quam dixi, sinistram de rebus *Syracusanis*. Maturandum ergo censuit ne etiam *Italia* ad *Atheniensium* partes accederet. *Scirrophorione* certe jam affecto, & proinde *Junio* *Juliano*, cum de *Pacis* conditionibus, *Urbisque* *deditione*, cogitarent *Syracusani*. Hæc satis hucusque commode.

VI. 105. Κατὰ τὰς αὐτὰς χεῖρας, *Lacedæmonii* *Argolicam* populantur. Itaque cum *Argivis* opem ferrent *Athenienses*, foedus cum *Lacedæmoniis* aperte violatum est. Hinc ergo ἀπροόριστος causa *Lacedæmonii* Belli in *Athenienses* suscipiendi. Tempus idem, de quo hic agitur, non cum profectioe *Gylippi*, sed cum novis ejus in *Athenienses* consiliis. Innuit ergo *Thucydides*, causam *Lacedæmonii* Belli in *Athenienses* nullam fuisse ἀπροόριστον, cum primum mitteretur *Gylippus*, quæ tamen antea contigerit quam gestum aliquid esset in *Athenienses* à *Gylippo*. Vid. VII. 18. Vix tamen est quod dubitemus quin è missione *Gylippi* ansam ceperint *Athenienses*, cum facta tamen hostilia ipsi priores ederent. Hæc si vera sint, hoc ordine contigisse verisimillimum existimo. Primo scilicet ut *Spartam* reliquerit *Gylippus* *Thargelione* *Attico* exeunte & *Maio* proinde *Juliano*. Relato deinde *Athenas* nuncio rerum à *Gylippo* designatarum, *Pacem* à *Gylippo* violatam judicasse, ipsosque deinde *Athenienses* apertam jam deinde inimicitiam fuisse professos. Proinde cum *Argivos* *Atheniensium* socios Bello peterent *Lacedæmonii*, non jam pro more pristino *Argolicam* tueri contentos, etiam in *Laconicam* irrupisse, foederis initi cum *Lacedæmoniis* nulla jam amplius habita ratione. Hæc nempe post discessum *Gylippi*, antea tamen quam *Leucadem* appulisset. Proinde *Scirrophorione*, ut videtur, ineunte, peractis jam *Thargelione* mense *Hyacinthiis* & *Hyacinthiorum* induciis, quarum cultores erant observantissimi *Lacedæmonii*. Antea Religio erat ne Bel-
lum



lum inferrent *Lacedæmonii Græcorum omnium Religiosissimi*. Hoc intervallo *Syracusas* circumvallabant *Athenienses*, hoc ipso tempore, quo inibant novi *Syracusanorum* στρατηγοί, mense nimirum Attico *Scirrophorione* similiter *incunte*. Cum tandem *Leucadem* attigit *Gylippus*, famam accipit de *Syracusanorum* angustiis, majora omnia, quam erant *revera*, mentientem. Inde *properasse* constat, quod ne quidem *classem* à *Corinthiis* promissam expectarit. Discessit ergo *Leucade Scirrophorione* jam *affecto* & *Junio* proinde *Juliano*.

Hinc nova jam procedit *Belli Epocha* omnino explicanda, si *Veteres* invicem conciliare velimus. Est enim admodum varia. Hoc *Bellum* est quod *Decelicum* Scriptores appellant. Et quidem ab hac hujus *Belli parte* *Bellum* hoc *Peloponnesiacum* universum *Decelicum* vocat *Isocrates*. Ita necesse est cum *Persicis* hoc *Bellum Decelicum* opponit : ^a Πόλερον τοῖς πρὸ τῶν Περσικῶν χρόνοις, ἢ τοῖς πρὸ τῆς πόλεως τῆς Δικελικῆς πρὸς πόλιν διοικήσασιν. Qui ita loquebantur, iis idem erat *Belli Decelici* initium ac *Peloponnesiaci*. Sed ne quidem de hac *Belli Peloponnesiaci parte*, quæ *Decelica* proprie appellabatur, consentiunt *Veteres*. Annos hujus *Belli* xii. supputat *Diodorus*. Hæc ille *Olymp.* 91. 3. Id si recte, ita *Bellum* tenuisset ad *Olymp.* 94. 3. quod certe falsissimum erat. Si recte *Auctoris*, cujus est secutus fidem, verba descripserit, ab *initio Belli Siculi*, *Bellique* hujus *Peloponnesiaci* xviii. processit *calculus*. Et quidem ita, ut is ipse *annus* i^{us}. *Belli Decelici* fuerit *numeratus*. *Occasio* ita *numerandi* esse potuit, quod *studium partium* in *Bello Siculo* id tandem *effecerit* ut *Athenienses* cum *Peloponnesiis*, invicem committerentur. Dum scilicet *Syracusanos* oppugnarent *Athenienses*, eosdemque *communi gentis Doricæ* nomine tuerentur *Dores Peloponnesii*. Sed *decem* annos tantummodo *numeravit Isocrates*, quos *continuos* in hoc *posteriori* adversus *Athenienses* *Bello* peregerint *Lacedæmonii*, δέκα ἔτη συνεχῶς ὑμῖν Λακεδαιμονίων πολεμισάντων. Sic enim habet *Exceptione* adversus *Callimachum*. Sic *annus proximus*, *Belli* universi xix^{us}. idem fuerit *Belli* hujus *Decelici* *continui* i^{us}. Recte omnino, cum i^{us}. fuerit *munitæ* à *Lacedæmoniis Deceleæ*. Idque fortasse habere potuit in *animo Auctoris Diodori*, si pro δέκα non tam *Diodorus* ipse δυοκαίδεκα reposuerit, quam *Diodori* potius *Librarius*. Estque sane cur ita rem fuisse suspicemur, quod ab *Ol.* 91. 3. quo verba illa habet *Diodorus*, non *anni duodecim*, sed *decem* fuerint ad *Anarchiam* *Ol.* 94. 1. Neutrum tamen horum *calculorum* sequitur ipse *Thucydides*. Verbi illius hæc sunt : Καὶ ὅτι ἐξ ἑτη μὲν καὶ δέκα μύνας ἀπέχοντο μὴ ὅτι πρὸς ἑκατέρων γλῶσσαι στρατεύσασαι, ἕξωθεν δὲ μετ' ἀνακωχῆς ἐβεβαίω ἑλαπτόν ἀλλήλους ταμάλινα. Ἐπειτα μῆνοι καὶ ἀναγκαδένεις λύσαι τὰς μὲν τὰ δέκα ἔτη σπονδῶν, αὐδὲ ἐς πόλεμον φανερόν κατέστησαν. v. 25. Hic sane manifestum est *terminum* hujus infidæ *Pacis* haberi, cum alteri alterorum agrum infesto agmine *popularentur*. Quod sane *bis factum*, hoc & *sequenti* anno nec uno eodemque *anni utriusque mense*. Hoc enim *anno mense*, ut vidimus, *Scirrophorione*, *Laconicam* cum *Argivis* populabantur *Athenienses*. *Sequenti* autem *Atticam* prædabantur *Lacedæmonii*, mense *Elaphebolione*. Non tamen temere *usus* est fortasse *Thucydides* voce ἐκατηρῶν. Hinc enim colligi datur, non à *priori Atheniensium* irruptione, sed

a Isocr. Orati. de Pace.

B b b b b b 2

à poste-



Annales Thucydidei.

à posteriori potius *Lacedæmoniorum*, finem *Pacis* esse æstimandum. Tunc enim verum erat ἐκατέρων γῶν vastatam esse, cum *mutua* esset, atque *utriusque* partis, irruptio. Sed *neutri* harum irruptionum conveniunt nota modo è *Thucydida* recitata. Saltem si à *Pace* illa, quæ ab *Elaphebolionis* Attici die cœpit xxiv. anno *Belli* xi^o. ineunte, capiatur exordium. Ab illo enim anno ad hunc, in quo versamur, annum, anni sunt integri vii. & *mensēs* præterea tres ad hujus anni *Scirrophorionem*. Anni autem *justi* viii. ad anni *sequentis* *Elaphebolionem*. Nec melius procedet calculus si ab illius anni xiⁱ. *Elaphebolione* numeretur ad hujus anni, non *Elaphebolionem*, sed *Munychionem*, qui *primus* numerabatur mensis in hoc anno *communi*. Sic etiam anni erunt vii. & *mensēs duo* ad *Scirrophorionem* quo in *Laconicam* irruperint *Athenienses*. Ita legendum fuisset: καὶ ἐπὶ τῷ ἔτη μὲν καὶ δύο μῆνας ἀπέχοντο &c. Si quidem liceret non ab *irruptione* alterutra, sed ab alio aperto potius *hostili* facto *Belli* novi *initium* arcessere, *Pacis* finem potuit *Thucydides* in eo tempore ponere, quo missus est in *Siciliam* cum novis auxiliis *Eurymedon*, hujus anni *fine*, εὐδὸς δὲ ἐκ τῶν τροπῶν χειμαίνων, ut idem noster Auctor est *Thucydides*. Opportune sane incidit *Expediō* illa nova *Demosthenis* in *mensē* hujus anni *Embolimæi* *Posideonem* secundum, qui idem erat *Elaphebolione* superiori x^{us}. Nempe *Decembri* *Juliano* exeunte, cujus *finis* in *Posidionem* illum secundum, cum *Solstitio* *hiberno*, è *Tabulis* nostris conferendus est. Nec alienum hoc à nostri Auctoris more fuisse jam supra in *Apparatu* observavimus. *Triples* ostendimus, pro illius mente, *Belli* *Peloponnesiaci* *exordium*. Non erit ergo cur miremur si *Pacis* hujus, de qua agimus, agnoverit *plures* uno *fines*. Cur autem nova hæc *Eurymedontis* & *Demosthenis* *Expediō* pro novo *Belli* *initio* haberetur, facit, quod tum primum *Lacedæmonios* apparatus fecisse, ut *Atticam* popularentur, testatur *Thucydides*. vii. 18. Tum ergo certe *Bellum* erat ex utraque parte manifestum. Sed mihi fateor magis placere *superiorem* illam, quam modo dedimus, hujus loci *emendationem*. Certe in *annorum* numero pro ἑξ reponendum ἐπὶ vidit ante nos *Acaicius*, estque è *vero* intervallo manifestum. Nec erat sane difficile ut *vocem unicam* ἐπὶ in ἑξ corrumpere incauti *Librarii*. Nam pro ἑξ potius ἐξ exigere *Analogia Grammatica*. Itaque cum in *annorum* numerum vitium irreperit, inde intelligimus quam fuerit facile ut etiam in *mensium* numerum irreperet. Fuitque etiam hoc in *loco* facile, ut pro δύο *Librarius* δὲνα reposuerit, si *literæ* *postremæ* visum *scribentis* effugerint. Sed viderint acutiores.

vi. 105. Post *reditum Atheniensium* ex agro *Argivo*, *Argivi* ipsi agrum *Pbliasium* vastant, & nonnullis *incolarum* interfectis ita demum domum redeunt. Hæc adhuc, ni fallor, eodem *Attico* *mensē* *Scirrophorione*, & *Junio* proinde *Juliano*. Sed vero ante diem *Junii* xxvi^m. quo exiit *Scirrophorion*. Itaque *priore Archonte*, & *priore* adeo anno etiam *Olympiastico*. Hanc causam fuisse suspicor cur *Librum* hoc in *loco* *terminarit*, non quidem *Thucydides* ipse, non *Xenophon*, sed *vetus* ille, quicumque demum is fuerit, *Grammaticus*, qui continuum *Historici* elegantissimi opus in *Libros* distribuerit.



VII. 1. Ol. 91. 3. Tarento movet *Gylippus* ad *Locros Epizephyrios*. Hic certior factus adhuc patere ad *Syracusas* aditum per *Epipolas*. Inde *Rhegium* venit, & (trajecto freto) *Messanam*. Unde *Himeram*, cujus incolas sibi ad Belli societatem adjungit. Hic naves subducit. Tum *Selinuntios* adsciscit, & *Geloos*, & *Siculorum* nonnullos, quorum Rex fuerat *Archonidas Atheniensium* amicus, jam nuper defunctus. Hinc *Syracusas* pergit *Gylippus*, quem sequuntur à *Leucade Corinthii*, quorum dux unus *Gongylus Gylippum* paulo antevertit, avertitque jam ad *Pacem* inclinantes animos *Syracusanorum*, qui obviam *Gylippo* prodeunt. Occupat ergo ille obiter *Jegas*, tum ad *Epipolas* per *Euryelum* ascendit in murum *Atheniensium*. Κατὰ τὸτο καιρῶ, murus duplex ab *Atheniensibus* pene perfectus. VII. 2. Hinc nuncios mittit ad *Athenienses* de discessu à *Sicilia*, quibus cum nihil esset responsum, *Gylippus*, μετ' τὸτο, abducto in verticem *Temeniten* exercitu, pernoctavit. VII. 3. Τῇ ὑπερῷα *Labdolum* capit, cælis præliariis. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ triremis *Atheniensium* capta à *Syracusanis*. VII. 3. Μετὰ ταῦτα, murum *Atheniensium* muro transversum agunt *Syracusani*. VII. 4. Victus ab *Atheniensibus* *Gylippus*. VII. 5. μετ' ὀλίγας, quam venisset, ἡμέρας, teste *Diodoro*. Hoc prælio *Lamachum* vult cecidisse *Diodorus*, quem noster interfectum antea testatur. VI. 101. Μετὰ ταῦτα, ἐπειδὴ καλεῖς ῶ, prælium aliud, quo superior *Gylippus*. Τῇ ἑπιση νυκτὶ, murum suum ultra munitionem *Atheniensium* ita producunt *Syracusani*, ut ne deinceps ultra ipsi circumvallari possent. VII. 6. Hæc mente *Attico Hecatombæone*, ut existimo, *Juliano* autem præcipue *Julio*, gesta, & *Metageitnione Attico* etiam *ineunte*.

VII. 7. Μετὰ τὸτο, portum ingrediuntur naves *Corinthiorum*, *Ambraclotarum*, & *Leucadiorum*, clam *Atheniensibus*, duce *Erasinide*, & muros *Syracusanorum* perficiunt. Μετὰ τῷ μάχῳ, priorem scilicet, si fides *Diodoro*. His enim usum in secundo prælio *Gylippum* existimavit. *Gylippus Siculos*, *Syracusani Lacedæmonios* & *Corinthios*, de novis auxiliis, interpellant. Epistolam vicissim *Nicias* de novis auxiliis mittit ad *Athenienses*. Hæc mense *Attico Metageitnione*, ut videtur, *ineunte*; *Julio* autem *Juliano exeunte*, vel *ineunte Augusto*. Naves *Atheniensium* διάδροχοι, τοσῦτον χρόνον ἢ δὴ θαλασσεύουσι. VII. 12. A *Maiq* scilicet ad *Augustum Julianum*.

VII. 9. Ἐν τῷ αὐτῷ ἔρει τελευτῶν, *Euetion* dux *Atheniensis* cum *Perdicca* & *Thracibus Amphipolim* oppugnat, nec expugnat tamen. Triremibus porro in *Strymonem* fluvium ductis obsedit ex *Imeræo*. Καὶ τὸ ἔρει ἐτελεύτη τὸτο. Αἴστας *Thucydidea* semestris τελευτῶσα duos complectitur menses. *Atticos*, *Metageitnionem* & *Boedromionem*, qui à die *Julii Juliani* xxvi^o: pertingunt ad *Septembris Juliani diem* xxii^m. His ergo limitibus illa concludenda. Sed posteriori præcipue mense gesta fuisse innuunt verba Auctoris nostri, ni fallor, *ultima*.

VII. 10. Τῷ ἐπιγυγνῶν χειμῶν, Epistola *Niciæ* *Athenas* allata & lecta. Post *Septembris Juliani diem* xxiii^m: quo cœpit *Atticus Mamesterion* mensis *Hibernus* primus. Collegæ dati *Niciæ* in *Imperio*, qui tum in *Sicilia* aderant, *Menander* & *Euthydemus*, dum venirent cum auxiliis. *Demosthenes* & *Eurymedon*. VII. 16. Missus in *Siciliam* *Eurymedon*.



Annales Thucydidei.

medon εὐδὸς ἢ ἢ τῆς χρονίας χειμερίας. vii. 16. Errat toto caelo *Diodorus* qui εὐδὸς τῆς χρονίας χρονίας idem contigisse scribit. Post *Solstitium Hibernum* ergo *Attica* discessit *Eurymedon*, mense Attico *Posideone* secundo, cum fuerit hic annus *intercalaris*, & *Decembri* adeo *Juliano* exeunte. Hoc enim *Seculo* inde longe distare *Bruma* non potuit cum *Solstitium Aestivum* à *Metone* ipso observatum in diem *Junii* *Juliani* incideret xxviii. Fieri quidem potest ut verbis εὐδὸς ἢ diem ipsum *Brumæ* *Civilis* designarit *Thucydides*. Illum scilicet quo *Sol* punctum *Cardinale Solstitii Hiberni* inire credebatur pro rationibus *Parapegmatis Metonici*. Ita certe anno *Belli* viii^o. τὸ ἐπιγυροῦσθαι δὴ τῆς χρονίας diem ipsum *semestris Aestatis* 1^m. indicare ostendimus. Ita ergo si recte *Thucydidem* hoc loco intellexerimus, *Decembris* die xxviii. qui idem erat *Posideonis* 2ⁱ. dies viii^{us}. discesserit *Eurymedon*. Nondum explorata erat *Zodiaci*, seu *Eccentricitas*, seu *anticipatio*. Et unicum punctum *Cardinale*, unde *Cyclus* suus inchoandus esset, exploravit *Meton*, *Junii* *Juliani* diem xxviii. Proinde in illius *Parapegmate* de reliquis punctis *Cardinalibus* ex illo pronuntiandum erat, dividendo nimirum in *quatuor* æquas, qua licebat, partes *Zodiacum*. Ita scilicet ut *singulis* anni *quadrantibus* dies assignarentur xci. *quadranti* autem *ultima* accederet dies anni *Solaris* 365^{us}. ut proinde constaret *diebus* in *universum* xcii. Ita ergo si numerentur *duæ* *quadrantes* à *Junii* xxviii. altera dierum xci. altera xcii. ambæ dierum in *universum* clxxxiii. die prædicto *Decembris* *Juliani* terminabuntur xxviii. His erit vicillim *unus* dies demendus, & binis *postremis* *quadrantibus* addendus, si a *Solstitio Aestivo* anni supputetur *exordium*, quod fecit certe *Meton*. Ita die *Decembris* xxvii. Itatuenda erit *Bruma Metonica*. In anno *autem Solari Parapegmatico Bissextili*, ambabus anni partibus *dimidiis* dies accensendi erant clxxxiii. à *Solstitio* alterutro ad alterum *Solstitium*. Nec multum aberit, si propter particulam ἢ uno fortasse die ante *Solstitium Civile*, aut uno fortasse ferius, discesserit *Eurymedon*. Obstat certe particula altera εὐδὸς ne longius inde liceat discedere. Quamcunque harum rationum sequamur, ada nnum *Varronianum* priorem 340. referendus erit discessus *Eurymedontis*.

vii. 17. *Missæ*, cum *Eurymedonte*, ut videtur, ab *Atheniensibus* naves xx. circa *Peloponnesum*, quæ obstant ne trajicerent *Corinthii* in *Siciliam*, quibus aliam *classem* suam opponunt *Corinthii*. Sed cum adessent jam *Naupacti* naves *Atheniensium*. Itaque postea quam naves ab *Atheniensibus* eo *missæ* portum destinatum attigissent. Has naves *Corinthii Atheniensium* navibus oppositas τὸ χειμῶν^o implebant. vii. 19. Proinde ante *Hyemem* admodum *affectedam* eo jam appulerant naves *Atticæ*. Triginta navibus *Athenienses Epidaurum* & *Prasias* vastabant, & è *Pylo* latrocinabantur. vii. 18. Inde colligitur una cum *Eurymedontis* navibus *decem* *missas* fuisse alias *viginti* quæ *Naupacti* *Corinthios* exitu sinus *Naupacti* prohibebant. *Ambæ* enim *classes* in *universum* *triginta* naves complectebantur. Proinde *Decembris* xxvii. *missæ* etiam *Naupacti* *præsidariæ*. Quare hæc etiam anno *Varroniano* priori 341. assignanda. Sic tamen ut in *sequentem* annum pertigerint. Sic porro loquitur



loquitur *Plutarchus* quasi collegis *Nicia* Imperium dedisset *Eurymedon*, posteaquam ipse in *Siciliam* appulisset.

VII. 17. Post discessum *Eurymedontis*, *Demosthenes* ὑποψύων classem apparat ἅμα τῷ ἡεὶ discessuram. Πρὸς τὸ ἑαρινὸν ἄραν παρσκευάζοντο μέγαν στόλον ἀποστέλλειν. *Diodor. Ol. 91. 3.* Δημοσθένης μὲν ἐμελλε μέγαν στόλον πλεῖν ἐκ χειμῶν. Ἐυρυμέδων δὲ διὰ χειμῶν προξέπλευσε. *Plutarch.* *Nicia.* Ipsa ergo *Hyeme* navigavit *Eurymedon*. *Demosthenes* autem non ante *Hyemem* peractam. Hoc enim sibi volunt *Phrases* illæ, διὰ χειμῶν, & ἐκ χειμῶν. Videndum obiter annon similiter intelligi possint geminæ illæ apud *St. Apostolum* 2 *Pet. 111. 5.* δι' ὕδατος & ἐξ ὕδατος, de illis qui in diluvio ipso perierint, & qui post diluvium fuerint superstites, quæ longe alio trahuntur à *Cl. Burnetto*. Cæterum, audito *Atheniensium* decreto de mittendis in *Siciliam* auxiliis, *Lacedæmonii* illos Expeditione in *Atticam* pedestri impedire cogitant. VII. 18. Hæc anno *Juliano* sequenti 341. (maxima saltem ex parte) ni fallor, accensenda sunt. Post *Januarium* scilicet, & tamen ante *Martii* *Juliani* diem xviii^m. qui idem *Elaphebolionis* *Attici* dies erat primus. Nam ab *Elaphebolione* cœpit *Ver* proximum *Thucydideum*, hoc certe anno, qui erat *Embolimæus*. Hoc eodem spatio *Lacedæmonii* ferrum fociis imperant, aliaque muris extruendis necessaria, in usum muniendæ *Deceleæ*. Alia quoque parant, idemque reliquis *Peloponnesiis*, ut faciant, Auctores sunt, ad auxilia in *Siciliam* mittenda. Hoc nempe anno *Varr. 341.* τῷ χειμῶνι τέττω. Sequitur: ἢ ὁ χειμῶν ἐτελεύτη. Proinde ad *Hyemis finem* hæc pertigerint.

Ann. XIX. Belli Peloponnesiaci.

	Epoch. Attic.	Epoch. Laconic.
Per. Jul. 430 $\frac{1}{2}$	xci. 3. mens. 4. Arch. <i>Pisandro.</i>	1. Eph. <i>Eperato.</i>
U.C. <i>Varr. 34</i> $\frac{1}{2}$	4. mens. 9. Arch. <i>Cleocrito,</i>	2. Eph. <i>Onomantio,</i>
Ant. Chr. 41 $\frac{3}{2}$	à die <i>Julii</i> <i>Juliani</i> xvi.	à die <i>Oct.</i> Jul. x.

Phacnidis Sacerdotissæ *Argivæ* anno 11^o: à fine *Boedromionis* Attici, ante diem *Octobris* *Juliani* xii.

VII. 19. Τῷ ἐπυργνομήνῃ ἡρῶ εὐδὸς ἀρχομήνῃ προαίτατα, *Atticam*, duce *Agide* Rege, prædantur *Lacedæmonii*. *Deceleam* muniunt, τῷ ἡρῶ εὐδὸς ἀρχομήνῃ. VII. 19. 20. Missæ etiam à *Peloponnesiis* naves, πρὸς τὸ αὐτὸν χερσον, cum auxiliis in *Siciliam*. VII. 19. Τῷ ἡρῶ εὐδὸς ἀρχομήνῃ, missæ ab *Atheniensibus* circa *Peloponnesum* triginta naves, duce *Charicle*, per *Argos*. Item *Demosthenes*, cum *Charicle* jungendus in ora *Laconica* infestanda. VII. 20. Hæc naves, ut videtur, aliæ ab illis quæ, anno superiori *Epidaurum*. & *Prasias*, & ἐκ *Pylo* etiam *Laconicam*, prædata fuerant. VII. 18. Horum initia post *Martii* *Juliani* diem xviii. à quo cœpit *Atticus* *Elephabolion*, hoc anno (qui *Embolimæum* sequebatur) *Veri* accensendus. Nec multo post illum ipsum diem. *Fines* autem ulterius ad



Annales Thucydidei.

ad Ver etiam affectum pertingere poterant. In Sicilia, τὰς αὐτὰς χρόνους ἢ ἔπειτα τούτου, Gylippus reversus Syracusanos ad prælium *maritimum* tentandum hortatur. Prælii *maritimi* tempore munitiones *Atheniensium* in *Plemmyrio* aggreditur, expugnatque ἀμα τῆ ἑω cum frumento pecuniisque. VII. 21. 22. 23. 24. Discesserat ante prælium *Eurymedon*, cum collegæ ab *Eurymedonte* renunciati, *Euthydemus* & *Menander*, *Nicia* auctores fuerint ne prælium detrectaret. *Plutarchi*. *Nicia*. *Famam* autem prælii acceperat *Eurymedon* antea quam *Demostheni* occurreret. VII. 31. *Demostheni* occurrisset *Scirrophorione* ad exitum vergente mox probabimus. Sic ergo hæc, ni fallor, intelligenda erunt, ut non ad prælium sed ad itinera *Gylippi* in *Sicilia* copiarum colligendarum causa suscepta *Nota* illa referatur. Poterant enim illa ejus itinera iustorum aliquot fuisse mensium. Brevior erat *Eurymedontis* navigatio ad *Corcyram* à *Syraculis* quam *Demosthenis* ab *Athenis* ad *Corcyram*. Itaque *secura* navigandi tempestate, *Maio* *Juliano* exeunte *Syraculis* discesserit mense *Attico* *Thargelione*. De prælio autem *Scirrophorione* factò in mari ipso vel portu quem petierit, *famam* acceperit.

VII. 19. Οὐ πολλῶ ὕστερον, missa in *Siciliam* auxilia à *Corinthiis* & *Sicyoniis*. Discessit etiam paulo post *Chariclem* *Demosthenes*. VII. 20. *Juliano* affecto, *Elaphebolione* autem exeunte. Expectavit paulisper *Aginæ* *Demosthenes* copiarum suarum reliquias, sociosque cum *Charicle* *Argivos*. Post *Deceleam* muniri cœptam. Post missas ab aliis *Peloponnesiis* in *Siciliam* copias. Proinde affecto *Elaphebolione* *Aginam* venerit *Demosthenes*.

VII. 25. Μετὰ τούτου, Post prælium scilicet, ut videtur, proinde affecto *Scirrophorione*, emittunt *Syracusani* naves duodecim, earum unam in *Peloponnesum* cum legatis; reliquas ad *Italiam*, quæ naves *Atheniensium* pecuniis onustas corruerunt, & paratam *Atheniensibus* materiam navibus ædificandis in *Cauloniatide* concremarunt. Inde μετὰ ταῦτα, ad *Locros*, ubi navem è *Peloponneso* onerariam cum gravis armaturæ militibus *Thespiensibus* recipiunt. In reditum tamen earum unam cum viris è *Megarorum* statione *Athenienses* intercipiunt. Tum de vallis in portu *Syracusano* velitatum in mari defixis. Postea de novis auxiliis *Corinthios*, *Ambraciotas*, & *Lacedæmonios* sollicitant *Syracusani*, nunciantque de capto à se *Plemmyrio*, & de *Atheniensium* in se victoria *maritima*. Monentque nova etiam auxilia ab *Atheniensibus* expectari. Itaque post prælium *maritimum*, & tamen ante adventum *Demosthenis*, quem tum ἐν ὀλίγοις ἡμέραις expectatum tradit *Diodorus*. Ol. 91. 4. Idem συχρᾶς ἡμέρας fuisse docet quibus *Athenienses* tentarint *Syracusani* ante adventum *Demosthenis*. Συχρᾶς ἡμέραις totidem fuerint oportet quot ὀλίγοις nisi *Expectationem* fefellerit *Demosthenes*, nec fefellerit illum verisimile est. Nec enim multi dies esse poterant inter prælium, de quo dixi, *maritimum*, appulsumque *Demosthenis*. *Famam* enim prælii accepit *Eurymedon* medio inter *Syracusas* itinere atque *Corcyram*, quo in loco convenit collegam in Imperio *Demosthenem*. Coegit quidem copias è *Corcyra* *Eurymedon*, *Demosthenes* ex *Acarmania*. VII. 31. Munitiones in *Corcyra* absolvit *Charicles*, non autem *Demosthenes*, ut volebat




lebat *Interpres*. Contra *Demosthenem* hoc ipso consilio in *Corcyram* trajecisse docet *Thucydides*, ut inde in *Siciliam* ὅτι πύχιστα navigaret. VII. 26. Proinde non est cur *moram* illius in *Corcyra* diutinam fuisse suspicemur. Ergo ex adventu *Demosthenis* de occupati paulo antea *Plemmyrii* tempore statuendum erit. Quare cum *Hecatombæone* ineunte accesserit *Demosthenes*, nova proinde *Archonte*, annoque *Olympiastico*, ineuntibus hæc contigisse consentaneum est. Facient certe *Demosthenis* in itinere *moræ*, ut è sequentibus constabit.

VII. 26. Ex *Ægina* *Demosthenes* mense, ut videtur, *Munychione* discessit ineunte, affecto autem *Aprili* Juliano. Post *Elaphebolionis* initium *Lacedæmonii* *Atticam* populabantur, & *Deceleam* muniebant, hoc ipso consilio, ut copias, duce *Demosthene*, in *Siciliam* destinatas averterent. Nondum ergo è *Pyræo* vela fecerat *Demosthenes*. Imo post occupatam *Deceleam*, & tamen ante discessum *Demosthenis*, medio tempore *Argos* profectus fuerat *Charicles*, quem *Æginæ* expectaturus erat *Demosthenes*. Proinde *Elaphebolione* affecto è *Pyræo* navigavit *Demosthenes* ad *Æginam*. Hic expectavit non modo *Chariclem*, sed & suarum copiarum ex Urbe insulisque reliquias. Discessit tamen antea quam appellerent *Thracæ Macharophori*. Satis commode si tempore discesserit, quo diximus. Ex *Ægina* in *Peloponnesum* navigavit, ut *Charicli* se & subjectis *Charicli* navibus adjungeret. *Argolicam* scilicet, cum ibi versaretur *Charicles*. Cum illo *Epidauri* *Limeræ* agrum populatur. Tum nonnulla *Laconicæ* *Cytheris* adversæ, ubi locum *Isthmo* similem munit *Charicles* cum *Argivis*, qui munitione perfecta domum redeunt. *Demosthenes* εὐδὸς ἐπειδὴ ἐσυγκατέλασε τὸ χωρίον, ἐπέπλει δὴ τὸ Κερκύρας. Finem enim munitioni & præsidium imposuit *Charicles*, post discessum *Demosthenis*, quod tamen non vidit *Interpres*. Tandiu tamen mansit *Demosthenes*, dum loci possessionem alleruisset, & munientes extra periculum posuisset. Hoc enim erat ἐσυγκατέλασεν. Sic *Munychione* affecto discesserit, *Aprili* autem Juliano exeunte. Non certe ante πῶ ἐκ Λακωνικῆς τείχεσιν. VII. 31. Quæ verba male ad *Deceleam* retulit *Interpres*, quæ *Atticæ* erat, non *Laconicæ*. *Isthmum* enim, quem dixi, in ora *Cytheris* adversa intellexit *Thucydides*, hoc ipso fine ab *Atheniensibus* munitum, ut *Laconicam* infestaret, & tutus esset fugituris *Helotis* receptus. Inde solvit δὴ τὸ Κερκύρας. Sic enim recte legitur, VII. 26. Male ἐκ τὸ Κερκύρας, VII. 31. quod tamen non vidit *Interpres*. Reponendum pro hoc quoque loco δὴ vincunt sequentia locorum nomina in via ad *Corcyram* jacentium. Obiter in *Phia* *Eleorum* portu navem *Corinthiorum* onerariam occupat incenditque *Demosthenes*. Μετὰ τῷτο, *Zacynthum* progreditur atque *Cephaleniam*, unde gravis armaturæ milites accipit. *Moram*, ni fallor, aliquam itinerisque interruptionem, indicant verba: Μετὰ τῷτο, qua *Pyli* præsidio vacaverit antea quam *Zacynthum* veniret. Et *moram* rursus aliquam exigebant res tam in *Zacyntho* gestæ quam in ipsa quoque *Cephalenia*. *Moræ* illæ *Munychionis* reliquum exhausterint, & ad *Thargelionis* initium pertigerint, affectumque *Maium* Julianum. Hinc accersit è *Naupactō* *Messeniorum* similiter armatos. Trajicit deinde *Demosthenes* è *Cephalenia* in partem continentis illam,

Ccccc

quæ



Annales Thucydidei.

quæ *Cephalenia* obversabatur, nempe *Acarnaniam*, ad *Alyzium* scilicet & *Anactorium*. "Ὅρτι δ' εὐτόλμα δὲ ταῦτα ὁ Ἐυρυμέδων ἀπαντᾷ, *Scirrophorione*, ut videtur, affecto, & *Junio* Juliano exeunte. Ita *Scirrophorione* ineunte *Plemmyrium* *Gylippus* occupavit, cujus fama navigantem à *Syraculis* *Eurymedontem* *Corcyram* versus in medio *Mari* attigerit. *Thargelionem* accersendis è *Naupacti* auxiliis, rebusque in *Acarnania* parandis absum-ferit *Demosthenes*. His ad finem pene perductis occurrit *Eurymedon*. Pergit ergo in *Acarnania* *Demosthenes*, *Eurymedonte* interim *Corcyrae* naves xv. imperante. Ante discessum naves decem *Cononi* concedunt ad rem gerendam *Naupacti* cum *Corinthiis*.

VII. 33. Ἐτοίμας ἦν τῆς σπῆλιᾶς ἕως (de qua supra) è *Corcyra* navali, è continente velitum; ad Promontorium *Japygia* movent *Demosthenes* & *Eurymedon*. Inde ad *Choeradas* insulas *Japygiae*. Hic novos jaculatores ab *Arta* δρωᾶσθαι accipiunt, & cum illo veterem amicitiam renovant. Tum *Metapontium* veniunt, & à *Metapontinis* jaculatores & naves, pro jure foederis, capiunt. Hinc *Thurium*, ubi hostes *Atheniensium* per seditionem ejectos reperiunt. Hic ἀπέμεινον, tantisper scilicet, dum & copias suas lustrarent, & foedus cum illis inirent. Quod sane signum est ne quidem tamdiu in uno aliquo loco moratos esse, ex quo *Corcyra* discessissent. Inde colligitur, præter itineris ipsius moras, alias fere nullas hucusque fuisse. Nam certe mora, de qua loquitur noster, admodum diutina esse vix potuit. Hæc ergo *Scirrophorione* contigerint ad exitum vergente, & *Julio* proinde *Juliano* ineunte. Discedebant *Thuriis* *Hecatombæonis* die v°. *Julii* *Juliani* die xx°. ex sequentibus.

VII. 34. Πρὸς τὸν αὐτὸν χρόνον, prælio navali *Corinthios* ad *Erineum* vincunt *Athenienses*, sed victoria dubia. Recte. Nam certe post discessum *Atheniensium* è *Corcyra*, cum adessent *Atheniensibus* *Naupacti* agentibus missæ per *Cononem* è *Corcyra* naves. Et tamen antea quam *Thuriis* classis *Attica* discessisset. Hinc quoque breve superius intervallum fuisse vincitur. Breve enim erat iter à *Corcyra* ad *Naupactum*, nec spatium inde diutinum ad prælium. Prælium enim minabantur *Corinthii*, etiam cum auxilia à *Demosthene* & *Eurymedonte* rogaret *Naupacti* præfectus *Conon*. VII. 31. Proinde *Scirrophorione* etiam declinante, & *Julio* *Juliano* ineunte, paulo ante exitum Epochæ proxime præcedentis.

VII. 35. Ol. 91. 4. Persuasis ad Belli societatem *Thuriis*, *Demosthenes* & *Eurymedon*, classi oram legere jussa, exercitum itinere pedestri ducunt ad *Hyliam* fluvium usque per *Thuriatidem*. Tum, transitum negantibus *Crotoniatis*, τῆν ὑπερῶν naves conscendunt *Athenienses*, & ad Urbes, præterquam *Locrorum*, appellunt, dum ad agri *Rbegini* *Petram* venirent. Hoc iter bidui erat. Hinc famam de novæ classis adventu accipiunt *Syracusani*. Ad *Petram* venerunt die *Hecatombæonis* VII. *Julii* *Juliani* xxii. è sequentibus. Aut non longe.

VII. 36. Ἐν ἑτέρω, audito novorum auxiliorum *Atheniensium* adventu, ad novum sese prælium accingunt *Syracusani*, decurtatis navium proris. Prælium ipsum aliquot dierum spatio recentius fuisse oportet *Atheniensium* accessu ad *Petram*. Dies saltem unus necessarius erat ut de illorum ad *Petram* adventu resciscerent *Syracusani*. Tum prorarum decurtandarum



tandarum opus *dierum* aliquot fuerit, saltem *paucorum*. Ita certe paucorum, ut proris etiam decurtatis spatium fuerit ad prælium ineundum, antea quam à *Petra Syracusas* veniret classis *Attica* nova. Hoc enim consilio prælium maturabant *Syracusani*, ne foret deinceps cum *utrisque* confligendum, tam cum illo, qui *aderat*, Atheniensium exercitu, quam cum illo etiam qui brevi *venturus* expectabatur. Esto ergo mora univèrsa *tridui*. Sic die ab adventu *Demosthenis* ad *Petram* quarto prælium fuerit; ex quo autem *Thuriis* discellerat, sexto. Hujus *ἡμέρας ἐπιπολῶς*, una aut altera *Atheniensium* navi depressa, prælati invicem discedunt. VII. 38. Τῇ ὑσπερίῳ, *Athenienses* ὄλῳ ἡμέραν μέχρι νυκτὸς navibus *reficiendis* impendunt, diem scilicet, ex quo discessisset à *Thuriis* *Demosthenes*, septimum. Τῇ ὑσπερίῳ, à *Thuriis* octavo, lassatos prælii expectatione & jejunos *Athenienses*, *Syracusani* ipsi bene pasti aggrediuntur & vincunt. *Bis*, ut videtur, uno die. VII. 39. 40. 41. Ἐν τῷ τῷ, veniunt *Demosthenes* & *Eurymedon*. VII. 42. Dum scilicet utrinque rursus ad *nova* sese prælia pararent. Die post relictos *Thurios* nono; post *Petram* relictam septimo. Tot ergo dies erant à fama de adventu *Atheniensium* ad *Petram Syracusas* delata ad copiarum *ipsarum* ad *Syracusas* appulsum. *Demosthenes* τῇ ὄψῳ ἡμέρῃ, usus novo adventus sui terrore agros *Syracusanorum* ad *Anapum* usque vastat. Ἐπειτα munitionem *Syracusanorum* machinis adoritur. Pulsus ἐκείτι ἐδὸκει διαπελεῖν. VII. 43. Non certe eodem, quo superiora, die, quia ἐπειῶ. Et tamen non multo serius. Nam primum adventus sui terrorem urgendum censuit *Demosthenes*. Decimus esto à relictis *Thuriis*. Discessum suadet non *Nicia* modo, verum etiam τοῖς ἄλλοις ζυμάρχεισι. Nempe, præter *Eurymedontem*, *Menandro* etiam & *Euthydemo*, qui proinde *adhuc* etiam in Imperio esse supponuntur. Imo *Menandrum* comitem habuit in *Epipolarum* oppugnatione *Demosthenes*. Imo utrumque in prælio Navali ultimo. Postea *Demosthenis* & *Nicia* solorum mentio in fuga. Inde suspicio in prælio illo *maritimo* cecidisse *Menandrum* & *Euthydemum*. *Epipolas* ergo νυκτὸς, ἀπὸ ὄψῳ ἡμέρας, edicto *quinque dierum* commeatu, aggreditur *Demosthenes*. Murum expugnat. Tum deinde illam quoque *Epipolarum partem*, qua excubias egerunt *Syracusani*. Tum *Gylippum* cum auxiliariis reliquisque *Syracusanis* vincunt. Tandem à *Bæotis* ipsi funduntur fuganturque *Athenienses*. Luna erat tum λαμπρά. Ita nimirum ut se invicem agnoscerent, ὡς ἐν σελῶν εἰκόσ. Nempe obscure. VII. 44. Erat ergo tum, ut videtur, *Civile Plenilunium*. Et plane aliud ab eo, quod postea observatur fuisse *Eclipticum*, alteriusque proinde, proximeque *prioris* mensis. *Plenilunium Eclipticum* mensis erat, ut postea videbimus, *Metageitnionis*. Hoc ergo non aliud fuerit oportet quam *Metageitnionem* proxime præcedentis *Hecatombæonis*. Fieri vix potest, opinor, ut longe aberremus. *Plenilunium Civile* medius erat mensis *Lunaris* dies, vel xv^{us}. in mense cavo, vel in pleno xvii^{us}. qualis hic est in quo versamur. Sic fuerit hoc *Plenilunium Hecatombæonis* xvi^o. *Julii* *Juliani* xxxi^o. die, ex quo *Thuriis* discesserat *Demosthenes*, xi^o. Proinde *Hecatombæonis* v^o. *Julii* xx^o. *Thurios* reliquerit; & *Hecatombæone* ineunte, *Julio* autem affecto, *Corcyram*. Τῇ ὑσπερίῳ duo tropæa

Ccccc 2

statuunt



Annales Thucydidei.

statuunt *Syracusani*. VII. 40. Hic *idem* est cum præcedenti dies à superiori Solis occasu inchoatus.

VII. 46. Μετὰ τὸτο, *Syracusani Sicanum* cum navibus quindecim mittunt *Agrigentum* seditione laborantem, ut urbem illam in suam potestatem redigeret. *Gylippus* rursus per *Siciliam* novos conscribit milites. Eodem hæc, ut videtur, die, à prælio superiori proximo, *Hecatombæonis* XVII. *Augusti* I.

VII. 47. Ἐν τῷτο, consilium ineunt *Athenienses* de discessu. Morbum causantur quo premebantur, ἢ ὅρας ἐνιαυτῷ ταύτης ἔσσης ἐν ἡ ἀδενῶσιν ἀνθρώποι μάλιτα. Ita postea. Δοιμικῆς κλισίας ἔμπροσθεν. *Diodor.* Ol. 91. 4. Διὰ τὴν ἄραν ὀλέθειον μισοπῶρον ὃ ἴω ἢ ἀρχῆ καὶ πολλοὶ μὲν ἠδῶνεν ἠδῆ, πάντες δὲ ἠδύμεν. *Plutarch.* Nicia. Hinc notæ eliciuntur temporis à nobis assignato plane consentaneæ. Tempestas morbosa dierum erat *Canicularium*, qui *Julio* *Juliano* inire credebantur, ut jam alibi ostendimus in *Appendice* ad *Diss. Cyprianicas*. Et *Diss.* VI. 1. hujus Operis. *Autumnus* dicit fuisse *Plutarchus*, quem Nos *Æstate Thucydidea* semestri incipere probavimus. Imo *Autumni initium*, quod nos *Augusto* *Juliano* à *Romanis* assignatum ostendimus *Diss.* x. 10. Recte ergo *Demosthenes* reditum propterea maturandum esse censuit, ἕως ἐτι πῆλαγος οἶόν τε περαιῶσαι. Menses enim *Maris clausi* à *Pyanepsione* censerī solitos supra jam probavimus. *Navigacionis* autem periculosa tempestatem ab *Æquinoctio*, & *Septembri* adeo *Juliano*, *Boedromione* autem *Attico*, censerī solitam docuit *Vegetius*. Et certe mense *Hecatombæone* metuebat hic *idem Demosthenes*, ne res in *Hyemem* protraheretur, cum obsessos in *Sphaacteria* insula teneret *Lacedæmonios*. Convenit præterea, quod habet *Nicias*, *Syracusanos* ναυτικὸν πολὺ ἐτι ἐνιαυτὸν ἠδῆ βόσκοντας. VII. 48. Non à primo *Atheniensium* adventu hanc Epocham arcessit, sed ab anno duntaxat superiori. Nempe à *Corinthiorum* &c. auxiliarium ingressu, quem mensi *Julio* exeunti, vel *Augusto* ineunti, supra assignavimus. In his consiliis *Athenienses* διαμέλλουσάν τε καὶ χῆ χώραν ἔμφορον. VII. 49.

VII. 50. Ἐν τῷτο redeunt *Sicanus* & *Gylippus*. Verba hæc retulerim ad *Atheniensium* διαμέλλουσιν potius quam ad eorundem consultationem. Ita scilicet ut, dum moras in consilio redeundi de die in diem necerent, eodemque in loco hærerent *Athenienses*, rebus, quarum causa tantisper discesserant, ad exitum perductis, redierint non *Sicanus* modo, verum etiam *Gylippus*. Nec enim uno eodemque tempore ambos rediisse verisimile est. Nec enim ultra *Gelam* processerat *Sicanus* cum audiret jam coaluisse seditionem illam *Agrigentorum*, quæ fuerat rebus *Syracusanorum* futura. *Gylippus* autem non *Gelam* modo, non *Agrigentem*, sed ad *Selinuntem* usque processerit oportet, ut inde novos auxiliares acciperet è *Peloponneso* missos. Imo per alias quoque *Siciliæ* urbes unde στρατιὰν πολλὰν ἔχων redierit, nostro teste *Thucydide*. *Dierum* certe hæc paucorum esse non poterant, utcunque properaverit. Sed & copias illas è *Peloponneso* τῷ ἡπείρω missas noster fuisse testatur. Innuit ergo non *Vere* in *Siciliam* appulisse, sed *Vere* penitus exaërto, & cæpta jam illa, quæ *Veri* opponitur, *Æstate*. Hinc intelligimus ante *Hecatombæonem* illos in *Siciliam* non venisse, cum tamen illos è maris nausea refectos secum ad



ad *Syracusas* duxerit *Gylippus*. Fecerat præterea *morbis* ipse magnos interim in castris *Atheniensium* progressus: *μαγάλω ἐπιπύον, Diodoro*; *Μάλλον ἠπίετο, Plutarcho*. Faciunt hæc omnia ut *mensē* pene *integrū* Expeditioni suæ *Gylippum* impendisse suspicemur, nec adeo rediisse ante *Metageitnionem*, uno fortassis alterove die ante *Eclipsim Atheniensibus* fatalem. Die ergo *Metageitnionis XII. Augusti xxvi.* redierit *Gylippus*, vel paulo antea. Mox enim à reditu *Gylippi μετεμέλοισι* *πρότερον ἢ ἀναστάν- τις Athenienses*, & *primam* deinde discedendi *occasionem* aucupabantur, cui tamen ipsa obstitit *Eclipsis*. Hic *μᾶνεις* *τεῖς ἐννέα ἡμέρας* manendum decernunt. Ita noster. Atqui certum est ne quidem una *Enneade* illos mansisse. Astipulatur *Thucydidi Plutarchus*, qui *Niciam*, è *Vatum* sententia, *ἄλλω σελῶνσι πειλοδον* expectare voluisse tradit. Sed *tres* tamen *dies* satis fuisse ostendit ex *Autoclide* in *Exegeticis* idem *Plutarchus*. Nec plusquam *triūm dierum*, ex eorūdem *vatum* sententia, meminit *Diodorus*. Forte ex Auctore *Siculo Philisto*, qui sub *juniore* scripsit *Dionysio*, ne quidem *Thucydide* ipso *multo* junior. Poterant tamen illi *res patriæ* compertiores esse quam vel ipsi *Thucydidi*. Nisi fortasse *vatum Atticorum* hæc fuerit disciplina à *Nicia* cive *Atheniensi* consultorum. *Eventus* certe magis *Diodoro* suffragatur. Hinc ergo numerandi *dies* ad diem *cladis* ultimæ, videndumque num respondeant. Favent enim præterea Auctoris nostri verba illa de *Syracusanis*, cum *Niciæ* sententiam compertam haberent: *Καὶ ἀνεπαύοντο ἡμέρας ὅσαι αὐτοῖς ἐδόκειν ἰκαναὶ εἶναι.* VII. 51. Hęc velle, videntur verba illa: cum intra illum *dierum* numerum *Niciam* obstare intelligerent, quo minus discederent *Athenienses*, consultius existimasse si, eo numero *elapso*, discessuros insequerentur, quam si interim cum illis intra *munimenta* constitutis, de re summa periclitarentur. Sed non ultra *tertium* diem discessum *Atheniensium* expectabant *Syracusani*, ut infra ostendemus. Sic ergo illos manifestum est sententiam *Niciæ* intellexisse. Tam longe abest ut dies *ter novenos* expectandos docuerit *Nicias*, ut die ab *Eclipsi* XIV^o. *cladem supremam* fuerit perpeſsus. Estque sane cur suspicemur à *corruptoris* manu potius quam *Thucydidis*, esse vocem *ἐννέα*. Nam pro *τεῖς* ex *Aretini* Codice *τρεις* lectum observavit Cl. *Hudsonius*. Ea si vera fuerit lectio *Thucydidis*, vox altera *ἐννέα* locum plane nullum habere potuit, tot præfertim aliis, ut vidimus, refragantibus. Et tamen *antiquum* illum in *Thucydide* errorem esse docuit *Plutarchus*. Idem præterea constabit è *diebus* ab *Eclipsi* ad *cladem* à *Thucydide* ipso recensitis. Id, puto, voluit *Thucydidis* Interpolator, præter *tres* illos dies à *Nicia* vero observatos, *alios* fuisse præterea ad *cladem supremam novem*. Sed cum *τρεις* & *ἐννέα* parum inter se congruere videret junior aliquis Librarius, inde factum ut *τεῖς* potius quam *τρεις* legendum censeret. Nisi illud in animo habuerit *Corruptor ἀποσπιδιονύσιος*, quod habet alibi noster de annis *Belli Peloponnesiaci ter novenis*. v. 26. Sed pro *τεῖς ἐννέα* legendum esse tantummodo *τρεις*, jam satis, ut opinor, evicimus. Sed videamus tandem quos dies ab *Eclipsi* ad *cladem* noster enumerarit.

VII. 51. Ἐπειδὴ καὶ ἐξ ἑῶν, τῆς μὲν περὶ τὰ ἄνω ὀππugnatio quædam erat *munimentorum* à *Syracusanis*, qua pauci *Atheniensium* perierunt. Καὶ ταῦτα τῆς



Annales Thucydidei.

ἡμέρα ἀπεχώρησεν ἢ spatia ἧς Συρακούσων. VII. 52. Hic **1^{us}**. erat saltem ab *Eclipsi* dies. Τῇ ὑσπεραία *Prælium navale*, quo vincunt *Syracusani*, pedestre item, quo vincunt *Athenienses*. Tum *Portus* ostium obstruunt *Syracusani*. Καὶ πέρας ἐν ἡμέραις τεσσάρτοις ἔργοις ἐπέθηκαν σωτέλειαν, inquit *Diodorus*. Quasi nimirum *tertius* ille fuisset *dies* à *Prælio* quo periit *Eurymedon*, cum fuerit tamen tantummodo *secundus* ab *Eclipsi*, si modo, quo coepimus, calcalum ponamus. Sed errorem illum Ego *Diodori* potius fuisse censeo, quam *Auctoris*, (quicumque demum is fuerit) cuius fidem est secutus, *coævi*. Auctor enim *tertium* ab *Eclipsi* (qua fuerant à *fuga* impediti,) *diem* numeravit; Idque ita, ni fallor, intellexit, quod die illo ab *Eclipsi* *tertio* portum obstruxerint *Syracusani*, non quod *tres dies* (ut illum intellexit *Diodorus*) portui obstruendo impenderint. Vix enim credibile est passuros *Athenienses*, in tantas jam *angustias* redactos, ut *tertium* usque *diem* in opere illo securi collocarent, cum longe fuerit facilius *cæptum* Opus, quam *absolutum*, irrumpere. Aliter certe de *portu obstruendo* noster *Thucydides*: "Ἐκλειον ἐν τὸν λιμένα ΕΤΘΥΣ τὸν μέγαν. VII. 59. Breve admodum fuisse temporis spatium, quo *Portus* claudabatur, innuit particula illa εὐθύς. Addit præterea, inito consilio, voluisse *Syracusanos* ὡς τόχιστα *Belli* fortunam periclitari, *moram* profecto minimam illa quoque voce subindicans. VII. 51. *Tertio* ergo *die*, excluso *Eclipsi* die, *Prælium* erat illud *navale decretorium*, quo victi rursus *Athenienses*, de *fuga* terrestri consilium capiunt, *Herculis* festo celebrando occupatis *Syracusanis*. VII. 73. Sed *Hermocratis* strategemate decepti *Athenienses* ea nocte *fugam* differunt, ἐπέχον τὴν νύκτα. VII. 74. Addit præterea *Thucydides*, τὴν ἑπόμεναι ἡμέραν ἀπεμείναν, ut convalescerent milites quam commodissime. Id confirmat etiam *Plutarchus* *Nicia*: Οἱ δὲ καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην καὶ τὴν νύκτα τὴν ἑπόμεναι ἀπεμείναντες ἐπορεύθησαν. Ita *quatuor* post *Eclipsin* *dies* ibidem hæserunt, nec ante *tertium* discedendi consilium inibant, ut diximus. Plane pro consilio *Niciae*. Ita fuerit *discessio* ipsa die post *Eclipsin* 1^o. Τέτην, inquit noster, ἐπὶ τῇ Ναυμαχίας. VII. 75. *Tertium* enim ita intellexit, ut extremos ambos primum ultimumque complexus fuerit, & *unicum* adeo duntaxat *medium* diem designarit. Hoc die *stadia* XI. confecisse dicit *Thucydides*. VII. 78. Τῇ ὑσπεραία *stadia* XX. VII. 78. His erat *fuga* II^{us}. post *Eclipsin* VI^{us}. Rursus τῇ ὑσπεραία progressi *Athenienses* ab infestis *Syracusanis* in eadem castra recedere coacti sunt. VII. 78. *Dies* hic erat *fuga* III^{us}. ab *Eclipsi* VII^{us}. Hujus *tridui* meminit *Diodorus*, quo impediti fuerint *Athenienses*, ne recta *Catanam* progredierentur. Addit *Thucydides* πρὸς illos munitiones *Syracusanorum* oppugnasse, sed frustra. VII. 79. Hoc die *tonitrua* & *imbres*, οὐρα τῆς ἔτους αἰὲς μετόπωρον ἢ δὲ ὄντο φιλεῖ γίγναι. Convenit & hæc nota cum nostris rationibus accuratissime. Sed observanda verba: αἰὲς μετόπωρον. Nec enim *Autumnum* ipsum verba illa designant, sed tempus quod *Autumnum* proxime præcesserat. Recte *Interpres* quod ad *Autumnum* jam accedebat. Et tamen *Autumnum* ipsum jam *cæptum* fuisse docuit *Plutarchus*. Cæterum *Autumni* nomine non *fructuum* *Autumnum* intellexit *Thucydides*, quem suæ *Æstatis* fuisse probavimus: sed *anni* potius *quadrantem* *Autumnalem* *trimestrem*, quam *semestri* suæ *Hyemi* solet accensere *Thucydides*,



dides, quæ non absurde mense Attico *Æstivo secundo Metageitnionē* exeunte imminere censebatur. Cum nempe jam *unicas* restaret mensis *Æstivus*. Hanc certe *anni Juliani* partem à *Septembris* initio *tonitribus imbribusque* obnoxium ostendunt Veterum *Parapegmata* atque *Kalendaria*. Primus præterea *September* erat *mensium* qui ab *imbribus* nomen retulere. Pernoctarunt tum *Athenienses* in planitie. Dies ille *fugæ* IV^{us}. erat, ab *Eclipsi* VIII^{us}. Τῆ ὕστεραία πρὸς ἑσπέραν, *Syracusanis* similiter infestis. *Fugæ* V^{us}. erat, ab *Eclipsi* IX^{us}. Sequenti nocte aliam viam *Camarinam* verius pergunt *Nicias* & *Demosthenes*. VII. 80. Ἀμα τῆ ἑσπέρῃ ad mare pervenerunt, & viam *Helorinam* ingressi sunt. Ὡς ἡμέρα ἐγένετο, secuti *Syracusani* sub horam prandii *Demosthenis* exercitum assecuti δὲ ἡμέρας impetebant, & ad *deditionem* cogebant. Præcesserat *Demosthenem* *Nicias* stadia CL. Αὐτῆ τῆ ἡμέρᾳ progressus *Nicias* ad fluvium *Eri-neum*. VII. 81. 82. *Fugæ* dies erat VI^{us}. ab *Eclipsi* X^{us}. Τῆ ὕστεραία *Niciam* assequuntur *Syracusani*, monentque de *deditione* *Demosthenis*. Ea comperta *Nicias* condiciones proponit, quibus rejectis, *Gylippus* cum *Syracusanis* illos μέχρι ἐπὶ telis impetunt, & quo minus τῆς νυκτὸς fugerent, impediunt. Hic finis diei *fugæ* VIIⁱ. ab *Eclipsi* XIⁱ. Ἐπειδὴ ἡμέρα ἐγένετο, pergit *Nicias* usque ad *Asinarum* fluvium. VII. 84. Tum demum se *Gylippo* tradit. VII. 85. Post captum *Demosthenem* νύκτι διεκάρτησε, καὶ τὴν ὀπίσθῃαν ἡμέραν περὶ βαλλόμενος πρὸς τὸ Ἀσινᾶρον ποταμὸν. *Plutarch.* Hinc etiam constat *secundo* demum post captum *Demosthenem* die sese dedidisse *Niciam*. Convenit quod idem ait in eadem vita *Nicia*: ἡμέρας ὀκτώ βαλλόμενος καὶ τραυματίζομενος ἐπὶ πολέμῳ. Dies illos octo à *fuga* numerandos esse conitat, ut proinde *dies* idem fuerit ab *Eclipsi* XII^{us}. quo sese dederit in hostium potestatem *Nicias*. Videamus ergo quis idem fuerit in anno Attico. Pro his nempe rationibus.

Erat sane *dies* ille apud *Syracusanos*, in *victoriæ* memoriam, festus. Nec alius ille quam quo captus est *Nicias* ad fluvium *Asinarum*. Plephisma ipsum servavit *Plutarchus*: Εὐρυκλῆς δημογωγὸς ἔγραψεν, πρῶτον μὲν τὴν ἡμέραν ἐν ἣ τὴ Νικίαν ἔλαβον, ἱερὰν ἔχεν, δύνοντας καὶ χοράζοντας ἔργων, Ἀσινᾶειαν τὴν ἑσπέρην ἐπὶ τῷ ποταμῷ καθύπαικτας. Ἡμέρα δ' ἦν τετράς φθινόσθου καὶ Κορνεῖα μῶσις, ὃν Ἀθλιῶν Μεταγεινιῶνα πρῶτος ἀγορεύσει, *Metageitnionem* Atheniensium pro eodem habet mense cum Dorico mense *Carnio*. Sic etiam ut *quoti* mensium *dies* invicem responderent. Sic fuerit *dies* *Metageitnionis* XXVII. quo *cladem* illam passi sunt *Athenienses*. Demtis ergo *diebus* XII. die mensis ejusdem XV^o. fuerit *Eclipsis*. Et quidem de hac *Eclipsi* observanda illa *Thucydidis* verba: ἐπύχανε γὰρ πανσέλιου ἔσα. VII. 50. Non hic addit, ut alibi, κατὰ σελῶν, cum scilicet à *Luna* discreparet supputatio *Civilis*. Non tamen propterea necessario colligi potest idem fuisse cum *Civili* *Cælesti* *Plenilunium*. Nam in *mensibus*, qualis hic est in quo versamur, *plenis*, medius *Civilis* dies nullus est qui pro *Civili* possit haberi *Plenilunio*. *Noviluniorum* ratio certior est, qualiscunque mensis esset. Proinde rectius in illis processit *Thucydidis* Observatio, quæ nulla unquam apud illum occurrit de *Pleniluniis*. *Lunæ* *Eclipses* nullas, præterquam in *Pleniluniis*, agnoscit, pro *Græcorum* disciplina, *Geminus*. c. 9. Plane ut *Thucydides*. Hoc alibi explicat *Geminus* de nocte



Annales Thucydidei.

noctē τῆς φέρουσι εἰς διχομυλίαν. c. 6. Non tamen *uni* alicui mensium *Civilium diei* assignat. Imo laxos admodum *Pleniluniorum* limites agnoscit, qua quidem conferuntur cum mensibus *Civilibus*. Πανσέλιωσ, inquit, δὲ γίνεται τάχιστα μὲν αὖτε τῶν 17, βραδυτάτω δὲ αὖτε τῶν 18. c. 7. Nequit certe diei *Metageitnionis* Attici xv°. (qui horum extremorum *medius* erat) *Eclipsis* illa convenire. Hoc enim anno idem erat, à Solis *occasu* ad noctem *mediam*, *Augusti* Juliani dies xxix^{us}. Inde ad Solis *occasum* sequentem dies *Augusti* xxx^{us}. *Eclipsin* autem illam, circiter noctem *mediam*, *Augusti* vel xxvii°. vel xxviii°. assignant calculi *Astronomici*. Sic fuerit *Eclipsis* Attici *Metageitnionis* diei xiii°. potius assignanda. Illius enim pars prior respondet *Augusti* Juliani diei xxvii°. posterior autem diei xxviii°. Ita *biduo* integro discrepāsent *Kalendarja Syracusanorum* atque *Atheniensium*. Qui enim dies *Syracusanis* numerabatur *Carnii* πετρὰς φθίνοντοσ, sive xxvii^{us}. is idem, (si à *Metageitnionis* Attici die xiii°. procedat calculus, quo *verum* erat, & *Eclipsi* necessarium, *Cœli Plenilunium*,) Attici *Metageitnionis* ἕκτῃ φθίνοντοσ, sive dies erit tantummodo xxv^{us}. Sed *pariter* numeratos illos fuisse *Siculorum Atheniensiumque* menses è *Plutarcho* jam ostendimus. *Diff.* vi. 5. 6. 7. 8. 10. Facillime autem, ni fallor, hæc invicem conciliabuntur, si *duos dies*, quibus *quieverint Syracusani* post *Eclipsin*, & tamen ante xii. prædictos *intercalemus*, ad *Historiam* plane necessarios. Certe si ulla fuerit ἀνάπαυσιs, alios fuisse oportet à *prædictis* dies *quieti* dicatos. Nam *duodenarii* prædicti *primo* Bellum restauratum fuisse manifestum est. Idemque innuitur verbis proxime *sequentibus*: Ἐπειδὴ δὲ κατέστῳ. vii. 50. Nempe *antea* quam dies ἀνάπαυσιs elapsi essent, *nondum* fuisse κατέστῳ *Athenienses* aggrediendi; *elapsis* autem, tum denique fuisse. Et sane *tutum* erat tantisper *Atheniensibus* *discessum* permittere, dum *Athenienses* *infaustum* crederent si *discederetur*. Tamdiu enim magis *illis* nocitura erat propria eorum *Superstitio*, si *discedentes Syracusani* persequerentur, quam *arma* ipsa hostium *Syracusanorum*. Sic enim vicit ^a *Cæsar* *Arivistum* cum illa ipsa *Lunæ* ætate arma illi inferret, qua *Pugnæ* eventum *infelicem* prædixerat *Germanorum* *Pseudoprophetisa*. *Elapsis* illis diebus *atris*, expectandum erat, ut sese animosius tuerentur *Athenienses*, cum nullus deinde è *numine* adverso *metus* immineret. Tum ergo *vi aperta* res gerenda erat cum nihil haberent quo hostes *terre- rentur*. Id ergo volebant *augures*, *tertio* ab *Eclipsi die* *tutum* fore ab illo *Eclipsis* omine, quem moliebantur *Athenienses*, *discessum*. Ita prædicto dierum numero *duo* addendi erant ab *Eclipsi* ad *Belli finem*, ut fuerint in universum *quatuordecim*, quorum *sex* *fugam* præciserint. Sic novum lucrabimur pro nostris rationibus *Argumentum*. Hinc enim colligimus *veram* esse nostram *Chronologiam*, Imo & *Kalendarium*, quod die mensis Attici *Metageitnionis* xiii°. *verum* fuerit *Plenilunium*. Plane ut nostræ exigebant rationes. Colligimus præterea recte quoque Nos stautuisse eundem *Syracusanis*, qui fuerit etiam *Atheniensibus*, *Cyclum*, cum ab eodem *initio* menses utrorumque ita accurate procedant. Sic ergo se habebunt dies prædicti invicem & cum *Thucydide* collati.

Carnii



Carni Sic. Metag. Ac.	Julian. Augus.	Thucyd.	Post Eclipsin	
XII	26	VII 50		Reditus <i>Gylippi</i> ad <i>Syracusas</i> hoc die, vel paulo antea.
XIII	27	VII 50		<i>Eclipsis Luna</i> ante noct. mediam discelluris <i>Atheniensibus</i> .
XIV	28	VII		ἀνάπαυσις dierum post <i>Eclipsin duorum</i> , quibus
XV	29	51		<i>Athenienses</i> non oppugnabant <i>Syracusani</i> .
XVI	30	VII 51		III. post <i>Eclipsin</i> , περὶ τρεῖς αἶμα, qua <i>Syracusani</i> castra <i>Atheniensium</i> oppugnabant.
XVII	31	VII 52,53	IV	τρεῖς αἶμα, qua Prælium Navale quo cecidit <i>Eury-medon</i> . Et terrestre quo victores <i>Athenienses</i> .
XVIII	Sept. 1	VII 69	V	Prælium navale decretorium quo victi <i>Athenienses</i> de fuga cogitant. Sed falluntur ab <i>Hermocrate</i> . Felta <i>Herculis</i> apud <i>Syracusanos</i> .
XIX	2	VII 74	VI	ἑπτὰς ἡμέρας <i>Thucyd.</i> & ἑξ <i>Plutarch.</i> Nic. quibus adhuc <i>Syraculis</i> hæserint <i>Athenienses</i> .
XX	3	VII 75	VII	I. fugæ <i>Atheniensium</i> , τέττη ἀπὸ τῆς ναυμαχίας.
XXI	4	VII 78	VIII	II. fugæ, ἢ ὑστεραία.
XXII	5	VII 78	IX	III. fugæ, <i>Diodor.</i>
XXIII	6	VII 79	X	IV. fugæ, πρὸς <i>Syracusanorum</i> munimenta oppugnant <i>Athenienses</i> . Sed frustra.
XXIV	7	VII 79	XI	V. fugæ, ἢ ὑστεραία.
XXV	8	VII 80	XII	VI. fugæ, ἀμα τῆς ἑω. <i>Demosthenes</i> ad deditio-nem coactus.
XXVI	9	VII 83	XIII	VII. fugæ, ἢ ὑστεραία, μέχρι ὄψε, & ἑξ.
XXVII	10	VII 84,85	XIV	VIII. fugæ, ἡμέρας ἑκτὸ βαλλόμενος tandem sese de-didit <i>Nicias</i> .
XXVIII	11		XV	τῆς ὑστεραίας, consilium ineunt <i>Syracusani</i> de Capti-vis. <i>Diodor.</i>

Ad hanc normam exigenda ea, quæ exhibuimus ad marginem *Thucydidis*, cum de *biduo* quietis infitio nondum cogitarem.

VII. 33. Τότε μετὰ τῶν ἑ Πλημμυεῖς ἄλωσιν, *Nicias* ad *Centoripas* & *Aly-cæos* mittit de impediendis *Syracusanorum* nunciis. Id quod faciunt. Hæc *Scirrophorjone* non admodum affecto, & mense *Juliano Junio*. Hoc tamen

D d d d d

tamen



Annales Thucydidei.

tamen loco ponenda arbitratus sum, ne Belli cum *Atheniensibus* seriem continuam abrumperemus. Hæc ergo priori hujus *Olympiadis* anno atque *Archonte*.

VII. 87. Νύκτες ἐπιγυγνόμεναι μετοπωεῖναι καὶ ψυχραὶ *Atheniensium* captivorum in *metallis* agentium ærumnis accensentur. Nempe post initium *Mamæsterionis*, qui die cœpit *Octobris* Juliani XIII°. Hinc iterum constat, cum *Autumnum* censet *Plutarchus*, nondum tamen cœpisse *Autumnum Thucydideum*, quem *Hyemi Thucydideæ* semestri accensitum fuisse diximus. Cum enim primum in *metalla* conjicerentur *Athenienses*, tum nondum cœpisse νύκτας μετοπωεῖναι è voce ἐπιγυγνόμεναι manifestum est. Imo molestum illis antea fuisse *Solem* idem indicat, quod nullo tecto à Solis æstu defenderentur: οἷτε ἡλιοὶ καὶ τὸ πνίγον ἔτι ἐλύπει. Hanc certe notam ultra *Septembrem ineuntem*, qui cum *sine Metageitnionis* idem est, ne quidem differri potuisse constat. Proinde illo ipso *Metageitnione exeunte*, quo capti sunt, *Metallis* damnati fuerunt *Athenienses*.

VII. 87. Ἡμέρας ἐσδομήκοντα duriter habiti *Athenienses* propter locorum angustias. Tum reliqui, præter *Athenienses*, *Sicilienses*, *Italosque*, divenditi. Hi *dies*, si à die capti *Niciae* numerentur, desinent *Novembris* Juliani die XIX°. & proinde *Pyanepsionis* Attici die VIII°. Sic rectius quam in margine *Thucydidis* editi. Fieri potest ut uno alterove die serius fuerit cum *metallis* traderentur, & proinde, cum laxius agerent, reliquis divenditis.

VII. 87. Ἐπὶ ὀκτὼ μῶνας, fame fitique pressi *Athenienses*, parcius concessis alimentis. Desinunt illi *Munychionis* Attici die XXVII°. Maii proinde Juliani die IV°. anno jam Urbis Conditiæ *Varroniano* 342. Initio scilicet *Æstatis Romanæ*, navigationisque *securæ*. Male, in edito *Thucydide*, menses *Julianos* numeravimus, qui erant numerandi *Attici*. Tum ergo *Athenas* mittendi erant qui pacti fuerunt cum *Demosthene*, ne morte afficerentur.

VIII. 1. Nuncio cladis *Siculae Athenas* delato, consilium de πρὸς ἑλλήσιν constituendis, quod etiam executi sunt. Crediderim hæc ad *quadringentorum* constitutionem esse referenda. *Diodorus* *quadringentos* in Imperio constitutos narrat. *Ol.* 92. 1. Mox autem subjungit *Thucydides*: καὶ τὸ δὲ πρὸς ἑλλήσιν. Ita nuncius *Athenas* attigerit ante finem *Boedromionis*, diemque *Octobris* Juliani XII. Imo tum *fidem* obtinuerit, post *mensē* paucosque, qui excurrerant, *dies*. Et tamen ἀπὸ τῆς πόλεως nondum creditos fuisse testatur, qui ex ipso proelio evaserant, *militēs*. Proinde *minori* spatio quam *menstruo*, Urbem patriam redierant illi *militēs*. Sic tamen illa fortasse poterunt conciliari, si quidem dicamus, ante finem *Boedromionis* consilium initum de πρὸς ἑλλήσιν, sequenti *Hecatombæone*, & cum sequenti *Archonte*, Magistratum *inituris*.

VIII. 2. Τὴν ἐπιγυγνόμεναι χειμῶνι, audita clade *Sicula*, *Græci* omnes in *Athenienses* erecti. Post diem *Octobris* Juliani XIII. quo cœpit *Atticus Mamæsterion*. Brevi ergo spatio *prælii* in *Sicilia* adversi fama per *Græciam* universam emanavit.

VIII. 3. Ἐυδὸς ἐν τῇ χειμῶνι τῷ τῷ, *Agis Lacedæmoniorum* Rex cum exercitu



exercitu *Decelea* profectus, pecuniam à foederatis ad classem comparandam exigit. Prædatus *Oetæam*, pecuniam inde colligit. *Achæis* & *Phthiotis* obsides & pecuniam imperat. *Lacedæmonii* etiam ipsi classem parant, sociisque *naves* instruendas præcipiunt, ὡς εὐδὺς πρὸς τὸ ἔσθ' ἐξέμενοι τῷ πολέμῳ. Paulo ergo ante *Octob.* XIII. nuncius cladis in illas partes venerat. Inde enim rerum harum omnium ἀφορμαί.

VIII. 4. Ἐν τῷ χειμῶνι τῷ τῷ, parant etiam classem *Athenienses*. *Sunium* muniunt. Munimentum in *Laconica* à se structum, dum peterent *Peloponnesum*, deserunt. Hæc, ut videtur, ante *Pyanepsionem*, quo *Maris clausi* tempestatem cœpisse probavimus, qui *Novembris Juliani die* cœpit XII.

VIII. 5. Πράσσόντων ταῦτα ἀμφοτέρων, & ἔν τῷ χειμῶνι τῷ τῷ, Primi *Eubæenses* ad *Agin* legatos de sua *Atheniensibus* defectione mittunt, quos recipit in suam fidem, accersitque è *Lacedæmone* *Alcamenem* & *Melanthurum*, in *Eubæam* mittendos, transitumque illis parat. Ἐν τῷ τῷ, etiam *Lesbii* cum eodem *Agide* de defectione agunt. Omittis ergo *Eubæensibus*, *Alcamenem* *Lesbiis* *Harmostem* dat. Proinde *Lesbiorum* defectio, postquam jam paratus esset ad *Eubæenses* juvandos *Agis*, nec ipse modo, sed accersiti etiam è *Lacedæmone* *Alcamenes* & *Melanthus*. Itaque paulo *senior*. Hæc *Agis* solus, non consultis *Lacedæmoniiis*. *Chii* & *Erythræi* de eodem negotio agunt, non jam cum *Agide*, sed cum ipsis *Lacedæmoniiis*. Sic etiam legatus à *Tissapherne*, à Rege *Dario* *vassi* tributis præfecto. Hæc mense *Mamaæterione*, concludi, ni fallor, poterant. Et *Octobri* proinde *Juliano exeunte*, vel *ineunte Novembri*. Certe ante *Mare clausum*.

VIII. 6. Πρὸς τὴν αὐτὴν καὶ τὸν, *Calligetus Megarensis* & *Timagoras Cyzicenus* exales legati missi ad *Lacedæmonios* à *Pharnabazo Hellepontis* *Satrapa*. Eodemque tempore alii à *Tissapherne*. Utrique de sollicitandis ad defectionem suæ cujusque *Satrapia* Urbibus, simulque de fœdere cum Rege. *Lacedæmonii* autem causam *Tissaphernis* & *Chiorum* anteferunt opera *Alcibiadis*. Hucusque ergo cum *Lacedæmoniiis* sensit *Alcibiades*. *Chios* antea quam in *Societatem* recipiunt, *Phryniem* mittunt, qui exploraret num vera essent quæ ab illis obtendebantur. Tum *Chios* cum *Erythræis* in *societatem* admittunt; mittuntque ad illos primo *Melantridam*, tum deinde *terramotus* omine deterriti, in ejus locum *Chalcideum*. &c. Καὶ ὁ χειμῶν ἐτελεύτα. Incipiunt hæc ab eo tempore quo *Chii* cum *Tissapherne* *Lacedæmoniorum* amicitiam ambiebant, *Mamaæterione*, ut diximus, *exeunte*. Desinunt autem paulo ante *Aprilis Juliani diem* VIII^m. qui primus erat sequentis *Munychionis*. Finis ergo ad annum *Varronianum* spectat 342.

His finis *Belli Siculi*, cui *biennium* tribuit *Justini Trogi*. v. r. Pro nostris rationibus satis accurate. A *Belli scilicet hujus Peloponnesiaci* anno XVII^o. ad XIX^m. Conveniunt *numeri* superius adducti, qui ab illius initio ad finem *Belli Peloponnesiaci* annos censent XII. à fine autem X. Cæterum explicandus est de hoc spatio *Thucydides*. Sic enim alibi scribit: Σφαλέντες δ' ἐν Σικελίᾳ ἄλλη τε ἰσθμὸς καὶ τὴ ναυτικὴ πρὸς πλείονι μοσείῳ, καὶ κατὰ τὴν πάλιν ἦδη ἐν Σάσει ὄντες, ὅμως τεῖρα μὲν ἐπὶ ἀντιέχου τοῖς τε πλείτερον ἰσθμῶν

Ddddddd 2

χρησ



Annales Thucydidei.

χρῆσι πολεμίοις, καὶ τοῖς ἀπὸ Σικελίας μετ' αὐτῶν, καὶ τῶν ἑσσυμένων ἐπι τοῖς πλείο-
σιν ἀφιστηκόσι. Κύρω τε ὕστερον, &c. Hic sane manifestum est non ab initio Belli
Siculi, sed à fine hoc in loco supputare *Thucydidem*. Constat hoc è
voce *σφαλέντες*. Et ex eo quoque quod post *cladem* accesserint *novi* ho-
stes è *Sicilia*, & *socii* defecerint. Proinde non est cur illius *triennium*
cum *Trogi* *biennio* committamus. Ex altera parte manifestum est *tri-*
ennium hoc ad finem Belli *Peloponnesiaci* non pertigisse. Imo ne qui-
dem ad *Nauarchiam* *Lysandri* qua *Lacedæmonios* re nummaria juvabat
Cyrus. Definit certe anno Belli *Peloponnesiaci* *xxii*^o. quo damnatus est
à civibus suis *Syracusanis* *Hermocrates*. Nam eousque in *sociorum*
numero erant *Siculi*. Erat annus ille *Ol.* 92. $\frac{2}{3}$, quo rediit in civium suo-
rum *Atheniensium* gratiam *Alcibiades*. Inde superiores erant *Lacedæ-*
moniis, nec locum habebat vox *ἀντίχειν*, quæ tantum illos non *victos* esse
indicabat. Has duas notas anno *prædicto* convenire ostendunt *Anna-*
les nostri *Xenophonte*. E quibus obiter apparet, Nos eousque *Anna-*
les, pro *Thucydidis* hisce rationibus, recte disposuisse. Apparet etiam
nullum plane esse, qui ab Eruditis fingitur, *hiatum* inter *Historiam*
Thucydidis atque *Xenophontis*, sed nexu *continuo* alteram ab altera ex-
cipi. Hinc autem ad Belli *finem* supputat, *junior* quidem *Thucydide*, &
tamen *coævus*, *Isocrates*. Verba ejus in *Panathenæico* hæc sunt: Τῷ μὲν
ἡμετέραν εὐροὶ τις ἀν' ἀπάντων αὐτῆ καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βασιλέων ἐπιδεικνύων, ἐπὶ δέκα τῶ-
τοις ἀντιχεῖν δυνάθεισαν. Intelligit nimirum *Græcos* è *Sicilia*, & *Græcos* sibi
fœderatos. *Barbaros* autem intelligit *Persas*, præcipue vero *Cyrum* *junio-*
rem, qui *Lacedæmoniis* impensas suppeditabat. Sed hunc ipsum *annum*
denario illo complectitur *Isocrates*. Nec absurde. Hoc enim ipso *anno*
novum *Bellum* redintegrabant *Lacedæmonii* munita *Decelea*, & *Gylippo*
in *Siciliam* misso. Aderant etiam *anni* *fine* è *Sicilia* *Syracusani*. Merito
ergo hic *annus* *decennio* imputandus. Sed *decimum* annum quomodo
vel ita, inquires, implebimus? Ita nimirum si cum *Xenophonte* annos
Belli in univèrsum *xxviii*. numeremus. Quod scilicet *Bellum* ad an-
num ab initio *xxviii*^m. *captum* pertigerit. Sic enim constabit, si *pri-*
mus *decennii* *annus* Belli *Peloponnesiaci* *xix*^{us}. numeretur, à *Belli* anno
xviii^o. *exacto* procedet calculus. Ita fiet ut Belli *universi* *annus* *xxviii*^{us}.
ab hoc *initio* *decimus* numerandus fuerit. *Inchoatus* nempe pariter ut
Belli *universi* *xxviii*^{us}. supputabatur duntaxat *inchoatus*.

Ann. xx. Belli Peloponnesiaci.

Epoch. *Attic*.

Epoch. *Laconic*:

Per. Jul. 430 $\frac{2}{3}$.
U.C. Varr. 34 $\frac{2}{3}$.
Ant. Chr. 41 $\frac{2}{3}$.
Olymp.

xcv. 4. mens. 3. Arch. *Cleocrito*. 1. Eph. *Onomantio*.

xcvii. 1. mens. 9. Arch. *Callia*, 2. Eph. *Alexippida*,

à die *Julii* *Juliani* vi. à die *Sept.* Jul. xxx.

Phaeimidis *Sacerdotissæ* *Argivæ* anno 12^o. à fine *Boedromionis*

- *Attici*, ante diem *Octobris* *Juliani* i.

viii. 7. Τὸ ἐπιγυνομένης δέρας, εὐδύς, *Chis* urgentibus, mittunt *Lacedæmonii*
legatos



legatos ad *Corinthum* rogaturos ut *naves* in mare, quod *Athenas* spectat, transveherentur, primo *Chii* ipsis, tum *Lesbii*, denique *Hellesponto* auxilio futuras. Certe *Veris initio*, quia *εὐδὴς*. Proinde paulo post *Aprilis* *Juliani diem* viii^m. quo coepit *Munychion* Atticus, *primum* *Veris* tempestatis *mensis*. Naves inde mittendæ in universum xxxix. Sed vocem illam *εὐδὴς* ad *ἐπεγορεύων τῶν χίων* retulerim. Ita scilicet ut *Veris initio* novi missi fuerint à *Chii* ad *Spartam* legati qui auxilia superiori anno promissa properarint. Ita potuit *affectus* esse *Munychion* antea quam venirent novi ad *Spartam* legati *Chiorum*. Missi nimirum hujus *Veris* initio ab insula *Chio* legati *Spartam* attigerint affecto *Munychione*, inde legatos elicuerint *Corinthum* mittendos eodem *Munychione* exeunte. Statuunt ergo per *Isthmum* trajiciendas esse naves tam è *Sparta* *Chii* promissas, quam ab *Agide* in *Lesbiorum* usum paratas, omnes una *Chium* navigaturas. Hoc consilium, cum non probaretur *Pharnabazi* legatis, coeunt deinde in unum *Socii*, *Corinthi* scilicet, qui, si è patria sua quique evocandi fuerint, in mensem *Thargelionem*, *ineuntem* saltem, rem protraxerint. Tum coeuntibus *Corinthi* *Sociis* decernitur, tres *classes*, sub tribus etiam *ducibus*, esse mittendas: unam ad *Chios*, ad *Lesbios* secundam, tertiam ad *Hellespontum*. Sed è *Sociorum* omnium portubus naves illæ cogendæ erant. Ita factum opinor, ut in *Scirrophorionis finem*, vel *Hecatombæonis initium*, navium per *Isthmum* transvectio differretur. Naves enim unam & viginta transportatas *εὐδὴς*, quamprimum nempe fieri potuit, docet ipse *Thucydides*. Hæc è sequentibus probabimus.

viii. 9. *Corinthii* ἠ ἀπεγορεύσαν ζυμπλεῖν πρὶν τὰ Ἰσθμια, ἀ τότε ὡς διαγορεύσονται. Hinc *tempus* elicitur quo naves illæ per *Isthmum* traductæ fuerint. *Nondum* enim certe aderant *Isthmia* ipsa, sed *Isthmiorum* duntaxat *induciæ*. Sequitur: Ἄγεις δὲ οὐτοῖς ἔτοιμα ὡς, ἐκείνους μὴ μὴ λείπειν τὰς Ἰσθμιαδὸς ἀπορίας, &c. Voluit ergo *propriis* auspiciis hoc idem facere. *Agis*, quod, per *Inducias Isthmicas*, *Corinthiis* facere non licebat. *Reusantibus* autem *Corinthiis*, & διατελέσας ἐπιστρομῆνους, *Athenienses* *Chiorum* consilia suspecta habentes *Aristocratem* ad illos mittunt, & septem naves fidei obliques futuras exigunt. Mittunt *Chii*, qui *Peloponnesios* non amplius venturos expectabant, ὅτι διέτελλον. Sequitur deinde: Ἐν δὲ τῷ τῷ τῷ Ἰσθμια ἐγένετο. viii. 10. Hinc sane manifestum est *induciarum* tempore, quæ *festum* ipsum *præcesserint*, hæc omnia contigisse. Actum nempe de navibus per *Isthmum* transducendis resciverunt *Athenienses*, qui *primi*, propter *inducias*, *Corinthum* festi causa accesserant. Non certe ante *inducias*, *Bello* aperto & fervente. Nec diu post, non modo propter *Festi* Religionem, sed quod utrique jam essent in alterorum consilia intentissimi. Tum, post detecta *Peloponnesiorum* consilia, διατελέσας intercessisse videmus, quæ causa fuerit cur de *Peloponnesiorum* adventu *Chii* desperarint, & cur *Atheniensium* per *Aristocratem* rogatis morem gesserint. Erant enim sane istiusmodi, in his quoque *Isthmiis*, *Bello* non obstante, *induciæ*. Hoc colligimus è *Thucydides* voce ἐπιγυγέσθαι. Nec enim aliud illæ erant ἐπαγιδίαι quam κρηύων publicorum, tam de *ludis* ipsis, quam de *induciis* ludorum causa futuris, *præconia*,



Annales Thucydidei.

ne quid hostile invicem, in medio Bello, per inducias illas metuerent. Veniebant ergo *indictis ludis, & induciis, Atheniensium δωροί*, qui Populi *Atheniensis* nomine *Ludorum Jus* habentis, Sacris interessent. Sic enim *legatos Sacrorum causa* missos appellatos multa Veterum loca testantur. Nec aliud volebat *Thucydides* voce *ἑδωρόν*. Aderant porro *legati illi Atheniensium* quamprimum illis, per *induciarum* legem, liceret. Et hoc medio spatio de Adversariorum consiliis certiores fiunt *Athenienses*. Nempe inter *initium induciarum* ipsūque *Isthmiorum* festum. *Sacrum vero Isthmiorum mensem*, pariter ac *Carniorum*, fuisse verisimillimum est. Ut nempe *menstruum* fere spatium impleverit *festum* cum *induciis*. Erant enim *Isthmia* non *Dorum* propria (ut erant *Carnia*) sed *Græcorum omnium* communia. *Pares ergo induciæ* concedendæ erant ad *Ludos venturis*, atque ab *iisdem redituris*. Sed vero mense *Hecatombæone Isthmia* fuisse probavimus, & quidem illius mensis *Civili Plenilunio* pariter ac *Olympia*. Ita si res habuerit, à fine *Scirrophorionis* cœperint *induciæ* quæ *Ludos præcesserint*; & *Hecatombæone* similiter exeunte defierint *induciæ* redeuntibus constitutæ. Proinde *Julio Juliano* non admodum affecto aderant *Atheniensium δωροί Isthmia* brevi imminentia celebraturi. Et ante *Ludos ipsos* cives suos monent de consiliis *Peloponnesiorum*. Tum missus è vestigio ad *Chios Aristocrates*.

VIII. IO. Ol. 91. 4. Ἐπειδὴ ἀνεχώρησαν *Atheniensium δωροί*, cavent *Athenienses* ne *Peloponnesiorum* naves, clam ipsis, è *Cenchreis* proficiscerentur. Et quidem *ἰδίως*. Medio nempe *Hecatombæone*, & post diem *Julii Juliani xx^m*. Μετὰ τὴν ἑορτὴν, *Isthmiorum* scilicet, peractam, prodeuntibus è portu prædicto *Peloponnesiis* naves totidem opponunt *Athenienses*, in quibus & nuperas è *Chio* naves. Retrocedentibus *Peloponnesiis*, reversi *Athenienses* cum nova classe jam navium xxxvii. *Peloponnesios* in portu *Corinthiorum Piræo* adoriuntur, & lacerant, ducemque interficiunt *Alcamenem*, & naves reliquas obsident. Adfunt τῆν ὑπερῶν *Corinthii*, & ἑ πολλῶν ὑσερον alii quoque *finitimi*. Metuentes hac de causa *Lacedæmonios Alcibiades* incitat, idque *Endii Ephori* amici opera efficit ut ipse ad *Jonios* ab *Atheniensium* fide sollicitandos mitteretur antea quam de *clausis* in *Piræo Peloponnesiorum* navibus resciscerent. VIII. II. 12. *Hecatombæone* hæc, ut videtur, *exeunte*, & *Julio Juliano*, vel *cæpto* etiam *Augusto*. Nam διὰ τάχους ἢ πλὴν ἐποίησιν.

VIII. 13. Ὑπὸ τῶν αὐτῶν χεῖρον πέτον, reversæ naves *Peloponnesiorum* cum *Gylippo* missæ in *Siciliam*, quarum unam intercipiunt *Athenienses*. Idem tempus, ut videtur, quo missus est in *Asiam Alcibiades*. *Hecatombæone* nempe *exeunte*.

VIII. 14. Missus cum *Chalcideo* in *Joniam Alcibiades* primo *Corycum*, deinde *Chium* venit, qui primo deficiunt ipsi, tum deinde *Erythraei* & *Clazomenii*. Territi horum nunciis *Athenienses*, mille talentis deinde usi sunt, quorum ne quis usurpandorum Auctor esset, antea decreverant. Tum octo naves, earum quæ è regione *Piræi* stationem habebant, mittunt duce *Strombichide*. Deinde & alias *duodecim* μετ' ἑ πολλῶν. Et in *septem* navibus *Chiiis*, quæ etiam erant è numero obsidentium, *servis*



servis libertatem dant, ingenuos in vincula conjiciunt. Alias autem in earum locum sufficiunt quæ naves Peloponnesiorum custodirent. Hæc Metageitnionē, ut videtur, Attico, & Augusto præcipue Juliano. Paulo post superiora.

VIII. 16. Ἐν τῷ τῷ, Strombichides ad Samum venit; inde, assumpta una Samia nave, ad Teum. Hinc, illum insequente Chalcideo cum Clazomeniorum Erythraeorumque peditatu, discessit. Post discessum ejus Teii peditatum prædictum recipiunt, qui muros ab Atheniensibus struatos diruerunt, qua parte continentem spectabant, adjuvante illos Tage Tissaphernis ὑπάρχων. Chalcideus & Alcibiades, relictis in Chio nautis, Peloponnesiis jam armatis, alios in eorum locum ex ipsa Chio nautas conscribunt, cum quibus etiam Milesiis defectionem suadent. Tum demum Strombichidi accedit cum novo duodecim navium supplemento Thrasyclus, qui, junctis deinde viribus, Miletum veniunt. Exclusi autem inde in Lada insula stationem habent. Hucusque ergo gesta Alcibiadis medio tempore statuenda sunt inter Strombichidis missimē & Thrasyclis, quod sane diutinum esse non potuit. Itaque etiam hæc Metageitnionē Attico & Augusto Juliano, ineuntibus. Nam Strombichidem etiam anteverterat Alcibiades.

VIII. 17. Μιλῆτων αὐτῶν δὲ συνέστων, primum fœdus inter Regem Persarum & Lacedæmonios. Proinde hæc Metageitnionē etiam Augustoque contigerint. Fœdus hoc οὐκ ἔστι χαλκιδεῖα. VIII. 36.

VIII. 19. Μετὰ ταῦτα αὐτῶν, nempe post prædictam ἐπιμαχίαν Peloponnesiorum cum Dario Notho, Chii ad Anæam cum decem navibus navigant, quarum quatuor Athenienses à viris desertas capiunt, reliquæ ad Teios fugiunt. Dux erat hujus classis Attica Diomedon ὑπερὸν ἐπὶ χαικλέως missus. Proinde paulo, ut videtur, postquam Charicles illas partes venerat. Redeuntibus ad Samum Atheniensibus, Chii Lebedum ad defectionem inducunt, & Eras. Καὶ μὲν τῷ, domum redeunt. Metageitnionē Augustoque, ut videtur, affectis.

VIII. 20. Ἐπὶ τῶν αὐτῶν χείρας, Peloponnesiorum naves in Piræo obsessæ erumpunt, & captis quatuor Atheniensium navibus, inde Cenchreas, tum Chium, denique Joniam pergunt, Nauarcho Astyocho Lacedæmonio. Recedente peditatu qui Teiis adfuerat, reliquum deinde munitur diruit Tissaphernes. Post illius discessum, ἐπὶ πολὺ ὑπερὸν, Diomedon cum Teiis paciscitur ut Athenienses reciperent. Inde Eras navigat, eaque urbe infeliciter oppugnata, discessit. Hæc eodem tempore, ut existimo, quo domum redierant Chii. Proinde Metageitnionē Augustoque exeuntibus.

VIII. 21. Κατὰ τὸ χεῖρον τῶτον, Samii, juvantibus qui aderant Atheniensibus, in fidem Atheniensium reversi. Liberi proinde constituuntur ab Atheniensibus. Hæc etiam exeunte Metageitnionē, & Augusto pariter Juliano.

VIII. 22. Μετὰ ταῦτα, τὸ αὐτῶν δέρας, Chiorum in Lesbum, deinde in Hellepontum, Expeditio. Ἄρα, interea pedestris Peloponnesiorum exercitus alia in Clazomenas & Cymen, duce pedestris exercitus Euala Spartano, classis autem Diniade ἀποικίω. Hinc obiter intelligimus quæ fuerit.



Annales Thucydidei.

fuerit dignitas ἀνδρῶν Σπαρτιάτων, cuius sane mentio occurrit in rebus *Lacedæmoniorum* admodum honorifica, utpote non *Civium omnium* communis, crediderim ne quidem *ingenuorum*; sed paucorum *præstantissimorumque propria*. Insignia viri *Spartiatæ* in *Gylippi* Historia legimus *τελευτα* & *βακτηρίαν*. Hic *ἀεικόμοις* opponuntur, qua voce *ditiones Urbium extra ipsa mania* complecti solet *Xenophon*, imo noster quoque *Thucydides*. *Tribuum* ergo, ni fallor, ipsius *Urbis Spartanæ* cives *Spartiatarum* nomine designabant *Lacedæmonii*, quos *paucissimos* agnoscebant, quasi omnium *nobilissimos* post *Reges*. Erantque etiam apud *Romanos* paucæ admodum *Tribus Urbanae*, quatuor nimirum, quas *reliquis Tribubus* prælatas esse constat, nempe *Rusticis*. Et hic *pedestris* Exercitus Imperium viro *Spartiatæ* credi videmus. Ut ergo *Tribubus Rusticis* cives omnes *ignobiliores*, & qualicumque *Civilium natalium labe*, seu *Servitutis*, seu *Peregrinitatis*, maculatos accensebant *Censores Romani*; ita etiam *Lacedæmonii ἀεικόμοις* non tantum *νοδοαυδέεις*, sed *συμμίκτης ἄβυς*, qui altero parente oriundi essent, non quidem *Spartano*, sed *ingenuo* tamen, *Civitatis alterius cujuscunque* præter *Spartam* ipsam, quantumlibet *nobilis*. Ita certe se seorsim exercebant in *Κυμοσάρχει νόδοι*, ut è *Plutarchi* constat *Themistocle*. *Nothis* enim accensebantur qui parentem *alterum* habebant, utcunque *ingenuum*, utcunque in *Civitate sua* nobilem, in *alia* tamen, quam *Spartæ*, *Civitate*. Hanc ergo civitatis suæ *dignitatem* fuisse arbitror, in qua *Exteris* concedenda tam parcos *Lacedæmonios* fuisse testatur *Herodotus*. Hæc tamen obiter. Jam redeamus ad *Thucydidem*. *Classis* ergo illa, de qua diximus, *Methymnam* primum ad *defectionem* impulit. Hæc *Boedromione* incunte, qui à *Septembris Juliani* diē III^o. cœpit, pro *nostris* saltem *rationibus*.

VIII. 23. *Chium* venit *Astyochnus Lacedæmonius*. Τεῖτερον ἡμέραν αὐτῷ ἔκοντο, *classis Attica* ducibus *Leone* & *Diomedonte*. Fugit ergo *Astyochnus* vespere, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ εἰς ὄψι, *Lesbum* versus. *Pyrrham* primo, inde τῇ ὑσέριαιᾳ ad *Erasum*. Hic discit *captam* primo impetu fuisse *Mitylenen*. *Eraso* *defectionem* suadet. Tandem, amissa *Lesbo*, *Chium* rediit, novis deinde *Peloponnesiorum* navibus ibi auctus, μὲν τῶντα, postquam scilicet exercitum *pedestrem* accepisset. *Iidem Athenienses Clazomeniorum* urbeculam, (Πολίχραν appellabant) in continenti munitam expugnant, & in insulam transferunt illius incolas. Ita *Clazomenæ* ipsæ in potestatem *Populi Atheniensis* redierunt. *Quatuor* hic *dierum* gesta *continua* recensentur, nec *multo plures* dies fuisse verisimile est, quos Ego ad *Metageitnionis finem*, vel *Boedromionis initium*, retulerim, *Septembremque Julianum* incuntem.

VIII. 24. Τῷ αὐτῷ ἡμέρᾳ, *Atheniensium* *classis Lada* egressa *Chalcideum Lacedæmonium Panormi Milesiorum* interficiunt, τεῖτην ἡμέραν ὑσέρον διαπλεύσαντες. Prius tamen erecto *tropæo*, quod diruerunt *Milesii*, hac scilicet ratione, quod *agrum*, in quo fuit, nondum in suam *potestatem* redegissent. Inde *legem* discimus, obiter, *tropæorum*, quæ sciatur, admodum utilem. De *Lada Atheniensibus* mentio VIII. 17. ante *foedus Persicum*, mense, ut ibi diximus, *Metageitnione*. Satis ergo apte convenit ut hæc, in quibus jam versamur, mensi assignentur *Boedromoni*.

Leo



Leo porro atque *Diomedon* in *Chios* Bellum movent, quos variis præliis vincunt, primo ad *Bolissum*, tum ad *Phanas*, denique ad *Leaconium*. Tandem *Atheniensibus* patriam suam vastandam permittunt ipsi *Chii*. Quo minus tamen urbem dederent *Atheniensibus*, obstitit *Erythnis* accersitus *Astyochus*. Hæc etiam affecto *Boedromione*, mense *Juliano* *Septembri*.

VIII. 25. Τὸ αὐτὸ δέρας τελευτῶντος, nova classis ex *Athenis* in *Samum* navigat, inde in *Miletum*, ducibus *Phrynicho*, *Onomacle* & *Scironide*. Vincunt hic *Athenienses* oppositos sibi *Peloponnesios* & *Barbaros* cum *Tisapherne*; & vicissim *Argivos Milesii*. Utrinque nimirum victi ab *Ionibus Dorienses*. Urbem deinde circumvallantibus *Atheniensibus*, ἐν τότε, & αὐτὴ δέιλω ἦδη ὄσαν, (eodem proinde, quo prælium, die) nuncius de classe *Syracusanorum*, duce *Hermocrate*, jam appulsa. Proinde ἀπ' ἐσπέρας εὐδὸς discedunt *Athenienses*, venturis ἀμα τῆ ἑσπ. *Syracusanis*. VIII. 26. 27. Domum inde discedunt *Argivi*. *Peloponnesii*, ἀμα ἑσπ. cum *Peloponnesiis* veniunt *Miletum*. Ibi manent ἡμέραν μίαν. Τῆ ὑσπερῆα discessuris auctor erat *Tisaphernes*, ut *Jasum* oppugnarent, quod etiam feliciter exequuntur. Captum ibi *Amorgem Pissuthnis* filium *Tisapherni* tradunt. Tum *Miletum* redeunt. Inde *Pedaritum*, quem *Chio* præferant *Lacedæmonii*, pedestri, usque ad *Erythras*, itinere deducunt. *Mileto* autem *Philippum* præficiunt. VIII. 28. *Paucorum* hic dierum gesta memorantur, quæ proinde satis commode, ad *Boedromionis finem*, qui die *Octobris* *Juliani* 1º. terminabatur, referentur. Sequitur enim: καὶ τὸ δέρας ἐτελεύτα. Proinde paulo ante *Astatis* semestris finem, Archonte *Callia*, U. C. anno *Varroniano* 342.

VIII. 29. Τὸ ἐπιγλυφῆς χειμῶντος, munita *Jaso*, *Miletum* venit *Tisaphernes*, & stipendium mentruum solvit *Peloponnesiis*, &c. Hoc autem *Persæ* in se susceperunt, auctore *Alcibiade*. Tempus hujus foederis erat post *Mamæterionis* initium, qui à die cœpit *Octobris* 11º.

VIII. 30. Τὸ αὐτὸ χειμῶντος, *Atheniensium*, qui *Sansi* erant, alii *Chium* petunt terra marique oppugnandam, ducibus *Strombichide*, *Onomacle* & *Euctemone*; alii oram *Mileti* incursionibus infestant. *Astyochus* *Lacedæmonius* τότε in *Chio*. Ab obsidibus exigendis abstinuit postquam intellexit classem cum *Theramene* venire. VIII. 31. Illius classis mentio. VIII. 29. Inde intelligimus hæc quoque *Mamæterioni* *Attico*, & *Octobri* proinde *Juliano*, non admodum affectis, convenire. *Chio* ergo discedens *Astyochus* *Pteleum* frustra oppugnat. Postea *Clazomenas*, ipsas quoque frustra. Inde *Phocæam* & *Cymen* ipse discedit *Astyochus*; naves autem, quas secum adduxerat, (*Peloponnesiorum*, ut videtur, & *Chiorum*) ad insulas *Clazomenis* propinquas, *Marathusam*, *Pelen* & *Drymussam*. Ibi moratæ ἡμέρας ὀκτώ, propter ventos contrarios, tandem ipsæ quoque *Phocæam* & *Cymen* veniunt ad *Astyochum*. Hic agunt cum *Astyochus* de defectione *Lesbii*. Adversantur ei, quo minus defecturos juvaret, *Corinthii* sociique alii. Proinde *Chium* redit, χειμαδιστῶν τὴ νεῶν, procella nempe jactatis, mense saltem *Octobri*. Et quidem propter tempestatem anni *Hyemalem* *Thucydideam*. VIII. 32. Μετὰ τῆτο, pedestri itinere *Pedaritus* à *Mileto* *Erythras*, inde *maritimo* trajecit in *Chium*
E e e e e e cum



Annales Thucydidei.

cum exercitu. Hic rursus cum Pædarito & Chiis de Lesbiorum defectione agit Astyochus, quibus illum non audientibus, Miletum ipse cum suis discessit iratus. Obiter Corycum appellit oræ Erythrææ. Eodemque tempore classis Atheniensium Chium versus è Samo navigantium. Sic tamen ut utrique alteros latuerint. Inde manifestum est hoc idem tempus fuisse, quo è Samo Chium classis Atticæ pars appulerit, cujus mentio VIII. 30. & reliqua adeo quæ præcesserint hac Epocha fuisse antiquiora. Et tamen classis Atticæ metum urgebat Pædaritus, quo minus Lesbiis defecturis auxiliarentur. Sami nimirum tunc agentis, nondum autem Chium appulsæ. Proinde hæc, siquidem mensi Hyemali primo convenient, Mæmæsterioni Octobrique affectis assignanda. Accepta ergo Pædariti de Erythraeorum cum Atheniensibus sententium consilii proditoriis Epistola, Astyochus Erythras iterum venit. Hic illum reperit Pædaritus cum de fœditia illa proditione quæreret, qui postea rursus Chium, Astyochus Miletum, navigat. Ἐν τούτῳ, classis Attica tres Chiorum naves conspicata persequitur, & procella, χειμῶνι μεγάλῳ, tres è numero suo naves amittit. Reliquæ in Phœnicuntem portum Mimiæ subjectum se recipiunt. Ἐντεῦθεν ἕσπερον, Lesbium veniunt Athenienses, & ad munitiones excitandas se accingunt. Frequentes adeo per hæc tempora procellæ non incommode ad Octobrem Novembremque Julianos referri possunt, & ad Mæmæsterionem proinde Atticum vel Pyanepsionem. Maris quidem clausi festum Novembris Juliani die XI^o. celebrabant Romani. Sed hos quoque, quos dixi, menses periculosos agnoscebant, navigationique parum propitios, ut Nos docet Vegetius, tam siderum nomine, quam ventorum.

VIII. 35. Τὸ αὐτὸ χειμῶνι, Hippocrates Lacedæmonius cum tredecim navibus in Cnidum trajecit, quæ jam à Tissapherne defecerat. Harum navium sex ad Triopium Cnidicæ promontorium capiunt Athenienses. Tum Cnidum ipsam per duos dies oppugnant. Sed labore irritò. Hæc mense Attico Pyanepsione, ut opinor, Julianoque Novembri.

VIII. 36. Ἐπὶ τῷ αὐτῷ χειμῶνι, Astyocho Miletum veniente, novas Pacis conditiones melioresque cum Persis ineunt, præsentè Theramene, Lacedæmonii, quam antea præsentè Chalcideo. Tempus idem. Hoc factus propterea, Theramene præsentè, initum dicitur, quod post fœdus initum naves fidei suæ commissas Astyocho Nauarcho tradiderit. Fœdus hoc 2^m. est.

VIII. 38. Μετὰ ταύτας τὰς συνθήκας, Theramene discedente, rursus præest Astyochus. Athenienses è Lesbo Delphinium in Chio muniunt. Pædaritus in Chio auxilia accersit ab Astyocho. Cum non impetraret, literas in illum mittit Lacedæmonem. Interea naves Atheniensium è Samo Milesios infestant. Milesiis tamen ad prælium prodire nolentibus, iterum se in Samum recipiunt. Hæc etiam Pyanepsione & Novembri ad exitum vergentibus, vel captis etiam Possideone Attico & Decembri Juliano.

VIII. 39. Ἐν τῷ αὐτῷ χειμῶνι, naves Peloponnesiorum Pharnabazo paratæ à Lacedæmoniiis opera Chelligiti Megarensis & Timagoræ Cyziceni, in Joniam navigant ὀλίγῳ χρόνῳ, non longe à die Decembris Juliani XXVIII^o. Nempe die 182. vel 183. à Jun. XXVIII^o. quo Solstitium Æstrivum



Æstivum observaverat *Meton*, cujus *Cyclum* usurpabant cives *Metonis Athenienses*, nulla adhuc suspicione de *anticipatione* in tanta illa *Astronomiæ* ruditate. Hic dies erat *Posideonis* Attici penultimus vel ultimus, pro nostris *Tabulis*. Hinc dicimus superiora omnia hoc anno *Juliano* contigisse, *Varroniano* nempe 342. Mittuntur una *undecim* viri *Spartiatæ* Judices *Astyocho*. Inde constat literas in illum *Pedariti* jam antea *Spartam* appulisse. Imo hoc ipsum agnoscit ipse *Thucydides*. Classis illa tres *Atheniensium* naves *Meli* deprehensas accendit. *Metà τῶτα*, ne elapsæ *Atheniensium* naves adventum suum proderent, *Cretam* versus navigat longiori circuitu, & *Caunum* adeo in *Asia* appellit. Inde nuncios *Miletum* mittit, ut *Astyocho* opera eo deduceretur. Horum finis in proximum annum *Julianum* incurrit *Varronianum* 343. mensemque Atticum *Gamelionem*.

VIII. 40. *Κατὰ τὸ αὐτῶν χεῖρον*, cunctantem *Astyocho* novis rursus de auxilio nunciis *Pedaritus* interpellat. Parato tandem ad auxilium *Astyocho*, nuncius supervenit à classe ad *Caunum*. Eo itaque properat. Obiter *Con* insulam, urbemque ejus *Meropidem*, diripit. Inde *Cnidum* navigat. Inde *Symam*. Hic in *Atheniensium* classem incidit, à qua primum victus tum deinde vincit, fugatis *Atheniensibus* primo in *Teuglufsam*, tum deinde in *Halicarnassum*. *Μετὰ τῶτο*, *Peloponnesii*, adjuncta sibi classe *Caunia*, primo *Cnidum*, tum *Symam* petunt, ubi *tropæo* statuto in *Cnidi* portum redeunt. Hæc, cum in *Asiam* pertigisset classis *Lacedæmoniorum*. Proinde *Gamelione* Attico affecto, qui à die cœpit *Decembris* Juliani xxx°. Itaque *Januario* Juliano anni *Varroniani* 343.

VIII. 43. Post *Naumachiam Athenienses* à *Samo* *Symam* veniunt, naviumque suarum armamenta diripiunt. Propter *tropæum*, ut videtur, ne *Maris Imperio* cedere viderentur. *Loryma* in continente oppugnant, prælio tamen nullo cum classe *Peloponnesiorum* ad *Cnidum*. Ad *Cnidum* de novis cum *Tisapherne* Pacis *Persicæ* conditionibus agunt *Peloponnesii*, quas indignatus ille recedit. Hinc *εὐδὴς αὐτῶ πρὸ χειμῶνι*, *Rhodiis* accersentibus, à *Cnido* movent *Peloponnesii*. *Camirum* ex improvise oppugnant, *Rhodiisque* defectionem suadent ab *Atheniensibus*, classe *Atheniensium* à *Samo*, paulo, quam opus erat, serius auxilium ferente, *κατὰ τὸ καεῖν τῶτον*. Inde *Rhodiis* ipsis bellum inferunt *Athenienses*. Hæc ante diem *Januarii* Juliani vi^m, qui idem erat *Gamelionis* Attici viii^{us}, ut mox ostendemus. Nec tamen diu ante esse potuisse è supra dictis post *Brumam* gestis constat.

VIII. 44. *Ῥοδὶ Πελοποννησίου νόυχαζον ἡμέρας ὀγδοήκοντα ἀνελκυσάντες τὰς ναῦς*. Discesserunt tamen ante hujus *Hyemis finem*, ut testatur in anni hujus fine *Thucydides*. Sed paulo, ut videtur, antea, cum discessus in ipso anni fine meminerit, VIII. 60. ut ibi ostendemus. Exit hic annus *Belli*, ut è nostris constat *Tabulis*, *Martii* Juliani die xxvii°. quo cœpit dies Attici *Elaphebolionis* ultimus. Additi dies illi *Martii* diebus *Februarii* xxviii. dies conficiunt in universum lv. Superfunt ergo dies xxv è *Januario* subducendi. Sic *Rhodum* venerint *Peloponnesii* circiter diem *Januarii* Juliani vi^m, præter propter. Etiam illud ex intervallo colligimus à *Thucydide* assignato inter *Brumam* hujus anni *Solstitialem* ti-

Eeeeeee 2

nemque



Annales Thucydidei.

nemque *Elaphebolionis*, hoc anno Attico *Civili spatium* superesse nullum quod mensi tribuatur *Embolimo*. Recte ergo illum pro *Communi* nostræ habent *Tabulæ*.

VIII. 45. Ἐν τούτῳ, καὶ ἐπὶ πλείονος πένε εἰς τὴν Ῥόδον αὐτῶν ἀναστῶναι, *Peloponnesiorum* de interficiendo *Alcibiade* Epistola ad *Astyochum*, dum scilicet ipse *Nauarchus* esset *Astyochus*. Certe post appulsum *Peloponnesiorum* ad *Caunum*, nunciumque inde missum ad *Astyochum*. Nec enim potuit antea de *Epistola* illa fieri certior *Alcibiades*. Jam ergo fugit ad *Tissaphernem* *Alcibiades*, & de minuendo *Peloponnesiorum* stipendio dat consilium. Cum nempe *Tissaphernem* *Peloponnesiis* subinfensum reddidisset mentio *novi fœderis* cum eo ineundi. VIII. 43. Tum enim discessit *iratus*. Hanc ejus *iracundiam* in rem suam vertit astutissimus *Alcibiades*. Tum demum *tutum* erat *Alcibiadis* de fuga ad *Tissaphernem*, deque eo à *Peloponnesiis* alienando, consilium. Hæc certe *Gamelioni Januarioque* ineuntibus tribuenda esse nostræ docent rationes. Suspectum fuisse *Alcibiadem Peloponnesiis* à morte *Chalcidei*, prælioque ad *Miletum*, ipse monet hoc loco *Thucydides*. Antea etiam quam *Mileto* moveret *Astyochus*, nuncios fuisse testatur inter illum & cives suos *Athenienses*. VIII. 50. *Leo & Diomedon* opera *Alcibiadis & Pisandri* in locum *Phrynichi & Schironidis* iussu. VIII. 54. Hæc quoque *Gamelione* atque *Januario*.

VIII. 55. Ἐν τῷ αὐτῷ χειμῶνι, *Leo & Diomedon* *Peloponnesiorum* naves *Rhodi* jam subductas offendunt. Ut hi *Athenis* *Chium* *Alcibiadis* opera arcellerentur, *Gamelione & Januario* affectis, vel ad exitum potius fortasse vergentibus, consentaneum erat, ut è *Chio* etiam *Rhodum* usque pertigerint. Cæpit enim hanc operam *Alcibiades* iisdem illis mensibus jam cæptis. Victis *Rhodiis*, in *Chalcen* se recipiunt *Leo & Diomedon*. Inde bellum in *Rhodos* è *Co* gerunt. Nuncius *Rhodum* venit *Xenophontidas* *Lacon* à *Pedarito* auxilium urgens. Ipse interim *Pedaritus* erumpens primo vincit *Athenienses*, deinde vincitur occumbitque. Hæc mense, ut opinor, *Anthestevione*, qui à die *Januarii* *Juliani* inivit xxviii.

VIII. 56. Μετὰ ταῦτα, *Chii*, cæso *Pedarito*, à terra marique arctius obidentur. *Alcibiades* *Tissapherni* jam diffidens, *Pacis* cum *Atheniensibus* spem abrumpit, duriora postulando quam quæ concedi posse arbitrabatur. Inde rursus *Alcibiadi* irascuntur *Athenienses*. Hæc *Elaphebolione* jam cæpto, & post *Februarii* proinde *Juliani* diem xxvii^m. Nam certe post mutatam *Atheniensium* *Democratiam*, cœptumque jam *quadringentorum* *Optimatum* Imperium.

VIII. 57. Ἐνδὲς μετὰ ταῦτα, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ χειμῶνι, post discessum *Atheniensium*, *Caunum* ad *Peloponnesios* venit *Tissaphernes*, tertiumque cum illis inivit fœdus, *Ephoro* *ALEXIPPIDA*, anno autem *Darii* Regis (*Notbi* nimirum) xiii^o. Hæc *Martio* *Juliano* ineunte contigisse crediderim, & mense Attico *Hyemali ultimo* *Elaphebolione*. Certe ante sequentia statuenda sunt, quæ τελευτῶντος ἡδὲ χειμῶνος gesta narrat noster. Mortuum *Ataxerxem* *Longimanum* hujus *Darii* patrem anno hujus *Belli* vii^o. jam superius ostendimus, & quidem *Hyeme*. Post diem *Septembris* *Juliani* xxx. quo inivit *Ephorus* *Alexippidas*. Post *Decembris* etiam



etiam Juliani diem xxviii^m. quo erant *Civiles τρωάι*. Eas enim *elapsas* cum hoc *tertium* fœdus iniretur, docet ipse *Thucydides*. Et tamen annum hujus *Darii* xiii^m. *labentem* tantummodo, cum *fœdus* iniretur, verba fœderis ipsa supponunt. *Nondum* ergo cœperat annus Principis hujus xiv^{us}. à morte *Patris*, quod tamen necesse erat si ante *Brumam* decessisset Pater illius *Artaxerxes*. Et tamen ante *Martii* Juliani diem xxvii. hoc *fœdus* ininitum est, qui *dies* erat *ultimus* hujus anni *Thucydidei*. Imo ante diem *Martii* xx. qui *dies* erat *ultimus* anni hujus *Belli* vii. quo decessit *Artaxerxes*. Hoc enim *die* xiii^m. absolvisset annum noster ille *Darius* à *die* illius anni *Belli* vii. *ultimo*, quo excessit pater *Artaxerxes*. Medio ergo aliquo *die* inter *Decembris* xxviii^m. & *Martii* xx^m. statuendus erit *dies Artaxerxis emortualis*, idem *Darii* Natalis. Imo mensis *Elaphebolionis* initio, quo Magistratum inibant *Atheniensium* *quadringenti* *Optimates*, *fœdus* hoc fuisse recentius anno *sequenti* probabimus. Ita fiet ut *arctioribus* adhuc limitibus concludatur mors *Artaxerxis*, hujusque successio *Darii*. Nempe inter *diem* *Februarii* xxvii. quo hic cœpit *Elaphebolion*, *diemque* *Martii*, ut ostendimus, xx^m. Quo minus citius *fœdus* esse potuerit, obstant res *gestæ* *antea*, & tamen *post* *Brumale* *Solstitium*. Modicum à mutata *Atheniensium* *Democratia* spatium ad *fœdus* intercessisse docent verba illa : 'Ευδὸς μετὰ ταῦτα. Nec multo *serius* fuisse exinde colligitur, quod in annum *Darii* inciderit xiii. Nec enim jam longe aberat, ut ostendi, novi anni *Natalis*. Videnda quæ diximus supra anno *Belli* vii^o. Et ad hæc exigenda sunt quæ tradidimus *Diff.* viii. 28. Hæc enim certiora existimo.

VIII. 59. Μετὰ ταῦτα, *Tissaphernes* operam dedit ut naves *Phœnissas* pararet ; utque etiam manifeste constaret se parare. *Elaphebolione*.

VIII. 60. Τελουτάντων ἡδὲ τῶν χειμῶνων, *Bæci* *Oropum* proditione occupant, *Eretrienfibus* faventibus & *Oropiis*. Tum *Peloponnesiorum* ad *Rhodum* classem in *Eubæam* invitant *Eretrienses*, *Chios* juvandis jam paratam. Dum navigarent *Peloponnesi*, incidunt in classem *Atheniensium*, quæ à *Chalce* veniebat, ipsi ad *Triopium*. Neutris prælium incipientibus, *Athenienses* in *Samum*, *Peloponnesi* *Miletum*, se recipiunt, cum nulla deinceps spes superesset *Chios* adjuvandi sine *prælio* maritimo. Καὶ ὁ χειμῶν ἐτελεύτησεν, &c. Hæc paulo ante diem *Martii* Juliani xxvii^m. qui finis erat *Elaphebolionis* *Attici*, hoc nempe, quo versamur, anno. Postea autem quam se in *Chalce* recepissent *Athenienses* inde *Bellum* deinceps in *Rhodos* gesturi, de quo noster VIII. 55. Hoc mense *Anthesterione* contigisse nostræ exigunt rationes, & mense *Juliano* fortasse *Februario*. Ibi enim classis *Attica* excubias egit in classem *Peloponnesiorum* *Rhodi* subductam. Quas quidem *excubias* si ad *Martium* *Julianum* *exeuntem* usque produxerimus, nihil sane est, quod quidem videmus, incommodi.

VIII. 61. Ἐστὶ ἐν Πέδω ὄντων Ἀσούχου, *Leo* vir *Spartanus* missus in locum *Pedariti*, è *Mileto* cum navibus xii. *Mileti* prælidariis. His auxiliis adjuti *Chii* cum *Atheniensibus* prælio maritimo decertant, nec inferiori conditione discedunt. Hæc paulo post superiora, ante finem *Elaphebolionis*,

Eeeeeee 3.



Annales Thucydidei.

bolionis, Mart. xxvii. Et post Anthesterionem, quo cecidit Pedaritus. Alia hujus Anni videnda in sequenti.

Ann. xxi. Belli Peloponnesiaci.

		Epoch. <i>Attic.</i>	Epoch. <i>Laconic.</i>
Per. Jul. 430 $\frac{3}{4}$.	Olymp.	xcii. 1. mens. 3. Arch. <i>Callia.</i>	1. Eph. <i>Alexippida.</i>
U.C. Varr. 34 $\frac{3}{4}$.		2. mens. 9. Arch. <i>Theopompo,</i>	2. Eph. <i>Misgolaïda,</i>
Ant. Chr. 41 $\frac{1}{2}$.		à die Junii Juliani xxv.	à die Sept. Jul. xix.

Phaeinidis Sacerdotissæ Argivæ anno 13^o. à fine Boedromionis Attici, ante diem Sept. Juliani xxi.

viii. 61. Τὴν ἑννενήκωτον ἡμέραν, ἀπὸ τῆς ἑξῆς ἐκείνης ἀρχομένην, proinde mox à die Martii Juliani xxviii^o. Nescio annon ipso illo die, qui Munychionis Attici primus erat. Sic enim loquitur supra noster de Eclipsi quæ primo Veris ineuntis die contigit. iv. 52. Hoc inquam, fortasse die Dercylidas vir Spartanus (sensu à nobis superius explicato viii. 22.) itinere terrestri, πρὸς τὴν Ἀβυδὸν Ἠελlesποντίου, mittitur, qui urbem illam sollicitaret ad deficiendum ab Atheniensibus. Certe post prælium illud maritimum Leonis Spartani Chiorumque cum Atheniensibus cujus in anni superioris fine meminimus. Eo enim referenda nostri verba sunt: Μετὰ τῷτο ἑξῆς. viii. 62. Medio tamen tempore Rhodo discessit classis Peloponnesiorum. Nam anni superioris fine discessit classis. Hoc demum anno missus est ad Abydum Dercylidas. Et quidem, ut videtur, ab Astyocho Miletum jam reverso.

viii. 62. Μετὰ τῷτο ἑξῆς, nempe post superioris anni prælium, Dercylida à Mileto veniente, ad eum Pharnabazumque defecit Abydos. Et Lampfacus δὲ οὖν ἠμῆραϊν ὕστερον. Hæc certe Aprilis ineunte, postquam tot essent elapsi dies quot pedestri itineri sufficerent à Mileto Abydum, qui quidem dies à Martii Juliani die, ut dixi, xxviii^o. fuerint numerandi. His auditis Strombichides cum classe navium xxiv. à Chio movet πρὸς τὴν ἑξῆς, victisque Lampfacenis, urbem eorum primo statim impetu, αὐτοβοῶν, capit. Abydum etiam oppugnat, sed frustra. Itaque Sestum munit in præsidium Hellepontii. Hæc certe Strombichides postea quam facta rerum à Dercylida Abydi Lampfacique gestarum ad Chium pervenisset. Proinde post dies aliquot quam res illas gessisset ipse Dercylidas. Tempus enim concedendum erat primo nunciis de Dercylida; deinde apparatui itinerique Strombichidis; denique rebus à Strombichide gerendis, præcipue vero Sesto muniendæ. Efficient hæc ut, si in Aprilem ineuntem referendus sit finis rerum à Dercylida in Helleponto gestarum, quæ Chio Strombichidem in illas usque partes elicuerit, ad Aprilem certe affectum pertingere debuerint res ibidem postea gerendæ à Strombichide. Proinde ad Munychionem Atticum paulo adhuc magis affectum. Nec longe, ut opinor, à scopo aberravi.



VIII. 63. Ἐν τῷ τῷ, dum scilicet abesset in *Helleponto Strombichides*, maris domini *Chii*. Post *Ναυμαχίαν*, de qua in *superioris* anni fine. Proinde *Munychione* & *Aprili*, hac fretus spe *Mileto Chium* prodit *Astyo-chus*, inde *Samum*, *Chiorum* classe comitatus. Sed, cum *Athenienses* vicissim non prodirent, nec *prælii*, quod expectabat, copiam facerent, ipse tandem iterum *Miletum* rediit.

VIII. 63. Ἐπὶ τῷ τῷ ἔχοντος, ἢ ἐπὶ αὐτῶν, soluta *Athenis* *Democratia*, constitutis in *Reipublicæ* regimine *quadringentis* *Optimatibus*. De his ita *Lexicon Photii* MS. Οἱ τετρακόντοι αὐτῶν ἐπὶ ἐπὶ κατέστησαν ἢ ἂν τυράννων. *Reclē*. Non tamen post annos septem *integros*, sed *anno* denuum atque *Archonte* post hujus anni *Archontem* VII^o. Hoc nempe *Archonte Callia*, & hujus adeo *Olymp. xcii^a*. anno *primo*, *quadringentis* illis *Rempubli-cam* crediderunt *Athenienses*. Ita verbis disertissimis *Diodorus* & *Plu-tarchus* in *vita Lysiacæ* *Rhetoris*. Sed *anno* atque *Archonte exituris*. Proinde *formam* *Reipublicæ* veterem sub *sequenti Archonte Olymp. xcii. 2ⁱ*. restitutam testatur idem *Diodorus*. Inde manifestum una cum *Ar-chonte Callia* abdicasse etiam *Optimates* illos *quadringentos*. Addit *Pho-tius*: οἱ πῶς πῶς αὐτῶν ἢ ἐξ ἢ πῶς. Sic magistratum *inierint* qua-dringenti *quarto* ante anni *Archontisque* finem *in eunte*, scilicet *Elaphebolione*. Proinde *Februarii* die *xxvii^o*. aut non longe ab eo, *ini-riunt* *quadringenti*, qui *primus* erat *Elaphebolionis Attici*; *Junii* autem *xxv^o*. *exierint*, qui *primus* erat *sequentis Hecatombæonis*. Et *reclē* adeo dixerit *noster*, non *hoc* solum *novæ* hujus *Ætatis* *tempore*, sed *ἐπὶ αὐτῶν*, ad *Reipublicæ* *clavum* illos fuisse *quadringentos*. Indicat *nimi-rum*, ita hujus anni *initio* præfuisse, ut tamen ante *superioris finem* ini-erint. *Innuitque* obiter, *Communem* hunc, non autem *Embolimæum*, fuisse, in quo *versamur*, annum, quo *anno* *præcedenti* potius quam *se-quenti* accenseri solebat *Elaphebolion*. Nempe plane talem qualem *no-itræ* quoque *representant Tabula*. Et quidem *tempora* illa ipsa fuisse, quæ *Nos* delignavimus, *res ipsa* docet. *Auctor* enim *mutandæ* *Demo-cratiæ*, *Plebe* licet *invitissima*, fuerat *Alcibiades*. *Nomine* tamen *Tis-saphernis*, *Regisque* adeo *Persici*, *cujus* *Satrappa* erat ipse *Tissaphernes*. Proinde *illo* *tempore* *consilium* de *mutanda* *Democratia* *inierint* *opor-tet*, quo, *Alcibiadis* *opera*, de *Pace* agebatur inter *Cives* suos *Athenien-ses* *Regemque* *Persarum*. Non certe *illo*, quo, *converso* demum ad *Lacedæmonios* *Tissapherne*, nihil jam poterat apud illum *Alcibiades*; spesque illa *omnis*, *cujus* *intuitu* tam *duram* *Regiminis* *mutandi* *condi-tionem* *susceperant* *Athenienses*, jam *penitus* *decollaverat*. Sed *Pacem* ipsam cum *Lacedæmoniis*, quæ *anno* erat *Darii* *Regis* *xiii^o*. *superioris* *anni* *fine* *coaluisse* *mente* *Attico* *Elaphebolione*, nec *Martio* *Juliano* *ad-modum* *affecto*, jam *ostendimus*. Itaque *Martio* *ineunte* *abrupta* *spes* illa *Pacis*, *cujus* *internunciis* & *sequester* fuerat *Alcibiades*. Proinde *illo* *tempore* *recentior* esse ne *quidem* potuit tanta illa *Reipublicæ* *Atticæ* *mutatio*. Nam *in* *gratiam* *quidem* *facta* est *Tissaphernis*, *interventa* ta-men *Alcibiadis*. *Pædere* autem cum *hostibus* *Lacedæmoniis* *inito*, jam *causa* *nulla* erat *cur* *quicquam* *concederent* *Athenienses*, *in* *gratiam* *Tis-saphernis*. Et *alienato* *Tissapherne*, nec potuit *promissa* *præstare* quæ
Tissaphernis



Annales Thucydidei.

Tissaphernis nomine stipulatus fuerat *Alcibiades*; & ne quidem ipsi deinceps *Alcibiadi* placebat novum illud *quadringentorum* Imperium. Alieniores enim sensit à se Civium animos *Optimatibus* Imperium tenentibus. VIII. 68. Proinde illos Magistratu *exuendos* esse statuit, ut in *Populi* gratiam rediret, quod etiam denique, ut alia, felicissime executus est. Cœperunt hæc *Alcibiadis* consilia postquam *litteras* de se interficiendo à Sparta accepisset *Astyochus*. Postea nimirum quam *Cauni* cum classe *Peloponnesiorum* se idem junxisset *Astyochus*. Postea, inquam, quam novæ *fœderis* condiciones ab ipsa illa classe *Tissapherni* propositæ ipsum à *Peloponnesiis* alieniorem reddidissent. Hæc nos omnia *Gamelioni* mensi assignavimus. Hoc ergo mense & sequenti *Antbesterione*, de *quadringentorum* Potestate actum, quæ cœpit ab *Elaphebolione*. His, inquam, *limitibus* concludendi tot illi nuncii *legationesque* è *Samo* ad *Tissaphernem*, ab eo rursus *Samum* ipsasque *Athenas*, quibus id tandem impetratum ut formam *Reipublicæ* mutarent *Populo* gratissimam. Ita effectum ut consilia illa de mutanda Republica *Januario* cœpta ægre potuerint in eventum proficere ante affectum *Murtium*. Sic accurate nostris hisce de mutata *Democratia* tempore calculis tota rei gestæ respondet Historia. Nescio autem, quo errore, aut quo fretus Auctore, quæ *Tissapherni* noster tribuit *Thucydides*, eadem *Pharnabazo* censuerit imputanda *Diodorus*. Non tamen est cur dubitemus quin *Thucydidi* potius fides adhibenda sit. Nec enim habuit *his* temporibus *Diodorus* Auctorem cum *Thucydide* conferendum.

Quod porro testatur *Photius*, hanc *quadringentorum* Aristocratiam *triginta Lacedæmoniorum Tyrannis septem annis* fuisse antiquiorem, id quoque recte se habet, si de *Decreto* intelligatur quo *Tyrannis* illis parere iussi sunt *Athenienses*; non autem de tempore quo *Tyranni* ipsum Magistratum inierint. Victi sunt ad *Ægis* fluvium *Athenienses* à *Lysandro* anno *Olymp.* *xciii.* 4°. VII°. nimirum *Archonte* ab hoc, in quo versamur, *Archonte* Magistratum tenente. Novo deinde victoriae terrore *Urbs* ipsa sub eiusdem anni *Attici* finem obsessa est. Ita scilicet ut *Munychionis* die *xvi.* Urbem *Lysandro* deditam testetur *Plutarchus*. Hanc deditioem huic anno 4°. *Olymp.* *xciii.* tribuit etiam *Diodorus*. Ipsum tamen Magistratum anno *Olympiadis* *xciv.* 1°. tenuerunt, cujus proinde partem priorem *Ἀναρχία*, postremam *Archonte Polydoro*, pulsus jam *Tyrannis*, Legibusque jam reviviscentibus, designant *Facti Attici*. Ita necesse est ut *Decretum* de præficiendis *triginta Tyrannis* anno *Olympiadis* *xciii.* 4°. condiderint *Lacedæmonii*. Eundem sequitur calculum noster quoque *Thucydides*, cum annos *Belli* numerat duntaxat *xxvii.* *Urbis* nimirum deditioe *Belli finem* censendum esse statuit. Et per *Archontes*, hoc saltem spatio quo uno eodemque mense *Attico Hecatombæone* inibant omnes. Ita numerus annorum *xxvii.* respondebat satis accurate, si *rotundus* intelligatur. Nec enim *dierum* supervacuorum rationem prorsus ullam noster videtur habuisse. Utrovis autem modo *initium* *Belli* supputarit *Thucydides*, *Munychion* ille, quo *Urbs* dedita est *Lysandro*, ad annum spectat, ab hoc *novata Democratia* anno, *vii.* & *Belli universi* *xxvii.* Si quidem ab initio *Veris*,
quam



quam priorem Ætatis Thucydideæ partem esse diximus; si mensis Ver-
nalis primus in anno, qualis noster est, qualis etiam primus erat Belli
Peloponnesiaci, Communi nimirum, non Embolimæo, ipse est Muny-
chion, & ab initio proinde Munychionis novi anni censendi erunt. Sin
potius à rebus Platææ gestis, à quibus duo tantummodo supererant Ar-
chontis illius, sub quo sunt gestæ, menses; licet etiam à fine Munychionis
novi anni erunt numerandi. Qui autem annos Belli xxviii. numera-
bant, illi ad excussum Lacedæmoniorum jugum potius Bellum censen-
dum æstimabant, pulsosque è Tyrannide illos Lacedæmoniorum mini-
stros. Sic numerasse videtur annos Belli Xenophon, dum illos Ephoris
numerat Lacedæmoniis. Ne quidem illud, ut videtur, immerito. Epha-
rorum enim nominibus gesta sua annua Athenienses consignasse verifi-
millimum est, dum Lacedæmoniorum Imperium agnoscerent.

Numerat præterea hunc eundem mutatae Democratiaæ annum Thucy-
dides centesimum à Tyrannis. viii. 68. Centum anni xxv. conficiunt
Olympiadas. Sic Olympiadis lxxvii. anno 1^o. pulsus fuissent Pisistratidæ.
Sed è Thucydidis hypothefibus invicem consentientibus Ol. lxxvii. anno
3^{io}. pulsos jam superius evicimus. Num ergo numerum pro rotundo ha-
bebimus? Ità facile esset Thucydidis hæc rationes, quæ adeo diversæ
videntur, invicem conciliare. Atqui necesse non est ut eo confugia-
mus. Geminum huic exemplum est, quo à prælio Salaminio, vel à fuga
Xerxis, ad initium Belli Peloponnesiaci quinquaginta annos illum nume-
rasse vidimus. Nempe ab Olymp. lxxv. i. quo fugit Xerxes ad Olymp.
lxxxvi. i. quo hoc, in quo veriamur, Bellum erupit cum Peloponnesiis.
Justarum hic Olympiadum tantummodo xii. discrepantia est. Desunt-
que hic similiter anni duo ad numerum quo spatium hoc complexus est
Thucydides. Et tamen annos illos l. pro mente Thucydidis, in Ante-
Peloponnesiacis numeravimus. Ita scilicet ut annos extremos ambos,
primum ultimumque, complexus fuerit illa summa Thucydides. Sic fi-
ent anni xlix. Cui l^{us}. accedet ex Archonte semestri Apseude. Quo-
niam enim, excepto uno illo Archonte, alii omnes erant annui, inde factum
ut annum ab illo initio quinquagesimum quinquagesimo Archonte de-
signarit. Et quidem satis consentanea erat illa methodus numeranti è
Fastis Archonticis. Accedat ergo, in hoc centenario spatio, annus ipse,
quo fugati sunt è patria Pisistratidæ, annique erunt nonaginta novem.
Additusque hic semestris Archon Apseudes Archontum numerum cen-
tum absolvet à Thucydide designatum. Nec sane absurde Thucydidis
numeros Ante-Peloponnesiacos ad Fastos Archonticos exigemus potius
quam ad anni formam illam, quam secutus est in Peloponnesiacis, quæ
è tempestate duplici constabat, Æstiva atque Hyemali, utraque se-
mestri. Cum enim causam dicit cur Annales suos non per Magistratus
disposuerit annuos; id sane innuit à se expectatum fuisse pro decello-
rum exemplo. Id una innuit, se quoque pro exemplo illo facturum, nisi
obstitisset illa, quam profert, ratio aliter faciendi. Id denuo innuit à se
fuisse observatum in illis saltem temporibus in quibus locum nullum ad-
huc habebat illa ratio. Ratio autem ab illo adducta est, quod gestorum
annorum initium nulli tunc inirent Magistratus annui Eponymi, seu
F ffffff Athenien-



Annales Thucydidei.

Albeniensium, seu Lacedaemoniorum. Ea plane nulla erat dum inirent *Archontes* à *Gamelione*, quod ipso illo *Belli* anno 1^o. *Olymp.* LXXXVII^e. 1^o. mutatum ostendimus. Proinde in annis *Bellum præcedentibus* non aliter *Annales* dispositurus erat quam per annuos patriæ *Archontas*. Recte ergo in numeris *mixtis*, partim *Peloponnesiacis*, partim *Ante-Peloponnesiacis*, consentaneus erat *annorum* calculus, qui ad Fastos exigebatur *Archonticos*. Hinc etiam obiter intelligimus *Chronologiæ veræ* optime convenire *Archontem*, quem dixi, *semestrem*.

Addit etiam aliam *hujus anni notam*, non quidem accuratam eam, sed quæ tamen satis commode cum nostra *dispositione* convenit. Sic autem habet: Ἀλλὰ καὶ τῶν ἡμῶν ἔχοντες τὰ αὐτῶν ἄλλων ἄρχων Ἐιωθότα. VIII. 68. Hoc nempe volebat, *centenarii* hujus spatii parte *plusquam dimidia Athenienses* Sociorum imperio potitos. Proinde annis *plusquam quinquaginta* Sociis imperaverant. Quot anni præterea ad hunc usque annum accesserint, de eo nihil certi statuit. Quod tamen docuit pro nostris quoque *rationibus* verissimum est. *Olymp.* LXXVII. 3. *Imperium* hoc cœpisse probavimus. Anni L. *Olympiades* sunt XII. & duo præterea anni. Addantur prædicto anno, desinentque *Olymp.* xc. i. Erit ergo hic annus ab *Imperio* LIV^{us}.

Hæc autem *mutandæ* Reipublicæ consilia *Sami* primum à *Pisandro* jam à *Tissapherne* reverso agitata tam apud *Samios*, quam apud illos, qui *Sami* versabantur, *Athenienses*. Adhuc nempe *Tissaphernis* gratia florente *Alcibiade*. Mense, ut videtur, *Anthesterione* Attico & *Februario* Juliano. Mittitur inde *Pisander* εὐδὸς, & cum *Pisandro* legati alij, qui in *Urbibus* etiam subditis *Democratias* mutarent. Inter reliquos etiam *Diotrephes*, qui *Thraciæ* regendæ delectus, dum in Provinciam proficisceretur, obiter *Thaso* *Democratiam* solvit. VIII. 64. Ἀπειθόντες αὐτῷ δευτέρῳ μὲν μάλιστα, deficiunt propterea, ut videtur, *Thasii* ab *Atheniensibus* ad *Lacedaemonios*. Mensis δ' ἄτιτος nomine Ego mensem proximum intelligo, ut proinde *Attico* *Elaphebolione* defecerint, & *Martio* fortasse *Juliano*. Captata scilicet *mutatæ* *Democratia* occasione. Illorum exemplo idem conantur *Civitates* alia. *Brevi* autem *temporis* spatio hæc omnia acta esse exinde discimus, quod eodem *tempore* mutata fuerit *Democratia* tam *Sami* quam *Athenis*, κατὰ τὴν αὐτῶν χεῖρον. VIII. 73. Ut enim initum erat *Sami* consilium de mutatione antea quam *Samo* discederet *Pisander*, VIII. 64. ita *Athenis* *Pisander* reperit τὰ πλεῖστα τοῖς ἐπαύροις περιεργασμένα. VIII. 65. Inde *consilia* utrobique, tam *Sami*, quam *Athenis*, de *Sociis* in suam sententiam trahendis, VIII. 76. dum nondum alteri de alterorum consiliis resciscerent. Hinc ergo colligitur, *Anthesterione* admodum affecto *Samo* discessisse *Pisandrum*, ut *Athenas* eodem exeunte attigerit. Certe ante *Februarii* *Juliani* diem xxviii^m. qui dies erat *Anthesterionis* ultimus. Et tamen ante *scædus* 3^m. *Elaphebolione* initum, ut probavimus. Hæc ergo referenda verba existimo: Ἐν τῷ τῷ χεῖρον. VIII. 67. Nempe ad *finem* *Anthesterionis*, *Julianumque* *Februarium*.

VIII. 70. Constituti jam in Magistratu *quadringenti* ad *Agidem* *Lacedaemoniorum* Regem *Deceleæ* agentem præconem mittunt, cui tamen ille *Responsum* nullum reddidit. Hæc mox à *Februarii* die xxvii^o. ut è prædictis



dictis constat. Is accersito è *Peloponneso* magno exercitu propius *Urbem* movet. Sed, præter expectationem, depulsus *Deceleam* redit. Illos autem quos accersiverat è *Peloponneso* ὀλίγας τινὰς ἡμέρας ἐν τῇ γῆ μείναντας domum remittit. Hæc certe *Martio* ad minimum *exente*, & proinde *Elaphebolione*, vel etiam cœpto *Munychione* & *Aprili*, ut spatium satis laxum concedatur copiis è *Peloponneso* accersendis, eodemque remittendis. Ne apparatus moram dicam, *dierumque*, quibus in *Attica* permanferint.

VIII. 71. Μετὰ τῆτο, novæ *quadringentorum* ad *Agidem* legationes, eoque Auctore ad *Lacedæmonios*. Cœpto jam certe non *Munychione* duntaxat *Attico*, verumetiam *Aprili* *Juliano*. Nec enim antea quam domum reverfi fuissent *Peloponnesii*. Hoc ergo jam Belli anno.

VIII. 72. Ἐνδὲς μετὰ τῶ αὐτῶν μετὰσαιν, missi à *quadringentis Samum* legati, qui *Samios* in officio continerent. Hæc certe post *Martium* affectum & *Elaphebolionis* quo *quadringentos* inivisse probavimus. Sed mora aliqua fortassis interposita. Nam eodem tempore *Sami* *Democratiam*, quo *Athenis*, mutatam jam probavimus. Nondum ergo *Athenis* constabat quid *Sami* gestum esset, cum Magistratum inirent *quadringenti*, dum novi venirent certique rerum *Sami* gestarum nuncii. Et seditionis *Samiorum* Auctorem eundem agnoscit *Thucydides*, qui fuerat *Athenis* Aristocratix, nempe *Pisandrum*. VIII. 73. Moram ergo fuisse necesse erat inter *Aristocratiam Sami* constitutam *seditionemque*, tantam scilicet quæ sufficeret reditui *Pisandri* ab *Athenis* ad *Samum*, conatibusque ejusdem vulgo ad *seditionem* concitando necessariis, tantam præterea quæ sufficeret hujus quoque *seditionis nunciis* (quæ quidem *seditione Aristocratia* ipsa tanto fuerit posterior) *Athenas* perferendis. Nempe si hæc vera sint. Ita ad mensem usque *Martium* res dilata fuisset, eodem tamen *Attico Elaphebolione*, si his gradibus res fuisset *Sami* gesta. Sic tamen fateor loqui *Thucydidem*, quasi res à *Pisandro Sami* gestæ adventum illius *Athenas* præcessissent, utque *Seditionibus* in *Aristocratia Sami* constituenda orientibus occurrerent quas à *Pisandro* earundem Auctore *quadringenti* didicerint. Tam enim constitutam *Sami* docet *Aristocratiam* quam *solutam* antea quam *Sami* quippiam de *quadringentorum* Magistratu in Urbe ipsa *Atheniensium* rescisceretur. Οὐ γὰρ ἠδελάν πο τὲς τετρακοῖους ἀρχοντας. VIII. 74. Proinde antea quam *Samum* appulissent missi ab *Athenis* legati. Imo illos ipsos *legatos*, cum *Delum* attigissent, de rebus in *Samo* novatis audivisse testatur noster, VIII. 77. Quare ultra unum alterumve diem *Reipublicæ* præesse non poterant *trecenti Samiorum* Optimates. Antea nimirum *exuti* quam *utrobivis* constaret de rebus in *altero* loco novatis. Itaque *Martio*, ut videtur, affecto pulsos fuisse necesse est *trecentos Samios*. Opera potissimum *Leonis* & *Diomedontis*. VIII. 73. Μετὰ τῆτο, jurant in *quadringentos Atheniensium* tyrannos, non modo, qui in *Samo* erant, *Athenienses*, verumetiam ipsi quoque *Sami*. Auctoribus jurisjurandi *Thrasymbulo* & *Thrasyllo*, qui restitutæ apud *Samios* *Reipublicæ* præcipui fuissent Auctores. Hæc etiam proinde *Martio* admodum affecto, & *Atheniensium Elaphebolione*.

VIII. 78. Τὸ δ' ἕχρον τῆτον, & ἐπειδὴ τῶ ἀπυλέδατο αὐτοῖς (*Peloponnesius Miletus*)

F f f f f f 2



Annales Thucydidei.

Mileti agentibus) ἢ ἐν τῇ Σάμῳ παραχρῆ. VIII. 79. jam *prælium* meditantur *Peloponnesii* navibus 112. quod detrectant *Athenienses* quibus paves erant duntaxat 82. Τῇ ὑστεραίᾳ, additis *Strombichidis* ex *Helleponto* navibus, jam classè navium 108. instructi pugnandi copiam *Peloponnesiis* fecerunt *Athenienses*, detrectantibus deinde viceversa *Peloponnesiis*. Hæc Nos antea *Martii Juliani* initio assignavimus, nec longe adeo ab initio *Elaphebolionis* Attici. Jam dubitamus itane se res habere potuerit. Mentio enim *reversi* ex *Helleponto Strombichidis* facit ne ante *Munychionem* saltem *affectum* illa contigerint. Et tamen *modico* admodum intervallo à soluta *Sami trecentorum* Aristocratia contigisse res ipsa postulat. Quam quidem *Aristocratiam* paulo post *initium* Aristocratiae *quadringentorum Atheniensis* solutam esse jam probavimus. Jam antea præcesserat mentio *legatorum* à *quadringentis Atheniensium* Optimatibus missorum ad stabilendam *trecentorum* apud *Samios* Aristocratiam. Hos ait Auctor, com *Deli* famam de restaurata *Samiorum Democratia* accepissent, ibidem, nempe *Deli*, quievise. Tum deinde sequuntur verba à nobis descripta: Ἐπὶ δὲ χρόνον ἄριστον &c. Unde colligimus, *tempus*, de quo hoc in loco agebat, idem fuisse quo *Deli* hæserint, propter infauftum illam è *Samo* nuncium, *quadringentorum* legati. Imo *turbas* illas *Samiorum* in causa fuisse cur *Samios* adorti fuerint è *Mileto Peloponnesii*, ex ipso *Thucydide* supra observavimus. Vix certe tum, cum adorirentur, sedatas nisi *mora* sua rei bene agenda occasione corruperint, quod sane verisimile non est. Nedum tantos fuisse *cessatores* ut ad spatium *menstruum* distulerint. Quid hic dicemus? *Moram* fuisse inter *stabilitam Athenis* Aristocratiam, *solutamque Sami*? Hoc certe, pro *Thucydidis* sententia, asseri non posse modo probavimus. Dedimus tamen, quæ *moram* illam videbantur probare, rationes. Plane nihil occurrit, nisi, ut dicamus, *quadrimestrium* spatium, quo *quadringentos* in Magistratu fuisse probavimus è *Photio*, non *integrum*, sed *ceptum* duntaxat intelligendum esse. Ita nimirum, ut *quarto* ante anni Civilis finem *mensē*, nempe *Elaphebolione* quidem inierint *quadringenti*, sed *exeunte*. Sic enim fiet ut in *Munychionem* convenient illa quæ diximus. Eodem faceret si ad *Vernalis* tempestatis rationes, hoc saltem anno, accessisset *Elaphebolion*. Sed nec patitur *Cycli Metonici* methodus ut hic annus fuerit *Embolimæus*. Nec alio anno quam *Embolimæo Vernam* tempestatem augebat *Elaphebolion*. Nec denique cum *sequentium* temporum rationibus ita commode conveniet, ut *retrabantur* tempora, de quibus loquimur, quam ut *protrabantur*. *Mediam* ergo rationem illam arbitror esse verisimillimam.

VIII 80. Ἐν τῷ αὐτῷ δέπει μετὰ τὸτο εἰδὺς, naves 40, *Clearcho* duce, ad *Pharnabazum* mittunt *Peloponnesii*. Sed *χειρῶν* dissipatæ *decem* earum *Helixo Megarensi* præfecto in *Hellepontum* elapsæ sunt. Reliquæ cum *Clearcho Delum* tenent. Inde *Miletum* revertuntur, unde *pedestri* tandem itinere *Clearchus Hellepontum* profectus imperium *omnium* assequitur, urbemque *Byzantinam* ab *Atheniensibus* deficientem in fidem recipit. Hæc *Munychione*, pro prædictis modo rationibus, *affecto*, & proinde *Aprilii Juliano* ipso quoque *profecto*, non *Martii* initio, ut in
marginē



marginē annotaveramus. *Ευδὸς ἐπειδὴ ἀδελφεὺς ναυῶν ἐκ ἀξιομαχοῖ νομισάν-
τις ἔβη ἀπὸ τῆς πόλεως.* Paulo nimirum postea quam praelii copiam à classe
Attica oblatam recusaverant. Μετὰ ταῦτα, nempe post detectionem By-
zantii, mittunt similiter è Samo Athenienses classem in Hellespontum,
& praelium navale leve committunt ante Byzantium, octenarum ex utra-
que parte navium. Hæc certe Munychione & Aprili adhuc magis affectis.

VIII. 81. Jam reditus Alcibiadi Sami decretus, opera præcipue Thra-
sybuli. Samum deductus Alcibiades tantam civibus suis fiduciam addit
ut quadringentos deinde contemnerent. Electus ergo *σπάρτης μὲν τῶν πε-
περω.* Additus nimirum numero *σπαρτηῶν* illius anni annuorum jam ante
ejus reditum constitutorum. Ab ἐκκλησίᾳ qua *σπάρτης* electus est, redit
εὐδὸς ad Tisaphernem. Itaque Tisaphernes jam antea suspectus exinde
Peloponnesiis suspectior erat, quod ab eo usque tempore quo praelii co-
piam ab Atheniensibus oblatam recusaverant, stipendia malignius solve-
ret. Similes in Astyochum querelæ, præsertim Syracusanorum & Thu-
riorum. Tisaphernis præsidium in Mileto occupatum, improbante Li-
cha Lacedæmonio. Succedit tandem in Astyochi locum Mindarus. Exulat
hoc tempore Hermocrates tribus ducibus à Syracusanis in illius locum
suffectis. Redierat interim Alcibiades à Tisapherne ad Samum. Eoque,
quo aberat, spatio prædicta gesta esse manifestum est. Nec multorum
fuisse dierum iter illud Alcibiadis verisimile est, à Samo Ephesum ad
Tisaphernem, & viceversa ab Epheso ad Samum. Reverso Alcibiade,
Samum veniunt legati à quadringentis qui Deli substiterant, quos ægre
tuetur Alcibiades ne occiderentur. Idem obstat, & sane consultissime,
ne, missa Samo ad Piræum in quadringentos Optimates navigarent A-
thenienses. Reddit etiam legatis Responsum, ut, loco quadringentorum,
Senatum, qualis antea fuerat, virorum quingentorum restaurarent. Mo-
net præterea utriusque partis, tam quæ Sami erat, quam quæ Athenis,
Atheniensium interelle, ne seorsim alteri sine alteris Pacem cum Lace-
dæmoniis inirent. Obtulerunt hic Samiis Atheniensibus suam operam
Argivi in restauranda Democratia. Obtulerunt etiam captos in navi
Paralo à se legatos qui missi fuerant à quadringentis ad Lacedæmonios
de Pace. Hæc sane omnia nuperam novationem arguunt; nec moram
admodum diutinam, qua gesta fuerint, exigere; nec adeo ultra Muny-
chionem Atticum ad exitum vergentem, Aprilemque Julianum, esse dif-
ferenda.

VIII. 87. Τὴν αὐτὴν ἡμέραν, καὶ τὴν κατὰ τὸν τόπον, Tisaphernes Peloponnesiis
suspectus Aspendum proficiscitur, ubi naves erant Phœniciā quas Pelo-
ponnesiis promiserat, quasi illas secum adducturus. Cura interim classis
Peloponnesiacæ Samo demandata qui nihilo melius stipendium solvebat,
quam fecerat ipse Tisaphernes. Tisaphernem continuo cum tredecim
navibus sequitur Alcibiades ut naves illas Phœnissas suis adderet, vel
saltem averteret à Peloponnesiis. Interim legati quadringentorum Samo
Athenas reversi Alcibiadis mandata renunciant. Quæ sane omnia
ostendunt, brevi spatio interposito, hæc cum superioribus esse necedenda,
quod nempe sufficeret navigationi è Samo ad Athenas. Satis ergo com-
mode hæc ad Thargelionem ineuntem, ni fallor, retulerimus. Hac ergo



Annales Thucydidei.

Alcibiadis legatione erecti sunt illorum animi quos poenitebat mutatae *Democratia*, *Theramenis* praesertim & *Aristocratis*. Contra adversae factionis *Phrynicus*, *Aristarchus*, *Pisander*, *Antiphon* Orator, murum in *Eetionea* ad *Piraeum* extruunt, missis *Lacedaemonem* legatis de stabilienda *Oligarchia*. Maxime vero huic operi incumbunt, reversis suis à *Lacedaemone* legatis, nec *Pacis* spem ullam referentibus. Reditum ergo legatorum è *Sparta Athenas* ad *Thargelionem* affectum, *Maiumque* *Julianum* jam captum recte, ut existimo, retulerimus.

VIII. 91. Ἄμα, καὶ τὸν αὐτὸν χρόνον, aderant è *Peloponneso* naves novae quadraginta duae ab *Eubæensibus* accitæ, quas de infidiis in murum *Eetioneæ* suspectas habuit *Theramenes*. Inde urgendi *muri* alius praetextus. Reversus è legatione ad *Lacedaemonios* *Phrynicus* occiditur. Hæc itaque omnia proxime post legationem. Venientesque post legatos praedictæ *Peloponnesiorum* naves proinde suspectæ erant quasi legatis venissent rogantibus. Legatis ergo reversis venisse verisimillimum est. Suspicionem augebat, quod non *Eubæam* petierint (quod præ se tulerant) sed *Epidaurum*, & quod *Aginam* deprædata sese rursus in *Epidaurum* receperint. Inde *Reipublicæ Lacedaemoniis* prodendæ à collegis suspicio aucta apud *Theramenum*, ut *muros* proinde *Eetioneæ* censuerit esse maturandos. Tum raptus in vincula *Alexicles* *Oligarchiæ* στρατηγός, ab illis nimirum qui murum *Eetioneæ* ædificabant. Inde tumultus inter urbem & *Piraeum* ægre repressi ne ad arma progredierentur. Τῇ ἑσπέρῃ, conveniunt in curiam *quadringenti*. Misso ergo in illorum gratiam *Alexicle*, conveniunt illi qui in *Piræo* fuerant cum *quadringentis*. Hic pollicentur *quadringenti* se quinquies mille designaturos, & ex illis, illorumque suffragiis, *quadringentos* ἐν μέρει fore designandos. Nempe, ut videtur, quotannis. Hæc *Thargelionem*, ut videtur, absumserint, & ad *Scirro-phorionis* initium usque pertigerint. Tum *Comitia* in ἐπιπέδῳ ἡμέραν de *Concordia* in æde *Bacchi* indicuntur. Dies illa cum adesset, *Comitiis* fere jam coactis, nunciatur *quadringenta* duas naves, duce *Hegesandrida*, à *Megaribus* *Salaminem* venire. Hic seditionem obliti omnes in *Piraeum* conveniunt, & obviis quibusque nautis, nullo habito delectu, naves implent. Huc referunt τὸ πάλαι λεγόμενον à *Theramene* de infidiis *Lacedaemoniorum* in murum *Eetioneæ*. Inde intelligimus majus, quam alioqui videri posset, intervallum inter illam *Theramenis* suspicionem, & hunc, in quo versamur, eventum, esse constituendum, ut πάλαι λεγόμενον dici posset quod ea *muri* occasione dixerat *Theramenes*. Non itaque absurde *Comitia* hæc ad finem *Scirro-phorionis* differemus, quod sane faciendum arguunt sequentia. *Sunium* ergo prætervecti *Peloponnesii* primo inter *Thoricum* & *Prasias*, tum deinde *Oropum*, subeunt. Itaque ad *Eretriam* naves mittunt *Athenienses*, quæ *Eubæensibus* junctæ triginta sex in universum navium numerum conficiebant, duce *Thymocharide*. Hæc illi quidem ἄδύς. Missi autem in *Eretriosum* auxilium milites ab *Eretrienibus* consulto tardati, & ab *Hegesandrida* cum suis prænso, antea quam parari possent, occupati vincuntur fundunturque, proditis, si qui ad *Eretriensem* urbem, ut amicam, fugerent, occisique. Captæ ergo hic à *Peloponnesiis* naves viginti duæ. Inde è πολλῶν ἕσπερον, *Eubæa* uni-
versa



versa defecit præter *Oreum Atheniensium* præsidium. His itaque *Athenas* renunciatis tanta erat *Atheniensium* consternatio, ut, exutis Magistratu *quadringentis*, restaurata fuerit forma Reipublicæ *Democratica* sub *quinque millibus*. Mense ergo *Junio Juliano* & *Scirophorione Attico*, prælium illud navale fuisse necesse est. Nam *Junii Juliani* die *xxv.* qui idem erat *Hecatombæonis* 1^{us}, novus inibat *Archon*, & novus adeo annus *Olympiadicus*, 2^{us}, nimirum *Olympiadis* *xcii.* quo solutam *Aristocratiam* probavimus, restitutamque (pro majorum exemplo) *Democratiam*. *Mai*o ergo superiora & *Tbargelone*. Hoc tempore sese ad *Deceleam Lacedæmoniosque* recipiunt *Pisander* & *Alexicles*, ad *Oenoen* in *Bæotorum* limitibus positam *Aristocrates*, quam *Bæotis* prodit & *Corinthiis* eam obsidentibus.

• VIII. 99. Ol. 92. 2. Ἐπὶ τῆς αὐτῆς χεῖρας τῆς δέρας τῆς, classis *Peloponnesiorum* ad *Miletum* tamdiu à *Tissapherne* delusa, tandem à *Pharnabazo* accita, duce *Mindaro*, navibus 73 navigat ad *Hellespontum*, nescientibus, qui *Sami* aderant, *Atheniensibus*. Jam certe novo, ut probavimus, *Archonte*, & novo *Olympiadis* anno, & proinde post diem *Junii Juliani* *xxv.* qui 1^{us} erat *Hecatombæonis* Attici, quo novus inivit *Archon Theopompus*. Post discessum *Tissaphernis* ad *Aspendum*. Imo postea quam persuasus ab *Alcibiade Tissaphernes* jam secum constituerat naves *Phœnicias* non esse in *Peloponnesiorum* auxilium accersendas. Postea denique quam de *Tissaphernis* prævaricatione literas à *Philippo Tissaphernis* comite accepisset *Mindarus*. Cœpto itaque fortasse *Julio Juliano*. Πέρσης δὲ ἐν τῇ αὐτῇ δέξει, naves aliæ sedecim ad *Pharnabazum* à *Mindaro* missæ quandam *Cherrhonesi* partem infestaverant. Non diu certe ante discessum ipsius *Mindari*, ne *Athenienses Samios* ad Bellum *Hellespontiacum* excitarent. Proinde & hæc quoque hoc eodem *Archonte* annoque missæ, ut videtur. *Mindarus* ipse tempestate jactatus in *Icarum* appellere cogitur, ubi τὸ ἀπλοῖας πέντε ἢ ἕξ ἡμέρας mansit. Hoc certe cœpto jam *Julio*. Inde *Chium* venit.

VIII. 100. *Thrasyllus*, discessu *Mindari* à *Mileto* explorato, etiam ipse cum *Atheniensium* classe navium 53 discedit è *Samo*, properans, ne prior *Mindarus Hellespontum* attingeret. Cum illum in *Chio* esse deprehenderet, positus in *Lesbo* & opposita *Lesbo* continente speculatoribus, ne clam egrederetur, ipse *Methymnam* profectus est, inde *Chium* infestaturus. Dum ibi esset, opera perfugarum defecit *Eresus*. Nuncio defectionis *Samum* allato, ad *Eresum* sese cum quinque navibus confert *Thrasylbulus*, quem ibi reperit, cum eo venisset ipse, *Thrasyllus*. Eodem & aliæ conveniunt *Atheniensium* naves, ut tandem essent in universum 67. Hæc *Eresi* gesta trium dierum spatio quibus hæsit in *Chio* *Mindarus*.

VIII. 101. Ἐν τῆσδε, dum scilicet oppugnaretur *Eresus*, die, postquam venisset, tertio è *Chio* discedit *Mindarus* continentem versus, vitatisque adeo *Atheniensium* navibus quæ *Eresum* obsidebant. Itaque hoc ipso triduo primo *Methymnam*, tum *Eresum* venerat *Thrasyllus*. Audito enim in *Chio* esse *Mindarum*, *Thrasyllus Methymnam* venisse dicitur. Hæc ergo adhuc *Julio Juliano*, paucis admodum diebus auctiori. *Mindarus*



Annales Thucydidei.

darus interea primo portum in agri *Phocaici Cratereis* appulit. Pransi *Cumæam* prætervecti cœnant in *Arginusis* ex adverso *Mitylenes*. Inde ἐτι πολλῆς νυκτὸς *Harmatuntem* veniunt in continente sitam è regione *Methymna*. Pransi per *Lectum*, *Lavissam* & *Hamaxitum*, ad *Rhætiun*, jam *Hellesponti*, πρώτῃρον μέρω νυκτῶν, pervenerunt. Hæc *secunda* nox erat ex quo disceserant è *Chio*. Τῆς αὐτῆς ταύτης νυκτὸς, *Sesto* elabuntur naves *Atheniensium* octodecim in *Cbersonesum*. Octo tamen ex illis captæ corruptæque à *Peloponnesiis* ἀμα ἕω vilis. *Tertio* nimirum die ex quo *Mindarus* è *Chio* disceserat. Hæc ergo adhuc *Hecatombæone* & *Julio* non multo, quam antea *auetioribus*. Die *Julii* forte VII^o. vel VIII^o.

VIII. 103. Μετὰ τῷτο, *Mindarus*, junctis *Abydenis*, cum classe navium 86 *Eleuntem* oppugnat τῷτω τῷ ἡμέραν. Itaque per diem unicum. Die forte *Julii* VIII^o. Tum *Abydum* redierunt. *Athenienses* in *Eresi* obsidione occupati, cum de discesu *Peloponnesiorum* è *Chio* constare ὡς ἤδοντο, εὐδὲς infecuti in *Hellepontum*, duas *Peloponnesiorum* naves capiunt. Ἡμέρα ὕστερον, stationem habent ad *Eleunta*. Postquam scilicet *Peloponnesii* sese ex *Eleunte* recepissent in *Abydum*. Die ergo, pro prædictis rationibus, *Julii* *Juliani* IX^o. Inde ad ναυμαχίαν πέντε ἡμέρας παρεσκευάζοιτο. Desunt illi dies *Julii* *Juliani* die XIV. Μετὰ τῷτο ἐναυμάχων. VIII. 104. Si quidem die sequenti, ita prælium ipsum fuisset die *Julii* XV^o. Sin autem die ipso à superiori Epochâ V^o. ita die ejusdem mensis XIV^o. fuerit decertatum. Utrovis modo, mense medio, ut in margine monuimus.

VIII. 107. Μετὰ τῷ ναυμαχίαν ἡμέρα τέταρτη, *Sesto* discedunt *Athenienses*. Ad *Harpagium* & *Priapum* octo naves capiunt. Circa diem *Julii* XVIII^m. Si quidem *victoria* ipsa die *Julii* XIV^o. contigerit. Inde *Cyzicum* petunt quam rursus in fidem suam redigunt. Ἐν τῷτω, *Peloponnesii* ex *Abydo* *Eleuntem* navigant, & naves suas captivas, quæ adhuc integræ erant, recipiunt. Eodem scilicet tempore quo *Sesto* disceserant *Athenienses*. Ex *Eleunte* *Hippocratem* & *Epiclem* mittunt *Peloponnesii* qui naves suas ex *Eubœa* accerferent.

VIII. 108. Ὑπὸ τῆς αὐτῆς χεῖρας τῆτες, à *Cauno* & *Phaselide* ad *Samum* redit *Alcibiades*, nuncians se naves *Phœnicias* à *Peloponnesiorum* auxilio avertisse; & *Tissaphernem* fecisse *Atheniensibus*, quam antea fuerat, amicioem. Hæc scilicet circa diem *Julii*, ut vidimus, præter propter XVIII^m. Tum classe navium viginti duarum pecuniam ab *Halicarnassæis* exegit, & *Con* munivit. Ταῦτα πρῶτα, constitutis in *Co* Magistratibus, ὡς τὸ μετόπωρον ἦδ' in *Samum* rediit. Autumnum intelligit illum qui *Æstati* convenit, ut supra vidimus. VII. 47. Non autem illum qui menses *Atticos* complectebatur *Autumnales*, qui (pro *Thucydidis* distributione) ad *Hyemem* potius spectabant *semestrem*. Imo ex hoc ipso loco colligimus, ita sensisse *Thucydidem*. In postremis enim hujus Libri verbis de *Hyeme* loquitur quæ hanc *Æstatem* fuerit secuta. Indicat nimirum *Æstatis* suæ fuisse omnia à se *superius* memorata. Idem facit in *Thucydidis* continuatione *Xenophon*. Nam verba illa dubito ne fuerint *Thucydidis*. Et cum ait *Thucydides* ΠΡΟΣ τὸ μετόπωρον ἦδ' de initio *Autumni*, indicat propinquum fuisse, atque imminuisse potius quam adfuisse. Recte conveniet nota illa initio fortassis *Augusti*. Fidicula occasu



casu Autumni initium designabant Veteres, quem III. Id. Augusti tribuebat in suo Parapegmate *Cesar*. Sed longe receptior erat sententia illa quæ VI. Iduum occasum illum assignavit, ex antiqua, ut videtur, etiam Græcorum, in Re Rustica, disciplina. Nempe diei XLV^o. à Solstitio Romano, VIII. Kalendas Julias. Ita initio quidem Augusti, sed paulo ante Augusti diem VIII^m. contigerint illa quæ *ως τὸ μετόπωρον ἢ δὴ* testatur contigisse *Thucydides*.

Pergit deinde noster Auctor. *Tissaphernem* dicit, audito Peloponnesiorum à Mileto discessu, ex *Aspendo* in Ioniam remigrasse. Iter hoc *Tissaphernis* ineunte, ni fallor, Julio. Nempe pro prædictis rationibus. Spatium illud satis laxum erat nuncio de discessu Peloponnesiorum recipiendo, si se confestim ab accepto nuncio ad iter accinxerit. Addit Auctor, ὄρων τῶν Πελοποννησίων ἐν τῷ Ἑλλησπόντῳ, *Antandrios*, metu *Astaci Tissaphernis* præfecti, qui etiam incolas *Atramyttii Delios* per insidias interfecerat, præsidio *Tissaphernis* ejecto, manum militarem accivisse à Peloponnesiis, qui tum *Abydi* stationem habebant, per *Idam* montem itinere pedestri. Hæc post diem Julii VII^m. ante quem vix poterant *Abydum* appellere Peloponnesii. Pro prædictis nempe rationibus.

VIII. 109. Audito prædicto Peloponnesiorum facinore de ejecto præsidio suo, quo *Antandrios* tenuerat, *Tissaphernes*, veritus præterea ne damna alia majora sibi inferrent infensi Peloponnesii, invidensque illorum nomine *Pharnabazo*; iter meditatur in *Hellepontum*, ut cum Peloponnesiis de adjutis *Antandriis* exostularet, simulque ipse dilati *Phœnicicarum* navium auxilii rationem redderet, quam posset, honestissimam. Hoc etiam iter illum antea suscepisse verisimillimum est quam nuncium accepisset de *Naumachia*. Nec enim erat cur postea ita metueret à Peloponnesiis. Itaque *Tissaphernis* iter, qua narratur à *Thucydide*, ultra mensem Julium medium differri vix potest. Primam autem ille duntaxat itineris stationem narrat, à Mileto *Ephesum*.

VIII. 19. Όταν ὁ μετὰ τὸτο τὸ δέρον χειμῶν τελευτήσῃ, ἐν ἡ εἰκοσὸν ἔτι πληρῆται. Hæc verba postrema potius à Librario aliquo, vel studioso, fuisse crediderim, quam vel à *Thucydide* ipso, vel *Thucydidis* filia, vel *Xenophonte*, vel coævo aliquo alio horum temporum Auctore. Nec enim plane video cur abrupto *Tissaphernis* itinere, ad *Hyemem*, cujus gesta nulla complexus est, properaret. *Hyemis* certe hujus mentionem nullam videtur apud illum reperisse *Xenophon*, qui alia addit hujus *Æstatis* gesta, ante *Hyemem*, ut mox ostendemus. Sic porro loquitur hujus sententiæ Auctor quasi nondum elapsa esset *Hyemis* illa cum hæc commentaretur ipse *Thucydides*, quod Nos falsissimum esse in horum Annalium Apparatu è *Thucydide* ipso probavimus. Multis enim post Belli finem annis Opus hoc à se elucubratum agnoscit. Iter tamen *Tissaphernis* illum absolvisse suspicor, quod nullam illius mentionem fecerit *Xenophon*.

Gggggggg

ANNA-



Annales Xenophontei,

Sive

Chronologia Xenophontea.

THUCYDIDIS Historiam annis XLVIII *Xenophontem* auxisse docet *Diodorus*. Nempe ab anno *Olymp.* XCII^æ. 2^o. ubi hoc testatur, ad annum *Ol.* CIV^æ. similiter 2^m. quem *Xenophontis ultimum* idem agnoscit *Diodorus*. Justum enim *Olympiadum* XII. spatium illi complectuntur anni. Vel inde constat annos illum *Belli Peloponnesiaci* non plures XXI. accensuisse *Thucydidi*. Hoc enim illius *Olympiadis* anno 2^o. XXI^{us}. *Belli* annus desuit. Scio tamen refragari hodiernos *Diodori* Codices, quorum alii annos numerant apud *Thucydidem* 2^o, alii adhuc monstruosius 2^o, vitiatos utique, & ab ipsius *Diodori* mente alienatos. Tantum abest ut numerum illum impleverit *Thucydides*, ut ad annum XXI^m. *absolvendum* semestris *Hyemis* partem *magnam* deesse in Operis sui fine *Thucydides* ipse monuerit. Nec potuit hoc nescire *Diodorus*. Accessit tamen (ut infra videbimus) pars anni *dimidia* quæ ad *Olymp.* CIV^æ. anni 2ⁱ. finem pertigit, cujus *nullam* rationem in hoc calculo habuit *Diodorus*.

Reliqua pars anni *Belli* XXI. in quo desuit *Thucydides*.

Historiam *Thucydidis* ad *Augustum* ineuntem deduximus. Certe desuit ante *Aug.* VIII. Nec diu tamen. Μετὰ ταῦτα ἐ πολλαῖς ἡμέραις, *Thymocharidem Atheniensem* ab *Hegesandrida Lacedæmonio* rursus victum narrat *Xenophon*. Αὐδῆς, inquit, quæ jam antea aliam ejusdem *Hegesandridæ* in eundem *Thymocharidem* victoriam supra memoraverat ipse *Thucydides*. L. VIII. n. 95. Nempe ut ab illa hanc *diversam* esse significaret. Hæc itaque *secunda* *Hegesandridæ* victoria mense contigerit *Augusto* fere *medio*, & proinde *Attico Metageitnionē*. Μετ' ὀλίγον δὲ τούτων, ἀρχομένης χειμῶνος, ægre *Dorieum*, dum *Hellepontum* ingreditur, *Athenienses* evasisse scribit *Xenophon*. Hic si *hyemem*, pro *Kalendario Attico*, censuerit *Xenophon*, cœperit illa *Mæmæcteronis* die 1^o. & *Septembris* adeo *Juliani* die XXI^o. Sin *Kalendarium* potius placuerit *Laconicum*, ita *Septembris* die inierit XIX^o. itidem *Juliani*. Itaque *Septembri* exeunte *Dorieum Athenienses* persecuti fuerint, & (quod sequitur in *Xenophonte*) *Mindarum* etiam, dum subvenit *Dorieo*, vicerint. Hanc *secundam* illam esse censeo victoriam ad *Cynossena* cujus non meminere *Thucydides*,



cydides, meminerit tamen *Theopompus*, ut nos docet, non quidem *Marcellinus*, sed Anonymus alius qui de vita scripsit *Thucydides*. Ita nullus erit hiatus locus quem hic fuisse suspicatus est magnus *Ufferius*. Conveniunt enim *loca* satis accurate. Erant etiamnum *Sesti Athenienses*, fugeruntque ad *Abydum Peloponnesii*, ut in priori ad *Cynossema* *Naumachia* de qua scripserat ipse *Thucydides*. Ait quidem *Xenophon* L. I. C. I. n. 2.
 "Αβυδὸν κατὰ τὴν ἡβρὰ πugnatum. Sed cum praelium à mane ad vesperam usque durarit; cumque ante adventum *Alcibiadis*, nunc *vincerent Athenienses*, nunc viceversa *vincerentur*; vix est quod suspicemur uno in loco fuisse pugnatum. Sed *loci* nomen, quo fuit victoria, à *Tropæo* habuit, ni fallor, *Theopompus*. Hoc autem pro *navali victoria* in *Promontorio* aliquo statui solebat, quod sane aliud non fuisse quam *Cynossematis*, innuit, ni fallor, *Diodorus*. Nocte enim appetente *Sestum* reversos esse tradit, & quamprimum illuxisset, naufragia collegisse, & *πρὸς τὸ πρῶτον τροπαῖον ἔπεσον* adjecisse. Itaque si *tropæum* prius *Cynossemati* fuerit, hoc etiam *ibidem* fuisse consentaneum est. Erat enim sane *tropæo* aptissimum proximum *Sesto*, & in suo litore, *Promontorium*. Ita nexus erit cum *Thucydide Xenophontis* arctissimus, nec ulla erit hiatus vel levissima suspicio. Conveniunt certe *Septembri exeunti* quæ postea scribit *Xenophon*, *Athenienses* alios alio extra *Hellespontum*, pecuniæ L. I. C. I. n. 5.
 cogendæ causa fuisse profectos; *Thrasylum* autem *Athenas* navigasse, ut victoriam annuntiaret, & *copias* alias & *naves* à Civibus suis impetraret. Ad *Æstiva* jam *exeuntia*, & ad proximi *Veris* apparatus illa spectabant omnia. Μετὰ ταῦτα, ait *Xenophon*, à *Tisapherne* custodiæ L. I. C. I. n. 6.
 datum esse *Alcibiadem*. Postea nimirum quam *Athenas* discessisset *Thrasylus*, reliqui autem ad *pecunias* colligendas *Atheniensium* duces in quibus ipse erat *Alcibiades*. Post dies autem xxx custodia elapsum esse dicit, è *Sardibus* nimirum primum ad *Clazomenas*, deinde ad *Sestum*, cum in apparatu in *Mindarum* essent *Athenienses*. Nempe *hyeme* definente, ut è *Diodoro* jam superius in *Disertationibus* ostendimus. Reliquis in annis hujus *Belli* *ibidem* rationes nostras dedimus. Intelliget autem *Operis* à nobis suscepti difficultatem qui expenderit quid *Viri Maximi* tentarint in *primis Xenophontis annis*, *Petavius & Petitus*, Petav. Doct.
Temp. L.X.c.28.
Petit. Observ.
L. I. C. 12.
 nec tamen operam nostram supervacua fecerint.

Imus *Xenophontis* annus cœpit *Elaph. 1. Mart. Jul. XVIII. Juliana Periodi* 4304. *U. C. Varr. 344.* ante Epoch. *Christ. vulg. 410. Ol. xcii. 2/3.* *Belli autem Peloponnes. xxii.* Incipit autem ab illis verbis :
 Οἱ δ' ἐν Συσῶν Ἀθηναῖοι. L. I. C. I. n. 7.

Hoc anno victus suprema clade, occisusque *Mindarus* Nauarchus, ad *Cyzicum*. [Post *χειμῶνα λήγοντα Diodor.*] *Cyzicus* ipsa capta, ubi per xx dies hæsit *Alcibiades*. Tum *Perinthus & Chrysopolis*. Duces reliqui *Hellespontum* proficiscuntur. *Xenoph.* Tum capta *Pylus* à *Lacedæmoniis*, anno *Belli xxii. Diodor.* Exulat *Syraculis Hermocrates*. Classem *Lacedæmoniiis*, *Pharnabazi* opera, instaurat Nauarchus *Pasippidas*. *Thasii Lac.* præsidium cum *Harmosta Eteonico* pellunt. *Agis Lac.* Rex à *Thrasyllo*
 Gggggggg 2



Annales Xenophontei.

Thrasylus Athenis arcetur. Clearchus ab Agide mittitur Byzantium. Carthaginenses, Hannibale duce, στρατείαν illam in Siculos apparant, qua Selinus & Himera, trium mensium spatio excisæ sunt.

II^{us} *Xenoph.* annus cœpit *Munych.* I. *Apr.* V. *Jul.* *Per.* 4305. U. C.
Varr. 345. ante *Ep. Chr.* vulg. 409. *Olymp.* xcii. $\frac{3}{4}$. *B. P.* xxiii.
 Incipit: Τῷ δὲ ἄλλῳ ἔτει. L. I. C. II. n. I.

Thoricum muniunt *Athenienses*. *Thrasylus* ἀρχοῦς ἔσους, [post *Apr.* 5.] ad *Samum* navigat. Ἀρχιδρόνῳ ἔστος [mense *Junio*] *Lydiam* appellit *Thrasylus*. Inde xvii^o. die [mense proinde *Julio*] *Ephesum*. Hic victus ab *Ephesiis*. *Selinuntii*, qui victores adjuverant, (propter patriam hoc anno excisam) præter præmia alia concessa *Civitas*. *Naves Selinuntias* iv. capit *Thrasylus* [*Olymp.* xcii. 4. *Diod.* Post *Jul.* ii.] Inde *Sestum* movet, unde copiam omnes *Lampsacum* trajiciunt, καὶ χειμῶν ἐπιήει. [Paulo ante *Sept.* xxix.] *Lampsaci* ἐχειμαζόν ἀπάντες [post *Sept.* xxix.] *Lampsacum* munientes. *Abydum* tamen aggrediuntur, vincuntque *Pharnabazum*. Tum demum *Thrasyli* milites, (quorum operam hoc in prælio utilem experti sunt) milites *Alcibiadis* agnoscunt, (qui se gloriabantur ἀνίστην) deleta scilicet fugæ ad *Ephesum* ignominia. Aliæ etiam ἔχειμῶν Expeditiones. Τῷ αὐτῷ χειμῶνι [certe χειμῶνι] *Lacedæmonii Helotas Coryphasio*, fide data, dimittunt. Κατὰ τὴν αὐτὴν καιρὸν *Achai* advenas in *Heraclea Trachinia* prodiderunt, cum *Harmosta Lacon. Labota*. Hoc anno *Medi*, qui defecerant, rursus *Dario* Regi se dediderunt.

III^{us} *Xenoph.* annus cœpit *Elaph.* i. *Mart.* xxv. *Jul.* *Per.* 4306. U. C.
Varr. 346. ante *Ep. Chr.* vulg. 408. *Olymp.* xciii. $\frac{1}{4}$. *B. P.* xxiv.
 Incipit: Τῷ δ' ἑπτόντῳ ἔτει ὁ ἐν Φωκίᾳ νῆος &c. L. I. C. III. n. I.

Ἐπεὶ ὁ χειμῶν ἔλθῃ [post *Mart.* xxv.] ἔαρῳ ἀρχοῦς, *Lampsaco* discedunt *Athenienses* in *Præconnesum*. Inde *Chalcedonem*. Hic interficitur *Hippocrates Harmosta*, & fugatur *Pharnabazus*. Constituuntur cum *Pharnabazo* induciæ, ne *Chalcedonensibus* nocerent *Athenienses* dum *Legati Athenienses* à *Pharnabazo* ad Regem deducendi redirent. Expugnata ab *Alcibiade Selymbria* & *Byzantium*. *Pharnabazus* nuncium de *Byzantio* occupata ἐν χειμῶνι, [post *Oct.* xviii.] *Gordii Phrygiæ* accepit.

IV^{us} *Xenoph.* annus cœpit *Munych.* i. *Apr.* xiii. *Jul.* *Per.* 4307. U. C.
Varr. 347. ante *Ep. Chr.* vulg. 407. *Olymp.* xciii. $\frac{1}{2}$. *B. P.* xxv.
 Incipit: Ἀρχοῦς δὲ τῷ ἔαρῳ. L. I. C. IV. n. I.

Redeunt à Rege *Persarum* legati *Lacedæmonii*, ἀρχοῦς ἔαρος [post *Apr.* xiii.] *Cyrus Caranus* eorum qui ad *Castolum* conveniebant, mox venturus. Is ubi venisset *Legatos Atheniensium* detinet triennio. Redit in patriam *Alcibiades Plynteris* [*Thargelion.* xxix. non noctu utique, sed die, *Junii*, proinde x. & *Olymp.* xciii. 1^o. desinente.] Inde discedit post



post μυσήεια [nempe ἀλάδ' Ἰανχῶ, Bœdromion. xx. Olymp. xciii. 2. nempe post Sept. xxvii.] Andrum, quam expugnat. Tum Samum. Lacedæmonii ἀεὶτερον πάντων ἐ πολλῶν χερσίν, [nempe antea quam Athenis discederet Alcibiades.] Cratesippidæ Lysandrum sufficiunt. [Non ergo hoc anno Laconico qui ab Oct. 1^o. cœpit, (post Alcibiadis discessum) sed superiori. Interpolator sic scripserit aliquatenus vere, cum anno Belli xxiv^o. Nauarchiam Lysandri concurrisset. Nempe quod initium Nauarchiæ in illum Belli annum convenerit. Sed vere tantummodo de priori Nauarchi munere, quod falsissime ad posterius munus Ἐμφολεῖας retulit imperitus Interpolator.] Hic primo Rhodum venerat, [anno scilicet superiori exeunte] tum Con Insulam, inde Ephesum. Hinc ad Cyrum sese Sardibus agentem confert. [Nempe hoc jam anno, post April. xiii. Tunc enim, ut visum, Cyrus nondum appulerat.] Tum reficiendæ classis intentus ἠορχίας ἤγει. [viz. dum hoc anno admodum affecto, post Sept. xvii. Hellepontum discederet Alcibiades.] Post illius discessum Antiochum vicit ad Notium. Redit Alcibiades, facitque Lysandro pugnandi copiam. Recusante Lysandro Samum revertitur. Ολίγη ὕστερον Delphinium & Eionem occupant Lacedæmonii. Tum Alcibiadi successores dati, inter alios Conon. Sed nihil illi cum Lysandro, sed cum Callicratida, qui Lysandro successit, gesta omnia. Itaque ad annum sequentem affectum tenuisse arbitror Alcibiadem. Ita ut post Sept. xx. inierit Conon, quo etiam cœperit Callicratidas. Callicratidæ enim in illum minas primas legimus de vendicatio maris Imperio. Hoc anno Carthaginenses Agrigentum expugnant. Sed Ol. xciii. 3. Diodorus. Hoc etiam fortasse recte. Cum tot hoc anno complexus fuerit Xenophon, quæ anno sequenti, etiam exeunte, contigerint.

L. I. C. V. n. 1.
L. I. C. V. n. 6.
ibid. n. 7.
ibid. n. 9.
ibid. n. 10.
ibid. n. 13.

V^{us} Xenoph. annus cœpit Munych. 1. Apr. 11. Jul. Per. 4308. U. C. Varr. 348. ante Ep. Chr. vulg. 406. Olymp. xciii. 3. B. P. xxvi. Incipit: Τῷ δ' ἐπιόντι ἔτει. L. I. C. VI. n. 1.

Τῷ ἐπιόντι ἔτει Eclipsis Lunæ vespera [April xv. post anni initium Ap. 2.] Gesta ad ann. exeuntem referenda. [Post Sept. xx. quo Nauarchiam inivit Callicratidas.] Dilatus à Cyro Callicratidas, pecuniis aliunde collectis, Methymnam expugnat, Cononem Mitylene vincit, obsidetque. Diomedontem fugat, captis x. Navibus. Moniti à Conone Athenienses suppetias mittunt à quibus victus occisusque est ad Arginusas ipse Callicratidas. [Anno sequenti, Ol. xciii. 3. Bell. xxvii. ex Athenæo.] Eteonicus Mitylene elapsus ante Æstatis finem, [nempe ante Sept. xxvi.] Damnati duces qui Callicratidam vicerant, Apaturis [mense Pyanepstone, qui sequenti anno cœpit Oct. xxvi.] Metu ταύτη petitur Nauarchus Lysander à Chiis & fociis. [viz. post cœpt. hyemem Sept. xxvi. cum suos à Chiis diripiendis cohibuisset Eteonicus quod factum ἐπεὶ χειμῶν ἐγένετο.] Hoc tamen anno [mense Posideone (qui ante Munychionem 14^{us} erat) proinde Posideone 2^o. qui cœpit Dec. xxiv.] victi à Lysandro ad Ægospotamos Athenienses. Hoc ergo spatio reliqua Lysandri ante prælium fatale gesta concludenda. Hoc spatio rediit

L. I. C. VI. n. 1.
L. II. C. I. n. 1.
L. I. C. VII. n. 5.
L. II. C. I. n. 5.

Ggggggg 3 ad



Annales Xenophontei.

ad patrem moribundum *Cyrus*. [post *Oct.* VIII. quo cœpit annus *Laconicus*. Imo postquam appulisset in *Asiam*, bis à *Lysandro* visitatus. Et tamen antea quam *Epheso* discessisset *Lysander*, & multis adeo ante victoriam ad *Ægospotamos* diebus. Post triennium, ex quo *Cyrus* Legatos *Athenienses* detinuerat à *Chalcedone* missos, quod factum anno *Belli* XXIV. Recte. Cum & hoc anni sequentis fuerit affecti.]

VI^{us} *Xenoph.* annus cœpit *Elaph.* I. *Mart.* XXI. *Jul.* *Per.* 4309. U. C. *Varr.* 349. ante *Ep. Chr.* 405. vulg. *Olymp.* XCIII. 4. *B. P.* XXVII. Incipit : Τῷ δ' ἐπιόντι ἔτει [ἐπὶ Ἀρχύτῳ.] L. II. C. I. n. 7.

Incipit hunc annum *Xenophon* L. II. cum rebus gestis *Lysandri*, quarum tamen plerasque hoc *Belli* anno exeunte fuisse probavimus. Paulatim delapsus à notis annuis *Tempestatum* ad notas *Magistratum* annuorum. Post victoriam *Lysandri* moniti de ea à *Conone Athenienses* ad *seditiones* concitantur, in quibus periit *Cleophon*. Tum accusati de cæde ducum qui vicerant ad *Arginusas*, elabuntur. L. I. fin. *Lysander* naves & captivos ad *Lampsacum* abducit. Nuncium victoriæ ad *Spartam* triduo mittit. *Lampsaco Byzantium* & *Chalcedonem* navigat, & præfidiarios *Atheniensium* dimittit. *Lampsacum* redit, classemque reficit. Inde *Lesbum*. *Thraciam* missus ab eo *Eteonicus*. *Εὐδὸς* [post prælium scilicet] reliqua *Græcia*, excepta *Samo*, defecit ab *Atheniensibus*. Μετὰ ταῦτα *Lysander* ad *Agidem* & ad *Spartam* scribit se venturum cum 200 navibus. Interim *Pausanias* Rex alter *Peloponnesios* colligit ad obsidionem Urbis *Atheniensis*. Tum *Aginetis Aginem* restituit, *Salaminem* vastat, & *Piræum* appellit *Lysander*. Tandem de Pace missus ad *Lysandrum Theramenes*, apud eum tribus mensibus tenetur. Usque ad deditioem, ut videtur, quæ *Munychionis* die XVI^o facta est. Anno proinde sequenti.

VII^{us} *Xenoph.* annus cœpit *Munych.* I. *Apr.* IX. *Jul.* *Per.* 4310. U. C. *Varr.* 350. ante *Ep. Chr.* 404. *Olymp.* XCIV. 4. *B. P.* XXVIII. Incipit : Τῷ δ' ἐπιόντι ἔτει, [ἐν ᾧ ὤν Ολυμπιάς &c.] L. II. C. III. n. I.

Incipit hunc annum *Xenophon*, non ut superiores, ab *Hyeme*, & Magistratu *Laconico*, qui *Hyeme* cœpit Semestri *Thucydidea*. Nec tamen, pro more *Thucydidis*, à mensibus *Vernis*. Sic enim *Munych.* XVI. quo Urbs dedita est, ad hunc spectabat annum *Belli Peloponnesiaci*. Incipit tamen ab *Hecatombæone*, ut videtur, quo inibant triginta *Tyranni*, & ab *Olympiadis* proinde XCIV^a. anno primo. Tum demum discedunt *Agis* Rex *Spartam*, *Lysander Samum*. Κατὰ τῆτον ἢ καὶ ἐν *Eclipsis Solis* quam *Sept.* III^o. Tabulæ tribuunt *Astronomicæ*, *Metageitnionis* autem τετραδάδι Tabulæ nostræ *Cycli Metonici*. Hujus *Eclipsis* tempore *Lycophron Pheræus Thessalos* vincit. Ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ *Dionysius senior* victus à *Carthaginensibus Gelam* amisit & *Camarinam*. Μετ' ὀλίγον *Leontini* deficiunt à *Dionysio*. Παραχρῆμα Equites *Syracusani* à *Dionysio Catanam* missi. *Sami* se *Lysandro* dedunt. Tum *Spartam* redit



redit *τελευτώντων* ἢ *ἄρξας*, [& novo, ut vult Interpolator, *Ephoro*, mense ibid.
 scilicet post receptam *Urbem* vi^o. post *Solstitium* iv^o. Post *Sept.* xxx. L. II. C. II. n. 5.
 si pro modo *Cycli Laconici*, post *Oct.* autem ii^m. si pro modo *Cycli* ib. n. 7.
Attici, calculus instituitur.] Triginta *Tyranni* primo *Sycophantas* n. 8.
 tollunt, tum (præsidio à *Lysandro* impetrato) *optimates*, in quibus & n. 9.
Theramenum. Ex τότε *Thrasylbulus Phylam* occupat. *Boedromionis* die n. 10, 16, 24.
 xii^o. *Sept. Juliani* die (pro *Tabulis nostris*) xv. ut nos docet *Plutar-* C. IV. n. 2.
chus de *Glor. Athen.* *Elusinem* sibi in refugium parant xxx. *Tyranni*. n. 5.
 Tum occupat *Thrasylbulus Piræum*. Occisi deinde xxx. virorum *Critias* n. 7.
 & *Hippomachus*. Jam viii. mensibus tenuerant. [Si à *designatione*, post n. 12.
dirutum Piræum, ut antea *Xenophon*, calculus instituitur; ita hæc *Pos-*
sideone gesta fuerint. Sin à novi anni *Attici* exordio *Hecatombæone*, n. 15.
 tum mense *Anthesterione*, & ann. *Varr.* 351.] Tum suffecti in locum n. 16.
 xxx *Tyrannorum*, x alii, è *Tribubus* singulis singuli. Intra x dies fides n. 19.
 data redeuntibus: Tum *Lysander Harmostes* factus, frater autem ejus
Libys Nauarchus. [*Diodorus Nauarchum* ait ipsum fuisse *Lysandrum*. n. 20, 23, 26.
Olymp. xciv. i.] Item *Pausanias Rex Thrasylbulum* obsidet. Et pacem *Rex*,
 invito *Lysandro*, *Atheniensibus* concedit, accedente *Ephorum* suffragio.

VIII^{us} *Xenoph.* annus cœpit *Munych.* i. *Mart.* xxix. *Jul. Per.* 4311.
 U. C. *Varr.* 351. ante *Ep. Chr.* vulg. 403. *Olymp.* xciv. 1/2.

Ad hunc fortassis annum, (ut jam vidimus, spectat substitutio x. in
 locum xxx. Tyrannorum) nempe *Julianum*. Sed ante mensem *Atticum* L. II. C. IV. n. 15.
Vernalem i^m. hoc anno *Munychionem*, cujus dies primus *Martii Ju-* n. 19.
liani cœpit die xxix. Sed hi quoque x. Tyranni *Lacedæmonios* ad il-
 lam, quæ sequebatur, obsidionem evocabant. Postquam autem disces-
 sisset *Pausanias*, tandem inter se convenerunt *Urbis & Piræi* Cives *πῶς* n. 30.
νόμοις πῶς ἀρχαίοις χρῆσθαι. Καὶ τότε μὲν (inquit *Xenophon*) *ἀρχὰς κατὰ συναιεσίαν*
ἐπολιέοντο. Inter illas *ἀρχὰς Archontem* proculdubio hujus anni Epony-
 mum *Euclidem*, qui Magistratum mense inivit *Hecatombæone*, *Jun.*
 xxvi. *Olymp.* xciv. 2. *Ἐτέρω δὲ χρόνῳ*, cum exules *Eleusine* Tyranni mer- ibid.
 cenariorum manum cogere, duces ipsorum *ἐς λόγους ἐλθόντας* interfece- ibid.
 runt, reliquis *ἀμνησιπακίαν* jurant. Hoc scilicet erat jusjurandum illud ce-
 leberrimum de rerum ante *Euclidem Archontem* gestarum oblivione.
 Ad hunc autem spectat annum *Xenophonteum*, pro methodo *Thucydidis*.
 Mirum est quod habet de his *Tyrannis* ad Ann. 4^m. hujus *Olympiadis*
Diodorus. *Eusebium* enim non moramur. Et tamen viros maximos fe-
 fellit *Diodorus*, quasi ad *Olympiadis* finem tenuerint *Tyranni*.

X^{us} *Xenoph.* annus cœpit *Munych.* i. *Apr.* V. *Jul. Per.* 4313. U. C.
Varr. 353. ante *Ep. Chr.* vulg. 401. *Olymp.* xciv. 3/4. Incipit: *κατὰ*
ἡμῶν χρόνον πάλαι ἀρχιζόμενοι. L. III. C. II. n. 16.

Hoc in loco *hiatum* fecit in *Historia Xenophon*, usque ad *Expeditionem*
Cyri. Propterea scilicet quod separato iustoque volumine, seu
ipsius, seu ut hoc loco ipse profitetur, *Themistogems Syracusani*, hæc L. III. C. I. n. 1.
Expeditio



Annales Xenophontei.

Expeditio fuisset enarrata. Imo hoc opus *Avaldorus* ipsis *Hellenicis immistum* fuisse innuit *Suid.* in *Themistog.* Sic nullus fuerit vel hiatus. Favent autem hoc in loco *Xenophontis* verba. Unicam excipio hoc ipso spatio, *Lacedæmoniorum* Expeditionem in *Eleos* quam diligentius minutiusque *Xenophon* exequitur, quam fecit *Diodorus*. Itaque *Xenophontis* rationes expendendæ.

Ad hunc igitur, ni fallor, annum referenda est nova hæc *Lacedæmoniorum* in fines *Eleorum* irruptio. Causam Belli *πάλαι* fuisse monet *Xenophon*. Merito quidem ille, cum causas cur *Eleis* infensi essent *Lacedæmonii*, ipse prodiderit ante hæc *Xenophontis* tempora *Thucydides*. Inter reliquos prætextus hunc unum memorat *Diodorus*, quod sumtus Belli in *Athenienses* gesti ab *Eleis* reposcerent *Lacedæmonii*. Inde constabat Bello *Peloponnesiaco* jam finem imposuisse *Lacedæmonios* cum novo hoc Bello *Eleos* aggredierentur. Idque exinde palam fecit *Diodorus*, quod *Lacedæmonii* hoc exprobrarint *Elei* quod *Græcos* ipsi quoque in *servitutem* redegerint. Satis hoc *apposite*, cum Civitates ab *Eleis* devictas in *αυτονομίαν* assererent *Lacedæmonii*. Tempus quo hoc Bellum exortum fuerit, *Olymp.* xciv^z. annum 3^m. tradit fuisse *Diodorus*. Hoc ille fortassis è *Theopompo*. Uti etiam illud, quod quam contumeliam *Agidi* oblatam testatur *Xenophon*, hanc Regi alteri *Pausaniæ* illatam tradit *Diodorus*. Sic anno hoc exeunte Bellum exarserit. Idque fortasse verisimilius, quod *hyemem* in causa idem fuisse innuat quo minus progressum in hoc Bello ulteriorem Rex ille (quicumque demum fuerit) non fecerit. Tres autem Belli hujus annos docet fuisse *Xenophon*, cum duos agnoscat tantummodo *Diodorus*. Primo nihil gestum fuisse docet *Xenophon*, sed *terramotus* infausto omine aversum *Agidem* quo minus procederet. Neque vero est quod hoc in *Lacedæmonii* miremur. Similia alia habet hujusmodi Superstitionis exempla, non apud alios duntaxat *Græcos* ¹, verumetiam apud *Lacedæmonios*, imo in hoc ipso *Agide* ², *Thucydides*. Ne alia jam commemorem. Occurrunt enim passim apud veteres.

Hoc autem, ni fallor, anno Expeditionem in fratrem *Artaxerxem* suscepit *Cyrus* junior. *Olympiadis* xciv^z. anno 4^o. susceptam consentiunt *Diodorus* & *Laertius*. Ne quidem in *Archonte* dissentiunt, quamquam *Xenænetum* alter, quem alter *Exænetum*, appellet. *Idem* tamen erat qui utroque nomine designabatur, anno ante Archontem *Lachetem* sub quo passus *Socrates*, ut monet recte *Laertius*, qui anno *Olymp.* xciv^z. 1^o. Magistratum gessit. Illo enim Archonte *Lachete* rediisse, non *Diodorus* tantummodo, sed antiquior *Diodoro* testis est Auctor *Chronici Marmorei*. Annumque unum & tres præterea menses illius Expeditionis fuisse, vel *Xenophon* ipse testis est, vel potius fortasse *Themistogenes*. Nempe dum redirent ad *Seuthem*, quem principem *ultimum* numerat earum, quas in illa Expeditione peragraverant, regionum. Hinc sane colligitur, aliquot saltem ante finem mensibus Expeditionem esse susceptam, ut proximo Archonte etiamnum munus obeunte redirent. Rursus hoc anno *Juliano* medio ad minimum elapso profecti fuerint oportet, ut anno illo Archontico qui iv^o. *Olympiadis* anno respondebat, proficisce-



proficiscerentur. Imo hoc ipso potius anno *Juliano* exeunte, quam sequenti ineunte, Bellum illatum exinde colligimus, quod *duas hyemes* memorarit Auctor *Avabáσις*, *aliam* non magno admodum intervallo à cæde *Cyri*, *aliam* rursus cum in regionem *Seuthis* pervenissent, diversas invicem, & multorum certe mensium spatio distitas. Erat quidem annus ille, pro *Cycli* utriusque rationibus, tam *Attici*, quam *Laconici*, Embolismæus, & mensium proinde XIII. Ut proinde tota Expediitio mensium fuerit non xv. tantummodo, sed xvi. Erat porro, cum in *Seuthis* ditio- nem venirent, *secundæ hyemis* initium. Merebant enim sub *Seuthe*, per *duos* fere *menses*. *Primo* autem *mensē* *χειμῶνα ἴδης*, & *secundo* *mensē* ad *exitum* vergente *ἰσὸν χειμῶνα* censet *Xenophon*. Ita *primo* *mensē* *hyemali* ad *Seuthem* venerint, *mensē* nimirum *Attico* VII^o. *Laconico* autem IV^o. Sic inierit Expediitio hoc anno *Attico*, *mensē* IV^o. *Laconico* autem I^o. ut ultimum illum prædicti spatii *mensē* fuisse supponamus. Quod si ad *secundum* *hyemis* *mensē* calculum producamus, quo à *Seuthe* discesserint, elapso scilicet; jam paulo serior illa fuerit Expediitio. Sed priorem calculum verisimiliorem existimo, ut supputationem suam Auctor, mox illo tempore, quo in *Thraciam* venerint reduces *Græci*, terminarit. Sic enim optime consulatur *Historiæ*, ut *stationes* illas, quas ante pugnam superatas tradit Auctor, conficere posset *Cyrus*, & tamen ante *hyemem* pugnare. Erant præterea, hoc eodem spatio, tres *Lacedæmoniorum* *Nauarchi*, *Samius*, *cujus* opera, in Expeditionis initio, *Cyrus* ipse usus est. *Anaxibius*, quem, cum *Byzantium* appulissent, *Nauarchum* reperere *Græci*; & *Polus* quem *Anaxibio* susceptum audiverant antea quam *Seuthi* adjungerentur. Fuerit *Nauarchia* jam non *biennis*, sed *annua*. Sic tamen necesse erat, ut *Samium*, elapso quidem tempore, antea tamen quam appulisset *Successor*, *adjutorem* habuerit *Cyrus*. Ut etiam nondum *successorem* *Anaxibii*, sed de *Polo* ejus *successore*, (ab *Aristarcho* qui eodem anno *Laconico* *Harmoltes* *Byzantii* designatus appulerat) *famam* tantummodo acciperent reduces *Græci*. *Anni* certe *Laconici* initium antea fuisse quam *Seuthi* adjungerentur, exinde constat, quod *Thimbron*, cui *Asia* *Provincia* demandata fuerat à *Lacedæmoniis*, illos per *duos* jam *mensēs* expectarit, cum à *Seutho* discederent. Prius autem ipsi in *Asiam* pervenerant quam appelleret ipse *Thimbron*. Et prioribus Expeditionis *mensibus* prælium erat cum Rege *Artaxerxe Mnemone* & *clades* *Cyri*. VIII. enim *mensēs* ab illo *Prælio* supputat Auctor *Avabáσις*, & XLV. *dies* antea quam discederent à *Cotyoris*. Quod tamen factum aliquot fortasse *mensibus* antea quam ad *Seuthem* se conferrent. Sic undequaue congrua erit nostra hæc, ni fallor, *Chronologia*. Longe certe errare vix possumus. Incipit: ΕΝ ΔΕ ΤΟΥΤῳ &c. L. III. C. II. n. 19.

L. III. C. I. n. 17

n. 3.

XI^{us} *Xenoph.* annus coepit *Elaph. I. Mart. XXVI. Jul. Per. 4314. U.C. Varr. 354.* ante Epoch. *Chr. vulg. 400. Olymp. xcv. 4.* Incipit: Πειρίντι ὃ τῶ ἐνιαυτῶ φαίνουσι πάλιν &c. - L. III. C. II. n. 18.

II^{us} hic Belli in *Eleos* annus est, quo novo *Ephorum* decreto Bellum
 H h h h h h denuo



Annales Xenophontei.

denuo susceptum est. Hinc autem non inepta *Diodoro* fuerit erroris occasio, quod *secundi anni* gesta ille *primo Belli anno* apposuerit. *Comites* certe *Lacedæmoniorum*, & facta talia hoc anno demum *Xenophontis* 11^o. legimus, qualia 1^o. *Diodori*. Et similiter utrobique ad urbem ipsam *Elidem* progressum, quem primo anno esse ne quidem potuisse jam ostendimus. Hæc cum fecisset rex *Agis*; ipsum recessisse tradit *Xenophon*. Sic tamen ut *Lysippum* Harmostem in *Elide* reliquerit, qui τὸ μὲ λοιπὸν δῖπρον καὶ τὸ ἄλλο τὰ χειμῶνα regionem vastaverit. Facile intelligimus præsidii in *Elide* relictis illum præfuisse *Lysippum*. Sic enim ait *Diodorus* Regem *Lacedæmoniorum*, ἡδὲ τὰ χειμῶνα σωτηριζόντων, iustis præsidiariorum copiis in *Elide* relictis, sese ad hiberna contulisse, & ἐν Δύμῳ ἰσχυροῦσθαι. Quod hyeme duntaxat appropinquante hoc fecerit, inde constat reliquam fuisse, præter hyemem, etiam *Æstatis partem* aliquam qua *Elidem* diripuerint præsidarii: & hoc anno gesta narrare *Diodorum*, quæ secundo hujus Belli anno testatur acta *Xenophon*. Observavit porro *Xenophon* hoc anno, Regem *Lacedæmoniorum* ad *Olympiam* accessisse, & *Jovi Olympio* sacrificasse, nemine prohibente. Innuit, scilicet, *Olympia* hoc anno fuisse, quorum participes fuerint victores *Lacedæmonii*, ne quidem jam audentibus prohibere, qui ante prohibuerant, *Eleis*. Hæc etiam anni nota est. Hæc erat, ni fallor, causa cur, præsidii in *Elide* constitutis, Rex deinde se ante *Æstatis finem* ex *Elide* subduxerit. Nempe propter inducias *Olympiorum* armistitio celebrari solitas, hæc ipsa anni tempestate, rebus alioqui bello gerendis maxime opportuna.

Hoc tandem anno *Juliano*, sed exeunte, reversi sunt *Cyri* in Expeditione socii *Græci*. Nempe ineunte, non mense solummodo, verum etiam tempestate, *Hyemali*, trimestri illa quæ ab *Autumno* distinguitur, vel *Decembri* exeunte, vel si ineunte *Januario*, *Juliano* anno *Varoniano* sequenti 355. Utrovis mense, adhuc certe *Olymp.* xcvi^o. anno 1^o. *Thimbrone* jam Harmostæ munus in *Asia* obeunte, rediisse, non Auctor tantummodo *Avabdotas*, verum etiam ipse *Xenophon* testis locupletissimus est. Itaque hic annus *Thimbronis*, pro mente *Xenophontis*. Ita scilicet ut ab anni forte *Laconici* initio *Oct.* xv^o. pro nostris Tabulis inierit. Vel ab eo saltem tempore quo Bellum *Tissapherni*, Civitates *Græcas Ionicas* in servitutem vendicanti, indixerunt. Fecit illud Bellum ut mitius deinceps à suis tractarentur *Græci* reduces jam Bellum manifestum in ipsum Regem decernentibus. Et hoc ipso *Olymp* xcvi^o. anno 1^o. & Bellum denunciatum, & missum *Thimbronem*, & reversos à *Cyri* Expeditione *Græcos* agnoscit *Diodorus*. Gesta tamen *Thimbronis* omnia sequenti anno *Juliano* tribuenda sunt 355^o. Et si, pro more *Thucydidis*, à Vere annus inchoandus esset, sic annus *Xenophontis*, in quo verisimur, commune nihil haberet cum illo, cui illum assignavimus, anno *Juliano*. Sed oblitus est, ut vidimus, primævi sui tam Auctoris, quam consilii, in annis ad tempestates exigendis. Et ad receptiorem illam Chronologiam, quæ ad Magistratus annuos Annales exigebat, incaute delapsus est, ut jam per aliquot annos vidimus. Hæc autem Historia *Xenophontis* cum sit præcipue *Lacedæmoniorum*, proinde ad *Ephoros*, &



& ad anni *Laconici* initia, referenda est. Sic ergo deinceps *Annales* nostros intelligi cupimus, ut ad illos annos *Julianos* annos *Laconicos* referat Lector, quibus cœperit annus *Laconicus*, quamvis *rerum* gestarum *annuarum* pars longe maxima *annorum* sit *sequentium*, quod semel monuisse sufficiat. Hoc sane anno ita se rem habere, è dictis manifestum est. Res enim à *Thimbrone* in *Persas* gestæ ab illo demum tempore cœperunt, ipso hoc monente *Xenophonte*, quo *Cyri Græci* reliquis se *Thimbronis* copiis conjunxerunt. Non autem antea è *Thracia* in *Asiam* venerunt illi, quam *duo* menstrua stipendia sub *Seuthe* meruissent. Nec facile ante sequentis anni *Januarium* *Seutem* ipsum juvare poterant, ut ostendimus. Incipiunt hæc gesta verbis illis: *Ἐπει μὲν τῆς τριακοντῆρας* &c. L. III. C. I. n. 2.

XII^{us} *Xenoph.* annus cœpit *Munych.* i. *Apr.* xiv. *Jul.* *Per.* 4315. U. C. *Varr.* 355. ante *Ep. Chr.* vulg. 399. *Olymp.* xcvi. 1/2. Incipit: *τῆς δ' ἑξήκοντος* &c. L. III. C. II. n. 21.

Hic rursus annum censet initio *Thucydideo* *Æstatis*, ut existimo, *se-* *mestris* quæ à *Vere* inibat. Hinc autem manifestum est, Bellum cum *Eleis*, quod *Olymp.* xciv. 3. ortum agnoscit *Diodorus* ipse annis *Olympicis* tribus tenuisse, & quidem ad annum *Olympicum* 3^{m.} affectum, ut *Ver* hujus anni attingeret. Si ad *ἄρτος* tenuerit proprie sic dictum, ita 3^{m.} annum etiam *absolverit* *Olympicum*. Novus enim ab illius *Æstatis* initio annus procedit *Olympicus*. Sin *ἄρτος* illius *sine* Bellum confopitum fuerit, ita ad anni *Laconici* novi exordium durarit. Vix autem credibile est tamdiu ab armis temperasse illum, quicumque demum fuerit, *Lacedæmoniorum* Regem, nisi nuncius *Pacis* à *Thrasydæo* maturior illum repressisset. Itaque de fine *Thimbronis*, potius quam *Dercyllidæ*, *Xenophontis* illa intelligenda cenfeo, quibus ait Bellum hoc *Lacedæmoniorum* cum *Eleis* & *ἄρτων* *χρόνον* fuisse, quo de *induciis* egit cum *Tissapherne* *Dercyllidas*. Nullus certe annus quo fuerint *Olympia* in illam *Dercyllidæ* cadit biennem *Harmostiam*, qualem jam vidimus ipsum innuere *Xenophontem* in Bello *Lacedæmoniorum* cum *Eleis*. Nec poterat *trienne* Bellum satis commode contendere cum *Præfectura* duntaxat *bienni*. Nec quicquam sani habuerit oportet de hujus Belli cum *Eleis* tempore *Diodorus*, si ita *Xenophon* intelligatur. Laxius ergo illum intelligendum arbitror, ut Bellum illud cum *Eleis* eodem tempore compositum fuerit, quo novum illud exarserit cum *Tissapherne*. Hoc certe voluisse cenfeo *Xenophontis* Auctorem, si minus idem voluerit ipse *Xenophon*.

Hoc ergo anno, ut jam dixi, *Thimbronis* omnia statuenda sunt. *Primum* anni partem colligendo exercitui impendit, modicum enim secum duxerat è *Peloponneso*. Itaque ex *Urbibus* *fœderatis*, quarum patrocinium susceperant *Lacedæmonii*, novæ erant conscribendæ copiæ, & reduces è *Cyri* Expeditione *Græci* præmiis invitandi. Dum ita justum coegisset exercitum, se potius tuebatur quam *Tissaphernem* oppugnabat. Auctus viribus majora ausus *Urbes* aliquot partim vi, partim deditione, occupavit.

H h h h h h 2

occupavit.



occupavit. Hæc certe annum hunc, ut mox videbimus, integrum absol-
visse videntur. *Nauarchus* erat successor *Anaxibii Polus*.

XIII^{us} *Xenoph.* annus cœpit *Munych.* 1. *Apr.* III. *Jul. Per.* 4316. U.C.
Varr. 356. ante *Ep. Chr.* vulg. 398. *Olymp.* xcv. 3. Incipit: *Ερ*
Ερέρω δὲ ἦδη ὄντο αὐτῶ &c. L. III. C. I. n. 6.

Dercyllidæ successionem tribuit *Diodorus* hujus *Olympiadis* anno 2^o.
Sed potuit tam *huic* anno *Juliano* quam *superiori* concurrere is idem an-
nus *Olympicus*. Huic autem anno potius successionem illam tribuen-
dam existimo. *Dercyllidam* ait appulisse *Xenophon*, cum ex *Epheso* no-
vam in *Cariam* Expeditionem pararet *Thimbron*, ἐν *Ερέρω ἦδη ὄντο αὐτῶ*.
Hiberna, ni fallor, in *Epheso* Provinciæ Metropoli designavit, & novam
proinde, *Vere* ineunte, in *Cariam* Expeditionem. Huc verba ejusdem
etiam de *Dercyllida* illa retulerim: *Εβουλεύετο ὅπως ἂν μὴ ἐν τῇ φίλιᾳ χειμά-*
ζων βαρῦς εἴη τοῖς συμμάχοις, ὡς οἱ Θίμβρων. Innuit nimirum hanc causam
fuisse cur *Thimbron* revocaretur. Vere enim φίλια erant, vere συμμά-
χων, *hiberna* illa *Ephesina*, & in fine potius quam initio Præfecturæ,
cum vixdum exercitum haberet hibernis in *hostico* occupandis idoneum.
Et de illis *Dercyllidæ* loquitur *hibernis* quæ primum illius administra-
tionis annum excipiebant. Idem præterea ostendunt verba illius qui
Cyri Græcis præfuit, primi *Dercyllidæ* anni fine: *ἡμεῖς μὲν ἐσμὲν οἱ αὐτοὶ νῦν*
τε καὶ πέρυσιν ἄρχων δὲ ἄλλο μὲν νῦν, ἄλλος δὲ τὸ παρελθόν. Et annum uni-
cum, & *aliam* à primo *Dercyllidæ* anno tenuisse *Thimbronem* inde
manifestum est.

XIV^{us} *Xenoph.* annus cœpit *Elaph.* 1. *Mart.* xxii. *Jul. Per.* 4317. U.C.
Varr. 357. ante *Ep. Chr.* vulg. 397. xcv. 3. Incipit: *Ἄμα δὲ πρὸ ἡε*
παραλυβήθη &c. L. III. C. II. n. 5.

Secundus hic *Dercyllidæ* Harmostæ annus est. *Hiberna* ejus in *Bi-*
thynia fuisse docuerat supra *Xenophon*. Jam novi veniunt è *Sparta* ἑπι-
σκοποῦντες exploraturi quomodo se res *Asia* haberent, simulque indicant
Dercyllidæ in annum ἐπὶ ὄντα Imperium esse prorogatum. In annum sci-
licet, quæ hoc *Vere* inchoandus erat, pro forma rursus *Thucydidea*. Hinc
intelligimus, in more fuisse, ut *Vere* demum rescirent plerunque deces-
sores an Successores habituri essent, non autem ipso anni *Laconici* ini-
tuo quo designari ut plurimum solebant. *Lysandrum* tamen vidimus,
ne quidem expectato *Vere*, Bello ipsa *hyeme*, prælio fatali finem im-
posuisse.

Pactis ergo cum *Pharnabazo* induciis *Hellespontum* cum copiis tra-
jicit *Dercyllidas*, & *Thraciam Chersonesum* muro ducto munit. Murus
ἔτι καὶ ἡμεῖς χεῖναι cœptus πρὸς ἰσθμὸν absolvitur. *Vere* ergo trajecerat. Nempe
mense *Martio Juliano*. Tum reversus in *Asiam* obsedit *Atarna* per
viii. menses. Hoc scilicet anno *Juliano* ad exitum vergente, & *Olymp.*
xcv. anno jam 4^o. Tum *Ephesum* reversus mandatum accipit de *Caria*
Tisaphernis regione vastanda. Eodemque tempore idem cum illo exe-
quitur *Pharax* Nauarchus. Hæc certe sequentis fuisse anni *Juliani*,
post



post initium anni *Laconici*, fuisse prædicta ostendit obsidio. Hoc ergo anno, post Oct. XIV^m. quo inivit annus *Laconicus*, Nauarchi munere ornatus est *Pbarax*. Tum initæ cum *Tissapherne* Regiisque induciæ.

Μετὰ τούτο &c. Nempe post hæc *Dercyllidæ* Acta, biennia, quæ cum Bello in *Eleos trienni* contulit non admodum accurate *Xenophon*, *Agis* spoliatorum ex *Elide* *δεύρας* *Delphis* sacrificiorum sumptibus impendit. Hoc enim, ni fallor, voce *δεδούρας* designavit Auctor. Reversus *Herææ* ægrotavit, *Spartæ* mortuus est. Tum demum Rex in illius locum sufficitur, non *Leotychides* filius, sed frater *Agefilaus*. Hoc certe hujus *Olympiadis* xcv^æ. anno 4^o. Necdum enim *annam* in Regno explevisse *Xenophon* testatur *Agefilaum*; cum deferretur ad *Ephoros* conjuratio *Cinadonis*. Sequitur. Μετὰ ταῦτα *Herodam Syracusanum* de novæ classis apparatu in *Lacedæmonios* similiter monuisse *Tissaphernis* Regisque consiliis clam factò : quæ causa fuerit cur in *Asiam*, *Lysandri* hortatu Expeditionem susceperit *Ageilaus*. Sed 1^o. anno *Olymp.* xcvi^æ. *Διάβασιν* *Ageilai* statuit *Diodorus*. Nam autem *incunte*, an *exunte*, non docet : cum tamen annum *Julianum* prorsus aliam designet pars anni *Olympici* prior ab eo quem erat designatura posterior. Sed ἀπὸ ὄντος αὐτῶ ἐν τῇ ἀρχῇ famam illam de *Perisarum* apparatu fuisse monet in *Agefilao Xenophon*. Cum qua nota alia illa nondum expleti in Regno *anni* satis apte convenit. Mox tamen anno *sequenti* ostendemus, ad *initium* potius anni *Olympici* spectare transitum *Ageilai*. Sic autem fiet ut *initio* anni 4ⁱ. hujus *Olympiadis* xcv^æ. mortuus fuerit *Agis*, suffectusque in ejus locum *Ageilaus*.

XV^{us} *Xenophontis* annus coepit *Munych.* 1. *Apr.* x. *Jul.* *Per.* 4318. *U.C.* *Varr.* 358. ante Epoch. *Christ.* vulg. 396. *Ol.* xcvi. 4. Incipit: Ἐπεὶ δὲ ἀφικνήμενοι πρέσβεις. L. III. C. II. n. 10.

Hinc annum *novum* inchoandum existimo. VIII. menses in *Atarnorum* obsidione positi ad anni superioris *Juliani finem* accedere necesse erat. Vere enim jam coepto fuerat in *Ithracica Chersoneso*, cujus præterea munitionem ipse inchoaverat. Tum in *Asiam* reversus, Civitates alias *Asiæ* obierat antea quam obsidionem illam aggredere. Ita Vere affecto obsidionem coeperat. Inde *Ephesum* regressus. Proculdubio ad *hiberna*. Nec sane nili *hibernis* actis licuit *Pharnabazo Tissaphernem* ad nova in *Græcos* Bella concitare, quem tamen nemo *fæderum violatorum* accusat Historicus. Nihil certe, captis *Atarnis*, in illum hostile aggressus est *Dercyllidas*; cum tamen, etiam in *hyeme* sæpe legamus regionum hostilium deprædationes. Itaque ad *hyemis finem* duraturæ erant *induciæ*, quas pactus fuerat, cum in *Chersonesum* trajiceret, cum *Pharnabazo Dercyllidas*. Anni ergo novi Vere illa erat in *Cariam* Expeditionis, qua *novæ* jam, hujusque anni, factæ sunt *induciæ*, dum à Rege & è *Sparta* nuncii appellerent. Et novi adeo anni Imperium supponit *Dercyllidæ* demandatum decretum illud de diripienda *Caria*. Idque sane docent *Xenophontis* verba de hac nova in *Cariam* Expeditione loquentis: ὡς ἑαδὺς ὁ ἄνθρωπος ἐν τῷ Μαύρῳ πεδίῳ. *Segete* enim se oculuisse

H h h h h h 3.

tradit.



Annales Xenophontei.

tradit *Jonas* qui in exercitu *Perfarum* militabant. Verum illud esse ne quidem potuit de anno illo *Juliano* quo expugnata sunt *Atarna*, ut jam ostendimus. Itaque manifestum est ad alium hunc, in quo versamur, annum *Julianum* spectare *novas* illas cum *Tisapherne* atque *Pharnabazo* inducias, & anni certe *Olympici* 4ⁱ. non *ineuntis*, sed ad exitum vergentis. Hinc ergo facile colligimus ante *Olympiadis* *xcvix.* initium ne quidem potuisse in *Asiam* appellere *Agésilauum*. Cæterum *ineunte* anno hujus *Olympiadis* 1^o. *Agésilauum* appulisse probandum est, & errores *Diodori* è *Xenophonte* corrigendi sunt. *Plurium* enim annorum gesta in unicum annum *Olympicum* congeffit imperitus *Historiarum* variarum *Epocharumque* commissor *Diodorus*. Cum ergo appelleret, inducias *Tisapherni* trimestres concessit, in quibus observandis *Tisaphernis* perfidiam expertus est. Hoc nempe arcte cohæret cum *Historia Dercyllidæ*, ut quas antea concesserat inducias *Dercyllidas* incerti temporis dum nuncius è *Sparta* veniret, eas ad tertium usque mensem ratas haberet Rex ipse, Legatus, si ita loqui liceat, ab *Ephoris* αὐτοκράτωρ. Et quidem inducias illas ab ipso *Agésilao* testantur omnes sanctissime fuisse observatas: & ἐν ἀρχῇ factas testatur in *Agésilai* vita *Plutarchus*. Sed vere *ineunte* Bellum denunciavit *Tisaphernes*, in *Asia* discederent *Lacedæmonii*: & viceversa se composuit ad Bellum strenue gerendum *Agésilauus*. Quis est qui hic *induciarum* trimestrium finem non facile agnoscat? Proinde tribus tantummodo ante *Veris* initium mensibus inducias illas *Tisapherni* concesserat jam præsens in *Asia*, jam cum ipso *Tisapherne* congressus *Agésilauus*. Cœpit *Ver* illud mense *Laconico* *vii*^o. quem *Aprilis Juliani* die *ix*^o. cœpisse nostræ docent *Tabulæ*. Hoc ergo anno *Juliano* omnino exeunte, *Sparta* discesserit, & in *Asiam* appulerit, si quidem hoc anno *Olympiadis* Expeditionem susceperit, quod agnoscit *Diodorus*. Prior enim fuerit oportet anni *Olympici* pars, non posterior, quæ *Ver* tam modico spatio præcesserit. Nec quicquam adhuc hostile cœptum, quicquid sentiat in contrarium *Diodorus*. Et tamen ἐὸς τὸς *Tisaphernis* perfidiam ultam docet *Plutarchus*.

XVI^{us} *Xenoph.* annus cœpit *Munych.* i. *Mart.* xxx. *Jul.* *Per.* 4319.
U. C. Varr. 359. ante *Ep. Chr.* vulg. 391. *Olymp.* *xcvi.* ½. Incipit:
 Ἐπεὶ δὲ ἐκείνη ἀφίκετο. *L. III. C. IV. n. 5.*

Inducias Agésilai, & Vere cœpto, primam illius in *Persas* Expeditionem hujus anni *Juliani* fuisse jam probavimus. Priorem ergo hanc Expeditionem in *Cariam* denunciata, in *Phrygiam* revera fecit, nondum *Equitatu* instructus. Ei τὸ πλεῖστον ἢ ἄριστος infumisse Auctor est ipse *Diodorus*, ita ut ἐπὶ τὸ φθινώτερον, *Ephesum* sit reversus. Et hujus anni nota est, quod adhuc sub ejus Imperio *Dercyllidam* memoret *Xenophon*, adhuc *Pharacem* Nauarchum *Diodorus*. Denique quod adhuc ei paruerit *Lysander*, quem anno, postquam navigaverat, elapso cum suis è *Concilio Laconico* *xxx Spartiatis*, reversos testatur ipse *Xenophon*. Ita scilicet ut *Lysandri* vicem jam deinceps suppleverit *Herippidas*, cum suo quoque, ut videtur, *Spartiatarum* tricenario. Cæterum anni
Juliani



Juliani exitu discesserint oportet, vel *sequentis initio*; cum anni *Juliani superioris exitu* navigationem *Agesilai* statuerimus. Maturius autem sese contulit in *hiberna*, ni fallor, *Agesilaus*, ut rem *Equestrem* expediret in *Ver proximum*; quod etiam fecit. Superiori enim anno fuerat, ex hac parte, *Persis* imparatior. Hoc anno ad Regem *Persarum* venit *Conon*. Sed 2^o. *Olympiadis*, ut videtur, non *primo*. Classē enim paravit, qua *proxima Aestate* mare tueri posset, inquit *Cornelius Nepos*. c. 4. Itaque non primo anno, ut vult *Diodorus*, sed 2^o.

XVII. *Xenoph.* cœpit *Elaph.* 1. *Mart.* XIX. *J. P.* 4320. *U. C.* *Varr.* 360. ante Epoch. *Chr.* vulg. 394. *Olymp.* xcvi. $\frac{2}{3}$. Incipit: *Εκ δὲ τῶν, ἐπειδὴ ἔαρ ὑπέστανε.* L. III. C. IV. n. 16.

II^m. hunc fuisse *Agesilai* annum exinde constat, quod jam hoc anno *ineunte* memoretur reditus *Lysandri*, qui tamen annum cum *Agesilao* implevisse traditur: exinde etiam, quod hoc *ново Vere* instructus Equitatu *Tissaphernem* fatali prælio vicerit: exinde porro, quod novum *Nauarchum* hoc tandem anno ipse *Pisandrum* nominaverit: exinde denique, quod loco *Lysandri Herippidam* deinceps pro consiliorum principe habuerit. Imo disertis verbis *biennium* Belli in *Persas* agnoscit in *Agesilai* Encomio *Xenophon*; agnoscit etiam in *Agesilao* *Plutarchus*. Et quidem Veritatis vestigia in ipso legimus *Diodoro*. Duas enim ipse memorat Expeditiones, licet nullorum meminerit, quæ intercesserint, *hibernorum*. Cœpit *Ver Civile Laconicum Martii Juliani* die XVIII. mense *Laconico* VII^o. Nec diu postea *prælium* dilatatum exiitimo. IV^o. enim die, ex quo hostilem agrum deprædatus est, fuisse constat è *Xenophonte*. Itaque ipsum quoque *Vere*, nec admodum affecto. Postea, nuncio de Prælii *eventu* accepto, Rex *Tissaphernem* à *Titbrauste* curat interficiendum. Tum à *Titbrauste*, accepto comiteatu, in *Pharnabazum* proficiscitur *Agesilaus*. Hic nuncium accipit, è Patria factam sibi potestatem nominandi quem vellet *Nauarchum*. Elapsa scilicet *Pharacis* *Nauarchia*. Nominat ergo *Pisandrum* uxoris fratrem. Tum *classē* è *Sociis* conscribit. Inde *Titbraustes* *Græcos* ad Bellum concitat. adversus *Lacedæmonios*, quo revocari posset ex *Asia* *Agesilaus*. Successit ex animi sententia conatus ille; sequiturque Bellum in *Thebanos*; quo perit ad *Haliartum* *Lysander*. Illius cædem *Olymp.* xcvi^æ. ann. 1^o. tribuit *Diodorus*. Sed jam ostendimus superioris anni *fine*, vel hujus *initio*, fuisse superstitem, cum tamen idem annus *Olympicus* 2^{us}. hujus *Olympiadis* xcvi^æ. tam *finem* illius, quam hujus *initium* fuerit complexus. Addit *Plutarchus* à prælio ad *Delium* annum quo perit *Lysander*, fuisse xxx^m. Satis, pro nostris hypothefibus, accurate. Erat enim prælium illud ad *Delium* anno Belli *Peloponnesiaci* VIII^o. ut è nostra constat *Chronologia*, *U. C. Varr.* 330. hic autem 360. est. Et quidem annis Belli, qui à *Vere* incipiunt, optime respondent anni *Varroniani*, qui à *Januario*. *Olympicorum* annorum numerus etiam convenit, quod pugnatum sit ad *Delium* *Olympico* anno illo, qui *posteriori* anni *Varroniani* parti congruerit; & quidem *Lysander* *Olympico* anno *posteriori* cecidit,



Annales Xenophontei.

cecidit, qui hoc anno erat *Olympiadis* 3^{us}. ut mox videbimus. Sed & aliam *notam* præbet *Xenophon*. Ait enim *Pausaniam*, propterea quod *Lysandro* constituto tempore non succurrerit, *capitis* damnatum in *exilio* mortuum esse. Hunc autem *Plistonacti* successisse *Olymp.* xciii. i. Pugnassem autem annis xiv. tradit *Diodorus*. Hic annus *Olympicus* pro *priori* sua parte anno *Varroniano* respondebat 346. à quo hic nostrer 360. xiv^{us}. est, accuratissime. Sed *posteriori* potius parte hujus anni exulavit *Pausanias*. Anno enim *Olymp.* xcvi^æ. 3^o. *exilium* illius assignat *Diodorus*, quem etiam ab *Olymp.* xciii^æ. 1^o. xiv^m. ipse utrobique agnoscit. Idque accuratissime. Nec vidit interim quam absurde mortem *Lysandri* ad *secundum* ante hunc, in quo versamur, annum *Olympicum* retulerit, cum propter illam ipsam *Lysandri* mortem exulasse tradit *Xenophon*. Ego certe *Lysandrum* ipsum hoc *posteriori* hujus anni *Juliani* anno *Olympico* 3^o. cecidisse censeo. Cum enim conversus ad ditionem *Pharnabazi* *Agefilaus* adhuc moram in *Asia*, quam speraverat *Tibraustes*, diuturniorem faceret; tum demum ad nova in *Lacedæmonios* *Bella Græcos* concitavit. Sed ἀπα μεταπάρω *Agefilaum* in *Pharnabazi* *Phrygiam* concessisse *Xenophon* testatur. Itaque postea *Græcos* accendit ad *Civilia* illa *Bella Tibraustes*; & postea proinde perierit oportet *Lysander*, qui primis hujus *Belli* *initiis* extinctus est. Antea scilicet quam exercitum coegisset *Pausanias*. Erat enim certe *Autumnus* *Hyemis* *semestris* pars *trimestri* etiam *Hyemi proxima*, quocumque demum sensu anni *Olympici* novi initio *posterior*, ut de *frugibus maturis* illum, & mense *Julio*, intelligamus; qui cum *Hyeme* neutra affinis est, ut fateor, intelligit nonnunquam ipse *Thucydides*. Hunc certe, ni fallor, intellexit *Autumnum*, quo se superiori anno ad *Ephesum* contulerat hic idem *Agefilaus*. In *hiberna* nimirum, licet *matura*, quod maximos apparatus meditaretur in annum *sequentem*. Et talia quidem *hiberna* ejus in *Palatio Pharnabazi* hoc ipso anno refert *Xenophon*. Ita fere *biennium* in *Asia* recte *Agefilaus* impleverit. Certe *reditus* ejus multo *serius* differri non potest. *Cononis* victoria ad *Cnidum* continuationem *Thucydidis* (quam xvii. annorum fuisse monet *Diodorus*) conclusit *Theopompus*. Et quidem hic ipse annus est, pro calculis nostris, à fine *Thucydidis* xvii^{us}. Sed fefellit *Diodorum* calculus, cum hunc annum vult fuisse *Olympiadis* hujus xcvi^æ. tantummodo 2^m. Non ita certe calculos posuit cum annum *Xenophonteum* xlvi^m. ab eodem *Thucydidis* exitu, censet *Olymp.* civ^æ. ann. 2^m. Ibi supputavit ab *Olymp.* xcii^æ. 2^o. Hic si numerum similiter ordiatur, xvii^{us}. ab illo initio annus *Olympicus* non jam hujus *Olymp.* xcvi^æ. 2^{us}. erit, sed 3^{us}. Et 3^o. adeo illius *Olympiadis* *Archonti* tribuit cœvus ipsi *Cononi* *Lysias*. Sed vero anno illo *ineunte* contigit illa victoria. Inde factum ut *minutiarum* minus sollicitus *Diodorus* eam 2^o. anno assignarit. Verum autem id fuisse exinde facile colligimus. quod nuncium hujus victoriæ in ipso *Bœotia* *introitu* acceperit *Agefilaus*, quo tempore *Sol* *Eclipsim* passus est, quam hoc anno ad *Aug.* xiv^m. referunt calculi *Astronomici*. Sic enim *Xenophon*. Itinere *maritimo* nuncium illum è *Cnido* in *Bœotiam* venisse verisimillimum est. Nec *multis* adeo post *prælium* *diebus*. Itaque post

Hecatom-



Hecatombæonem, & novi adeo *Olympici* anni initium, pugna ipsa fuerit. Die enim *Aug. xiv.* cœpit *Hecatombæonis Attici* dies *xxix.* Hinc tempus, quo trajecerit in *Europam* *Agésilauus*, quam fieri potest, proxime colligendum arbitror. Observavit *Xenophon*, postquam *Chersoneso* discessisset, eodem itinere usum *Agésilauum*, quo Rex usus fuerat *Græciæ* Bellum illaturus. Regem utique non alium quam *Xerxem* intelligens. Observavit idem *Agésilai* *Encomiastes*, quam viam *Xerxes* anno confecit, hanc *Agésilauum* minori spatio quam *menstruo* confecisse. *Xenophontem* imitatus est *Cornelius Nepos* in illius vita, qui ait, quod iter *Xerxes* anno vertente confecerat, hoc illum transisse triginta diebus. Nempe quod de extremis Regni partibus prodiderant Auctores, hoc ille de spatio inter *Asiam* finesque *Bœotia* laudum *Agésilai* prodigus intellexit. Nec enim à traiectione tantum intervallum agnoscit *Herodotus*, qui quarto ex quo trajecerat mense *Xerxem* ipsum in *Atticam* venisse testatur. Ita illo quo *Bœotia* fines attigit *Agésilauus* die *Augusti xiv.* nondum justum mensem, ex quo *Asia* discessit, impleverat. Sic medio *Julio* ex *Asia* trajecerit, & *Julio* itidem ineunte victoriam *Lacedæmonii*, cujus nuncium *Dercyllidam Amphipoli* convenerat, consecuti fuerint. Et *Augusto* itidem ineunte *Conon* illos viceversa vicerit ad *Cnidum*. Nec multo ferior *Augusti* illo die *xiv.* victoria *Agésilai* ad *Coroneam*. Post victoriam *Delphos* delatus, propter vulnera, spoliolum ex *Asia* decimas solvit; Πυθίων (inquit *Plutarchus*) ἀγομένον. Ita nimirum intelligendus, non quod jam agerentur, sed quod hoc Belli anno, ante aliquot menses, acta fuerint *Pythia*. Immo hoc ipso anno *Laconico*. Cœpit enim hoc anno *Juliano* annus *Laconicus Oct. xi.* ut è nostris constat tabulis. Post prælium utique tanto spatio, ut vota hoc ipso *Laconico* solvere posset *Agésilauus*. Sic anni hujus nota erit certissima *Pythiorum* celebritas, quæ anno *Olympiadis 2.* deficiente agi solebat, ut jam supra vidimus. Tum demum rediit *Agésilauus*.

Hinc gesta *Cononis* post victoriam, quam hoc anno fuisse probavimus, uti etiam *Persarum* & *Atheniensium* in *Lacedæmonios*, alibi, à novo initio, narrat. Et quidem plurimum annorum ad eundem, quos res *Lacedæmoniorum* perduxerat ante, terminum. Nempe ad verba illa: *Εν ᾧ δὲ ταῦτα ἐπράττετο, τὰ κατὰ Δελφῶν &c.* Nempe res maritimas fecerim, & tamen καθεστῆσιν narrandas censuit. Nempe *Pharnabazum* cum *Conone* *Harmostas Lacedæmoniorum* ex *Insulis Urbibusque Asia* maritimis expulisse. Hæc enim ejusdem anni fuisse, cujus erat victoria, agnoscit etiam *Diodorus*, quanquam 2^{m.} illum hujus *Olymp. xcvi.* fuisse censeat, quem nos 3^{m.} fuisse probavimus. Addit *Xenophon* in hac Civitatum defectione retentam nihilominus in *Lacedæmoniorum* fide *Abydum* à *Dercyllida*, *Sestumque* occupatam, quas frustra aggressi fuerint cum *Conone* *Pharnabazus*. *Cononem* ergo ait à *Pharnabazo* missum ut classem ex *Hellesponti* Urbibus quam maximam cogeret, ὅπως εἰς τὸ ἐξ ἰβιδ. ὅτι πλείστον ναυτικὸν ἀσπρῶσθαι, & his insumptum fuisse χειμῶνα. Spectant ergo hæc omnia ad posteriorem hujus anni partem, pro modo *Thucyde*o. Itaque etiam illa ad *Olymp. xcvi.* ann. 3^{m.} referenda sunt, annumque hunc, in quo versamur *Julianum*, proximique *U. C. Varro-*



niani partem illam quæ *Ver* præcessit, nempe quæ *Aprilem* præcessit *ineuntem*. *Ver*, ergo illud, cujus mentio apud *Xen.* in *Asia* non vidit *Agésilau*s.

XVIII. *Xenoph.* cœpit *Munych.* I. *Apr.* VIII. *Jul.* *Per.* 4321. U. C.
Varr. 361. ante *Ep. Chr.* vulg. 393. *Olymp.* xcvi. 2. Incipit: Εκ
 δὲ τῶν ἐπολέμων Ἀδωαῖοι. L. IV. C. IV. n. 1.

. IV. n. 2. Erupit jam hoc anno Bellum *Corinthiacum*. Quod cum *Olymp.* xcvi. anno 3^o. agnoscat erupisse *Diodorus*; proinde hujus anni parte priori, quæ illi anno respondebat, erupisse consentaneum est. Tempus quo eruperit exploratum haberemus, si constaret, quo tandem *Corinthiaci* anni mense fuerint *Euchia*. Hujus enim festi die ultimo cædes *Laconizantium* cœpit factio *Corinthiorum Lacedæmonii*s adversa. Nondum certe cœperat, cum superiori anno *Juliano exeunte Spartam* rediret *Agésilau*s. Et tamen hoc anno *Juliano* cœpisse verisimillimum est. Eodem certe facit, quod ad calculos attinet, qui per annos supputantur *Olympiadum*, seu hoc anno *ineunte*, seu superiori ad exitum vergente, cœperit hoc Bellum. Idem enim utrobique annus est *Olympicus*. Idem quoque, si per *Magistratus annuos* censeantur anni, seu *Atheniensium*, seu *Lacedæmoniorum*. His autem cædibus factis, *Praxitam Lacedæmoniorum* Polemarchum *μὲν ἡ μάχης* (ita cohortem appellabant *Spartani*) è *Sicyone* in *Corinthum* arcessunt *Pasimelus & Alcimenes*. Hi *Corinthum* primo, tum *Phliuntem* occupant, & nonnulla *Megarum* versus muniunt. Sed partem *Corinthi* adhuc tuentur *Athenienses*, duce *Iphicrate*. Tum missus *Agésilau*s in *Argivos*. Tum *Corinthum*, cum fratre *Teleutia*. *Agésilau*s mirum capit ab *Atheniensibus* restauratum, *Teleutias* navale. Tum recedit *Agésilau*s. Brevi autem redit mense quo *Isthmia* celebrabant *Corinthi* domini *Argivi*. Hæc omnia hoc anno hujus *Olymp.* xcvi. 3^o. gesta credidit *Diodorus*. Sed duorum annorum diversas expeditiones permiscet invicem, ni fallor, *Diodorus*. Sic enim reditum *Agésilai* describit *Xenophon*, quasi fuerit in hiberna. Τῷ τε ἡ συμμάχων στρατεύματι δῆκε, καὶ τὸ μὲν πολιτικὸν οἰκάδε ἀπήγαγε. Non ita certe facturus, dum essent adhuc in armis *Corinthii & Argivi*, nisi tempestas anni rebus gerendis opportuna fuisset elapsa. Itaque priorem duntaxat Expeditionem hujus anni fuisse censeo, in qua nulla locum habebant *Isthmia*. Nec sane ratio cur rediit *Agésilau*s, quod pecora in Urbem fuissent coacta, *Æstati*, quam hyemi desinenti, tam apte convenit. Tunc enim maxime deficere solet pabulum agreste. Tunc etiam, quæ in agro erant pecora, maxime periclitabantur ab hibernis hostium deprædationibus. Sed novi anni indicium nullum posuit *Xenophon*. Inde facilis erat *Diodoro* erroris occasio, ut unius ejusdemque anni utramque fuisse crediderit Expeditionem.

C. VIII. Gesta ergo hujus anni *maritima* incipiunt verbis illis: Καὶ ἡ χειμῶνα ἐν πῆσις ὄντες δῖνον. Ἄμα δὲ τὸ ἔαρι &c. Hoc ergo *Vere*, quod post prælium ad *Cnidum* proximè sequebatur, διὰ νήσων ad *Melum*, inde ad *Spartam* navigant *Pharnabazus & Corion*. A *Cnido* forte, ubi superiori vicerant, per



per Insulas *Sporadas*. Ora *Spartæ* maritima vastata, quo & portui & com meatui confulerent, in *Cytheræ* portum *Phœnicuntem* se recipiunt. ibid.
Niciam scilicet imitati, qui superioris Belli anno VIII^o. inde *Lacedæ-* Thueyd. L. IV. n.
monis infestus fuerat. Dimisso itaque præsidio *Laconico*, ipsi muro 54. n. 8.
 restaurato prædidiarios suos *Nicophebo Atheniensi* Harmostæ relinquunt.
 Inde ad *Isthmum* navigant, & *Corinthios* jam (ut vidimus) ad Bellum ibid.
 progressos ad strenue agendum hortantur, relictis quæ ad Belli admini-
 strationem necessariæ erant, quas ad manum habebant, pecuniis. Post
Praxitæ, ut videtur, discessum, necdum appulso *Agefilao*. Et tamen, C. IV. n. 13.
 ut vidimus, *Vere* jam affecto. Tum domum redeunt. Postea, monente
Conone, *Pharnabazus Cononem* cum pecuniis ad restaurandum murum C. VIII. n. 9. 10.
longum & Piræum mittit, quod ille strenue executus est, adjuvantibus
 non *Civibus* modo suis *Atheniensibus*, verumetiam *Bæotis* aliisque Ur-
 bibus *fœderatis*. Tum demum mittunt *Lacedæmonii* ad *Teribazum*, n. 12.
 qui de muris *Atheniensium* à *Conone* restauratis quereretur, *Antalcidam*.
 Tandem reversus; non accersitus *Conon*, à *Teribazo* in vincula conji- n. 16.
 citur. Hæc sane anni *exitum* fuisse ostendunt, antea quam *Conon* à re
 maritima gerenda summoveretur. Et sane alium *Cononis* annum, ab
 eo quo *vicit*, annum *Olympicum* agnoscit *Diodorus*, nempe 3^m. Sed
 quo errore annum quo *vicit*, pro tertio *secundum* arbitratus est, eo-
 dem pro 3^o. habuit, qui tamen fuerit *Olympiadis* *xvii^æ*. revera *quar-*
tus.

Porro ex his, quæ in rebus *Cononis* docet *Xenophon*, obiter colligi-
 mus, anno ad *exitum* vergente illam fuisse, quam huic anno concedi-
 mus, *Agefilai* Expeditionem. Ait enim adjutos *Pharnabazi* pecunia n. 10.
Corinthios Agathinum Nauarchum constituisse. Hoc certe cum tot re-
 bus à *Conone* post *Veris* initium gestis fuerit recentius, ut jam vidimus,
 non potuit, nisi *Vere* admodum affecto, contingere. Addit ergo: *Av-* n. 11.
τεπλήρωσαν δὲ καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι ναῦς. Inde constat illorum æmulatione
 excitatos *Lacedæmonios*, postquam *Cononis* victoria *θαλασσοκράτειαν* peni-
 tus amiserant, de classe in hoc sinu constituenda cogitasse. Nihil sane
ausos legimus in re *maritima*; cum anni *initio* eorum litora depræda- n. 7.
 retur cum *Pharnabazo Conon*, cum *Cytheram* præsidio in illos muni- n. 8.
 rent. Sed vero cum *Corinthum* hac prima Expeditione obsideret, *ter-* C. V. n. 1.
tium numerat *Xenophon* ipse in hoc *Nauarchi* munere fratrem *Agefilai* C. VIII. n. 11.
Teleutiam. Primus fuerat *Polemarchus* vel *Podanemus*. Huic inter-
 fecto, & *Pollidi Epistoleo* ejus vulneribus cedere coacto, classis hujus
 curam suscepit, pro tempore, ut videtur, *Herippidas*. Tandem venit,
 qui succederet, iusta patriæ instructus Auctoritate *Teleutias*. Hic sinus
 universi imperium nactus est, cum *Agathini* successor *Proænus Rhio*
 excessisset. Talem autem *Teleutiam* supponit obsidio *Corinthi* à fratre
Agefilao, quasi jam in mari *Naupaëtiaco* æmulum nullum haberet. Fieri
 ergo vix potest ut alia fuerit & posterior hoc eodem anno fratris *Age-*
filai Expeditio.



Annales Xenophontei.

XIX. *Xenoph.* cœpit *Munych.* I. *Mart.* XXVIII. *Jul. Per.* 4322. U. C. *Varr.* 362. ante *Ep. Chr.* vulg. 392. *Olymp.* xcvii. 4. Incipit: *Εκ δὲ τούτων οἱ Λακεδαιμόνιοι ἀνέσαντες.* L. IV. C. V. n. 1.

Hæc novi esse anni, præter ea quæ diximus, indicant, quarum mentio mox occurrit, *Isthmia*. Ut enim in *Thucydidis* anno xx°. *Isthmia* illi anno conveniunt Belli qui partem *Olympici* anni 4ⁱ. & sequentis *Olympiadis* 1ⁱ. complectebatur; ita huic, non superiori anno conveniunt oportet; cum hic sit annus qui similem in *Epocha Olympiaca* situm obtinet cum *Thucydidis* anno xx°. *Isthmia* etiam hac *Agefilai* Expeditione agnoscit *Diodorus* ad annum *Olympiadis* 3^m. perperam retulerit. Idem perperam anno *Olympiadis* 4^o. occupatam ab *Argivis Corinthum* statuit. *Isthmia* enim non alia de causa celebrabant *Argivi*, nisi quia jam revulsis agri *Corinthiaci* terminis, *Corinthum* ipsam pro *Argo* habebant, quod sæpe indicat *Xenophon*. Sed *Isthmia* celebrabant *Argivi* hoc ipso anno quo *Argivos* aggrediebatur *Agefilaus*. Itaque anni *Olympici* 3ⁱ. *Isthmia* illa esse non poterant, si *Argivi* non ante annum *Olympiadis* 4^m. *Corinthum* occuparint. Docet enim *Xenophon* duplicia fuisse hujus anni *Isthmia*: alia quæ celebrarint, sub *Agefilai* patrocinio, exules *Corinthii*; alia quæ, post illorum discessum, ipsi celebrarint *Argivi*. *Diodorum* hic malæ commissionis tenemus manifestum. *Æstiva* autem hæc *Isthmia* fuisse manifestum est, quæ eodem tempore cum *Olympiis* agi solebant. Quarto ab *Isthmiis* die *Agefilaus* verticem *Piræi Corinthiaci* occupat, ubi frigore vexati milites propter vestitum quem induerant tenuiorem, οἷα δὲ δέπυς. Itaque δέπυς *Isthmia*. Tum *Heræum* deditioe capit. Interim *Μύραν* insidiis cædit *Iphicrates*. Vim vocis *Laconicæ* non cepit *Diodorus* cum pro *Μύρα* reposuit *Μέρα* & *spatiās*. Alibi satis recte. Tempus autem cladis recte constituit annum *Olymp.* xcvii. 4^m. Veram ergo nostram hanc dispositionem, utcunque suis hypothesebus adversam, agnoscit ipse *Diodorus*. Porro *Hyacinthiis* eladem illam fuisse testatur *Xenophon*. Inde manifestum est *Isthmiis* aliquanto seriora fuisse *Hyacinthia*. Quæ tamen etiam ipsa mense *Laconico* erant *Hecatombæa*, (quem nos *Attico Hecatombæoni* respondisse putamus) sed, ut videtur, exeunte. Eodem ergo & ipsa mense cum *Isthmiis*.

Intelligimus etiam alterius anni hanc fuisse Expeditionem à superiori. Superiori enim anno *Spartam* redierat ad *Hyacinthia*, ut nos docet ipse *Xenophon* Oratione de *Agefilao*. Hoc autem anno *Hyacinthia* jam acta fuisse antea quam rediret, hæc ipsa docet clades. Post *Agefilai* discessum alia quoque loca à *Praxita* munita redegit in *Atheniense* Imperium *Iphicrates*. Tum abdicat, & *Chabriam* successorem habuit.

Quod autem ad *maritima* attinet, incipiunt, ni fallor, hujus anni gesta ad verba illa: *Καὶ βασιλεὺς τῆ ὡς Τηέβα? ἀνω παρ' ὠπὸς λῶ, Στράδαν καταπέμπει* &c. Superioris enim anni tempestatem illam, quæ rebus gerendis idonea erat, *Cononem* explevisse jam ostendimus. Ab hoc ergo anno cœperit oportet suffectus in *Cononis* locum *Struthas*. Hoc etiam proinde anno misus in *Strutham* à *Lacedæmoniis Thimbron*. Dederat autem jam



jam *Struthas* antea suæ in *Athenienses* benevolentix experimenta. Hæc enim causa erat cur in illum Nauarchum miserint *Lacedæmonii*. Itaque hoc anno affecto venit in *Asiam Thimbron*, & *ασιόντιος χεβου*, inquit *Xenophon*, à *Strutha* tandem oppressus atque interfectus. Quantus fuerit *χεβου* ille, non indicavit. Vix tamen puto res gestas *Ecdici* successoris Nauarchi (ut ab hoc anno *Laconico* cœperit) in *Asia* tamen ad hunc annum, sed sequentem esse referendas.

XX. *Xenoph.* cœpit *Ealpb.* I. Mart. XVIII. Jul. Per. 4323. U. C. Varr. 363. ante Epoch. Christ. vulg. 391. Ol. xcvi. ½. Incipit: Μετὰ δὲ τούτοις οἱ Ἀχαιοὶ. L. IV. C. VI. n. I.

Hoc anno Bellum, rogatu *Achæorum*, in *Acarnanes* gessit *Agésilas*. Post, quam fines attigisset, die xv°. vel xvi°. pecora eorum deprædatus, die xvi°. vel xvii°. vendidit xvii°. vel xviii°. in montium angustiis viciniam *Acarnanes*. Iterum deprædatus, *ἡνίκα ἦδ' ἐπερίγνετο τὸ μετόπισθεν*, discessit. Pro more, ut videtur, suo qui *Autumno* fere se in *hiberna* recipere solebat. Forte, ut adesset initio anni *Laconici*, si quod forte munus in novi anni auspiciis à Rege peragendum erat, ut supra in *Hycinthiis*. Rogatus ab *Achæis* ut saltem *sementem Acarnanum* impediret, pollicetur proximo Vere se adfuturum, & fruges nondum messi maturas correpturum. Itaque cum apparatus in Ver proximum faceret, moniti *Acarnanes* pacem faciunt. Expeditione nova anno sequenti opus non erat.

Res autem *Asiæ* ibi forte incipiunt: *Ἐπεὶ δ' ἦλθον εἰς Λακεδαιμόνα &c.* Ita morte *Thimbronis* afflictæ erant, ut antea quam spem fecissent *Rhodi* deditiois, de *Asia* occupanda spem abjecerint. Tum vero mittunt *Nauarchum Ecdicum*, & cum eo *Diphridam* qui *terrestribus* copiis *Thimbronis*, quæ incolumes evaserant, & fociis Urbibus præesset. Et cum *Strutha* rem fuisse *Diphridæ* innuit, ni fallor, *Xenophon*; cum aut, capto ab illo *Struthæ* genero *Tigrane* cum uxore ejusdem filia, inde habuisset quo militi stipendium solveret. Postea hujus *Olymp.* anno 2°. *Euagoram* *Cypri* Regem à *Persis* defecisse docet *Diodorus*. Hoc anno, ut videtur, exeunte, ut vi^m. attingeret quo *Persis* Bellum fecerit. Tunc *Autophradatem* *Lydiæ* Satrapam, & *Nauarchum Hecatomnum* ab *Artaxerxe* factos docet è *Theopompo Photius*. Nec inde legimus cum *Nauarchis* aut *Harmostis* Bella cum *Persis*. Jam enim Paci *Antalcidæ*, quamvis reliquis *Græcis* adhuc refragantibus, favebant *Lacedæmonii*. Nullo, ut videtur, alio nomine *Struthæ* ipsi infensi quam quod fuerit amicus *Atheniensium*. *Ecdicus* autem *Nauarchus* cum vires *Rhodiensium* suis majores intelligeret, *ἠορχίαν ἦσαν* in *Cnido*, inquit *Xenophon*. Nempe occasionibus, siquæ faverent, captandis intentus.

XXI *Xenoph.* cœpit *Munych.* I. Apr. vi. Jul. Per. 4324. U. C. Varr. 364. ante Ep. Chr. vulg. 390. *Olymp.* xcvi. ¾. Incipit: Παρελάθοντες δὲ τῶν χερμιῶν. L. IV. C. VII. n. I.

Hic ultimus est eorum annorum quorum res *Græcæ & maritimæ* seorsim.



Annales Xenophontei.

orsim narrantur. *Agésilai* Expeditio non processit, ut videtur, ultra minas. Metuentes ab eo *messibus* suis *Acarnanes* pacem rogabant pariter atque impetrabant. Processit autem Expeditio altera quam *Agésipolidi* tribuit *Xenophon*; *Agésilao* autem, nescio quo Auctore, an potius errore, *Diodorus*. Verum autem esse hujus anni *situm*, ex *Isthmiis* colligitur, quorum *inducias* Regi *Lacedæmoniorum* obtulerunt *Argivi*, adhuc scilicet *Corinthiorum* jus sibi vendicantes. Ea enim, cum fuerint *trietica*, *tertiis Olympiadum* annis, mense *hiberno* primo *hiberna* fuisse probavimus. Et tamen *induciarum Isthmicarum* prætextu se per menses, quotquot volebant, *præcedentes* turbantur *Argivi*. Erant autem hoc eodem anno etiam *Asiæ Nemea*, quorum *induciis* anni initio poterant obtendere. Locum tamen habebat etiam *Isthmicorum*, quamquam *remotiorum*, sanctimonia ad hostes, ut credebant, arcendos. *Isthmia* fateor, non memorat disertis verbis *Xenophon*; subinnuit tamen. Certe *Διοπλῳία* per terræmotum *Neptuni* omnino fuisse videtur quem *ἑννοσίγαιος* appellat Poetarum celeberrimus. Eodem spectat denique, quod *Agésipolidi Argivam* ingresso *Præcones* sacros fertis redimitos, qui *inducias* denunciarent, miserint *Argivi*, *ὡς αὖτε εἰώθεισαν*, inquit *Xenophon*. Sic enim illis occurrentibus *Agésilaus* ante biennium pepercerat; quod ne hoc anno faceret, *Oracula* consuluerat *Agésipolis*. Recte ergo hanc Expeditionem in *Argivos* ad annum hujus *Olympiadis* 2^m. retulit *Diodorus*, quamquam male illam *Agésilao* assignarit. Inde etiam priori anni parte fuisse constat. Cæterum *Agésipolis* identidem milites rogasse testatur *Xenophon*, quousque fuerat progressus *Agésilaus*. Nempe gloriæ æmulus, & qua licuit, etiam superaturus. Hæc *Agésilaum* ipsum, dum hæc rogarentur, *abfuisse* docent. Rationem addit *Xenophon*, *ἀρετὴ δὲ νέωσι τῷ Ἀγέσιλῳ ἐπατεροῦσθαι εἰς τὸ Ἄργον*. Itaque hoc anno illum non *ἐπατεροῦσθαι* supponit. Potius ergo lapsu aliquo suo, quam è *Theopompo*, errorem illum hausit, ni fallor, *Diodorus*.

Res autem *Asiæ & maritimæ* huic anno respondentes ibi, ni fallor, incipiunt: *Οἱ δ' αὖ Λακεδαιμόνιοι* &c. Idque inde colligo. Tunc *Abdemonem Artaxerxis* Regis amicum *Salamino* pellit *Euagoras*, teste *Diodoro*, *Olympiadis* hujus *xcvii*. anno 2^o. Anno, ut videtur, superiori *Juliano exeunte*. Tum missus, ut videtur, *Sparta* frater *Agésilai Teletias* in locum *Ecdici* suffectus anni *Laconici* initio qui anni *Olympici* mense cœpit 14^o. anno *Juliano* superiori, *Octobris* die 7^o. pro nostri *Cycli Laconici* tabulis. Orto autem *Euagoræ* in *Persas* Bello profectum exinde constat, quod x *Atheniensium* naves ad *Euagoræ* subsidium in *Persarum* Regem missas, interceperit. Hic enim observavit *Xenophon*, utrosque professioni suæ contraria admisisse: tam *Athenienses*, qui Regis *Artaxerxis* amicitiam præ se ferentes, *Euagoram* tamen Regi obnitentem adjuverint; quam *Lacedæmonios*, qui Regi hostilitatem professi copias in Regem missas averterint. Mira hæc fuisse, nec proinde facile credenda, ne quidem ipse diffitetur *Xenophon*. Nec ad ea credenda cogit Historia. Facile enim nos ex his *Paradoxis* expediemus, si meminimus, conjecto in carcerem *Conone*, jam refrixisse apud Regem gratiam *Atheniensium*: Deinceps unicum fuisse, qui *Atheniensibus* fa-

veret,



veret, successorem *Cononis Strutham*; & in illum, potius quam *Regem* ipsum, Bellum gessisse *Lacedamonios*. Jam vero erumpente hoc *Euagoræ* Bello, novum fuisse *Lydiæ* Satrapam *Autophradatem*, & Nauarchum *Hecatomnum*, cum quibus nullam legimus vel *Atheniensium* amicitiam, vel *Lacedamoniorum* inimicitiam. Sic locum nullum habuerint illa *Xenophontis* Paradoxa. Convenit porro *tempus*, nempe dum in *Aegypto* regnaret *Acoris*. Hunc enim similiter *Euagoræ* suppetias misisse docet *Theopompus*. Successorem autem habuit in *Aegypto* *Acoris*, Theopomp. apud Phot. Cod. anno hujus *Olympiadis* 3^o. si quid his temporibus accuratum habeat *Canon Eusebii*. Certe hoc anno *Olympiadis* nondum exeunte Nauarchum fuisse *Teleutiam*, exinde colligimus, quod hoc eodem *Olympiadis* anno 2^o. *Rhodium* ab *Atheniensium* fide alienarit. Nec tamen multo postquam naves illas *Atheniensium* ad *Euagoram* missas interceptisset. Rediit enim cum illis ad *Cnidum*, inde mox ad *Rhodum* navigat, & factionem n. 24. *Rhodiorum Laconizantium* superiorem facit. Aderat jam *Rhodi Teleutias*, cum in illum pariter atque factionem *Rhodiorum Laconicam* mitteretur *Thrasylbulus Styrensis* patriæ tyrannide depulsa insignissimus. n. 25. ibid. Et causam illam agnoscit *Xenophon*, cur à *Rhodo* ad *Hellespontum* diverterit *Thrasylbulus*, quod *Rhodi* res illi futura fuerit, non modo cum ipsis *Rhodiis* verum etiam cum *Teleutia*. Hinc rursus intelligimus quam fuerit his temporibus in annorum commissione securus negligensque *Diodorus*. *Thrasylbulo* enim appulsum in *Hellespontum* assignat anno hujus *Olympiadis* 1^o. Is tamen idem *Struthæ* res gestas cum *Teleutiæ* decessore *Thimbrone* ad annum ejusdem *Olympiadis* retulit 3^m. n. 21. Medius autem erat inter *Thimbronem* & *Teleutiam* *Diphridas*, qui cum Nauarcho appulerat *Ecdico*, cujus in locum successus est *Teleutias*. Sic venerit in *Hellespontum* *Thrasylbulus* ante *Thimbronem* & *Diphridam*; cum tamen, cur veniret, causam *Teleutiam* dedisse doceat *Xenophon*. Suspectus est alio etiam nomine *Diodorus*, quod sic gesta *Thrasylbuli* anno *Olympiadis* primo tertioque ita invicem conjunxerit, ut medio *Olympiadis* anno secundo plane desidem fecerit, nec res illo anno gestas ab illo ullas agnoverit. Utcunque tamen, cum anno *Olympiadis* 3^o. *Diodorus* etiam in *Asia* *Thrasylbulum* agnoscat; hoc anno illum eo missum fuisse verisimillimum est. Nempe cum jam anno precedenti *Olympiaco* exeunte *Rhodium* *Teleutias* ad defectionem sollicitaverat. Venit n. 24. ergo hoc anno, ut videtur, exeunte in *Hellespontum* *Thrasylbulus*. *Amadocum* *Odrysarum* & *Seuthem* *Thraciæ* Reges invicem conciliavit, n. 26. & cum suis *Atheniensibus*. Inde navigat *Byzantium*, ubi *Democratiam* n. 27. restituit, & decimas eorum quæ à *Ponto* veherentur, ἀπίδοτο, locavit scilicet Publicanis. *Hesychius*: ἀπίδοτο, ἐκδίδωκε. *Endidōtas* autem apud *Herodotum*, idem quod *μιδώσου*. Huc refert verba illa *Pollux*: ἐπίδοτο Toll. L.I.c.8.n.11 παρ' ἐκ ἐκδίδοντο & οὐλλῶ. Tum *Chalcedonenses* in *Atheniensium* amicitiam pellexit. Tum in *Lesbo* *Therimachum* interficit, & urbes partim in fidem accepit, partim deprædatus est. n. 28. n. 29. n. 30. Hæc, ni fallor, hoc anno. Reliqua sequenti.



Annales Xenophontei.

XXII. *Xenoph.* cœpit *Elaph.* I. Mart. xxv. 7. P. 4325. U. C. Varr. 365. ante Ep. Chr. vulg. 389. *Olymp.* xcvi. 3. Incipit: "Ἐαυτοῦ ἐν εἰς τὴν Πόλιν ἀπικνῶν. L. IV. C. VIII. n. 30.

Hinc novum annum arcessendum existimo propterea quod *Diodorus* inde novum annum incipiat, qui fuerit *Olympiadis* 3^{us}. cum *Thrasylbulus* discederet à *Lesbo*. In eo quidem jam ostendimus errasse *Diodorum*, quod initium hujus Expeditionis assignarit anno *Olympiadis* 1^o. tum (quasi nihil gestum esset anno 2^o) tertii demum anni exordium inde repetendum censuerit cum discederet *Thrasylbulus* à *Lesbo*. Ego sane vix puto plusquam unius anni fuisse hanc omnem *Thrasylbuli* Expeditionem. Properabat enim ut, quod primum fuerat Expeditionis consilium, amicis *Atheniensium Rhodius*, adversus *Laconizantes & Telēntiam*, qui muros Civitatis & portum possidebat, tempestive subveniret; idque testatur aperte *Xenophon*. Imo ne quidem plusquam unius anni *Olympici*. Jam enim ostendimus, paulo ante annum 3^m. *Olympiadis* defecisse *Rhodiums*, ad quos in fidem pristinam revocandos missus fuerit à Civibus suis *Atheniensibus Thrasylbulus*. Et mortem ejusdem huic anno *Olympiadis* 3^o. tribuit *Diodorus*, cui nihil habemus quod (hac in causa) opponamus. Dedit tamen, ni fallor, *Diodoro* occasionem Annalista quispiam *Horographus*, qui à *Vere* annos inchoabat, quod cum *hiberna* in *Lesbo* egerit, proximo *Vere* ad suppetias *Rhodiis* ferendas properarit. Id quod sane verisimillimum est. Sic hujus anni fuerint gesta *Thrasylbuli* omnia postquam discessisset à *Lesbo*. Et hujus anni *Juliani* eorum pleraque quæ in ipsa gessit *Lesbo*. Utriusque tamen generis omnia infra annum illum *Olympicum* qui anni *Juliani* parti priori respondet, si *Diodorum* audiamus. Post *Thrasylbuli* cædem, hoc eodem anno, *Argyrius* ei in classis Præfectura successit, cujus nulla gesta legimus *Olympiadis*, ut videtur, anno 4^o. Tum etiam *Abydi Dercyllidæ* successit *Harmostes Anaxibius*. Certe postea quam *Helle-spontum* reliquerat *Thrasylbulus*. Hoc enim sine missus est ut *decimis* à *Thrasylbulo* locatis *Athenienses* spoliaret. Post illum missus ab *Atheniensibus Iphicrates*, ne labefactarentur ea quæ *Thrasylbulus* in *Helle-sponto* effecerat. Itaque anno exeunte. Appulsus *Iphicrates* primum per prædones bellum gessit cum *Anaxibio*; tum, *αἰετῶν χεῖρς*, ipsum stratagemate interficit cum aliis aliquot Urbium *Harmostis*. Quod *αἰετῶν χεῖρς*, factum, id ad sequentem annum recte, ni fallor, retulit *Usserius*. Rationes ibi quærat Lector.

XXIII. *Xenoph.* cœpit *Munych.* I. Apr. xiii. Jul. Per. 4326. U. C. Varr. 366. ante Ep. Chr. vulg. 388. *Olymp.* xcvi. 4. Incipit: καὶ τὴν εἰς τὴν Ἑλλάσποντον. L. V. C. I. n. 1.

Novo hoc *Libri* initio anni etiam novi initium capiendum existimo. Bellum antea utrinque tam mari fuerat quam terra gestum. Proinde terrestria Acta & maritimā seorsum, uti vidimus, narraverat. Jam paulatim



terra negligi, *maris* autem tantummodo geri cœpit. Superiori quidem anno sensim & ex improvise; jam autem ex professo atque manifesto. Hoc indicat Auctor ipse, si mentem ejus recte capio. Ait enim *Eteonicum* in *Agina*, cum superiori tempore commercia fuissent *Atheniensibus* atque *Aginetis*, jam (suffragantibus etiam *Ephoris*) ἐπιφανέρως κατὰ θάλατταν ἐπολεμήτο ὁ πόλεμος, *deprædationes* ex *Attica* permisisse. Si hæc annorum nota sit, innuit, ut dixi, *maritimi* duntaxat Belli annos *duos*: alium, quo *tacito* quodam utriusque partis *consensu* eo delapsi essent; alium autem, in quo jam versamur, quo *dedita opera* Bellum ita administrarint. Sic erit *secundus* hic annus ab illis, in quibus *terra marique* gesta, (& quidem ipso Auctore *Xenophonte*) invicem distinximus. Convenit porro, quod ait *Teleutiam* in Insulis *Ægæi* maris fuisse pecuniæ cogendæ causa, cum provocati ab *Eteonico Athenienses* *Aginetas* terra marique obsiderent. Tunc enim collatitiis sociorum stipendiis colligendis vacabant cum *otium* esset à Bello, annorum scilicet *initis* & *finibus*, ut multis hujus Historiæ exemplis, si opus esset, ostendi posset. Et *initium* potius anni fuisse exinde etiam colligimus, quod successorem *Teleutias* acceperit, hoc tempore, *Hieracem* in munere *Nauarchi*. Jam enim *biennium* expleverat in hoc officio *Teleutias*, quod justum ac legitimum tempus fuisse jam ostendimus. Nec sane Viro Regio stemmate oriundo, & qui summa militum benevolentia florebat, tempus brevandum esse censuerunt. Sed naves duntaxat *Atheniensium* ab *Agina* abegerat *Teleutias*. Munitionem *Pamphilus* ad v^m. usque mensem defendit, nempe ad annum hujus *Olymp. xcviii^m.* Premebat enim munitionis præfidiarios *Gorgopas Hieracis* & *Harmostes*, ut obsideri potius ipsi, quam *Aginetas* obsidere; viderentur. Proinde missis navibus *Athenas* reducti sunt. Hoc ergo v^m mensium spatio, *Aginam* venerat *Teleutias*, *Teleutiæ* successerat *Hierax*, *Gorgopam Hierax* rebus *Aginæ* gerendis præfecerat. Non tenuit autem diu *Hieracis* illa *Nauarchia* scilicet multo, postquam *Rhodum* attigisset, *Hieracis* loco *Antalcidam* *Nauarchum*, ut *Teribazo* gratificarentur, mittunt *Lacedæmonii*. Is obiter *Aginam* venit, sumtisque secum *Gorgopæ* navibus *Ephesum* navigavit. Inde *Gorgopam* rursus cum decem navibus in *Aginam* remittit *Antalcidas*. Obviam autem habet in reditu *Eunomum* quem, post receptos illos qui *Aginam* obsederent cives in se armaverant *Athenienses* cum rursus *Atticam* ex *Agina* deprædaretur. Hinc intelligimus verissimum esse quod diximus, de *Nauarchia Hieracis* brevissima. Mox *Eunomum*, quem primo fugerat, vincit *Gorgopas*. insidias accepit occiditque *Chabrias Euagoræ* suppetias laturus in *Cyprum*. Omnino hujus anni fine. *Cyprum* enim universam subegisse testatur *Cornelius Nepos*. Certe anno sequente. Post pacem enim *Antalcidæ*, quæ sequenti anno facta est, *Cypro* iterum exutus est *Euagoras*, cum otium *Persis* Belli in illum gerendi *Pax* illa concessisset. Itaque hæc etiam hoc anno exeunte contigerint, tam nimirum gesta in *Eunomum Gorgopæ*, quam in ipsum *Gorgopam* etiam *Chabriæ*. Etiam de Tempore victoriæ *Gorgopæ* in *Eunomum* constaret, si quid solidi haberet

K k k k k k

Maximi



Annales Xenophontei.

Maximi *Usserii* conjectura. Ad hanc enim victoriam refert, quod *Plutarchus* de victoria scribit *Salamina* Nempe sacrum fuisse *Diana* diem *Munychionis* XVI. ἐν ἡ τοῖς Ἑλλησι πρὸς Σαλαμίνα νικῶσιν ἐπέλαμψεν ἡ θεὸς πανσέλιω. Nempe propter verba *Xenophontis* de hoc nostro prælio: ναυμαχίας πρὸς τὴν σελήνην γινομένης. Sed quæcunque demum fuerit victoria, cujus diem hoc in loco designare voluit *Plutarchus*, hanc saltem non fuisse mihi facile persuadeo. Dies *Atheniensium* victoriis celebres enumerare voluit *Plutarchus*, cum hoc prælio *Xenophonte* victi fuerint *Athenienses*. Obscurior erat etiam hæc X triremium in XIII velitatio potius quam justum prælium, quam ut memoriam annuam mereretur. Nec erat denique cur *Diana* seu *Luna* beneficium agnoscerent *Athenienses*, quæ hostium persecutioni potius quam *Atheniensium* fugæ, favere videbatur. Imo ne quidem fugiebant *Athenienses*, superiores numero, & à quibus ipse paulo ante fugerat *Gorgopas*. Nec enim vi, sed insidiis & stratagemate usus victoriam illam consecutus est *Gorgopas*. Denique nec *Munychioni* convenit tempus victoriæ hujus quæ v^m. ab initio anni mensem non admodum diutino intervallo sequebatur. Anni *Laconici* initio melius, ut puto, respondet hæc *Antalcidis* Nauarchia, quæ hoc anno hujus *Olympiadis* xcviii^e. 1^o. ab Oct. Jul. die cœpit iii^o. Huic certe initio optime convenit paulo antea elapsus v^{us}. ille à *Veris* initio mensis. Cæso *Gorgopa*, missus in *Gorgopæ* locum *Teletias* Nauarchus, non ut *Gorgopas* *Antalcidæ* duntaxat ἐπιστολεύς. Nempe ἐπὶ ταύτης τῆς ναῦς. Hoc etiam stirpi ejus *Regiæ* indulgisse videntur *Ephori*, ne ipsum subicerent *Antalcidæ*. Nihil ergo pugnat nova hæc Nauarchia *Teleticæ* cum Nauarchia illa *Asiana*, prorsus alia, *Antalcidæ*. Nec pugnat lex illa *Lacedæmonum*, ne idem bis Nauarchus fieret, de qua in rebus *Lysandri* diximus. Erat enim prior *Teleticæ* Nauarchia eadem cum *Antalcidæ* illa, *Asiana*. Hæc, cum non amplius esset *Asiana* subjecta, nova prorsus & diversa. Hoc ergo anno exeunte contigisse arbitror, illa *Teleticæ* gesta à *Xenophonte* memorata, quæ moram plane nullam ferebant, *Teleticæ* jam Nauarchi.

Cæterum cum in *Asiam* venisset *Antalcidas*, *Nicolochum* misit ἐπιστολεύς, qui syppetias ferret *Abydenis*. Hoc cum hoc anno demum exeunte fecerit; inde colligo, res gestas in *Anaxibium* *Iphicratis* huic esse anno proinde tribuendas, ut recte statuit *Usserius*. Nec enim est quod dubitemus hoc ideo fecisse *Antalcidam*, ut rebus *Lacedæmoniorum* clade illa *Anaxibii* in illis partibus afflictis, quam potuit maturissime subveniret. Nec sane defuisse *Iphicratem* captandis, si quæ fuissent per moram successoris, occasionibus, exinde colligimus, quod *Nicolochum* mox appulsum obsederit *Abydi*, & in angustias redegerit. Sed cum *Nicolochum* misisset, ad *Teribazum* sese contulit *Antalcidas*, ut de Pace ageret, pactumque ut qui nollent Pacem illam accipere, communibus accipientium viribus ad Pacem cogerentur. Pacta ergo hoc anno exeunte Pax illa celeberrima, eademque infamissima, quæ *Antalcidæ* appellabatur, qua tamdiu asserta à *Lacedæmoniis* *Græcarum* in *Asia* Civitatum libertas ab ipsis prodebatur *Lacedæmoniis*. Et quidem ita prodebatur, ut *Persas* ipsos juverint ad vim ipsis *Græcis* *Europæis*, qui
inviti



inviti prodebant, inferendam. Nondum tamen incipit hujus *Pacis Epochæ* dum reliquarum *Græcarum Civitatum* suffragia ab invitis extorsissent. Quod anno demum sequenti factum ostendimus. Incipiunt autem, ut existimo, hujus anni res *Asianæ*, ad verba *Xenophontis* illa: L. IV. C. VIII. Αἰδοῦσθαι δὲ τὰ πάντα οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ δεδιότες μὴ διαφθαρεῖν &c. Ita certe si res gestæ *Iphicratis* in *Anaxibium* ad annum *Ol. xcviij. 1^m*. attigerint.

XXIV *Xenoph.* cœpit *Munych.* 1. *Apr.* 11. *Jul.* *Per.* 4327. U. C. *Varr.* 367. ante *Ep. Chr.* vulg. 387. *Olymp.* xcviij. 1/2. Incipit: Ὡς δ' ἤκουσε Νικόλογον σὺ ταῖς ταύταις. L. V. C. I. n. 22.

Superiori auno jam exeunte ostendimus *Chabriam* ad *Euagoram Cypri* Regem fuisse missum. Ostendimus, antea quam rediret, plerasque *Cypri Urbes Euagoræ* subegisse, teste *Cornelio Nepote*. Anno autem post pacem *Antalcidæ*, cum *Euagoram*, pace constituta, aggredierentur *Persæ*, jam *Euagoram* plerisque *Cypri Urbibus* imperasse docet *Diodorus*. Jam *Chabriæ* deinceps in *Cypro* nulla mentio, quippe qui per *Pacis* condiciones è *Cypro* proculdubio fuerit evocatus. Huic ergo anno medio res à *Chabria* in *Cypro* gestæ tribuendæ sunt. Et tamen *Gorgopas* jam *Antalcidæ* legatus à *Chabria* occisus est. Hinc colligimus, *Antalcidæ Pacem* non ipso ejus *Nauarchiæ initio* obtinuisse; sed postquam annum unum in *Nauarchia* explevisset. Cum enim à reliquis *Græciæ* Civitatibus *invitis* acciperetur, erant proinde ad illam cogendæ, quod hoc demum anno paulatim consecuti sunt *Lacedæmonii*. Certe cum *Iphicrates*, clade *Lacedæmonii* illata, per cædem *Anaxibii*, Cives suos superiores fecisset: Cum item *Nicolochum Antalcidæ* ἄριστολέα teneret obfessum: ne quidem expectari potuit ut quid *inviti Athenienses* admitterent. Cum autem *Thrasymbuli Colyttensis* naves VIII. ad *Iphicratem* profecturos interceptisset *Antalcidas*; cum etiam *Syracusanas* & *Italicas* naves xx accepisset, & classem jam lxxx navium conscripsisset, jam ipsis etiam *Atheniensibus* eorum tandem suffragia extorsit. Tum solutam fuisse *obsidionem* manifestum est. Imo *maris imperium* penes *Antalcidam* fuisse agnoscit *Xenophon*. Ἐκράτες (inquit) πάσης τῆς θαλάσσης. Et signum *Imperii* addit, quod naves è *Ponto*, quæ *Athenas* proficiscentur, prohibuerit, & ad suos averterit. Sic ergo fractis *Atheniensium* viribus, cum ad *Lacedæmonios* vires etiam *Persarum* accessissent, cum ne quidem *domi* tuti essent à prædonibus *Æginetis*, & nupera esset memoria *cladis* sub *Lysandro*, nec incommodæ offerrentur in forma *Pacis Antalcidæ* condiciones *Atheniensibus*, quod *Insularum* jus *Lemni*, *Imbri* & *Scyri*, quibus antea metuerant, salvum illis & intactum custodiretur: non est deinde quod miremur, *invitos* licet, *Athenienses* *Paci* fuisse suffragatos. Sed meliorem illam *Lacedæmoniorum*, deteriores autem *Atheniensium*, hic ipse fecit *annus medius* ab initio *Nauarchiæ Antalcidæ* ad *Pacem*. Non hoc tamen anno, sed *sequenti Pacem* ipsam obtinuisse ibi ostendimus.

Kkkkkkk 2

XXV.



Annales Xenophontei.

XXV. Xenoph. cœpit *Elaph.* 1. Mart. xxii. Jul. Per. 4328. U. C.
Varr. 368. ante Ep. Chr. vulg. 386. *Olymp.* xcviij. $\frac{2}{3}$. Incipit : ὅτι
ἦ ἐν Ἀθῶναισι. L. V. C. IV. n. 19.

Hoc anno *Juliano*, imo etiam, qui à *Vere* incipit, *Horographico*, *Pacem Antalcidæ Græcorum* suffragiis acceptam arbitror. Anno *Olymp.* xcviij. 2.º. eam assignat etiam *Diodorus*. Num autem *ineunte* anno illo, an *exeunte*, obtinuerit, nondum viderunt *Eruditi*. Ego *exeunte* fuisse exinde colligo. Ait *Xenophon Argivos* de Bello indicto (*stylo Laconico* de ἑσπέρῃ παρασημένῃ) rescivisse, cum *Pacem* admitterent. Ait præterea, id quoque exploratum habuisse, nihil sibi profuturam *μῶν ἑσπέρῃν*. Nempe *mensium* illam, quam antea usurpaverant, intercalationem, *alieno*, quam pro *Cycli* lege, loco, ut hostes *uno* saltem *mensē* summovent, propter ludorum *Isthmiorum Nemeorumque* sacras *inducias*. Hoc nempe didicerant *Isthmiis Nemeisque* penultimis, cum regionem illorum, non obstantibus illis *falsis induciis*, popularetur *Age-sipolis*. Itaque hic annus *Isthmicus* erat, & *Nemeus*. Jam autem præcedebant *Nemea Æstiva* mense *Æstivo primo*, sequebantur autem *Isthmia hiberna* mense *hiberno secundo*. Itaque hoc tempore convenerunt ad *Teribazum Urbium legati* de forma *Pacis*, quam Rex volebat, acturi. Mox retulerunt ad suas quique *Civitates*. Reliquis *Civitatibus* suffragantibus, moram adhuc fecerunt legati *Thebanorum*. Illi se paratos esse dixerunt *communi Bæotorum omnium* nomine jusjurandum præstare. Hoc scilicet artificio ut *subjectarum sibi Civitatum* libertatem, quam forma *Pacis Antalcidæ* complectebatur, impedirent. Contra *Agefilaus Civitatum parvarum*, quod essent pro forma *Pacis* ἰσὺν νόμοις, cautionem exigendam esse monet; nec aliter fore *Pacis* participes ipsos *Thebanos* nisi illam permitterent. Legati alia à suis in illam sententiam mandata expectanda respongent. Dum illi suos consulunt, *Agefilaus* de Expeditione interim exta consulit. Auspicia cum *fausta* essent, *Agefilaus* Belli cum *Thebanis* avidus, *Tegeam* properat, mittitque ad socios qui eorum auxilia properare juberent. Antea tamen quam *Tegea* moveret, adsunt *Thebani* ad omnia jam pro *Pacis forma* præstanda instructi paratique. Adhuc *Corinthum* tenebant *Argivi*. His ergo Bellum denunciat *Agefilaus*, ni *Corinthum* etiam liberam dimitterent. Illis tandem ad consensum adactis; tum demum copix *Lacedæmoniorum* pedestres & *maritimæ* dimissæ sunt. Ita factum ut anni *Olympiaci* 3.º initio *Pax* omnium consensu stabiliretur. Bellum enim *Corinthiacum* anno *Olymp.* xcvi. 3.º. testatur cœpisse *Diodorus*. Idem illud *Octennale* fuisse tradit, quod verum esse non potuit, nisi ad hujus *Olympiadis* ann. 3.º. pertigerit. Hinc enim constat *seriorem* fuisse *Corinthiorum* *Pacem* quam aliorum *Græcorum*. Anno enim *Olympiadis* xcvi. 3.º. *exeunte* cœpit, uti vidimus, illud Bellum. Convenit certe, quod quæ *Pacem* hanc proxime excipiebant *Bella*, ea *Diodorus* ad annum *Olympiadis* hujus 3.º. retulerit: tam scilicet *Perfarum* illud in *Euagoram*, quam etiam illud *Lacedæmoniorum* in *Mantinenses*. Ita respondent

notæ



notæ hujus *Pacis* Chronologicæ, quas quidem dederunt Auctores accuratissimi, è monumentis fide dignis. Ait *Polybius* annum hunc à prælio in *Aegospotamis* fuisse XIX^m. Et, ne quam mendam ibi suspicemur hodiernorum *Polybii* Codicum; ita etiam, & eodem *Polybio* teste, doctissimus *Strabo*. Rectissime, pro nostris calculis. Victoriæ illam *Lysandri* ad *Aegospotamos* ad *Olymp.* XCIIIⁱ. anni 4ⁱ. mensẽ *Atticum* reculimus *Posideonem*. Inde ad *Posideonem* anni 2ⁱ. *Olympiadis* hujus XCVIII^æ. anni integri numerantur XVIII. Ita qui supersunt ad finem hujus anni *Attici* menses (quo *Pacem* fuisse probavimus) ad annum spectant omnino XIX^m. Idem *Polybius* ibidem hanc *Pacem* ait fuisse anno ante prælium *Leuctricum* XVI. Totidemque anni respondent ab *Olymp.* XCVIII^æ. anno 2^o. ad *Olymp.* CII^æ. ann. 2^m. quo *Lacedæmonios* vicit *Epaminondas*, quamvis fere annus desit ad illum annorum numerum explendum. Anno enim *Olymp.* XCVIII^æ. 2^o. exeunte Pax inita est. Anno autem *Olymp.* CII^æ. anno 2^o. ineunte victoria erat *Thebanorum*. Sic tamen *Polybii* verba verissima sunt, quod annus prælii fuerit ἐτὸ ἐναυδίατον, in lapsu scilicet, eodem plane sensu quo Pax ipsa fuerat anno à prælio ad *Aegospotamos* XIX^o. Copulat etiam cum Pace *Antalcidæ* obsidionem *Reginorum* à *Dionysio seniore*. Et obsidionem hanc ad annum hujus *Olymp.* XCVIII^æ. 2^m. retulit etiam *Diodorus*. Ab hoc eodem hujus *Pacis* anno Historiam suam cœpisse *Callisthenem* Auctor est hoc anno *Diodorus*, quam ad annum inde XXX^m. perduxerit, quorum postremus is fuerit, quo templum *Delphicum* expilarit *Philomelus*. Ita defierit anno *Olymp.* CV^æ. 4^o. Rectissime. Hoc enim anno Templum expilatam, & *Callisthenis* Historiam absolutam idem rursus ibi memorat *Diodorus*. Ita conveniunt omnia quæ de hoc anno produnt boni Auctores è bonis monumentis. Quod anno hoc Urbem *Romam* à *Gallis* captam tradant *Polybius* idem, *Diodorus*, atque *Trogus*; in eo non sunt perinde audiendi. Nec enim ulli his temporibus cœvi *Urbis captæ* meminerant Scriptores *Græci*. Nullos certe *Græcos* qui *Urbis captæ* meminerint, antiquiores reperire potuit *Plutarchus Heraclide Pontico* atque *Aristotele*. Proinde dubitat num quid certum sit in illius *Epochæ* tempore, cum alia illis temporibus recentiora repererit incerta. Merito quidem, si è *Græcis* monumentis de rebus *Romanis* esset statuendum. Pauca enim fuisse quæ de rebus *Romanorum* *Græcis* innotuerant, observaverat Scriptor accuratissimus *Dionysius Halicarnasæus*. Rara admodum erant illis temporibus commercia *Romanorum* cum *Græcis*. Nè quidem exceptis vel *Siciliæ*, vel *Magnæ Græciæ* *Græcis* colonis. Belli certa aut *Pacis* fere nulla, quæ tamen fere causæ esse solent cur in alienis memorarentur *Historiis*. Itaque juniorum retro actis ratiociniis illa fere deberi solent omnia, quæ quid vetat esse falsissima?

Ex his itaque apparet, posterioris hujus anni partis Bellum fuisse quod cum *Mantinensibus* gesserunt *Lacedæmonii*. Et recte adeo illud anno *Olymp.* XCVIII^æ. 3^o. tribuit *Diodorus*. Ineunti scilicet, ut ex his quæ diximus abunde manifestum est. Convenit quod observat *Xenophon*, *Mantinenses* re frumentaria abundasse, ἐντελείας σποδίων τῶν ἀσέθεν ἐτε. Intelligit proculdubio de hujus anni *Juliani messe*, quam proinde sup-

Polyb. L. I. p. 7.

Strab. L. VI.

L. II. C. II. n. 1

Plutarch. Camilli

L. V. C. II. n. 4.



Annales Xenophontei.

ponit jam in hortea *collectam*. Nec enim de *superioris* anni *Juliani* *messe* verisimile est tantam adhuc fuisse copiam quæ spem obsidionis fregerit, si spes *future messis* non jam admodum longinquæ penitus decollasset. Erat tamen revera annus jam nuper elapsæ *messis alius*, pro initio anni *Laconici*, qui à *quarto* post *Solstitium* mense inivit. Nec incredibile est idem fuisse *anni initium* apud alios *Dores Spartæ* finitimos, in quibus fuerint *Mantineenses*. Illud vero difficilius, quod ait *Xenophon* in *Mantineos* obtendisse *Lacedæmonios*: Ελέγομεν (inquit) αὐτῶν δὲ ἐξελικθῆναι τοῖς Μαντινεῦσι πῶς τῶ ἔτει, αἱ μετὰ τὴν ἐν Μαντινέᾳ μάχην τετακονίαστεις γενόμεναι. Prælium illud ad *Mantineam* vix est quod dubitemus quin idem fuerit cujus meminit anno *Belli Peloponnesiaci* *xiv*^o. *Thucydides*, *Olymp.* *xc.* *2.* *Diodorus*. Is annus erat *U.C. Varr.* *336*. Inde spatium est ad hunc, in quo versamur, annum, annorum ad minimum *xxxii*. Imo uno *plures*, pro *Epocha Olympiadum*, si recte habeant anni *Olympici Diodori*. Quomodo igitur τῶ τῶ ἔτει *induciæ* illæ *tricennales* elapsæ? Mirum est profecto harum *induciarum* mentionem nullam esse apud *Thucydidem* vel *Diodorum*. Memorat quidem *Thucydides* *inducias Lacedæmoniorum* cum *Argivis*, sed πεντηκοστίαις, non τετακονίαστεις. Et partes sane *Argivorum* in illo prælio sequebantur *Mantinei*. Sic tamen illi ut *Argivorum* fœdere non concluderentur. Imo primo *repugnasse* fatetur ipse *Thucydides*. Et alias fuisse quæ *Mantineis* concedebantur *inducias*, exinde colligimus quod non fuerint hæ, ut erant *Argivorum*, πεντηκοστίαις. Et cum *inviti* pepigerint *Mantinei*, proinde non est quod miremur si fœdus tam damnosum, quam poterant, diutissime distulerint. Erant enim *Civitates Mantineis* subjectæ in *αὐτονομίᾳ* dimittendæ. Et quanquam prælio illo adverso ad fœdus ineundum adacti fuerint; fœdus tamen ipsum, elapso post prælium *biennio*, cœpisse, ex hoc, ni fallor, *Xenophontis* loco colligimus. *Biennium* autem illud paucissimis complexus est *Thucydides*. Inde factum ut fœderis cum *Mantineis*, nec *conditiones*, nec *annum*, designarit. Vetant certe quæ diximus ad annum hunc stabiliendum omnia, ne *Pax Antalcidæ* *biennio* fuerit, quam diximus, antiquior. Ita tamen fateor ad captæ *Urbis Romanæ* *Epocham* propius accessuram, si quid tamen solidi haberent *Græcorum* recentiorum de *Romanorum* *Synchronismis* conjecturæ. Quid vero sibi velit *Diodorus*, non satis capio, cum ἐπὶ δὲ τοῦ ἔτη observatam à *Lacedæmoniis Antalcidæ* *Pacem* dicit, & tamen *Bellum* hoc in *Mantineos* ad hunc hujus *Olymp.* *xcviii*^a. annum refert *3*^m. Sic fuerit *Bellum* hoc *biennio* serius, & *xxx* annorum *induciæ* anno *Belli Peloponnesiaci* cœperint *xviii*^o. post prælium scilicet ad *Mantineam* *iv*^o. Vix enim est quod dubitemus quin *Pacis* illius violationem de hoc *Bello* intellexerit. Forte *biennium* illud à *prælio ad induciarum initium*, nescio quo novo errore ad *induciarum finem* transtulerit. Fieri tamen potest ut *2*^o. abhinc anno *Bellum* hoc fuerit in *Mantineos*.

XXVI. *Xenoph.* cœpit *Munych.* *i.* *Apr.* *ix.* *Jul.* *Per.* *4329.* *U. C.*
Varr. *369.* ante *Ep. Chr.* vulg. *385.* *Olymp.* *xcviii.* *3.*

XXVII.



XXVII. Xenoph. cœpit *Munych.* i. Mart. xxix. J. P. 4330. U. C.
Varr. 370. ante Ep. Chr. vulg. 384. *Olymp.* xcix. 4.

XXVIII. Xenoph. cœpit *Elaph.* i. Mart. xix. J. P. 4331. U. C.
Varr. 371. ante Epoch. Chr. vulg. 383. *Olymp.* xcix. 5. Incipit :
Οἱ δ' ἐκ Φλιουῶν. L. V. C. II. n. 8.

E Bello in *Mantineos* occasionem captabant exules *Phliasti*. Itaque Belli exitum expectasse verisimillimum est. Alioqui, si Bellum fuisset adversum, poterat spes eorum per pacta cum *Mantineis* præcidi, ne reditum unquam expectarent. Itaque ex anno Belli pendet annus quo redierunt primo *Phliastorum*, tum etiam *aliarum Civitatum* exules qui Bello superiori *Lacedæmoniorum* factionem foverant. Longe enim manavit exemplum.

XXIX. Xenoph. cœpit *Munych.* i. Apr. vi. Jul. Per. 4332. U. C.
Varr. 372. ante Ep. Chr. vulg. 382. *Olymp.* xcix. 2. Incipit : ΕΞ
Αργίνδου δὲ &c. L. V. C. II. n. 11.

Hoc anno initium Belli *Lacedæmoniorum* cum *Olynthiis* pro *Amynta* & *Acanthiis* & *Apolloniatis*. *Amyntas* ἀρχαίων ἐκ τῶν πόλεων, καὶ ὅσον ἐκ ἐκπεπαιωκῶς ἡδὴ ἀπίστος Μακεδονίας. Xenoph. Nempe fractus ab *Illyriis*. Eo rogante Expeditio in *Olynthios* suscepta *Olymp.* xcix. 2. *Diodor.* Itaque priori hujus anni parte. Rogatu *Eudamidæ* ducis in *Olynthios*, sequitur illum frater *Phæbidas* cum auxiliis. *Eudamidas* *Potidæam* occupat. Ultra non progreditur, expectans dum copiarum secutarum appellerent. Interim *Cadmeiam* *Phæbidæ* prodit *Leontidas*, mulieribus in *Cadmeia* *Thestomophoria* agentibus : θεῖος ὁ ὄντι καὶ μισσηθείας πλεῖσιν ἰὼ ἐρημία ἐν ταῖς ὁδοῖς, inquit Xenophon. Notæ hæ temporis ambæ veræ esse ne quidem possunt. *Mediam* enim *Æstatem* denotat posterior, qua infrequentes erant meridie Urbis vici. Et *hyemem* vicissim *mediam* denotant *Thestomophoria*. Mensis enim *Attici* erant *Pyanepsionis*; *Bæotici* autem, qui *Pyanepsioni* fere respondebat, *Damatrîi*. Cœpit *Pyanepsion* *Atticus* hoc anno U. C. Varr. 372. Oct. xxiii. *Damatrîus* autem *Bæoticus* Oct. xxvi. Ita ineunte *Novembri* occupata fuerit *Cadmea*. Quæ ergo verior, aliunde explorandum est. Cœptam esse *æstatem*, exinde colligitur, quod ad *Olympiadis* annum 3^m. perfidiam illam retulerit *Diodorus*. Certe incipientem, cum ejusdem Expeditionis initium ad ejusdem *Olympiadis* annum 2^m. retulerit idem *Diodorus*. Obstitit autem fraus illa *Phæbidæ*, quo minus se ad fratrem idoneo tempore contulerit. Ita certe, si cum *Thebanis* pugnaverit viceritque, quod vult *Diodorus*. Inde factum, ut nihil memorabile gesserit *Eudamidas*, seu *Phæbidas* ipse in *Olynthios*. Hic enim rursus à *Xenophonte* diversus est *Diodorus*, quod *Phæbidæ* *Eudamidam* susceptum velit ille, cum contra *Phæbidam* *Eudamidæ* subjectum testetur *Xenophon*. Itaque cum *Phæbidam* *Cadmea* moraretur, nec satis essent *Eudamidæ* soli ad Bellum gerendum idoneæ vires; Te-
lentia.



1. 27. *leutia Phœbida* loco missum arbitror. (*Phœbidam* propter occupatam *Cadmeiam* munere exutum docet *Plutarchus* Lib. de *Dæm. Socratis*.)
 1. 31. Unicum autem narrat ad Urbis *Olynthi* mœnia prælium *Teleutiæ Xe-*
 11. n. 33. *nophon*. Addit deinde: Καὶ τὸτο μὲν δὴ στρατησάμενος τὸ δέρον, δῖσκε καὶ τὸ Μα-
 κεδονικὸν στρατόμαχος καὶ τὸ δὲ δέρδα. *Æstatem* hic si *trimestrem* intelligamus,
 illam fateor *elapsam* ante *Theſmophoria*. Et proinde *semestrem*, cujus
 pars *postrema* censebatur *Æstas* illa *trimestris*. Neutram intellexisse
 hoc loco puto *Xenophontem*. Sed *Æstatem* potius rebus *militiæ* geren-
 dis aptam, qua scilicet *Æstiva* *hibernis* opponi solent. Hæc autem
Æstas etiam complectebatur *Autumnum*, cujus *medio* mense erant
Theſmophoria. Hujus ergo *Æstatis* mense *ultimo* in *Olynthiorum* di-
 tionem venerit *Teleutias*, ut proinde mox fuerit in *hiberna* disceden-
 dum. Et quidem de *Theſmophoriis*, cum arx *Thebanorum* caperetur,
 suffragatur etiam *Xenophonti* in *Pelopida* *Plutarchus*, qui alios vidit Au-
 ctiores præter *Xenophontem*. De *viarum* in *meridie* *solitudine* propter
Æstatem, vel *interpretatione* aliqua leniendus est *Xenophon*, vel plane
 non credendus. Fieri potest ut *alia* aliqua causa *vici* fuerint *infrequen-*
tes, quam ille de *δέροι* intellexerit.

XXX. *Xenoph.* cœpit *Elaph. i. Mart. xxvi. Jul. Per. 4333. U. C.*
Varr. 373. ante Epoch. Chr. vulg. 381. Olymp. xcix. 3. Incipit:
 Ἄμα δὲ τῆς ἡεὶ ἰσοφαρμοδίας. L. V. C. III. n. 1.

1. 1. Ἄμα τῆς ἡεὶ ἰσοφαρμοδίας, nempe post *Mart. xxvi. Elaph. i.* (erat enim
 1. 3. annus ille *Embolimæus*) pro *Kalendario Attico*, vel post *Mart. xxi.*
 pro *Kalendario Laconico*, velitatio felix *Derda* in *Olynthios*, hucusque
 nempe *solius*. Περίοντος δὲ τῆς χεῖρας, καὶ τῆς τελευτῆς ἐσπλάυνθη, Vere nimirum
 magis *affecto*, *Expeditio* in eisdem *Teleutiæ*, & *cædes*, quam recte pro-
 1. 6. inde *Olymp. xcix.* anno 3°. tribuit *Diodorus*. Mittitur deinde in *Olyn-*
 1. 8. *thios* Rex alter *Lacedæmoniorum* *Ageſipolis* pecunia multa, & *celeriter*,
 1. 10. adjunctus à *Phliasiis*. Ille εὐδὲς ἐ *Macedonia* ad *Olynthiorum* regionem
 1. 18. progressus τὸν ὄπτον corrumpit. Itaque *messis* tempore. Tum *Toronem*
 bid. capit. Nempe quia copiam *pugnandi* non faciebant *Olynthii*, ἐπεὶ ἐδὲις
 ἀντιξήσει αὐτῶν, inquit *Xenophon*. Justum enim prælium nullum cum illo,
 hoc anno fecisse testatur *Diodorus*. Intelligit, autem de anno hujus *O-*
lympiadis 4°. quo in *Olynthiorum* ditionem accesserit *Ageſipolis*, qui par-
 tem *hujus* anni *posteriorem*, & *sequentis* *priorem* complectebatur.

XXXI. *Xenoph.* cœpit *Munych. i. Apr. xiv. Jul. Per. 4334. U. C.*
Varr. 374. ante Ep. Chr. vulg. 380. Olymp. c. 4. Incipit: Ὡς δὲ
 τῆς διαβατηρίων γενομένων. L. V. C. III. n. 14.

1. 13. Hoc anno, vel superioris anni *fine*, in *Phliastos* Expeditionem susce-
 pit, ni fallor, *Ageſilaus*. Hoc nomen *Diodoro* reponendum pro *Φαιου-*
πίης, facile errore pro *Φλιουπίης*. Patitur enim *Grammatica* Analogia
 utrumque, ut à *Φλίης*, *Φλιουπίης*, *Φλιόντιοι* tam commode appellentur quam
Φλιάσοι. Pro eadem nempe forma qua *Opuntii* dicuntur & *Trapazuntii*.
 Sed



Sed perperam Bellum hoc in *Phliuntios* ad *Olymp.* xcix. ann. 2^m. retulit *Diodorus*. Cum enim in *Olynthios* proficisceretur *Agesipolis*, laudavit n. 10. ille *Phliasios*, à prompto juvandi animo, teste *Xenophonte*. Illius autem Expeditionem anno *Olympiadis* sequente, 4^o. scilicet, refert ipse *Diodorus*. Ab illo ergo *Agesipolidis* encomio facti paulatim audaciores *Phliasii* revocatos rogatu *Lacedæmoniorum* exules suos tractant asperius, hac spe freti scilicet, inquit *Xenophon*, ἐκ ἂν ἐξελθεῖν ἐπ' αὐτὲς Ἀγνοῖ- ibid. λαον, ἢ δ' ἂν γενέσθαι ὡς ἅμα ἀμφοτέρως τῶν βασιλέων ἐξ Ἰσπάρτης ἔσθαι. Hanc spem fuisse dicit, quæ illos impulerit ad illam diligentiam, quam laudavit *Agesipolis*, qua illius Expeditionem adjuverint. Itaque certum est, post *Agesipolidis* profectionem ausos illa fuisse *Phliasios*. Et fiduciam crevisse verisimile est, cum, tergiversantibus *Olynthiis*, tardus proinde Belli eventus esset expectandus, quod anno hoc ad exitum vergente, intelligebant. Fecit hoc ut *exules*, amicis aliis comitantibus, *Spartam* se conferrent, quos omnes, exceptis legatis, exilio mulctarunt *Phliasii*. Sic demum *Ephoros* ad Bellum denunciandum concitarunt *exules*, nec illubente *Agesilao*. Hæc ita multa, postquam *Agesipolis* Bello *Olynthiaco* implicitus fuisset, post anni *Olympici* 4ⁱ. initium, in anni superioris exitum Belli apparatus distulisse verisimillimum est. Expeditiones autem maturæ censebantur quæ ἅμα καὶ ἀρχομένης incipiebant. Idque voluit fortasse *Xenophon* verbis illis: Διαβατηρίων γενόμενον ἐκ ἔμμεν, mox scilicet, à *Veris* initio, ubi auspicia fausta accepisset, itineri sese accinxisse.

Hoc certe eodem anno, usque ad 2^m. illius partem quæ ab *Olympiadis* cæ. anno cœpit 1^o. adhuc Bello *Olynthiaco* superat *Agesipolis*. n. 18. Illo enim *Olympiadis* anno mortem illius statuit *Diodorus*. Et recte. Convenit enim quod xiv annos à patris exilio idem statuit *Diodorus*. Exulavit *Pausanias* *Olymp.* xcvi. 3. Itaque vera est, recteque procedit, nostra omnis ab illo anno supputatio. Respondent enim & *successorum* & *decessorum* in illa familia Regum *Lacedæmoniorum* anni, satis accurate. Suffectus illi est in Bello *Polybiades*, qui hoc eodem anno *Olympiaco* *Olynthios* ad *Pacem* à *Lacedæmoniis* petendam coegit, teste *Diodoro*. n. 21. n. 26. Hoc autem Belli anno, an *Vere* sequenti, coegerit, non constat.

XXXII. *Xenoph.* cœpit *Munych.* I. *Apr.* III. *Jul.* *Per.* 4335. U. C. *Varr.* 375. ante Epoch. *Cbr.* vulg. 379. *Olymp.* c. 1/2. Incipit: Ὁ δ' Ἀγνοῖα. L. V. C. III. n. 21.

Tempus quo novus annus cœperit, non designavit *Xenophon*. Hoc n. 21. tamen docet, obsidionem *Phliasiorum* anni integri fuisse, & VIII. præterea mensium. Itaque si anni superioris *Vere* illa cœperit obsidio, ad hujus anni mensem *Autumnalem* 2^m. perseverarit oportet. Ita rectissime dicit illum *Plutarchus*, ὀλίγον ἔμμεσθεν pro *exulibus* arma in *Phliasios* tulisse, cum, *Cadmea* occupata, dux designaretur in *Thebanos*.

Hoc anno *Cadmeam* rursus, opera *exulum*, *Thebani*, ejectis *Lacedæ-* C. IV n. 1, & c. *moniis*, occuparunt. Tertius erat jam, teste *Plutarcho*, post *Phæbidam* *Plutarch.* de *Cadmea* præfectus *Lysanoridas*. Λυσανορίδαν δ' τρίτον αὐτὸν ἀπὸ ἐκείνου πέμ- *Dæm. Socrat.* *ταρτίς* ἑγκαταστήσων ἑρρέσων ἢ ἀκραν. Quod non ita intelligo, ut à *Phæbida* *LIIIIII* *tertius*



Annales Xenophontei.

tertius fuerit; sed quod loco *Phœbidæ tres fuerint in munere illo succēsores*. Est enim hoc in illius ævi. Scriptoribus frequentissimum, ut *numerum* collegarum, *unico* collega *nominato* ita exprimunt. Idque in-
 nuunt *Xenophon* vocibus illis, ἀντ' ἐκείνου, quod scilicet vicem *Phœbidæ*
 unici *tres* illi simul communem obierint. Patuitque ex *pœna* deditæ
Cadmeæ. *Duos enim Lysanoridæ* collegas *morte*, multa autem, quæ
 solvi non posset, *pecuniaria Lysanoridam* ipsum sui multarunt cives.
 In eo tamen nè *Diodoro* assentiar, quod ad annum *Olympiadis* 3^m. hæc
 retulerit, obstat *Xenophon*. Tot enim *Agefilai* in *Thebanos* Expeditio-
 nes agnoscit antea quam ad *Naxum Lacedæmonios* vinceret *Chabrias*
 (quod anno *Olympiadis* 4^o. & quidem *ineunte* fecisse mox ostendemus)
 ut ne quidem *potuerit* tam fero differri *Cadmeæ* expugnatio. Sed *sine*
 anni erat hæc conjuratio. Imo *hyeme*, quæ favebat exulum inceptis. *Nix*
 enim *infrequentiores* aditus ad Urbem *Thebanam* fecit, & capitum *te-*
gendorum prætextum obtulit quo minus noscerentur. Sed *hyemis* erat
 duntaxat *initium*, ἀρχοῦς τρέπεισαι τ' ἀέρος, inquit *Plutarchus* in *Pelo-*
pida. Idque exinde etiam colligitur, quod *Polemarchorum* tempus ad
exitum vergeret, ἐπ' ἐξόδῳ τ' ἀέρος, inquit *Xenophon*. Die illo quo *Ma-*
gistratus simul consueverant *epulari*. Ita *Cornel. Nepos* in *Pelopida*. c. 2.
Nempe abdicaturi. Proinde, eadē *peracta*, *Bæotarchus* inter alios ele-
 ctus est *Pelopidas*. *Nempe*, *legitimo tempore* appetente, quo inire so-
 lebant illi *Magistratus*. Hac autem eadem *Pelopida* vita, *mensem*, quo
Magistratus ille *annuus* iniri solebat, proximum fuisse ab *hiberno Solsti-*
tio, docet idem *Plutarchus*. Ergo *mense* *Solstitium præcedente* illa fuit
 conjuratio. *Nempe* qui *Cycli initio* præcedebat. Hoc enim anno, se-
 quebatur, pro nostris *Cycli Bæotici* tabulis; & in *Januarium Julianum*
 quadrabat. Ita *huic* quidem *Belli* anno, *Juliano* autem *sequenti*, con-
 veniet *Cadmeæ* expugnatio. Idem enim fuisse videtur, hoc tempore,
Polemarchus, qui, recte constituta *Republica*, *Bæotarchus* appellaba-
 tur. Obstabant enim *Lacedæmonii*, ut supra vidimus, quo minus *Bæo-*
torum omnium nomine agerent *Thebani*. Restituta ergo *libertate*, jam,
 more recepto, *Bæotorum omnium* communis erat *Thebanæ Urbis* *Ma-*
gistratus.

XXXIII. *Xenoph.* cœpit *Elaph.* 1. *Mart.* XXIII. *Jul. Per.* 4336. U. C.
Varr. 376. ante *Epoch. Christ.* vulg. 378. *Olymp.* c. 3. Incipit:
 Παι δ' ταῦτα ἐπίδοντο. L. V. C. IV. n. 13.

Cum fama oppugnatæ à *Thebanis Cadmeæ Spartam* pervenisset, *Præ-*
fectos, qui, non expectatis *suppetiis*, prodiderant, duos *morte* multasse
 tradit *Xenophon*. Tum rogatur *Agefilaus* ut *Expeditioni* in *Thebanos*
 præesse dignaretur. Sed se excusat, quod ἄφ' τετραράκοντα ἔτη ἀφ' ἧς esset,
 quæ exculatio, in *privato* quoque, nedum in *Rege*, erat legitima. Vulgo
 δέκα ἀφ' ἧς & πενήκοντα conscribebant. Etiam ad πέντε καὶ τεράκοντα, non
 raro, & nonnullos usque ad τετραράκοντα. Etiam post prælium *Leuctri-*
cum, μέχρι τ' τετραράκοντα, ut nos docet ipse *Xenophon*. Cum scilicet
 maxime premerentur, *ætatem* tamen *illam* non excedebant. Erat autem
Agefilaus,



Agésilau, cum in *Aegyptum* proficisceretur, annorum LXXX. Nempe *Xenoph. Orat. de Agésil.* *Olymp.* CIV. 3. ut vult *Diodorus*. Sic natus fuerit *Olymp.* LXXXIV. 3. Proinde *Olymp.* C. 2. exeunte, annos natus LXIII. Demantur. XL, reliqui erant anni XXIII. *Hæc* autem ætas à *Pueritia* censèbatur, nempe *Laconica*. Itaque à *sine Pueritiæ* cœpit supputatio illa αὐτῶν ἡλικίας. *Æγέες* autem habebantur οἱ ἐπὶ τῶν παίδων γεγονότες, ut nos docet *Plutarchus* in *Lycurgo*. Hos autem ἐπέρας ἕκαστος ἐξῆς fuisse, idem ibidem monet. Intelligo autem annum illum XX^m. labentem tantummodo, ut XIX^m. duntaxat absoluerint. Sic enim convenerit *Pueritia Laconica* cum *Attica*, & cum *veteri* (quæ à *Servio Tullio* constituta est) *Romana*, ut alibi observavimus. Recte ergo dixit *Xenophon* ἑξῆς, cum Sexennio *ætatem* Præl. Camd. V. illam egressus esset quam *Leges* ab *Expeditionibus* excusabant. Excusato §. 10. ergo *Agésilao*, missus est in *Thebanos* Rex alter *Cleombrotus*, μάλα χεῖ- L.V. C.IV. n. 14. μῶν ὄντος, inquit *Xenophon*. Rectissime, cum à reditu *exulum*, *hyems* cœperit, ut jam supra observavimus. Et maturavit ita *Clembrotus*, ut paulo postea quam arx dederetur, accesserit. *Megara* enim attigerat *Cleombrotus*, cum *præsidium*, data fide, *Thebani* dimitterent, teste *Plutarcho* in *Pelopida*. *Eleutheris* viam ad *Thebas* obstruxit *Chabrias*. Nescio an pro *Eleutheris*, *Erythra* potius intelligendæ sint. Itaque per *Plataeas* ascendit, & XVI diebus in hostico moratus, quam minimo detrimento hostibus illato, milites *dubios* fecit, inquit *Xenophon*, *Paxne* n. 16. cum *Thebanis*, an *Bellum* esset. Reversus *Thespiis* *Harmostam* reliquit n. 15. *Sphodriam*. Cæterum cum alieniores jam, post *Lacedæmoniorum* apparatus, *Athenienses* à *Thebanis* reperiret *Pelopidas*; summisit ille, qui n. 20. *Sphodriæ* suaderent, ut *Piræcum* ille, pro *Phæbida* exemplo, aggrediretur. Id à *Pelopida* & *Gelone* *Bœotarchis* excogitatum tradit in *Agésilao* *Plutarchus*. Idem, ni fallor, *Gelo* ille cum *Melone* quem *Pelopida* in prima *Bœotarchia* (mox à recepta *Cadmea*) collegam agnoscit idem *Plutarchus* in *Pelopida*. Ita eodem anno, quo recepta *Cadmea* est, infidiatus fuerit *Piræco* *Sphodrias*. Erat enim *Bœotarchiæ* Magistratus annuus. Alium quidem hujus consilii socium nominat in *Pelopidæ* vita idem *Plutarchus* *Gorgidam*, ipsum quoque *Bœotarchum*. Nec tamen obstat, quo minus idem fuerit annus. *Septem* enim erant in *Bœotarchiæ* munere collegæ. Male ergo has *Sphodriæ* infidias ad annum *Olympiadis* 4^m. retulit *Diodorus*. Medio autem tempore infidiatus est, inter reditum *Cleombroti* & Expeditionem, quam hoc anno rogatus à suis Civibus fecit *Agésilau*. Is enim, ubi appulisset, jam *Chabriam* ab *Athe-* n. 35. *nensibus* missum in armis reperit, cujus opera potissimum repulsus est. Jam ergo *Bellum* hac *Sphodriæ* injuria provocati denunciaverant *Athe-* n. 34. *nenses*. Scio quidem 4^o. *Olympiadis* anno hanc *Agésilai* Expeditionem statuere *Diodorum*. Itaque postquam 3^{us}. incepisset fuisse verisimillimum est. Ita certe necesse est, cum post *Sphodriæ* perfidiam iratos offenderit *Athenienses*, quam etiam perfidiam eidem anno tribuit *Diodorus*. Nec diu moratus in hostico, regionem tamen *Thebanorum*, tam intra n. 41. vallum quam ultra ad ipsam Urbem usque populatus est, ut rei annuarie caritatem faceret. Reverso *Agésilao*, *Phæbidas* (quem *Thespiis* *Harmostem* reliquerat *Agésilau*) ipse quoque *Thebanorum* regionem n. 41, 42, 45. prædatus



Annales Xenophontei.

prædatus à *Thebanis* interficitur. Eodem etiam ipse *Olympiadis* anno, si fides *Diodoro*. Et tamen ante *Veris* proximi initium quo *Thebanos* iterum est aggressus *Agésilas*. Imo novum *Polemarchum* loco *Phœbidæ*, & novam *moram*, maritimo itinere, antea quam *Ver* iniret, miserant *Lacedæmonii*, teste *Xenophonte*.

XXXIV. *Xenoph.* cœpit *Munych.* 1. *Apr.* x. *Jul.* *Per.* 4337. U. C. *Varr.* 377. ante *Ep. Chr.* vulg. 377. *Olymp.* c. 4. Incipit: Ἐπει δὲ τὸ ἔαρ ἐπέστη, πάλιν &c. L. V. C. IV. n. 47. (*Orat. de Agésil.* *Εσρά- τευσε* δὲ καὶ τὸ δῆλοντι πάλιν ἔτει. C. II. n. 22.)

Novam fuisse, & *novi anni*, Expeditionem, ex his duobus locis *Xenophontis* intelligimus. Sic autem confundit hanc cum priori *Diodorus*, quasi uno eodemque anno bis *Agésilas Thebanos* aggressus fuerit. *Medium* nihilominus inter utramque *spatium*, agnoscit ipse, nec admodum *diutinum*: Οὐ πολλῶν ὕστερον χρόνῳ hanc posteriorem fatetur. Quantum fuerit hoc tempus, non docuit. Distinctius *Xenophon*, secundum hunc annum fuisse docet quo terræ *frugibus* caruerint *Thebani*. Μάλα πιζόμενοι οἱ Θηβαῖοι (inquit) ἀπάνει ὄντι, διὰ τὸ δυοῖν μὴ εἰληφέναι καρπὸν ἐκ τῆς γῆς. *Alius* ergo erat, sed *proximus* tamen, hic *annus*, ab eo quo superiorem Expeditionem susceperat *Agésilas*. Et pares plane sibi suisque *Lacedæmoniis Thebanos* expertus, prædatus regionem, pro more, reversus est. *Diodorus* *reditum* eodem saltem *Olympico* anno fuisse credidit, quo etiam *priorem* Expeditionem susceperat, quod ne quidem ipsum verum fuisse discimus è *Xenophonte*. Cum enim *Megara* copias reduxisset, rupta vena, sanguis tumorem primo & dolorem fecit. Postea vena secta missus fluxit immodice usque ad animi deliquium. Inde lecto afflictus est, ἰσχυραίνοντι πάλιν τῆς ἡρῆς, inquit *Xenophon*; additque, paucis interpositis, ἡξιάσει τὸ, τε λοιπὸν θῆρῶ καὶ διὰ χειμῶν. Initium hujus ægrotudinis, ut videmus, à *Vere* arcessit, quæ deinde æstate reliqua ad *hyemem* illum tenuit. Et tamen *initium* illud à *reditu* ad *Megara* arcessit, antea nimirum quam *Spartam* attigisset. Facile inde intelligimus *hyemem* in *exitu* fuisse, *Ver* autem in *proximo*, cum se è *Thebanorum* regione ad *Megara* reciperet. Itaque 4^o. *Olympiadis* anno rediit: quæ causa erat fortasse, cur *continuas* hujus *biennii* Expeditiones omnes *Diodorus* ad annum hujus *Olympiadis* c. 4^m. retulerit. Idem addit *Diodorus*, victoriam *Chabriæ* ad *Naxum* hoc eodem *Olympiadis* anno 4^o. contigisse, καὶ τὴν αὐτὴν χρόνον quibus & postrema illa *Agésilai*. *Diodorum* imitatus est, ni fallor, *Eusebius*, qui ad annum *Olymp.* c. 4^m. ita habet: *Athenienses principes Græciæ facti*. Nec enim alio retulerim ejus verba illa quam ad victoriam *Chabriæ*, qua *βασιλοκρατίαν* denuo adepti videbantur. Magni enim certe victoriam illam fecisse manifestum est. Observat enim *Diodorus* primam illam fuisse, post finem Belli *Peloponnesiaci*, *Atheniensium* victoriam *maritimam* in *Lacedæmonios*. Quam scilicet *propriis* auspiciis retulissent. *Cononis* enim illam ad *Cnidum* *Regis* fuisse potius monet, quam *Atheniensium*. Hæc ille, proculdubio è *Scriptoribus Atticis*, è quibus constat quanti victoriam illam fecerint *Athenienses*.



nienses. Idem etiam exinde patet, quod hujus victoriæ memoriam *annua solennitate* celebraverint, & *diem* victoriæ deinceps *faustum* habuerint, ut docet *Plutarchus*. Et quidem si hoc *Olympiadis* anno *victoria* illa contigisset, hoc anno *Juliano* illam fuisse necesse erat, quæ *mensis* erat, ut mox videbimus, *Boedromione*. Sed meliore, quam fuerint vel *Eusebius*, vel ipse etiam *Diodorus*, Auctore *Xenophonte*, Nos ad *sequentem* potius annum referendam existimamus.

XXXV. *Xenoph.* cœpit *Munych.* 1. *Mart.* xxx. *Jul. Per.* 4338. U. C. *Varr.* 378. ante *Ep. Chr.* vulg. 376. *Olymp.* cx. 4. Incipit: Ἰσθμιαίων ἡ πόλις ἢ πάλιν ἢ ἕως. L. V. C. IV. n. 58. Et, οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, ἐποὶ ἕαρ ἑπέφρανε. n. 59.

Hoc anno, ægrotante *Agefilao*, missus est in *Thebanos Cleombrotus*. n. 59. Sed transitu per *Citharonem* à *Thebanis* exclusus, re infecta, rediit, καὶ δῖνκε τὸ σπάτευμα. Quod scilicet, *terrestri* aditu obsepto, exercitum inutilem censeret. Inde nova de Bello consilia de *classe* instauranda, qua n. 60. tam exercitum in *Thebanos* deportare possent, quam *Athenienses* re *frumentaria* prohibere. Huic classi aliam opponunt *Athenienses* qua *frumentum* in *Piræcum* portum deducendum curant. Μετὰ ταῦτα, inquit *Diodorus*, post receptum nempe *frumentum*, *Naxum* obsidet classe tota *Chabrias*, cui dum subvenire conatur *Pollis Lacedæmoniorum* n. 61. *Nauarchus*, prælium *navale* committitur, quo vincit *Chabrias*. Nempe *Boedromionis* diei xvi, parte posteriori, quæ *Septembri Juliani* diei x^o. respondebat, pro nostris *Tabulis*. Hanc victoriam confert *Xenophon* in hunc annum quo copiis *terrestribus* præerat, non *Agefilaus*, sed *Cleombrotus*. Et res ipsa verum esse docet. Nec enim antea ad rem *mari* gerendam conversi sunt *Lacedæmoniorum* focii, quam aditus *terrestri* intercluderetur, quod nunquam contigit duce *Agefilao*. Male ergo *Diodorus*, rem *terra* administrante *Agefilao*, victoriam hanc *navalem* statuendam censuit. Non me quidem fugit mortem *Chabriæ* hoc 1^o. hujus *Olymp.* cx^a. statuere *Diodorum*. Sed meliori Auctorum fide illam *rursus* multis deinceps annis ponit ad annum *Olymp.* cv^a. 3^m. Suffragatur *Cornelius Nepos*, qui illum Bello *Sociali* & in *Chio* periisse scribit, quod *Bellum Sociale Olymp.* cv. anno 3^o. gestum idem agnoscit *Diodorus*. Nihil ergo obstat quo minus quæ diximus de hujus prælii *Navalis* tempore fuerint verissima. *Chabriæ* certe infra, in Expeditione *Iphicratis*, meminit etiam *Xenophon*. Cornel. Nep. Chabr. c. 4.

Interim exclusis à *Citharonis* aditu *Lacedæmoniis*, *Thebani* πολεις ἀγροικίδας *ἀγροικίδας* aggrediuntur. Sux nimirum *Bæotia* finitimas, quæ *libertatis* obtentu *Lacedæmoniis* favebant. Has enim intelligit *Xenophon*, ni fallor, nomine *ἀγροικίδων*. Sic *ἀγροικοι* *Thessalia* eidem *Xenoph.* L. VI. C. I. n. 7. Sic rursus *ἀγροικίδες πόλεις* ipsorum *Thebanorum*. L. VI. C. IV. n. 6. Et alibi. *Ephebi* enim per biennium *ἀγροικοι* appellabantur. Quod scilicet illo spatio *munimenta* duntaxat *patria* obirent, nondum ad *Bella externa* mittendi. Inde officium *Periodontæ* in *Primæva Ecclesia* qui loca *Civitati* subjecta visitabat. n. 63.



Annales Xenophontei.

XXXVI. *Xenoph.* cœpit *Elaph.* i. *Mart.* xix. *Jul. Per.* 4339. U. C.
Varr. 379. ante Epoch. *Chr. vulg.* 375. *Olymp.* ci. $\frac{1}{2}$. Incipit :
 Ὁ μὲντοι Τιμόθεος. L. V. C. IV. n. 64.

Hoc anno, ut videtur, *Timotheus Chabriæ* non cæso, (ut volebat *Diodorus*,) sed misso in *Abderitarum* subsidium cum pedestri exercitu, successit in munere *Nauarchi*, missusque rogatu *Thebanorum* in *Lacedæmonios*. Superioris enim anni victoria navali *Sept.* 8. fractam *Lacedæmoniorum* classem nondum de deportandis in *Thebanorum* ditionem militibus quicquam conari potuisse verisimillimum est. Hoc ergo demum anno, Vere ineunte, missum arbitror *Timotheum*, qui *Peloponnesum* circumvectus *Corcyram* εὐδὲς occupavit. Hunc insecutus *Nicolochus Lacedæmoniorum Nauarchus* : mox facit pugnandi copiam victusque est ad *Leucadem*, teste *Diodoro*. Tropæum excitavit *Timotheus Alyziæ*, ut docet *Xenophon*. Prælium hoc *Ol.* ci. i. ut vult *Diodorus*. Itaque priori hujus anni parte.

Interim *Thebani* in *Phocidem* irrumpunt, ἐπεὶ κατέσπευσαντο τὰς ἐν τῇ Βοιωτία πόλεις. Hinc patet recte nos πόλεις βεωτικὰς de *Bootiæ* Civitatibus esse interpretatos. Sed coactis in *Phocidem Lacedæmonii, Thebani*, aditibus munitis, redeunt intra fines suos.

Hoc etiam anno ad *Orchomenum* victos à *Thebanis* duplo plures *Lacedæmonios* scribit *Diodorus*. Nempe *Olympiadis* hujus anno primo. Hoc, si verum, superiori forte anno *Tanagram* ceperint, cæso *Harmosta Panthoïda*. *Tanagram* certe habebant *Lacedæmonii* 2^a. *Agésilai* Expeditione, ut docet *Xenophon*. Et victoriam ad *Tanagram* aliam illam quæ fuerit ad *Tegyra*, prope *Orchomenum*, præcessisse, innuit in *Pelopidæ* vita *Plutarchus*.

Hoc etiam eodem anno Legatio *Polydamantis Pharsalii* ad *Lacedæmonios* de adjuvando *Pharsalo* in *Jasonem Pheræum*. Dilata enim ad 3^m. diem responsione, expenderunt quot essent foras μόραι (intelligit omnino, ut videtur, quatuor moras, cum *Cleombroto* missas in *Thebanos*) item quot essent in *Sparta* ipsa alendæ αἰς τὰς ἕξ ἢ Ἀδωαίων τεύχευς, (missas scilicet ad oras eorum deprædandas ab *Atheniensibus*, duce *Timotheo*,) καὶ ἡ αἰς τὰς ὁμόρους πόλεμον. Intelligit, ut opinor, hostes terrestres finitimos, non *Spartæ* duntaxat, verumetiam *Peloponneso*. Imprimis ipsos *Athenienses*. Merito ergo hanc legationem statuit *Xenophon*, χεῖρον αὐτὸν ἢ χεῖρον quo in *Thebanos* profectus est *Cleombrotus*.

XXXVII. *Xenoph.* cœpit *Munych.* i. *Apr.* ix. *Jul. Per.* 4340. U. C.
Varr. 380. ante Ep. *Chr. vulg.* 374. *Olymp.* ci. $\frac{3}{4}$. Incipit : Οἱ δὲ Ἀδωαῖοι αὐξανομένους. L. VI. C. II. n. 1.

Hoc anno, cujus partes in secundum tertiumque *Olympiadis* annum conveniunt, de Pace inter *Athenienses Lacedæmoniosque* actum existimo. Missos enim ab *Artaxerxe Mnemone Persarum Rege* legatos de Pace inter *Græcos* 2^o. hujus *Olympiadis* anno memorat *Diodorus*, nempe exeunte.



exeunte. Cum enim assensu essent invicem *Athenienses & Lacedæmonii*, & legati *Athenienses Timotheum* de Pace monuissent, reversurus exules *Zacynthios*, qui sub eo antea meruerant, in patriam restituit. Gesta autem hæc *Timothei* ad annum *Olympiadis* tertium refert *Diodorus*. Ita hæc invicem cohærent, ut de priori anno *Olympiaco exeunte*, posteriori autem *ineunte* necessario intelligenda sint. Pacis hujus condiciones illas agnoscit *Diodorus*, ut *maris imperium* esset penes *Athenienses*, *terra* autem penes *Lacedæmonios*. Et *Pacem*, quæ *Atheniensibus imperii maritimi principatum* asseruerit, *Timothei* opera concessam testatur *Cornelius Nepos*, magnaue *Atheniensium lætitia* receptam. Causam autem *Pacis* ait *Xenophon* fuisse *Thebanorum* illa tanta incrementa, quæ jam cœperint *Atheniensibus* esse suspecta. Itaque post redactam jam *Bœotiam*, post victos ad *Orchomenum Lacedæmonios*, fuisse verisimillimum est. Sic ergo de *Pace* actum anno *Olympiadis* 2^o. ut non ante annum illius 3^m. aliquatenus *affectum Pax* ipsa tamen *suffragia Civitatum* obtinuerit. Hac enim *Civitates à Thebanis dirutas Athenienses à Thebanorum amicitia alieniores* fecisse testatur *Xenophon*, & ad *pacem cum Lacedæmoniis propensiores*. Itaque hoc anno demum *exeunte Pax* inita est, rediitque *Timotheus*.

Cornel. Nep. vit.
Tim. c. 2.

XXXVIII *Xenoph.* cœpit *Munych.* 1. *Mart.* xxviii. *Jul. Per.* 4341.
U. C. *Varr.* 381. ante Ep. *Chr.* vulg. 373. *Olymp.* ci. 2. Incipit:
Ἐπει δὲ οἱ ἐκ τῆς χάριτος Λακωνῶν. L. VI. C. II. n. 2.

Tenuit paulisper prædicta *Pax*, dum legati à *Zacynthiis* missi *Lacedæmonios*, quid fecerit in reditu *Timotheus*, edocerent. Tum novos *Belli* apparatus faciunt *Lacedæmonii*, & proinde eorum exemplo etiam *Athenienses*. *Ναυτικὸν πάλιν παρεσκευάζον*, inquit *Xenophon*. *Συμίσθησαντο τὸ* n. 2.
ναυτικόν, ait *Diodorus*. Nova hæc *Belli* initia *Veri* potissimum conveniunt. Præsertim cum anno adhuc *Olympiadis* 3^o. labenti (quem jam antea probavimus *affectum*) ea tribuat *Diodorus*. Mittunt ergo è vestigio ad *Zacynthios* auxilia *Lacedæmonii*, duce *Aristocrate*. Ita *Diodorus*. Et *Ctesiclem* exulibus ducem ad eosdem mittunt *Athenienses*. Etiam *Corcyraeis Alcidas* cum classe destinant *Lacedæmonii*. Huc autem missum eundem dicit *Xenophon*, quem ad *Zacynthios* volebat missum *Diodorus*, non *Ctesiclem* tamen, sed *Stesiclem*, si sit potius audiendus *Xenophon*. *Ἄρα δὲ τούτοις παρεσκευάζον*, ait *Diodorus*, *Plataenses* mili- n. 7.
tes ab *Atheniensibus* arcessivisse, Urbem scilicet in eorum fidem tradere volentes. Sed occupati à *Bœotarchis*, fide data dimissi sunt, qui ab *Atheniensibus* recepti etiam *Civitate* donati sunt. Nempe alienam à *Thebanis Atheniensium* mentem superiori, quantumvis brevi *Pace*, quam cum *Lacedæmoniis* pacti fuerant, edocti. Itaque post *Pacem* anni superioris. Antea tamen quam *secundam Pacem* inirent *Athenienses*, ad quam ineundam hæc ipsa amicorum clades propensiores fecit *Athenienses*. Postea etiam *Thespias* devastabant *Thebani*. Hoc etiam eodem *Olympiadis* anno 3^o. ut vult *Diodorus*, proinde *desinente*. Classe jam parata, non, ut decreverant, *Alcidas*, sed *Muasippum* in *Corcyraeos* n. 3.
mittunt



Annales Xenophontei.

mittunt *Lacedæmonii*. Hic *Corcyram* oblidet tam mari quam terra. *Mari* ita, ut ὀπότε μὴ χειμῶν κωλύοι, inquit *Xenophon*, naves *Lacedæmoniorum* in portu *Corcyæorum* stationem habuerint. Hinc intelligimus, *Veris* eam fuisse tempestatem qua nondum esset à *procellis*, quæ hic χειμῶνες appellantur, plena securitas. Navigatiō illa incerta quousque pertigerit, docet *Vegetius*. Tamdiu autem in hac obsidione duravit *Mnasippus*, ut duorum mensium stipendia militibus debuerit. Itaque ad 3^m. usque à prima militum conscriptione mensem. Et tamen *Olympiadis* anno 3^o. cæsus, si recte *Diodorus*. Proinde omnino exeunte. Erat autem tunc in itinere *Iphicrates*, fama vero de eo *Corcyram* pervenerat, ὅς ἦδ' ἠπαρῆς, quæ *Corcyæorum* animos erexerit. Rumor de cæde *Mnasippi* *Iphicratem* attigerat prope *Sphageas Laconicæ*, sed nondum oculato teste fultus. Itaque caute inde progressus est, paratusque ad rem prælio decernendam. Non certe ante ultimum anni *Olympici Atticive* mensem. *Cephaleniæ* nuncium accepit certiolem, refecitque adeo exercitum. *Politis* nimirum, ut videtur, extra periculi aleam *Corcyæis*, fugatisque *Lacedæmoniis* ad *Leucadem*. Postea naves à *Dionysio* Tyranno in auxilium *Lacedæmoniorum* missas intercipit *Iphicrates*, & captivorum pretio solvit militum stipendia. *Cephaleniæ* antea tamdiu moratus ut Civitates ejus omnes in suam potestatem redegerit. Hæc certe jam *Olympiadis* anno labente 4^o. Tum nautas aluit *Corcyæorum* sumtibus, nempe laboribus eorum *Rusticis* locatos. Ipse interim cum gravis armaturæ militibus in *Acarνανiam* trajecit, & Bellum fecit *Thuriensibus*. Quo confecto, cum naves *Corcyæorum* suis adjunxisset, primo pecunias à *Cephaleniis* exegit, tum deinde se ad Bellum *Lacedæmoniis*, *Lacedæmoniorumque* sociis inferendum accinxit. Hæc sane omnia ad anni hujus *Juliani finem* pertigisse verisimillimum est, & proximi adeo *Veris* ille fuerit novi Belli apparatus. Cur Bellum tamdiu distulerit, causam fuisse arbitror constitutam jam à Civibus suis *Atheniensibus* Pacem. Contentus ergo *Lacedæmoniorum* conatus in *Corcyæos* & *Zacynthiis* repressisse, qui *Paci* erant contrarii, Bellum deinceps ita gessit, ut propulsare potius quam inferre videretur; fecitque ut quam minima *Lacedæmoniorum* constaret injuria. Sic enim Civium suorum animos ad Pacem propendere videbat, ut præviderit, quod postea contigit, *deprædationum* lucrum nullum fore, quippe si *Pacis* consilia processissent, essent rependendæ. Spatium ergo concessit *hibernis* de *Pace* conatibus, dimisitque *Callistratum* Oratorem hoc ipso fine ut *Pacem* domi componeret, vel pecuniam mitteret. Paratus interim, si Bellum *Paci* prætulissent *Lacedæmonii*, & Bellum sequenti *Vere* inferendum.

XXXIX. *Xenoph.* cœpit *Elaph.* I. *Mart.* XVIII. *Jul. Per.* 4342. U. C.

Varr. 382. ante *Ep. Chr.* vulg. 372. *Olymp.* CII. 4. Incipit: Οἱ

ἢ Ἀσιωαῖοι ἐκπεπρωκότας μὲ ὀρῶντες. L. VI. C. III. n. 1.

Hunc Ego annum omnium arbitror esse difficillimum. Vidimus in hujus anni *Vere* in *Belli* apparatu *Iphicratem*, quod tamen ultra apparatus non processit. Vidimus hic in *Pacis*, quam *Iphicrati* pollicitus fuerat,



fuerat, negotio fedulum *Callistratum*. Ne dubitemus, quin annus superiori proxime successerit. *Pace* tandem à *Bæotiis* repudiata, mox ad arma rursus concursum, & spatio paucorum dierum victi sunt fatali ad *Leuctra* prælio *Lacedæmonii*. Et tamen notæ *Chronologicæ*, ut videbimus, omnes victoriam *Leuctricam* non huic anno, sed *sequenti*, afferunt. Nec tamen res Bello gestas *Olympiadis* cr^æ. anno 4^o. aut hujus 1^o. apud *Diodorum* ullas legimus. Nihil hic quod dici possit video, nisi *Pacis* expectatione, tacitoque partium omnium consensu, hoc anno, & *sequentis initio*, fuerit *armistitium*. Nempe ut *Thebanos* ad legatos *Spartam* mittendos invitarint, *Xenophonte* teste, *Athenienses*. Miserint autem hoc anno, incertum. Suspecta autem mihi visa est tanta illa precipitatio, cujus meminit *Plutarchus* in *Agefilao*. Ait enim, cum in *Pacem* reliquæ *Græciæ* Civitates *Spartæ* die *Attici Scirophorionis* XIV^o. convenissent, *Hecatombæonis* die v^o. fuisse ad *Leuctra* debellatum, ἡμερῶν, inquit, εἰκοσι διαγενομένων. Properationem nimiam fuisse non equidem inficias ivero, cum maturioribus *Prothoi* consiliis obstaret *Agefilaus*, qui jam olim *Thebanos* oderat, ex quo sacrificia ejus perturbaverant in *Asiam* profecturi. Tanta tamen ut fuerit, vix patiuntur res gestæ intermediæ. Melius ergo, ni fallor, *Pacem* huic, in quo versamur, anno tribuimus, & diei *Scirophorionis Attici* XIV^o. quem *Tabulæ* nostræ cum *Junii Juliani* die XXVIII^o. pro *posteriori* parte concurrisse docent. Sic enim obstiterit, quo minus apparatus *Iphicratis* in *Lacedæmonios* procederent; quem, *Pace* jam confecta, mox revocatum innuit fuisse *Xenophon*. Convenit enim, quem ad *Pacem* conficiendam præmiserat *Iphicrates*, *Callistrati* legatio. Et eodem tempore quo *Callistratus*, etiam *Epaminondas* *Spartæ* aderat, si fides *Diodoro*. Male tamen ille ad annum superioris *Olympiadis* 2^m. retulit, quæ erant ad annum *Olympiadis* 4^m. exeuntem referenda. Nempe quod, cum illo anno negotium de *Pace* cœperit, varios deinde, quibus est progressa, gradus non fatis accurate distinxerit, sed multorum annorum gesta in unum confuderit. Hoc autem certe anno *Spartæ* adfuisse *Callistratum* (non illo quo volebat *Diodorus*) docet *Xenophon*. Itaque hoc etiam anno aderat *Spartæ* *Epaminondas*, non *sequenti*, quo *Bæotarchus* erat, nec ab exercitu proinde erat amovendus. *Spartæ* certe fuisse, & cum *Agefilao* liberos de *Pace* sermones habuisse, ipsum *Epaminondam*, fatis convenit. Nec vero annus alius erat hoc, in quo versamur, magis congruus. *Pace* illa priori, quæ inter *Athenienses* atque *Lacedæmonios* coaluerat ante *bienium*, ne quidem legatos legimus *Thebanorum* qui adfuerint. Hoc autem anno præsidia Urbibus ab *Atheniensibus* deducta, & *Harmostæ* à *Lacedæmoniiis*, teste *Xenophonte*. Itaque hoc demum tempore *seditiones* illas fuisse necesse est *Exulum* in Cives suos, quas *Olympiadis* anno 2^o. memorat *Diodorus*. Antea enim quam præsidia deducerentur, *seditiones* illæ incipere ne quidem poterant. Hæc certe pro modulo *Pacis* jam antea propositæ à Rege *Perfarum*. Erant enim ex illa formula constituendi ἐγγυωγῆς, qui per Civitates singulas obirent, & præsidia deducerent. Hæc autem ut fierent, nimis arctum erat illud spatium xx dierum, quod solum inter *inducias* & prælium *Leuctricum* agnoscit *Plutarchus*.

Diodor. Olymp.
101. 2.

M m m m m m m



Annales. Xenophonteii.

archus. Et locum plane nullum reliquit secutis post deducta præsidia *Seditionibus*. Illæ autem præ aliis regionibus *Peloponnesum* præcipue distrahebant, quæ adeo *Thebanis* ad *Pacem* cogendis vacare ne quidem poterat, dum *Urbes sociæ*, quarum *auxiliis* cogendi erant, à suis primum *Seditionibus* quievissent. Itaque post diem *Junii* xxviii^m. revocatus domum rediit *Iphicrates*, & *damna Lacedæmoniiis* illata, post *pacem* paulo antea interruptam, compensavit. Nominati item omnium consensu qui *Urbibus præsidia* deducerent. *Ortæ Seditiones exulum* pariter & sedatæ. Facta denique omnia, quæ pro *Pacis* lege facienda erant ab *Atheniensibus* atque *Lacedæmoniiis* *Urbibusque* eorundem *sociis*, hoc uno excepto, quod *exercitus* nondum dimississent, quod postremo erat faciendum. Nec *spes* omnis prorsus decollaverat, fore ut etiam *Thebani Pacem* admitterent. Accedente etiam metu eorum qui jam acceperant, si soli refragarentur. Præsertim cum hoc ipso etiam anno primo inter reliquas *Bæotiae* Civitates subscribereht; tum deinde, revocata illa subscriptione, *mæsti* discederent legati ipsi *Thebanorum*.

XL. *Xenoph.* cœpit *Munych.* 1. *Apr.* vi. *Jul.* Per. 4343. U. C. *Varr.* 383. ante Epoch. *Chr.* vulg. 371. *Olymp.* cii. ½. Incipit: *Κλεμβροτον ὃ ἐχούσα.* L. VI. C. IV. n. 1.

Primus gradus ad *Bellum* hoc anno *legatio* erat ad *Thebanos* de asserendis in libertatem *Bæotiae* Civitatibus, de restaurandis *Platæis* atque *Thespiis*, utque agri earum pristinis Dominis redderentur. Ita *Diodorus*. Docet autem hæc ipsa *legatio*, non hoc anno *Spartæ* fuisse inter reliquos *Thebanorum* legatos *Epaminondam*. Nec enim opus erat nova legatione si legati *Thebanorum* ipsi coram adfuisent. Nimisque arctum erat spatium illud xx dierum, quod inter *Pacem* & *Prælium* credidit intercessisse *Plutarchus*, mittendis ultro citroque ad *Thebanos* legationibus; tandemque *novæ legationi* ad *Cleombrotum*; denique *rebus* à *Cleombroto* gerendis. Multo minus accurate *Diodorus secundo* hujus *Olympiadis* anno hanc legationem assignavit, cum fere v^o. *novi* anni *Olympici die* fuerit ad *Leuctra* debellatum. Hujus autem erroris (qui apud illum satis frequens est) occasionem dedit, quod, cum varios *Auctores* exciperet, *Annalium* diversa *initia* non secreverit, quorum alii à *Vere*, alii ab *initiiis Civilibus* annos arceserent.

De prælii autem *Leuctrici* tempore magna consensus est, Archonte fuisse *Phrasiclide*, *Olymp.* cii^o. anno 2^o. Ita *Diodorus*, *Pausanias* in *Arcadicis*, *Auctor* *Chronici Marmorei*. Respondent accuratissime calculi apud *Clementem Alexandrinum* *Eratosthenis*, si quidem per annos *Olympicos* procedat supputatio, qui fere *Atticis* respondebant. Numerat enim ab initio *Belli Peloponnesiaci* ad cladem *Leuctricam* annos lxi. nempe xv *Olympiadas* & annum præterea unum. Recte, si ab anno *Olymp.* lxxxviii^o. 1^o. exeunte ad annum *Olymp.* cii. 2^m. ineuntem supputetur. Idem rursus à clade *Atheniensium* ad *Egosspotamos* ad cladem *Lacedæmoniorum Leuctricam* annos censet xxxiv. viii scilicet *Olympiadas* & præterea *biennium*. Idque verum intervallum est ab *Ol.* xciii. 4. ad



ad *Olymp.* cii. 2. Nec ullum adeo ex hoc loco *Eratosthenis* dubitandi locum habuisset *Magnus Scaliger*, si id saltem observasset. De annis enim *plenis* nihil *Eratosthenes*. Diem præterea docet *Plutarchus*, v^m. scilicet *Hecatombæonis Attici*, qui hoc anno idem *Julii Juliani* erat viii^{us}. Diei fere horam docet *Xenophon*, fuisse nempe post prandium, & postquam *Lacedæmonii*, in meridie largius bibissent. Tunc enim ait fuisse *τελευταίαν βελῶν πρὸς τὸ μάχης*. Cladis hujus nuncius *Spartam* venit die ultimo *γυμνοπαίδιων*, inquit *Xenophon*. Proinde non est, cur de mense, quo fuerit illud festum, dubitent ulterius Eruditi. *Mensem* enim *Lacedæmoniorum* x^m. fuisse necesse est, qui *Attico* responderit *Hecatombæoni*. Cum enim ab *Ægospotamis* victoriæ nuncium triduo *Spartam* miserit *Lysander*, vix est quod dubitemus, quin biduo saltem cladis hujus nuncius *Spartam* appulerit. Itaque ad summum *Hecatombæonis* dies vii^{us}. idem fuerit ultimus *γυμνοπαίδιων*, & mensis proinde *Laconici* xi. dies ille qui cum *Hecatombæonis* vii^o. concurrerit, cum *Julii Juliani* nempe x^o. Is fuerit, pro nostris Tabulis, xi. *Laconici* mensis dies xi^{us}. Tum nomina occisorum cognatis tradita. *τῆν ὕστερα, Julii* scilicet xi^o. læti hilaresque in publicum prodibant defunctorum necessarii. *Ἐκ δὲ τούτων, novus* militum delectus, duce *Agefilai* filio *Archidamo*, quod pater nondum convalesceret, inquit *Xenophon*. Itaque post diem à prælio iv^m. *Spartæ* ille delectus, pro sententia *Xenophontis*. Hos tamen delectus ita invicem confundit *Diodorus*, quasi in *Pacem* consensisset cum *Thebanis Cleombrotus*, conciliante illos *Jasone Pheræo*: mox *Archidami* auxiliis accedentibus, fidem violarit, seseque denuo ad prælium ineundum accinxerit. Sed meliora docet *Xenophon*. Nec enim pugnae interfuit, qui copias duxit post pugnam conscriptas, *Archidamus*. Imo pugnae ne quidem interfuit ipse *Jason*. Post pugnam enim ad illum nuncium victoriæ suæ miserunt *Thebani*, eadem forma, eodemque exemplo, quo miserant ad *Athenienses*. Auxilia fateor ab utrisque rogata, non tamen in priorem exercitum *Cleombroti*, sed in posteriorem potius *Archidami*. Et ad pacem proinde cum *Archidamo* spectabat omnis illa *Jasonis* intercessio. Nempe metu liberavit victas jam *Cleombroti* reliquias *Jason*, impetratis induciis. Hi elapsi noctu per *Cithæronem* (quod nocti magis quam induciis fiderent) ad *Ægosthena Megariæ* ditionis Urbem obvium reperiunt *Archidamum*, qui illis receptis domum revertitur. Sic enim *Xenophon*. *Jasonis Pheræi* gesta, quorum meminit in reditu *Xenophon*; Ego à discessu *Lacedæmoniorum* è *Bœotia* cœpisse puto, & ad proximi *Veris* initium pertigisse. Ita pleraque inciderint in annum quidem *Julianum sequentem*, sed hoc tamen anno *Xenophonteo*, qua quidem annorum initia à *Vere* censentur:

XLI. *Xenoph.* cœpit *Elaph.* i. *Mart.* xxvi. *Jul. Per.* 4344. U. C. *Varr.* 384. ante Epoch. Chr. vulg. 370. *Olymp.* cii. $\frac{2}{3}$. Incipit: *Ἐπιόντων δὲ Ποσειδῶν.* L. VI. C. IV. n. 29.

Veris initio, & quidem annis *Olympiadum secundis* ad exitum vergentibus, *Pythia* fuisse, jam alibi probavimus. Inde colligitur, recte
: M m m m m m 2 Nos



Annales Xenophontei.

Nos hujus anni initium huc referre. Non est itaque audiendus *Diodorus* qui mortem *Jasonis Pheræi* ad annum hujus *Olympiadis* retulit 3^m. Recte quidem Auctores illius cædem illam anno illi tribuebant quo cœpit annus *Olympiadis* 3^{us}. ut è nostra hac Chronologia manifestum est. Sed posteriori hujus anni parte, qua quidem à Vere censetur, ille cœpit annus *Olympicus*, priori autem contigit cædes illa *Jasonis*. Is autem annus *Varronianus* 384. idem erat *Cycli* 5^{us}. quo primus mensis *Pythicus* cœpit *April.* xxx. pro nostris Tabulis. Proinde mense *Juliano* hujus anni *Mai*o *Jason* fuerit interfectus: Hujus successores obiter attexuit *Xenophon*: *Polyphronem*, qui anno uno tenuerit. Et cædem illius habet *Diodorus* anno *Olympiadis* 4^o. *Sequenti* nimirum anno *Xenophonte*o qui annis respondet *Olympicis* 3. Huic *Alexander* successit per annos, ut vult *Diodorus*, xi. Cædem autem illius *Ol.* cv. 4. idem statuit *Diodorus*. Nempe, ut videtur, anno *Olymp.* cv. 3. Illo ergo anno cœperit *Tisiphonus* secundum *Xenophontem*. Ita partem anni 2ⁱ. tenuerit *Polyphron*, vel 12ⁱ. *Alexander*. Non me quidem fugit in *Marmoreo Chronico* nomen lege ΑΛΕ. quod doctissimi Commentatores de hoc *Alexandro* intelligunt *Pheræo*. Sed perperam, ut opinor. Nec enim unquam *Alexander Pheræus βασιλεύς*, sed, pro exemplo *Jasonis*, *Thessalorum τὰς* appellari solebat, à *Græcis* aliis τῖραυτος. Itaque de *Alexandro* potius *Macedonum* Rege *Epocham* illam intelligo; nec de initio illius, sed de fine potius, & de initio *successoris*. Sic ergo locum illum *Marmoris* suppleo: -ΚΑΙ ΑΛΕ[ΞΑ]Ν[ΔΡΟΥ ΔΟΛΟΦΟΝΗΘΕΝΤΟΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ ΤΩΝ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ] ΒΑΣΙΛΕΥΕΙ. Hoc enim ipso Archonte *Nausigene Olymp.* ciii. i. cæso *Alexandro* illo *Ptolemæum Aloveritem* successisse testatur *Diodorus*. Hæc Nos tamen obiter, ut ipse *Xenophon*.

Mantinæorum seditiones illæ, quarum deinde meminit *Xenophon*, ad annum *Olympiadis* 3^m. referuntur à *Diodoro*. Sed *Megalepoleos* ortum, qui è *seditionibus* illis sequebatur, eodem illo Archonte, quo victi sunt ad *Leuctra Lacedæmonii*, & paucis post victoriam mensibus statuit Auctor, quantumvis *Diodoro* junior, longe tamen accuratior, *Pausanias*. Ita priori hujus anni parte fuerint illæ *seditiones*. Ita certe commodissime, propter tot alia hujus anni gesta quæ tamen *seditiones* illas sequebantur. Imprimis *Expeditio* illa *Agefilai* in *Tegeatas*, quæ sequitur in *Xenophonte*, & à *Diodoro* ad annum *Olympiadis* 3^m. itidem refertur. Non absurde quidem, si de 3ⁱⁱ anni initio intelligatur. In *Tegeatas* autem impetum vertit, quod *Arcadum* *seditionibus* illis ortum dederit *Lycomedes Tegeates*, & quod *Tegeæ* præcipue vigerent partium studia. Hanc novæ Urbis constructionem impedire conatus est *Agefilaus*, primo verbis & consiliis, cum, libertate nuper constituta, invidiosa esset mentio armorum. Postea oppressa factione *Stasippi* qui *Lacedæmoniiis* favebat, tandem res ad arma progressa est. Itaque *Eutæam* primo aggreditur *Agefilaus*; quam ubi vacuum reperisset, ibi aliquantisper hæsit expectans *Polytropum*. Sed eum interea prælio ad *Orchomenum* commisso interficiunt *Mantinæi*. Hoc prælium anno hujus *Olympiadis* 4^o. assignat *Diodorus*. Sed falli illum ex hoc *Xenophontis* loco



loco constat; unde colligitur ante hujus anni *hyemem* cecidisse *Polytropum*. Cæde enim illius *audita* progreditur *Agefilaus* in *Tegeatas*, n. 15. quorum agro vastato, postridie prope *Mantineam* castrametatur. Hic ibid. illum conveniunt socii *Phliasii*. Sed differentibus ad *Thebanorum*, quos expectabant, adventum, prælium *Mantineis*, *μίσση* jam *χειμῶνι*, inquit n. 20. *Xenophon*, rediit, dimisitque exercitum *Agefilaus*. Postrema hujus anni gesta, *Juliano* anno *sequenti*, ante *Veris* initium, post *medium* scilicet *mensē hyemalem*, gesta esse credimus.

XLII. *Xenoph.* cœpit *Munych.* i. *Apr.* XIII. *Jul.* *Per.* 4345. U. C. *Varr.* 385. ante *Ep. Chr.* vulg. 369. *Olymp.* CII. 3. Incipit: *Οἱ δ' Ἀρκαδῆς, ἐπεὶ ὁ Ἀγισίλαος.* L. VI. C. V. n. 22.

Hoc tandem anno in *Peloponnesum* veniunt *Thebani*. Non quidem n. 26. anno *Olymp.* CII. 4^o. ut vult *Diodorus*, sed tamen anno illo quo cœpit annus 4^{us}. *Olympiadis*. Jam enim similia apud illum exempla vidimus, quibus quæ priori anni *Horographici* parte contigerant, ea *Olympico* anno quod cum parte anni ejusdem *posteriori* concurrebat, tribuebantur. Et quidem duorum annorum *Olympicorum* gesta in hunc unum annum *Olympicum* contulit *Diodorus*, quorum *postrema* in illum ipsum etiam annum quadrabant *Olympiadis* 4^m. Alius erat certe annus, quo in *Peloponnesum* venerunt *Thebani*, ab eo, quo ad *Leuctra* vicerant *Lacedæmonios*. Prælio enim *Leuctrico* *Bæotarches* erat quidem *Epaminondas*, non item *Pelopidas*, sed *ἱερεὺς* duntaxat *λόχου* præfectus. Hoc autem anno, quo *prima* fuit in *Peloponnesum* *Expeditio*, ambos *Bæotarchiæ* munere functos Auctor est *Plutarchus* in *Pelopida*; Auctor etiam est *Diodorus*. Et *hyeme* illam susceptam esse *Expeditionem*, & *σεὶ τριῶν*, & paucis antea diebus quam *Magistratum* *abdicare* per *leges* oportebat. Nempe paucis diebus ante *Civilis* anni *finem*. Annus autem superioris *Bæotarchiæ* idem erat *Cycli* v^{us}. qui, pro nostris *Tabulis*, exhibat *Januarii Juliani* die xx. Hæc causa erat, cur reliqui *Bæotarchi*, exceptis *Epaminonda* atque *Pelopida*, ab hac *hiberna* *Expeditione* essent alieniores; quod *legem* metuerent, quæ *capitis* damnabat, si quis ultra terminum à lege præscriptum tenuisset. Utcunque tamen tanta erat horum *Auctoritas*, ut collegæ tandem consenserint, teste *Diodoro*. Aliter *Expeditio* illa suscipi ne quidem potuit. *Majoris* enim *partis* suffragio collegarum decernenda erat, qui erant omnes numero VII. ut in causa prælii *Leuctrici*. Ægre enim factum, ut collegarum plura suffragia ad prælium ineundum consecutus fuerit *Epaminondas*. Tenuit autem hoc anno *τέσσαρας ὅλας*, ultra terminum constitutum, *μῆνας*, inquit *Plutarchus*; *quatuor mensibus*, ut *Cornelius Nepos* in *vita Epaminondæ*, c. 7. Ad *Maii* scilicet *Juliani* diem xvii^m. In *Peloponneso* exegerunt dies LXXXV. ut docet *Diodorus*; *τρεῖς μῆνας ὅλας*, ut ex aliis *Plutarchus* in *Agefilao*. Sic *Mai*o ineunte redierit, & proinde hoc anno *Olympico*, & *Februario* ineunte in *Peloponnesum* appulerint. Certe *χειμῶνα* fuisse, n. 40. cum discederent, ait ipse *Xenophon*, & *Plutarchus* in *Agefilao*, & *Diodorus* cum *Spartam* oppugnaret. Inde colligimus, *hyemis Verisque* sal-

M m m m m m m 3

tem



Annales Xenophontei.

tem fuisse confinia. Interim dum in *Peloponneso* essent *Thebani*, expetitur est à *Lacedæmoniis* impetratumque *Atheniensium* auxilium duce *Iphicrate*. Et *Messeniam* hoc tempore conditam ab *Epaminonda*, discimus ex illius Oratione apud *Cornelium Nepotem*. Hunc annum alii 500^m. alii 600^m. numerant à *Lycurgo*, & à diruta *Messenia* 300^m. Sed adeo incerta est temporum adeo antiquorum *Chronologia*, ut parum faciat ad hunc annum, accuratius quam fecimus, stabiliendum.

Τῷ δ' ὑπεραίῳ ἔτει, *Lacedæmonios* cum focis *Athenas* venisse testatur *Xenophon*, initio L. vii. Nempe superiora uno impetu gesta, *superioris* anni *fine*, *hujus* autem *initio*, gesta fuerant. Ita recte hæc anno alteri assignantur, quod vere in annum alium conveniant ab eo quo Expeditionem susceperat in *Peloponnesum* *Epaminondas*, paucis ante finem anni *Bæotici* diebus. Nec enim credibile est in annum alterum distulisse *Lacedæmonios* cœptam jam, antequam rediret *Epaminondas*, cum *Atheniensibus* amicitiam. Imo primo quoque tempore stabilivisse verisimillimum est. Cœptam antea quam è *Peloponneso* discederet *Epaminondas*, exinde constat, quod ad *Isthmi* exitus intercludendos missus fuerit *Iphicrates*. Rursusque, antea quam in *Peloponnesum* rediret, aditus eosdem per *Onium* jam munitos, vallatosque reperit *Epaminondas*. Medio ergo tempore habita hæc est de *Pace* legatio, quam hoc loco ὑπεραίῳ ἔτει tribuit *Xenophon*.

XLIII. *Xenoph.* cœpit *Munych.* i. *Apr.* ii. *Jul.* *Per.* 4346. U. C. *Varr.* 386. ante Epoch. *Chr.* vulg. 368. *Olymp.* ciii. 4. Incipit: Καὶ ἐπεὶ ἔσπορεύοντο οἱ Θηβαῖοι. L. VII. C. I. n. 4.

Hoc anno, *Vere*, ut videtur è tot rebus gestis postea, novam fecit in *Peloponnesios* impressionem *Epaminondas*. Non jam, ut antea, cum *Pelopida*, sed *solus*. Hujus *Olympiadis* anno 4°. Bellum *Pelopidæ* in *Alexandrum Pheræum*, & *Epaminondæ* in *Peloponnesios* irruptionem, statuit *Diodorus*. Exeunte utique, ut è superioribus constat, & proinde hujus anni parte *priori*. Nec, ut in *priori* Expeditione, rem habuit cum *Iphicrate*, sed cum novo jam duce *Atheniensî Chabria*, qui *Corinthum* strenue defendit. Vastatis tamen *Epidauri* agris, *Sicyonem* in fidem recepit.

Expugnata *Sicyone*, incipiunt deinde res gestæ *Euphronis*, cum eundem sub *Thebanis* locum apud suos tueri conaretur quem habuerat apud *Lacedæmonios*. Initium earum ad *Olymp.* ci. 4. retulit *Diodorus*. Hoc si verum, mox à discessu *Thebanorum* tyrannidem adortus est. Hic per *biennium* tyrannidem exercuit. *Prioris* anni Acta incipiunt à verbis illis *Xenophontis*: Ἐν ᾧ τὰ Σικυῶνι &c. Imo ejectos optimates, *Euphronis* equidem consilio, opera tamen *Thebanorum*, postquam *Bæotarchia* exutus esset *Epaminondas*, agnoscit ipse *Xenophon*.

Tum *Corintho* illum repulit *Chabrias*. Ἀμα δὲ πεπραγμένων τούτων, veniunt missa à tyranno *Dionysio* auxilia εἰς μύσας πέντε τὰς μίδρας εἰληφότες, inquit *Diodorus*. Τῇ ὑπεραία agros vastant *Thebani*. Μετὰ ταῦτα *Thebani* μείναντες ἰ πολλὰς ἡμέρας ἀπῆλθον οἴκαδε. Verba sunt *Xenophontis*. Tum in *Sicyonios*



Sicyonios rem agunt *Dionysii* mercenarii fortissime. Receptos utique in *ibid.* fidem *Thebanorum* ab *Epaminonda*. Veniunt *Ol. cii. 4.* Redeunt au- *ibid.* tem in *Siciliam* ἢ δὲ δὲ λήγοντες, teste *Diodoro*. Certe infra v *mensum* spatium, pro quo *stipendium* acceperant. Redierunt ergo ante *Septembris Juliani* diem *xxvi.* ejusdem *mensis* forsitan *initio*. Appulerint autem mense *Mai*o ad exitum vergente, paulo antea quam pedem retulerint *Thebani*, qui hujus adeo anni *initio Peloponnesum* fuerint ingressi. Post discessum *Thebanorum*, res novas meditantur *Arcades* impulsore ^{n. 12.} *Lycomede Tegeate*. Inde *Thebanis* suspecti. Tum *Laconicum* præfidium in *Asine* fundunt. Hoc etiam hoc eodem *Olympiadis cii.* anno ^{n. 14.} 4°. si quidem fides *Diodoro*. Suspicio autem, novas illas cum *Arcadibus* discordias causam fuisse, cur *priori* anni parte *Thebani* è *Peloponneso* discesserint; ipsam autem *Arcadum* in *Laconicam* irruptionem *posteriori* parti potius esse assignandam. Hoc item anno legatio *Philisci* ^{n. 16.} *Abydeni* ab *Ariobarzane* de *Pace*, nomine Regis *Persarum*. Sed refragantibus *Thebanis* frustra. Itaque mercenarios soluto *stipendio* misit ad *Lacedæmonios*. Hanc quoque *priori* anni parte, quæ cum *Olympiadis* ^{n. 17.} *cii.* anno 4°. concurrebat, statuit *Diodorus*. Non certe *Pythiorum* causa *Delphis* illis convenit. Ea enim erant *hoc anno* omnino *nulla*. Sed quasi *Deum* de *Pace* consulturos, quod tamen non fecisse testatur *Xenophon*. ^{n. 16.} Imo serius fuisse ex *Xenophonte* suspicor, qui legationem eam ^{ibid.} fuisse docet ἐπέσων ἐπ' ἑαυτοῖς μέγα φρονούτων ἢ συμμάχων. Propter hujus anni res, ut videtur, *secundas*. Cum tamen *Lacedæmoniis* milites reliquerit *Philiscus*, soluto *stipendio*; partem anni rebus gerendis aptam nondum elapsam esse colligimus. Itaque utriusque anni *Olympici* confinio illam arbitror fuisse *legationem*.

XLIV. *Xenoph.* cœpit *Elaph. i. Mart. xxii. Jul. Per. 4347. U. C. Varr. 387.* ante *Ep. Chr. vulg. 367. Olymp. ciii. 1/2.* Incipit: Τέτων ὁ παραπομπῶν ἀρκεῖται καὶ ἡ παρὰ Διονυσίου. *L. VII. C. I. n. 17.*

Hanc novi anni notam omnino esse arbitror, *δευτέραν* ἢ Διονυσίου βόη- ^{n. 17.} *δειαν*. Sic enim *Xenophon*. Superioris enim anni *βόηδειαν* ad finem *Ἄστα- tis* in *Peloponneso* rem gessisse jam vidimus, tum demum *rediisse*. Inde nullis opus erat auxiliis dum *Ver* appeteret, tempestas scilicet rebus gerendis apta. Et quidem, si superioris anni exemplo *δὲ ἄτερα* hæc fuerit *βόη- δεια*, etiam & ipsa v *mensum* *stipendio* soluto venerit, qui menses ad *Ἄσtivorum* mensium finem usque pertigerint. *Modicus* admodum, & fortasse plane *nullus* fuerit error rem ita æstimantibus. Sic *Vere* etiam appulerint novi hi à *Dionysio* focii. Paulo nimirum antea missi quam discederet ipse *Dionysius*. Hoc enim certe anno *Olympiadis ciii. 1.* *mor- tem* ejus statuit *Diodorus*. Recte quidem ille, cum hic annus fuerit ab *Olymp. xciii. 3.* quo illius *initium* posuerat, *xxxviii.* Tot enim illius annos tam *initio* ejus quam *fine* agnoscit *Diodorus*. Sed vero anno illo *Olympico* exeunte defunctus est. *χειμῶν* ἢ ἐνσάντων *inducias* illum cum *Carthaginensibus* fecisse docet *Diodorus*. Tum deinde *μετ' ὀλίγου χρόνου* *ægrotaſſe* illum dicit morbo fatali qui illum extinxerit. Vicerat nimirum



Annales Xenophontei.

nimirum *Tragœdia* in *Lenæis Atticis*. Sic enim idem *Diodorus*. Sed vero *Lenæa* mensi *Attico Anthesterioni* asseruit *Seldenus*. Diem autem quo fuerint peracta *Anthesterionis* XIII^m. fuisse docet *Thucydides*. Is dies, pro *posteriori* ejus parte qua editi sunt ludi, cum *Martii Juliani* die concurrebat v^o. Itaque *Anthesterione*, atque etiam *Martio*, aliquatenus affectis *Syracusas* appulerit victoriae nuncius. Lætus proinde *Dionysius*, festis de illa sacrificiis atque conviviis nimis liberaliter indulgens, eis ἀγῶσιαν σποδ' ἐστέραν ἐπέποιε, inquit *Diodorus*, è quo decesserit. Quamdiu hæc illum tenuerit ἀγῶσια, non docet. Credibile est ad *Elaphebolionis* initium tenuisse, qui hoc anno *Embolimæo Veris* exordium erat, cœpitque *Martii Juliani* die XXII^o. Itaque miserit auxilia moribundus *Vere* jam appulso meritura. Non me quidem fugit sic loqui *Xenophonem* de auxiliis à *Dionysio* juniore missis anno sequenti, quasi tum demum Pater è vivis excessisset. Sic enim habent ejus verba: Σχεδὸν δ' ἐπὶ τῆτον τ' ἕβρον τετελευτηκότῳ ἦδ' ἢ τ' παρτέρῃ Διονυσίῳ, ὃ ὕδρ' αὐτῆ πέρμπει βόνδεται &c. Suspicabar itaque duo hæc *diversorum annorum* auxilia, quæ *duobus* postremis annis miserat *Dionysius* senior, ad annos *duos* præcedentes esse referenda. Sed re penitus expensa, plane non video quo pacto id fieri potuerit. Sic enim cohæret invicem *annorum* series à nobis tradita, ut in alium quam hunc, in quo versamur, *annum* secunda hæc prioris *Dionysii* auxilia quadrare non possint. *Priorum* enim auxiliorum res gestas in *Sicyonios* agnoscit *Xenophon*. Itaque jam venerant in fidem *Thebanorum* jam antea *Sicyonii*. Non tamen certe ante annum *superiorem*, quo illos in fidem redegit, non jam amplius cum *Iphicrate*, sed cum *Chabria*, rem habens *Epaminondas*. Certe anni *Dionysii* senioris ita sunt, ex iis quæ diximus, certi, ut plane non sit cur dubitemus quin *hoc* anno *ineunte* decesserit. Laxe ergo verba illa *Xenophonis* intelligenda sunt.

Convenit autem inter *Athenienses* & *Lacedæmonios*, ut nos docet *Xenophon*, ut *Thebanos* in *Thessalia* oppugnarent *Athenienses*, domi vero Bellum in *Laconica* administrarent *Lacedæmonii*. Hæc quoque, pro *temporum* serie satis accurate. Captus fuerat nimirum *Alexandri Pheræi* perfidia *Pelopidas*. Hunc ut repeterent *Thebani*, Bello *Thessaliam Alexandrumque Thessaliæ* τὰ γὰρ aggrediuntur, quo jam *privatam* militiam obibat *Epaminondas*. Exutus scilicet *Bœotarchia* per calumniam *Meneclidis*, quasi *Lacedæmonii*, in expugnando *Onii* vallo, pepercisset. Gestum id, ut vidimus, anno superiori: & recte adeo in hunc annum confertur illius militia *gregalis*. Itaque ad *Alexandrum* tyrannum missa illa fuerint *Atheniensium* auxilia, divertitque à *Peloponneso* *Thebanos* novum hoc in *Alexandrum Thessalosque* Bellum, quod *Olympiadis* hujus anno 1^o. tribuit *Diodorus*. *Exeunti*, ut videtur, & *priori* adeo hujus anni *partii*. Itaque non, ut antea, ad *Isthmum*; sed ad *Spartam* ipsam, progrediuntur *secunda* hæc *Dionysii* auxilia, quæ ducem habebant *Cissidam*. His freti auxiliis aliisque mercenariis *Philisci*, Bellum inferre audent *Lacedæmonii*. Non tamen *Agésilao* duce (propter χαλᾶς, ut videtur, βασιλείας omen) sed filio *Agésilai Archidamo*. Hic victoriam illam in *Arcades* incruentam adeptus Civium suorum animos dejectos



dejectos refocillavit. Certe Olympiadis ciii^æ. anno 1^o. secundum Diodorum. Quod ergo tempus militiæ suæ elapsum causabatur Cassidas, poterat fortasse causa esse vel junioris Dionysii successio; vel quod pauciorum mensium accepissent, quam antea, stipendia; vel alia aliqua quam nescimus.

Liberatus deinde è carcere Pelopidas legationem obit ad Regem Persarum. Liberatum autem Olympiadis ciii^æ. anno 2^o. testatur Diodorus. Itaque hujus anni parte posteriori. Mox enim, *ἄδδς*, inquit Plutarchus, legationem illam obiisse Pelopidam. Proinde anno Olympiadis 2^o. incunte missus fuerit oportet, cum anno Olympiadis 1^o. Bellum cœperit Epaminondas. Nec enim est quod ulla fuisse suspicemur hiberna, cum terruerit potius Alexandrum quam vicerit, ne rabiem ejus in Pelopidam concitaret. Hoc certum est post victoriam Archidami fuisse legationem, cum illius meminerit in legatione Pelopidas, cum & Regi legatos Arcadum minus gratos fuisse testetur hoc ipso nomine Xenophon. Sic ambos annos Olympicos tenemus, qui cum hoc anno Xenophonteo concurrerint.

Ἐνέβαλον ὃ καὶ τῶ ὕστερον ἔτι εἰς τὴν Φλοῦντα Ἀργίῳ & Ἀρκαδῆς, inquit Xenophon. Hic incipit 2^{us}. ni fallor annus rerum ab Euphrone gestarum, segete quidem jam in arvis, sed nondum matura. Certe antea quam vincerentur Arcades ab Archidamo. Itaque anno Olympico 1^o. Ad annum tamen Olympicum 2^m. victorias Charetis, quas cum Phliasius binas reportavit, contulit Diodorus. *Σχεδὸν δὲ τοῖς ἀπὸ τῶν τῶν τῶν τῶν τῶν τῶν*, territum ab Aenea Symphalio Arcade Euphronem portum Sicyonis Pasimelo Lacedæmonio prodidisse testatur Xenophon. Atheniensium autem auxiliis ipse in patriam revertitur. Tum denique ut Thebanos pretio corrumperet ad arcem sibi tradendam, Thebas profectus est, ubi occisus est. Hoc certe anno Olympiadis 2^o. ut videtur, affecto, & cæpto proinde anno sequenti.

XLV. Xenoph. cœpit Munych. 1. Apr. x. Jul. Per. 4348. U. C. Varr. 388. ante Epoch. Chr. vulg. 366. Olymp. ciii. $\frac{2}{3}$. Incipit: *Ἀυδῆς δ' Ἐπαμινώνδας*. L. VII. C. I. n. 29.

Alia hæc est Epaminondæ in Peloponnesum irruptio, & diversa à prioribus, qua Pisæ Argivi opera aditus per Oneum occupavit. Nempe ut Achæos in societatem Thebanorum adigeret. Hanc autem eandem Expeditionem qua Achæos conciliavit, anno Olympiadis 2^o. ponit Diodorus. Utique exeunte. Et recte Xenophon, qua quidem cum præcedentibus eam committit; non item qua committit cum consequentibus. Præcesserunt eam, pro sententia Xenophontis, legatio Pelopidæ ad Regem Persarum Artaxerxem Mnemonem, ejusdemque reditus, & conatus adigendi Urbes in Pacem à Persarum Rege constitutam. Ita nisi anno Olympiadis 2^o. exeunte esse non potuit. Qua autem consequentia nectit Xenophon, in eo certe fieri vix potest quin ipse errarit. Ait nempe Xenophon, cum accusaretur ab Achæis Epaminondas, quasi Lacedæmoniis, in Optimatum regimine Urbibus præficiendo favisset; missos à Thebanis



Annales Xenophontei.

Thebanis Harmostas qui *Democratias* restaurarent: Hinc autem occasione rerum *Sicyone* novandarum fuisse putat *Euphronem*. Sed *Euphronis* initia ad irruptionem *Epaminondæ*, quæ biennio hanc præcessit, referendam esse jam probavimus. Tum illum de *Laconismo* suspectum fecit *Meneclidas*, quod minori, quam licuit, *Lacedæmoniorum* cæde munitiones eorum *Oneum* perripuit; quæ certe nihil quicquam commune habent cum hac, in qua versamur, Expeditione, qua ne quidem vim ullam illatam legimus *Lacedæmoniis*. Et, quæcunque demum fuerat *Meneclidæ* illa calumniandi potentia, eam jam ante hunc annum fregerat *Pelopidas*. Itaque quæ sequuntur in *Xenophonte*, ea jam referenda ad annos præcedentes ostendimus. Pergit autem *Xenophon* verbis illis:

Ἐγὼ δ' ἐνδὲν εἰς ταῦτα ἐξέλω, ἐπάνευμ. Ait ergo, dum *Thyamiam Phliasii* munirent, *Oropum* ab exulibus occupatam esse: Proinde revocatum esse è *Phliasiorum* regione cum suis copiis *Charetem*. Hæc plane cohærent cum rebus gestis *Phliasiorum* jam supra constitutis; easque, ut videtur, proxime sequuntur. Sed hujus anni parti 2^a. conveniunt, quæ cum *Olympiadis* anno 3^o. concurrunt, si fides *Diodoro*. Inde colligitur, rerum à *Phliasii* gestarum, quarum modo meminimus, nonnullas ad hujus anni initium usque pertigisse. Sed vero cum *Oropum* armis vendicare vellent, *Themisonem Eretriæ* tyrannum, arcessitis in auxilium suum *Thebanis*, Urbem ut depositum tradidisse docet *Diodorus*. Nempe *μῆχαι δίκης*, inquit *Xenophon*; quali ad *Thebanos* causæ arbitrium fuisset delatum; quam tamen illi nec judicabant, nec Urbem pristinis possessoribus reddebant. Tum vero *Athenienses* deserunt *socii*, quod rem non amplius haberent cum *Themisone*, sed *Thebanis*. Hoc *Athenienses* moleste tulisse testatur *Xenophon*; idque observantem *Lycomedem Tegeatem*, Auctorem fuisse concilio *Arcadum* suorum societatis cum *Atheniensibus* ineundæ. Eo proculdubio consilio, ut non modo adversus *Lacedæmonios* jam amicos *Athenienses* tuerentur, verumetiam in ipsos quoque *Thebanos*, quos præcipue metuebant *Arcades*. Itaque post occupatam *Oropum*, foedus hoc *Arcadum* atque *Atheniensium*. Ex hoc foedere natum aliud, *Corinthiorum* de *Pace* tantummodo, non item de auxilio, cum *Thebanis*. Cum enim probaret hanc *Pacem* *Demagogus Atticus Demotio* cum *Arcadibus*; moneret tamen interim cavendum, ut *Corinthus* salva esset *Atheniensibus*: inde suspecti esse coeperunt *Corinthiis Athenienses*, ut proinde prima quaque captata occasione è suis præliis *Corinthii Atheniensium* auxilia dimitterent. Inde *Pacem* è *Thebanis* rogant impetrantque. Et quidem cum venia *Lacedæmoniorum*. Ea nimirum conditione, ne in *Lacedæmonios* arma ferre cogerentur. *Corinthiorum* exemplo, eademque conditione *Pacem* impetrant *Phliasii*, & postea *Argivi*. Ita factum ut *Pax* tandem per *Græciam* esset, quam Regi *Perjarum* tribuit *Diodorus*. Sed jam vidimus in nihilum recidisse decretum *Artaxerxis*, cum è *Thebanis* urgeretur, ut diserte monet *Xenophon*. En verba: Καὶ αὐτὴ μὲν ἡ Πελοπόννησος καὶ τῶν Θηβαίων τῆ ἀρχῆς ἀεὶ βολὰ ἐποδισμένη. Et ex hac *Pacis* historia satis manifestum est, tacito magis Civitatum singularum de suis commodis judicantium consensu, quam præcepto



cepto *Artaxerxis*, Pacem fuisse conciliatam. Hoc certe anno, quod Bellum à prælio *Leuætrico* ad hanc *Pacem* plusquam v. fuisse annorum. *Diodorus*: "Ο, τε Λακωνικός κ' Βοιωτικός κληθείς πόλεμος κατελύθη, πλείω μείνας ἐτῶν πέντε, ἢ ἀρχῶν λαβῶν ἀπὸ τῆς Λουκίεικῆν. Accuratissime. Prælium *Leuætricum* vi^o. *Hecatombæonis*, initio erat anni 2ⁱ. Olympiadis cii^æ: Hæc autem Pax *Olymp.* ciii^æ. anno non 2^o. sed 3^o. Sed diu post *Hecatombæonem*, ut è *Pacis gradibus*, quos recensuimus, apparet. Anno potius, ut videtur, *sequenti*, ut mox anno *Xenophonteo* xlviⁱ. probare conabimur. Hucusque ergo calculi nostri satis accurati sunt.

Ad hunc eundem porro annum spectant nova illa à *Dionysio* juniore n. 10. missa *Lacedæmoniis* auxilia, duce, ut vidimus, *Timocrate*, quæ cum *Lacedæmonios* in *Sellasia* expugnanda iuvissent, domum reversa sunt. *Sellasia* proinde anni initio expugnata, ut anni fine Pax fuerit, etiam *Lacedæmoniis*. Ultra differri non possunt auxilia *Dionysii* junioris initio missa, cum verum illius initium ante annum fuerit quam hæc auxilia mitterentur.

XLVI. *Xenoph.* cœpit *Munych.* i. *Mart.* xxix. *Jul. Per.* 4349. U. C. *Varr.* 380. ante Ep. *Chr.* vulg. 365. *Olymp.* ciii. 3. Incipit: *Μετὰ δὲ τῆτο ἔ πολλῶ ὕστερον.* L. VII. C. IV. n. 12.

Pax illa jam quæ priori anno coaluit tacito, uti dixi, consensu, non autem fide interposita, nedum jurejurando, hoc anno rursus violata est. Sed posteriori ejus tantummodo parte, si recte *Diodorus* turbas ad annum Olympiadis 4^m. retulerit. Novum scilicet Bellum erupit inter *Arcades* & *Eleos*, *Eleis* *Lasionem* sibi vendicantibus, vel *Arcadum* exulibus in ea vendicanda faventibus. n. 12, 13. Implicuit Bellum illud *Athenienses*, qua jam erant *Arcadibus* focii; & *Lacedæmonios*, qua etiam ipsi erant *Eleorum*. Alioqui integra erat *Atheniensium* *Lacedæmoniorumque* amicitia. Priorem ergo *Arcadum* Expeditionem hujus anni fuisse arbitror.

XLVII. *Xenoph.* cœpit *Elaph.* i. *Mart.* xix. *Jul. Per.* 4350. U. C. *Varr.* 390. ante Epoch. *Christ.* vulg. 364. *Olymp.* civ. 4. Incipit: *Οἱ δ' αὖ Ἀρκάδες πάλιν ποιοῦνται ἄλλω.* L. VII. C. IV. n. 19.

Aliud hoc in loco designare videtur *Xenophon* Belli initium, & ἄλλω στρατείαν, aliam scilicet militum antea dimissorum conscriptionem. Hæc enim στρατεία. Quali nimirum hiberna intercesserint. Proinde ad illam anni Olympici partem quæ huic anno *Juliano*, imo etiam *Xenophonteo*, qua à *Vere* incipit, assignanda est, libenter retulerim. Eodemque proinde referendum prælium illud quo victi sunt ab *Arcadibus* n. 22. *Lacedæmonii*. Certe anni Olympiadis ciii^æ. 4ⁱ. totum Bellum fuisse censet *Diodorus*. Et antea quam inirent ludi Olympici, ex hoc *Xenophon*is loco fuisse colligitur.

Cæterum ab *Olympiis* (quorum meminit hoc anno *Xenophon*) novus n. 28. incipit annus, & novæ Olympiadis. Nempe Ol. civ^æ. i^{us}. mensē *Juliano Julio*. Tum *Pisatæ* adjuti ab *Eleorum* hostibus *Arcadibus*, ludos curabant.

N n n n n n 2

bant.



Annales Xenophontei.

bant. Ea causa erat, cur pro ἀγολυμπιάδι *Olympiadem* hanc haberent *Elei*; quod scilicet è numero *Olympiadam* illam expunxerint.

Hoc autem anno hujus *Olympiadis* civ^a. 1^o. *Pelopidas* in *Alexandrum Pheræum* missus est, quem cum vicisset, *Victor* tamen occubuit. Non quidem meminit *mortis* illius *Xenophon*, quod sane mirum. Sed tamen quoniam *anni* certi nota est, ad rerum aliarum ab eo memoratarum *Chronologiam* stabiliendam faciet, si hic *annus* recte statuatur. Observavit ergo *Plutarchus* XIII^m. fuisse *Pelopidæ*, qua ceciderit ipse, *Tyrannumque* vicerit, *Bæotarchiam*. Idem observavit, ex quo *Tyrannos*, in *Cadmea* occupanda, interfecisset; ita gratos in illum fuisse *Cives* suos *Thebanos*, ut nullo deinceps ad *mortem* usque *anno* honore *annuo* caruerit, vel *Bæotarchiæ*, vel *Præfecturæ* ἱερῆ λόχῳ. Verba sunt: Οὐκ ἀν-
παύσαντο, καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν χειροτονούντες, ἀλλ' ἢ τὸ ἱερὸν λόχον ἢ τὰ πλεῖστα Βοιωταρχῶν ἄχρι τῆς τελευτῆς ἐπραΐεν. Idem firmat, minus tamen distincte, *Diodorus*: Ἀπὸ τῆς εἰς τὰς Θίβας καθόδου τῆς πολιτῶν μέχρι τῆς αὐτῆς τελευτῆς Βοιωταρχῶν πάντα τὰ χρέον διατίθει, μηδενὸς ἄλλου τῆς πολιτῶν ταύτης ἡξιοῦντος τῆς τιμῆς. Sic nempe loquitur, quasi solius *Bæotarchiæ* honore fuerit perfunctus. Sed meliora docuit *Plutarchus*, è quo intelligimus nonnullas fuisse ejus in ἱερῆ λόχῳ (quæ etiam ipsa annua fuerit) *Præfecturæ vices*. Et quidem unum annum, quo non *Bæotarchus* fuerit, sed ἱερῆ duntaxat λόχῳ *Præfectus*, *Pelopidas*, idem ipse docuit *Plutarchus*, fatalem scilicet illam *Lacedæmonii*, prælii *Leuctrici*. Hoc anno superioribus addito, confient omnes XIV. Hi additi anno, quo *Tyrannos* occidit *Pelopidas*, annum conficient *Xenophonteum* tantummodo XLVI^m. Sed hunc annum certe, & quidem posteriorem illius (quæ cum *Olymp.* civ^a. anno concurrerit) partem morti tam insignis viri assignat *Diodorus*. Et favere videtur *Eclipsis* illa *Solaris* quam cum *Tyrannum Pheræum Pelopidas* aggrederetur, agnoscunt tam *Diodorus* quam *Plutarchus*. Admodum enim insignem illam fuisse innuunt verba *Plutarchi*: Πρεὶ ἐξόδου ὄντος, ὃ μὲν ἄλλοτε (inquit) ἐξέλιπεν, καὶ σκότος ἐν ἡμέρᾳ τῆς πόλιος ἔχεν. Et insignem arguunt cœvorum metus atque expectatio. *Insignem* ipse denique *Pelopidas*, quod propterea *Civibus* suis pepercerit, nec illos eorum, præter paucos *volones*, secum duxerit, *Thessalorum* potius, à quibus vocabatur, viribus periculum subiturus. Hoc autem anno ante Epocham *Christi* receptam 364 *Junii Juliani* die XIII. hora matutina v^a. *Eclipsin* fuisse *Solis* in *Græcia* manifestam docuit me *Amicus Astronomiæ studiosus*, qui etiam *calculi* laborem in se suscepit. Superioris anni nec mense *Junio*, nec *Julio*, nec *Augusto*, ullam fuisse, quæ *Thebis* videri possit, idem docuit *Amicus*. Mensibus autem vel XII. vel XI. respondere *ejusdem* *Luminaris Eclipses* demonstravit *Ptolemæus*. Ne autem de *medii* temporis *semestri* aliqua *Eclipsi* prædicta intelligi possint, obstat anni *tempestas* rebus bello gerendis profus inidonea. Hoc ergo anno cædem *Pelopidæ* fuisse verisimillimum est. Favet *Diodoro* forsitan *Eusebius*. Hic enim ad annum *Olymp.* civ^a. 1^m. ita habet: *Alexander Pheræus* agnoscitur. Sed vox illa *Hieronymi* Interpretis agnoscitur, & *Græca* ἐγνωρίζετο vel ἐγνωρίσθη, sæpe ad illos apponuntur annos quibus insignis aliquis eorum casus contigit qui annis iisdem memorantur. Voluit ergo, ni fallor,



fallor, Eusebius, hoc anno tyrannum *Pheræum* moribundi *Pelopidae* victoria in ordinem fuisse redactum, liberatis ab illius jugo *Thessaliae* Civitatibus. Ita nimirum ut deinceps *Pheræus* fuerit tantummodo, non item *Thessaliae* *tyrannus*. Sic itaque etiam ipse *Pelopidam* hoc anno cecidisse supposuerit. Nec enim certe ad initium *Alexandri Pheræi* hæc commode referri poterunt, cum fuerit *tyrannus* illius hoc anno aliquot etiam annis antiquior. Recte hæc se habebunt, si de *prælio* rebusque in *Alexandrum gestis* intelligantur. Alioqui Expeditionis initium ad annum potius *Olympiadis* ciii^m. iv^m. referendum arbitror. Sed omnino *desinentem*. Huic enim prædicta conveniebat *Eclipsis*. Nam annus *Archonticus* (quo distinguuntur invicem apud *Diodorum* anni *Olympiadum* labentes) qui *primus* numerabatur *Olympiadis* civ^m. à die *Julii Juliani* xv^o. cœpit, ut è nostris *Tabulis* colligitur. Idque aliunde verum fuisse colligimus. Hoc enim docet, qui etiam cætera, *Plutarchus*, mox ubi rediisset à *legatione* ad *Persas*, in *Alexandrum* tyrannum missum esse *Pelopidam*. En verba : Πρωτανόμενος Πελοπίδαν ἐπανάκειν, αἱ πόλεις ἔρουσ ἐπέσθενον εἰς Θίβας, αἰτόμεναι δὴν ἡμῶν καὶ σπᾶσιν δὲν ἐκείνων. *Pacem* certe ipsam *Græcorum*, quæ *Artaxerxe* Auctore coaluit, ad annum *Olympiadis* præcedentis ciii^m. iii^m. retulit, ut vidimus, *Diodorus*. Et quidem post *Quinquennium* integrum à *prælio Leuctrico*. Exiit *Quinquennium* illud *Hecatombæonis* vi^o. anni illius *Olympiadis* tertii. Quod ergo *Quinquennium* *superavit*, ad *reliquam* ejusdem anni *partem* erat referendum. Sic nempe ut *affectum* annum illum, cum *Pax* ipsa ubique *reciperetur*, ostendat. Idque sane manifestum est è variis *Pacis*, postquam illam decrevisset *Persa*, *gradibus*. Proinde ante illius anni *finem* vix potuit redire *Pelopidas*, quem Regi *Persarum* constat longe omnium legatorum fuisse gratissimum. Atqui reversus in *Pacis* ineundæ negotio *utilem* admodum atque *diutinam* operam navavit, quæ proinde obtulerit ne *mox* expetitus à *Thessalis* dux *mox* tamen se ad expeditionem accingere potuerit. Hæc itaque effecerint, ut annus ille, quo redierit, maxima ex parte *elapsus* fuerit antea quam Expeditioni *Thessalicae* vacaret. Is nempe annus *Xenophonteus* cujus pars *prior* in annum *Olympiadis* tertium, posterior in *quartum*, incurrebat. *Sequentis* anni *Xenophontei* parte *priori*, quæ ad annum *Olympiadis* spectabat *quartum* *desinentem*, Expeditionem suscepit, ut vidimus. *Primo* nimirum, quo *vacavit*, post reditum, *Vere*. Idque sane potius videtur testari *Plutarchus*, mox illum potius ducem à *Thessalis* expetitur, quam quod *Alexandrum* mox fuerit aggressus. Sic alius fuerit oportet annus quo *ἐπὶ ἄλλῃ* tantummodo *Præfectus* fuerit *Pelopidas*. Nec sane unquam *Præfecturam* tot *Bæotarchiis* satis commode potuit opponere *Plutarchus*. Convenit porro cum his nostris hypothesibus *temporis* etiam *sequentis* ratio: Est enim id vicissim certum, non *solan* illam *Pelopidae* victoriam, sed & *aliam* illam quam *aliis* ducibus adepti sunt *Thebani*, & quæ sequebatur utramque, *Pacem*, *Epaminondæ* postrema in *Peloponnesum* Expeditione fuisse antiquiores. Nam inter alia *Epaminondæ* auxilia, etiam *Tyranni Pheræi* nonnulla legimus, quæ nulla antea mittere solebat quam *Pace* illa, *Pacisque conditionibus*, ad auxilia mit-



Annales Xenophontei.

tenda coactus teneretur. Hæc autem *Expediſio* ſequentis erat anni, ut ibi oftendemus. Certe pro ſententia ſaltem *Xenophontis*.

XLVIII. *Xenoph.* cœpit *Munych.* 1. *Apr.* VI. *Jul.* Per. 4351. U.C. *Varr.* 391. ante Epoch. Chr. vulg. 363. *Olymp.* CIV. $\frac{1}{2}$. Incipit: $\chi\rho\omega\delta\epsilon\lambda\omega\nu \delta\ \tau\omicron\iota\varsigma\ \tau\epsilon\rho\tau\iota\varsigma\ \chi\rho\eta\mu\alpha\tau\iota.$ L. VII. C. IV. n. 33.

Hoc in loco nullum eſt *initium anni* manifeſtum. Itaque *conjecturis* agendum, ut quam proxime ad anni initium accedamus. Jam pœnitebat *Arcades* Sacrilegii, Jam ad *Pacem* cum *Eleis* inclinabant, cum *Sacrilegii* participes illos in adverſas *factiones* diſcerperent, metuentes ſcilicet ne (ſi in *unum* coaleſcerent) pœnam ipſi darent Concilii 10000 ſuffragiis, quam merebantur. Paci ergo cum *Eleis* obſtabant, qui erant ſibi ipſis conſcii admiſſi, moxque puniendi, flagitii. Hoc autem artificium, ne, pro votis ſuis, non procederet; monent præterea *Thebanos*, ni Expeditionem fuſciperent, periculum eſſe ne rurfus *Arcades* cum *Lacedæmoniis* jungerentur. Suadent alii mittendos in *Bœotiam* legatos qui monerent *Thebanos*, ne armati in *Arcadiam* venirent, niſi vocarentur. Pax ergo procedit cum *Eleis*, quæ etiam *Tegeatarum*, immo *Thebani* etiam Præſecti, qui *Tegeatarum* præſidio præerat, *jurejurando* ſancitur. Sed, procedente *Thebanorum* apparatu, in *carcerem* conjiciuntur *Pacis* Auctores, mox autem dimittuntur, interpellantibus *Mantineis*. Sed cum nihilominus ſe venturum moneret *Epaminondas*, exercitus conſcribitur communi, *Arcadum*, *Eleorum*, *Achaorum*, *Lacedæmoniorum*, etiam *Athenienſium*, opera, qui caveret ne quid *Peloponneſus* detrimenti caperet. Horum pleraque inter *Vere* illud quod anno *Olympiadis* CIV. 1. exeunte cœpit, proximumque quod *inviſit* anno ejuſdem *Olympiadis* 2. ſimiliter *deſinente*.

XLIX. *Xenoph.* cœpit *Elaph.* 1. *Mart.* XXVII. *Jul.* Per. 4352. U.C. *Varr.* 392. ante Ep. Chr. vulg. 362. *Olymp.* CIV. $\frac{1}{2}$. Incipit: $\epsilon\nu\ \delta\ \tau\omicron\upsilon\tau\ \epsilon\pi\rho\lambda\eta\tau\omicron,$ *Epaminondas*. L. VII. C. V. n. 4.

Numerat quidem, fateor, *Diodorus* annos poſt *Thucydidem Xenophontis* duntaxat XLVIII. Recte nimirum ille, qua per annos *Olympiadum* calculum inſtituit. Totidem enim reſpondent accuratiſſime ab *Olymp.* XCII. 2. ad *Olymp.* CIV. 2. Hoc enim 2. *Olympiadis* hujus anno prælium ad *Mantineam*, & quidem recte, ſtatuit *Diodorus*. Sed hoc anno *Olympico* exeunte, cum novus iniret *annus à Vere* novo cenſendus, contigit illa *Victoria*. Hoc nos docet *Plutarchus*, cum XII. *Scirrophorionis* illius *victoriæ Mantineæ* nomine ſacrum fuiſſe teſtatur, qua ſociis reliquis victis ipſi ſoli vicerint, quod erat ſane de hac ipſa *victoria* (*Xenophonte* ipſo teſte) veriffimum. Pars illa poſterior diei *Atticæ*, qua pugnatum eſt, cum *Junii Juliani* die cuncurrebat XXVII. ut è noſtris colligitur *Tabulis*. Hoc ergo *Vere Peloponneſum* ingreſſus eſt *Epaminondas*, & hucusque *Historiam* perduxit *Xenophon*. Cur autem illam reddit pugnandi cauſam *Xenophon*, quod ſcilicet præviderit *Epaminondas*,



*pondas, ὅτι ὀλίγων ἡμερῶν ἀνάγκη ἔσοιτο ἀπέναι, διὰ τὸ ἐξῆκειν τῇ στρατείᾳ ἢ χεῖ-
 von? Nec enim fera erat rebus gerendis hæc anni tempestas mensis
*Scirrhophorionis. Nec brevi exitura erat illius Bæotarchia, quam bru-
 mati demum Solstitio tradendam docuit Plutarchus. Nisi forte medio
 spatio anni initium suspicemur novasse Thebanos. Sed peregrinis Ex-
 peditionibus tempus sæpe præscripsisse dominos, etiam antea quam exi-
 rent Æstiva, jam nos docuit Xenophon in Auxiliis à Dionysio tyranno
 utroque missis. Certe victoriam Archidami, anno Xenophonteo XLIVº.
 Olympico anno priori assignavimus, Auctore Diodoro. Et tamen tunc
 ait Xenophon in reditu fuisse Dionysii ducem Cissidam, ὅτι ἐξῆκει αὐτῷ ὁ C. I. n. 18.
 χεῖρον ὅς τῷ εἰρημῶν ἐξῆκει. Est enim sane hoc exemplum appositif-
 simum.**

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ
 ΕΥΛΟΓΙΟΥ ΚΟΥΡΙΛΑ
 ΛΕΥΚΟΥ
 ΑΥΞΗΝ ΑΡΙΘ.

FINIS.

ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ
 ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ
 Μητροπολιτη
 ΕΥΛΟΓΙΟΥ ΚΟΥΡΙΛΑ

